3 *Domos duas ſi quis habeat,alteram,in qua cōtinue habitet,alteram, in qua minus,& in hac poſteriore,quam non adeo colebat,fuerit adortus,an erit locus ſtatuto imponēte pęnā his,qui vim adferūt,in platea,uel domo &c.*

Quæſt. XXXV.

1 **Item** †quæritur,ſi ex ſtatuto eſt maior pęna percutienti in platea,domi,vel in palatio, & aliquis percuſſit in confinibus,an puniatur eadem pęna, tenet cp ſic. vt C. de his qui ad eccle.confu.l.præſenti.§.1.de leg.3. l. prædijs, in fi. & de fun.inſtr.& inſtru. le.l.Seiæ.§.Tyrannæ. Et idem ſi ſtatuto continetur ſi quis fecerit inſultum ad domum, ſit maior pęna,an eadē pęna teneaī, ſi ad porticū adherētem domui, vt dixi d.l.præſenti.§.1.de his qui ad ecc.cōfu.& in Gand. de pęnis,percuſſionibus,& inſultu.ver.itē pone, cp aliqs aliquē percuſſit,& uer. ſequentibus, & uer. item pone contineri in ſtatuto,cp magis puniatur, & plene in alphabeto in dictione ad.& in Spec.de iniur.§.1.ver.ſed pone, cp in ſtatuto, & Gui. ver.ſed pone qōnem.de facto,ſtatutū eſt Placentiæ, & uide infra hac eadē parte,ver. ſtatuto Pergamēſi, quod dixi.ff.de iniur.l.item apud.§.conuitium,& l.lege.cor.§.domum,& in margarita Galeoti,de ac.ver. ſed pone qōnem de facto, ſtatutum eſt † in ciuitate,cp ſi aliquis fecerit aſſaltum, puniatur tali pęna quid ſi ex ſtatuto imponatur pęna duplicata faciēti aſſaltum cū armis,& aliquis armatus fecit aſſaltū, non tñ traxit arma,an punietur pęna ſtatuti? Ia.bu. vr̄ innuere allegando, cp non.ff.depo.l.1.§.quæ depoſitis. In contrarium,qa ſufficit terror armorū.ff.de vi.ar.l.3.§. ſi quis autē viſis armatis.Sed † quid ſi aliquis habebat duas domos,vnā in qua continue habitabat,aliam in qua non,aſſallitus fuit ad illam, in qua non habitabat, nunquid erit locus ſtatuto, dic cp non, per l.ff.de adul.l.cp ait lex.§.ſufficit,& de uer.ſig.l.in l. cenſoria. Quid ſi ad ſtationem, in qua non morabatur cū familia vr̄ cp ſtatutum locum non habeat,ut.ff.de iniur.l. item apud Labeonem.§.cōuitiū autem,ubi de hoc dixi,ibi enim ponit pro diuerſis,domum & ſtationem. aliis uidetur cōtrarium, cum eadem ſit ratio ſtatuti,& pro hoc.ff.de his qui deie. vel effu.l.ſi uero.§.ſi horrearius. Quid ſi molendinarius aſſalliatur in molendino,vel nauta nauī? videtur.ff.de his, qui deie. vel effu.l.pen.§.fin.& ibi dixi.

SVMMARIVM.

1 *Vulneratus,qui longo tempore poſt acceptum vulnus moritur, an ex vulnere mortuus præſumatur.*

2 *Iure Lombardo, vulneratus,ſemper præſumitur ex illo vulnere mortuus.*

Quæſt. XXXVI.

1 **Item** †quid ſi aliquis vulnerauit aliquem nō mortifere, ſuperuenit febris, & mortuus eſt,nūquid puniatur de morte, vide in Gan.de homicidio,circa fi. uer. eſſet q̄ſtio indubitabilis,alii dicūt, cp ſi vulneratus moriatur infra paucos dies etiā ſi febris ſuperuenit, p̄ſumatur ex vulnere mortuus,extra de homicidio.c.presbyterum,cum ibi notatis. Si autem poſt octo menſes, tunc non ex vulnere præſumatur deceſſiſſe,extra de clerico percuſſu,ca.2.cum ibi notatis.Sed videtur,cp licet uulneratus uiuat longo interuallo poſt vulnus,quod mortuus ſemper p̄ſumatur ex vulnere.ff.ad l. Aq. l.ait lex.§.1.extra de homicidio.c.ſignificaſti,de iure lombar

2 do † vulneratus ſemper præſumitur ex vulnere mortuus, in lombarda de palagijs.l.in omnibus, & ad hoc benefacit, de dam.infec.damni.§.Sabini. cum ibi notatis, & uidę in ſumma Ia.arditionus,in uſi.feu.rubricella,ſi in fraudē detur feudum.4. charta.per Ia.de bel.ad l.Aqu.l.Item Mella.§.Celſus, & per Odof.in additionibus.C.ad l.Aqui.23. quæſtione vlti. c.fi.cp ibi not.ſuper hoc tamē vidi ſtari dicto medicorum, & ita obtinui,& uidę cp not.ff.ad l.Aquil.l.huic ſcripturæ. §. 1. & in ſequentibus ultimis uide alias quæſtiones pulchras ad materiam pertinentes,uſque in fi.tit.

SVMMARIVM.

1 *Vulnus mortiferum ſi quis intulerit,an poterit per procuratorem defendi.*

Queſt. XXXVII.

1 **Item** † ſi quis aliquē mortifere vulnerauit, & vult ſe defendere per procurato.nunquid poſſit cū ex vulnere pro forma ſtatuti imponatur pęna pecuniaria? Et videtur cp non,propter mortem,quæ ſequi ſperatur, ad l.Aquil.l.ita vulneratus,& ar. de teſt.mi.l.pe.& in auth.de teſti. §.fi. Dy.dicit ſe conſuluiſſe ꝯriū, cum nōdum ſit mors ſecuta, & ideo in iſto dubio admittitur procura.per l.de dā.infe.qui uias, & l.prætor. 2.rñ.& ff.rem ra.ha.l.ſi ſine,& C.de procu. l. 1.Dyn.

SVMMARIVM.

1 *Vulnerans aliquem inſtrumento bicuſpide, an debeat puniri pro duobus vulneribus.*

2 *Arborum duarum vnio,vna arbor cenſenda ne,an duæ.*

Quæſt. XXXVIII.

1 **Septima** quæſtio † eſt,ſi quis vulnerauit aliquem cum forfice vel furca bifurcata, ita cp intulit vno ictu duo vulnera, an debeat puniri pro duobus vulneribus, uel pro uno tantum,cōiter doc. antiqui tenuerūt cp pro vno vulnere tantum,quia unus ictus fuit & ab eodem inſtru.pro ceſſerunt,& allegant.ff.arborum furtim cæſarum. l.ſi gemina.vbi de hoc dixi, & facit gl.ibi poſita, & ita tenent antiqui in ſuis qōnibus ſtatutorū,& Gan.in tit.de pęnis, percuſſionibus,& inſultu.ver.ſed pone,quod aliquis p̄cuſſit, & Gui.ver. ſed pone qōnem, cp ſtatutum eſt,ſi aliquis vulnerauerit,& p hoc,quia ab eodem inſtrumento & ictu proceſſerunt vulnera.Et quia,cp ab una radice procedit,una l.tollitur.C de nup. l.fi.& ad hoc p̄ñt adduci pro & contra multa ex allegatis.s̄.v. q.Ego autem puto,cp puniatur pro duobus vulneribus, conſtat enim quod ſunt duo vulnera, & quo ad dolores, & quo ad expenſas, & hoc tenendo faciunt ea, quæ dicta ſunt ſupra verſic.quar. q.Et quia alias daretur materia fabricādi arma,ex q̄bus uno ictu plura vulnera poſſent inferri. Nō obſt.

2 pręal. † l.ſi gemina,quæ dicit cp ſi vnio duarū arborum appareret ſupra terrā,cp una arbor cenſetur,ex quo arguitur, cp forfex vel furca bifurcata ſit unū inſtrumentum, ex quo cōcludunt,cp teneī p uno vulnere,qa iſta ꝯſequētia falſa eſt licet enim unum ſit inſtr̄m bifurcatū,tñ ſunt duo vulnera,nā etiā ex uno enſe uno ictu p̄ñt fieri duo vulnera, unum in capite aliud in brachio,q̄d exponeretur ad defenſionē capitis,ut dixi. q. 4. & idē poſſet contingere in una ſagitta, qua percuteretur quis in brachio, quo teneret clipeū, & ſagitta ultra penetraret ad aliam partē corporis, & ſic eſſent duo vulnera, ut probatum eſt dicta quarta qōne, & ſi hoc eſt in inſtr̄o nō bifurcato, fortius in bifurcato,quia uoluntas vr̄ fuiſſe inferē

3 di duo vulnera, ex quo percuſſit inſtrumento † bifurcato, & uoluntas & propoſitum attenditur in delictis,vt.ff.de ſiccarijs.l.diuus.Ex quo concludo,quod puniatur pro duobus vulneribus, quod eſt nouum,& cōtra communem opinionem & determinationem antiquorum.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriam vnam ſolam an faciat bina vel trina vociferatio.*

2 *Verborum multiplicatio,non inducit multiplicationem legati.*

3 *Ea,quæ continue fiunt uno contextu,pro uno facto habentur.*

4 *Corpora multa diſtantia faciunt unum gregem.*

Quæſt. XXXIX.

1 **Octaua** † qō deſimili materia eſt, ſi quis uno impetu dixit alicui multa uerba iniurioſa, an puniat̄ ſemel tñ uel pluries? Et vr̄ cp ſemel tñ, qa pluralitas verborū,unū facit ꝯuitiū, nec debet iudex ſeparare, ſed quaſi unū factum coniungere, ut. ff.de iniur.l.prætor.§.ſi mihi, & l.itē

2 apud Labeonem.§.ait prætor,ubi de hoc dixi, & † multiplicatio uerborū non inducit multiplicationē legati.ff.de le.2. l.Meuius.§.cum,qui.ubi de hoc tetigi,& de leg.1.l.plane §.1. una enim eſt perſona, q uerba multiplicauit, ergo una iniuria, ſecus ſi plures fuiſſent perſonę,ut.ff.de iniuriis.l.ſi plures,

3 ea.n.q̄ † continue fiunt in uno contextu,pro uno facto habē tur.ff.de adul.l.quod ait.§.ſi.& de ap. l.ſeparatim. §. ſed cum aduerſus,& vr̄ caſus d.l.illud.§.fi.ad l.Aqui.& pro hoc bene. C.ad l.Iul.de vi.l.qm̄ multa,& de fur.l.ei qui,ſicut enim multi denarii faciunt unam ſummam, ſic multa uerba unā iniuriam.argu.ff.de verb. oblig.l.ſcire debemus, & multa uerba unam ſtipulationem,eo.tit.l. Titia.§.fi.nam bina, uel trina, uociferatio, facit unā iniuriam, ſicut bina promiſſio unam tantum obligationem inducit.ff.de uerbo.oblig.l.qui bis. Si enim quodlibet uerbum, una iniuria reputaretur, ſi tribus ignibus incenderet quis domum alterius, de tribus incēdijs reus eſſet,q̄d falſum eſt.ar.d.l.ſi gemina. ar. furtim cæ. & l. ſi

4 plures.§.1.nā & multa † corpa diſtantia faciunt unū gregem. ff.de uſuc.l.rerum miſtura,& iſta eſt ueritas ſm Dy. & ita dicit

Source : BIU Cujas

cit ſe conſuluiſe de facto,& ꝑ hoc facit quod not.ꝑ Io.an.& Archi.extra de ap.c.ab eo.li.6.de eo,q̃ pluries dixit, appello, qđ̃ cenſatur una appellatio,& nō plures. Idem ēt dr̃ ſi iudex vno contex.tribus actibus prȩcepit ſubdito,quod aliquid faceret,quod non fecit, quod una tantum pȩna punitur.no.in Spec.de contumacia. §. ſequitur uidere. ver. ſed pone quod iudex & dixi.C.de modo mulc.l.eos.in fi. & quod no in glo. ff.de pig.act.l.ſi conuenerit de diſtrahendo pign.in fin.&per Archi,2.q.3.poſt ap.& xxij.§.1.in ſumma.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo an excuſet in iniurijs inferendis.*

Quæſt XL.

1 Sed †quid ſi ex conſuetudine erat aſſuetus dicere verba iniurioſa,nunquid excuſabitur a pȩna ſtatuti puniẽte dicentem verba iniurioſa,dic quod non, ut dixi.ff.de iniu. l.item apud labeonem.§.Idem ait aduerſus,nō excuſatur ēt dicens uerba iniurioſa licet proteſtetur ſe nō dicere animo iniuriandi,vt ibi dixi & in margarita,ver.ſed pone, q̃ de facto ſtatutum eſt in ciuitate,quod ſi quis fecerit aſſaltum.

SVMMARIVM.

1 *Statuto ſtante.quod b laſphemans Deum puniatur in x. Mariam, totidem, ſanctos,totidem. an uno impetu tria illa incurrens,una pȩna tantum, vel tribus plectendus.*

Quæſt. XLI.

1 Item †ſi ſtatuto caueat, q̃ qui blaſphemauerit Deũ puniatur in x.& qui ſanctã Mariam,in totidẽ,& q̃ ſanctos.in totidẽ,aliqs uno impetu blaſphemauit oẽs,q̃ritur an puniri debeat in xxx.vel.x.tm̃.Dy. vr̃ ſentire, q̃ in xxx. quaſi ſint plura delicta reſpectu pluriũ blaſphemiarum. ff.de tab. exhi.l.locũ.§.ſi qs dolor.de priua.deli l.nunquã,& ad tur.l.in ſenatuſcon.in prin.de hoc uide quòd dixi ſupra ver.5.quæſt.

SVMMARIVM.

1 *Mentiris,ſi quis cuiquam dixerit,ſaluo honore tuo,nũ iniuriarũ teneatur.*
2 *Crimen uerum obijciens,uel iniuriam ueram, an puniendus.*

Queſt. XLII.

1 Sed †qđ ſi qs dixit,tu mẽtiris,ſaluo honore tuo,nũqd teneat iniuriarũ ar.bonũ, q̃ ſic.ff.de acqu.hær.l.ſi. quis extraneus, vbi de hoc dixi, ſed ſi eſſet verũ, q̃ mentiretur tunc
2 licitũ eſt dicere tu mẽtiris.ff.de procu.l.q̃ oĩa,& ibi dixi.†An aũt obiiciens crimẽ alicui, qđ̃ verũ erat vel dicens iniuriã,
a q̃a uera erat,puniatur,uide in Gan. de multis cõnibus,q̃ non commode adaptantur,ver. q̃ro, ſi aliquis dixit. C. de iniur.l. ſi non conuitij,& in lib.ciuſdem,eodem.titu.clxxviij.

ADDITIO.

a ¶Dicens in iniuriam. An autem iniuria uera ſit punibilis,vide Bar. in l. eũ qui nocentem,de iniuriis.Bal in prima conſitu C.3.oppo.l.quiſquis C. de poſth. Ioan.de Imo in l.turpia.de lega. 1.tex.& doctо.& Abbas ſic c.cum te.de re iudi.Io.an in addi.ſpec.de inſtit.in prin q̃ ſic;uide late per Old.in conſil. liij. & per Alexan.in d.l.eum qui.

SVMMARIVM.

1 *Statuto ſtante,quod pro uno homicidio,pȩna ſit centum, quæ niſi infra decem dies ſoluantur,pȩna ſit capitis. An qui plures occidit,& eligens pȩnam capitalem potius,quam pecuniariam,audiatur.*
2 *Pȩna una tantum pro pluribus adulterijs imponitur.*
3 *Crimen morte extinguitur.*

Quæſt. XLIII.

1 Noua qō†eſt talis,ſtatuto cauet, q̃ q̃ hoĩnẽ interfecit, puniatur in mille,& niſi ſoluerit ꝯ.x.dies, decapitetur,aliquis plures hoĩes interfecit, & videṡ ſe nō poſſe ſoluere pȩnas pecuniarias tot homicidiorũ, elegit q̃ pro oĩbus decapiteṫ,nullã aũt pecuniã ſoluat, quæritur an audiat? Et vr̃ q̃ non, imo teneat ſoluere pȩnas pecuniarias,ꝑ qbus pōt,& ꝑ aliis decapitationẽ,q̃a plura delicta fuerũt, ergo plures pȩnæ.ff.de extraor.cri.l.2.& ar ff.de pȩnis l.4. & l. ſi diutino. In
2 in ꝯriũ vr̃, q̃ decapitatio†ꝑ oĩbus ſufficiat,ſicut & ꝑ plurib. adulteriis una tm̃ pȩna imponit, ut no. in gl.ff.de fur.l.vulgaris.§.1.dic,aut ille,qui primo accuſauit, ꝯſecutus eſt pȩnã pecuniariã,& tunc ꝑ ſcđ̃ patitur decapitationẽ, aut fuit in contumacia ſoluẽdi pȩnã pecuniariã ꝯ.x.dies, & tũc ſubire dẽt pȩnã decapitationis, & nullus alius accuſator a mō audiet,q̃a†crimẽ morte extinctũ eſt,ut.ff.de publ.iud. l.defuncto,& C.ſi re.vel accu.mor.fue.ꝑ totũ,& bonũ ar.ꝑ hac diffinitione.ff.nil no.app.pen.l.1.§.fi.de accep.l.pluribus, & đ̃ act. & obli.l.plura.& ita no.in ſimili.d.l.2.de priua.deli.& ita no. per lac.de are.ff.de termino mo.l.agraria.vt ibi dixi.

SMMARIVM.

1 *Accuſatio de vulnere illato,certa & determinata eſſe debet, & nu. 3. 10.*
2 *Probationes quales requirantur in delictis.*
4 *Sententia conformanda eſt accuſationi & delicto.*
5 *Delinquentis praua intentio,an probari poſſit ſatis, accuſatoris ſacramẽto.*
6 *Totum qui dicit &c. partem dicere videtur.*
7 *Nox delicti pȩnam num augeat.*
8 *In delictis pȩne modus ſumitur ex qualitatibus.*
9 *Renuntiationis actus cum actu accuſationis,non ita ſe habet, atq; ſe habet actus accuſationis & probationis.*
11 *Reus abſoluitur actore non probante, & nu.16.*
11 *In ciuili cum agitur ad commodum petentis, in poteſtate agentis eſt limitare ius,quod vult deducere in iudicio,& contentum in petitione, deductum cenſetur,& nihil ultra.*
13 *Reus abſoluitur,cum accuſator de uno agit & aliud probat.*
14 *Teſtium depoſitiones,quomodo accipiendæ.*
15 *Interpretatio mitior ſemper accipienda eſt in delictis.*

Quæſt. XLIIII.

1 Item †q̃ro aliam qōnem in materia feritorũ, in ſtatuto dr̃, q̃ qui vulnerauit cũ lancea, ꝺdemnetur in centum? qui aliter in quinquaginta,& ꝑ vulneribus factis de nocte,pȩnæ duplicent̃, duo accuſati ſunt, q̃ vulnerauerãt titiũ cũ lanceis,teſtes producti dicunt,q̃ uiderũt tali nocte accuſatos,& q̃ unus eorũ ipſum vulnerauit.Sed quis eorũ fuerit, & vtrum cũ cultello,vel lancea,diſcernere, non potuerunt, ꝑ ꝑ noctẽ,q̃ritur an accuſati debeant condẽnari,& ſi debeãt condẽnari,in quantũ.Et accuſati videṅ defendi triplici ſpẽ defenſionis, una eſt,ex defectu ꝓbationis circa perſonã vulnerantis,ſecunda, ꝑ ꝑ incertitudinẽ an cũ lãcea vel cultello. Tertia, propter horã de nocte in accuſatione non appoſitã,
2 circa primũ facit,q̃a pleniſſimæ† probationes & clarę requiruṅ in delictis.C.de proba.l.ſciant. de pȩnis,l.q̃ ſnĩam,& de falſis.l.vbi falſi.nec pr̃ſumptionibus qs pōt dãnari.ff.de pȩnis l.abſentẽ.Et q̃a interpretatione iuris pȩnæ mitigant̃. ff.de pȩnis.l.interpretatione, ne unus puniat̃ ꝑ altero. ff.de pȩnis.l. crimẽ,& q̃a ēt inciuilib.incertitudo uitiat.ff.de teſt.tu.l.duo ſunt titij,& de manum.teſt.l.ſi ex pluribus. alias, cũ ex pluribus,& maxime in iudi.ff.de rei vẽ.l. ſi frumentũ.§.fi.itẽ vr̃ cauſus.ff.ad l.Aqu.l ſcientiã. §.cũ inſtr̃a,& de ſicca. l.fi. dũ dicit, ictus cuiuſq; contẽplandus eſt. In ꝯriũ vr̃, q̃ ambo debeant cõdẽnari inſolidũ, ꝑ ꝑ prauã intentionẽ eorũ.Nã q̃q; qs punitur de homicidio, q̃ non fecit.C.de ſicca.l.is, q̃ cũ telo, & ff.eo.l.1.§.1.& C.de epi.& cle.l.ſi qs non dicã,& ne maleficiũ remaneat impunitũ.ff.ad l.Aqu.l.ita vulneratus.§. fi. ꝑ ꝑ participatã ſocietatẽ delicti.C. de epi.& cle.l.ſi quẽ q̃ in fi. Item q̃a dato, q̃ unus ſolus vulnerauit,alter opẽ tulit,vt.ff.đ̃ adul. l.ſi cuius ope.& inſti.de obli.ex delicto.§.ope.ad l.Aqui.item Mella.§.ſi aliquis,& ꝑ hoc vr̃ expreſſum eadẽ.l.§.ſi plures,& C.ad l.Iul.de vi.l.qm̃ multa,& gl.poſita.ff.de ſicca.l.fi.Nic.de Matar. q̃ hãc qōnẽ publice diſputauit, ſoluendo tenuit ambos teneri,maxime per d.§.ſi plures & l.ita vulneratus. eo.ti.
3 & ad l.Iul.de vi priuata l.3. Et† ad concordiam iurium de hac
1 materia tractantium,ſic diſtinguit, nam aut plures interfuerunt alicuius vulnerationi,aut ex propoſito, aut non ꝑ caſu, oẽs tenentur,etiam qui nō tetigerunt,ut d.l.3.de vi priua.& qui erant participes,tenentur de eo q̃ alij fecerũt,vt d.l.qm̃.
1 C.de vi publi.vnde cũ ambo fuerint participes huius vulneris,vt ff.de fur.l.qui ſeruo,in fi.ambo tenentur.Sed ꝺ caſu,q̃ non ex propoſito,aut conſtat qs vulnerauerit, & alios adiuuiſſe,& oẽs tenent̃,ut d.l.itẽ Mella.§.ſi aliquis. Aut cõſtat qs vulnerauerit,& alios non iuuiſſe,& ille ſolus tenet̃, vt d.l.fi. de ſicca. ubi de hoc ſatis dixi.Si uero non conſtat qs vulnerauerit,& conſtat oẽs quoqũo deliquiſſe,& oẽs tenentur,ut d. l.fi & ibi in gl.d.l.itẽ Mell.§.ſi plures,& l.ita vulneratus.Aut non ꝯſtat eos deliquiſſe,& oẽs abſoluẽtur,vt ff.de pȩnis.l.abſentẽ,& ſic intelligat̃ gl.q̃ eſt in d.§.ſi plures, & oẽs leges ad
1 hoc allegatę.Circa aliã partẽ defenſionis.ſ.q̃a de lancea, nō eſt ꝓbatũ,ut in accuſatione propoſitũ eſt, q̃ abſoluant̃, facit probatio deficiens, pr̃ſumptio, ꝯ eos,non aſſiſtens, & pȩnarũ demolitio,de qbus in primo articulo ſatis eſt probatũ,q̃ aũt de alio cultello non poſſit ſequi condẽnatio,facit q̃a de hoc
4 non eſt facta accuſatio,ad†quã conformari debet ſnĩa. C.de fideicõ.li.l. fi.& q̃a alia ſpẽs delicti eſt cũ cultello,q̃ cũ lãcea, non pōt ſequi condẽnatio, q̃a probauit illud, q̃ nō petijt,& petijt illud,q̃ non ꝑ probauit.C.ſi quis alteri uel ſibi.l.multũ,cũ ſi.& q̃ ꝑ probatio recepta,ultra id,q̃ eſt deductũ in iudiciũ, nō ꝓiudicet,probat̃.ff.de pe.hr̃.l.ſi qs liberta.§.fi & ibi cũ ſi. & ꝑ hoc vr̃ expreſſum.ff.de adul.l.denuntiaſſe.§.qđ tn̄,& bn̄.ff.de inſt ac.l.habebat.poterit tn̄ iterũ accuſare.ff de lib. cã. l.igit & l.ſe.& uide q̃ de hoc bn̄ no.ꝑ Gan.de pȩnis.§.pe.& fi. Quã tũ,ad tertiã ſpẽ.ſ.de hora noctis non appoſita in accuſatio-
5 ne,ſufficiant. s̃.proxime allegata ex parte reorũ. † Sed cõtra prædicta.ſ.q̃ puniri debeant de lancea, uidentur facere praua intentio,& delicti punitio,de quo ſatis dictũ eſt in primo articulo,& quia talis qualitas ſaltẽ vr̃ poſſe probari ꝑ ſacr̃m accuſatoris.C.unde vi.l.ſi qn̄,& q̃ ui aut clã.l. ſemper. §.hoc interdicto,& eſto,q̃ de lancea nō ſit probatũ,ſaltem de ſimplici vulnere fiat condemnatio. Nam cũ duo contineantur in accuſatione.ſ.vulneratio,& cũ lancea,vno ꝓbato, & alio non,ſaltẽ de ꝓbato fiet cõdẽnatio,ar. de recep. ar.l.celſus.§.
6 1.nã†q̃ totũ dicit,partẽ dicere vr̃.ff.de exce.rei iu.l.ſi qs cũ totum,& inſti.de ac.§.ſi quis agens, & C.de iu.l.2.& ꝑ hoc optime.ff.de noxa.l in delictis.§.ſi detracta. & q̃ dicit ex inſtitu-

Source : BIU Cujas

ta accusatione de vi pub & probata priuata vi, fit cõdemnatio de vi priuata. ff. de pęnis. l. si p̃ses, vbi de hoc dixi. Itē ꝙ puniri debeant pęna duplicata † ꝑꝑ noctem, licet no sit expressum in accusatione, sic probatur, proposito facto in accusatione, eius qualitas vr̃ proposita, ar. ff. de leg. l. 3. l. p̃dijs. §. pe. & fi. de procu. l. ad rem. & l. ad legatū. & re petita super qualitate & bonitate pronuntiat̃. ff. si cer. pe. l. vinū, & de triticaria. l. in hac. cū si. & testis, dato, ꝙ dicat vltra capitula, sup̃ cohērētibus & circunstantijs, bene valet. C. de tem. appe. l. ꝑ hanc, & de minor. l. etiā. §. 1. & ad hoc optime. d. l. in delictis. §. si detracta. de nox. vbi de hoc satis dixi, & quia in delictis sumit̃ modus † pęnæ ex qualitatibus, de quibus est hæc una. s. hora noctis. ff. de pęnis. l. aut facta, & de testi. l. 3. §. 1. Soluendo tenuit, ꝙ condēnari debeant de vulnere facto cū lācea per iura ad hoc adducta, maxime per dictā. l. si præses, ꝺ pęnis, & d. §. si de tracta. Itē, ꝙ pęna debeat duplicari, ꝑꝑ noctē per iura ꝑ hac parte inducta, & specialiter per l. qm̃ multa facinora. C. ad l. Iul. de vi. & ff. eo. qui cetu. §. qui uacante, & de termino moto. l. 2. & de abigeis. l. 1. & 2. Non ob. ff. de adult. l. denuntiasse. §. quid tñ, ꝙa ibi de alio adulterio erat denuntiatio, & de alio accusatio, hic aūt de eodem vulnere est accusatio & probatio, licet in qualitate gladij sit diuersitas, ꝙa non est tñ ꝑbatum, quantū in accusatione deductū, ꝙa non sic se habet adinuicē † actus denūciationis cū actu accusationis, cū uterque sit in uoluntate nuntiātis, sicut se habet actus accusationis & probationis, quorū unus. s. accusationis, sit a principio in ptāte accusantis, non tñ secundus. s. probationis est in ipso accusatore, sed in testibus. Et iō magis debet ei subueniri in probationibus, ut ex quo probatum est maleficiū, licet non probetur species gladij, nō dicatur in ꝑbatione defecisse, maxime cū accusator potuerit verū dicere, uel ꝙa sic erat, vt dixit. Aut quia sic credebat, ꝙ solū ꝓtinetur in sacramento calū. ꝙ p̃stat, vt C. de iura. cal. l. 2. & ibi no. & ēt testes uerū dicere non potuerunt. Sed in d. l. denuntiasse, non pōt esse excusatio, quin denuntiatio ex culpa denuntiantis sit dissona ab accusatione. Et iō sic distinguit. Aut ꝑbatio, q̃ † sequit̃ accusationē, cōprehendit illud solū, aut illud, & aliud primo casu, indubitanter fit ꝓdemnatio de eo, ꝙ est in accusatione, siue sit super eadē specie delicti, siue sup̃ alia, ut d. l. qm̃ C. ad l. Iul. de vi. & l. q cetu. §. q uacantē. ff. eo. & de abigeis. l. 1. & 2. Si uero non cōprehendit, tunc subdistinguit, aut nihil † est probatū, & absoluit̃ reus, vt l. q accusare. C. de eden. aut aliqd, sed nō plene, & tūc saltē purgatio indicit̃, & ea p̃stita absolutio sequit̃. C. de falsis. l. maior. de his, ꝙ ad ecc. confu. l. p̃senti. §. si cubi. de fide instru. l. fi. & de pub. iud. l. is, qui reus, & extra de purgatione canonica. Aut plene est probatū aliquid, sed nō totū, ꝙ est in accusatione deductū, tunc aut illud cōprehendi pōt sub accusatione, aut nō. Si non, ꝓdemnatio nō sequit̃, nā ex eo ꝙ est in accusatione, nō, ꝙa nō est ꝑbatū, nec ex eo ꝙ est ꝑbatū, quia nō est in accusatione deductū, & hæc duo ad condēnationē requirunt̃, nec sufficit alterū. Si uero sub accusatione pōt cōprehendi, aut rōne iuris, & facti, ꝙa de eodem facto est ꝑbatio, ꝺ quo est accusatio, & sub eadē sp̃ē criminis, tunc sequi debet condēnatio, ſm ꝑbata tam in criminali, q̃ in ciuili. ff. de iu. l. solemus, de abigeis. l. 1. & 2. de pęnis. l. si p̃ses. Aut † rōne facti, & nō rōne iuris, vt ꝙa accusat de rapina, & probat de furto, & tunc idē in criminali, ar. d. l. si præses, de pęnis, secus in ciuili, argu. ff. de iu. iur. l. duobus. §. exceptio. Et est rō diuersitatis, ꝙa in ciuili cū agitur ad cōmodū petentis, in potestate agentis est limitare ius, ꝙ vult deducere in iudicio, & nihil plus deduxisse intelligit̃ q̃ in petitione ꝓtinet̃, & iō tā ꝑbatio, q̃ snīa limitat̃ a petitione, vt ff. cōi diui. l. ut fundus, & de iureiur. l. si duo. §. itē iul. In criminali vero agit̃ ꝑ bono publico, ut maleficia puniant̃, iō nō est in potestate accusatoris ipsum ius limitare, quia ꝑ ꝓñs esset in eiꝰ ptāte, qualis pęna deberet imponi, ꝙ non est uerū, & iō satis est, qꝺ rōne facti, crimē probatū cōprehendat̃ sub accusatione, licet nō cōprehendat̃ rōne iuris, ꝙa ius ſm ꝑbationes, ex ꝙbus sequi debet, condēnatio, & pene impositio, limitat̃, vt s̄. probatū est. Si aūt, cōprehendat̃ ꝑbatio † sub accusatione, solū rōne iuris, & non facti, puta ꝙa accusauit de uno adulterio, & probat de alio. sequit̃ absolutio, sicut cū de una re agit̃ rei ven. & probat̃ de alia, ut d. l. fundus, & sic pōt intelligi. d. l. denuntiasse. §. qd tñ, de adul. ſm Nico. de mathe. ubi de hoc tetigi. Et uide ꝑ Gan. de pęnis, ꝑcussionibus, & insultu. circa fi. ti. ver. ulti. circa materiā. Et ꝙ notaui in l. si p̃ses, de pęnis, & d. l. qm̃ multa. C. ad l. Iul. de vi. & ff. de his, ꝙ no. infa. l. quid ergo. §. pęna grauior. Ex p̃dictis pōt colligi solutio multarū similiū qōnum, vt si maior pęna sit in ferita, cū sanguinis effusione, q̃ sine effusione sanguinis, uel maior sit pęna feritæ, cū cultello fraudolose, & feritorio, q̃ cū alio cultello, & accusat̃ aliquis, ꝙ percussit cū sanguinis effusione, vel cum cultello fraudoloso, & feritorio, & probatū est de simplici ferita, vtrū sequi debeat condemnatio. Ia. de Are. & Cy. C. de proba. l. 2. tenent, ꝙ non, de stricto iure, quia non est probata ferita talis, qualis continet̃ in accusatione, ꝑ d. l. denuntiasse §. qd tñ, vi bo. rap. l. 3. § hæc aūt actio. ver. docere. licet Cy. hoc non dicat, tñ in scriptis ipsius dñi Ia. reperi. de equitate, vt maleficiū puniatur, seruatur contrariū. Dy. aūt in d. l. si præses, de pęnis arguit, ꝙ in dubio præsumendū, si minor sit de ferita, per d. l. si præses, & l. interpretatione, eo. ti. & de suspec. tut. l. hæc. C. de suspec. tu. l. fi. & ibi in gl. & ar. ff. ꝺ uer. obl. l. si ita stipulatus fuero, & de ac. & obli. l. Arrianus. In contrariū vr̃, quia testes deponendo † simpliciter super ferita, uidētur deponere de ferita, de qua in accusatione fit mētio d. l. si p̃ses. ver. ꝙ si distinxerit. Et pro hoc de leg. 1. si seruus pluriū. §. si numerus, quasi uideantur testes interrogati de ferita, q̃ in accusatione cōtinetur, & ipsi videant̃ ad interrogata respondisse, ar. ff. de ver. obl. l. 1. insti. de inuti. sti. §. præterea, de interroga. act. si sine. §. qui interrogatus, & hanc tenet Dy. d. l. si p̃ses. §. qd si non distinxerit. Dy. Et pro hoc ad turpi. l. 1. §. sinautē & qꝺ ibi dixi. C. de diuer. re. l. 1. & qꝺ ibi no per Azo. in sum. de suspe. tut. §. fi. & per Ho. in sum. de elec. §. quis eligere, ver. quid si obiiciat̃. Et ad hoc bene facit, quod no. ff. de le. 2. l. legatis uxori, & de le. 2. l. legato. ꝙ si ego contra furē non ptopolita aliqua actione, ꝙ uidear proposuisse acti. furti magis, q̃ condictionē furti uam, unde forte posset non inepte distingui. Aut, quis accusauit simpliciter de ferita, nō adiecto de sanguinis effusione uel cultello † feritorio, & tunc intelligatur de minore ferita, & sic intelligitur d. l si p̃ses, & d. l. hoc enim, de suspe. tut. & l. ult. C. eo. ti. Aut in accusatione exprimitur, ꝙ cum cultello ferritorio, uel cū sanguinis effusione, & testes deponunt simpliciter de ferita, & tunc dictum eorū intelligatur & referat̃ ad feritam in accusatione declaratam, ut probatum est. s̄. Et pro hoc. ff. de excep. rei iud. l. si ex testamento. Multi tñ & magni doc. indistincte tenent, ꝙ nisi accusator expresse probet † qualitatem ferite in accusatione cōtentam, & propositā, ꝙ reus debeat absolui per iura ad hoc allegata, ego autem credo indistincte opi. Ny. & Dy. fore ueras, & eas sequendas iudicando, quatenus cōcordant. Et ex prædictis etiam est sopita alia similis quęstio, si homicidium vel adulterium perpetratum in domo, grauius puniatur per statutum, & probatū est adulterium uel homicidium simpliciter, an intelligatur in domo probatum, & uide in libro magno quæstionum disputatarum. cccv. & pro hoc de le. 1. l. si cui serui omnes, de do. l. sicubi, & de ma. test. l. si ita fuerit. §. sed si ancilla.

SVMMARIVM.

1 *Statuto si caueatur, ꝙ percutiens aliquem puniatur in. x. saluo quod percussus possit percussorem repercutere incontinenti in eadem rixa, percussus sequitur statim percussorem fugientē eumq; repercutit, num erit excusatus.*

Quæst. XLV.

1 Quid † si statuto caueatur, ꝙ percutiēs aliquem, puniat̃ in x. salno quod percussus possit percussorem repercutere incontinenti in eadem rixa, percussus statim in se quitur percussorem fugientem, & eum repercutit, nunquid erit excusatus, vr̃ ꝙ sic. ff. de adul. l. quod ait lex. §. quod ait. de duo reis. l. ex duobus, & l. duos. & de uer. ob. l. continuus, & si cer. pet. l. lecta. In contrarium multum facit, quod no. ꝑ Gof. in sum. de homicidio. §. sed nunquid si me p rcutis, & uide quod no. & dixi. C. unde vi. l. 1. super uerbo inculpatæ.

SVMMARIVM.

1 *Potestas si de vulnere inquisiuit contra Titium, & pendente inquisitione vulneratus moriatur, an ex eadem instantia possit subsequi sententia de occiso. & num. 4.*
2 *Sententia non potest subsequi de occiso, super inquisitione de uulnere.*
3 *In ciuilibus non potest uideri deductum in iudicio id, quod post lit. contest. contingit.*
5 *Iudicis inquirentis intentio est punire delictum seu delicti effectum.*
6 *In delictis debet attendi esse negotij, non titulus inquisitionis, seu instantiæ potestatis.*
7 *Additamentum non est separandum ab origine.*
8 *Iudex pęnam augere uel minuere debet pro vulneris qualitate quantitate, & modo.*
9 *Sententia conformis esse debet inquisitioni.*
10 *Fideiussores dati per vulnerantem, an teneantur, morte sequuta eum representare.*

Quęst. XLVI.

1 Item † quæro, continuando materiam feritarum. Si Potestas de vulnere inquisiuit contra Titium, & pendente inquisitione vulneratus moriatur, an ex eadem instātia possit subsequi sententia de occiso? Et primo videtur qꝺ non. Nam sententia debet esse inquisitioni uel petitioni cōformis tam in ciuili, vt. ff. cōi di. ut fundus, & C. de fideicom. liber. l. fi. q̃ in criminali, ut ff. de pęnis. l. si prę̄ses, & extra de simo. c. licet Heli. Pro hoc de iudi. l. de quare, sed certum est aliam esse formam & pęnam de vulnerato, quam de occiso, ut. ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus, & l. illud. §. fi. & l. si vulnerato. Ergo † sequitur quod super inquisitione de vulnere, non

2 potest

Source : BIU Cujas

potest sequi sententia de occiso Nam de alio iudicaret, q̃ de quo inquisitum esset. Item iudicia criminalia exercẽtur ad instar ciuilium. ff. de pœnis. l. absentem. §. 1. & no. in l. inter accusator, de publ. iudi. in prin. Non obstat insti. de pub. iudi. in prin. quia ibi generaliter dictum, restringitur, ut ibi not. sed
3 † in ciuilibus non potest uideri in iudicio deductum, q̃ post lit. conte. contingit, vt ff. de iudi. l. non potest, ergo &c. Item,
4 † si diceremus ex actis habitis super vulnere, posse pronuntiari super occiso, sequi posset absurditas magna, quia super vulnere posset procurator interuenire, si esset pœna pecuniaria, & super occiso non. ff. de publ. iudi. l. pe. §. ad crimẽ. vnde si super actis cum procu. pro vulnere ferretur sentẽtia de occiso, non teneret sententia, tanq̃ cum nõ legitima persona, vt. C. qui legi. per l. momẽtaneæ, per totum, & pro hac parte facit. ff. de lib. cã. l. illud, & ibi in gl. quæ incipit, quia de dolo.
5 In q̃rium vr̃, quia † intentio iudicis inquirentis est punire delictum seu delicti effectum. ff. de incen. rui. & na. l. Pedius, & de extraor. cri. l. 1. §. fi. sed delicti effectus est occisio, ergo super eo poterit ferre sententiam, & pro hoc. ff. de reg. iur. l. cuius ef
6 fectus. C. de sum. tri. l. 3. Itẽ quia † non titulũ inquisitionis seu instantiæ potestas, sed esse negotij debet attẽdere. ff. de dona. l. qui id, q̃. de priuil. credito. l. 2. §. paruiq;. & maxime in delictis puniendis, vt ff. ad l. Aqui. l. ita vulneratus, circa quod est iudicis officium latissimum, vt. ff. de iurisdi. om. iud. l. 1. Item potest dici occisus ex die vulneris, in d. l. ita vulneratus, & de dam. infec. l. damni. §. Sabini. inquirendo, ergo de vulnere vr̃ inquirere de occiso, q̃ ex eo vel ob id sequitur. C. de legi. l. nõ dubium, & per q̃ns super occiso potest pronuntiare, & sic nõ o b. allegata in contrarium, & quin iuxta formam inquisitionis sit formanda sententia, & quia occisio non vr̃ accidisse post cœptum Iudicium, sed a principio, ut dictum est, & not. in d. l. non potest. ff. de iudi. vbi vr̃ terminari qõ nostra, & qa
7 † additamentum ab origine separandum non est, de pac. do. l. inter socerum. §. cũ inter patrem, & de le. 1. l. si ex toto. Itẽ quandoq; articuli etiam contrarii transfundũtur de uno in alium, cau sa expediẽdarũ litium, ut patet in ap. quæ fieri debuit ad certum iudicem, si fiat ad maiorem, transfunditur in eum iudicẽ, ad quẽ debuit appellari. ff. de ap. l. 1. §. si quis. ita, vnde liberi, quæ est contraria, transfunditur in contra ta. ff. de col. bo. l. filius emancipatus, & de inoff. test. l. si proponas. §. fi. & fm ta. in contra ta. ff. de bon. poss. cõtra ta. l. 3. §. sub ea. & de bo. pos. fm ta. l. æquissimum. §. 1. & §. si sub conditione. Si hoc obtinet in diuersis & contrariis, multo fortius in eodẽ ampliato, sicut est vulnus, & mors, ar. ff. de acqu. hær. l. situ ex parte, & de pig. ac. l. si rem. §. fi. & no. d. l. non potest, de iudi. & maxime causa vitãdi circuitus, ut d. l. si vulnerato, ad l. Aqu.
8 & de condi. indebi. l. dñs testõ. Item non † vr̃ casus nostræ qõnis, quia magnitudo vulneris auget pœnam. ff. de iniur. l. vulneris, & insti. de iniuriis. §. atrox, & secundum quantitatem vulneris iudex habet aggrauare & alleuiare pœnam. Cum ergo ex vulnere sit secuta occisio, pronuntiare potest de occiso, & vr̃ pronuntiare magis de vulnere ex quo secuta est occisio, sicut dr̃ de seruo redhibendo, agitur quanto minoris, et sic est adeo inutilis, q̃ nihil ualet, de hoc pronuntiatur in iudicio quanto minoris. ff. de excep. rei iudi. l. si is, qui hæres. §. primo. & de ædi. edic. l. bouem. §. aliquando, dominus Rich. qui hanc quẽstionem disputauit, soluendo, dicit, q̃ si inquisitio formata fuit de tali vulnere, ex quo vulnerans poterat cõdemnari de occiso, dato, q̃ mors nõ foret secuta, puta, qa vulneran's vulnerauit cum telo, animo occidendi, ut C. ad l.
9 Cor. de sicca. l. is, qui cum telo, & ff. eo. l. 1. §. diuus. tunc posset pronuntiari de occiso, alias secus, & potissime † ex forma statutorum, ex quibus communiter alia pœna imponitur pro vulnere, alia p occiso, tunc enim non posset pronuntiari de occiso, quia sententia non esset inquisitioni conformis, per lura. supra ad hoc allegata. Quid in dubio, si inquisitũ sit simpliciter? dic q̃ de mitiori debet intelligi, de pœnis, si præses, cum si. & ideo non poterit pronuntiari de occiso. Richa. cõmuniter tamen vidi fieri nouam inquisitionem, & processũ de morte. Et ex prædictis solui potest quæstio, an fideiussores † dati per vulnerantem, teneãtur, si mors secuta est, eum
10 præsentare, & dicendum q̃ non. ut plene dixi. C. de fideiuss. l. sancimus. uer. Item quæro, & infra statim uer. Item quæro, si ex statuto, & in libro magno quæstionum disputatarum. ccxcv.

S V M M A R I V M.

1 *Mori in bello contra hostes, uel mori apud hostes captiuum ex bello, an idem sit, & nu. 3. 6.*
2 *Excusationes a tutelis suscipiendis, omnes sunt rescindendę.*
4 *Statuto stante, quod hæredes mortui in bello, immunes sint a gabellis & collectis, an hæredes capti in bello, & mortui apud hostes, gaudeant dicto priuilegio.*
5 *Ciuitas an teneatur equum perditum in bello emendare, pacto uel statuto super hoc edito.*

Quæst. XLVII.

1 Sed pone, si statuto † caueatur, q̃ si equus alicuius moriatur in bello, q̃ emendeẽ per cõe, equus alicuius fuit vulneratus in bello, & ex illo vulnere mortuus fuit in ciuitate, nunquid debeat emendari, ? vr̃ q̃ non, cum non sit mortuus in bello. ff. de excu. tut. l. bello amissi. in prin. ubi de hoc dixi. In q̃rium est. ff. de incen. rui. & naufr. l. 1. §. ex incendio, vbi de hoc dixi, & de dam. infe. l. damni infecti. §. Sabini. ad l. Aquil. l. huic scripturæ, & l. ita vulneratus, cum si. Dy. Et hoc communiter approbatur. Et pro hoc glo. ff. de cap. l. in bello.
2 in princi. & ad l. bello amissi. potest responderi q̃ ibi sit † speciale fauore pupillorum, ne nimis larga uia pateat excusationibus a tutelis. Et quia illud priuilegium excusationis expresse restrictum est ad illos tantum qui in acie moriuntur. Et qa illud priuilegiũ est q̃ ius cõe, q̃ stricte intelligi debet, ut in authen. de non alie. §. quia uero uerisimile, & ff. de testamento milit. l. eius milit. §. 1. Qui tenent aliã opi. & dicũt, q̃ licet quæ dicta sunt, forent vera de iure cõi, quia, cum quæstio proponitur super statuto, q̃ non recipit interpretationẽ extensiuam, ut dixi, supra prima parte, rubricella, an statuta
3 recipiant interpretationem, & q̃ dicatur † amissum in bello, quod est amissum occasione belli, hoc non est de proprio significatu uocabuli, sed ex quadam interpretatione extensiua, cum re uera in bello mortuum non sit, & ad hoc facit qđ not. C. de do. ante nup. l. cum inte. in gl. in uer. sed quid in uia & in quibusdam scriptis inueni, q̃ dominus Vber. de bobio, tenuit hanc opi. in persona cuiusdam militis Sabaudiæ, Potestatis Paduæ cui emenda debebat fieri ex forma talis statuti. Hosti. tenuit primam opi. in simili quæstione, si statuto caueatur, q̃ si † quis moriatur in bello, q̃ hæredes eius sint im-
4 munes a collectis, & aliqs in bello fuit captus, & postea apud hostes mortuus, q̃ hæredes habeant immunitatem, per ll. p̃dictas, & ff. de vul. sub l. lex Corn. de testa. l. lex Corn. & C. de capti. l. fi. Ho. & vide Gui. uer. sed ponam qõnem de facto, sta tutũ est, q̃ si aliquis amiserit equum. Sed suppositio, q̃ nullũ
5 sit super hoc statutum in ciuitate, aliquis miles p̃ † defensione patriæ suæ perdidit equũ in p̃lio, nunquid ciuitas teneat emendare? Nico. mata. q̃ sic, p̃ l. 1. ultra prin. ff. ad l. Rhod. de ia. ver. equissimũ enim, &c. Idẽ tenet, si moriat in uia eundo vel redeundo, ar. ff. ex qui. cau. maio. l. qui mittunt. §. fi. aliud dicit in stipẽdiariis, qui pecunia accepta militant, ar. d. l. 1. §. conseruatis. ff. tributoria, nisi super hoc esset pactũ, quia tũc pactum seruaretur, ut l. iuris gentiũ. §. ait prætor. ff. de pac. Nicolaus. Et uide, quod notatur, extra de rescriptis, statutum. li. 6. & per Inn. de sepul. c. relatum. Et ex prædictis etiam potest terminari, si quis captus sit super territorio alicuius commu
6 nis, coactus † redimere super territorio alterius, q̃ cõmune, vbi captus fuit, teneatur ad eius restitutionem, ut dixi, d. l. 1. §. ex incendio, de incendio rui. & naufr. & vide, supra prima parte. ver. quid si caueatur, quod equi mortui.

S V M M A R I V M.

1 *Villa an punienda ex alieno delicto, propter solam negligentiam in deprehendendo malefactore.*
2 *Casus aduentitius an attendendus in delictis.*

Quæst. XLVIII.

1 Eodem † mõ faciunt p̃dicta, si statuto caueatur, q̃ si in villa fiat homicidiũ, q̃ uilla puniat in centũ, nisi cęperit homicidã, & aliqs fuit mortifere vulneratus vixit tñ p̃ aliquos dies, & ex vulnere mortuus est in domo p̃pria, an villa debeat cõdemnari, hæc tñ qõ vr̃ habere diuersitatẽ a p̃cedenti, quia hic punitur uniuersitas ex alieno delicto, licet p̃ eius negligentiã, & ideo mitior fieri debet interpretatio, in p̃cedẽti qõne inuitatur quis ad reipublicę tuitionẽ, & ideo latior fieri debet interpretatio, vt emendatio fieri debeat. Itẽ, quia p̃dicta fictio, q̃ ex vulnere uideatur quis, & præsumatur mortuus, locum habet in odium vulnerantis. & iõ, quo ad cõitatẽ est restringẽda, & qa sequereť absurdũ, si q̃ cõitas capere tenereť quẽlibet, ẽt leuiter vulnerantem,
2 quia ex tali vulnere † posset mors sequi, & talis aduẽtitius casus non debet attendi. ff. qui & a qui. l. Iul. & de ver. obli. l. inter stipulantem. §. sacram. & sic aliquando obtinui de facto.

S V M M A R I V M.

1 *Percutiens ense, & non vulnerans, sed tantum vestem & camisiam scindens, an teneatur de vulnere.*

Quæst. XLIX.

1 Item † quæro, si statuto caueatur, q̃ vulnerans puniatur in. x. & aliquis percusit aliquem cũ ense ita q̃ incidit pannos, & non incisit carnem, an puniatur pœna statuti. ff. ad Sil. l. si quis in graui. §. si quis tabulas, vbi de hoc dixi. Et pro hoc de his, qui deiece, vel effu. l. 1. §. hæc autem verba & dixi. C. de epi. & cle. l. si qua per calumniam, & per Inn. de sent. excommunicationis. c. 4.

S V M M A R I V M.

1 *Pace facta super vulnere, an videatur facta super morte. & num. 3.*

Source : BIU Cujas

2 *Fideiussores de vulnere mortifero, num etiã dicantur fideiusisse pro morte.*

Quæst. L.

1 Item † quæro, si ex statuto pro vlnere imponat̃ pęna centũ librarũ, & pro homicidio mille, & aliquis q̃ vulnerauit, dedit fideiussores, & ex illo vulnere mortuus est vulneratus, cõdemnatus est in li mille, an fideiussores ad mille teneat̃, de hoc uide in Gãdino de multis qõnibus maleficiorũ pendẽtibus a statututis ver. 1. vbi distinguit, an tpe fideiussionis appareret vulnus esse mortale vel non, & dixi etiã de dãno infec. l. dãni. §. Sabini. ver. itẽ allegat̃. §. iste, & plenissime. C. de fideiusso. l. sancimus, ver. itẽ q̃ro aliã. q. sæpe occurrentẽ quã la. de Bel. disputauit, & est mihi. cccxl. in lib. mag.

2 qõnum disputatarũ. Dic aũt qđ † inquisitio facta p̃ iudicẽ erat de vulnere mortifero, & tunc fideiussores tenent̃, cũ ẽt p̃ morte uideant̃ fideiussisse. Si aũt inquisitio erat simpl̃r de

3 vulnere, tunc fideiussores non teneant̃ de morte. Et † p̃dicta faciunt utrũ, facta pace sup̃ vulnere videat̃ facta sup̃ morte inde secuta, de quo satis dixi. d. l. sancimus, ver. & p̃dicta etiã faciunt, & l. dãni. §. Sabini, & per Gã. de transac. sup̃ maleficijs faciẽdis. ver. an pax facta cũ titio, & dixi. C. de transac. l. transigere. alias ẽt qõnes & bene p̃ la. ar. in suma feudorũ, de pace tenenda. ver. item q̃ritur, & in brocardis Azo. de parentibus, & filijs, prima rubricella & Spe. de accusa. ver. sed pone. A. accusauit. B. de vulnere, & in quæstione domini Lambertini, de qua statim fiet mentio, & vide Gui. ver. sed pone quæstionem de facto, aliquis est vulneratus.

SVMMARIVM.

1 *Pœnam vulneris consequutus ex forma statuti, an deinde possit agere lege Cornel. de sicar. ad pœnam mortis.*

2 *Mors vulnus includit, non contra.*

Quæst. LI.

1 Item † q̃d si ex forma statuti sum cõsecutus penã vulneris, puta cẽtum, deinde ago. l. Corne. de sicca. ad pęnam mortis, quid erit de illis centum? dic, q̃ si bona istius sunt publicata, q̃ teneor restituere illa centum fisco. Si non sunt publicata, tunc hæredes condemnati repetent per con

2 dictionem sine causa, quia causa redijt ad non causam, quia † in morte includitur vulnus, pro hoc. ff. de condi. sine causa. l. 1. & 2. econtra hoc uidetur. ff. ad l. Aquil. l. si vulnerato, q̃ vr̃ concedere vtrunque peti. sed l. sequens p̃dicit vt ibi dixi.

SVMMARIVM.

1 *Actio si semel suscepta de vulnere, ei lata sententia absolutoria, an iterum de occiso possit actio instituti.*

Quæst. LII.

1 Quid si egi † de vulnere, & lata est snĩa absolutoria, volo agere ex eodẽ vulnere de occiso, dic q̃ obstat exceptio rei iu. q̃a non possum agere de occiso, quin reintrarẽ primã qõnẽ de vulnere sup̃ qua lata est absolutoria. Rich. Et pro hoc. ff. de vsuf. l. Titio. §. 1. & quod ibi dixi.

SVMMARIVM.

1 *Sententia condemnatoria si sit lata super vulnere, an postea agi possit de occiso, si mors ex eodem vulnere sit consecuta.*

Quæst. LIII.

1 Item † q̃ro si aliquis est mortifere vulneratus, nũquid potestas possit procedere p̃ vulnerantem de morte, etiã nõ expectata morte? Et vr̃, q̃ sic per l. damni. §. Sabini, secundo rñso. ver. nec quicq̃, de damno infecto, dñs Frã. accur. tenebat, q̃ mors deberet expectari, ar. ff. de pęnis. l. si uindicare, & l. prægnantis, dñs autem Lamber. ramponus, in fine cuiusdã suæ qõnis, utilis, in ista sua materia, quã disputauit, & incipit: Titius vulnerauit Seiũ mortifere, in qõnibus Bon. disputatis, q̃ si vulnerasset animo interficiendi, q̃ præsumeretur ex qualitate vulneris & personarum, ut C. de siccar. l. 1. q̃ tunc etiam morte nondum secuta posset agi contra eum de occiso, vt. ff. ad l. Cor. de sicca. l. 1. Et pro hoc. C. de sicca. l. is qui cum telo. vbi de hoc dixi. Quid si lata est sententia cõdemnatoria super vulnere, an possit postea agi de occiso si mors sit ex eodem vulnere secuta? Bar. tenet q̃ non. in l. non nunquam. § quæro, quid si. ff. de priuatis delic. & in l. senatus, de accusa. tenet contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Statutis duobus extantibus, altero nouo, altero ueteri, & in utrunque incidens, an utrunque, uel utrum potius obseruandum.*

Quæst. LIIII.

1 Sed † quid si statuto veteri caueatur, q̃ quicunq; feriuerit cũ armis vetitis, bãniatur perpetuo, & bona eius publicentur, statuto nouo cauetur, q̃ qui in platea cõis feriuerit, condemnetur in libris quingẽtis. Titius in platea cõis aliquem feriuit, condemnatus est in libris quingentis, fm statutum nouum, petitur q̃ banniatur, & eius bona publicentur, fm formã ueteris statuti. Gandi. d. titulo, de multis qõnibus maleficiorum, & dependentibus a statutis, ver. quodam statuto antiquo, tenet q̃ banniri debeat, & eius bona publicari fm formã ipsius statuti veteris, quasi fuerint duo delicta vnũ ratione feritæ aliud ratione loci, quia in platea cõis, ar. ff. de pęnis. l. aut facta. §. fi. & vide. ſ. clxix. & ſ. clxiiij.

SVMMARIVM.

1 *Duplici pœna an possit quis affici, eo quòd offendit duo statuta eodem concurrentia, uel an una tantum sufficiat.*

2 *Volentem offendens, an sit puniendus.*

Quæst. LV.

1 Quid † si statuto cauetur, q̃ propter percussiones quis puniatur in l. & alio statuto, q̃ pro insulto facto in platea vel ad domũ, puniatur in centũ, an punieẽ quis pro insultu factu ad domũ cum percusione, in c. tantum, an uero etiam in l. fm q̃ no. Bart in l. nunq̃ plura. ff. de priua. delic. videtur q̃ solum puniatur, in c. quæ mitior est, tamen uidetur cõtrarium dicendũ idest quod etiam puniatur in l. quia uidentur duo delicta, ut no. hic in ista quæstio.

1 Sed † q̃d si aliquis percussit vel vulnerauit aliquẽ uoletẽ, nunq̃d puniet̃ pęna statuti, de hoc uide p̃ Gan. de pęnis, p̃cussionibus, & insultu, ver. itẽ pone statutũ fore in ciui tate, q̃ si aliq̃s dederit alicui alapã, & tetigi. C. de epi. & cle. l. raptores, ibi siue uolẽtibus, siue nolẽtibus, & p̃ Dy. de libero ho. exhi. l. 3. §. si quis uolentem, & de iniur. l. 1. §. usque adeo.

SVMMARIVM.

1 *Statuto si caueatur, quòd si mulier decedat sine liberis, maritus ferat dimidiam partem dotis, & mulier legauit decem marito, an debeat in dicta dimidia compensari.*

2 *Legatum factum æstimatur animo compensandi.*

Quæst. LVI.

1 Item † q̃ritur, si statuto cauet̃, q̃ si mulier decedat sine liberis, maritus lucretur dimidiã dotis, & mulier legauit. x. marito, an debeãt in dicta dimidia cõpẽsari, ar. q̃ sic ff. so. ma. l. si cũ dotẽ. §. si pater. ar. ſ. de le. 1. creditor. la. de are. & Old. d. §. si pater. dñt, q̃ aut quis est obligatus ratione dispositionis legalis, aut ratione initæ p̃ eum obligationis. Primo

2 † casu legare videatur animo cõpẽsandi, vt d. §. si pater, & de bonis libertorum l. ẽt. §. si debita. Secundo casu, magis videatur legare animo donãdi, q̃ cõpensandi, ut d. l. si creditor. Et est ratio, primo casu ex necessitate est obligatus, unde ut se liberet a tali necessitate, magis videtur legare animo cõpensandi, q̃ donãdi. Secundo casu obligatus erat ex liberalitate & ideo eo casu magis uidetur donandi q̃ compensandi animo legare, & de hoc latius dixi d. §. si pater, & pro hoc de lega. l. filia. & de hære. insti. l. si compensandi.

SVMMARIVM.

1 *Statuto si caueatur, quòd mortua muliere dos penes maritum remaneat, soluto matri. maritus fecit pactum cum uxore, quod lucretur partem dimidiã dotis, an ex tali pacto videatur renuntiasse beneficio statuti.*

Quæst. LVII.

1 Item † q̃ro, statuto cauetur, q̃ mortua muliere dos penes maritũ debeat sol. ma. remanere, maritus fecit pactum cum uxore, quod lucretur dimidiã uel tertiã dotis, modo quæritur, an ex tali pacto videatur renuntiasse beneficio statuti? Et vr̃ quod sic. ff. de so. l. pupilli debitor. §. soror,

2 & quia † p̃uisio legis tollit̃ p̃ specialem prouisionẽ hominis. C. de pac. conuẽ. l. fi. cum his, q̃ ibi no. & dixi qđ prouisio generalis cessat, ubi locum hẽt spãlis. ff. de ver. ob. l. doli cla. In p̃rium qđ non præiudicet, ar. ff. de condi. & de l. conditiones extrinsecus, quod præiudicet & standum sit pacto, dicit Dy. determinatum fuisse per l. vlti. §. fi. de pac. dot. Dy.

SVMMARIVM.

1 *Dos, quæ est apud maritum filiæ computatur in legitimam. & nu. 2.*

3 *Ius collationis, latius est, quam computationis, in quartam.*

4 *Lombardo iure, filij non possunt petere dotem matris, uiuente patre.*

Quæst. LVIII.

1 Sed † pone, statuto cãuetur, qđ maritus mortua uxore dotem non restituat, nisi cõmoriatur̃ pater uxoris, si ex ea filios non habet, sed restituat filijs suis, si ex ea habet, accidit, quod uxor cuiusdã decesit. ex qua filios habet. Itẽ decessit pater uxoris, auus, quo ad filios, qui erant ex illa uxore, isti nepotes quærunt legititimã in hæreditate auita. dicunt aduersarij, cõputate nobis in legitimam dotẽ matris vestræ, dicunt isti, non, q̃a non possumus eã hr̃e, donec pater nr̃ uiuit, quæritur an teneãtur ipsam dotẽ cõputare sibi in legitimã,

2 & vr̃ qđ sic. nã † & dos, q̃ est penes maritũ, filiæ cõputat̃ in legitimã. C. de inoff. test. l. qm̃ in prioribus, & l. scimus. In p̃riũ,

3 quia latius † est ius collationis, q̃ cõputationis in quartã, qđ patet ex eo, q̃a oĩa q̃ cõputantur in quartã, conferunt̃, sed nõ econtra, ut C. de colla. l. illud, si est latius, & dos quæ est apud aliũ non confertur, ut ff. de col. bonorũ. l. filium, & de collatione dotis. l. 1. §. fi. ergo nec imputatur ei in legitimã, cum latius sit unũ q̃ aliud, ut prædixi, in hac qõne, dicit Dy. se cõsuluisse, q̃ interim nõ cõputetur dos q̃ est apud patrẽ in legitimã, sed legitimã habeant. Caueant tñ de restituẽdo quicqd vltra quartã reperiret̃ eos habere mortuo patre suo ar. ff. eo. ti. de collatione bonorũ. l. cũ emãcipati. §. illud aũt. ad l. fal.

l. in

Source : BIU Cujas

l.in quãtitate.§.magna.ita no.ipſe Dy.in d.l.filiũ ď collat.bo
4 norũ vbi de hoc dixi. Et eadẽ qõ † poſſet q̃ri & ſolui de iure lõbardo,quo cauet qđ filij nõ poſsũt petere dotẽ mr̃is viuẽte pr̃e,ꝙ ipſe ſuccedit in ea quo ad vſumf.& filij,quo ad proprietatem,vt in lombarda de ſucceſſionibus.l.fi.& ibi no.

SVMMARIVM.

1 *Vxor an poſsit prohibere ne bona mariti delinquentis deuaſtentur, delicto accidente, quod deuaſtationem requirat.*

Queſt. LIX.

1 An aũt † uxor poſſit defendere ne bona[a] mariti delinquẽ-
a tis deuaſtẽtur,cum ex forma ſtatuti ex tali delicto debea nt deuaſtari:dic,ut dixi.ſ.tertia parte,uerſi.uidi etiam dubitari,ſi maritus commiſit delictum.

ADDITIO.

a ¶Bona.Vxor an poſſit defendere ꝙ bona mariti deiinquentis deuaſtentur ſecundum formam ſtatuti.

SVMMARIVM.

1 *Dos vxoris an ex mariti delicto publicanda.*

Quæſt. LX.

1 An dos † publicetur ex delicto vxoris uel uiri.ſ.tertia parte ver.itẽ qd ſi uxor fecit pactũ de dote lucrãda.c.5.& 6.& ver.ſeq.q incipit,ſed qd ecõtrario.Et ꝙ publicet̃,& ꝓ de
a bito uxoris [a] fiat executio in rebus dotalibus eſt euidens ar. ff.ſo.ma.l.q̃uis,ibi,ut æs alienũ exoluat.In ſ̃riũ eſt tex. & gl. ff.de bonis dãna.l.quinq; legibus,q̃ eſt notabilis glo. & eã ſequitur Inno.extra de do inter virũ & vx.c.per vr̃as, & ꝓ hoc bene de iu.dot.l.Titia.vbi de hoc.licet contrariũ teneret gl. ff.de re iudi.l.a diuo Pio.§.in uenditione, quæ communiter reprobatur, vt ibi dixi,& uide infra tertia parte.c.4.

ADDITIO.

a Vxoris. An & quando dos poſſit publicari propter delicitum uxoris, vide glo. & Bar.in l.quinque legibus.ff de bo.dam Bal.in l.1.C.de bo. quæ lib. ꝙ non, conſtante matrimonio,& Lu.pon.in l.de die.§. qui mulierem.ff.qui ſatisdare cogan.vbi ponit caſus in quibus poteſt publicari.

SVMMARIVM.

1 *Maritus tenetur de rebus dotalibus deterioratis uel perditis propter ſuum delictum.*

2 *Mulier an poſsit uti duplici inſtrumento in bonis mariti.*

Quæſt. LXI.

1 Si † propter bannum vel delictum mariti res dotales deteriorantur vel perdantur,maritus tenet̃.ff.ſo. ma.l. in his.
2 † Item an mulier poſſit vti duplici inſtrumẽto dotali in bonis uiri? vide infra hac eadem parte.clxvj.

SVMMARIVM.

1 *Statuto ſtante,quod conſules villarum denũtiare teneantur maleficia intra decem dies,infra quod tempus alius deſert & accuſat, an eis hoc noceat, uel eos liberet a debita denuntiatione.*

Quæſt. LXII.

Item † q̃ro ſtatuto cauet̃,ꝙ ſ̃ules villarũ & locorum teneant̃ denũtiare maleficia in eorũ territorio commiſſa.ſ̃.x dies.alius.ſ̃.x dies denũtiat,vł accuſat,uel iudex ex officio ꝓcedit,an hoc eis noceat,& an poſtea teneant̃ denũtiare ꝙ eis nõ noceat,facit.C.q admitti ad bo.po.l.fi.&qđ ibi dixi,& qđ nõ noceat, & teneant̃ denũtiare,facit.ff.đ lib.agn. l.j.§.elegãter,ubi de hoc dixi, & uide duas alias qõnes de iſta materia.ſ̃.hac eadẽ particula,ver.poſtea q̃rit.eo.ti.&uer.ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Delicti commiſsi denuntiatio liberat ab omni caſu ſuperueniente.*

2 *Damni appellatione an furtum contineatur.*

3 *Furtum & damnum an ſint ſpecies ſeparatæ, & pro eis competant diuerſæ actiones.*

Quæſt. LXIII.

1 Item q̃ro † aliã qõnẽ,quã q̃rit Dy. & no. ff.de decr. ab or. fa.l.fi.ſtatuto cauet̃ ꝙ ſi dãnũ det̃ alicui & ignoret̃ ꝓ quẽ,ꝙ cõitas teneat̃ emẽdare,qdã petijt emendã a cõitate de dãno ſibi dato in vineis ſuis,cõitas dicit ſe non teneri, qa denũtiauerat dño,ꝙ cuſtodiret vineas ſuas a talibus, ne ſibi damnũ daret̃,quærit̃ an excuſet̃ ex tali denũtiamẽto, & primo vr̃ ꝙ ſic,qa denũtiatio excuſat,ff.ad l.Aq.l.ſi putator,locati.itẽ quærit̃.§. exercitu.& mã.l.ſi fideiuſſor. clamor ẽt excuſat.ff.ad ſil. l.1.§.fi.debuit ergo cuſtodire, & ſi nõ cnſtodiuit,culpa p̃ceſsit caſum,& iõ excuſat̃ cõe. ar. ff.cõmo. l.ſi ut certo.§.itẽ ſi cui. Itẽ qa ſtatutũ loquit̃ qñ ignorat̃ q dedit dãnũ,ſed hic nõ vr̃ ignorari ꝑꝑ denũtiationẽ.ar.ff.đ ac.emp. l.1. in fi.In ſ̃riũ vr̃,qđ denuntiatio nihil ꝓfit,vt.ff.mã.l. ſi fideiuſſor,& ꝓ emptore.l.pe.maxime qa obſcura & ꝑfunctoria , ut ff.qđ ui aut clã.l.aut q aliter. §.1.& qa ſtatutũ dicit ſi ignoret̃ damnũ dãs,nõ dicit ſi denuntiatũ fuerit,nã ꝑꝑ hoc neſcit̃ qs dãnũ dederit ar.ff.de inter.actꝭ.l.de ætate.§. nihil. Nõ obſtãt leges ſ̃rię de denuntiatione loquẽtes qa in eis reddit̃ qs certus ex denũtiamento,ſed hic nõ,vñ cũ nõ appareat qs dãnũ dederit, ſtatutũ ſeruabit̃,ſicut iacet.ff.q & a qui.l.,ꝑſpexit, &
2 de albo.ſcri.l.1. Sed † an teneant̃ emẽdare furta virtute talis ſtatuti vr̃ qđ ſic,qa ap.dãni,furtũ cõtinetur.ff.de ſeruo corrupto.l.in hoc iudicio,ubi de hoc dixi,ꝓ,& ſ̃. poſſet deduci de
3 dãno infecto.l.4.In † ſ̃riũ,ꝙ furtũ & damnũ ſint ſpẽs ſeparadæ facit.ff.vi bo.rap.l.ꝓtor.§.loquitur & §.dãni,de ſeruo corrupto.l.Neratius.§ q̃uis,ibi, ſunt.n.diuerſa maleficia &c. Et qa ꝓ eis cõpetunt diuerſæ actiones.ſ.fur.& l.Aqui. & ad hoc facit gl.1.inſti.ad l.Aqui.& ad hoc.ff.ad l.Aqu.ſi ſeruus ſeruũ in prin.& §.ſi qs manu.&§.ſi oliuã.& l.qui occidit.§.ſi qs alienum,& l.ſi quis teſtm̃.§.fi.& l.illud,cum ibi nota de iudi. l.ſi longius.§.1.maxime quia ſtatutum eſt pęnale, & odioſum, & ideo reſtringendum,& hoc puto uerius.

SVMMARIVM.

1 *Famuli admittuntur in teſtes pro domino ſpoliato in locis ſylueſtribus,quãdo deſunt alij teſtes.*

2 *Communitas vbi non cõuenitur ex facto proprio,opus eſt uera probatione.*

3 *Ad damni emendationem qui tenetur,tenetur etiam ad expenſas quæ fiunt occaſione prædicta.*

Quæſt. LXIIII.

1 Item retento † eodẽ themate,ꝙ ex forma ſtatuti teneant̃ cõitates damnũ emẽdare vel robarias,aliquis damnũ paſſus eſt,vel derobatus ī territorio alicuius cõitatis,vult ꝓbare ſ̃ cõe ꝑ ſacramentũ ſuũ,ſic ut poſſet ꝓbare ſ̃ robato rẽ,ut C.unde ui.l.ſi qñ,& qđ vi aut clã.l.ſꝑ.§.hoc interdicto, vbi de hoc ꝑ Dy.nunqd poſsit,dic ꝙ nõ.ar.ff qñ ex facto tut. l.ob dolũ,& C.de in li.iur.l.is qui rõnes,& l.alio iure,& l.fi.&
2 qa cõitas nõ ꝓuenit † ex delicto ꝓprio,ſed alterius,ꝺdictione ex ſtatuto,& ſolũ ex culpa,& iõ opus eſt vera ꝓbatione,ar.ff. de noua.l.doli.& ibi in gl.vlt.in fi.& gl.d.§.hoc interdicto,& dixi.ſ.1.par.35.q.& ꝓ hoc.ff.de incẽ.rui.& nau.l.neqd.ubi de hoc no.& dixi in d.l ſi qñ.C.vñ vi.ubi tenet Ia.de are.ſ̃rium, ut ibi dixi.Sed opi.Dy.ꝑualet & ſeruatur, & eam ẽt ibi tenet Cy.q ẽt,tenet qđ ꝑꝑ difficultatẽ ꝓbationis,quia mercatores ſæpe derobantur in locis ſylueſtribus,vbi non ſunt teſtes,ꝙ admittant̃ famuli &alii teſtes.ar.d.l.neqd.C.de repudijs.l.ex conſenſu,vbi de hoc dixi,& ad p̃dicta facit.C.de nauf.l.quo-
3 tiens.lib.11. & qui tenetur ad † emendationem damni teneẽ etiam ad expenſas quæ fiunt occaſione prædicta.ff.ad l.Aqu. l.ſi ſeruus ſeruũ.§.rupiſſe,ibi,verũ ſumptus, &c.vber.đ bob.

SVMMARIVM.

1 *Damnum ſi non refundatur mercatori,num ciuitas eius poſsit repreſalias in ſtituere aduerſus ciuitatem in cuius territorio damnum paſſus eſt.*

2 *Repreſaliarum concedendarum cauſæ, & occaſio.*

Quæſt. LXV.

1 Sed † qd ſi per cõitatẽ nõ emẽdet̃ damnũ mercatori, nũquid ciuitas ſua poſsit ꝯcedere repreſalias ſ̃ ciuitatem in cuius territorio fuit derobatus, & vr̃ ꝙ ſic, qa in defe-
2 ctu iuſtitiæ ꝯceduntur tales † repreſaliæ.23.qõ.2. c. dñs Deus noſter,vbi dr̃,gens & ciuitas impetenda eſt, q̃ uel emendare neglexit quod a ſuis improbe factũ eſt uel reddere quod ꝑ iniuriã eſt ablatũ,& ibi de iſtis repreſalijs no & ꝓ hoc de, fabricenſibus.l.iure prouiſum li.12.& de nauf.l.fi.ſed quod cõcedi nõ poſsint.facit.C.ne vx.ꝓ marito.auth. ſed oĩno, vbi đ repreſalijs ſicut dixi. Et pro hoc extra de iniu. & dãno dato. c.ſi pignorationes. lib.6.cum ibi notatis per garſiã & omnes.

SVMMARIVM.

1 *Emenda ſi fiat a communitate mercatori ibi ſpoliato, utrum illa pro modo facultatum moderanda,an pro numero perſonarum.*

2 *Damni emendandi ratio nullo etiam ſuper hoc ſtatuto condito.*

Queſt. LXVI.

1 Item † q̃ro,qũo fiet iſta emenda ꝑ cõitatẽ,utrũ ꝓ mõ facultatis vicinorũ, an ꝓ numero ꝑſonarũ? Et primo vr̃, ꝙ ꝓ numero ꝑſonarũ,qa iſta emenda fit ꝓpter negligentiã cõitatis,quæ debuit terrere malefactores de eius territorio,vt ff.de ver.ſig.l.pupillus.§. territoriũ. Sed oẽs in hoc fuerunt negligentes,ergo oẽs tenenſ̃ æqualiter,& pro hoc.C.de muneri.patrim.l.2.li.10.ff.ꝓ ſo.l.ſi nõ fuerint,vbi de hoc dixi. In ſ̃riũ quod ꝓ mõ facultatũ, & patrimoniorũ, ꝑ duas ll.ſimul iunctas.C.de nauf.l.fi.li.11.vbi dr̃,qđ ꝓ rata ꝯtingentis muneris,&c.& ad alia dicit ꝓ mõ facultatis.C.de mune.pat. l.1.li.10.per quas. ll.Dy.tenet iſtã opi.d.l.nequid.de incẽ.rui. & nau.Ita ẽt dicit Mar.de fano ſe cõſuluiſſe de facto, ꝓ hoc. C.de opp.pu.l.oẽs.ff.de cẽſibus.l.forma.& de tributo.l.2.§.in eadẽ.hoc etiã tenet Spe.de rapt. & incen.uerſ.ſed pone inter ſtatuta,nam d.l.ult.de naufr.tenebantur ex negligẽtia, & tñ pro modo patrimonij conferunt,ut d.l.1.de mune.patrimo-
2 niorum,& de iſta materia † emendationis damnorum fiẽda per cõia,etiam ſi non ſit ſtatutum ſuper hoc, vide quod plene dixi.ff.de incen.rui.& naufra.l. nequid,& uide in margarita,de accuſa.uer.ſed pone queſtionem quæ eſt ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Damnum datum ſi ſit alicui cum vicinis,& ille petat reſarcionem,an teneatur contribuere partem ſuam, pro modo facultatum.*

Quæſt. LXVII.

1 Item † q̃rit̃,ſi damnũ eſt datũ alicui cũ vicinis, & petat emẽdationẽ.an teneat̃ ꝯtribuere partẽ ſuam ꝓ mõ fa-

Source : BIU Cujas

facultatũ ſuarũ? dic ꝙ ſic. ar. de leg. 1. hmõi. §. ſi Titio, & vī ca ſus. ff. ad l. Rho. de iac. l. 2. §. cũ in eadẽ naue. & C. de muneribus & ī quo loco. l. 2. li. 10. & ita tenet Galeotus in margarita, de mune. & ho. ver. pe. q incipit, ſed pone qõnẽ de facto, & ꝑ hoc bñ. ff. de excu. tu. l. amiciſſimos. §. Lucius, vbi hoc tenet Ia. de are. licet dicat ar. ⁊, de tut. & ra. diſtra. l. imperatores, ꝑ 1. opi. vī expreſſum de le. 1. l. ab oĩb. §. ſi Titio, ubi plene dixi.

SVMMARIVM.

1 *Abſentes ad reſarcionem damni illati in ſuo territorio, an teneantur.*

Quæſt. LXVIII.

1 Sed †nunquid tenebuntur uicini qui erant abſentes tpe robarię, & dãni dati? vī ꝙ ſic, quia ſtatutum indiſtincte loquitur, licet per quã dure. vt. ff. qui & a qui. l. proſpexit. In ⁊rium eſt ar. ff. de ſicca. l. fi. de adulte. l. in adulterij, de his qui, vt indi. l. pe & de magi. q̃ue. l. 1. ꝙ quod not. in ſimili qõne, dicta authent. ſed omnino. C. ne uxor pro mari. de ſtricto iure crederẽ abſentes non teneri, cum non poſſit eis negligẽtia imputari de facto, tamen ſeruatur ⁊rium. Ad hoc vide §. prima parte de repreſalijs. q. 5. & 6. & uide in Gandi. ulti. tit. ver. ſed qñ commune villę tenetur, ubi etiam tangitur, an teneantur debiles & infirmi, & vide Gui. uerſ. pone ſtatutum eſt in aliqua ciuitate, quod ſi maleficium, & ver. ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Damnum datum per inciſionem arborum, quomodo reſarciendum.*

Quæſt. LXIX.

1 Item †quid ſi dictum damnum fit per inciſionem arborũ, nunquid de emendatione detrahi debeat valẽtia arborũ ſic inciſarũ, ar. ꝙ ſic. ff. arbo. furtim cęſa. l. faciẽda, ubi de hoc dixi. In ⁊rium facit de hoc. ff. ad l. Aqui. l. ait lex. & de ſeruo corru. l. ut tantum. §. æſtimato, vbi uidetur, ꝙ ſit in poteſtate domini an uelit agere ad æſtimationem totius damni, an uelit retinere in ſe arbores, & agere pro reſiduo, & hoc forte uerius eſt de ſtricto iure in odium delinquentis. Caſus tamen vī in contrarium, extra de iniu. & dam. da. c. 2.

SVMMARIVM.

1 *Statuto ſtante, ꝙ damnum reſarciatur ſpoliato, an ille teneatur cedere iura communitati, contra malefactores, & num. 2. 4.*

3 *Iura conceduntur etiam doloſo in actione commodati & depoſiti.*

Quæſt. LXX.

1 Sed †nunquid derobatus vel dãnũ paſſus teneat cedere iura cõitati ⁊ malefactores. Et primo vī, ꝙ non. C. de ſol. l. nulla, de duob. reis. l. 1. & ff. de cenſi. l. forma. Itẽ quia
2 cõitas ſoluit propter culpam, ergo non eſt ei † ſubueniendũ beneficio ceſſionis. ar. ff. de tutel. & ra. diſtrahẽ. l. 1. §. nũc tractemus. Et pro hoc extra de reb. ecc. nõ. alie. c. ſi quis preſbyte
3 rorum, in ult. gl. ff. de admi. tu. l. cum plures tutelam. In † contrarium eſt, quia iura concedunt ẽt doloſo in actione cõmodati & depoſiti. ff. de rei uen. l. his ꝙ dolo, & de re iud. l. in depoſiti, & ar. bonum nau. cau. ſta. l. licet. §. poſthu. & quod no. & dixi. ff. de fideiuſ. l. fideiuſſor, & hoc credo verius. Credo ẽt,
4 ꝙ cõitas ſine aliqua ceſſione regreſſum habeat contra † malefactorẽ, ar. iuriũ, q̃ allegaui in ſimili qõnes. §. 1. parte in materia repreſaliarũ, uer. itẽ quæro, Perga. habet repreſalias.

SVMMARIVM.

1 *Infantes, ſenes, vel infirmi, an teneantur conferre ad emendationem damni illati in ſuo territorio.*

Quæſt. LXXI.

1 Item †quæritur, an infantes, ſenes, uel infirmi teneantur contribuere ad talẽ emendationẽ, credo ꝙ non, ꝙa cis non poteſt imputari negligentia. Et pro hoc. C. de operi. pu. l. omnes. cum his, quæ ibi not. & C. de falſa moneta. l. 1. & extra de delictis puerorum, & uide infra c. lxxxiij.

SVMMARIVM.

1 *Damnum paſſus, cui ſatisfactum fuit a communitate propter ſtatutum communitatis, ſic diſponens, an poſſit nihilominus agere contra malefactores, & num. 2.*

Quæſt. LXXII.

1 Sed †nunquid dãnũ paſſus habita emẽdatione a cõitate, poterit agere ⁊ malefactores, dic ꝙ non, ut ff. de co, ꝑ quẽ factũ erit. l. 1. §. ſi plures, & ad hoc bñ facit, qđ no. ꝑ Gof. in ſumma de reb. ec. nõ alie. §. in ſum. notandũ. Lite aũt pẽdente ⁊ cõitatẽ bñ poſſet agere ⁊ malefactores, quia nõ ꝑ electionẽ, ſed ꝑ ſatisfactionẽ p̃cludit ſibi uia ff. depo. l. 1. §. ſi apud. C. ſi tutor vel curator interue. l. ul. & đ fideiuſſor. l. reos.
2 & l. ſi & ſi nõ eſt ɔſequutus † totũ a cõitate, põt ⁊ malefactores agere pro reſiduo, ut dictis. ll. & d. §. in ſumma notãdum, & vide Ho. in ſum. de raptoribus, & prædicta uera ſunt, qno ad emendam damni. Sed ſi uelit agere criminaliter ad pęnã fiſcalẽ ⁊ ipſos malefactores, bene poteſt, non obſtante emẽdatione, ut C. quando ciuilis actio præiudicet criminali. l. 1.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitates duæ ſi longo temporis uſu fœderatæ, & coniunctę ſint ad omnium onerum unde quaque prouenientium ſocietatem, an etiam inuicem teneantur conferre ad emendationem damni illati in altera illarum.*

Queſt. LXXIII.

1 Item quæro, †duæ cõitates antiquiſſimo tpe ſimul ɔſueuerunt ſoluere onera vndecunq; prouenientia, vnus eſt derobatus in territorio ũnius ipſarum villarum, alia non vult ad emendam contribuere, nunquid poſſit ſe excuſare. Et primo vī qđ non, ex quo tanto tpe ſimul ſoluerunt, ar. ff. de uſu. l. cũ de in rem uerſo. cũ ibi not. de aqua plu. ar. l. in ſum. §. fi. & de aqua quoti. & æſti. l. hoc iur. §. ductus aquæ, & per ea, q̃ dixi in ſimilibus. C. de pac. l. ſi certis annis, quaſi ipſe uillæ uideatur ſuper hoc tacite conueniſſe. ff. cõia præ. l. uenditor. §. ſi conſtat. & de aqua plu. arc. l ſi prius. §. placuit, non enim refert, expreſſe uel tacite ꝙ uoluntatẽ ſuã declarauerint. ff. de legi. l. de quibus. in fi. In contrarium facit text. dictæ. l. ſi certis annis. C. de pac. & de uſur. l. ſi creditor, & ff. de operis libertorum. l. operis, & quod no. in brocardis, de qualitate factorum, & hoc puto uerius maxime quia, ut prædixi, ſtatutum punit negligentiam, & illi communitati, nulla poteſt imputari negligentia, & prædictas quæſtiones no. in d. l. nequid, de incen. rui. & naufra.

SVMMARIVM.

1 *Damni emendationem petens, an teneatur probare ſe dominum, uel ſufficiat probare ſe poſſeſſorem damni dati.*

2 *Damnum reſarcitum illi, cui non decuerat, an repeti poſſit.*

Quæſt. LXXIIII.

1 An †aũt petens emendationẽ damni, teneatur ꝓbare ſe dñm, vel ſufficiat probare ſe poſſeſſorem tpe damni dati, dic ꝙ ſufficit probare de poſſeſſione, ut no. in Spe. de ꝓba. §. fi. uer. ſed pone ſtatutum, & ſi datum eſt damnum in ſegetibus a ſolo ſeparatis, nondum tamen eis in horreo reconditis, debeat fieri emenda fructuario vel proprietario: dic qđ fructuario, ut dixi. ff. qui. mo. vſuf. amittatur. l. ſi vſufructuarius meſſem fecerit, & ſi communitas emendauit damnum
2 † ex eo, ꝙ incertum erat quis damnum dediſſet, ſi poſtea appareat quis damnum dederit, an repeti poterit, dic ꝙ ſic per l. ſi fullo. de condi. ſine cauſa, & ibi dixi.

SVMMARIVM.

1 *Damno dato in confinio duarum ciuitatum, nec conſtat ſatis in utro, quid iuris.*

Quæſt. LXXV.

1 Item †quæro ſtatuto ciuitatis cauetur, ꝙ dãna & robariæ, debeant emendari per loca, in quorum territoriis data ſunt, accidit ꝙ in confinio duarum uillarum datum eſt damnum, & neſcitur in utrius territorio ſit, quæritur quid iuris. Et primo uidetur ꝙ nulla uilla teneatur, cum non conſtet in cuius territorio ſit datum, & ſtatutum eſt ſtricti iuris, & ⁊ ius cõe, & per ɔñs reſtringendũ, & non ampliãdum, nec interpretandum interpretatione extenſiua, ut dictum fuit ſupra prima parte, rubricella, an ſtatuta recipiant interpretationem, doctores tamen cõiter tenent, qđ vtraq; uilla teneatur, per l. iuriſperitos. §. cum oriundus. ff. de excu. tuto. ubi de hoc dixi, & C. de procu. authen. ꝙ ius. in fine, & vide infra quid ſi in aliquo loco non determinato.

SVMMARIVM.

1 *Dominus an teneatur pro damno dato a iumento ſuo, ſi tale damnum factũ fuerit ſine culpa domini.*

Quæſt. LXXVI.

1 Pone †ſtatuto caueri, ꝙ ſi beſtia alicuius damnũ dederit, teneat dñs ſoluere ſolidos q̃nq;. beſtia alicuius deperdita, dedit damnum, nunquid ſtatutũ locum habeat? Gandinus tenet ꝙ non, & allegat de le. 1. l. huiuſmodi, & l. ſi legatum, de publica. l. quantæ. §. ult. & l. coten. §. dũs. hoc tenet ul. ti. uer. Item pone contineri in ſtatuto, ꝙ ſi aliqua beſtia, quod puto uerum, niſi dominus fuerit in culpa circa perditionem beſtiæ, mittendo forte eam ſine cuſtode. Et vide Gui. uer. ſed pone ſtatutum eſt in ciuitate, quòd ſi beſtia.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas ſi damnum dederit, an omnes de uniuerſitate teneantur ſoluere pœnam ſtatuti, vel ſufficiat ſemel tantum ſolui pro omnibus.*

Quæſt. LXXVII.

1 Quid †ſi uniuerſitas dedit damnum, an omnes de uniuerſitate teneantur ſoluere pęnam ſtatuti, an ſufficiat ſemel tantum ſolui pro omnibus, dic ꝙ ſufficit ſemel ſolui. ff. ad l. Aquil. l. illud, de iuriſd. om. iudi. l. ſi familia, & l. adeo, ſi familia furtum fecife dicatur. l. 1. de fideiuſſo. l. mortuo, quod vi aut clam. l. ſemper. §. ſi in ſepulchro, & uidetur expreſſum de publicanis. l. ſi multi. Dy.

SVMMARIVM.

1 *Frumentum adhuc exiſtens in herba, vaſtatum, an ſit æſtimandum vt herba, an potius, ut frumentum maturum.*

Quæſt. LXXVIII.

1 Quid †ſi quis immiſit beſtias ad paſcẽdum in cãpo in quo erat frumentũ, nunqd debeat æſtimari damnum ſolum habito reſpectu ad herbam, an uero in tñ quantum valere potuiſſet frumentũ qñ fuiſſet maturũ, & vī ꝙ habito

Source : BIU Cujas

bito reſpectu ad herbā tūm, ar.ff.arborū furtim ceſa.l.certe in fi.& qa nō habet ꝓsideratio dāni ad tps futurū, vt.ff.ad l.aql. l.ait lex.& l.inde Neratius. §.ſi infans. In cōtrariū vī, qa agit ꝓ dāno, rōne futurarū operarū.ff.ſi quadrupes pauper. fe. dicatur. l.ex hac.& de his, q deiece. vel effu.l.fi.lac.de are.tenet ꝙ debeat æſtimari quantum potuiſſet vēdi dubius euentus perceptionis ipſius frumenti.per l.ff.fami.ercis.l.propter ſpē. & ita tenet dicta.l.certe. in fi.v bi de hoc dixi.

SVMMARIVM.

1 *Bouem meum ſi quis occidit, num de emendatione deducenda ſint, caro & corium, & debeant apud me inuitum remanere.*

Quæſt. LXXIX.

1 **Sed** †quid ſi aliquis occidit bouem meum, nunquid debeat deduci de emēdatione caro & corium, & apud me inuitum remanere, vī ꝙ ſic.ar.ff.arborum furtim ceſarū l.facienda, vbi de hoc dixi. In contrarium facit.ff.ad l.Aquil. l.ait lex.& de ſeruo cor.l.ut tantum.§.æſtimatio, vbi vī eſſe in electione domini retinere carnes & corium, uel nō, & ita tenet Io. Faſo.de piſis.d.l.facienda,& eſt caſus, licet non alleget, ꝙ caro & cornua remanere debeant occiſori,& in totū damnum emendare teneatur, extra de iniur. & dam. da c.2.

SVMMARIVM.

1 *Domus combuſtæ emendationem, petens, num ignem immiſſum probare debeat.*

2 *Incendium fore creditur natum culpa inhabitantium.*

Quæſt. LXXX.

1 **Item** quæro, ſi†ſtatuto caueat ꝙ damnū datum per incē diū, debeat emendari, domus alicuius eſt ꝓbuſta, ipſe petit emendationem, nunquid teneatur ꝓbare ignē immiſſum? vī ꝙ ſic, licet non teneatur neceſſario probare certam perſonam, quæ immiſerit, vt.ff.ad ſil.l.1.§.ſi ſibi. ubi de
2 hoc dixi,& quia†incendiū pſumitur culpa inhabitantiū factū.ff.de offi.præfe.vigil.l.3.de periculo & cōmo.rei ven. l.fi. ar. ⁊, arborum furtim ceſa.l.furtim cæſæ.& ſi unus deſtruxit domū ſuam, ne ignis ultra trāſiret, an illi quorum domus ex hoc ſunt ſaluatæ, teneantur emendare.ff.ad l.rho.de iact. l.1. & dixi. & uide ēt.c.ti.l.nauis.§.cū aūt.ſi incendiū oriat in domo alicuius,& ꝓburant dom⁹ uicinorū, an emēdare teneat.

SVMMARIVM.

1 *Incendium ſi caſu fortuito contingat, an ad eius probationem adſtringatur dominus domus, damni emendationem petens.*

Quæſt. LXXXI.

1 **Sed** †quid ſi incendiū oritur caſu fortuito, puta, p fulgurationē, tenebit ne probare? puto ꝙ non, vt vī expreſſum.ff.de ⁊h. emp.l.fiſtulas.§.fi. ubi de hoc dixi,& ita fuit determinatū Paduæ ex quodā incendio in loco de Montegnana, propter fulgur, ita ꝙ magna pars loci combuſta fuit. Et pro hoc bene, de dam.infe.l.fluminum.§.uitiū, & de annuis lega.l.Scio.§.medico,& quod ibi dixi.

SVMMARIVM.

1 *Maleficium occultum num excuſet denuntiatorem, idipſum non indicantem intra tempus præfixum a lege uel ſtatuto.*

2 *Fratrum pœna non vindicantium necem fratris.*

Quæſt. LXXXII.

1 **Item** †quæro, ſi conſules cōium & cōia, forma ſtatuti teneātur denūtiare maleficia, vel capere malefactores, ſub certis pœnis,& infra certū tempus,& maleficiū ſit occultū, puta furtū, vel factū de nocte, qa maritus occidit uxorem de nocte, in lecto, ſicut occurrit mihi de facto, an commune teneatur, puto ꝙ non,& hoc ſæpe obtinui per l.1.§.occiſorum.ff.ad ſil. vbi de hoc dixi & l.ſi qs in graui.§.maritus, & qđ ui aut clā.l.ſemper.§.ſi in ſepulchro, vbi de hoc per Dy. & bene.C.de his, qui.vt indi.l.ſi ideo, ubi etiam de hoc dixi.

2 Sed in contrarium uidetur, eo.ti.l.cum fratrem, vbi † Frater fuit occiſus veneno,& ſic occulte,& tamen hæredes, puniūtur ſi non uindicant necē. ſed illam intelligo cum determinatione.d.l.Si ideo.ſ.quando delictum eſt manifeſtum,& ex tunc cedit tps, ar.ff.de calum.l.auus,& de ædil.edic.l.cū ſex.

SVMMARIVM.

1 *Abſentes an excuſentur, ſi non audiuerint, uiderint, & apprehenderint malefactorem in ſuo territorio.*

Quæſt. LXXXIII.

1 **Item** †videtur, ꝙ quando conſules & communia tenentur emendare damna uel capere malefactores, ꝙ illi, qui erant abſentes & nō poterant audire clamorem, an teneantur, ar.ff.ad ſil.l.1.§.hoc autem ſenatuſconſultum, & C.eo.l.fi.& l.ſi quis in graui.§ ſi cum omnes, contrarium tamen de facto ſeruatur,& vide ſupra clxxj.& lxviij.

SVMMARIVM.

1 *Communitas ſi non ſit ſufficiens ad emendationem damni illati in ſuo territorio, quid iuris.*

Quæſt. LXXXIIII.

1 **Item** quæro,† quid ſi cōitas non ſit ſufficiēs ad damnum emendandum propter paupertatem, dic ſm Ray. ꝙ ciuitas emendabit.argum.ff.ad Sil.l.leg. Cornel. in princ. ubi de hoc dixi,& pro hoc.C.ex quib.cau.ſerui pro pre. acci. libertatem.l.1.& fin.

SVMMARIVM.

1 *Malefactorem capere ſi qua communitas teneatur, ſub certa pœna, & non cepit. Sed contigit eum ab alijs captum & reductum, ſine tamen cura dictę communitatis, an communitas teneatur, & nu.3.5.*

2 *Quid ex æquipollentibus fiat non intereſt.*

4 *Conditionem facto impleri non ſufficit.*

Quæſt. LXXXV.

1 **Item** dubitatur, ſtatuto†cauet, ꝙ ſi maleficiū ꝓmittatur in aliquo loco, uel territorio,& illa cōitas nō cepe rit malefactorē, qđ puniatur in centū. Titius in aliquo loco cōmiſit homicidiū,& fugit, poſtea non facto dictæ cōitatis, ſed aliter captus eſt,& peruenit in fortiam Ptātis, nunquid il la cōitas nihilominus debeat in centū condēnari? vī qđ nō,
2 quia non intereſt†qd ex æquipollētibus fiat.ff.man.l.fideiuſſor.& C. de inſti.& ſubſti.l.3. unde qualitercunq; malefactor peruenerit in fortiam Poteſtatis, cōitas vī liberata. ar.bonū. ff.quemadmodū ſerui.amit.l.qui fundum, qđ ui aut clā.l.ſp §.fi.& ne quis eum, qui in ius voca. eſt vi exi.l.ſi per aliū.§.do
3 cere.Gandi.diſtinguit, ꝙ ſi†ex illa cauſa maleficij, ex quo p cōitatem debebat capi,& pſentari, puenerit in fortiā Ptātis, tunc cōitas non debeat ꝓdēnari. Si vero ex alia cā, tūc ſic, qa non eſt rō quare tunc diſſoluta ſit obligatio, cum ex alia eā in fortiā Ptātis peruenerit.ar.ad hoc.ff.quēadmo.ſerui. ami. l.fi. Ita tenet in ti.de multis qōnibus maleficiorum dependē tibus a ſtatutis ciuitatum. Sed ⁊ hanc determinationē multum faciunt verba ſtatuti, quæ ſunt ſtricti iur. & exigunt qđ cōitas ceperit,& quia non ſufficit conditionē facto impleri.
4 vt.ff.de condi.& demon.l.2. Vnde forte non inepte diſtingui
5 poſſet, vtrum†cōitati poſſit imputari negligentia preſentandi, an non, vt primo caſu cōdēnetur, ſcđo non. ar.ff.ad Tert. l.2.§.ſi mater,& §.confeſtim & C.qui ad bon.poſ.l. fi. uel niſi eſſet ſtatutus terminus a ſtatuto, infra quem cōitas deberet præſentare, tunc enim elapſo termino condemnaret cōitas, dato qđ malefactor poſtea ſine facto cōitatis in fortiā Poteſtatis peruenirет, & uide aliā qōnē ad iſtā materiā infra hac eadem parte.ver.continetur ſtatuto ciuitatis Lucanæ.

SVMMARIVM.

1 *Loci unius mēſura ad alium, vnde incipienda.*

Quæſt. LXXXVI.

1 **Sed** ſi†ſtatuto caueatur, qđ ſi homicidium fiat prope locum ad unum milliare, & non capiatur homicida, communitas condemnetur in centum. Si ultra unum milliare in quinquaginta, quoddam caſtrum eſt mutatum, ſed habet domos & porticus extra murum, vbi debeat inchoari menſura? dic a muris ſm Odof.uer. ſed pone quæſtionem de facto, ſtatutum eſt Bono. quod ſi aliquis eſt percuſſus.

SVMMARIVM.

1 *Papa ſi moriatur in loco indeterminato, magiſtratus proximior cogere debet cardinales ad electionem.*

Queſt. LXXXVII..

Quid ſi in aliquo loco nō determinato, & qđ nō eſt alicuius viciniæ? dic qđ ꝓximior teneat.ar. ff.de acqui.re.do.l.adeo. §.inſula. vbi de hoc, dixi, ſicut ēt dī, ſi Papa
1 moriat in loco indeterminato, ꝙ magiſtratus† ꝓximior debeat cogere cardinales ad electionē, vt no. p oēs ex de elec. c.ubi periculū.li.6. Et facit qđ no.C.de epi.& cle.l.nulli. §. qđ ſi inuito,& ubi de cri.agi opor.auth.qua in prouincia,& uide ſupra proxime ver. Item quæro, ſtatuto ciuitatis cauetur.

SVMMARIVM.

1 *Res inanimata non condemnatur, ſed perſona, cuius eſt ipſa res.*

2 *Res inanimatæ non delinquunt.*

Quæſt. LXXXVIII.

1 **Sed** quid†ſi ſtatuto caueat, ꝙ nulla beſtia det damnum, vel qđ nulla nauis debeat ire in talem portū ſub certis pœnis. repertum eſt qđ aliqua beſtia damnū dedit, vel qđ aliqua nauis iuit in dictum portū a ſtatuto prohibitū, vnde Poteſtas cōdemnauit ipſam beſtiam uel nauem in pœnis ſtatuti, quæritur an talis condemnatio valeat? Et vī quod non,
2 quia ſunt res inanimatæ, quæ†non delinquunt. in authen. de man.prin.§.oportet,& ea quæ ſenſu carent, iniuriā facere nō dicunt. ff.ſi quadrupes paupe.feciſſe dicatur.l.1.§.1. Gandi. tenet ⁊, quia qñ ſnīa datur prædio, quod eſt res inanimata, & non perſonæ, ut. ff.ſmium regum.l.3. §. ſi aliter. ſatis per hoc videtur condemnata perſona cuius eſt nauis uel beſtia, & p hoc.ff.de neg.geſt. l. qui aliena.§. ulti. Et pro hoc bene facit glo. quæ eſt.ff.de operis noui nuntia.l.fina. quæ gloſſ. incipit, ſed rei. Et ita tenet Gandi. vlti. titu. uer. item pone contineri ſtatuto, quod nulla beſtia,& Guid. uerſic. pone quęſtionem de facto, aliqua nauis.

SVMMARIVM.

1 *Furtum paſſus, ſi ducat furem coram Iudice ciuili, an uideatur renuntiare accu-*

Source : BIU Cujas

accusationi criminali. & numero 4.

2 *Iudex maleficiorum, non debet cognoscere de causis pecuniarijs.*

3 *Carceres duos quælibet ciuitas habere debet.*

Quæst. LXXXIX.

1 Item † q̄ro si statuto caueat̄, ꝙ oēs cāæ maleficiorū agi debeāt corā iudice maleficiorū, aliq̄s, cui damnū datū erat, ꝙqueſtus eſt corā iudice ciuili, nūquid teneat proceſſus? Gādi. tenet ꝙ nō, quaſi corā nō ꝙpetenti iudice, no. ꝑ eū ti. de multis qōnib. q̄ non ꝙmode adaptant̄. ver. ſed pone.

2 qōnē, q̄ ſenis fuit de facto. Nā & iudex q̄ cognoſcit † de maleficijs, non dēt cognoſcere de cāis pecuniariis. ff. de iudi. l. ſolemus. §. latrūculator, & ibi no. Et q̄libet ciuitas dēt hr̄e duos

3 † carceres, unū ꝑ maleficijs, aliū ꝑ re pecuniaria. C. de exac. trib. l. 2. li. x. & cāæ ciuiles trāſmitti debēt ad ciuilē iudicē, & criminales ad criminalē, iōq; de cāis crimin. cognoſcit. ff. de abigeis. l. 1. §. fi. Sed ℈ vr̄. C. de agentib. in reb. l. ex eo. li. 12. ubi vr̄, ꝙ abſurdū eſt, ꝙ iudex q̄ nō pōt cognoſcere ☩ cā pecunia-

4 ria, cognoſcat de criminali. Et ſi paſſus † furtū, ducat furē corā iudice ciuili, vr̄ renūtiare accuſationi criminali. ff. de furtis. l. interdū. §. qui furē. iudex maleficiorū ſi agatur †

5 ciuiliter cognoſcit de interdicto unde vi. & de interdicto, q☩ vi aut clam. ff. de offic. præfec. vrb. l. 1. §. ſed ex interdictis.

S V M M A R I V M.

1 *Statuto ſi caueatur, quod communitates teneantur emendare damna data in ſuis territorijs, ſi malefactor ſit incertus, an teneantur emendare damna data eccleſijs.*

2 *Idem obſeruandum in alio, quod in te uis obſeruatum. Et æqualitas in iudicijs ſeruanda.*

3 *Ius publicum conſiſtit in ſacris & ſacerdotibus.*

Quæst. XC.

1 Si † ſtatuto caueatur, q☩ cōitates teneant̄ emendare dāna data in corū territorijs. ſi malefactor ſit incertus, an teneantur emendare dāna data eccleſijs. D. Vber. de bo. termi nauit ꝙ nō, vt no. ꝑ Gandi. ti. de multis qōnibus, q̄ nō cōmo de adaptant̄. ver. ſi. ꝑ cuius determinatione facit, q☩ dixi ſ. 1. parte, an forenſes & clerici poſſit uti beneficio ſtatutorū, & pro hoc bene, quia eccleſia non pōt cogi ad emendandū laicis, vñ cū ad eā nō ſpectet damnū, nec emolumentū. ff. de re. iur. l. ſm naturā, & C. de fur. l. manifeſtiſſimi, & q̄a eccleſia non debet petere id cuius ℈riū nō eſt poſtulatura. C. de ſo. l. cū ꝑ pecunia, & de reſcin. vē. l. Ratas. & ad hoc benefacit, q̄a

2 q̄s in ſua † ꝑſona ſeruare dēt, q☩ vult in aliorū ꝑſona ſeruari. ff. ſi ſeruitus vē. l. alterius & de pac. ſi cū in eo. cū ſi. & q̄a æqualitas in iudicio ſeruari dēt. C. de fru. & lit. expē. l. fi. Vber. & uide ꝙ no. ff. ꝙ cuiuſq; uniuer. l. 1. vbi vr̄ dubitari. Gu. de ſuz. te-

3 net ℈riū, q̄a † ius publicū ꝙſiſtit̄ ſacris & ſacer. ff. ☩ iuſt. & iu. l. 1. & q̄a eccl̄iæ, ſunt domus Dei, & priuilegiatæ. C. ☩ ſac. ſan. ec. l. priuilegia, & l. oīa, primā credo veriorē, & eā obtinui. Et ꝑ hoc ex̄ de in inte. reſt. c. ꝙſtitutus, & q☩ no. de fo. ꝙpe. ꝙ cle. & extra de cōſti. q̄ in eccleſiarū, & c. eccleſia ſanctæ Mariæ.

S V M M A R I V M.

1 *Damno reſarcito per communitatem, num poſtmodum agere poſſit contra malefactorem, ſi vſquam ille reperiatur.*

Quæst. XCI.

1 Quid † ſi ſtatuto caueatur, ꝙ ille villæ teneantur emendare damnum, ſi non appareat malefactor, non apparente malefactore villa emendauit damnum, deinde appareat malefactor. nunquid uilla poteſt agere contra dominum, ut agat cōtra malefactorem, vr̄ ꝙ ſic. ar. ff. ad l. rho. de iact. l. 2. §. ſi quis ex uector. ſecundo reſponſo. cōmo. l. cōmodato. §. fin. de condi. ſine cauſa. l. 2. nam & alias ago cōtra te, vt agas contra alium. ff. loca. l. cum in plures. §. meſſem in ſpiciente colono. de leg. 1. l. ſi ſic. §. fi. ubi de hoc tetigi, & C. de exac. tribu. l. miſſi opinatores lib. x.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum odioſum, reſtringendum.*

Quæst. XCII.

1 Sed † pone ſtatuto caueri, q☩ domus cōbuſtæ clā debeāt emēdari. In quadā domo fuit poſitum incendiū clā. ignis ventorū euagauit, & multas alias domos uicinas combuſſit, nunquid iſtę debeant emendari. Et vr̄ ꝙ non, ar. ff. ad l. Aquil. l. ſi ex plagijs. §. in cliuo. & nequid in ſo. pub. l. 2. §. idē labeo. Et quia ſtatutum odioſum, & iō reſtringendū. Galeo. in margarita tenet cōtrariū, quia quicquid eſt ſecutū ex primo incendio, uidetur clam factum. ff. de incen. rui. & nau. l. 1. & de dam. infec. l. qui bona. §. cun inter. vbi de hoc dixi. & de vi & vi ar. l. 1. §. rectiſſime. Et pro hoc bene. ff. ad l. Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi quis inſulam. Idē tenet Gui. ver. ſed pone quæſtionem de facto ſtatutum eſt, quòd ſi aliqua domus.

S V M M A R I V M.

1 *Incendiū ſi exortum ſit in aliqua domo, & tota communitas eo feratur, ſtatuto ſic diſponente, & contingat plures domos deſtrui a ciuitate, ne ignis ultra vagaretur, a quibus tale damnum ſit reſarciendum.*

Quæst. XCIII.

1 Gui, † de ſuza. ver. ſed pone qōnem de facto, in aliqua cōtrata fuit exortū incendiū, turba ſuperueniēs ex forma cuiuſdam ſtatuti, quod quilibet debeat currere ad ignem extinguendum, ſub certa pęna, deſtruxerunt plures domos, ne ignis longius euagaretur, quæritur a quo debeat fieri emenda domorum deſtructarum, utrum a uicinia, uel cōi ciuitatis, ſub diſtinctione ſoluit, & ibi uideas, & eadē quę ſtio diſputata fuit per dominum Gui domini Accur. & incipit in quadam contrata. & eodem modo ſoluit, ut plene dixi. ff. de incen. rui. & nau. l. ꝙ naufragium. §. quòd ait prætor.

S V M M A R I V M.

1 *Bononiæ ſtatutum, ꝙ damnum datum ſcholaribus, per commune, emendetur, & quod ſtetur eorum ſacramento, an Iudex poſſit illud iuramentum taxare.*

Quæſt. XCIII.

1 Sed † pone, ſtatuto Bono. cauet, ꝙ damnū datū ſcholaribus, emendet̄ ꝑ cōe, & ꝙ ſtetur eorum ſacramento. Quidam ſcholaris, cui datum erat modicum dāmnū, iurauit de maiori quātitate, nunquid poteſtas poterit tale ſacramentū taxare, facta inquiſitione ueritatis, & uidetur expreſſum. ff. de in lit. iuran. l. videamus. §. iurare. In contrarium facit. C. de iud. aut. poſt iuſiurandum, ſignata per l. ſancimus.

S V M M A R I V M.

1 *Immunitas a damno reſarciendo cuiquam competens ex priuilegio, an pro rata cedat in detrimentum cæterorum, vel deducatur pars ipſum immunem contingens.*

Quæſt. XCV.

1 Quid ſi † ſtatuto caueatur, ꝙ damna data in plebe, emē dētur per uillas plebis, damno dato in plebe, vna ex villis plebanatus ſe excuſat ex priuilegio, quod habet, q☩ non teneatur ad emendationem damnorū, an illę uillæ plebanatus tenebuntur inſolidum, an uero detracta parte, q̄ cō tingeret dictā uillā priuilegiatā. Iac. de arc. tenet ꝙ teneant̄ inſolidū. ꝑ l. ab oībus in prin. de le. 1. vbi de hoc dixi Iacobus.

S V M M A R I V M.

1 *Libri an numerentur inter res pretioſas.*

2 *Dupla pro quibus rebus præſtetur,*

Quæſt. XCVI.

1 Quid † ſi ſtatutū dicat, q☩ damnū datū per incendium, emendetur, exceptis rebus prętioſis, nunq̄d libri intelligātur res pretioſę. d. Rich. tenebat quod ſic, in ꝑ emio. ff. §. illud autem, ubi de hoc dixi. ibi enim dicitur, quod pro

2 libris dupla promittitur, & dupla † nō præſtat̄, niſi pro rebus pretioſis. ff. de euic. l. emptori dupla. Rich. poſſet tn̄ forte dici, q☩ ille §. illud autem, non loquitur de dupla, quæ præſtat̄ noīe euictionis, ſed de alia dupla, quæ prętatur in pęnā ſcribentis librū cōtra formam illius. §. illud autem, ut ibi patet.

S V M M A R I V M.

1 *Statuto ſi caueatur, ꝙ intrans uineam alicuius, ſoluat denarios duodecim domino caſtri, aliquis domini de caſtri uoluntate, ingreſſus eſt uineam alterius, an incidat in pœnam.*

Quæſt. XCVII.

1 Quid † ſi ſtatuto caſtri caueat̄, ꝙ intrans uineā alicuius ſoluat denar. 12. dño caſtri, aliq̄s de uolūtate dñi caſtri ingreſſus eſt uineā alterius, an incidat in pœnā, & cui applicet̄, dubiū nō eſt, ꝙ non applicet̄ dño caſtri, ex quo cū eius licētia intrauit. ff. de in ius uo. l. q̄is, vñ vr̄ q☩ applicetur dño vineæ. per l. ff. de in ius uoc. l. ſed ſi hac lege. §. proſtituta, ubi de hoc dixi. Et ꝑ hoc. C. ſi mā. ita fue. alie. ne. proſtitu. l. 1. de rap. uir. l. vnica. §. pe. in auth. de rap. mulie. §. pen. circa medium, & ſenicas nō ſolum. §. pe. Gul. de cu. in d. §. proſtituta.

S V M M A R I V M.

1 *Pecudes, & alię manſuetæ, beſtiarum uerbo, num comprehendantur.*

Quæſt. XCVIII.

1 Communiter eſt ſtatutū, q☩ dimittens beſtias ſine cuſtodia puniat̄, nunq̄d intelligatur ſtatutū de pecudibus, & aliis manſuetis? vr̄ q☩ nō, ſed ſolum de feris. per l. 1. §. beſtias. ff. de poſt. Sed dic ℈, ꝙ ibi ſtricte & improprie ſumitur, ſimꝑr. n. & proprie accipiendo cō prehēdit oēs beſtias, & maxime ex cōi uſu loquendi, qui ſeruari debet. ff. de ſupel. leg. l. Labeo, & de ver. ſig. l. anniculus, & de hoc dixi. d. §. beſtias, alias incipit. §. item ſenatuſconſulto, uerſi. beſtias, & in alphabeto in dictione, beſtia.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex ſi teneatur facere condemnationes & abſolutiones cum conſilio ancianorum, & hoc non faciat, an valeant condemnationes uel abſolutiones per eum factæ, & nu 4. 7. & 19.*

2 *Statuta, num recipiant interpretationem.*

3 *Statuti, legislatoris, & reſcripti forma attendenda eſt.*

5 *De præpoſitionis, & ex natura.*

6 *Præpoſitiones in compoſitione addunt.*

8 *Per, præpoſitio, perfectionem notat.*

9 *Verborum ratio, quando non ita exacte habenda.*

con-

Source : BIU Cujas

10 *Consilium sequi an teneatur ille, qui petere tenetur.*
11 *Consensus ad facti validitatem requiritur, vbi semel ita statutum est, ut interueniret.*
12 *Iudex an possit iudicare sine consilio, quando ille, cuius consilium petere tenetur, est absens. Et quid si citatus non uenerit, & nu. 15.*
13 *Consilium præbens, an ex consilio obligetur.*
14 *Papa an sequi teneatur ex necessitate consilium Cardinalium.*
16 *Consilium requirendū super negotio principali, an extendatur ad accessoria.*
17 *Consilio alicuius si quicquam fieri debeat, an hoc alij possit committere.*
18 *Verba cum consilio, de consilio, & per consilium, idem significant.*

Quæst. XCIX.

1 Item quæro de qōne quæ dr̄ disputata Bonon. vbi est sta tutū, ꝙ † ptās teneatur facere ꝺdemnationes & absolutiones cū consilio ancianorū. Potestas eorum nō requisito consilio, vel requisito, & non secuto, fecit condemnationes & absolutiones, an valeant? Post multa pro & ꝰ alleg. dicit terminatū fuisse, qđ ualerent, ꝑ l. quidā decedens. §. Pap. de admi. tut. vbi de hoc plene dixi. Et hoc ēt tenet. d. Gui. de suza. in suis qōnibus. ver. sed pone qōnem de facto, statutum est in ciuitate Cremonæ. Et ad idē facit, qđ no. ꝑ eū in eisdē suis qōnibus, uer. quid si statutū est tale, ꝙ tale qđ nō fiat, nisi primo requisitis ancianis. Et ver. sed pone qōnem, de facto continet in statuto, ꝙ oēs sn̄ę debeant dari cū cōsilio sapiētium, & per Gan. vlt. ti. de multis qōnibus maleficiorū depēdentibus a statutis. ver. Itē pone contineri in statuto, ꝙ ptās in cōdemnationibus, per Gui. ver. sed pone qōnem de facto, statutum est in ciuitate Cremonę, & si consiliarij ꝰ dixerint, quid iur. ver. seq. & uide eundem Gui. plene. 7. ver. sed pone qōnem de facto, continetur in statuto, ꝙ oēs sn̄æ, & ꝙa ista materia subtilis est, & diffusa, & ad multa pōt trahi, & in ea uariant doc. hic eam tractabo, licet eam tractauerim, in d. §.
2 Pap. & dependet hæc † qō ab interpretatione statutorum, si enim teneremus statuta interpretationem non recipere, qō non procederet, imo indubitanter gesta sine consilio non tenerent, vt pote facta ꝰ formam & uerba statutorū. Sed suppositō, sicut suppositū est s̄. ꝙ recipiāt interpretationē, saltē declaratiuā, tunc qō procedit, & ad eius declarationē faciūt iura & gl. ff. de admi. tu. l. Titium & Meuiū. in prin. & ibi in gl. ff. de cond. & dem. l. filiæ. la. 1. & l. cū tutelæ. §. reſcriptū. alias est lex. & incipit, si arbitratu. & ibi in gl. ma. l. idemq;. §. si qs ea, & ibi in gl. de exercito. l. 1. §. si plures, & ibi in gl. de institoria. l. sed & si. ibi in gl. de ritu nu. l. quāq̄ in arbitro. de suspec. tut. l. impuberibus. de acquiren. hæredita. l. si quis mihi bona. §. si coram. de accu. l. 2 §. pupillus, & pulchra & utilis glo. Archi. extra ne se. va c. si ad ep̄m. lib. 6. & ibi ēt ꝑ Io. an. & plenius per eum. de re. iur. c. nullus ex consilio. eo. li. & tetigi eo. ti. l. consilij. Pro hoc bene in alphabeto in dictione, cū ꝯsilio, de hoc etiā no. in qōnibus executorū vlt. uolunt. in spe. de, in strumentorum editione. §. nunc aliqua. ver. sed quid si dixit, sic, facio exeq. quod posui plenius. C. de epis. & cler. l. nulli. uer. adhuc quærit. idem Ia. vbi habetur, si executor sit datus, ut exequatur cū alterius consilio, an teneatur illud seq? de hoc ēt in spe. de requisitione consilij, in fi. & de hac materia dixi C. de leg. l. humanum, & ff. de exercito. l. 1. §. si plures, de hoc ēt no. per Arch. xlviij. di. c. hic &. n. super verbo, albugine, & lxiij. dist. obeūtibus. cir. prin. Ad hoc ēt facit extra de corpore vitiatis. c. cum de tua. & ibi in gl. de consue. c. cū cōsuetudinis, & ibi in glo. de ꝯsti. c. ex parte. in fin. & ibi de hoc & per Cōpo. de elec. c. ne pro defectu, & ibi ēt in gl. & eo. ti. c. cū in veteri, per Ber. Inn. & Cōpo. de arbitris. c. cū olim, & ibi in glo. & per Inn. & Hosti. & satis ꝑ ipsum Host. in summa. de his q̄ fi a pręla. sine cōsen. capi. vers. ego dico. & ver. seq. Et đ hoc etiā, de offi. deleg. c. venerabili. & ibi in gl. & per Inn. & eo. ti. c. cām matrimonij, in gl. quæ inci. ar. ꝙ ubi, de hoc etiā bene in summa usus feudorum, de pace tenenda. §. quantū sæpe scio. & ex prædictis pōt colligi talis distinctio. hoc præ-
3 misso, ꝙ attendenda est forma verborū † statuti, legis testatoris, vel reſcripti, seu alterius disponentis, aliquid fieri debere cum alterius consilio. Aut. n. dr̄, fiat cōsilio Titij, & quasi oēs concordare videntur, ꝙ consiliū sit petendū, sed nō de necessitate sequendum, & potissime, per d. §. Pap. in l. quidā decedens, de admit. tut. licet gl. ibi. & Dy. teneant, ꝙ sit petendū solū de honestate, non de necessitate. Sed qđ ēt de necessitate sit petendū, vr̄ probari. eo. ti. l. Titiū & Meuiū. §. 1. & decre.
4 cū olim. extra de arbitris, cū ibi not. Idem vr̄ † dicendū, si dicatur, ꝙ fiat cum cōsilio, quasi ista præpositio, cum, nihil addat. secus in præpositionibus de, ex. & quę plus addunt, vt ꝯ. subijciā, & ꝙ præpositio, cum nihil addat, facit de pę. di. 4. c. si ex bono. & ꝙ idē sit, siue dicatur consilio Titij, siue cū ꝯsilio, satis probatur per decreta. ex parte, de consti. de elect. c. ne ꝑ defectum, & c. cum in ueteri, & de corpo. vitia. c. cum de tua. ubi sunt uerba prædicta, cum consilio. Aut dictum est, quod fiat ex consilio. & tunc de necessitate vr̄ petendum, & sequē dum consilium, alias non ualeat quod fit sine consilio d. l. impuberibus, de suspe. tuto. instī. eo. §. impubes. & de accusa l. 2. §. pupillus. Idē si dicatur, de consilio, extra de statu mon c. 2. in fi. & de hęre. c. vt commissi, circa fi. lib. 6. Et ratio dictorum duorum casuum, est adiectio dictarū duarum præpositionum de, & ex, quæ augere videntur, de præpositione, de,
5 quod † augeat probatur. ff. depos. l. 1. de præpositione, ex habetur instī. ui bonorum rapto. §. sed ne quidem, & dixi in
6 alphabeto, dictione, ex bonis, præpositiones † enim in cōpositione addunt, extra de fideiuss. c. 1. & no. per Archidi. de præben. c. si pauper clericus. libr. 6. & magis operantur istæ duæ præpositiones, ex, & de, q̄ præpositio, cum, quia per eas magis videtur electa persōnæ industria, cuius consilio geri debeat, & ideo a persona non est recedendum, extra de officio delec. quoniam abbas, & ff. de sol. inter artifices, & quando nulla additur præpositio, nulla industria persōnæ uidetur electa, quo ad sequendum, sed solum quo ad petendum, vt cum di
7 citur, consilio talis, ut supra dixi. Aut † præponitur negatiua, dicendo, non facias sine consilio Titij, & tunc indubitanter consilium est requirendum & sequēdum, & ita loquitur dictum. c. venerabili, extra de officio delegati, & ita etiam possent intelligi. ff. de exercitori. l. 1. §. si plures, & de instito. l. sed & si pupillus. §. conditio. cum vtrobiq; notatis. Quando dicit, facias per consilium, ut extra de capel. monachorum. c. 1. & tunc requirendum, & sequendum consilium, per dictum
8 ca. & per ea, quæ dixi, ꝙ præpositio per, addit. Nam & † ista p̄positio, per, notat perfectionem. ff. de uerb. signi. l. Vrbana. §. pernoctare. Et colligitur prædicta distinctio ex notatis, per Archi. d. c. si ad episcopum, extra ne sede uacante li. 6. & 48. d. c. hic etenim. & 43. di. c. obeuntibus, & per Vinc. & Bern. d. ca. ex parte, de consti. Prædicta autem distinctio intelligitur, nisi ex uerbis uel mente proferentis uel qualitate negotij & personarum aliud appareret. tunc enim primo mens sequeretur, si non appareret tunc verba. Si verba forent ambigua, tunc argueremus a coniecturis, & hoc est quod nota-
9 biliter dixit hostien. in summa. d. titu. de his, quæ fiunt a prælato sine consensu capituli. dicto uer. ego dico. cuius † verba sunt hæc semper intelligas, nisi ius uel ratio naturalis, uel intentio, de qua appareat, aliud inducat, tunc enim non curo de verbis, & uide quæ ibi sequuntur, quæ etiam recitat & se-
10 quitur Archi. d. c. obeuntibus. lxiij. dist. super verbo, consensu. † Sed contra prædicta multū uidetur facere. Dicere enim ꝙ quis teneatur petere consilium, & non sequi, frustratoriū videtur. Sed dic, ꝙ non est, quia consiliarius posset mouere animum, & trahere in eius consilium & sententiam, ut ff. de arbit. l. item si unus. §. fi. & hoc etiam no. ipse Hosti. d. §. uer. sed opponas, quærendo. ibidem etiam not. ꝙ differentia est
11 inter consensum & consilium, nam si dicatur, fiat cum consensu, non valet factum sine consensu, ut di. cap. consuetudinis, & ibi in gl. & per totum tit. de his quæ fiunt a prælato sine cōsensu cap & per Io. an. in d. c. si ad episcopum, ne sede
12 vacan. lib. 6. secus, si dicatur, cū consilio, ut s̄. dixi & hoc ipse Hosti. no. eo. §. ver. sed quæ est differentia. † Sed si ille, cuius consilio vel cōsensu fieri debet, moriatur, vel sit absens in remotis, nunquid poterit fieri sine eo? de hoc uide d. c. si ad epi-
13 scopū, ne sede va. ff. de le. 1. l. turpia. §. 1. de condi. & demon. l. multa. §. 1. & l. cum tale. §. reſcriptum. † An autem p̄bens cōsilium, ex consilio obligetur, uide. ff. man. l. 2. in fi. de re. iur. l.
14 consilij, & eodem ti. c. nullus ex consilio. li. 6. cum ibi notatis per omnes. † An Papa teneatur sequi cōsilium cardinalium ex necessitate? dic ꝙ non, sed solum de honestate, ut plene dixi. C. de legibus, super rubrica, & hoc tenet Arch. extra de offi. or. c. q̄uis. li. 6. & 25. q. 1. c. quæ ad perpetuā, & c. sunt quædam, licet Cardi. uideatur sentire contrariū, extra de hæreti.
15 c. super eo. lib. 6. † Item quid si ille, cuius consilio est agendū, citatus non uenit, an poterit sine eo procedi? dic ꝙ sic, ut no. per Compost. d. c. ex parte. extra de consti. Et ubi de necessitate est consilium requirēdum, an sufficiat requiri super negotio principali † an debeat requiri etiam super connexis &
16 accessorijs? uide ꝙ not. per Inno. d. c. cum in veteri. extra de elec. Sed an ille, cuius consilio † debet fieri potuerit hoc alij committere? uidetur ꝙ sic, extra de ele. c. quia propter. §. fi. & eo. tit. c. si quis iusto. li. vj. Sed dic contra, quia industria persōnę uidetur electa, ut prædixi, & no. d. c. si ad episcopum. ne sede uacante, per Archi. Et pro hoc extra de offic. delega. cap.
17 ultimo. Si autem dictum est, ꝙ fiat uoluntate & arbitrio alicuius, vel secūdum eius æstimationem, tunc eius arbitrium est sequendum, de quo plene no. & dixi. C. de ꝯtrahen. empt. l. in uendentis, & ff. de uerb. obli. l. si quis arbitratu, tale tamē arbitrium semper reducitur ad arbitrium boni uiri, ut ibi dixi. & de hoc est pulchra & utilis glo. d. l. Titium & Meuium. §. primo, de admi. tut. Speciale tamen uidetur, ne nuptiæ impediātur. d. l. filio. de condi. & demon. & l. cum tale. §. reſcriptū. † Alij tn̄ circa materiā p̄dictā dicūt, nō esse uim faciēdā, utrum dicat cōsilio, cū ꝯsilio, de ꝯsilio, ex ꝯsilio, vel ꝑ ꝯsiliū.
18

Et

Source : BIU Cujas

Et forte hoc fuit de mente teſtatorum, & legumlatorũ, qui verbis prædictis promiſcue vſi ſunt, nec videtur inter ea uoluiſſe facere differentiam, & ita breuius diſtinguunt. Aut ꝓferens ipſa uerba cũ conſilio, vel de conſilio, & ſimilia, adiecit ꝙ aliter factũ, non valeret, & tunc nõ ualet, vt probatur in d.l. Titium & Meuiũ. in prin. de admit. tu. extra de offi. del. c. venerabili. ff. de inſtito. l. ſed & ſi pupillus. §. conditio, & de acq. hær. l. ſi quis mihi bona. §. ſi coram. Aut hoc nõ adiecit, & tunc teneatur conſiliũ petere, ſed non ſequi de neceſſitate, & ita intelligantur oĩa alia prædicta iura ad hoc adducta. Do. etiã Ri. malũ dicebat non eſſe curandum, an dicatur cũ conſilio, vel de cõſilio, vel ex conſilio. Sed diſtinguebat, aut illud, quod cõmittitur a teſtatore, uel a lege, uel ab alio, fiendo cum alterius conſilio, eſt officiũ non habens determinatam ptãtem a lege, ſed ab hoĩe, in quãtũ homo determinat, & tunc oĩno eſt conſilium requirendum. Et ſi non requirat, qđ ſit, vitiatur, & ita intelligatur. d l. ſi qs mihi bona. §. ſi coram, de acqu. hæ. Sed certe recte intuenti ille. §. ſi coram, nõ loquitur de conſilio, licet gl. hoc ibi dicat. Sed in textu ſunt verba corã Titio, & uerba arbitrio Lucij Titij, ad hoc tñ poſſent adduci aliqua ex prædictis decretalibus, quæ dicunt cõſilium eſſe requirendũ & ſequendũ, quia bene loquunt de officio indeterminato a lege, & terminato ꝑ hominẽ. Si† vero eſt officium qđ habeat determinatã ptãtem a lege, ut eſt 19
officium procuratoris & tutoris, tunc, aut ille, cuius conſiliũ requiri debet, eſt in eodem officio, ut ſunt, duo tutores, duo procuratores. uel duo magiſtri nauis, tunc oĩno eſt requirendũ conſiliũ, & ſequendũ, & ita intelligatur. d. l. Titiũ & Meuium, in prin. & ibi in gl. Et hoc ẽt innuit gl. d.l. quidã decedens. §. Papinianus. eo, ti. de admi. tuto. quę incipit, qa & ſine matre gerere poſſunt. Et eſt ratio, quia eandẽ ptãtem habet unus ad prohibendum, quã habet alius ad faciendũ, ut ĵ. ne quid in loco publico. l. 2. §. pe. de cur. furioſi. l. conſilio. §. fi. & cõi diuid. l. Sabinus, & ita ẽt intelligantur de exercito. l. 1. §. ſi plures, & de inſti. l. ſed & ſi pupillus. §. conditio, & gl. ibi poſitę. Si uero nõ ſint in eodem officio re ipſa, ſed deſtinatione tñ, ad huc idem, ut ĵ. de rebus corum. l. ſi. & de arb. l. parui. in fi. Si vero non ſunt in eodem officio re, nec deſtinatione, aut ille, de cuius conſilio fieri debet, ipſo facto eſt futurus obligatus, & tũc conſiliũ eius debet attendi, qa alteri per alterũ &c. vt. ff. de reg. iur. l. alteri. aut non eſt futurus obligatus, & tunc ex honeſtate eſt eius conſiliũ requirendũ, ex neceſſitate nõ. & ita intelliguntur. d. §. Pamp. & l. quidã decedens, de admi. tu. & l. Titiũ & Meuiũ, ſecũdo rñſo. Si neuter eſt futurus obligatus, tunc debet requiri Et ita intelligatur. d. l. ſed & ſi pupillus. §. conditio. de inſtit. Et ad hanc materiã põt adduci glo. parua, quæ eſt. ff. de ver. obl. l. ex ea parte. §. 1. & qđ ibi dixi de eo, qui promiſit aliquẽ facere ſecurũ de conſilio ſapientis, & quid poſſit apponere ſapiens, dic ut ibi plene dixi. Itẽ adhuc circa hanc materiã quæro. Si eps habeat conferre beneficiũ cũ cõſenſu maioris partis capituli, vel Ptãs aliquid facere cũ conſenſu maioris partis ancianorũ, & in capitulo ſunt viginti canonici, vel ſunt viginti anciani, & eps uel Poteſtas facit cũ conſilio decem ex ipſis, an ualeat? dic ꝙ non, quia non eſt maior pars, ſed æqualis, & hoc niſi eps uel Poteſtas haberent vocem de conſuetudine, vel de iure, & ita no. Io an. d. c. ſi ad epiſcopum extra ne ſe. vacan. li. 6. Et ad hoc uide infra 3. parte. ver. item ſtatuto ciuitatis Paduæ cauętur, ꝙ maleficia tractate facta, & de hoc etiam tãgitur in quadam quæſtione diſputata per do. Lamber. rampo. quæ inci. ſtatutum eſt in villa de Nizola, cuius effectus habetur ex prædictis.

S MM A R IV M.

1 *Statuto ſtante, quod conſilium non petatur extra ciuitatem, niſi partes haberent omnes iudices illius ciuitatis ſuſpectos, una pars ea ſuſpicione laborat, an poſſit aliunde conſilium petere.*

Quæſt. C.

6 & prolata† pluraliter, ęquipollent pluribus ſingularitatibus prolatis diuiſim vt ff.vi bo.rapto.l.2.§.ſed ſi vnus.& ar.de cõdi.inſti.l. 5.§ fi.de leg. 3.l.qui concubinam. §. ſi ſtichus. & de condi.& dem.l.falſa. §.fi. Ergo & prolata ſingulariter æquipollent plurib. diuiſim.ex quo ſequitur ꝙ pro quolibet malefactore non capto vna pœna inſolidum ſit ſolnenda. Præterea, eadem vr̃ eſſe forma agendi cõtra eum, qui conuenit̃ pro delicto alterius,reſpectu quantitatis,ſicut contra delinquentem.ff.de admi.tuto.l.tutor.§.pen & l.ſi ſine hærede.in principio,licet nõ ſit idẽ modus probandi.ff.qñ ex facto tut. l.1. C.de in lit.iuran. l.2.& pe.& ſi.ſed conſtat quemlibet delinquentium tenerii ad pęnam integram, ut d.§.ſed & ſi plures,& d.l.vulgaris.§.ſi duo ergo & cõitas pro quolibet delinquentinm ad integram pœnam tenebitur. Præterea, vnum vr̃ quaſi maleficium pro perſona cuiuslibet non præſentati, ergo pro cuiuslibet perſona vna dẽt pœna imponi, quia ad
7 pluralitatem† delictorum ſequi dẽt pluralitas pęnarũ. ff. de priua.deli.l.2.dicta.l.ſenatus.ad Turpil.& de fur. l. inter oẽs. Econtra vr̃, ꝙ vna tantum pęna ſit imponenda pro omnib. & ꝙ nulla pęna ſit imponẽda tribus primis argumentis oſtẽ-
8 ditur.Primo ſtatutum† eſt contra ius cõe,arg.C.de exhi. rei. l.fi.ergo prolatum ſingulr,nõ erit extẽdendũ ad plures, vt ff. de legi l.quod vero & l.qđ non ratione.& dẽ reg. iur. l.quod contra. Ptæterea, caſus non expreſſus pro omiſſo habendus eſt, & iuri communi relinquendus ff.de verb.ob.l. quicquid ſol. mat.l.ſi cum dotem.in princip. & de liber.& poſthum. l. commodiſſime.vnde cum caſus ſingularis in ſtatuto ſit tantum expreſſus,& pluralis omiſſus,ſequit̃ qđ in plurib.ſtatutũ non uendicet ſibi locum. Prętera ſingulariter prolatũ,facit
9 potius† in dubio rem deficere, q̃ plurale comprehendat, ẽt ſi de fauore tractetur.ff.de teſta.tute. l. duo.& de reb. dub.l.ſi fuerit.& l.ſi quis de pluribus & de ma.teſtam.l cum ex pluribus.Sed ꝙ vna tm̃ pœna ſit imponenda pro omnib. eſt optimũ ar.& ꝙ vna ſoluta,oẽs liberent̃.ff. đ his q deiece.vel effu. l.1.§.fi. cũ duabus,ſ legib. ſequentib.Prętera,ſi plures ſimul ad delinquẽdũ ꝓcedũt,vnũ vr̃ eſſe delictũ. ff.qđ vi aut clã.l. ſem p.§ fi.ĩ ſepulchro.ergo vna ſola pęna dẽt imponi,ꝙa nõ deñt plures pęna ĩponi ꝓ vno delicto,vt ff.de accu.l.ſenatus & de his quibus vt indig.l.reſcriptũ.& l.hęredẽ. Prętera,in
10 quaſi delicto,vna† pęnę ſolutio,tollit obligationem quo ad oẽs.vt d.l.1.de his q deiece.vel effu.& l.ꝓceptione,& no.ff na. ca.ſta.l.vl.§ ſeruorũ.& de act.& ob.l.3.§.pe.Prętera ad ꝯfirmationẽ p̃dictorũ,ꝙ vna tm̃ pęna ſit imponenda,facit.ff.de publ.l.3.§.fi.& l.ſi multi.de iur.fiſci. l.auferr̃ §.fi.ſi fam.fur.feciſ.di quaſi p totũ,de noxali.l.qđ ait.& de le.aquil.l.illud.Mi
11 hi vr̃† ꝙ ſi dicta vniuerſitas nullũ de malefactorib. cepit, q̃ pro omnib.condẽnetur ad vnã pęnã tm̃. & hæc eſt rõ,ꝙa cũ oĩum particulariũ eadem eſt rõ,& ꝯdõ, ſicut eſt in propoſito,omniũ prædictorũ malefactorum, indefinita ęquipollet vni,ff.de teſt.tut.l.ſi qs ita.§ ſi qs filio.de lega.2.l.ſi ita relictũ. in prin.& l.ſi pluri b. & de le.3.l.ſi plures. Vnde cum dicat ſtatutum,

Source : BIU Cujas

tutū,si nō ceperit malefactorē,imponat̄ pęna eētū. li. pinde est, ac si non ceperit omnes malefactores, & sic pęna relata videtur ad omnes vniuersaliter. & non ad quemlibet singulariter. Plus dico, ꝙ si etiam vnum omitteret capere,prædicta communitas nihilominns condemnari deberet ad integra centum, quia in vniuersali si quid deesse reperitur, totū falsum iudicatur, & perinde tota pęna committitur,ac si nihil factum foret. ff.de rebus du. l.si is, qui ducenta. § utrum. Dy.in lib.mag. quæstionum disputatarum.278.Et ad prædicta faciunt notata.supra.hac eadem parte,versic.quinta quę stio.fuit D.Ny.ma.

SVMMARIVM.

1 *Statuto stante,quodsi quis accusauerit aliquem & non probauerit accusationem quod puniatur in decem,aliquis accusauit plures,et non probauit, an tot pęnæ imponendæ quot sunt accusati,vel vna tantum.*

Quęst. CLXXII.

1 Potest etiam ex prædictis colligi solutio alterius quæstionis.Staturo†pergami cauetur,ꝙ si quis accusauerit aliquem & non probauerit accusationem,ꝙ puniat̄ in decem lib aliquis accusauit plures,& non probauit, nunquid debeant sibi imponi tot pęnę,quot sunt accusati ab eo, vel vna tantum pro omnibus. & idem econtra. si plures accusauerunt & non probauerunt, an omnes singulariter. debeant codēnari. an sufficiat pro omnib. vna condemnatio.

SVMMARIVM.

1 *Verba iniuriosa,an contineantur sub dictione,offensa.*

Quæst. CLXXIII.

1 Sed †pone statuto contineri, ꝙ offensa illata alicui præsente Potestate, puniatur arbitrio Potestatis. qdam in p̄sentia Potestatis dixit alicui verba iniuriosa, an habeat locum statutum. Gui.ver sed pone qōnem,statutum est,ꝙ si offensa.tenet quod sic.C.de inoffi.test.l cum te.& famil.er.l. in ipsius.vbi de hoc dixi.& ꝓ hoc bene C. de lib.& eorū. l.2. de testa.l.nullum.& in alꝑ habeto, dictione, offendens & deadim. le.l.3.§.fi.cum ibi no & de his,qui vt indig.l.si inimicitiæ,ff.de iniur.l.1.§.iniuriam.& l.item apud Labeonem.§.ait pretor.& §.conuitium. C.si quis impera.maledi.l.vni. & extra de maledic.c.1.& quod ibi no.

SVMMARIVM.

1 *In delictis dispositiones iuris circa delicta operantur, dispositionem circa personas.*
2 *Iniuria atrox æstimatur etiam ex loco.*
3 *Locus spectatur ad inducendam moram,sicut & persona habilis.*
4 *Argumentum de personis ad locum,an valeat in iure.*
5 *In contractibus vbi de alio loco contrahendi non constat,locus in quo inuenitur ipsa formatio,habetur pro loco contrahendi.*
6 *Locus delicti,quis & vbi in dubio præsumatur.*
7 *Naturæ lex est,vt quem sequuntur commoda,sequantur & incommoda.*
8 *In delictis,vbi constat de substantia delicti,sed est incertus author, in tali dubio fit interpretatio in duriorem partem.*
9 *Nauta tenetur res sibi consignatas in naui,restituere,& quid si non cōstat.*
10 *Dignitas vel potentia,cuiquam nocere non debet.*
11 *In re dubia quam partem se qui debeamus.*
12 *Maleficijs via non est aperienda.*
13 *Plura cum requiruntur ad existentiam vnius negotij, vno deficiente, totum deficit.*
14 *Damnum datum in turba, quomodo puniatur.*
15 *Probari & doceri,quid dicatur.*

Quęst. CLXXIIII.

1 Talis †quæstio disputata per dominum Rich Statuto ciuitatis Paduæ continetur,ꝙ nobiles quidam, qui vulgo male ablati nuncupantur, pro maleficijs in suis villis de die vel nocte commissis in lib. quingentis condēnentur, si malefactores non fuerint ducti in fortiam Potestatis,accidit, ꝙ intra confines villæ quorundam prædictorum nobilium,quidam est inuentus occisus, non tamen apparet quis occiderit,et an ibi, uel alibi, quæritur, an nobiles illius villæ in lib. quingentis ſm formam statuti debeant condemnari? Et ꝙ in hoc dubio, an ibi uel alibi fuerit occisus, isti nobiles debeant condemnari,sic arguitur.Certum est,ꝙ in delictis dispositiones iuris circa loca, operantur dispositionem
2 circa personas.unde†sicut ex personis atrox iniuria æstimatur,ita et ex loco. ff.de iniur.l prætor. §.fi. et l. sed et qōnis.§. sed et si inchoatus.et Insti.de iniu. §.atrox. Item circa pęnas infligendas,sicut facta,scripturæ,et similia ęstimātur ex persona,ita ex loco ff.de pę l.aut facta.in prin. §. persona.et l.1.
3 §. locus. Item circa moram inducendam, sicut † spectatur persona habilis,ita et locus.ff.de usur. l.mora. & de solutio.l. soluturus.Item clarū est in qōne proposita.non solū.ubi certus est malefactor, & nō representat̄, imo ēt ubi est dubiū,si non representat̄, nobiles debent cōdēnari. Sic.n. dicit statutum, si malefactores non fuerint capti,& ducti infortiā ptātis,quę verba sunt intelligenda,sicut iacent, quia sic scripta, licet per q̄ dura.ff.qui & a quibus.l.prospexit.& de legat. 3.l. non aliter. Si ergo, vt ex prædictis apparet, vbi est incerta p̄sona malefactoris,nobiles condemnantur,per ꝑ ns,& vbi in
4 certum est quo loco fuerit † occisus, arguendo de personis ad locum. Secundo sic, esse contractus,in ipsa substantia ꝯctus,pōt esse distinctus a loco contrahendi, vt si Paduæ existens,promittat Bononię soluturum. nam Paduæ est locus contrahendi,bono.substantia,& esse contractus.ff.de bo.aūtho.iudi.possi.l.3.de act.& ob.l.contraxisse. & de sol. quæro. sic & in delictis,esse delicti,uī ipsum subiectum,in quo delinquitur potest esse separatum a loco delinquendi, ut in casu nostræ quæstionis.Nam pōt alibi esse occisus,& alibi ipsum corpus repiri,ut patet manifeste ff.pe adim.le.l.alūnę §.Scia. de religio l.si qs impediat.§.impensa,de sepul.uiola.l.3.§.nō
5 perpetuæ.Item certum est,ꝙ in†contractibus,ubi de alio loco contrahendi non constat,locus vbi reperitur esse contractus seu eius formatio, habetur pro loco contrahendi. ff.de arbitris.l.si cum dies.§.quid ergo.Sic etiam est in specie legata, de leg.1.l.cum res. §. sed si rei arguo ergo sic. Si in delictis potest esse distinctum,esse,& substantia delicti,a loco delinquendi, sic in contractibus, esse contractus a loco contrahendi, & in dubio ubi formatur contractus,præsumitur lo
6 cus cōtrahendi.ita in†delictus,in dubio, locus, vbi reperitur delictum subiectum, præsumitur locus, delinquendi, sicut dī de uagabundo,ubi te inuenero,ibi te iudicabo, de iudi.l. l.hæres absens.§.at si quis.Ita erit de delicto uagabūdo,& incerto,quo ad locum commissionis,ut ubi inuenitur,ibi cōmissum iudicetur. Cum ergo intra confines uillæ nobilium homo sit repetitus occisus,nec constet alibi occisum, locus ubi reperitur corpus occisum,p̄sumit̄ locus occisionis.& sic
7 nobiles ꝯdemnabunt̄.Tertio sic,ſm naturā†est,ut quem sequuntur cōmoda,sequant̄ incōmoda,de re iur. ſm naturā. Sed si de cōmodo rei reptæ in uilla nobiliū tractaret̄,in dubio illi uillæ ascriberetur,ubi repertū esset,sicut cū res in bonis alicuius reperitur,sua esse p̄sumitur.C.ne uxor.pro mari. l.2.de priui l.fiſ.l.1 ubi de hoc. In casu igitur nostro, cū intra confines uillę nobiliū, homo raperiat̄ occisus, sicut nobiles cōsequerētur cōmodū,sic & incōmodū. & ideo condēnent̄. Pro hoc ff.de pi.l.cū tabernā.Quarto sic.Alia uia non est occurrendum legi uel statuto. ff.de tutori. & cur datis ab his.l. scire oportet.sed constat de mente condētiū prædictū statutū, in ꝙ qa difficilimū erat ꝓbare maleficia cōmissa in uillis prędictorum nobilium,qa in dictorū nobiliū potestate erat subtrahere copiam probationis,ꝓpter eorum potentiam,et sic maleficia impunita remanebant,ideo statu factum fuit, ꝙ si malefactores non præsentarentur, nobiles, nullis exquisitis probationib punirentur, quodāmodo ex suo,quasi maleficio.Pro hoc insti.de obli. ex quasi deli §.Item his.et §.itē exercitor. Licet ergo locus maleficij, sit incertus,tñ nullis exquisitis probationib. debent nobiles condemnari,ne subtractis per eos probationib. maleficiū remaneat impunitū.
8 †Quinto sic.In delictis,ubi constat de substantia delicti, sed incertus delinquens, in tali dubio interpretamur in duriorē partē.ut patet.ff.ad.l Aqui.Item mella.§.Si plures de his,q deiece.nel effu.l.1.§.fi.et ll.seq.et ff.de sic. l.fi. At in casu nro ꝙstat de subā delicti, licet īcertus sit locus maleficii cōmissi. ergo in tali iucertitudine interpretabimur in partem duriorem,et sic nobiles condemnabuntur. Vltimo pro hac parte
9 uidetur lex expressa.Certum†est enim, ꝙ nauta tenetur res sibi in naui consignatas restituere.quid si non appareat, ꝙ si bi fuerint consignatę.certe hoc ipso ꝙ in naui reperiunt̄,prę sumuntur cōsignatæ. ff.nau. cau.stabu l.1.§.fi.sic in ꝓposito, eoipso, ꝙ inter cōfines uillæ reperitur occisus, præsumat̄ ibi occisus esse.In contrarium ꝙ nobiles non debeant condem
10 nari, arguitur sic,dignitas uel potentia†sua alicui nocere nō debet.C.qđ metus causa.l.ad inuidiam.de test.non dubium. et ff. de pęnis. l. capitalium. §. ad statuas. Si igitur dicamus nobiles teneri ex eo,ꝙ inter cōfines uillę reperiatur occisus, hoc erit ex prętumptione magis, quam ex ueritate, quia alibi potuit esse occisus,et ibi delatus,ut.d.l.sed si quis.§.impensa. ff.de religio. cum si. sed alius,qui non esset nobilis, ex tali præsumptione non teneretur. ergo nec iste propter nobilitatem suam,quę sibi nocere non debet, tenebitur. Secūdo
11 † sic, in re dubia benigniorem partem et absolutoriam sequi debemus,quia sanctius est nocētem absoluere etc. ut.ff. de pœnis.l.absentem.sic ergo fiat in casu qōnis ꝓpositę. Tertio sic.Certum est,ꝙ unum teneri ex facto alterius,graue est et iniquum,et naturali rationi contrarium. C.ne quis ex uicariis.l.j.lib.11 et de pęnis.l.crimen. Vbicunq; ergo reperitur oppositū. restringendum est tanquam ꝯ rationem inductū.ff.de legi.l.qđ uero.et l.qđ nō rōne.Cū igitur statutum alliget nobiles ꝓ facto, et delicto alieno,restringi dēt ad casū ī statuto expressū.s.qñ ꝙstet delictū ī eorū uillis fore ꝑmissū.

Quarto

12 Quarto sic. Certū est, quod †tolli debet occasio malignandi, nec dēt via maleficijs aperiri. C. si aduer. vendi. l. 1. de indicta vid. l. 2. & vnde vi. l. meminerint. Sed si hoc ipso, ꝙ occisus reperiatur homo in villa nobiliū, tenerētur, aperiretur via maleficijs, qa clā hoīes alibi occisi posset ibi portari, ar. C. de do. l. data. & de lati. liber. tol. l. unica. §. sed ne furādi. maxime cū statutū dicat de die vel de nocte commisso. pro hoc. ff. de vē. inspici. l. 1. §. tria. qđ vi aut clā. l. semper. §. hoc interdictum. & de his, q deiecc. vel. effu. l. 1. §. 1. Non ergo in casu nostro ibi presumi debet occisus, & per ꝑns nobiles non sunt condem-
13 nādi. Quinto pro hoc facit, quia cū †ad existentiā alicuius negocij plura requiruntur, vno deficiente totum deficit. ff. de iti. actuq; priu. l. 3. §. hoc aūt interdictum. Cum. ergo statutū dicat de maleficijs in suis villis commissis, duo requirūtur, s. maleficium commissum, & quod in suis villis, ar. ff. de arbi. l. Celsus. Cum igitur in proposito non constet ꝙ occisus fuerit in villa, ergo nobiles non tenentur. Vltimo videtur expres-
14 sum pro hac parte. nam hic videtur esse regula † ꝙ quandocunque delictum certo loco commissum aliter punitur, quam si esset in alio loco commissum non aliter punitur nisi probetur in illo loco commissum. sicūt dicitur de damno dato in turba quia non aliter punitur nisi probetur in turba datum. ff. vi bono. l. rapto. tertia. §. hæc autem actio. vbi de hoc dixi. Ergo ita erit in proposito, qui a non aliter tenebuntur nobiles nisi probetur homicidium in eorum villa commissū. Idem est in damno dato in naui, quod aliter punitur, quam datum extranauem, vt nau. cau. stab. l. fi. in prin. & pro hoc de incen. rui. na. l. 1. §. fin. & l. se. & si dicatur, docet ibi occisus, eo ipso, quod ibi reperitur, hoc non est verum.
15 Istud enim dicitur doceri † & probari, quod talibus ostensionib. probatur, quod eis existentibus veris, res aliter esse non possit, vt ff. ne qs cū q ius vo. l. pe. Sed in casu nostro licet ibi reperiatur, non sequitur necessario, quod ibi fuerit occisus. vnde dici potest non probat hoc esse, &c. vt C vnde legi. l. nō ob. hoc. Et pro ista parte soluendo terminauit Richar. prædictus, in qōne per eum disputata, quæ est mihi. 16. in lib. mag quæstionum disputatarum, & incipit, quæstio talis est, cum in statuto ciuitatis Paduæ, hoc saluo, ꝙ si diceretur in dicta villa frequenter maleficia fore commissa, & malefactores ibi conuersari, & morari, vel alia verisimilia, argumenta, & maxime vbi multis tranſactionibus opus esset, exemplo pœnæ, tunc dicit nobiles condemnandos. arg eius, quod not. C. de fur. l. in ciuilem. & l. ciuile. & quia quæ liquido probari non possunt argumentis probantur. ff. de re mili. l. nō omnes. §. a barbaris. Richar.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus an possit dispensare cum periuro, propter non seruatum statutum de reuelando.*
2 *Infamia canonica per pœnitentiam aboletur.*
3 *Periurus vere, quis dicatur.*
4 *Periurij crimen consideratur in genere, non in specie.*
5 *Adulterium, grauius punitur, quam periurium.*

Quæst. CLXXV.

Quęstio talis disputata fuit per d Gui. de bayso decretorum doctorē, & mihi. 19. in li. magno qōnū disputatarū, & incipit, statuto vniuersitatis cauet, ꝙ qcūq; sciuerit aliquē ī domo hre vel tenere lusores publice vel occulte teneaī ipsos lusores denūtiare rectori, sub debito iuramēti. scholaris, qui iurauerat statuta seruare, vilitās sociū, in-
1 uenit eū ludētē cum alio, & ipse ēt secrete lusit cū eis, nec se necsocios denuntiauit. q̄rit an sit periurus. Et †an ēps possit cū eo dispēsare circa dignitatem vel ordines. Arguit primo istum periurū, qa statu. erat licitū & de re licita. s. de denūtiando lusores. hoc eñ. est a lege diuina. extra de iudi. nouit. & 2. q. 1. si peccauerit. & ad hoc adducit multa alia iura & rōnes, quæ omitto cā breuitatis. Pro hoc ēt ꝙ tenebatur denūtiare seipsum, & ꝙ in gñali sermone hoc casu cōprehendat persona loquentis, deinde arguit ꝙ non sit periurus, & ꝙ stat. sit illicitum, per multa iura & rationes, quæ cōcludunt, ꝙ occulta & secreta quis denuntiare non debet. Et quod non teneat seipsum denuntiare. soluendo, tenet ꝙ si rector, cui dēt fieri denūtiatio, sit talis, ꝙ verisimile est ꝙ denunciatos corrigat in secreto, & eos non diffamabit, ꝙ tunc teneatur denuntiare ꝑm formam statuti. & si non denūtiet, sit periurus. Si aūt verisimile est, ꝙ rector ex odio uel alia causa eos publicaret & diffamaret, vel puniret, tūc non teneretur denunciare, nec fit periurus & ad c. si peccauerit. & oīa alia iura, q̄ innuūt denuntiationē esse præcepti, dicit ꝙ loquunt de manifestis, vel de occultis, q̄ pnt probari, uel cum talis sit persona. cui sit denuntiatio, qđ possit prodesse, & non obesse, ēt de facto ad c. quidam 5. q. 1. dicit, quod illud accidit ex culpa diffamātis, & ne fama diffamati remaneat denigrata. Circa ꝑm art. an eps possit cū tali periuro dispensare, post multa subtiliter alle. pro & contra, dicit quod sit uera opi. glo. lo. & Ber. s. ꝙ episcopus possit dispensare vbicunque non inueniatur prohibitū, qđ cū in periurio nō reperiat ꝓhibitū poterit dispēsare, nō ob.
2 ꝙ periurus dicat infamis † qa infamis est in infamia canonica, quę per pœnitentiam aboletur, de qua loquitur. c. infames. 5. q. 1. sed non infamia iuris, vt colligi pōt extra de testi. c. testimonium. vbi de hoc per Inn. & Host. vel si vis dicere, quod sit infamis ꝑm ea, quæ not. ff. de his, qui not. infa. l. Lucius. dic quod talem infamiam poterit abolere ēps, quia hoc sibi permittitur in criminibus, in quibus potest dispensare vt no. 15. q. vltima, hi qui. Si tenere velis opi. Gof. & Host. ꝙ in adulterijs & minorib. possit. vbi vī expressum, quę magis videtur amica iuri, tunc ēps cum vere periuro dispensare non
3 possit, & intelligitur vere periurius † qui sponte trāsgreditur licitum iuramentum. quod hēt omnes suos cōites, de quib. habetur. 22. q. 2. c. 2. quod intellige, q̄ periuriū esset manifestum, quia si occultum, posset ēps dispensare. vt no. extra de
4 tempor. or. c. quęsitum. Et huius ratio est, † quia crimen periurij consideratur in genere, non in specie, vel ꝑm circunstātias maius, & grauius est de se absolute loquendo, quam crimen adulterij, quod theologi tenent. Nec obstaat quod adul-
5 terium magis puniatur, quia illud est ratione † maioris scandali, ratione cuius minus delictum fortius punitur. not. 32. q. 1. proposito. ad alia etiam argumenta contraria respondet, quæ omitto causa breuitatis. Sed ad ipsam quæsti onem recurratur.

SVMMARIVM.

1 *Statuto si caueatur, quod si quis ingrediatur possessionem rei alienæ, cadat a iure suo, & puniatur in centum, si hoc fecerit sine iudicis authoritate. Quidam sine iudicis licentia intrauit possessionem rei alienæ, ille cuius erat, propria authoritate eum violenter eiecit, an prima violentia sit omnino sublata per secundam, & quo ad pęnam, & quo ad rem. & nu. 7. 12. 14.*
2 *Argumentum a contrario sensu validum est in iure.*
3 *Actionem nemo debet consequi ex improbitate.*
4 *Dolosius nihil dolo, maxime, vbi circa idem dolus committitur.*
5 *Accessorium sequitur naturam principalis. limit. & nu. 15.*
6 *Plus petens, perdit ius suum.*
8 *Prouisio pęræ legalis vel conuentionalis restituta re, vel principali actione sublata per rei restitutionem non tollitur.*
9 *Actio vna quando tollat aliam,*
10 *Dolus cum dolo compensatur, maxime quādo circa rem eandē committitur*
11 *Prohibita censentur, quæ non conceduntur.*
12 *Puniri tantum debet quis in ea re, in qua deliquit.*

Quęst. CLXXVI.

Statuto †cauetur, quod si aliquis ingrediatur possessionē rei alienæ, quod cadat a iure suo, & puniat in centum lib. si sine licentia iudicis hoc fecerit. Quidā sine iudicis licentia intrauit possessionem rei alienæ, ille cuius erat, propria authoritate ex interuallo cum violenter eiecit. quæritur, an prima violentia in totum sit sublata & cōsumpta per secundum, & quo ad pœnam. & quo ad rem. Et primo videtur ꝙ sic, authoritate glo. q̄ hoc tenet. C. ad l. Iul. de vi publi. l. si qs a se fundū. & de excep. l. licet. ꝑm tertiā positionē casus. & no. tē. ff. qđ vi aut clā. l. si alius. §. bellissime. q̄ argumentatio ualida est, ut probatur. ff. delegi. l. nā ut ait. &
2 l. 2. & l. nam imperator. cum si Secūdo, † per argum. sumptū a ꝓrio sensu. l. cum par. ff. de reg iur. ubi dī, ꝙ illi dēt permitti pęnam petere, qui in ipsam non incidit. ergo a contrario, qui in eā incidit eam petere non potest. ad idem. ff. de fur. l. qui re sibi commodata §. 1. & locati. l. quæro. §. inter. cum si. ꝙ ar. a contrario sensu fortissimum est. ut ff. de offic. eius cui man. est iurisdictio. l. 1. §. huius rei. Et pro hoc, nemo ex im-
3 probitate † sua dēt consequi actionem. ff. de fur. l. itaq; fullo. §. 1. & l. eum, qui. §. is autem. & l. si quis in tantam. C. unde ui. sed iste improbitatem commisit ex interuallo expellēdo. ergo &c. Item transacto de principali, frustra de pęna laborat ff. si quis cautio. l. 2. in prin. & de eo, quod certo loco. l. fin. & ibi no. Sed cum hęc prima uiolentia sublata, sit, quantum ad rē principalem, quasi de causa sit transactum p secūdā uiolentiā, ergo secūdus inuasor frustra de pęna laborat. Item nil
4 dolosius † doloso, & maxime q̄ circa idē cōmittit dolus. ff. de dolo. l. si duo. & ibi no. cū ergo secūdus inuasor dolū cōmisit ꝓ primū, & circa eandē rē, nihil ei dicere potest, qa ex delicto suo nō dēt meliorē facere suā ꝯdōnē, sed deteriorē, ff. de re. iu l. nō fraudant. §. nemo. & pro hoc bene. ff. ꝙ metus cā. l. extat. & ad l. Iul. de vi. priua. l. creditores. Itē ex beneficio d. l. si quis a se fundū. C. ad l. Iul. de vi. est hoc, qđ quærat, quis ultimo loco, uenerit ad possessionē. Ergo tale beneficium est pleniſſime interpretandū, s. & quo ad rē, & quo ad pęnā. ut ff. de ꝓsti. prin. l. bñficiū. & de re iu. c. decet. li. 6. Cum ergo ultimus inuasor ultimo uenerit ad possessionē oī suo iure priuatus est. nā ēthoc ꝓtingit nedū in eadē re, sed ēt in alia, ut quādo quis pignorat aliū iniuste, in auth. ut nō fiāt pig. §. 1. Item
5 accessoriū † naturā sequitur principalis. ff. de reg. iur. cū principalis. Cū igitur in re inuasa ultimus inuasor ꝓdatius suū,

& sic

Source : BIU Cujas

& sic in principali, ergo & in accessorio, s. in pęna. Item quis perdit † ius suum plus petendo. C. de plus peti l. 1. Ergo multo fortius inuadendo, quia maius est delictum. ff. de pœnis. l. absentem. §. fin. l. quædam. & l. aut facta. §. qualitate. In contra-
7 rium quod prima † violentia nō sit sublata, nec quo ad rem. nec quo ad pœnam, sic probatur authoritate glos. quæ hoc tenet. ff. de ui & vi ar. l. 1. §. qui vi a me. & in l. qui possessionē. quærit, sed non soluit. Secundo per locum a simili, furtum cōmittens in eadē re furti, agit si sibi fiat furtum. ff. de fur. l. qui vas §. si ego idē ergo in violentia, vt d. §. qui ui a me. Ter-
8 tio, quia specialis prouisio pęnę † legalis vel conuentionalis restituta re uel principali actione sublata, per rei restitutionem non tollitur. ff. de fur. l. qui ea mente. & vi bonorum raptorum. l. pen. Sic in proposito. sublata principali actione ꝓpter crimen, quo ad rem, non erit sublata, quo ad pœnam.
9 Quarto † ex eodem facto descendentes actiones, quarum vna est ciuilis, alia criminalis, vna non tollit aliam, etiam lata sententia absolutoria. C. quando ciuilis actio cri. præiudicet. l. vnica. Multo minus, quando, descendunt ex diuersis factis, siue delictis, vna tollit aliam. Item, quia † dolus cum do-
10 lo compensatur tunc demum, quando committitur, circa eandē rem, vt d. l. si duo. ff. de dolo. & ibi no. ergo circa aliud, puta circa pœnam, quæ non est in re, non debet recompensari, quia diuersa delicta etiam circa idem commissa, & etiā si sint præiudicialia non tollitur vnum per aliud. C. qui accu. non pos. l. 1. ergo &c. Et pro hoc co. tit. l. neganda. de publi. iudi. l. is, qui reus. & quod ibi no. de adul. l. 2. §. si publico. Item
11 cum † aliqua conceduntur, cætera prohibentur. ff. de procur l. maritus. Sed pro hoc præal. l. si quis a se fundum. C. ad l. Iul. de vi. solum concessum est amissæ possessionis iura reparari, & possessione restituta causam criminalem agitari, de pęna vero. l. si quis in tantam, nihil dictum. Ergo in ea contrarium videtur esse statutum. nam legislator non est æstimandus dixisse. quōd mente non cogitauit. de suppel. le. l. Labeo circa fi. Soluendo determinat. inuadens ex interuallo perdat ius detendi pœnam ex statuto, vel l. si quis in tantam inflictam primo inuasori. Quod intelligitur, quando res non fuisset primi inuadentis, sed secundi, ita quod primus inuadens inciderat in pœnam restituendi, seu in tantundem con-
12 demnari, vt in fi. d. l. si quis in tantam. † Si vero res fuisset primi inuasoris, & sic eius pœna fuisset perditionis rei, tūc cum secundo inuadens committat ipsam violentiam in ipsam pœnam, seu rem ipsi pęnæ dedicatam, non potest ipsam pęnam petere, cum ipsa pęna deliquerit, vt in prin. d. l. si quis in tantam. & d. l. si quis a se fundum. in secundo casu illius l. ibi, quod si omissa &c. & ibi amissæ possessionis iura reparentur, & potest intelligi etiam de re, quæ fuit inuasoris, & in secunda violentia sic commissa in ipsa pęna, seu in ipsa re pęnę dedicata ex delicto primi inuasoris. & ita posset intelligi gl. quę est in ipsa. l. si quis a sc fundum. & aliæ quæ idem dicunt. Sed cum res fuit illius, qui secundo inuasit, tunc eidem saluum
13 esset. ius in pęna, vt s. dixi. & hoc cum in ea re tm̄ quis debeat puniri, in qua deliquit. & ita pōt intelligi gl. quæ est in d. l. 1. §. qui vi a me. ff. de vi ar. & aliæ, quæ dicerent idem. Et idem dico, quo ad crimen seu ad ius accusandi de crimine, s. quod violentia secundo loco cōmissa, non tollat ius accusandi ex prima, quantū ad alios de populo tm̄, s̄m quosdam. Sed non
14 video, quare tollatur, ēt † quantum ad ipsum secūdo inuadē tē, cū ēt cōdemnatus de publico crimine possit accusare, qm̄ suam vel suorū iniuriā ꝓsequit, vt ff. de accusa. l. qui publica. & l. hij tm̄. in prin. dum tm̄ non perdat ciuitatē vel libertatem. & ideo sic posset distingui, aut cōmittens scđo violētiā, ꝓdit ciuitatē vel libertatē, & tūc nō accusabit, alias sic, cū suā ꝓsequit iniuriā. Si vero nondum damnatus, tunc reacusare pōt accusatorē suum, cū accuset de pari crimine, & nō ꝓsequat suā iniuriam, vt d. l. qui publico. ff. de accu. & C. qui accu. nō pos. l. neganda. & l. 1. cū vtrobiq; no. & d. l. is, qui. de publi. iud. extra de reg. iur. in pari causa. lib. 6. Ad contraria sic respondetur, videlicet, quod prima allegatio potest esse vera, qm̄ res fuit primi inuadentis, quo casu consumpta est prima violentia, ēt quātū ad pęnam, quæ est in ipsa re, vt dictum est in solutione qōnis. Ad s̄m respondetur quantum ad furem, prout respōdetur in dicta. §. qui vi a me. de vi & arma. & hoc quantū ad prmam partem illius allegationis, quantū ad s̄m dum dicitur, imo si habet, perdere debet, respondetur quod verum est in ea re, in qua delinquit, vt sic distinguat an res erat dedicata pęnæ, vt quia erat primi inuasoris, aut non, vt supra dixi in solutione qōnis. Ad quartam allegationē pōt rm̄deri ex his, quæ no. d. l. fi. ff. de eo, ꝙ certo loco. in gl. nō recipiēdo sottē, s. ꝙ in casu nostro est ipęna legalis. in legibus, ꝛrijs iudicialis, vel arbitraria. Ad quintam allegationē pōt rm̄deri, ꝙ vera sit qm̄ res erat primi inuasoris, & si erat debita pęnę, & sic scđa violētia committitur in ipsa pęna, ideo secūdus inuadēs nihil dicere pōt primo inuadēti. Si vero nō erat inuadētis, tūc secus, qa nō ē ꝙmissa pęna ī ipsa re. Ad sextā, cū dr̄, ꝙ amittat omne ius suum rm̄det, ꝙ verū est in ipsa re, unde, aut res erat dedicata pęnæ, aut non, ut prædictū est. Ad septimum rm̄. ꝙ uerum est, qđ ex beneficio d. l. si quis a se fundum, bene quæritur, quis ad possess. uenerit. s. quantum ad rem ipsam, et ius amissæ possessionis. Ad octauum rm̄d. ꝙ speciale est in ll. ibi alleg. ut no. d. l. extat. ff. quod met. cā. in
15 gl. sed nunquid quendam. Ad † nonum, ꝙ accessorium sequi debeat naturam principalis, rm̄detur ꝙ illud est uerū, ubi in accessorio non est prouisio specialis, quæ prouisio specialis est hic, quo ad pęnam per statutum, et l. si quis in tantā. subla ta principali, remauet pœnalis. ff. de furt. l. qui ea mente. ui bo. rap. l. pe. et no. d. l. fi. ff. de eo, quod certo loco, in gl. no. reci piendo sortem. ad l. unicam. de plus peti. dic, ꝙ illa in suo casu loqui tur, et hunc casum nō contingit. Nescio quis fue rit disputator, sed mihi placet disputatio et solutio, qa subtilis, et eam ueram credo. et cum habuerim de facto coram magnis prudentibus, ex quæstione honorem obtinui.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas, quid sit. Et quid ciuitatis appellatione ueniat. & nu. 8. 12. 19.*
2 *Ciuitas & castrum. an sint species appositæ & coęquæ.*
3 *Vicus ciuitati subest.*
4 *Ciuitas a territorio seu dioceſi differt.*
5 *Castellum, quid proprie dicatur.*
6 *Vrbs, vnde dicatur.*
7 *Subur banum vel rusticum dicitur omne, quod intra ciuitatem non est.*
9 *Ciuitas an ueniat municipij appellatione.*
10 *Ciuitas an possit esse sine episcopo.*
11 *Lex ciuitatem componit.*
13 *Vrbs & ciuitas pro eodem accipiuntur.*
14 *Ciuis quis dicatur. Et qui eo nomine intelligantur.*
15 *Ciuitas continetur ciuium appellatione.*
16 *Ciuem facit manumissio, adoptio. Et qnd de electione. ibid. & nu. 23.*
17 *Ciues vrbani qui dicantur.*
18 *Rusticani, qui dicantur.*
20 *Interpretatio potius facienda est secundum ius commune, quam secundum priuilegium.*
21 *Rector ciuitatis, an efficiatur ciuis.*
22 *Pater non sequitur filij domicilium, sed contra:*

Quęst. CLXXVII.

Rex ex statuto seu priuilegio concessit beneficium ciui tatibus & ciuibus regni sui. quęritur primo, quę ter ræ & quæ personæ ciuitatum & ciuium appellatione contineantur. Item, an rector ciuitatis efficiatur ciuis eiusdem ciuitatis. has qōnes disputauit Iaco. de Bel. simul, & sunt mihi 44. in lib. mag. q. disputatarum. & 321. Et primo allegauit, ꝙ
1 † appellatione ciuitatis contineantur solum illæ ciuitates, q̄ hoc nomine appellantur, primo ex descriptione ciuitat. secundum Azo. ciuitas, est multitudo hominum collecta a iure. unde in summa Pandectarum, in prin. & per Aug. lib. de ciuit. Dei, & s̄m Odof. ciuitas est proprie multitudo hoīum, hns eꝑm, & fossatis uel muris uallata, ut ff. de uer. sig. l. urbis. & no per eum. C. de epi. & cle. l. in ecclesijs. uel pōt dici ciuitas, multorum hominum collectio honesta, ad simul habitandum, ędificia vicinia paterfam. causa constituentium in aliquo certo loco. 6 dis. is ita. & Insti. de rer. di. §. singulorū. in fi. §. uel ciuitas, est ædificiorum collatio a multitudine hominum facta, ad simul habitandum. ff. de iusti. & iu. l. ex hoc iure, communia prædiorū. l. 1. et fi. reg. l. 4. §. pe. Sed cum in ciuitate requiratur hoīm multitudo, et in castro, et uilla, nō fit talis multitudo, non continebuntur sub appellatione ciuitatis. ciuitas enim ædificiis vicinis patrumfamil. debet esse fulcita, ff. de ver. sig. l. urbana prędia. l. fundi. cōia prædio. l. 1. et fi. regū. l. 3. §. pe. et l. ex hoc iure. de iusti. et iu. et muris ut fo ueis circundata. ut. ff. de uer. sig. l. 2. et l. Alphenus. et l. pupillus. §. urbs. et episcopali dignitate decorata. C. de epis. et cle. l. nulli. et l. si quis ad declinandā, de epis. audi. l. iubemus. Itē
2 pro hoc, quia ciuitas et castū videnť species appositę et coæquę. C. de testa. l. fi. de offi. præfecti præ. Africę. l. in nomine Domini. §. donec. et §. si uero. et ultra de rescri. c. statutum li. 6. pro quibusdam et ciuitas et oppid. de ver. sig. l. pupillus. §. urbs. et §. oppidum. et urbs, et uicus. ff. de leg. 1. l. si hæres. §. uicis. ergo neutum est alterum, quia species a specie differt,
3 et uide in alphabeto, in dictione ciuitatis. Item vicus ciuitati subest. ff. ad muni. l. qui ex uico. C. de epis. et cle. l. nulli. §. qđ si in uico. cum fi. Constat aūt, ꝙ aliud est dominans et aliud dominatum. ergo uicus et simulia appellatione ciuitatis nō
4 cōtinenť. Itē † ciuitas a territorio seu diœcesi differt, ext. de
5 rescr. c. Rodulphus. 12. q. 2. c fi. et ciuitas a castro, quia † castellum proprie dicitur in limine imperij factum. C. de fun. limitro. l. 2. li. 11. et d. l. in noīe dn̄i. circa fi. de of. præfe. præt. Item castellū, uilla, et uicus ciuitatis dignitate nō honorātur, sed cōiter sub ciuit. regunť, et a uia dn̄r, qa muris nō claudunť, vt d. l si hr̄s. §. uicis. de le. 1. et ibi de hoc. ergo etc. Itē diuersis

Source : BIU Cujas

ſis noĩbus nũcupat̃.ergo non ſunt idẽ,vt.C.de codicil.l.ſi idẽ.
6 †Item vrbis dr̃ ab vrbo & murali ambitu,extra de ſen.excõ. c.ſi ciuitas.li.6.de penu lc.nã qđ.§.pe. & d.l.pupillus. §.urbs. & §.oppidũ.& §.territor.de verb. ſig.uñ omne qđ intra ciui-
7 tatem † non eſt, dr̃ eſſe ſuburbanum vel ruſticũ. C.de admi. tut.l. lex quæ tutores, & de prædiis minorũ.l.ſi prędiũ.ſed villa caſtrũ & ſimilia,non eodẽ mõ terminantur, vt.d.l.pupillus.ergo nõ ſunt idẽ. Itẽ in ciuitatib.defenſores,& magiſtratur creantur.C.de defen.ciui.& de magiſtratib. municip. Itẽ priuilegia & ſtatuta ſunt ſtricte interpretanda,quia ꝯ formã iuris cõis.C.de inoffi.teſta.l.ſi qñ. & extra de trãſla.prælat.in-
8 ter corporalia. & ibi de hoc. In ꝯriũ,ꝙ ciuitatis †app.oẽs terrę contineantur,quia municipia & oppida noĩe ciuitatis cõtinentur.ff.ad municip. l.1.ubi de hoc. & l.eius, qui in ꝑuin. & in auth.cõſtitutio.quæ de digni.§.hęc aũt.& §.illud.Item, formaque dat eſſe rei. ff.ad exhi. l.Iul. §.ſed ſi quis.nam eadẽ forma conſtitui põt caſtrũ & villa, qua & ciuitas.ſ.muris & foueis cum non reperiatur ꝓhibitum. ff.ex quib.cau.maior. l.necnon.§.ſed qđ eis. ergo omnes terrę, appellatione ciuitatis contineri pñt.Item ciuitas ad differentiam agrorũ accipitur,in auth.de inſtr̃.ca.§.hęc aũt. & ff.qui ſatiſd.cog.l.ſciẽdũ. in prin.ergo oĩs locus ad habitandũ ꝙſtructus,vbi agrorũ nõ
9 ſit multitudo,ciuitas appellabit̃.Itẽ†a ciuitate, appellatur ciuis,ſed ortus in municipio dr̃ ciuis.vt.ff.ad muni.l.incola.ergo ciuitas appellatione municipii ꝙtinebit̃.Itẽ quotiẽs in effectu eſt cõiũctio , licet in appellatione diuerſitas dicẽdũ eſt idem eſſe,vt.C.de hęreti.l.qcũq;.& maxime. qa res diſponit ſm ſuũ effectũ. C. de do.ante nup.l. fi.Cũ igit̃ caſtrũ inſigne,
10 eundẽ habeat effectũ quẽ ciuitas, ꝑter q̃ in eꝑali dignitate,& eꝑalis dignitas de ſubſtantia ciuitatis eſſe nõ reperitur, imo † ciuitas põt eſſe ſine eꝑo.80. di.c. eꝑi vero.ergo ciuitatis ap-
11 pellatione ẽt caſtrum & uillę continebuntur.Item lex compo-nit†ciuitatem . ff.de legi. l.lex eſt.ſed eodẽ mõ componit oẽm terrã.C.de tempo.in integ.reſti.l.ſuperuacuã. ergo &c. Itẽ beneficia ſunt pleniſſime interpretanda. C.de cõſti. prin.
12 l.beneficium.Itẽ ex vſu loquendi ciuitas appellat̃,ẽt † caſtrũ & villa.ff.de ver.ſi.l.vt Alphenus. & l.fundi. & l.vrbana familia.& ar.ff.de leg.3.librorum. § qđ.tñ Caſſius.igitur ex vſu loquendi oĩs terra appellatur ciuitas. Sed ſalua eius pace,iſtud
13 ar.iudicio meo magis facis ad oppoſitum.item ædificia quocunq; loco cõſtructa vrbana ꝑdia appellant̃.ff.de ver.ſig.l.vrbana prædia. cõia prædio. l.1. ergo ibi debet dici eſſe ciuitas, cũ vrbs & ciuitas pro eodẽ accipiantur.C.de ędifi.priua.l.ſingularũ.& de ope.pub.l. ꝑſcriptio. Itẽ ſm Azo.deſcriptio ciuitatis eſt, ubi eſt multitudo hoĩum . Sed in magno caſtro eſt hoĩum multitudo,ergo ciuitas appellatur. Item, ſicut ſe hñt inſulę ad Italiam,& inſulę cuiuſq; ꝓuincię ad prouinciã,ita ciuitates Italię ad Italiã.ſed ita hñt ſe,ꝙ alterum eſt pars alterius,& ꝙ minus cedit maiori,& ex oĩbus partib.fit vnũ integrale.vt.ff.de iudi.l.inſulę.de ver.ſig.l.notionem.§.1.ergo ne ceſſario ſequitur,ꝙ caſtrum, & quælibet villa, quæ rñdet ciuitati,ſub ap.ciuitatis contineant̃.ff.de reg.iur.l.in toto.& de
14 au.& ar.le.l.1.in 2.qõ.an ap.ciuiũ contineantur?videndũ eſt, qui†appellantur ciues, & q ruſtici.nam ciuis, appellat̃ ortus in ciuitate in auth.qb.mo.nat.effic.ſui.§.ſi qs igt̃.Item ortus in territorio, dr̃ ortus in ciuitate,ergo ciuis eſt. ff.ad mun.l.incola.& l.qui ex vico.Itẽ ortus in ciuitate,municeps appellat̃. ff.ad muni.l.1 & l.eius qui.ergo eadem rõne ortus in municipio,ciuis eſſe dicet̃, qa ꝙriorũ eſt eadẽ diſciplina, & natus in continentib.vr̃ natus in vrbe.ff.de ver.ſig.l.qui in ꝙtinentib.
15 Item† ciuium ap.cõtinet̃ ciuitas.ff.de re. dub.l.ciuib.ergo in ciuitate orti,appellabunt̃ ciues. Itẽ ciues hñr orti in caſtris in ſignib.C.de teſta l.ſi.& extra de reſcript. c.ſtatutũ. li.6.itẽ ciues facit manumiſſio,adoptio,& electio,vt.d.l.ciues.C.de in
16 col.Item,in bñficiis faciẽda eſt larga interpretatio.ff.de ꝙſti. prin. l.bñficium.vñ ꝙtineri vñr oẽs vbicunq; habitantes, ar. C.de agen.in rebus.l.fi.li.12.C.de aduo.diue.iudi.l.3.§.ad hoc
17 & l.petitionem, §.ad hoc. Et vrbani † ciues appellantur,qui in vrbe morantur, & quis paterfa. inter vrbanos annumerare ſolitus eſt.ff. de leg.3.l.ſeruis vrbanis.& de ver.ſig.l.vrbana familia . In ꝯrium,quia ortus in uilla, vico, vel caſtro,ruſticus appellatur.in auth.qui.mod.natu. effi.ſui. §.ſi quis igitur ver.1.C.de teſta.l.fi.& vt nemo ad ſuum patrociniũ . l.1.li.11.
18 & d.l.ſeruis vrbanis.†Et ruſticani appellantur, eꝝ.muros habitãtes.C.vt ruſticani ad nullũ obſequiuũ deuocent̃. l.1.li.11. & eꝝ ciuitatẽ nati,agricolę appellant̃,in auth. vt nullus mutuans agricolę,& ti.ſequenti. & C.de agric. & cenſi.l.1.& per totum. li.2. Et ꝙ talia priuilegia ſunt ſtricte interpretãda, vt
19 prędictũ eſt,ſoluendo†utrãq; qõnem dicit, ꝙ aut priuilegiũ vel ſtatutum conceſſum eſt ad honorem vel ornatũ ciuitatis principaliter . aut ẽt ad omnium terrarũ ꝑſonarũ utilitatem pertinet.Primo caſu,ciuitates,ꝑprie & ſtricte intelligendę ſunt ꝑ his,q̃ eo noĩe appellant̃ & nõ improprie, & pro his qui nati ſunt in ciuitate, vel ſuburbijs, vel continentibus ædificijs,vt ff.de le.1.l.ſi quid relictũ. & l.ciuitatib.& l.ſi quis a filio.§.fi.& l.ſi hæres.§.vicis & ad Treb.l.oĩb.de uer.ſig. l.qui incontinentib.de le.3.ſeruis vrb.& de ver.ſig.l.vrbana familia.ſiue de ciuib.cogitauit,vt de diuerſis,ſiue vt de ſingulis.ff. de reb.dub.l.ciuib.& l.cum ſenatus.Secundo caſu, aut certũ eſt,qũo rex oĩb.terris & perſonis voluit prouidere, aut certũ eſt,ꝙ noluit,aut dubitatur.primo caſu extenditur ad omnes terras & perſonas beneficium,ar.d.l.1.ff.ad munici. & C. de agen.in reb.l.fi,li.12.cum concor. Secundo caſu, non porrigetur niſi ſolum ad ciuitates,& ciues proprie & ſtricte ſumẽ
20 do.nã†potius ſm ius cõe quam ſm priuilegium facienda eſt interpretatio,vt ext.de conſue.cum dilectus de tranſact. inrer corporalia.& C.de inof.teſt.l.ſi qñ.ſed quia beneficia ſũt pleniſſime interpretanda, fiet interpretatio de ciuitatib. cũ ſuis adiacentibus & territorijs,ar.ff.de off.præfe.urb.l. 1.§.cũ urbem.C.de bo.vacan.l.ſi qñ.& no.de conſti.princ.l. beneficium. de priuil. quia circa. & ar.a contrario ſenſu dictarum legum.l.ſi quid relictum.& l,ciuitatib. de leg.1. Prędicta vera, niſi ex conſuetudine loquẽdi,uel more regionis,vel mẽte legis aliud appareret, quia tunc illud ſeruandum eſſet, vt d.l.vt Alphenus.& l.fundi.& l.urbana familia.de verb.ſig de leg. 1.l.ſi ſeruus plurium.§.fi.ubi de hoc.& de leg.3. ſeruis urbanis.& l.librorum. §.quod tamen Caſſius . extra de ſponſa. ex literis.de ver.ſig.c.abbate.& no.d. c.quia circa.de priuile. Et ad ꝯria patet reſponſio, ſi ſingula membra diſtinctionis ſingulis legib.adaptentur. Ad ſolutionẽ tertiæ qõnis poſt ali
21 qua allegata, quæ cauſa breuitatis omitto, tenet ꝙ † rector non efficiatur ciuis,propter breuitatem temporis,ut C.de incol. l.1.& 2.li.10. Et qa non vr̃ habere animum ibi conſtituẽ di domicilium,ut eo.li.l.3.& ff.ad mun.l.domicilium.nec ẽt ciues cum eo animo elegerunt,ſed ſolum,vt regat ciuitatẽ. Deficiente ergo vtriuſque voluntate,ciuis nõ fit, ar.ff.ſi cer. pe. l.ſi ego. & l.non oĩs. itẽ rector efficitur pater ciuitatis , in authen.vt iud.ſine quoquo ſuf.§.eos.& pater filij domiciliũ
22 †non ſequitur,ſed econtra. C.de municip.& origi.l.3.& ff.ad munic.l.aſſumptio. §.1.item quia præſes prouinciæ, de quo magis uideretur,non efficitur prouincialis,quod patet,quia de eo quod prius ibi contraxit,parciſſime ius dicitur.ff.de offic.præſi.l.ſenatuſconſulto.Et ad l.ciues. C.de incolis.& alia contraria quæ uidentur concludere, ꝙ electio†faciat quem ciuem,reſpondet ꝙ loquuntur in electis a principe, vel præfecto perpetuo,vel ad longum tempus,vt in ſenatore, milite,& ſi'ibus,alias ciuis non efficeretur,nec domicilium ſortiretur,niſi animus uere vel ex interpretatione interueniret, ut C.ubi ſenatores uel clariſſimi. l.1. & 2.de incolis. l.2. & l. neque.cum ſimilib. Iac.de Bel.

SVMMARIVM.

1 *Hęres an poſſit permutare rem immobilem iuſſu teſtatoris, ſi ſtatutum diſponat, quòd inter viuos non fiat alienatio rei immobilis cum forenſe. & numero 5. 9.*
2 *Cauſa proxima,magis attendenda,quam remota.*
3 *Contractus vbi cauſatur a contractu,quomodo agendum.*
4 *Diſpoſitio vltimę voluntatis,vbi ſequitur ex neceſſitate alege impoſita,ex vltima voluntate ſequitur effectus,non ex lege.*
6 *Sequentia, a principijs neceſſitatem trahnut.*
7 *Cauſę duę ſi concurrant ad eundem effectum,attenditur cauſa, quę reſpicitur,& non reſpiciens.*
8 *Contractus vnus vt cauſatus ab alio, non conſideratur,ſed cauſa.*
10 *Clerici an comprehendantur appellatione forenſium. remiſſi.*

Qnæſtio. CLXXVIII.

Iacobus etiã butrigar̃. diſputauit quæctionem talem, quæ eſt mihi.46.in libro magno queſtionum
1 diſputatarum. † Statuto cauetur, ꝙ nulla alienatio rei immobilis inter viuos poſſit fieri de ciue in forẽſem. Cõtingit, ꝙ quidã dictæ ciuitatis in ſua vltima voluntate diſpoſuit, q̃dam ſuam rem immobilẽ, & iuſſit hæredem ſuũ cũ forenſe permutare. quæritur an hęres permutationẽ facere poſſit, ipſo ſtatuto non obſt. Arguit primo ꝙ alienare non poſſit a
2 a cauſa proxima & remota, qa magis debet†attẽdi ꝓxima, q̃ remota.ff.de excep. rei iud.cum de hoc.& no.per Dy. ext. de reg.iu.c.priuileg.li.6.ſed in propoſito cauſa proxima,eſt prohibitio ſtatuti,remota vero,eſt vlt.volũtatis, ergo &c. item quia voluntas teſtatoris eſt contra prohibitionem legis municipalis,ergo non ſeruanda. Item qa iſta non videtur proprie diſpoſitio vltimæ voluntatis , cum eam non legauerit, ſed permutari iuſſerit.Vnde non põt valere tãquam vltima voluntas, quia hoc non diſpoſuit teſtator, nec tanquam permutatio prohibente ſtatuto.ff.de acceptil. l.an inutilis. cum ſimilib. Item teſtator non poterat permutare obſtante ſtatuto.ergo nec mandare, nec diſponere, ꝙ per hęredem permutetur, quia qđ non poterat per ſe,nec per alium. itẽ quia hæc permutatio expediri habet per hæredem, nõ autem eſt expedita per diſpoſitionem defuncti, vt l.generaliter.§.fina.

Source : BIU Cujas

de fideicõ.liber. ergo iſta alienatio debet cenſeri inter viuos & per ꝑñs ꝯ ſtatutum,& hæc rõ coadiuuatur, ꝙa ex diſpõne teſtatoris,non facta permutatione, non tranſiret dñium, ſecuta permutatione tranſiret, & ſic apparet,ꝙ ſit inter viuos & ꝯ ſtatutum. Item,vbi cauſatur ꝯctus a ꝯctu, puta nume-
3 ratio†pecuniæ mandato agitur ex ſecundo. i.ex nũeratione de mutuo,non ex primo mandato. ff.mand.l.idemq;.§.ſi quis Titio.Ergo ita in propoſito,attendi debet traditio,quæ fit ex permutatione,non aũt origo q̃ proceſſit ex vltima voluntate,ſic prohibita dicetur alienatio per ſtatutum. Et pro hoc bñ.ff.de excep.rei vendi.& traditæ.l.1.§.1.& de act.empt.
4 l.iu.§. ſi procur ſm Hoſt. itẽ licet†exneceſſitate a lege impoſita ſequatur diſpoſitio ult. uoluntatis, tñ non ex l.ſed ex ult. uolũtate. ſequitur effectus,& trãſit dñium,vt C.de ſecun.nu. l.fœminę. Item qñ ex neceſſitate a lege impoſita ſequitur diuiſio,non ex lege,ſed ex ſecuta diuiſione agitur fa.erc.l.1.& l. alienationes.de verb.obl.l.ꝙ Romæ. §. duo fratres.& C.cõia vtriuſq; iudi.li.1. Sic ergo erit in propoſito,ꝙ licet ex neceſſitate vltimæ voluntatis ſequatur alienatio, non tñ ex ea,ſed ex permutatione ſequitur alienatio,& ita ex cã a ſtatuto ꝓhibita.Et pro hoc facit.ff.de re iud.l.a diuo Pio.§. ſed ſi emptor.
5 & C.de euic l.ſi ob cãm.In†ꝯrium,ꝙ alienatio teneat,velut ex cã vltimæ uolũtatis & non inter uiuos, ſic probatur Vbi ex diſpõne defuncti, hæres aliquid facit vel exequitur,qđ facere neceſſe hẽt,tunc a defuncto procedere dr̃.& nõ ab hęre de.Probatur.ff.de iure do.l.adoptiuum.§.1.& l.ſi ego §. ſi res. & de leg 2. l. unum ex familia. Sed in propoſito inducit hr̃di neceſſitas permutandi ex neceſſitate defuncti, ut in auth.de
6 hr̃.& fal.§.ſi quis aũt nõ implens.ergo &c. Item†ſi ſequentia a principiis trahunt neceſſitatẽ, ẽt ſi per ſe poſſent ſubſiſtere ex principiis inducuntur & ſm eorũ tp̃s vt.ff.qui poti.in pig. ha.l.potior.& l qui balneũ. Sed ita eſt in ꝓpoſito, ꝙa ꝓmutatio trahit neceſſitatẽ a uolũtate defũcti. ergo &c. Itẽ qñ duo ſunt & vnũ eſt ꝓp aliud,nõ attẽdimus, quo ad corũ effectũ, illud qđ ꝓp aliud eſt,vt.l.ita ſtipul & l. cum.n.de noua.ſed ꝓp
7 vltimã uolũtatem eſt ꝓmutatio ergo.&c.Item†qñ duæ cauſæ concurrunt ad eundem effectum attẽditur cã, q̃ reſpicit, non reſpiciens.ff.de pac.l.legitima. & de neg.ge.l.ſi pupilli.§. item quæritur.C.de rerum permu. l.ex placito.at hic concurrunt duæ cauſæ,ſ.vltima uoluntas,quæ reſpicitur, & ꝓmutatio quæ ipſam reſpicit.ergo &c.Item quotiens duo concurrẽtia hñt aliquid peragere. effectus ex eis procedens non recte alicui eorum aſcribitur,ſtricta ſaltem ratione.ff.ad l.Aq.ita uulneratus.in fi.& de uer.ſi. l.1 l.cẽſoria.& l.recte dicimus.Licet igitur in propoſito vltima uoluntas & permutatio velut duę cauſæ ꝯcurrãt, & ex eis ꝓcedat alienatio non tñ dẽt nec põt ſoli ꝓmutationi aſcribi.ſed ex vtroq;procedete dr̃,& per
8 ꝑñs non inter viuos.Item qñvnus ꝯctus eſt cauſatus†ab alio non conſideratur cãtus.ſed cauſans. ff.man.l.ſi ꝓcur.in prin. & depo.l.1.§ idẽ Põp.ſed hic ꝯctus ꝓmutationis cãtur ab vlt. volũtate.ergo &c.Prædictis rõnib.quas recitaui, determina
9 tũ fuit,ꝙ †ꝓmutatio poſſit fieri non obſtante ſtatuto tanq̃ ex vltima uoluntate,ꝙ ẽt ꝓbat aliis rõnib. quas omitto cã breuitatis Et ꝓ determinatione bñ facit.C.qñ decreto opus nõ, eſt.l.pe.& ibi ī gl.Et de materia p̃dicti ſtatuti,& an ſit validũ,
10 & an ꝯplectant clerici†appellatione forenſiũ plenißime tractaui.s̃.hac eadẽ ꝓte.q.2.q̃ inci.ex p̃dictis oritur alia.q. la.bu.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio an contineatur emptionis appellatione.*
2 *Ratio,eſt anima legis & ſtatuti.*

Quæſt. CLXXIX.

1 **Quæſtio** †fratris vberti de Ceſſena decretorum doctoris,talis eſt,& eſt mihi.44. in lib. magno qõnum diſputatarum.Statuto vniuerſitatis ſcholarium,ꝓp vitandas expenſas, cauetur ꝙ nullus ſcholaris induatur panno valoris vltra ſex ſolidorum, empto in Bono. vel ꝓpe.40. miliaria.ſcholaris emit pannum maioris p̃tii, & cum color, ſibi non placeret permutauit cum alio panno vel aliquo dato in recompenſarione,vel recepto.vel pannum vendidit & alium ſtatim emit eiuſdem,vel maioris precii,vel ipſum pãnũ ſibi furatum redemit maiore pecunia. quæritur vtrũ poſſit indui pãno p̃dicto ſine violatione ſtatuti? & iſta qõ eſt mihi.48.in lib.magno qõnum diſputatarum.Et primo vr̃,ꝙ nõ quia iſte vr̃ facere ꝯ verba vel ſaltem ꝯ mentem ſtatuti. & licet in ſtatuto de permutatione mentio facta non ſit, ſtatutũ vr̃ ſe retuliſſe ad id,quod plurimum accidebat,& quia appel
2 latione emptionis ꝯtinet ꝓmutatio.ff.de ędil.edi. l.ſciẽdũ.§. deĩde aiũt.& de ſtatulib.l.ſtatuliberi a cæteris. §.ꝙntus.& ibi in gl.& C.de rerũ p.l.2. In ꝯriũ,quia uerba ſtatuti ſunt ſtricti iur.& ab eis nõ eſt recedẽdum.de leg.3.l.no alr̃.& maxime ꝯ ius cõe,& ideo reſtringenda.ff.de legib. qđ vero ꝯ rationem
3 cum ſi.Item vr̃ ceſſare†ratio ſtatuti. ſ.expenſarũ vitandarũ, quia iã iſte fecit expenſas, ergo caſſare debet ſtatutum,& vr̃ expreſſum de verbo venditionis,ꝙ non contineatur permutatio.C.de prædi.curial.l.curiales.li.x1. Poſt multa alia alleg. pro & contra.determinatum fuit, ꝙ ſtatutum locũ non habeat,niſi ſcholaris aliqd vltra daret, vel niſi de fraude appareret,& all.in Spe.de empt. & ven. §.nunc dicendum reſtat. ver.ſed pone ſtatutum.& vide qđ dixi in ſimili qõne.s̃.1.parte,ver.ſtatuto Parmæ cauetur,ꝙ habens fundum.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ proſequutio legis authoritati reſeruatur.*
2 *Decurione damnato,decurionatus honor non remanet integer.*
3 *Legibus diuerſis quoties quis tenetur, vna in plus, alia in minus, vna per aliam non tollitur.*
4 *Sententia lata ſub conditione, an valeat.*
5 *Adiectio incerta,adiecta ſententiæ, non valet.*
6 *Iudex ſententiam ſuam corrigere vel mutare non poteſt.*
7 *Ademptio ex ſententia,an ipſam vitiet.*
8 *Iudex quando pronuntiat contra legem,quia abſoluit iniuſte, ſi illud quod factum eſt, lex notat,tunc nihilominus ſequitur infamia.*
9 *Iudex non poteſt corrigere, mutare, vel diuerſis legib.facere ſententiam.*

Quęſt. CLXXX.

ac cuſatio propoſita, quæritur, an finitis duobus mẽſibus Poteſtas in ipſo homicidio poſſit procedere ex forma arbitrij? Et primo vr̃, ꝙ ſic, quaſi homicida poſſit dici præuẽtus, vt. ff. de iur. om. iudi. l. cum quædã puella. de iudi. l. ſi quis poſtea.
1 & l. venditor. §. iudices. nam † & tẽporales actiones ſi adducã tur in iudicium, fiũt perpetuæ. C. de annali ex. l. 1. §. exceptis.
2 † Item, tutor cãm pupilli inchoatam põt perficere, ẽt finita tutela, vt. C. vt cauſe poſt pubertatem adſit tutor. l. 1. & de ad mi. tuto. l. ita aũt. §. ſi. Item qa Poteſtas debet iudicare ſm legem, q̃ vigebat tpe delicti cõmiſſi. ff. de pen. l. 1. & in authẽ. vt cum. de appel. cogno. in prin. ergo in hoc homicidio põt
3 ex arbitrio procedere. Itẽ ex quo cẽpit ꝓcedere ex † arbitrio, cauſæ continentia diuidi non debet, vt. C. de iudi. l. nulli, & qa res non eſt integra, vt. ff. de iuriſdi. om. iu. l. & quia. In ꝟriũ vr̃, ꝙ tps arbitrij eſt finitum, ergo & ipſum arbitriũ, ſicut dr̃ in arbitro. ff. de arbitris. l. Labeo. & l. nõ diſtinguemus. §. dies.
4 Item in his, quæ nõ receperunt cõſumationẽ, ſi res † peruenia t ad eum ſtatum, a quo incipere non potuiſſet, vitiatur. ff. ad l. Aqui. l. qa in eum, de iudi. l. ſi a me. & l. Iulianus, & de ſer uitutibus. l. pro parte, & quia lex prędicta municipalis nõ de bet vltra protrahi, quam verba patiantur. ff. de ver. obl. l. qc quid, & quia quatenus recedit a iure cõi eſt odioſa, & ſic re ſtringenda. ff. de lib. & poſth. l. cum quidam. Item ſicut iudi-
5 cium ſoluitur † vetante eo, qui iudicare iuſsit, ita ſoluitur ar bitrium vetante lege municipali, quæ ipſum arbitrium con ceſſit, ſolum primis duobus menſibus. Ergo eis finitis, vetare vr̃. ff. de iudi. l. cum prætor. doc. communiter tenẽt ꝙ elapſis duobus menſibus poteſtas arbitrio vti non poſſit, per iura ad hoc allegata, & ita tenet Gandi. d. ti. de mul. quæſtionibus ſta tutorum dependentibus a ſtatutis, ver. Item, pone ſtatuto contineri, vel reformatione conſilij, & fuit diſputata per d. Mar. ſil. & Incipit tempore cuiuſdam maleficij.

S V M M A R I V M.

1 Poteſtati ſi datum eſt arbitrium, ꝙ poſsit ſtatuta condere, ipſe vnum condidit, ꝙ nõ poſſet, condemnari de geſtis, vel commiſsis, an idipſum ualeat.

Quæſt. XXXV.

1 Sed pone † ꝙ Poteſtati datum eſt arbitrium, ꝙ poſsit ſta tuta facere, ipſe fecit unum ſtatutum, ꝙ non poſſet cõdemnari de geſtis vel commiſsis, nunquid ualeat tale ſta tutum. Guid. de ſuza. tenet quod non, in ſuis quæſtionibus ſtatutorum, ſed pone quæſtionem, quidam elegerunt quem dam ſibi in Poteſtatem.

S V M M A R I V M.

1 *Delicti perſequutio, num ibi adhibenda, vbi ipſum delictum admiſſum.*
2 *Inquiſitio fit ad vindictam publicam, quæ per Poteſtates vlciſcenda, non occultanda eſt.*
3 *Magiſtratus, uocantur patres ciuitatum, quibus præſunt, tamquam patres filijs.*
4 *Malefactor num eo tranſmittendus, vbi deliquit.*
5 *Delictorum cognitio tribus locis poteſt haberi.*
6 *Delicta & contractus, æquiparantur, quo ad ius fori.*

Queſt. XXXVI.

1 Item † ſubijcio aliam vtilem quæſtionem, ſtatuto Florẽ tiæ continetur, ꝙ Poteſtas habeat arbitrium in ho micidjs, & cæteris alijs maleficijs ſuo tempore perpetratis. Contingit ꝙ quidam Florentinus prope portam ciuitatis Se narum, interfecit quendam dominum Vanum iuriſperitũ, ciuem Piſtorij, quæritur vtrum Poteſtas Florentiæ vigore di cti arbitrij poſsit procedere contra dictum homicidium? Et primo videtur ꝙ non, quia Senis, vbi deliquit, debet iuri ſub iacere, & puniri, vt. C. vbi de crimi. agi opor. auth. qua in pro uincia, ergo alibi puniri, videtur prohibitum, ar. C. de procu rator. l. maritus, & ff. de iudi. l. cum prætor. Item quia iniuria videtur facta cõi & Poteſtati Senarum, in quorũ territorio maleficium eſt commiſsum, & ille Poteſtas contemptus vi detur, non Poteſtas Floren. vt. ff. de iuriſdi. om. iu. l. ſi quis id, quod, & ſi quis ius dicen. non ob. l. 1. vnde cum non haberet talis homicida parere Poteſtati Florentiæ extra eius territo rium, vt. ff. de iuriſ. om. iudi. l. fi. non videtur eidẽ feciſſe iniu riam, vel offenſam, vel eum contẽpſiſſe, vt. ff. de iniur. iniu riarum. §. 1. Poteſtas ergo Florentiæ non poteſt inquirere, qa
2 † inquiſitio fit ad vindictam publicam, quæ per Poteſtates ci uitatum Vlciſci debet, non occultari, in auth. de man. prin. §. ꝙ ſi delinquentes, & de armis. §. ſancimus. Vnde Poteſtas Floren. de tali iniuria facta Poteſtati, & cõi Senarum, nõ põt cognoſcere, quia iniuriam alienam nemo vindicat, ſed ſuã tm̃, vt. ff. de iniur. l. iniuriarum. Et ſi diceretur, ꝙ Poteſtas Flo rentiæ, in hoc recepit iniuriam, quia homicida eſt de eius do micilio, & ideo põt ibi conueniri, etiam ex delicto alibi cõ miſſo, vt. C. ubi de crimi. agi oport. l. 1. dicẽdum tm̃ vr̃, ꝙ Ptãs Senarum qui principalius eſt iniuriatus, vtriuſ; iniuriæ habe re debeat cognitionem, ſicut dicitur de patre, ꝙ iniuriam fa ctam filio, eius principaliter intereſt vindicare, ſuo, & filij no mine. ff. de iniur. l. licet ſi vnus. §. ait prætor. el. 2. & §. filio. & §. fi. vnde cũ magis interſit Pote ſtatis Senarũ, præferrĩ debet, vt. ff. de accuſ. l. ſi plures, & de adul. l. 1. §. fi. & maxime hoc ca ſu, cum quæritur, an Poteſtas Florentiæ procedere poſſit per inquiſitionem? nam ſm quoſdam, ſi per accuſationem pro cederetur coram Poteſtate Florentiæ, tunc poſſet cognoſce
3 re, vt d. l. 1. C. vbi de cri. agi opor. & ſtatim ſubiiciã. Itẽ † ſicut fit iniuria patri per filium, vt inſti. de iniur. §. patitur. ſic etiã fit per ſubditum magiſtratui, in cuius territorio delinquit, quo ad hoc, vt eum punire poſsit, nam magiſtratus, uocan tur patres ciuitatum, & dicũtur ſubditis præfici, ſicut patres filijs, in auth. vt iudi. ſine quoquo ſuff. §. cos aũt, & §. ſciant, quando ergo maleficium, cõmittitur, duplici via poteſt pro cedi, vna per modum accuſationis & tũc agi poteſt, & in lo co, vbi eſt commiſsum delictum, & ibi cognoſcetur, non ob ſtante aliquo priuilegio, vt in auth. vt oẽs obe iudi. prouin. §. conſiderantes, & in loco domicilij, ſm quoſdam, ut d. l. 1. C. vbi de cri. agi opor. vbi de hoc dixi, & in auth. qua in prouin cia. Item põt procedi per inquiſitionẽ, & iſta via inquiſitio nis procedere põt ſolus index, in cuius territorio maleficiũ eſt cõmiſsum, quia ei tm̃ vr̃ facta iniuria, & ipſe ſolus vr̃ con temptus, & non iudex domicilij, nam cum maleficium cõ mittitur in aliquo territorio, vr̃ toti populo illius loci facta iniuria, ar. ff. de iniur. l. ꝙ ſenatus, de publicanis. l. licitatio. §. qđ illicite, & ad l. Aqui. l. ita vulneratus, & de fideiuſſor. l. ſi a reo. & oĩbus redditur, ꝙ uni ꝓ uoto oĩum indulgetur, vt. C. de aduo. diueriorũ iudicũ. l. reſtituendę. Itẽ pro hoc faciũt. ll.
4 quæ dicunt † malefactorem debere trãſmitti ad locũ, vbi de liquit, vt ibi puniatur. vt. ff. de accuſa. l. ſi cui. §. pe. & fi. & l. fi. & pleniſsime dicta authẽ. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi oporteat. In ꝟriũ, ꝙ Poteſtas Floren. poſsit ex officio & arbi trio ꝺ dictum homicidã procedere & punire, facit. l. 3. ff. de
5 offi. præſi. Itẽ, quia de criminibus † cognoſcitur tribus locis. ſ. vbi cõmiſſa ſunt, & in loco domicilij, & vbi ambę partes cõ ſentiũt, vt d. l. 1. C. vbi de cri. agi opor. quæ ſic cõiter eſt intel lecta per doc. vt ibi ſatis de hoc dixi. & minime ſunt mutan da &c. ff. de legi. l. minime. Item, quia ſic eſt in contractibus, ꝙ contrahens põt ꝙueniri in loco ꝺctus, & domicilij, & quo
6 † ad ius fori, parificantur contractus & delicta, ut in authen. vt oẽs obe. iudi. prouin. §. hoc conſiderantes, vt. ff. de iudici. l. omnem. Itẽ qua ratione poteſt iudex extraneos in eius terri torio delinquentes punire ratione delicti, vt. ff. de offi. præſi. l. 3. & dicta authẽ. qua in prouincia, eadem ratione poteſt & iudex cui ſubſunt ratione originis vel domicilij, & unus nõ impedit alterum, arg. C. qui poti. in pign. ha. l. aſsiduis, in fine Odoff. & communiter alij doctores, tenent ꝙ poteſtas Flo rentiæ non poſsit de tali homicidio inquirere. Pro hoc C. de decur. l. duum viri. lib. 10. & ff. de offic. præfec. vr. l. 1. in princ. & §. in initio, & C. de cenſi. l. omne. lib. 11. & uide in libro ma gno quæſtionum diſputatarum. q. cccviij. nec vtitur poteſta te arbitrii, & ita tenet Gandinus, qui hanc quęſtionem ple niſsime tractat dicto titulo de multis quæſtionibus malefi ciorum dependentibus a ſtatutis. ver. Item ſubijcio aliam quæſtionem utilem.

S V M M A R I V M.

1 *Poteſtas habens largum & generale arbitrium in maleficijs, an poſsit aliquem torquere non præcedentibus indicijs.*

Quæſt. XXXVII.

1 An † poteſtas habẽs largũ & generale arbitriũ in malefi cijs, poſsit aliquem torquere, nõ p̃cedentibus indicijs cõiter tenent ꝙ non, per iura. s̃. in aliis ſuperioribus qõnibus de hac materia loquentibus allegata, & de hoc per Gandi num, titulo de quęſtionibus & tormentis. ver. pe. qui incipit, præ. ego quæro. Et an arbitrium Poteſtati datum, extenda tur ad crimina commiſsa ante conceſsionem arbitrij? habe tur co. ti. ver. ultimo. non poteſt etiam nec debet ratione ar bitrij debitum modum in torquẽdo excedere, vt. ff. de iniur. l. ſed ſi vnius. §. prætor ait arbitratu, ut ibi dixi, & plenius de bonis auth. iu. poſsi. l. in uenditione. §. de tempore.

S V M M A R I V M.

1 *Condemnationes contra ſtatutum, non ualent.*
2 *Ciuitas poteſt ita ſtatutum tollere, ſicut & condere.*
3 *Legem ſibi non poteſt quiſquam imponere, a qua non liceat diſcedere.*

Quæſt. XXXVIII.

1 Item ſi † ſtatuto caueatur, ꝙ Poteſtas petere nõ poſsit ar bitrium, & datum non teneat, datũ fuit cõtra for mam ſtatuti, & ex tali arbitrio condẽnauit aliquos ultra for mam ſtatutorum, quæritur an tales cõdemnationes valeãt, facit, qa ſunt contra ſtatutum, ut C. de legibus. l. non dubiũ. Itẽ prohibitio prima impedit futura, de le. 1. ſi mihi & tibi, nec videtur poſſe mutari. C. de peti. bonorũ ſublatis. l. fi. & ſi nuptiæ ex reſcripto pe. l. 1. in fi. & maxime propter iuramẽtũ, quo iurant Poteſtates ſeruare ſtatuta, qđ iuramentũ eſt ſer uandũ, extra de iureiur. c. cum cõtingat. & c. ſi uero. In ꝙ tra-
2 rium vr̃, ꝙ ſicut ciuitas † facit ſtatutum, ita poteſt illud tolle-

Source : BIU Cujas

re.vt.ff.de reg.iu.l.nihil tã naturale, & qđ ſemel decreuit ciuitas,põt mutare ob publicã vtilitatẽ. ff.de decre. ab ordine fac.l.qđ ſemel, ſed hic eſt publica vtilitas, vt maleficia puniantur.ff.ad l.Aquil.l.ita vulneratus, & tacita ꝯdõ vĩ ſtatuto ineſſe.ſ.ꝙ tandiu duret, q̃diu vniuerſitas non mutet,quia ne
3 mo†põt ſib: legẽ imponere a qua diſcedere nõ liceat.đ le.1. l.nemo põt.Nec vĩ Ptãs periurus, q ex iuſta cauſa deſerit ſacramentum.ff.qui ſatiſ co.l.fi.Albe.Pap. qui hanc qõnem tetigit, vĩ inclinare, ꝙ propter ſacramentum peti non poſſit, nec debeat arbitrium.Ad prædicta faciunt,quæ dixi ſ.1.parte an ſtatutum preciſum & iuratum tollit poſſit.

S M M A R I V M.

1 *Delictis tribus in diuerſis locis admiſſis,ad quem Iudicum cognitio & perſecutio pertineat.*

Quæſt. XXXIX.

1 **Quid** †de tali qõn ſtatutũ eſt Parmæ, ꝙ q commiſerit tria furta,ſuſpendatur.quidam Parmenſis cõmiſit vnum furtum Regij:Aliud Mutinæ:aliud Parmæ, de quibus non eſt punitus.nunquid Poteſtas Parmæ poſſit eum facere ſuſpendi?vide in Gandino de furibus §. ſi iterum, pone aliam queſtionem, & per Gabrielem in ſuo opere de fama, qui incipit,quoniam charitatis officium, ver. contingit, ꝙ quidam,& poſſunt adduci allegata ſupra proxima q.

S M M A R I V M.

1 *Furans panem tempore cariſtiæ an puniendus pœna ſtatuti furtũ plectentis.*
2 *Communia omnia ſunt tempore neceſſitatis.*

Quæſt. XL.

1 **Quid** ſi†aliquis tpe cariſtiæ furatus fuit panẽ,nunquid puniet pœna ſtatuti?Gui.de ſuz.tenet ꝙ ſic,in ſuis qõnibus ſtatutorum,ver.in ſtatuto continetur,qđ quicunq;
2 furtum fecerit.Contrariũ puto,qa†tpe neceſſitatis oĩa ſunt cõia.ff.ad l.Rho.de iactu.l.2.§.cum in eadem naue.& de hoc etiam tenẽt theologi,& uide bene per fratrem Raynutium, in ſumma de furtis,rubricella, de re furtiua, an poſſit fieri eleemoſyna.ver. Item, quid ſi aliquis furatur cibum, & pro hoc extra de fur.c.ſi propter neceſsitatem.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus effectus vel intrans religionem,licet patiatur minimam capitis diminutionem,& alius quodammodo efficiatur, homo non tamen ſoluitur ab obligationibus & delictis ante commiſſis,& nu.* 13.
2 *Actio perſonalis & obligatio,ſequuntur perſonam,quocunque uadat.*
3 *Noxa caput ſequitur.*
4 *Delictis nemo exuitur per ſtatus mutationem.*
5 *Principium,eſt potiſsima pars cuiuſque rei.*
6 *Dignitas ſuperueniens,liberat libertum ab operarum præſtatione. Item filium a patria poteſtate. Et vtilitatem ꝟſumque multum adfert.*
7 *Exceptio quandocunque ſuperueniens,prodeſt illi,cui incipit competere,et excludit intentionem actoris.*
8 *Dignitas ſuperueniens an faciat declinare forum.*
9 *Forma rei,eſt eius ſubſtantia,qua mutata,mutatur & illa.*
10 *Monachus vel clericus factus, an poſſit effugere iuriſdictionem & pœnam Iudicis ſecularis.*
11 *Sacerdotium ſuperueniens,tollit munus & onus,quod ante incumbebat.*
12 *Obligationis primæ virtus, quotieſcunque transfunditur in ſecundam, non ex prima agitur ſed ex ſecunda.*
14 *A muneribus ſoluit ſacerdotium ſuperueniens.*
15 *Status mutatio,non tollit pœnam,ſedſepe Iudicem.*

Quæſt. XLI.

Subijcio etiã talem qõnem. Per ſtatuta imponuntur pœnę homicidis,& alijs malefactoribus, qui dã cõmiſit homicidiũ vel aliud maleficiũ, deinde factus eſt monachus,clericus,vel frater,q̃ritur an p hoc effugiat pœnã ſtatuti infligendã p iudicẽ ſecularẽ? vide in li.d.Oldr. c.4.qđ hic in effectu poſitũ eſt.Et ꝑ huius qõnis declaratione, prę-
1 mitto,ꝙ effectus clericus uel intrans†religionẽ, licet patiat minimã capitis diminutionẽ,& alius homo quodãmõ efficitur,nõ tñ eximitur ab obligationibus vel delictis ante ꝯctis, ſed ex eis põt poſt clericatũ vel ingreſsũ ꝟueniri, uel ꝑuniri, in auth qũo opor.monachos cãm dicere.§. 1.C de epi.& cle. l.quiſquis,&l.ad ſimilitudinẽ ff.de capi.di.l.2,§.1.& §.nemo. & l.tutelas.§.1.in auth.de ſan.epi.ver.proinde de monachis.
2 §.1.& §.ſi qs aũt.& ad fi.gl.q̃ incipit,idẽ & in alijs. Itẽ†qa perſonalis actio & obligatio ſequit perſonã quocũq; vadat, ar.
3 ff.de mune.& ho.l.cura.§.fi.& idẽ in delictis,qa† noxa caput ſequitur.inſti.de noxa.§.oĩs.& ſi ſeruus delinquat, tenetur liber factus.ff.de iniur.l.ſed ſi vnius.§.ſed ſi iuſſũ, & de uſufr.l. Iul.§.ſi operas,de ꝯh.emp.l.fi.de neg ge.l.Pomponius.in glo. magna,& de ver ob.l.quæcunq;. Itẽ ingedi religionẽ vel fieri clericũ non eſt de modis tollendi obligationẽ,vt inſti.qb. mo. tol.obli. per totũ. His ꝑmiſsis,redeamus ad qõnẽ, & primo vĩ ꝙ talis homicida malefactor ꝑp clericatũ vel monachatũ non euitet pœnã ſtatuti imponendã p iudicẽ ſecularẽ, qa clericatus vel monachatus ſuperuenit poſt crimẽ ꝯctũ, & ſic vĩ in fraudẽ factũ,& ad euitandũ pœnã delicti, ar. C.de ſac.ſan.ec.l.qui ſub ꝓtextu.ff.de dona cau.mor.l. ſi aliqs,& vĩ quaſi expreſſum in auth.de monachis.§. ſimiliq; mõ. & §. ſi qs, ubi ingreſſus monaſteriũ ꝑ pœna euitanda eximit de monaſterio,& reddit priſtino ſtatui& ad hoc bñ facit.C.de his,q ad ecc. cõfu.l.1.& in auth.de mã.prin.§.neq; aũt.ff.ad l.Iul.de adul.l.ſi maritus.§.1. C.q mili.non poſſunt. l.1. & 2. de epiſ.& cle.l.officialis,& vĩ ẽt expreſſum.C. de falſis. l. ſi qs decurio. vbi tabellio factus decurio ꝑ inſtrĩs ante confectis,torquet,
4 non obſtãte, qđ ſi t factus decurio. nemo†.n.delictis exuitur ꝑ ſtatus mutationẽ.ff.de capitis di.l.2.§.nemo. & l.tutelas.§. 1.& iõ ſeruus delinquens,& poſtea liber factus,punit ut ſeruus,non ut liber, vt.ff.de pœnis l.1. & iniuriarũ æſtimatio fit ſm tps illatæ iniuriæ. ff.de iniurijs. l. iniuriarũ æſtimatio. Itẽ poſt munus tutelę iniunctũ ſi ſuperueniat priuilegiũ excuſationis nõ excuſat.ff.de exc tu.l.tutor peritus. Itẽ qa đ hoc vĩ caſus iuris ciuilis & canonici, vt.ff.de iudi.l. ſi qs poſtea.de iu. om.iu. cũ q̃dam puella ad muni.l.in cola.& extra đ foro cõpe.c.ꝓpoſuiſti. Sufficit.n.ꝙ iſte ſit đ foro iudicis ſecularis tpe maleficij ꝯmiſsi,licet poſtea mutauerit ſtatũ, ar.ff.de reb.du.
5 l.ſi cognatis,& de bo. poſ.ſecũ.ta.l.1.§.ſinaũt, & qa † cuiuſq; rei potiſsima pars,eſt principiũ.ff.de ori.iur.l.1.& ꝑ hoc.ff.de ſer.expor.l.ſi minor, nõ.n.vitiat, licet deueniat ad caſum,a quo incipere nõ potuiſſet, in auth. vt lice. mat. & auiæ.§.qa vero.& Inſti.de le.§.ſi qs debito,& ꝑ hac parte bñ facit extra
6 đ alie.iud.mut.cã fac.c.1.In†ꝯriũ vĩ, ꝙ euitet iuriſdictionẽ iudicis ſecularis,qa monachatus oẽm maculã abſtergit,in auth. de monachis,in prin. Itẽ ſicut ſi ab initio fuiſſet clericus vel monachus, ñ eſſet cognitio iudicis ſecularis,ſic nec ex poſt facto,ex quo res redijt ad eũ caſum,a quo incipere nõ poſſet ff.de ſerui.l.ꝑ parte,alias,ſi ꝑ parte,de ver. obl. l.exiſtimo. & l.pluribus.§. ſi placeat.vbi de hoc.Nec mirũ,ſi ſuperueniens dignitas clericalis eũ eximat a iuriſdictione iudicis ſecularis,qa liberat libertũ ab operarũ pſtatione,vt.ff.de ope.li.l.interdũ & liberat filiũ a patria ptãte,vt C.đ epi.& cle.auth.ſed epiſcopalis dignitas,vbi de hoc dixi,ꝙ vĩ fortius,quã iuriſdictionẽ ſecularis iudicis declinare.Itẽ & alias ſuperueniens dignitas auget vtilitatẽ.ff.de iudi.l.ſi lõgius.in fi.& de do.l.ſi filius. & ꝑ hoc bñ in auth.ꝓſtitutio q̃ de dig.in prin.& §.1.& C.de dec.
7 l.fi.Itẽ hoc vĩ gñale,†qđ exceptio qñcunq; incipiẽs, prodeſt illi cui incipit ꝯpetere,& excludit intentionẽ actoris,vt.ff. ꝙ cũ eo.l.ſi filius,et ſi qs cau.l.q aũt.Sic ergo erit in ꝓpoſito.Itẽ iſte clericus factus eſt de latere epi ſui, vñ põt euitare iuriſdictionẽ iudicis ſecularis,ſicut euitat munꝰ tutelę, q factus eſt de latere imperatoris.ff.de excu.tu.l.iuriſperitos,et ꝑ hoc.ff. de fur.l.ſi qs cũ in hoſtiũ.§.ſi qs poſt noxã. Et ꝑ hoc, qa ſi qs poſt tutelæ munus ſuſceptũ efficiat miles, deponit tutelã.ff. de excu.tu.l.nõ ſolũ.§.qui primipillũ,& l.idẽ Vlpianus.§.1.ſi ergo ibi euitat munus p ſuperueniẽtẽ militiã ſecularẽ,multo fortius excuſat cęleſtis militia a iuriſdictione iudicis ſecu
8 laris.Et ꝑ hoc de exc.tu.l.ſpadonẽ.§.ſi aũt tutor. † Quid plu-
a ra?vĩ expreſſum,qđ ſuperueniens dignitas faciãt[a] declinare forũ.ff.de iudi.l.2.§.legatis.et ar.ff.de ꝑcu.l.aut religionis, et ꝑ hoc,qa in quo ſtatu qs reperiẽ,dẽt iudicari.C de ſer.expor. l.moneor.Itẽ ſi pẽdente noxali iudicio ſeruus ꝓnuntietur liber,ſoluit primũ iudicũ, ꝓp mutationẽ qualitatis pſonę, vt. ff.de interro. ac.l.ſi is, cuius noĩe,et de nox.l.pe. Nec mirũ,qa
9 †mutata eſt rei forma,ergo et ſubſtãtia.ff.ad exi. l.ſi qs.§.ſed et ſi qs,et de aur. et ar.le.l.Scia.Et mutata qualitate rei, iuris qualitas immutat.ff.de ꝯfir.tut.l.in ꝯfirmando,et l.ſeq.et de adimẽ. le.l.3.§.fi.Itẽ trãſlato ſacerdotio, neceſſe eſt ut legis tranſlatio fiat, ut extra de cõſti.c.tranſlato, et ſuperueniẽte dignitate ſacerdotii,excuſat qs a munere iudicãdi, qa ſalua religione iudicare nõ põt,vt ff.de vaca.mun.l.ꝓtor.cir. prin. ſic et in ꝓpoſito,iſte factus clericus non põt ſalua honeſtate et religione ſub iudice ſeculari rñdere,et accedit.ff.de ꝑcur. l.filiuſ.§.1. nam et ſacerdotiũ ſoluit cõpromiſſum, vt.ff.de arbi.l.non diſtinguemus.§.de ſacerdotio. Soluendo Mar. de
10 fano.cuius fuerunt predicta,tenuit qđ iſte clericus uel†monachus factus, non põt effugere iuriſdictionem et pœnã iudicis ſecularis,per iura.ſ.ad hoc adducta,maxime per d.l.officialis.C.de epi.et cle. de capi. dimi.l.2.§.nemo.et l. tutelas.§. 1.et de his,q ad ecc.confu.l.1.C.qui mili.non poſ. l. 1. et 2.li. 12.et l.ſi quis decurio. C. de fal. et in auth. de monachis.§.ſimili,et §.ſeq et C. de decu.l.omnis qui.l.10 et d.l.ſi quis poſtea.ff.de iudi.et extra de foro compe.c.propoſuiſti, hęc etiã recitantur per Gand.vlti.tit.ſui operis ver.Item aliam ſubijcio qõnem,vere hæc quæſtio ſubtilis eſt,et dubitabilis, et ꝑ multos tractata diuerſimode Dy. enim uidetur tenuiſſe contrariam opinionem, quod clericus factus euitet iuriſdictionem

A D D I T I O.

a ¶Dignitas. Nota hic,quod ratione dignitatis quis ſortitur forum ſpe.de compe iudi.§ 1.ad fi.Sed an & etiam quando dignitas mutet perſonam, vide Fely. in c quoniam abbas,quaſi per totum commentum de officio delega.

Source : BIU Cujas

nem iudicis ſecularis,& allegat. ff. de acc. l. hos accuſare. §. hoc beneficio, cū ibi no. & ibi de hoc dixi. Et ad legem vltimam.eo.tit.reſpondet,quod ibi nō mutauerat forum,ſed locum,& hanc etiam opi.tenebat.do.Rich.quia ſicut iudex ecclesiaſticus cognoſcit de ꝯctu celebrato ꝑ laicū,poſtea effectum clericū,vel monachum,ut de epi. & cle. auth. cauſam quæ fit cum monacho, vbi de hoc plene dixi, ita & de delicto,cum,quo ad forum æquiparentur ꝯctus & delicta, ut.ff. de iudi.l.oēm obligationem,& ibi no.& in auth. ut oēs obe. iudi.prouin.§.ſed & hæc conſiderantes, & quod iudex ſecularis nullo mō cognoſcere poſſit de cauſis clericorum, vī expreſſum in noua conſtitutione federici,q̄ incipit,ſtatuimus. ſignata.C.de epi.& cle.l.oēs per quā ad hoc pręcipue allegabat ipſe D.Rich.Bart.Brixi.in qōnibus ſuis.cxvj. q. quæ incipit,aliquis litigabat,& quidam alij dicunt ꝙ ſi clericus foret ꝑuentus per citationē vel deprehenſionem in foro ſeculari, ꝙ tunc cognoſcet iudex ſecularis,alias nō, per d.l.ſi quis poſtea.ff.de iudi.cum gl.ibi poſita,q̄ incipit,puta clericus,& de iuriſ.om.iu.l.cum quędam puell.& C. de reis poſtulatis. l.vnica.li.x.& hoc etiā vī expreſſum iure canonico, d.c.propoſui ſti.extra de foro cō. cum ibi notatis per oēs, & de obl. ad ratiocinia.c.vnico.in fi.gl.magnæ,& ibi per Io. an. in nouella, & pro hoc ēt vī facere gl.q̄ eſt ff.de le.1.l.nemo pōt,circa medium gl.magnæ,& hæc opinio ſatis eſt cōis & tolerabilis,maxime per d.c.propoſuiſti, & eā uidi multotiens ſeruari in ciuilibus & criminalibus. Alij vt Ia.de are.& Oldr. de ponte & Arch.qui de hoc late notat.11.q.1.nemo unquā, indiſtincte tenent,ꝙ ſiue ſit præuentus,ſiue non,ſemper conueniendus
11 eſt corā eccleſiaſtico iudice.& hoc ſic probāt.Primo, qa† ſuperueniens priuilegium, eximit quem a priori onere, qđ ſibi incumbebat,vt.ff.de exc.tut.l.ſpadonē. §. ſi quis aūt tutor..l iuriſperitos,in princ.& quia ſacerdotium ſuperueniēs,tollit munus publicum iudicādi,ut d l.prætor circa prin. ff.de vac. munerum,& ſoluit cōpromiſſum,ut d.l.non diſtinguemus. §.ſacerdotio.ff.de arbi.& vī expreſſum,ſm eos.ff.de re militari.l.qui cū uno.§.reus.& d.l.hos accuſare. § hoc beneficio. ff.de accuſa.Et pro hoc ēt præal.l.interdum ff.de oper. liber. Et quia fugientes ad eccleſiā,niſi in criminibus exceptuatis, non pōt inde abſtrahi,vt C.de his,qui ad ecc.confugi. l.pōti. & l.fideli.Et in ath.de man.prin §. neq; aūt. ergo multo fortius tali priuilegio gaudere debet, qui re ipſa factus eſt clericus.Ad ꝯria rñdet.ſ.ad l.ſi quis poſtea, & l. cū quædam puella,& c.propoſuiſti,qđ in illis non mutabatur forus, ſed adijciebatur,inter q̄ eſt dria,vt ff.de ſenator.l.ſenator, & de exercitor.l.ſi eum.§.itē ſi ſeruus.de condi.& demon.l. falſa. & ad munici.l.aſſumptio.§.1.vñ ibi non mutatur ſtatus, ſed adijcitur forus,in qōne vero propoſita mutatur ſtatus & forus.53. di.c.1.ibi, nequaq̄ ſtuderet ſeculū fugere,ſed mutare. In iuribus vero ꝯrarijs mutabat forum de vno ſeculari ad aliud ſeculare,& ita,quo ad ſpeciem tm̄,non quo ad genus,& ſic remanebant reliquiæ prioris fori. Sed vbi laicus efficitur clericus,mutat forum quo ad genus & ſpeciem, quia de ſeculari ad eccleſiaſticū,& nullæ ſuperſunt reliquiæ prioris fori ſecularis,& ideo cognoſcit iudex ſecundi fori eccleſiaſtici,& ita ēt pōt reſponderi ad d.l.idem Vlpi.§.ſunt & alij, de excu tut. & l.nō ſolum.§.qui primipil.& l.ſpadonem.§.qui aūt,& d.l. hos accuſare.§.hoc beneficio,& ita dicit ipſe Ia.de are.fuiſſe Paduæ terminatum,& Old.dicit ita ſeruatū fuiſſe per Seneſcalcū prouinciæ in curia Aquenſi, de conſilio magnorum
12 peritorū,pro hoc ēt facit,quia † quotiens virtus primæ obligationis totaliter transfunditᵉ in ſecundā,non ex prima, ſed ex ſecunda agitur.ff.de act.& obli.§.obligationū fere.§.fi.de ver.obl.l.ſi ita ſtipulatus.§.Chriſogonus.& de tranſac.l.cum Aqui.ſed ita eſt,qđ impreſſio characteris clericalis, eſt tantæ uirtutis & ptātis,ꝙ totum hoīnem eximit a ſtatu ſeculari,& tranſmutat in ſtatum eccleſiaſticū, & per ꝙns eum totaliter eximit a iuriſdictione iudicis ſecularis. Vnde dato ēt, ꝙ vellet, corā eo litigare non poſſet,vt extra de foro cōpe.c.ſi diligenti,cū ibi,no.Sed in legibus in ꝯriū allegatis utriuſq; iudicis poterat eſſe iuriſdictio,nec una erat in aliā tranſuſa, vel per aliam ſublata & pro hoc ēt patet rñſio ad multas leges in
13 ꝯriū allegatas.Ad legē iniuriarum æſtimatio.ff.de†iniur. eſt duplex rñſio.Primo,quia hic non agit̄, nec q̄ritur de tpe æſtimationis iniuriæ,ſed an ſit cognitio iudicis ſecularis. Scđo, quia ibidem erat iudex vtroq; tpe,& ſtatus hominis nō erat mutatus,ſed erat idem tpe cōmiſſi delicti,& tpe ſnīæ,hic āt mutatus erat iudex & ſtatus hominis,qa de laico factus erat clericus.Ad c.1.extra de alie.iu.mu. cauſa facta,dic, quod ibi deliquerat, rem alienando, vt duriorem conſtitueret aduerſarium.Vnde tenetur ex illo edicto ad intereſſe, & coram iudice delegato reſpondere,qui alias erat competēs iudex. hic autem perſona rei, forum totaliter mutauerat. Ad illud qđ dī,ꝙ in delictis non eximitur ex eo ꝙ efficiatur clericus, dupliciter rñdetur.primo,ꝙ verum eſt, ꝙ non eximitur a pęna delicti,ſed ſibi debet imponi per ſuū iudicē eccleſiaſticū.Se-
14 cundo,quia ſuperueniente ſacerdotio eximitur † a muneribus perſonalibus,ut ſ. probatum eſt ad l. ſi aliquis, de donacauſa mor.& l. qui cum uno.§.reus,dic, ꝙ ibi apparebat eū, in fraudem forum mutaſſe,ut & pęnam euitaret,hic autem hoc non apparebat,nec præſumitur,ut ff.de proba.l.quotiēs §.qui dolo,& maxime, quia tranſiuit ad meliorem ſtatū, & vitā. Præterea,hic nō erat in crimine deprehenſus, uel de crimine conuictus,qđ erat in dictis legibus, & ſm hāc determinationem intellectæ ſunt leges prædictæ, ut no.per Odof. & dixi dicta.l.ſi aliquis,& de donat.l.poſt ꝯctum. ad.l. 1.de pęnis,dic,ꝙ licet ſtatus † mutatio non proſit,quominus puniat̄ ſm ſtatutum,& tps commiſſi delicti,uerum eſt,ſed illa pęna
15 imponetur per ſuum iudicem eccleſiaſticum,præterea, hic mutauerat totaliter ſtatum & forum,ibi nō.& ideo pęna debita punietur,tali, tñ quæ imponi poſſit per iudicē eccleſiaſticum,ſine ſanguinis effuſione,ut extra ne cle.vel mo.c.ſententiā ſanguinis.Et hæc op.forte eſt vera đ ſtricto iure.d.Dy. in l.1.§.1.de bonis eorum,qui mor.ſibi conſciuer l.fi.§.1.ubi de hoc dixi,quidam alii doctores forte nō male diſtinguūt. Aut certum eſt eum factū clericū in fraudem,& cauſa effugiendæ pęne,& tunc ſit vera opi.ꝙ puniatur per iudicē ſecularem,ut d.l.qui ſub prætextu.C.de ſac.ſan.ecc. & de his, qui ad eccl.confu.l.1.& in auth.de monachis.§.ſi uero, & §.ſi qs, cum ſi.Aut certum eſt, ꝙ ſine aliqua fraude factus eſt clericus, & tunc ſit uera opinio,ꝙ non poſſit puniri per iudicē ſecularem per iura ſ. ad hoc allegata.Si aūt eſt dubium,utrum ſit factus clericus in fraudē uel non, & tunc dicunt præſumi fraudem.Si iam erat accuſatus de crimine, uel cōuictus,uel in crimine deprehenſus,per d.l.fi.§.1.de bo.eorum, qui mor. ſibi cō.de dona.cauſa mor.l.ſi aliquis,ubi de hoc dixi, & d.l. qui cum uno.§.reus.de re milit.cum ſi. & ita etiā poſſent intelligi præal.l.ſi quis poſtea de iudi.cum ſi. & de foro competen.cap.propoſuiſti,alias aūt non pręſumatur in fraudem factus clericus, arg.d.l.fi.§.1.de bo.eorum,qui mor.ſibi conſci. & d.l.quotiens.§.qui dolo. ff.de probatio. Sed qđ ſola citatio non ſubijciat,niſi ſit damnatus, facit lxxx. di. quicunq;.& c. qui ſine examinatione,de iſta ēt qōne no.in Spe.de reo.circa prin.uer.3.& 4.vbi vī tenere, ꝙ cognitio criminis ſpectet ad iudicem ſecularem,& executio ad iudicem eccleſiaſticum. Sed hoc vī impoſſibile,ſi iudex ſecularis proferret ſententiā ſanguinis, ut d. c. ſententiam ſanguinis extra,ne clerici uel mona. ſecular.nego.ſe immiſce,de hoc etiam notaui.C.de epiſ.& cle.authen.cauſa quæ fit cum mo.

SVMMARIVM.

1 *Clericus neque in ciuili neque in criminali poteſt conueniri coram Iudice ſeculari.*
2 *Votum, an forum mutet.*
3 *Depoſitio & degradatio, clericum ſubijciunt iuriſdictioni Iudicis ſecularis*
4 *Clericus in iudicio non poteſt adeſſe, ſine conſenſu ſui prælati.*
5 *Apoſtata, num perdat priuilegium clericale.*
6 *Priuilegium clericale, num perdat immiſcens ſe enormitatibus & maleficijs, ſi non habeat habitum vel tonſuram.*
7 *Priuilegium clericale, qui maxime perdant.*
8 *Fori priuilegium quibus caſibus Iudici ſeculari ſubſint.*

Quæſt. XLII.

1 A † prædictis ſumpta occaſione quæro qōnem quam conuerſam. Quidam intrauit religionem beati Auguſtini, profeſſione facta cępit apoſtatare, & habitu depoſito vxorē viduā accepit,& enormitatibus & delictis ſe immiſcuit, ex quo tria quæruntur. Primo an apoſtata perdat ipſo iure priuilegium clericale? Secundo, an per depoſitionem habitus, & tonſuræ.Tertio, an immiſcendo ſe enormitatibus & maleficijs,& an dictis caſibus poſſit per iudicem ſecularem condemnari & puniri? Et primo vī,qđ in oībus prædictis caſibus non priuetur priuilegio clericali ipſo iure, & facto. Et qđ nō poſſit puniri per iudicē ſecularem. Regula.n.eſt qđ clericus in ciuili uel criminali non poſsit conueniri coram iudice ſeculari,extra de conſue.c.ad audientiam,de foro competen. cap.ſi diligenti,& c.2.23.q.3 molitijs,& c.placuit, qđ eſt etiā fortificatum per nouam cōſtitutionē Federici, quæ incipit, ſtatuimus,ſignatam,ſuper l.oēs,qui vbique.C.de epi.& cler. Item in terminis in quibus eſt propoſita qō.ſ.in religioſo ꝓ-
2 feſſo vī habere minorem dubitationē,qui per uotum † ſolenne aſtrictus eſt religioni,ita qđ reſilire nō pōt,nec per aliquē actum,quem faciat ſubijci iuriſdictioni iudicis ſecularis, extra qui clerici vel uouentes.c.1.& per totum,& 27.q.v.c.oēs fęminæ,& 20.q.3.c.eos. qui ſemel fuerant in clero. Et ꝓ hoc bene,extra de regulari.& tranſeuntibus ad religionem. cap. vlti.ubi traditur modus corrigendi tales religioſos inobediētes,& deſerentes religionē,& nullo caſu dī ibi,ēt ſi apoſtatarent,qđ ſubiaceāt iuriſdictioni iudicis ſecularis. Et pro hoc ēt extra de ſtatu monachorum.c.cum ad monaſterium, circa. fi.& de ſnīa excōmunicationis.c.ut famæ.Item quia iure

ca-

Source : BIU Cujas

3 canonico vī tradita forma p quam clericus† subijciatur iurisdictioni iudicis secularis, videlicet depositio & degradatio, extra de ver.sig.c.nouimus,& de pęnis.c.degradatio.lib. 6.ergo illa forma non seruata, non possunt puniri per iudicem secularē,imo quod plus est, etiā si esset depositus & degradat⁹,& viuere vellet clericaliter, vī ꝙ gaudere possit priuilegio fori.si.di. c. dictum est ver. Itē iste q religionem est professus,quo ad actus ciuiles habetur pro mortuo.C.de epi. & cler.l.deo nobis,& auth. causa quæ fit cū monacho,vnde
4 †in iudicio sine consensu prælati sui esse non potest, & corā suo iudice ecclesiastico, vt dixi supra proxima qōne, & pro hoc extra de fo.compe.c.significasti.3.qō.6.non liceat,& ibi nota. Item in contrarium, ꝙ exutus sit dictis casibus omni
5 priuilegio† clericali. Primo enim de apostata vī expressum extra de apostatis.c.i.cum ibi no.per Berna. & plenius per Inno.& uide etiam ibi Ioan.an.in nouella,& specialiter si talis apostata sit factus ioculator,vel goliardus, vel buffonus, ut expresse habetur extra de vita & hone. cler. c. vnico. vbi de hoc per omnes nota. De contrahente etiam bigamiam vī expressum,extra de bigamis.c.vnico.li.6.& incipit, altercationis,& vide ibi not.per omnes.Archi. tamen in ultima gl. videtur sentire ꝙ. c. illud, non habeat locum in monacho. Si autem duceret vnicam & virginem,& deferret habitum, & tonsuram,retineret priuilegium clericale quo ad quædā, vt extra de cler. coniug.c.vnico. cum ibi notatis. Circa im-
6 miscentem se enormitatibus & maleficijs † similiter videtur,ꝙ perdat priuilegium clericale, si non habeat habitum vel tonsuram,extra de priuile.c.ex parte tua, vbi de hoc nota per omnes,& extra de senten.excom.c.cum non ab homine.c.perpendimus.c.si uero aliquis,& c.audientia, & c.contingit,& de iudi.c. cum non ab homine, quibus capitulis de ista materia no.per omnes, & ad hoc etiam bene facit.ff.de iniur.l. Item apud Labeonem.§. si quis virgines, vbi de hoc
7 satis dixi.Quid †,p veritate tenebimus circa apostatas? tene quod notatur.d.c. 1.extra de apostatis, & maxime per Inno. vbi vī tenere, ꝙ per solam depositionem habitus, nisi laicaliter viuat,& faciat aliquid quod sit ꝺrium ordini clericali, non perdit priuilegium clericale, speciale est in ioculatoribus,buffonibus,& goliatoribus, vt d.c. unico, de uita & honesta.cleri.li.vj.Circa ducentem vxorem, serua, quod dī in d.c.altercationis,de bigamis.lib 6.& de cleri.coniuga.c.vnico,eo. li.cum ibi nota. circa immiscentes se enormitatibus & maleficijs,serua capitula supra ad hoc allegata, cum his, quæ in eis nota.per oēs.& licet ipsa capitula & gl. circa hoc variare videantur, communiter tamen vidi seruari, ꝙ exigatur monitio,& si post monitionem se non correxerint, tunc perdant priuilegium clericale,& subiaceant iudici seculari. Super non deferentibus habitum & tonsuram, serua.c.si iudex laicus,extra de senten. excom. lib.6.cum ibi notatis per
8 omnes. Casus etiam in quibus quis perdit † priuilegium fori,no.per Inno.extra de hære.c. excom.& Ray.in sum.de senten.excom.§.1. ver. sextus. cum inuenit eum in apostasia, & vide Gof.co.ti.ver.1.regula fallit,in 14.casibus,& per Hostiē.
9 in sum.co.tit.Sunt etiam multi casus,in†quibus,in causis, ciuilibus clerici subsunt iudici seculari,primus in causa recōuentionis,extra de mutuis peti.c.1.& ibi de hoc.licet Archi. videatur sentire ꝺrium,extra de cle.coniuga. c.vnico. lib.6. vbi de hoc satis no.Itē in causa feudi,ut extra de iudi. c. cæterum,de foro compe.c.ex transmissa,& no. per Archi.11.q. 1.c.nemo vnquam.Alij etiam casus not.11.q.1.in summa,& 23.q.5.c.principes,quæ gl. sunt notabiles in ista materia, & vide Goff.& Hostien.in sum.de foro compe.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex ecclesiasticus an capere possit & punire laicum, in criminibus ecclesiasticis.*
2 *Iudex ecclesiasticus excommunicat, & secularis deportat sacrilegum.*

Quæst. XLIII.

1 Item †quæro, an iudex ecclesiasticus in criminibus ecclesiasticis possit capere & punire laicum? aliqui dicunt, ꝙ non, sed solum per censuram ecclesiasticam cōpellere,extra de foro compe.c.cum laicus.lib. 6. ubi licet dicat generaliter ꝙ episcopus de causis ad forum ecclesiasticum spectantibus in quolibet loco sui episcopatus possit cognoscere,tamen quando loquitur de captione, statim restringit ad clericos. Idem vī sentire extra de pęnis. c. quamuis.lib.6. maxime de iure ciuili, ubi uidetur, ꝙ non possit cognoscere sine præside,in auth.de man. prin. §.si vero canonicum,& ,p
2 hoc videtur facere.C.de sacro.san.eccle.l.pen.vbi† iudex ecclesiasticus excōmunicat & secularis deportat sacrilegum. In contrarium vī,quia ratione delicti facti, factus est de foro ecclesiæ.C.de epi.& cle.auth. Itē nulla cōitas, vbi de hoc dixi,& extra de foro compe.c. cum sit generale.&.c. ex tenore, ergo ad iudicem ecclesiasticum spectat siue laicum siue clericum de tali delicto punire, dum tamen secundum canones. Et ad hoc potest inuocare brachium seculare, extra de offic.ordi. c. 1. & ibi in glo. & per Inno. & uidetur expressum.C.de epis.& cle.autem, causa quæ fit cum monacho in fi.vbi de hoc dixi. Et facit extra de pęnis.c. felicis.li.6. de cen si.Romana.in clemen.de pęnis.c.1.Oldra.

S V M M A R I V M

1 *Statuta loquentia de homicidis vel alijs malefactoribus, an extendantur ad mandantes,uel dantes consilium,auxilium,vel fauorem, & nu.5.10.*
2 *Homicida,quis proprie dicatur.*
3 *Facere,aliud est,quam mandare,*
4 *Argumentum de ciuilibus ad criminalia,iure concessum.*
6 *Album corrumpere dicitur,qui illud mandat corrumpi.*
7 *Homicida dicitur,tam qui mandat,vel causam mortis prębet,quam qui interfuit.*
8 *Mortis causam præbens,nihil differt ab occidente.*
9 *Lex Cornelia æquat occidentem, & mandantem, uel causam mortis prębentem.*
11 *Interpretatio,proprie,est uerbi obscuri declaratio.*
12 *De similibus ad similia,proceditur in iure municipali, atq; in iure cōmuni.*
13 *Mandans quid fieri,num dicatur facere,& nu.16.*
14 *De similibus ad similia,quando liceat arguere in statutis, & nu.15.*
17 *Statutum dat formam futuris,non præteritis.*
18 *Peccant grauius illi,qui per assassinos offendunt,quam si proprijs manibus offenderent.*

Quæst. XLIIII.

Sed quid de quæstione sæpe occurrēte. Statuto cauetur, quod homicidis non prosit pax,nunquid istud statutum extendatur ad mandantem homicidium fieri, vel præstātem auxilium, vel fauorem homicide? & ex hac quæstione possunt generaliter terminari multæ similes quæstiones,
1 videlicet † an statuta loquentia de homicidis, vel alijs male
a factoribus, extendantur ad mandantes [a] uel dantes consilium,auxilium,vel fauorem? hanc quęstionem quærit Gandinus,dicto titu. de transactio.super maleficijs vltima quæstione.Et primo arguit,quod statutum non extenda tur ad mandantem,vel dantem auxilium,vel fauorem. Primo,quia statutum loquitur de eo, qui vere fecit, non de eo qui mandauit,& alius est mandans,alius faciens, ut.C.de accu.l.non iō minus,& ff.ad silla.l. & si certus sit percussor,& patet etiam ex nominum diuersitate.C.de codicil.l.si idem, & si statutarij hoc uoluissent,facile erat eis hoc dicere. C.de cad. tollē.l. unica.§.finautem ad deficiētes.Cum ergo ommiserint, pro ommisso debet haberi.ff.solutio.matr.l. si cum dotem, & l. si vero.§.de viro,&de li.& posth.l. cōmodissime,& maxime in statutis, quæ sunt stricti iuris, ubi quod expresse & palam verbis non exprimitur,pro ommisso habetur.ff.de ver. obli. l.quicquid adstringendæ. & ar.ff.de condi.ob turpē causam. l.fi.ad fin.de iniur.l.item apud Labeonem.§.ait prætor. & de reg.iur.l.expressa,& non est recedendum a verbis statuti, de lega.3.l.non aliter. qui & a qui.l. prospexit.de milita.testamē to. l. quod constitutum,& de exercitori. l.1.§.si is, qui nauē.
2 Item,†ille solum dicitur homicida, qui manu adhibita cędem fecit,quia homicidium dicitur, a cęde, vt. ff.ad legem Aquil.l.ita vulneratus,ibi qui adhibita manu &c.mandator autem manum non adhibuit, sed solum mandauit. Item
3 †aliud est facere,aliud mandare.ff.de regul.iur. l.aliud, & de manumiss.vindicta.l. 4. §.fin. sic & alius est mandans, alius homicida, ut d.l.& si percussor.alias,& si certus sit percussor. ad Silla. & C.de accus.l.non ideo,& ex ordine conueniendi, in ciuilibus primo conuenitur principalis, quam mandans. C.de fideiussor.authen.præsente, & de actio.& obliga. auth.
4 die,& de † ciuilibus ad criminalia concessum est arguere.ff. de custo.reorum.l.2.ad fi.de iud. l.omnem obligationem,&
5 ibi in glos. † In contrarium, quod statutum extendatur ad mandantem,& ad dantem auxilium, & fauorem, quia qui mandat delictum, punitur, ac si fecisset.ff.de ui & ui arma. l.1. §.deieciſſe.& de iniurijs,non solum.in princ.& §. si mandato,& §.proculus,& l.Item apud Labeonem.§.feciſſe,& §. abduxiſſe,de administra.tuto.l.ita autem.§.gessisse. & uidetur expressum.ff.de regulis iuris.l.hoc iure.§.deiecit.& extra de sententia excōmunicationis.c.mulieres.de secca.l. diuus. §.senatus.Hæc.l.licet allegetur per Gandinum, non est in titulo.Sed credo, ꝙ voluerit allegare.l 4.§.alio senatusconsulto.versi.Item si is, cuius familia.nam† album dicitur corrū-
6 pere, qui mandat corrumpi.ff.de iurisdi.om. iudi. l. si quis id quod.

ADDITIO.

a ¶Ad mandantes, statutum si puniat facientem an puniat etiam mandantem? nota,quod hæc quæstio in hoc statuto utrum mandans dicatur vere facere an per interpretationem,dicit enim Bald. quod glo.distinguit in l.adeo.ff.de iu. om.iu.inter actus.Nam quidam sunt actus,qui non possunt per alium exerceri vt adulterium,& tunc mandans non dicitur facere,nec vere, nec interpretatiue. Quidam actus sunt,qui non cohærent corpori,& ideo possunt per alium exerceri,& tunc mandans dicitur facere interpretatiue ideſt iuris ciuilis intellectu,non vere naturaliter ut no.in l.1 §.deieciſſe.ff.de vi & vi armata.

Source : BIU Cujas

7 quod.§.fi.ver.Item &†qui.& hominem interficere, dr̃, tam qui interficit,quam qui mandat, vel mortis cauſam præbet. ff.de ſo. l. qui mandat. ad legem Pompeiam de parricidijs.l. vtrum.& melius de reg.iu.l.is,qui damnum dat. Item vr̃ caſus expreſſus, ꝙ ita dicatur homicida,qui mandat, ſicut qui proprijs manibus facit.ff.ad l.Aqui.l.ita vulneratus.2. rñ. de
8 iur.fiſ.l.2.§.diuus pius.Et quia quo ad l.Corn.de ſicca. † nihil intereſt inter occidentem, & mortis cauſam præbentem.ff. ad l.Corn.de ſiccar.l. nihil intereſt.Non ob.ff.ad leg. Aquil.l. item.ſi obſtetrix.1.rñ.& l.ita vulneratus.2.rñ. Quibus dr̃ non haberi pro homicida illum qui mortis cauſam præbuit, ſed illum tm̃,qui propria manu cedem fecit, nominatione tracta a cędo,cędis,quia illud uerum eſt, quo ad tractum legis Aqui.directe,vbi intenditur ad intereſſe, ſiue ad æſtimatio-
9 nem dãni applicandi agenti.Sed † quantum ad criminalem accuſationem legis Corn.de ſicca.ēt mandans, & qui mortis cauſam præbuit,habetur pro homicida,& ita ſoluitur cõ trarium de dictis legibus ad dictam.l.nihil intereſt. ff.de ſic. in glo.ordinaria.Præterea, quæ de principalibus reis ſancita ſunt,eadem legis auctoritate de mãdatoribus & fautoribus ſancita ſunt,vt C.de his qui ad eccle.confu.l.fi.§. ſicubi. ver. adijcientis.& pari pęna puniuntur mandans,& faciens,ut d. l.non ideo.C.de accuſa.Non ob.quod dictum eſt ſtatuta eſſe ſtricti iuris,per ꝑñs non extendenda,de ſimilibus ad ſimilia, quaſi ſint cõtra regulã,& iuris rationem introducta, ut.ff.de legi. l. quod vero contra rationem, quia ſm cões opiniones doctorum ſtatuta intelliguntur ſm determinationem iuris cõis,& eius interpretationem.ff.de uentre inſpi. l.1.§.quãuis, & de muneri.& hono.ut gradatim.§.& ſi lege.& ita tenebat d.Rich. per l.ſi ſerui veſtri. C.de noxali. & de hoc ſatis s̃.prima parte,rubri cella,an ſtatuta recipiant interpretationem,
10 & an in eis licitum ſit arguere a ſimili.Præterea,†ſi ſtatutum quod loquitur in homicida,dicatur loqui in mandante,hoc non eſt interpretari,cum ius habeat mandantem pro homi
11 cida,ut ſupra dixi.nã†interpretatio proprie dr̃, verbi obſcuri declaratio.ff.de verbo.obl.l.1.in fine.& no.de iuris & facti ignoran.l.2.at in verbis huius ſtatuti non eſt ambiguitas. Vnde non eſt locus interpretationi,uel declarationi,vt ff.de le. 3.l.ille aut ille.§.cum uerbis,præterea,dato, quod mandans & faciens non ſint idem,nihilominus procedendo de ſimilibus ad ſimilia, ſtatutum obſeruatur in mãdatore.Nam ſicut
12 in iure cõi proceditur† de ſimilibus ad ſimilia,vt ff.de legi.l. non poſſunt.ita eſſe debet & in iure particulari ſeu municipali,quia de ſimilibus idem debet eſſe iudicium.ff.de defun. l.1.§.hoc interdictum,& ſimiles morbi ſimilem exigunt medicinam,in auth.quibus mo.nat.effi.ſui.§.ſi quis.ergo &quo ad effectum culpæ,quę paria ſunt, eadem debent iuris interpretatione gaudere.ff.de adult.l.ſi poſtulauerit.§.ratio. C.de conſti.pecu.l.fi.& de epiſ.& cleri.l.ſi quēquam.in fine.Man-
13 dare autem homicidium fieri in†aliquem maius delictũ eſt, quam proprijs manibus facere,quia mandans peccat in ſe, & in alium,vt qui mandat peccare facit.In hac ratione dicit lex iuſtius eſſe primum actorē coerceri pœnali iudicio, quã delinquentem,vt in eum ſeruiat pęna, a quo authore emanauit offenſa.ff.de ſer.corru. l.in hoc iudicio, ibi, iuſtius eſt eum teneri &c. & quod vi aut clam.l.ſi tibi, alias, ſi ego tibi, & pro hoc in auth.vt iudic.ſine quoquo ſuffra.§.3.& de his q no.in fa.l.athletas.§.Pompo. Ergo ſeuerius eſt vindicandum
14 delictum factum per alium,quã per ſeipſum.Licitũ eſt ergo in ſtatuto arguere,& trahere de ſimilibus ad ſimilia, vbi eſt par ratio vel maior,vt eſt in caſu noſtro.Et ita tenet gl. ff. de reg.iu. l.qua propter neceſſitatē.Et ibi de hoc dixi, & d. l. qđ vero contra rationem.de legi. & per Dy.de regulis iuris. c.in argumentum. lib.6.& ſatis dixi dicta prima parte, rubricella,an ſtatuta recipiant interpretationem. verſi. item quæro,
15 †an ſtatutum trahatur ad ſimilia, [a] & dixi etiam. C. quæ ſit
a longa conſuetu.ſuper rubrica,verſ. nunc formemus aliquas quæſtiones.& ver.ſequ.Soluendo dicit,quod dominus Ia.de are.dicebat hanc quæſtionem,cum ſemel accidiſſet Bonon. fore ſolutam,& male per dictum ſtatutum,cum locum non haberet in mandante, quia ſtatutum de mandante nihil dicit,& pro hoc lex aurea.ff.ſolu.matr.l.ſi uero.§.de uiro. C.de accuſa.l.non ideo.ad Sil.l.& ſi percuſſor, & de vi & ui arma. l.1.§.deieciſſe.ibi,parui enim &c.vnde dicit, quod ipſe d.Iac. de are. & Vber. de bobio ipſam qõnem ſoluerũt in ꝟrium.ſ. quod ſtatutum extendatur, & locum habeat in mandante, per iura ad hoc allegata,et dicit hanc opinionem magis eſſe cõem,& ſibi magis placere,& cõmuniter obſeruari, et ſic ēt dicit ſenſiſſe.d.Odoff.de hoc etiam tangit de pęnis, percuſſionibus,& inſultu.verſi.item no.quod dicit.d.Odoff.& uide etiam de homicidiarijs,verſic.Item pone,quod aliquis mandauit.& uer.pone aliam quæſtionem.et uerſ.ſe.et uide quod no.ff.de iniur.l.non ſolum.in prin.et ad legem Corne.de fal. l.lege Cornelia, et pro iſta opi.bene facit.ff.ad legem Cor.de fal.l.diuus Claudius.§.itē ſenatuſcõſulto, ibi. videri aũt,&c. & de acquir.hæred.l.ſi ſeruum.§ prætor ait.ver.non dicit, et ne quis eum,qui in ius voc.eſt vi eximat.l. ſi per aliũ in prin. vbi de hoc bene dixi. domi. Dyn. et Oldra. ſunt in opinione contraria.d.l.1.§.deieciſſe. de vi et vi ar. vbi de hoc not. per eos.et ibi dixi.dicit enim in glo. parua ſignata, ſuper uerbo, videor quadam interpretatione,unde illa glo. clare dicit,ꝙ
16 †qui mandat fieri nõ videtur vere facere, ſed quadam interpretatione,et iſta interpretatio eſt extenſiua, potens extendere ſtatutum loquens de homicida vero, ad mandantem, et talem interpretationem extenſiuam non recipit ſtatutũ, ſecundum eos,et ideo tenent ſtatutum non extendi ad mãdantē.Iſta quæſtio dubia eſt,ut patet ex ſuperioribus, et multi tenent unam opinionem,multi aliam, et hoc ideo, quia diuerſi diuerſa ſentiunt de interpretatione ſtatutorum, ut dixi plene.ſupra prima parte,an ſtatuta recipiant interpretationem. Et audiui,non tamen in eius ſcriptis reperi,quod dominus Iac.but.dicebat,ꝙ ſi uerba ſtatuti dicebant,ſi quis cõmiſetit homicidium, non proſit ſibi pax, ꝙ tunc extendantur ad mandantem,propter verbum,commiſerit,ꝙ importat.i.cum alio fecerit,et ideo ex alluſione uocabuli,complectitur etiam mãdantem,qui cum alio committit. Si autem verba ſtatuti dicebant,ſi quis fecerit homicidium, tũc quia talia verba uidentur includere ſolum faciētem proprijs manibus, non extendatur tunc ad mandantem. Et tunc ſit uera opinio Dy. et ſequaciũ, ſed licet iſta opinio ſatis aures mulceat,non uideo tamen eam aliquo iure bene fulciri. Ad hãc materiam benefaciunt,quæ no. dicta l. nõ ideo minus.C.de accuſa.in prin.et uer.item quæritur,utrum mandator,et dicto.§.deieciſſe.et §.ſe.de vi et vi arma.l.1.et quod no.per Dy. extra de reg.iu.ca.ratihabitionem,lib.6.Sed quod plus eſt,d. Gui.de ſuza. qui hanc quęſtionem publice diſputauit in ciuitate Cremonæ,tenuit indiſtincte ſtatutum extendi ad mãdantem,etiam ſi ſtatuto caueretur, quod non reciperet in-
17 terpretationem.Dicit†enim quod ſtatutum loquitur ſolum de interpretationibus futuris,fiendis per iudices, vel aduocatos,uel alios, nõ autem de interpretationibus antiquitus factis per iura.ſicut eſt,quod mandans ex interpretatione uideatur facere,ſtatutum dat formam ſolum futuris interpretationibus, non autem iam factis a iure. C. de legi.l. leges et conſtitutiones,et hanc dicit eſſe mẽtem ſtatutorum,ut maleficia puniãtur, ad l.Aqu.l. ita vulneratus, et quia ſic eſt cõmuniter interpretatum et ſeruatum,et ideo non mutandũ. ff.de legi.l.minime.Sed iſte caſus, quando ſtatutum non reciperet interpretationem,magis eſt dubitabilis, et forte tũc mandans puniretur ſolum pęna iuris cõis. Ad hoc facit, qđ tetigi.s̃.prima parte,an ſtatuta recipiant interpretationem,
18 dirca fi.uer. hoc dicto.Et prædicta † multum faciunt contra facientes aliquem offendi per aſſaſſinos, quod magis peccarent,quam ſi proprijs manibus facerẽt,quia uidentur geminum facinus perpetrare.ſ.in ſe,et illum,cui mãdant, ut probatum eſt.s̃.et pro hoc.C.de ſepul.vio.l.qui ſepulchra.ad legem Iul.de vi.l.qm̃ multa, ibi alterutri parti,&c. et ff.ſi quadrupes pauper.fe.dic.l.1.§.cũ arietes. Et de iſtis qui per aſſaſſinos occidi faciunt,nide pulchram decretalẽ, extra de homici.ca.1.li.6. Et quia quæſtio propoſita fuit non ſolum in mandante,ſed in dante conſilium et fauorem,an ſtatutum extẽdatur ad tales? in his crederem minus dubitãdum, quod ad tales non extenderetur,niſi ipſi homicidio principaliter interfuiſſent,vt.ff.ad le.Aqu.l.item mela.§.ſi plures, et ad leg. Cor.de ſicca. l.fi.et de iſtis confiliarijs, et opem et auxilium dãtibus,dixi d.§.deieciſſe,et bene.C.de epi.et cle. l.ſi quis nõ dicã.et de fur.l.ſi quis ſeruo.de reg.iur.l.conſilij, et extra eo. ca.nullus ex conſilio, et per Inno. de ele.querelam,extra de homi.ca.ſicut dignum.de pęnis.capi.fęlicis.li.6. et in clemẽ. eo.tit.c.1.et bene per Archi.de hære.c.2.li.6.et dixi in alphabeto dictis dictionibus,auxilium, conſilium, et fauorem, et in Gan.de homicidiarijs,ver.Item pone, quod Titius cõmiſit. in ver. ſequentibus, et plene dixi infra quarta particula, ver.Item quærit ipſe Gan.tit.de bannitis,ꝙ maleficio, et ver. ſeq.et uide quod not.extra de offi.deleg.c.1. et plene per Iac. de belui.in ſuis qnæſtionibus diſputatis, quæ eſt mihi.xlj.lib. magno quæſtionum diſputatarum, ubi bene tractatur de conſiliatore et auxiliatore.

ADDITIO.

a ¶Ad ſimilia.Not ꝙ in ſtatutis & legibus exorbitantibus a regulis generalibus non proceditur de ſimilibus ad ſimilia.ar.gl.l.1.C.de pat.qui ſi. di. In contrarium tamen allegatur gl. quæ eſt.C de preci. impera. offe.Bal. ſic ſoluit. Aut procedere de ſimilibus ad ſimilia eſt ęquum,& fauorabile, & tũc proceditur. Aut procedere de ſimil.ad ſimilia eſt odioſum & tunc non proceditur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata in fauorem mandatarij,an proſit mandatori vel econtra.*
2 *Defenſio principalis,an proſit mandatori, vel econtra.*
3 *Homicidium,& falſum,quid,maxime defferant.*

Quæ ſt.

Source : BIU Cujas

Quæst. XLV.

1 An †aũt sententia absolutoria lata in fauorẽ mandatarij prosit mandatori vel econtra? vel factum est ꝯ princi paliter delinquentẽ, & soluit, vel punitus est, an ex hoc liberetur mandator? de hoc vide per Dy. dicto ca. ratihabitionẽ. penul. & vlt. qõne, & latius dixi dicta. l. non ideo minus. C. de
2 accusa. vbi etiã subtililer ꝙ plene notaui, †an defensio principalis, prosit mandatori vel econtra, & ibi etiã alia pulchra & utilia de mandante, & mandatario, & ratum habente maleficiũ, eius nomine cõmissum, q̃ ommitto causa breuitatis. D. Rich. tenebat, qđ in homicidio mandans nõ teneretur pẽna statuti. Sed in crimine falsi, secus tenebat, quia mandans falsum fieri, falsarius est, sicut qui falsos testes producit, vt. ff. de fal. l. 1. §. qui falsas attestationes, & l. lege Cornelia. ver. Itẽ,
3 qui falsas, vbi de hoc dixi, & ratio †diuersitatis inter homicidium & falsum, secundum eum, est, quia homicidium uno actu, perficitur, sed falsum pluribus actibus & modis perfici põt. Et vide eius qõnem, quæ est mihi. ccciiij. in libr. magno qõnũ disputatarum, & inci. ꝯ Titium, quod Caiũ occiderit.

SVMMARIVM.

1 *Pars superior domus vel turris, an destruenda propter delictum possidentis partem inferiorem. Et an socius possit habere regressum contra delinquentem. disting. nu. 2. 4.*
3 *Conditio iniqua alteri per alterum non debet afferri.*

Quẽst. XLVI.

1 Sed q̃ro. Duo fratres vel socij habebant turrim cõmunẽ, ita qđ unus habebat inferiorem, alius superiorẽ, qui habebat partem inferiorem, cõmisit delictũ, propter qđ ex forma statuti eius bona debebant destrui, & degastari, nũ quid tota dicta turris destruetur, vel quid fiet? Ista est qõ antiqua, & per multos tacta, maxime in l. si is, cũ quo. ff. cõi diuidun. & eam posuit Bart. brixien. in qõnibus suis. xxxiij. q. q̃ incipit, duo cõem domum, & in antiquis qõnibus statutorũ & incipit, duo habebant turrim cõem, & in Gandino de bonis maleficiorũ. ver. Item quæritur, aliquis cõmisit delictũ, propter qđ. & eam tangit Archidia. de pẽnis. cap. fẽlicis. li. 6. & in rosario. 1. q. 1. cap. sacramenta, & plenius de pẽni. distin. 1. c. sed & continuo, & ibi etiã in glo. & per Cy. C. ex quibus cau. infamia irrog. l. & si seuerior, & per Dy. ff. de ope. no. nuntia. l. 1. §. põt aũt, & dixi eadem. l. vltra prin. versi. & prædicta faciunt ad antiquam qõnem, & per Ia. de are. de dam. infec. l. si finita. §. ex hoc edicto. & de aqua quoti. & æstiua. l. 1. §. Itẽ quæritur, & per Gui. versi. sed pone ꝙ statutũ est Floren. post multa allegata pro & cõtra, quæ causa breuitatis ommitto. Sed ad. s̃. remissa recurratur, variẽ, dantur solutiones. Domi-
2 nus †enim Fran. acc. & Rolandinus de Roma: consuluerunt, vt recitat Gandinus, fore distinguẽdum, vtrũ pars delinquẽtis sit ita coniuncta parti non delinquentis, ꝙ sit inseparabilis, sicut in iure, & tunc tota distruetur per iura ad hoc allegata, et ne maleficium remaneat impunitum. ff. ad le. Aqui. l. ita vulneratus. Si aũt poterat cõmode separari, tunc fiat separatio, per l. ff. de adi. leg. l. 2. §. si duobus. de minori. l. etiam. Et ita intelligatur de aqua pluuia arcen. l. interdum. Alij dicunt, aut non delinquens põt habere regressum cõtra delinquentem, & est soluendo, tunc tota destruatur, & agat contra socium, vt dicta. l. si is, cum quo. cõmuni diuidũdo. Si aũt nõ põt habere regressum, & tũc eius pars nõ destruat. Dicit tñ Parmæ fuisse indistincte terminatum, ꝙ tota destrueret
3 d. Odof. vr̃ tenuisse, ꝙ si solũ †publicat, sp. sit diuisio facienda, qa alteri per alterũ non debet iniqua ꝯdõ afferri. ff. de reg. iu. l. non debet. Et pro hoc. C. de pẽnis. l. sancimus. Sed si solũ nõ publicatur, tunc delinquens tenet sarcire damnum, non delinquenti, per dictã. l. si is, cum quo. & hoc si est soluendo, si non est soluendo, tunc de publico resarciat, vt. ff. ad Silan. l. in lege. & C. ex quib. cau. fer. pro premio acci. liber. l. 2. Dy. d. §. põt. non eligit firmiter aliquam opinionẽ. Sed vr̃ inclina-
4 re in illã, †an socius possit habere regressum cõtra delinquẽtem, vel nõ. Ia. de ar. dicta. l. si finita. §. ex hoc edicto. tenet ꝙ non debeat destrui pars delinquentis, & aliter puniat in alijs suis bonis, vt. ff. de his, qui. vt indig. l. eum. §. si in partem. q lo quitur in eadem persona, multo fortius in diuersis personis. Et hæc fuit opi. D. Hosti. antiqui doctoris, & Marti. de fano. Alber. pa. & Vber. de bobio sensерunt, quod tota destruatur, quod non destruatur, credo uerum, de stricto iure. Et ad l. si is cum quo, posset responderi, ꝙ ibi motus iudicis fuit iniustus, et ibi innuit tex. & glo. sed propter culpam socij, qui ad dictum non respõdit tenetur socio damnum sarcire. Et pro hac opi. bene facit, quia sanctius est &c. vt. ff. de pẽnis. l. absentem, de æquitate placet mihi opinio, quod pretium partis non delinquentis sibi soluatur, & tota destruatur, vt statutum seruetur, ꝙ iurauit potestas seruare, & maleficium puniatur, & pro hoc de le. 1. l. non amplius. §. fi. & l. se. nã & alias propter publicã vtilitatẽ quis cogitur præstare viã ꝑ fundũ suũ. ff. quẽadmodum, ser. amittã. l. si locus. §. fin. & de itiner. actuq; pri. l. 1. §. viuianus, et ꝑ hoc. ff. de reli. l. si qs sepulchrũ.

SVMMARIVM.

1 *Falcidia detrahitur de omnibus rebus.*

Quæst. XLVII.

1 Ex prædictis †satis põt colligi determinatio alterius quæstionis si isti fratres vel socij, quorum vnus delinquit, habebant plures domos, utrum in qualibet debeat destrui pars delinquentis, an vero debeat fieri diuisio omniũ domorum q̃ magis cõmode fieri põt, & quæ venerint in partẽ delinquenti, destruantur, aliæ nõ? hæc ultima placet cõiter antiquis doctoribus, ut dixi dicta l. si finita. §. ex hoc edicto. Et pro hoc bene. ff. de leg. 1. l. potest, & cõi diuidun. l. 3. & l. iudicem, & Insti. de offic. iudi. §. ꝙ si cõmode, & C. qñ & quibus quarta pars. l. 2. li. 10. licet in contrarium faciant. s. ꝙ falcidia detrahitur de omnibus rebus, ut no. C. ad legem Fal. l. 2. et de adulter. l. si. postulauerit. §. haberi. §. de eo & §. iubet. & §. rõ. & de peculio le. l. si peculium, secundo responso, & hanc tenet Thomas piperata, qui eam disputauit, & incipit, Rex Frãciæ ordinauit, quod miles uel Baro.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio facta inter fratres, uno delinquente & absente, an ualeat, & nu. 3.*
2 *Iudex ex contumacia mittit quem in possessionem rei communis.*

Quæst. XLVIII.

1 Sed †Vber. de bobio. circa hoc firmat tres pulchras quæstiones. Si ista turris fuit diuisa inter cõe, & fratrem, vel socium delinquentẽ, ita quod pars superior obuenit cõi, & destructa est, & pars inferior obuenit delinquenti, et eam eleuauit ita alte, sicut erat primo. Quæritur primo, an ualuerit diuisio facta absente delinquente: Secũdo si ualuit, & exẽptus est de banno, an possit restitui, si diuisio non fuit iuste facta, quia commune non habuit totam partem delinquenti debitam. Tertio an aer, qui competebat parti destructæ, remaneat ipsi delinquenti, ita quod ius aliquod possit prætendere in parte, per socium, alienata, quasi in suo aere ædificata? Circa primum tenet ꝙ ualuit diuisio tam de consuetudine, q̃ de iure, quia ualet omni tuitione prætoria, arg. ff. quod fal. tuto. auth. l. 1. §. 1. Item quando olim fiebat bonorum publicatio, ante auth. bona damnatorum. C. de bonis damnatorum, ante fiebat diuisio inter fiscum, et filios delinquẽtis, quibus relinquebatur certa portio ff. de bonis damnato. l. fi. §. antepen. C. de bonis proscript. l. 1. Item iudex in tali diuisione supplet præsentiam delinquẽtis, vel alias C. ubi de crimine agi opor. auth. qua in prouincia, & ff. de minor. l. in causę.
2 §. causa. nam & iudex †ex contumacia mittit quem in possessionem rei cõis. ff. ex quibus cau. in possess. ea. l. apud Iul. Ad secundum respondet, ꝙ si exeat de banno, recuperat bona sua in eo statu, quo sunt, ad instar hæretici redeuntis ad fidẽ. C. de hæreti. auth. idem de Nestorianis, ubi de hoc satis dixi, unde dicit eum non posse restitui. Et talem diuisionẽ, in qua pars superior obuenit cõmuni, fuisse iustam & æquam, quia si pars inferior sibi obuenisset, non potuisset destrui sine superiori, & sic nõ delinquens, pẽnã sustinuisset, qđ fieri nõ debet, vt. C. de his, qui lat. l. 2. in fi. Sanctius enim est, &c. vt. ff. de pę. l. absentẽ. Et hoc uerũ, si pars superior habebat aditũ aliũde, quã ab inferiori. ff. vti possi. l. si duo. §. Labeo. Si aũt habuisset aditũ ab inferiori, tunc per exceptionẽ ualeret diuisio, sicut alias dr̃ de act. & obli. l. obligationum fere. §. pen. in fine, & de lega. 1. l. si fundum sub dictione. §. qui fundum. Hæc uera, nisi in diuisione decep. fuisset respublica, quia nõ habuisset partem suam, tunc restitui posset respublica. C. cõmunia utriusq; iudi. l. 3. & de colla. si soror, & ita posset iste qñ exiuit de banno, qa ius cõpetens reipublicę, vt. ff. de ver. signi. l.
3 princeps, de in inte. rest. l. non solum. 2. rñ. & §. 1. †Et pro hoc patet responsio ad tertiam quæstionẽ, quia si in turri illa aliqua pars remãsit, quæ deberetur comuni, illam habebit iste exemptus de banno, & per consequens aerem usq; ad cęlũ, ſm partem illam. ff. de serui. l. fi. & quod vi aut clam. l. fi. §. 1. & quicquid erit ædificatum, erit suum, vt. C. de rei vendi. l. si inferiorem. Iste tamen bonæ fidei possessor, et maxime cum titulo, fructus suos faciet; et forte retentionem habebit expẽsarum. ff. de rei. uen. l. in fundo. Si autem diuisio fuit iusta, tũc nulla pars remansit delinquenti, et per consequens aer totus cessit alteri parti. Nam cum iste non habeat partem. Ergo nec aerem, argumen. bonum. ff. de rerum diuis. l. in tantum, primo responso. Vber.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio fieri potest altero absente, vbi nullus modus, nulla conditio, vel grauamen opponi potest.*

Quæst. XLIX.

1 A †prædictis etiam dependet solutio alterius quæstionis disputatę per dominum. Tho. de piperata. Quidã nobilis duos filios hæredes instituit, et pręcepit, qđ starent in perpetua ꝯmunione, nec diuiderent castra vel bona, et si ꝯ fierẽt, pars ꝯfaciẽtis applicaret obędienti, et si ambo ꝯfacerẽt,

deu e-

Source : BIU Cujas

deuenirent ad fiſcum, vnus ex iſtis filijs commiſit delictū, ꝙ qđ ex forma ſtatuti bona debebāt cōfiſcari. Ciuitas ꝓuocat alterū fratrū ad diuiſionē, ille opponit de teſtamento paterno, quæritur an diuiſio poteſt fieri? & ſi fieri non poſſit, an ciuitas prouocando priuetur parte delinquentis, & applicetur fratri nō deliquenti? Poſt multa allegata pro & cōtra, dicit ꝙ non obſtante teſtamento paterno, quo ad debitum bonorum ſubſidium, diuiſio impune fieri poteſt, qa nullus modus, nulla conditio vel grauamen poteſt opponi per l. C. de inof. teſ. l. quoniam in prioribus, & l. omnimodo, de reſiduo, dicit diuiſionem fieri non poſſe, obſtante pręcepto teſtatoris, & ſi ciuitas ⁊ faciat, ꝙ cadat a parte ſua, & applicetur alteri fratri, ſecundum formam ipſius pręcepti.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſioni ſolenniter et iuris ordine factæ, ſtandum ne ſit, fratre abſente, poſtmodum reuerſo.*

Quæſt. L.

1 **Diſputauit** †etiam aliam qōnem, & eſt mihi. x. in qōnibus diſputatis, cōe Brixię propter tranſitum picardorum ſtatuit, ꝙ pro fortificāda ciuitate acciperentur ligna, de quodam nemore trium fratrum, quorum vnus erat ad confinia, propter delictum, fratres qui erāt in ciuitate, tantum curauerunt, ꝙ fuit facta diuiſio nemoris, & ligna fuerunt accepta ſolum de parte obuenta fratri abſenti & confinato, iſte poſtea reuerſus non vult ſtare, ꝙritur an ſtare teneatur, determinat, quod ſi ſolēniter eſt facta diuiſio ex forma iuris, vel ſtatuti, quod ſtare teneatur, & cōmune teneatur ſibi reddere pretium lignorum. Si non eſt facta ſolenniter, ſtare non teneatur per iura & rationes in ipſa quæſtione allegatas, quæ omitto cauſa breuitatis. Sed ad ipſam quæſtionem recurratur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quòd domus deſtruantur pro delictis, an ualeat.*

Quæſt. LI.

1 **Quæſtiones** †prædictæ loquentes de deſtructione domorū, non uidentur procedere, qa non vī ualere ſtatutū, ꝙ domus deſtruātur pro delictis, vel collectis publicis, ꝓ l. cætera. §. hoc, ſenatus. ff. de le. 1. ne vrbs ruinis deformetur, vbi patet, & quia res non delinquunt, in auth. de man. prin. §. oportet, & hoc tenuerunt multi & magni. Sed vidi teneri & ſeruari cōtrarium, & vī expreſſum cōi diuidun. l. ſi is, cum quo ſed ibi innuit tex. & gl. quod iniuſte. Sed ꝙ valeat ſtatutum, ꝙ domus ꝓ delicto deſtruatur, optime facit in vſibus feudo, de pace iura. fir. §. recipientibus, licet quidam dicere uoluerint, ꝙ ille text. non facit, quia illa lex facta fuit, vt ibi patet, matura deliberatione, & ſecūdum formam. l. humanum. C. de legi. & pacis fauore, ſed non ſic in ſtaturo, vel conſuetudine, ꝙ uerum nō puto, per. l. omnes populi. de iuſti. & iure. & l. de quibus, de legibus, non ob. pręalle. §. oportet. imo recte intuenti facit pro hac opi. quia ibi prohibet deſtrui, ne alij non delinquentes ſentiāt pęnam, ſecus ergo, ubi ſolus delinquens pęnam ſuſtinet, vnde credere, ꝙ ſi delinquens non eſſet damnatus ad mortem, ꝙ tūc ad eius pęnam poſſet deſtrui domus eius, & ad aliorū terrorem. C. ad l. Iul. rep. l. 1. Secus, ſi delinquens puniatur ad mortem, quia tunc nō eſſet ſibi pęna ꝙ domus deſtrueretur, ſed ſucceſſoribus, & ideo prohibetur dicto. §. oportet. Non ob. §. hoc ſenatus, quia non loquitur in delicto, ſed in debito publico, quo caſu crederem domum deſtrui non debere, per illum. §. niſi forte eidem per ſtatutum derogaretur.

SVMMARIVM.

1 *Mulieris domum intrans, & vi eam volens cognoſcere, ita ut per eum non ſteterit, ſicque confeſſus eſt, probauit tamen mulierem eſſe uilem, & proſtitutam, an ex eo euitabit pęnam ſtatuti.*

2 *Quæſtum ſui corporis facere, quæ dicatur. remiſ.*

Queſt. LII.

1 **Sed** †pone aliquis intrauit domum cuiuſdam mulieris, & violenter eam cognoſcere uoluit, & per eum non ſtetit, & ſic cōfeſſus eſt, ſed ad ſui defenſionem probauit, qđ mulier erat vilis, inhoneſta, & a pluribus cognita, & quod ēt ipſe ſolitus erat eam cognoſcere, nunquid euitabit pęnam ſtatuti? Et uidetur quod ſic. C. ad l. Iuliam, de adulter. l. ea, quæ, ibi de hoc dixi, & de iniur. l. Item apud labeonem. §. ſi quis virgines, & quod nota. ff. locati. l. ſi ignorans. Dyn. conſultus ſuper dicta quæſtione conſuluit, quod ſi mulier ſui corporis quęſtum faciebat, puniri non deberet, alias ſic, per
2 iura prędicta Quæ † autem dicatur quæſtum ſui corporis facere, habetur. ff. de ritu nup. l. palam. de fur. l. verū, & de hoc not. dicta. l. ea, quæ. C. de adult. & in Gandino, de aliquib. q. quæ commode nō adaptantur. ver. Item pone quæſtionem, quæ fuit Mutinæ.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an debeat ſecundum conſcientiam ſuam iudicare.*

Quæſt. LIII.

1 **Item** pone, aliquis commiſit delictum uidente poteſtate, non tamen probatur maleficium per aliquos teſtes. nunquid poteſtas ex eo quod vidit, poterit malefactorē condemnare? Doctores tenent, quod non, quia nō debet ſecundum conſcientiam iudicare. ff. de offi. pręſi. l. illicitas. §. veritas Vbi de hoc. not. & plene dixi. hoc enim nō eſt ſibi notum, vt iudici, ſed ut priuato. de hoc in Gand. in tit. de multis quęſtionibus, quę non commode adaptantur. ver. Item pone, quæſtionem, dum poteſtas.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quòd non appelletur in criminalibus, an ualeat.*

2 *Appellationi renuntiari poteſt per pactum.*

Quæſt. LIIII.

1 **Item** †quæritī, an ualeat ſtatutū, qđ in criminalibus non poſſit appellari, & vī qđ non, qa appellatio eſt ſpecies defenſionis, & defenſio eſt de iure naturali, quæ vī non poſſe tolli per ſtatutū, de quo plene dixi ⁊. quarta parte, ver. ſed quid ſi uerbis ſtatuti expreſſe caueatur. Dy. tenet contra-
2 riū, quia per pactum † poteſt appellationi renuntiari. ff. de tēpo. ap. l. fi. §. fi. & ff. q & a quib. ap. nōlicet. l. 1. §. ſi qs aūt, ergo et per ſtatutum pōt fieri, vt. ff. de pac. l. non impoſſibile, & C. de fideiuſ. l. fi. & no. de decretis decurio. in gl. rubricę. lib. 10. Dy. & pro hoc quia multi ſunt caſus, in quibus ap. non licet, vt. C. quorum ap. non recipi. per totum, & maxime. l. 2. vbi uidetur expreſſum, & ita ſeruatur.

SVMMARIVM.

1 *Appellari num poſsit a ſtatuto continente grauamen vel iniquitatem.*

Quæſt. LV.

1 **Sed** †quid ſi ſtatutum continea aliquod grauamen, vel iniquitatem, nūquid a tali ſtatuto poterit appellari? dic quod non, vt. ff. de ap. recip. l. fi. & de verbor. ſign. l. ſi qua pęna, ſed a ſententia lata auctoritate dicti ſtatuti, forte poterit appellari. Dyn.

SVMMARIVM.

1 *Statuto dicente, quòd Iudex poſſit inquirere de quolibet maleficio, inquiſiuit de maleficio, ante ſententiam ſuperuenit legitimus accuſator, num ceſſabit inquiſitio.*

Queſt. LVI.

1 **Sed** †pone ſtatuto caueri, quod poteſtas poſſit inquirere de quolibet maleficio, inquiſiuit de quodam maleficio, ante ſentētiam ſuperuenit legitimus accuſator. nunqd ceſſabit inquiſitio? Dy. tenet qđ ſic, extra de reg. iu. c. factum legitime. li. 6. in fi. & Gan. ti quomō de maleficijs cognoſcat per inquiſitionē, uer. ſed pone, ꝙ iudex inquirit, & ver. ſequ.

SVMMARIVM.

1 *Accuſator ſuperueniens interrumpit inquiſitionem iam cœptam per iudicem. Et iniuriam ſuam proſequi, cuiq; integrum eſſe debet.*

2 *Inquiſitio maiorem ſolennitatem habet, quam accuſatio.*

3 *Accuſator uolens inquiſitionem impedire ſuſpectus eſt de colluſione, et ideo audiri non debet.*

Quæſt. LVII.

1 **Sed** †retento eodem ſtatuto, pone qōnem cꝫrio, qđ aliquis eſt accuſatus đ aliquo maleficio, ptās nihilominus ex forma ſtatuti vult ex inquiſitione ꝓcedere, uel ēt, qa eſt caſus, ubi de forma iuris cōis pōt procedi ꝓ inquiſitionē, an poterit inquirere, non obſtante accuſatione, & prima facie videret qđ non, per ea q̄ dicta ſunt. ⁊. proxima qōne, quia ſi ſuperueniens accuſator facit ceſſare inquiſitionem iam cę pram, multo fortius impedit faciendā. ff. de his, q ſunt ſui vel alieni iuris. l. patre furioſo, & quia accuſator pręuenit officiū iudicis. ff. de iud. l. ſi quis poſtea, & de iuriſ. om. iu. l. cū quędā. Itē, qa quis non debet prohiberi proſequi iniuriā ſuā. ff. de accuſa. l. ſi cui. §. hiſdē. Et quia uia ordinaria pręferenda eſt extraordinarię, de minor. l. in cauſæ. 2. & de ope. no. nuntiatione. l. in prouinciali. vbi de hoc. In cꝫrium vī, quia in inquiſi-
2 tione † cū maiori ſolennitate proceditur q̄ in accuſatione, & ratio, facilius poterit delictum reperiri, extra de proba. c. qm̄ cꝫ falſam. Itē, ſi ſunt plures accuſatores, eligitur idoneior. ff. de accu. l. ſi plures, ſed iudex eſt publica perſona, & ſic vī idoneior. ar. C. de eden. l. procu. Itē eo ipſo quod accuſator vult
3 impedire † inquiſitionē, ſuſpectus eſt de colluſione, & ideo audiri non debet. ff. de pręuari. per totum. & ar. ff. de offi. pręſi dis. l. illicitas. §. 1. ibi, neue defenſores, &c. & de rei uendi. l. in fundo, nam alias quandoq; uia extraordinaria præfertur ordinarię. ff. de rei uendi. l. 1. §. per hanc, & ne maleficium remaneat impunitū. ff. ad l. Aqui. l ita vulneratus. Quidam dicūt qđ ſi accuſator ſuā iniuriā proſequatur, qđ tūc ceſſet inquiſitio, alias non, dns Gui. de ſuza. indiſtincte tenet inquiſitionē procedere, quia iudex tenetur ueritatem inquirere in auth. vt defuncti ſeu funera in prin. & in hoc non grauatur, ſed iuuatur accuſator, iniuriam ſuam proſequens, quia iudex eū adiuuat, & ipſe poterit officiū coadiuuare. Itē hic non agit de ordinario et extraordinario, imo vtrūq; eſt ordinariū. ne-

dum

Source : BIU Cujas

dum ꝙa extraordinariū coadiuuans ordinariū bene ꝓcurrit cū eo, vt dixi.d.l.in prouinciali, nedū ꝙa ubi nō cōcurrerēt, iudex tanꝙ idoneior, videretur præferri. Gui.de ſuza. licet p̄dicta opinio forte ſi uera de iure, communiter tamen ſeruatur, ꝙ ſi accuſator idoneus adſit, ꝙ ceſſat inquiſitio.

SVMMARIVM.

1 *Frater ſi occidit fratrem, & bannitus eſt, an ſucceſsio interfecti pertineat ad filios interfectoris vel ſit publicanda.*

Quæſt. LVIII.

3 Si †frater occidit fratrem, & bannitus eſt, an ſucceſſio fratris interfecti pertineat ad filios interfectoris, vel publicetur? determinatum fuit quod publicetur, per l.ff.de bon. damna.l.fi.in fi. Et pro hoc ſo.ma.l.ſi ab hoſtibus §.fi.

SVMMARIVM.

1 *Mulierem prægnantem pede percutiens, ita ut pariat abortiuum, an debeat puniri de homicidio, & nu.6.*
2 *Mortis reus eſt, qui ſpem animantis occidit.*
3 *Duo ubi ſunt, unum propter aliud, ſolius principalis ratio habenda eſt.*
4 *Homicidium, dicitur ab hominis cæde.*
5 *Videtur, verbum, improprietatem notat, non veritatem.*
7 *Ignorantia probabilis excuſat a dolo, & pœna doli.*
8 *Partus vnde dignoſcatur formatus.*
9 *Auguſtini opinio, de formatione partus.*

Quæſt. LIX.

1 Si †ſtatuto caueatur, ꝙ homicida occidatur, vertitur in dubium, ſi aliquis percuſsit mulierē prægnantem cū pede, ita qđ peperit abortiuū, an habeat locum pœna ſtatuti, arg. eſt, qđ ſic.ff.de ſta.ho.l.qui in vtero, vbi de hoc plene dixi, & pro hoc bene.ff.de extraor.cri.l.diuus.vbi de hoc ad l. Corn. de ſicca.l.ſi mulierem. vbi ēt de hoc dixi.ff.de pœnis.l.Cicero. C.de ſic.l.pen.& ibi in gl. per fratrem Ray. in ſumma de homicidio. ver. ꝙ ſi aliquis ꝓcuſsit mulierē. Itē quia licet ictus non eſſet ordinatus ad mortem, tñ ad abortionē ſic, & aliud alij mortiferum eſſe ſolet.ff.ad l.Aquil.l.qua actione.§.ſed ſi quis, & ad l.Iul.de adul. l.nihil intereſt. Item, ꝙ ſpem animā-
2 tis† occidit, reus eſt mortis.ff.de mortuo inferendo. l.negat. & de lib.agno.l.necare.& nihil intereſt occidat ꝙs manibus proprijs, an mortis cauſam præbeat.ff.de ſicca.l.3.in princ.& l.nihil, & ad l. Aqu.l.qui occidit.§.in hac. Pro opi.facit.ff.vnde cognati.l.1.§.ſi quis proximior, de ſuis & legi.l.titius.inſti. de hære.ab inte.§.cum autē.extra de homicidio.c.ſi aliquis, cum ibi notatis, & de pœnis.l.ſi quis aliquid.§.qui abortionis. quod ibi dixi. In p̄miū vī, quia iſte non vī habuiſſe animū occidendi, ut.ff.de ſicc.l,1.§.diuus, & l.in lege. & l.diuus, & maxime quia cum pede percuſsit, ꝙ non vī ordinatum ad mortem, vt.d.l.1.§. ſed ſi claui.ff.de ſicca.cum ibi not. & ꝙ cōſueuit notari per doc.& dixi.C.de ſicc.l.1.& iſta qualitas nō erat ordinata ad mortem ſui natura, pro hoc.ff.de iniur.l. mulieris. Inſti.eo.§.atrox.& de pœnis, aut facta.§.qualitate. Itē iſtū excuſat iuſta ignorantia, quod eſſet prægnans. ff.de cōtrahē. emp.l.in lege, quemadmodum teſta.aperi.l.ſi duobus.§.ſi tabulæ. Nec enim debuit diuinare eam fore prægnantem.ff.ad l.Aqui.l.ſi putator, & ſic vī ceſſare dolus & animus occidendi ut prædictū eſt, & pro hoc.ff.locati.l.ſi ignorans, & de iniu. l.Item apud labeonē.§.ſi quis virgines, & de abigeis.l.1.in fi. & C.ad l.Flauiā de plagiarijs.l.plagij. potuit enim probabiliter ignorare eam fore prægnantem, ar.ff.de lib. agno.l.1.§.illud, & pro ſuo.l.fi. Et pro hoc, quia cum quis delinquit, ſi præter propoſitum incidat in aliud delictum in perſonam alterius, non punitur.ff. de iniur.l.eum, qui.§.pen.& l.Item apud labeonem.§.interdum, ſed ita vī in propoſito, quia percutiē do mulierem, nō vī eā percuſsiſſe reſpectu partus. ergo, &c. Et ad hoc bene infra de furtis.l. uerum.& l.qui iniurię. Item,
3 quia ubi ſunt duo, vnū propter † aliud, ſolius principalis eſt habenda ratio. ſ. de condi. & de l.cum ſeruus.ſi cer.pe.l.rogati, & de ędil.edi.l.cum eiuſdem. Sed ita eſt in propoſito, quia percuſsio principaliter facta fuit reſpectu matris, ergo quatenus influxit in filium abortiuum, non habenda ratio, & maxime quia non eſt principale per ſe, ſed portio viſcerum matris.ff.de vēt.inſpi.l.1.§.ex hoc reſcript. Itē, quia maleficium debet eſſe certum. C.de prob.l.ſciant cūcti. ſed certū nō eſt, nec probari pōt ꝙ mulier propter percuſsionē fecerit abortiuū, ꝙa ex alia cā potuit partus eſſe abortus, & forte ante ꝓcuſsionem. Et propter hoc.ff.de pœnis.l.ſi de interpretatione.
4 Vnde licet qō ſit pulchra & dubia, † vī poſſe dici hunc nō teneri pœna ſtatuti, per iura prædicta. Quod ſic fortifico, homicidium dī ab hoīs cæde.ff.ad ſil.l.1.§.occiſorū.ad l.Aui.l.qua actio.in §.occiſum, & l.ita vulneratus, & dixi in alphabeto dictione homicidiorū, ſtatuta aūt intelligi debent ſm proprium ſignificatum, vt.ff.de mili.teſta.l. qđ conſtitutum, & no. per Dy.ff.de ver.ſigni.l.1.ſed in propoſito ita eſt ꝙ partus anteꝙ naſcatur proprie non dī homo, ſed demū cum natus eſt. Io.vi.mulier cum parit triſtitiā habet cū aūt peperit non meminit prœſſuræ ꝓꝓ gaudiū, quia natus eſt homo in mūdo. & eſt expreſſum.ff.ad legem falcidiā.l.in lege falci.l.placuit, in fine. ergo hic non fuit verū homicidiū ceſſante etymologia vocabuli, & per ꝙs eius effectu. C.de ferijs.l.a nullo. Itē minus eſt in ſpe, ꝙ in re.ff.de reg.iuris.l.minus. ſed extinguendo partū, extinguitur ſpes, vt d.l.negat.ff.de mor. infer. ergo ceſſat homicidiū. Itē ſtatuta non recipiunt interpretationē extenſiuam, ut dictum eſt. ſ. an ſtatuta recipiant interpretationem, ſed qui partū extinguit, necare vī, vt d.l.necare, de li
5 beris agnoſcē. † qđ verbū, vī, improprietatem, non ueritatē notat, ut no.ff.de vi & vi arma.l.1.§.deieciſſe, & hoc ſignanter dī.d.c.ſi aliquis extra de homicidio, ꝙ tenetur vt homicida, non ꝙ ſit vere homicida, ſtatutum aūt requirit verū homicidiū, non. n. ſequitur, tenet, vt homida, ergo eſt homicida. Et pro hoc de peti.hęredi. l. ſed & ſi lege.§. proinde.depo. l.qđ Nerua.ad l.Aqu.qua actione.§.celſus, & not.de uer. ſig. l.mortis, & in gl.d.c.ſi aliquis, vbi dī ꝙ non efficitur irregularis niſi actu homo interficiatur, & ad hoc.15.q.1.c.ſi quis iratus, & de pœniten.di.1.c.periculoſe, & ibi in gl. Item ſtatutū de homicidio loquitur in eſſe perfecto, quā perfectionē partus recipit in natiuitate, ar.ff.ad legē falc. l. ſi is qui quadringenta §.quædam, & hoc colligitur in ſymbolo, qđ cantatur in miſſa ibi, & natus ex Maria virgine, & hō factus eſt, quaſi hōis factio ſit in natiuitate, & pro hoc.ff.locati.l.ſed addes.§. ſi quis mulierem, et ad hoc faciunt iura alle.ſ. in 1. parte, in qōne, ſi quis occiderit lupū, habeat ſol.20. an interficiens lupā prægnātem q̄ tres peperit, debet hīe premium quadrupli
6 catum. Si† aūt quæratur, quid iuris de iure cōi, dic aūt percuſsio fuit ante 40.dies a conceptione, & ſic anteꝙ partus ſit formatus, vel organizatus in vtero matris, tūc ceſſat pœna mortis, ut d.l.diuus. de extraor.cri.cū ibi notatis, & extra đ homicidio, ſicut ex literarū, & ibi ꝓ Inno.& in gl.& 32.q.2.c.Moyſes, & ibi in gl.& Exodi.21.ſi vero poſt.40.dies, aut conſtat, ꝙ percuſsit aīo cōmittendi abortiuū, aut conſtat qđ non, aut dubitatur. Primo caſu punitur pœna mortis, vt d.l.ff.de ſicca. ſi mulierē, de pœnis. Cicero. C. de ſicc.l.pe. Secundo caſu non punitur pœna mortis, vt d.l, diuus.ff.de ſicca.& ad legē Aqui. lege, ſi ſeruus ſeruum.§.ſi mulier. Tertio caſu, qñ dubitatur de animo percutentis, aut aſpectu non apparebat prægnans, & non tenetur pœna mortis, & quia tanquam de nō prægnāte iudicandum eſt, argumētum.d.§. ſi quis virginesde iniur.
7 l.Item apud.cum concor.ſupra allega.probabilis enim† fuit ignorantia quæ excuſat a dolo, & a pœna doli.ff.de iur.om.iudi.l.ſi quis id quod.§. doli. Si aūt aſpectu apparebat prægnās, tunc ex qualitate facti, percuſsionis, & perſonarū, bonus iudex arbitratur de animo percutientis, an fecerit animo faciendi abortiuum, uel non arg.C.de ſiccar.l.1.cum ibi notatis in glo.& per doct & me.de iniur.l.ſi non conuitij. & d.l.1. §.diuus.ff.de ſiccar.& §. ſed ſi claui. & de iniur.l. vulneris. Et omnibus caſibus, quibus tenetur pœna mortis, tenetur vt homicida, non tamen eſt vere homicida, ut d.c.ſi aliquis extra de homicidio, & ſupra dixi, & ſic terminauit Signorolus de homo de.famoſus doctor de Mediolano.in quæſtione prædicta, & idem quaſi in effectu notauit Gabriel de Oſelletis. d.l. qui in utero.ff.de ſta.ho. Et dicit iſtos uerſus, ex qbus cognoſcitur quando partus ſit formatus, & organizatus in vtero.
8 †Sex in lacte dies, ter ſunt in ſanguine trini. Bis ſeni carnem, ter ſeni membra figurant. In legendis ſanctorū, in feſto Purificationis Virginis fit diſtinctio inter maſculum & fœminā, vt in maſculo infundatur anima die.40. in fœmina die octuageſimo, & aliquę rationes diuerſitatis ibi reddūtur, & idem vī ſentire Hoſti.in ſumma, de purificatione poſt partū. §.1.vbi videas, & in decretis.5.diſt.c.1.& c.ſeq & ibi in glo.& per Archi. Et de iſta materia forte ſtandū eſt opinioni Medicorū, vt.ff.de ſta.ho.l.7. Ideo ſi quis vult de iſta materia habere plene & ſubtiliter opiniones Theologorū, Medicorum, & Philoſoforum, recurrat ad qnendam librum compoſitū a fratre Egidio Romano, ordinis eremitarum ſancti Auguſtini, quem intitulauit de formatione corporis humani, maxime.15.c.quomodo formētur fętus humani in vtero, & de tpe formationis. vbi dicit, ꝙ ſacri doctores cōueniunt, ꝙ primo fętus ſit albus, quaſi lac, poſtea rubeus, quaſi ſanguis, poſtea ſit cōpetens quaſi caro, ultimo aūt ibi membra formantur, & hoc indicant p̄cedentes verſus, Sed de tpe formationis, quantum ad membra, dicit magnam eſſe diſcordiam.
9 †Nam Auguſtinus.82.quæſtionum, quæſtione. 54. tenet, ꝙ in 45.diebus puer ſit totaliter formatus & organizatus, dicēs ꝙ primis ſex diebus habet quaſi ſimilitudinem lactis, ſequētibus nouē conuertitur in ſanguinem.12. ſequentibus cōſolidatur, quaſi caro. 18. ſequētibus perfecte formatur quo ad omnia membra, & ſic.45.diebus. Ad hoc cōcordant uerſus. ſ. poſiti. Philoſophus aūt in 9.de animalibus, tenet ꝙ maſculus in 40.die, in formatione aūt fęminę requiritur plus temporis. Quædam glo.quæ eſt Leuitici.12. tenet ꝙ maſculus in 40.fęmina in 80.in quodam alio libro Medicorū, qui intitulatur

Source : BIU Cujas

latur de ſpermate, dicitur ꝙ maſculus in 30. & fœmina in 40. quæ omnia reducuntur ad concordiam per Auicenam nono de animalibus, vt pleniſſime habetur dicto libro fratris Egidij. c. 15. ad quem recurratur.

SVMMARIVM.

1 *Manus vel pedis amputatio, quomodo facienda. & nu. 3.*
2 *Ad manus dextere amputationem ſi quis fuerit damnatus, & amputator ſiniſtram amputauerit, num demum amputanda dextera.*

Quæſt. LX.

1 Quid †ſi ſtatuto cauetur ꝙ pro aliquo maleficio manus vel pes debeat amputari. glo. C. de ſeruis fug. authen. ſed nouo iure. & Cyn. & communiter alij doctores tenet ꝙ amputetur illa, in qua minus poteſt, per l. ſi de interpretatione. ff. de pœnis, quid ſi non habet niſi unam? dic illam abſcindi, argu. ff. de ſol. l. ſtichum aut pamphilum, in principio, cum ſi. Quid ſi habet unam aridam, dicũt quidam, quod punietur in alia, non arida, ac ſi aliam non haberet. ff. de ædi. edic. l. qui clauum. & ita tenet Cy. in dicta authen. ſed nouo iure. ſed recte intuenti illa lex hoc non bene probat. & ideo Iac. Butr. idem tenet, ꝙ arida amputabitur, ſicut etiam eſſet in alia ſpecie, in qua debitor eſſet, & ſi dicatur, delictum erit impunitum, non eſt uerum, licet non ſit cum tanta pœna, & hanc opini. tenet Bart. Brix. in ſuis quæſtionibus. 85. q. quæ incipit, quidam habens duas manus. Quid ſi nullam manum habeat, dicit ꝙ fiet commutatio pœnæ. C. de ſeruis fugi. l. qui cunq;. & vt infra certum tempus criminalis quæſtio termi-
2 netur. l. 2. & ff. de pœnis. l. 1. §. generaliter. Quid ſi aliquis damnatus erat ad amputationem† manus dexteræ, ille qui amputare debebat, amputauit ſiniſtram, nũquid amputabitur dextera, quidam ꝙ ſic, ad inſtar ſoluentis reprobam pecuniam, qui non liberatur, vt. ff. de pigno. act. l. eleganter. §. qui reprobos. Tu dic contra, per eundem. §. qui dicit quod nummi reprobi debent reddi, ꝙ hic fieri non poteſt de manu abſciſa. Et ad hoc facit quod no. per Azo. in ſumma, eo. tit. §. 1. Et pro hoc. ff. de ſol. l. ſi cum aurum, & l. qui decem. §. penul. in fin. Aliqui caſus, in quibus eſt pœna amputationis manus, in glo. dicta authen. ſed nouo iure, vbi de prædictis quæſtionibus dixi. alibi notantur per Gandinum de homicidiario. Alij habent ſub titulo de pœnis. §. penul. etiam circa præſentem materiam verſicu. Et primo amittit quis manum. Caſus in quibur amittit quis pedem, not. eo. titu. verſicu. Secundo
3 †amittit quis pedem, & ibi etiam notat de alijs varijs pœnis, quod totum traxit a ſententia Iac. de Ardizonis ſuper vſibus feu. titu. de pace tenenda, rubricella de quibuſdam capitulis extraordinarijs.

SVMMARIVM.

1 *Mortuus & interfectus ſi quis reperiatur in domo in qua erant quinque, & neſciatur per quem illorum factum ſit, an omnes ſint puniendi pœna ſtatuti, vel nullus, & nu. 4. 5.*
2 *Indicia probant.*
3 *Præſumptionibus non debet quis damnari.*

Quæſt. LXI.

1 Item †quæritur, quinq; erãt in vna domo, vnus eorum, reperitur interfectus, quæritur, cum neſciatur per quem, an omnes debeant puniri pœna ſtatuti, uel nullus: Et vr ꝙ omnes, vt. ff. ad legem Aquil. l. Item mella. §. ſi plures. vbi de hoc dixi. Et uidetur expreſſum. ff. de his qui deiece. vel effu. l. 1. §. fi. & ll. ſequentibus, & videtur etiam caſus. ff. de ſic. l. fin. vbi de iſta materia pleniſſime dixi. Et hanc opinio. multi & magni tenent per iura ſupradicta, & per allegata in ſimili quæſtione, quando gladius eſt repertus per familiam poteſtatis in terra, vbi erant quatuor, iuxta gladium, de qua dixi. ſupra ſecunda parte, ver. Item pone ſtatuto contineri, quod qui portauerit cultellum. Et hanc partẽ videtur tenere Bartholomeus Brix. in ſuis quæſtionibus. 99. q. quæ incipit. quinque erant in vna domo. vbi tenet omnes eſſe irregulares, & non poſſe promoueri, & hanc etiam videtur tenetur Dy. extra de regu. iur. c. in obſcuris. circa fi. lib. 6. Ego autẽ dico nullum debere puniri pœna ſtatuti, quia non conſtat iſtos, vel aliquem eorum homicidium perpetraſſe, & in maleficijs exiguntur clariſſimę probationes, vt. C. de proba. l. ſciant cun-
2 cti. & ſi diceretur, quod lex † illa loquitur de probationibus factis p indicia, dum dixit. vel indicijs ad probationẽ indubitatis, nam indicia probant, vt. C. de rei ven. l. indicia. Quod enim loquendo probari non poteſt, probatur indicijs, vt. ff. de re militari. l. non omnes. §. a barbaris. & hic videntur eſſe indicia ſufficientia, quod iſti eum interfecerint. ex quo nul-
3 lus alius erat in domo. reſponderi poteſt, quod † preſumptionibus non debet quis damnari, vt. ff. de pœnis l. abſentem, & quia poſſibile eſt quod ipſe ſeipſum interfeciſſet, vel quod alius domum intraſſet, qui eum interfeciſſet. vnde iſta non ſunt talia indicia vel præſumptiones, quæ ſufficiant, ut late & bene probatur ex notatis per Gandinum titulo de iudiciis indubitatis, quibus ad condemnationem proceditur. Ad iu-
4 ra in contrarium allegata poteſt reſponderi, quod † loquuntur in ciuilibus, vel pœnis pecuniarijs, non in pœna mortis. Vel poteſt dici, quod in illis cõſtat per illos commiſſum fuiſſe delictum, licet non conſtaret, per quem uel quos. Et ideo propter hanc incertitudinem omnes tenentur, & ſi dicatur maleficium remanebit impunitum, non eſt inconueniens ex quo non eſt probatum. Vnde non deficit ius, ſed probatio. ff. de teſt. tut. l. duo ſunt Titij, & ſanctius eſt nocẽtem abſoluere, ꝙ innocentem condemnare, vt d. l. abſentem. ff. de pœnis. vel poſſet dici, & in hoc multi concordant, ꝙ maleficiũ propter indicia prędicta punietur pecuniariter, arbitrio iudicantis, ſed non pœna mortis, & de iſta materia plene no. per Roffr. in libello, ad l. Aqui. circa medium, per omnes, extra de elec. c. cupiẽtes. §. cæterum, ſi eligentes, libro ſexto, p Azo. in Brocardis, communia actionum & exceptionum, rubricella, res dubia, per Innocen. extra de homicidio, ſicut dignum, in glo. magna, quæ multum eſt notabilis ad iſtam materiam, & in Gandino de homicidiar. ver. pone etiam quod plures, & bene per fratrem Ray. in ſumma de homicidio. §. quid ſi plures. in libello publi. diſputa cum ſolutionibus, rubricella, ex innocentia non damnanda, per Cyn. & per me. C. ad l. Iul. de vi publica. l. quoniam multa. per Nico. de Matarellis, in quadam ſua quæſtione, quæ incipit, quidam occiſus, & alia, quę incipit, ſtatuto cauetur, per Hoſtien. in ſumma de homicidio. 23. quæſtio. vlti. c. fin in glo. & per Archid. in ſpecu. de legato, rubricella de diſpenſa. §. iuſta. verſi. quid ſi quis in rixa. & ibi per Ioã. An. in additionibus, & in nouell. d. c. ſignificaſti. ſecundo. de homicidio. et pleniſsime dixi. d l. fi. ff. ad l. Cornel. de ſiccar. poſſet etiam formari quæſtio in cõ
5 ſimilibus criminibus, ſi quatuor vel quinque † erant in una domo, & unus proiecit lapidem, & tranſeuntem vulnerauit, uel interfecit, an omnes puniantur, de quo uide in Specu. de homicidio. §. primo, verſicu. pone, quatuor homines, quod ſumpſit a galeoto, in margarita de accuſa. circa fin. verſi. ſed pone quæſtionem de facto, quatuor erant in una domo, & hoc in Gandino de homicidiarijs. verſicu. pone, quod quatuor homines.

SVMMARIVM.

1 *Statutum diſponens quod ſi homicida habuerit pacem a proximiori occiſi, ſoluendo centum communi, nõ moriatur, nec aliter puniatur, an ſit æquum & ſeruandum.*
2 *Iudex de pace componenda laborare debet in quæuis cauſa.*
3 *Rationem reddere, de miſericordia, multo expeditius eſt, quam de crudelitate.*
4 *Præſidis intereſt, pacatam habere prouinciam.*
5 *Reus nullam culpam pertimeſcit, quam putat ſe redimere poſſe.*
6 *Iuſtitia, unicuique ius ſuum tribuit.*
7 *Hominem homini inſidiari, nefas eſt.*
8 *legum & ſtatutorum finis & intentum.*
9 *Homicide pacem denegans, an peccet, ſi ſtatutum diſponat quod homicida occidatur, niſi habuerit pacem a proximiori occiſi, & num. 11. 13.*
10 *Eleemoſynæ duæ in ſumma.*
12 *Iura ubi dubia ſunt, in benigniorem partem eſt declinandum.*
14 *Peccandum ne ſit, alienæ ſalutis cauſa.*
15 *Homicidium uoluntarium quatuor modis contingit.*

Queſt. LXII.

1 Quæſtio talis proponitur. Statuto cauetur † quod ſi homicida habuerit pacem a proximiori occiſi, ſoluendo centum communi non moriatur, nec aliter puniatur, homicida captus, pacem a proximiori habere non potuit, & pœna capitali punitus eſt, quæritur de duobus. Primo an ſtatutum prædictum ſit ęquum & ſeruandum: Secundo, an proximior occiſi, qui pacem denegauit, peccauerit. Et primo videtur ꝙ ſtatutum contineat æquitatem. Videtur poſſe probari. Innititur enim naturali æquitati & euãgelicę, qua quiſque iubetur alij facere, quod ſibi fieri uellet, in princip. decretorum. Cum igitur quilibet vellet ſibi miſericordiam fieri tenetur alijs facere. Innititur etiam iuri poſi-
2 tiuo. Nam † iudex debet ad concordiam laborare, ſiue cauſa criminalis ſit ſiue ciuilis, & ſiue partes ſint laici, ſiue clerici. 90. diſt. in. diſcordantes. & c. ſtudentes. & c. ſi quis contriſtatus. & c. placuit. quinta, quæſt. ſecunda, ſi primates. extra de tranſac. c. fin. & de mutuis peti. c. 1. & de operis no. nunti. l. 1. §. poteſt. Item innititur miſericordiæ, & ſententiam, quę miſericordiam vetat, nõ debemus tenere, ſed fugere etiam audire. l. di. c. ponderet. & melius eſt de miſericordia, quam
3 †de credulitate reddere rationem. 26. q. 7. c. allega. & 45. di. c. licet. Item quia ſtatutum quadam ęquitate, temperat rigorem legis Corne. de ſic. & æquitas præfertur rigori. C. de iudi. l. placuit. & non ſolum leges poſſunt pœnas mitigare, ſed ẽt iudices. ff. de his qui not. infam. l. quis ergo. §. pœna grauior. vbi de hoc dixi, licuit ergo ciuibus pœnam per ſtatutum mitigare, ut l. omnes populi. de iuſti. & iur. & non ſolum mitigatio, imo etiam totalis remiſsio fieri poſſet ex iuſta cauſa, ſecun-

ſecundum Hoſtien.arg.ff.qui ſatiſda.co. l. fi. extra de pigno. ſignificante,& de inreiur.c. verum, & c. breui. & pro hoc ff. de offi. præſi. l.diuus. no. ꝑ eum in ſumma de accuſa. §. qs ſit effectus. Nec poſſunt aduerſarij de tali commutatione pę nę conquęri, cum non procedat niſi eis volētibus,& pacem
4 facientibus. Itē † quia ex tali ſtatuto pax & concordia inter inimicos ſuſcitatur,& præſidis intereſt pacatam habere pro uinciam. ff. de offi præſi. l. cōgruit. Nec obſtat, qđ ibi dicitur, ꝙ hoc de facili fieri poterit, ſi plagiarios & alios malefactores puniat, quia ſiue ignoſcendo, ſiue plectendo, hoc ſolū bene agitur, ut uita hominum corrigatur. 23. q. 5. c. prodeſt. Vnde per ſtatutum poterit iſte puniendus, ad meliorem vitam
5 reduci. In contrarium, ꝙ ſtatutum † ſit iniquum & non ſeruā dum, quia in iſto ſtatuto non ſunt illa, quæ debent conſiderari in legibus,& ſtatutis condendis, de quibus habetur. 4. di. c. erit autem lex. primo enim tale ſtatutum non eſt honeſtum, quia ex eo incitantur homines ad facilius delinquendum,& ad necem hominum, ſub ſpe pacis, facilius prolabūtur. nullam enim reus pertimeſcit culpam, quam ſe æſtimat redimere poſſe. l. di. c. de lapſis. Item uidetur iniuſtum, quia
6 † iuſtitia tribuit vnicuiq; ius ſuum. ff. de iuſti. & iur. l. iuſtitia. homicida autem pęnam mortis ſecundum iuſtitiam ſuſtinere debet, nec lex tales debet pati uiuere ſuper terram. 23. q. 5. lex, alias rex. ſummū enim bonum, eſt iuſtitiam colere.
7 12. q. 2. cum deuotiſſimam. Item eſt cōtra naturam, quia hominem homini inſidiari nefas eſt. ff. de iuſti. & iure. l. ut vim. Item eſt contra communem ciuium utilitatem, quæ eſt, ꝙ maleficia non remaneant impunita. ff. ad legem. Aquil. l. ita vulneratus. Et forma iuſtitiæ eſt, ne quis breui lachrymula, vel vberioribus fletibus, a facilitate rectoris, criminis vindictam extorqueat. 23. q 4. eſt iniuſta. &. ff. de offi. præſi. l. obſeruandum. Cum enim quis vni parcit, ad cōtagium prouocat vniuerſos. facilitas enim venię, incētiuum tribuit delinquēdi, vt d c. eſt iniuſta,& inferiorum culpæ, ad nullū magis referendæ ſunt, q̄ ad deſides negligenteſq; rectores, qui multā ſępæ nutriunt peſtilentiam, dum auſteriorem adhibere diſſi
8 mulant medicinam. 86. diſtin. c. inferiorum. Item † ad quid fiunt leges & ſtatuta, niſi ut humana coerceatur audatia, tuta ſit inter improbos innocentia,& in ipſis reprobis refrenetur audacia,& nocendi facultas. 4. di. c. factæ ſunt autem leges & pro hoc in proemio decretalium, ſed per ſtatutū prædictum peruenitur ad totum oppoſitum, creſcit enim per uerſorū audacia, nociuus appetitus accenditur,& delinquēdi protenditur incentiuum, & cum lex debeat eſſe delictorum coercio, vt. ff. de legi. l. 1. ſtatutum hoc parit effectū contrarium. Per prædicta & alia allegata in quæſtione prædicta determinant tale ſtatutum nō ualere. Pro cuius determinatione adijcio, quod tale ſtatutum eſt expreſſe contra ius diuinum, vbi erat pęna talionis. Exodi. 22. c. Ad hoc tamen reſponderi poſſet, ꝙ etiam in lege moſaica reperitur commutata pęna capitalis in pecuniariam. Exod. 21. c. Quicquid ſit de iure diuino vel humano, ſtatutum prædictū viget in multis ciuitatibus,& ſeruatur, & illud ſeruarem ſi officio præſi-
9 derem. † De ſecūdo articulo videlicet, an peccet qui pacem homicide denegauit? Et primo videtur, ꝙ ſic, ſecundū enim legem diuinam & oratiouem dominicam tenemur dimittere, vt dimittatur nobis,& in euangelio: Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter cęleſtis miſericors eſt. de miſericordia habetur. 23. q. 4. c. ex his. eſt enim omnium plenitudo vir
10 tutum. 86. diſtin. in ſingulis. duæ † enim ſunt eleemoſinæ, vna cordis, dimittere rancorem, a quo lęſus eſt, & hæc eſt maior q̄ elemoſyna corporis. 45. diſtin. c. duæ ſunt eleemoſynæ, & alibi in euangelio, ſerue neq̄: omne debitū dimiſi tibi, &c. de pęn. diſtin. 4. c. in memoriam. &. c. conſtat. & alibi in euangelio, ſi peccauerit in me frater meus, dimittā ei ſepties &c. iudicium ſine miſericordia erit illi, qui nō fecerit, miſericordiam. 23. quæſtio. 4. c. præcepta per has & alias pulchras auctoritates euangelij & canonum videtur, ꝙ iſte peccauerit
11 grauiter pacem & miſericordiā denegando. † In contrariū, quod non peccauerit, ſcriptū eſt enim in Deuteronomio de idolatria, non miſerearis eius, ſed ſtatim occidas eum. Et primo Regū legitur quod Saul contraxit offenſam, quia miſertus eſt agas Regis Amaſticarū, quē prohibuerit diuina ſententia reſeruari. ſic & in caſu noſtro diuina ſententia,& uox dicit, non patieris maleficos viuere. Exodi. 22. & qui interfecerit. morte moriatur, leuitici. 24. & ad hoc. 15. q. 8. c. loci. & non debet dari materia aliquibus maliguandi. C. de indicta vidu. tollen. l. 2. & unde vi. l. meminerint per has & alias pulchras auctoritates probat quidam, qui quæſtionem diſputauit, cuius nomen non habeo, quod iſte non peccauerit, quā decurtaui gratia breuitatis,& eſt mihi. 11. q in li. magno quę ſtionum diſputatarum,& incipit, quæſtio talis eſt. Statutum eſt in ciuitate Vicentiæ, ſoluēdo circa primum membrum dicit ſtatutum eſſe iniquum, periura ad hoc allegata,& iura pro ſtatuto allegata de commutatione pęnarum de ęquitate ſeruanda, de miſericordia impendenda nō loquuntur in legibus vel ſtatutis condendis, ſed in pœnis infligēdis,& ſen
12 tentijs proferendis,& vbi iura ſunt dubia, quia † tūc in benigniorem partem inclinare debemus, per iura prædicta. Sed vbi crimen eſt notorium vel plene probatum, niſi in criminibus ſpecialibus, puta ratione ætatis, multitudinis vel ſcandali euitādi, etiam ſi pars parti remittat, nihilominus debet iudex ex officio crimina punire, extra de col. deteg. c. 1. & 2. Nam undecūque crimina claruerint, puniēda ſunt. 24. quęſtio. 3. ecce. & ſatis dixi. C. de tranſa. l. tranſigere. & iura, quæ inducuntur, ꝙ iudex debet ſe interponere ad concordiā partium, in cauſis ciuilibus, vel vbi de crimine ciuiliter agitur, loquuntur 90. di. c. ſtudēdum. & dixi dicto. §. poteſt. ff. de ope.
13 no. nunti. l. 1. Circa ſecundum articulum † quæſtionis, an peccauerit qui pacem denegauit? diſtinguit,& dicit quod aliud eſt dimittere rancorem,& odium cordis, aliud dimittere ſatisfactionem iniuriæ. Ad primum quilibet offenſus tenetur, & niſi rancorem,& odium cordis dimittat, mortaliter peccat, de pe. diſtin. 5. c. fi. quia non eſt licitum aliquem odio habere. 23. qō. 4. cum in lege. & 11. quæſt. 3. c. nunc verba. et ſecundum hoc intel liguntur iura pro iſta parte adducta, & p̄cepta euangelica, non eatenus, vt peccanti relaxetur impunitas, ſed ut delinquēti correctio, et naturæ miniſtretur ſubſidium, donec per ſentētiam iudicis adempta ſpe correctionis, malorum exercitium auferatur. 23. q. 4. §. præcepta, vnde actionem iniuriarum vel ſatisfactionem nō tenemur remittere. 23. qō. 4. c. ſi illic. imo bene facit, qui dimiſſo rācore agit iniuriarum. 45. diſt qui emendat. 24. qō. 5. de occidendis 90. di. ſi quis contriſtatus. & 23. qō. 4. c. ſi is qui prælatus. Nec
14 videatur alicui rigida uel dura iſta ſententia. † Nam non debemus peccare venialiter, ut alium liberemus, ut ait Auguſtinus, libro de mendacio. & 33. qō. 1. c. primū. nec aliquis ducendus eſt ad æternam ſalutem opitulante mēdacio, ut ibi & eadem quæſtio. cap. ne quis arbitraretur. &. c. faciat homo, &. c. omne genus. Et ſi dicas, ꝙ ſi remitteret, forte mereretur. dicit apoſtolus, omnia mihi licent ſed nō omnia expediūt, nam licet mihi mea petere, ſed non expedit ad uitam æternam conſequendam, quia ſcandalizantur illi, a quibus petitur. 11. quæſt. 1. c. aliud, ſed iſta perfectorum ſunt, uel poſſet diſtingui, ꝙ aut iſte commiſit homicidium uoluntate, aut ca-
15 ſu, aut neceſſitate, ſi uoluntate, quod † fieri pōt quatuor modis, facto, p̄cepto, ꝯſilio, & linguæ adhortatione l. diſtin. ſi qs viduā. extra de homicid. ſicut dignuū. §. qui uero. & de pęni. diſtin. 1. periculoſe. *tunc nullo modo iniuriam remittere te tenetur. Si vero cōmiſit homicidium, caſu vel neceſſitate, et hoc conſtat, tūc remittere tenetur.* Vel poſſet ſubdiſtingui, quando homicidium caſu commiſit, aut dabat operam rei licitæ, aut illicitę, ſi illicitæ tunc remittere non tenetur, quia in culpa fuit immiſcendo ſe rei illicitæ, et ad ſe non pertinē ti. ff. de regu. iuris. l. culpa. Si licitæ, aut adhibuit diligentiam, quam debuit,& remittere tenetur. Aut non, & non tenetur remittere, quia negligentia culpæ annumeratur. Si uero cōmiſit homicidium neceſſitate, aut ineuitabili, aut euitabili. Primo caſu tenetur remittere. Secundo non. Ad quod facit. l. di. de his. capitu. quia te. cap hi. qui. c. ſi duo fratres &. c. ſępę. ff. ad l. Aqui. ſi putator. extra de ho. continebatur. cap. latro. c. Ioannes,& cap. ſicut dignum. &. c. fin.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatores ſi ſint plures præfertur magis idoneus.*
2 *Citatus pro vno crimine, non cogitur pro alijs reſpondere.*
3 *Res quoties dubia eſt in iure, plurium concurrentium ad idem, ordo attendendus.*
4 *Argumentum de ciuilibus ad criminalia, licitum eſt in iure.*
5 *In delictis pluribus ſecuta condemnatione ex uno, non tollitur condemnatio ex alio.*
6 *Priori ſatisfieri debet, vbi pluribus non poteſt.*
7 *Seruus datus pro noxa a domino nomine plurium delictorum, ab omnibus liberatur.*
8 *Iudex, regiæ conſtitutionis formam excedere non poteſt.*
9 *Delictorum pluralitas, inducitur ex pluralitate percuſſionum & perſonarū.*
10 *Pœnæ ſingulæ ex ſingulis delictis irrogandæ.*
11 *Caſus ſuperueniens, non excuſat delictum præcedens.*
12 *Ex accuſatoribus pluribus quis præferendus. & nu. 14.*
13 *Intellectus. l. 1. ff. nil nou. appel. pend.*
15 *Iniuriarum pœna eſt extraordinaria. Et quid in ea iudici ſequendum.*
16 *Argumentum de toto ad partem, quando procedat.*

Quæſt. LXIII.

Diſputauit Etiam Iaco. de Beluiſio pulchram quæſtionem, quæ talis eſt, & eſt mihi. 316. in libro magno quæſtionum diſputatarum. regia conſtitutione cauetur, quod qui armis aliquem percuſſerit, manum amittat, cum qua percuſſit. Titius eodē impetu duos percuſſit, & conſtat uel dubitatur, quem prius percuſſerit, ab eiſdē

co

Source : BIU Cujas

eo tpe de dictis percussionibus accusatur. quæritur, an inter ipsos accusatores in accusando, vel in snīa, vel excusatione fit locus prelationi? & si ex vnius snīa sit condemnatus, & exceptio facta, an vlterius sit puniendus, & qualiter? Et qđ sit locus prælationi. cum cōstat quem prius percusserit, vī per iura, quæ dñt spectari initium, ex quibus vī primo percussum debere præferri, sicut & primo aggressus excludit aggredientē in accusando, inspecto initio. ff. ad. l. Aqui. l. scientiam. §. q cum aliter, si quadrupes pau. fe. di. l. 1. §. cum arietes. & C. ad. l.
1 Iul. de ui. l. siquis a se fundum. Item † quia qñ plures accusāt.
a præfertur a idoneior, vt. ff. de accu. l. si plures. vbi hanc qōnem notaui. Sed primus percussus vī idoneior ratione initii, vt
2 prædixi. nam & qui pro vno crimine, citatur, † non cogīt pro aliis rndere, vt. j. de cust. reorum. l. 2. §. fi. ergo prælationi vī esse locus, & maxime, quia ambo eandem pœnam petunt. s. manus amputationem. ergo impediunt se cōcursu, & locus est prelationi primi. sicut dī de duobus fructuariis. ff. de vsuf. l. quotiens. & quib. modis vsusfr. amittatur. l. 2. §. fi. Quare vī primo percussus, preferendus, vel q locus sit gratificationi iudicis, ar. ff. de reg. iur. l. fi. & facit, quod not. ff. de libero. ho. exh. l. 3. §. si tn plures, & de sepul. vio. l. 3. §. si plures. licet videatur multum contra, q ambo admittantur, eadem. l. §. si plures. de sep. uio. Sed dic, vt ibi dixi. Item, quotiens res est dubia
13 ex ceptio banni poſſit opponi per procura. uel coniunctam perſonam, uidetur ꝙ non. l. penul. § ad crimen. ff. de publicis iudicijs. poſt. alia allegata pro & contra per dictum Gandin. dicto titulo, an procurator interueniat in maleficijs. circa fi. dicit, & uerum eſt, ꝙ domi. Iacob de Are. prædictus in dicta quæſtione per eum diſputata non ſoluit, & incipit quæſtio, ſicut ſ. dixi. in ſtatuto uel conſuetudine ciuitatis cauetur, ꝙ non fiat ratio &c. tamen in ſcriptis ſuis. C. de accuſa. l. reos. Inueni, ꝙ ſoluit hoc modo, quia aut inquiſitio uel accuſatio habet patentem errorem, ut quia in ea continetur ꝙ Titius interfecit Sempronium bannitum. Et tunc procurator poſſit eam opponere. Si uero non contineat patentem errorem ſed in ea contineatur ſolummodo, ꝙ Titius occidit Sempronium, tunc non poſſit obiici per procuratorem quia peremptoria. Sed dicit ipſe Gandinus, ꝙ dominus Lambertinus Dyn. & communiter alii docto. tenent, ꝙ talis exceptio proponi poſſit per procuratorẽ, & cõiũctã perſonã. Nec ob. d. l. pe. §. ad crimen. ꝙa hic non interuenit procur. principali ter ad defenſionẽ cauſæ criminis, ſed ſolum ad opponendũ declinatoriã, quæ oritur ex ſtatuto, & banno, & allegãdas iuſtas cauſas abſentiæ, & declinatorias iuriſdictionis iudicis, vbi bene interuenit ꝓcu. ut no. per Acc. & alios doct. d. §. ad crimen. Dicit tamẽ, ꝙ dominus Rolan. de Roma. tenebat cõ
14 trarium, pro cuius opinione facit ꝙa ſpeciale †uidetur in perſonis illuſtribus & clariſſimis, ꝙ in criminalibus litigent procurato. ut C. de iniur. l. fi. ergo cęteris uidetur prohibitũ. ff. de iudi. l. cum præt. Dic tñ communem opinionem, ꝙ poſſit talis exceptio opponi per procuratorẽ. Audiui a dño Richa. ꝙ D. Iac. de Are. tenebat, ꝙ non poſſet opponi per procur. per
15 †iura per eũ allegata in quæſtione prædicta, licet ibi non determinent, ut dixi. Et ipſe. D. Richar. ipſam opinionem tenebat. Sed pro opinione, ꝙ poſſit opponi per procuratorẽ, bene facit, extra de accu. c. ueniens. cũ ibi notatis per omnes & potiſſime, per Inno. & plenius ꝑ eum. de procu. c. cõſtitutus. & per Io. An. extra de iud. c. 1. lib. 6. Et maxime, ubi conſtaret uel eſſet notoriũ illum fuiſſe bannitũ, ꝙa tunc fruſtratorie oneraretur offenſor, ꝙ uenirett ad ſe defendẽdũ, ar. ff. de pecu. l. eo tempore. poſt prædictos ſuper hoc fuit dura cõceratio inter dominos Ia de Bel. & Butri. & quilibet eorũ hãc q̃ſtionem publice diſputauit, & incipit, quæſtio, quidã Rauaguenſe, & ſatis cõiter habetur ipſa qõ. & d. Iaco. But. tenuit opi. ꝙ per procuratorem talis exceptio poſſet opponi, ꝑ pulchras & ſubtiles rõnes reſpondendo etiam rarionib. d. Ia. de bel. qui in ſua determinatione tenuit oppoſitum, ꝑ multas rationes, & iura. opi. Iac. Bu. cõiter tenetur & approbatur. & eam ſequitur Odof & dicit ita pluries fuiſſe determinatum Bonon. de conſilio collegij doctorum. Et maxime in perſonam Thomaſij de beccadelis, exiſtente Poteſtate Bonon. D. Lanfran. de Molaſell. & capitaneo D. Matthęo de Correggio, & in alia quæſtione D. Matheal de nepotis D. Lambertini Bunaſelli, quæ fuit interfecta per maritum, & reperto ꝙ ipſa erat in banno, admiſſus fuit procur. mariti, ad ipſam exceptionem opponendam, & ita reperij in quibuſdam allegationibus per eum factis in cauſa dicti Thomaſij de Beccadelis. quæ allegationes licet ſint multum diffuſæ, tñ earum effectus, & ultra, poſitus eſt in quæſtionibus prædictorum doctorum. Hanc opi. etiam ſequitur Gui. de Suza. in ſum. de malefi. ti. de procur. & in cauſis criminalib. & idem vĩ ſentire Cy. C. de accu. l. reos. 6. q. & Oldr. ibidem. de hoc plene & ſubtiliter dixi. & hanc opi. pluries de facto obtinui, & obtineri uidi de conſilio magnorum peritorum. Vltramontani tenẽt opi. Ia. de Bel. quia indiſtincte tenent procur. in criminalibus non admitti. C. de accu. l. 2. & 3. & d. l. pe. §. ad crimẽ. ff. de publi. iud. argumenta, & rationes prædictorum doctorum in dictis eorum quæſtionibus diſputatis, propter eorũ perplexitatem omitto, & quia ipſę quæſtiones ſatis commuiter habentur, & de eis ſatis ſcripſi in dicta l. ſi ſeruus. C. de his, qui ad eccle. confug. Cauſa autem tam ſtudioſe diſputationis patet, quia hoc fit propter metum rectorum, & iudicum, ſi principalis ueniret, ꝙ non detineretur, alias de facto procederetur contra eum, ſicut aliquando uidi fieri, aliqua except. banni non obſtante. & ideo tutius eſt, ꝙ obiciatur per procuratorem. uidi aliquos peritos iudices qui uolentes facere contractationem prædictam, admiſerunt procurato. deinde eidem præceperunt, ꝙ faceret uenire principalem, tanquam melius ſcientem ueritatem, per l. vltimam. C. de procuratoribus, & ff. de procuratoribus. l. ſi actor malit. & ſi principalis, tunc non ueniret, contumax reputaretur. per iura prædicta. Et ita tenet Gan. dicto tit. utrum in maleficijs interueniat procur. uerſic. ſed pone etiam per ſtatutum. & ad hoc etiam bene facit dictum c. 1. ext. de iud. li. 6. cum ibi nota. per Arch. & Io. An. Et idem etiam tenet Cy. d. l. reos. C. de accuſationibus. uerſic. ſeptimo quæritur ad prædicta dubia tollenda. In ciuitatibus communiter eſt ſtatutum, quod in caſibus pœnam ſanguinis ingerentibus nullo modo poſſit interuenire procurator.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus ob maleficium, de alio maleficio accuſatus, ſi velit ſe defendere & petat fidantiam, an poſſit ei dari, & data ſeruari.*
2 *Intellectus. §. neque homicidis. in auth. de mandat. princi.*
3 *Prohibitio legis, potentior eſt, quam prohibitio hominis.*
4 *Pacta belli ducis fidantiam præbent, & tanquam facta, a lege permittente, obſeruantur.*
5 *Bannitus quodammodo hoſtis ciuitatis habetur.*
6 *Quotiens nihil ſine captione inueſtigari poteſt, eligendum eſt illud, quod minus habet captionis.*
7 *Bannum ſimile eſt interdicto.*
8 *Bannum, eſt certorum locorum interdictio.*
9 *Defenſionis magnus fauor.*
10 *Vocatio in ius, quandoque ex parte agentis, fit licita, iudicis permiſſione, & licentia.*
11 *Accuſationis contra alium inſtitutæ proſecutio permittitur deportato.*
12 *Participium iudicij, ex perſonæ inhabilitate non habet ſeruus.*
13 *Accuſatus de crimine, ex vinculis cauſam dicit.*
14 *Lex concedit poteſtatem damnato de crimine capitali pro ſe comparere.*
15 *Bannitus affidatus, an in carcere detinendus ſit, iudicis aut poteſtatis mandato, donec pendet accuſatio contra eum.*
6 *Bannitum affidatum præſentanti, an debeatur præmium inſtitutum a ſtatuto, præſentantibus bannitos.*
17 *Licentia data militi inſtante bello & parato, pœnam ſecum adfert.*

Quæſt. XXXIX.

1 Quæro etiam †aliãqõnẽ, bãnitus ob maleficiũ, accuſatus de alio maleficio, uolẽs ſe defendere, petit fidantiam, q̃riť an ſibi dari poſſit. & debeat, & data ſeruari, gl. vĩ ſentere ꝙ data ſeruari non debeat. auth. de mand. prin. §. neq; aũt homicidis. in gl. q̃ incipit i. neq; dabis. & pro hac. ff. de dolo. l. 1. §. non fuit aũt contentus. vbi iſta qõ tangitur per Gan. ut ibi dixi. de iſta quæſtione tangitur in quadam qõne diſputata per dñm Nicholaum capotium hodie. Cardinalẽ Romanę eccleſię, in quarto articuio ipſins qõnis, q̃ incipit ſtatuto ciuitatis Romę &c. Sed latius & ſubtilius ĩ alia qõne diſputata

Source : BIU Cujas

disputata per D.Oldr. in studio Paduano, q̄ incipit, potestas Paduæ bannitū de crimine capitali &c. vbi tenet clare, ꝙ fidantia dari possit & debeat, & data seruari, cuius cōnis, quia forte ꝑ paucos habet, effectū subijcio. Et primo rñdet ad §.
2 neq; † aūt homicidis. & gl. ibi posita dicens, ꝙ §. ille nō loquitur de licētia seu fidantia a iudice danda, & dato ꝙ de tali licentia loquerē, ad propositū non accedit, qa ibi petebat ad eccleſiā cōfugiens fidantiā dari ad fugiendā veritatis inquisitionē, & iudiciariū ordinē, sed in cōne proposita ad eā subeundam, & sui defensionē. Inter hæc aūt plurimū interest, vt. ff. de ser. fug. l. fi. Vel dic, ſm Cy. q eandē op. tenet. C. de his, qui ad eccle. cōfug. l. p̄senti. §. cū aūt monitus. vbi de hoc plene dixi, ꝙ. §. neq; aut homicidis. non loquit̄ de fidantia non seruanda, sed ibi dī ꝙ dilatio. 30. dierū, de qua ibi loquit̄, nō est danda homicidis, nec similibus, sed statim sunt puniēdi, & ꝙ fidantia dari debeat bannito, & data seruari, sic ar. ipse
3 Old. Primo ex sui † defensione. Nā ꝓhibitio procedēs a lege, est maioris efficacię, q̄ ꝓcedens ab hoīe. no. ff. de iure pat. l. si libertus minorē, & colligi pōt ex notatis. C. de ꝓdi. ob cām. l. ea lege. & de rebus alie. l. fi. Sed cessant legū ꝓhibitiones, & actus alias inhibiti reseruant̄, cū qs petit ad sui defensionem admitti. C. de epi. & cle. l. placet. & de ꝓcu. l. q stipendia, ergo multo fortius cessabit hōis ꝓhibitio, seu q̄ causat̄ ex hōis facto. sed illa, q̄ causat̄ ex banno, est hmōi, ergo &c. Et pro hoc qa ex tali admissione prouenit bonū publicū, qđ in defensione ꝓsistit. ff. đ ꝓc. l. si seruū quoq;. §. publice. Et priuatū ipsius accusati admitti. ergo dēt, rem publicā, & suā gerēs. ff. de vē. inspi. l. i. §. si seruus. & ad Treb. l. mulier. § nōn est dubitandū.
4 Secundo ex pacti obseruatione, pacta † n. belli ducis, hosti fidantiā p̄bent, & tanḡ facta lege permittēte obseruantur. ff. de pac. l. conuentionū. & ibi in gl. de captiuis & postli. reuer. l. nō dubito. & l. postli. §. inducię. &. 23. q. 1. noli. & not. ff. de dolo. l. 1. §. 1. Sed potestas, dux ciuitatis, & princeps est. ff. de excu. tuto. l. spadonē. §. si ciuitatis princeps, & bannitus quo-
5 dammodo est † hostis ciuitatis, eo qđ ab eius obedientia se subtrahit. ff. de capitis d. l. amissionem. §. 1. ergo fidātia data bannito per potestatē ualet & seruanda est. ff. de le. l. fi. de rerum. di. l. sanctum. & d. c. noli. Tertio, ex instātia periculi. nā rigor edicti p̄toris mitigatur, & iuris regulę propter rei inanimatæ defensionē. ff. de ope. no. nunti. l. 1. si quis ędificiū, de ferijs. l. 1. §. fi de offi. p̄sidis. l. senatusconsulto. & ad Treb. l. cū hæreditas. cū simi. Si hoc est propter defensionē rei inanimatæ, multo fortius propter defensionē animati corporis, qđ
oībus inanimatis ꝑfertur. C. de sac. san. ecc. l. sancimus. Quar
6 to expreelectione maioris boni. sicut. n. vera est † regula, ꝙ quotiens nihil sine captione inuestigari pōt, eligendum est, ꝙ minus habet captionis. ff. de re. iu. l. quotiens. & hæc vera q̄ vnūquodq; ex duobus in se bonū habet, id præferē qđ potiori bono innititur & maiori ęquitate fulcit̄. ff. de fur. l. si seruus. § qđ vero ad mandati, depositi. l. bona fides. &. C. de pac. ꝓuentis tam super dote. l. hac lege. Sed in proposito sn̄a dicētium fidantiā non posse ꝓcedi, bonū publicū cōtinet, quod in maleficiorū punitione consistit. ff. ad. l. Aqui. l. ita vulneratus, in datione aūt fidantiæ maius bonū vertit̄, qa & vindicta maleficij non remittit̄, si repertus fuerit culpabilis. & innocētia excusat. ff. de pęnis. l. absentē. ergo istud, tanḡ melius est eligendū. Et ꝑ hoc bene. C. de proc. l. exigēdi. ibi, sed multo iustius & c. Accedit. ff. de op. no. nūc. l. de pupillo. §. si qs ri-
7 uos. &. §. seq. † Quinto similitudo interdicti: bannū. n. simile est interdicto, qđ ponitur in ecclesia ꝑ sn̄am iudicantis, certos n. actus tollit, sed non oēs, sic & bannū. ff. de pęnis. l. quidam sunt serui pęnæ. bannū †
8 enim est certorū locorū interdictio. ff. de interdi. & relega. l. relegatorū. Sed interdictū in ecclesia positum, pōt per ponentē suspendi ex eā, vt extra de ap. c. constitutus. ergo & bannū. Et nō dī tolli, sed cessare, ut. C. de præsc. 30. an. l. sicut. ver. sed pupillari. &. ff. rerum. amo. l. reintegrato, & ibi no. Sexto, concessio tp̄is modici. tantus est
9 † enim fauor defensioni debitus, ut saltē ad tp̄s, licitū faciat, qđ alias illicitū esset, vt colligit̄ ex coniūctione legū, ut. ff. de iu. pat. l. adigere. de suis & legitimis. l. ab intestato. §. si quis libertam. & qui & a qui. ma. liberi non fiant. lege quæsitum. Si hoc fit alterius defensione, vt probāt iura prædicta &. ff. quorum app. non reci. lege. 1. multo fortius pro propria. ff. de postulan. l. pe. & de seruit. l. prędes. Et ad corroborationē huius ar. facit. ff. de in ius vocā. l. libertus a patrono. licita itaq; erit tēporalis fidantia, ne iustę defensionis humanitas p̄cidatur. C. de iur. fi. l. facultas. li. 10. de re mili. l. desertor. §. si ad diem.
10 & de cōnibus. l. vnus. §. cogniturum. aliqñ † ēt uocatio in ius ex parte agentis fit licita iudicis permissione, & licētia. ff. de in ius uo. l. quiq;. §. 1. multo ergo fortius eius licentia fiet licita defensio, quia fauorabilior, ut in regula iur. Septimo vī dispositio iuris expressi. nam facilior est sui ipsius defensio, q̄ accusationis ꝺ alterum prosecutio. ff. de iure fi. l. deferre. §. si
11 cōem, & l. fiscus in qōne. & l. delator. Sed † prosecutio accusationis ꝺ alium institutę, permittit̄ deportato, & interim stabit in ciuitate, vt. d. l. deferre. ver. sed eos. & de publi. iud. l. 15, qui reus, & ibi no. multo ergo fortius sui ipsius defensio, & ex hoc affidari debet, & in ciuitate tutus poterit permanere. Concludendo & determinando sic dixi. Aut iste bānitus accusatur de crimine, ex quo deberet imponi pęna relegationis, vel maior, & in quo ꝑ procuratorē se nō posset defendere, nec de iure cōi in absentē sn̄a ferri. vt. ff. de publi. iud. l. pe. § ad crimē. de procur. l. seruū quoq;. §. publice. & de pęnis. l. absentē. & hoc casu absq; dubio est fidantia ꝓcedenda, & cō
12 cessa seruanda. Quod sic † probatur: quia participium iudicij, ex ꝑsonæ inhabilitate nō habet, vt seruus. C. de iud. l. seruus, nisi per dn̄m in tali causa defendatur, & de appel. l. serui. sed impedimentū bāniti, ex ꝑsonę inhabilitate ꝓcedit. ergo &c. Et erit in ciuitate ad tp̄s de licentia iudicis, q nō posset ꝑpetuo licentiam concedere, sicut nec maritus cōstante matrimonio restituere rem dotalē. C. si cōstante matrimonio dos soluta fuerit. l. 1. & impeditur dn̄ij translatio, ut. ff. so. matr. l.
13 seruus dotalis. Secundo sic, accusatus de crimine † ex vinculis cām dicit. ff. de custo. reo. l. 2. Sed bannitus dicitur esse in vinculis, eo qđ sine pęna ꝑsonæ, in loco iudicij cōparere nō posset. ff. ex qui. cau. maio. l. succurritur. & l. in eadē. & de ver. sign. l. qui neq; sequuntur. &. l. vinculorū. trahet̄ ergo de uinculis ꝑ licentiā iudicis ꝓcedentis, ut ad ciuitatē veniat, & ad sui defensionē ꝓpareat, ēt in vinculis positus, si criminis qualitas exigat. Itē vī casus cuis multū inhæsit D. Old. ff. de po-
14 stulan. l. 1. §. remouet. vbi damnatus † de crimine capitali, qui de secundo ordine est, & pro alio postulare nō posset, pro se sic, cum lex concedat ptātem dānato de crimine capitali, ꝑ se cōparere. Contingit mirabile, quod bannitus medio tpe defenderetur per iudicem, ut non bannitus, sicut & seruum, existentē seruū, pro tempore, iudices ab obsequio seruitutis defendunt. C. communia de manumissionibus. l. 1. §. si uero vsuf. Et hoc tangitur per glo. dicto. §. remouet. & ibidem de hoc dixi. et hoc casu prēmium nullum debetur talem bannitum præsentanti, quia tacite intelligitur conditio, nisi bānitus veniat de licentia eius qui pōt licentiam veniendi concedere, & hoc siue agatur de pęna legali, siue conuentionali vt clare probatur. C. si seruus expor. ve. l. 2. credo tn̄ quod Po-
15 testas † talem bannitum affidatū in carcere detinere debeat, donec pendet accusatio contra eum, eo maxime, quia fuga ex primo crimine fecit eum suspectum, vt. ff. de suspec. tut. l. 3. §. quæri potest. ver. si aūt, ipse tutor, de custodi. reorum. l. cōsiliarios vbi de hoc dixi. Et ex hoc cessabit omnis absurditas ff. ad Sil. l. lege Cornel. §. 1. & ibi in gl. quæ incipit, quia fugerunt. Aut iste bannitus accusatur de crimine ex quo debet̄ pęna relegationis, vel infra, vel ciuiliter conuenitur. & tunc licentia de necessitate danda non est, quia, se defendere pōt per procur. ff. de mino. l. Pomp. exuli. ibi enim vult redargui Pomp. de indistincta locutione, quia dixit exuli reuerso restitutionem non dari, & non addit̄, quia per procuratorem iudicem adire potuit. quasi dicat exul duob. modis causam suam agit. Sed si iste tertius modus esset, petendo fidantiam, Vlp. defectiue dixisset. & ita incidisset in vitiū de quo reprehendit Pomp. quia debuisset hunc tertiū modum adijcere, arg. ff. de bo. libe. l. qui cū maior. l. sed & si prætorem. §. aduersus, ex quibus causis in poss. eatur. l. ad cognitionē. Et pro hoc expresse facit ff. nil no. ap. pē. l. vnica. in fi. vbi propter accusationē minoris criminis, non diferē executio maioris, & multominus propter causam ciuilē. Vnde his casib. se defendat ꝑ procu. nam & alias qs inuitus cām agit ꝑ procuratorē. C. de proc. l. neq;. & l. pen. Sed si hoc casu data est fidantia, cum
16 † dari non debuerit. an talē bannitū p̄sentanti debeat̄ p̄miū statuti, debitū præsentantibus bannitos? dic ꝙ nō, qa licet fidantia de necessitate dari nō debuerit, affidatus tn̄ decipi nō dēt auctoritate p̄toris, vt. C. de his, qui ve. ęta. impetra. l. 1. Vnde dic, aut p̄textu licentiæ vel fidantiæ quæ non tenet, vult qs res alterius habere, vel ius alterius absorobere, & nō pōt. ff. de trāsac. l. cū hj. §. si prætor. Aut ad præmium aspirare, & non pōt. C. de erroga. milita. an. l. per hanc. li. 12. ubi non cōsequitur stipendiū, q indulgētia ducis belli, abest ultra taxatū numerū. Aut vult pęnam aufugere, et in hoc prodest licētia etiā si de iure dari non debuit? vt. ff. de publi. et vecti. l. fi. § si qs professus. et l. licitatio. §. earū. cū crediderit, bona fide licētiam tenere. ff. de excusa. tuto. l. qui testō. intelligit̄ enim præmiū deberi præsentanti bannitū in causa banniti existentē, et q ut bannitus poterat tractari. ff. si qs cau. l. si qs quēquam. et l. qui aūt. et C. si seruus expor. ve. l. 2. et ibi dixi. et qa in tali bannito affidato, vera p̄sentatio non cadit, qa iam erat corā iudice. ff de iur. fi. l. edicto. circa prin. C. ad l. iul. maie. l. quicū q;. Et quod no. de falsa mo. l. 1. Et ad hoc etiā facit quod dixi. s. in quæstione banniti capti per familiam Potestatis, et supra secunda parte in qōne an conducens res vetitas cum familia potestatis, sit excusatus? Quod tamen dixi licentiam

Source : BIU Cujas

17 vel fidantiam, quæ de †iure, non tenet, excusare a pęna, intel ligo, nisi licentia esset contra ea, quæ sunt iuris quasi natura lis, vt licentia quæ daretur militi instante bello, & parato, illa enim facit pœnam imponi licentianti, & licentiato, ut C. de commeatu l. 2. lib. 12. & ibi uidetur, & pro hoc. C. de in ius voca. l. venia. & quod ibi no. Et pro prædicta determinatione & distinctione præmij, & euitationis pęnæ, bene facit. ff. de adul. l. penul. cum his quæ ibi dixi. Argumēta pulchra ad oppositam partem dictę quæstionis scilicet, ꝙ fidantia dari non debeat bannito, nec data seruari, & responsiones ad ipsam, in ipsa quæstione, habentur, quæ causa breuitatis ommitto, & de ista quęstione notaui. C. de his, qui ad ecc. confu. l. præsenti. §. cum autem monitus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia si feratur contra bannitum, cui data fuerat fidantia, si appellet, num audiatur, non obstante statuto, ꝙ bannito, ratio non reddatur.*

Quęst. XL.

1 Consequenter †quęritur alia quæstio. Si contra talem bannitum affidatum fera tur sententua super crimine, de quo accusatus est de nouo, & appellet, nunquid audietur super causa appellationis, nō obstante statuto, ꝙ bannito ratio non reddatur? D. Nicolaus Capocius, de quo .s. proxima qōne, in quadam eius qōne di-sputata, tenet quod sic, & incipit qō, statuto ciuitatis Roma næ, & eam posui. ĵ. hac eadem parte, ex quo enim affidatus est, ut ueniat ad se defendendum, species defensionis est appellatio, vt de app. per totum. & defensionis facultas non est angustanda, sed amplianda. C. de epi. & cle. l. omnis, qui. §. fi. & de iur. fi. l. facultas. li. 10. & quia excōmunicatus, cui ęquiparatur bannitus, ut not. in sti. de cap. di. §. minor. & extra de app. capitu. pastoralis, in ult. glo. auditur in causa appellat o nis. & super ea impetrare potest. non obstante excommunicatione, extra de rescrip. c. 1. lib. 6. cum ibi notatis. Alia etiam argumenta pulchra addunt in quæstione prædicta, quæ om mitto causa breuitatis, & ad ipsam quæstionem recurratur.

SVMMARIVM.

1 *Statuto si caueatur, ꝙ bannitus, non audiatur etiam in defendendo, & aliquis, cui vere contra ipsum nulla actio competebat, illum conueniat, dicēs eum sibi obligatum, ex certa causa, an audiatur volens se defendere.*

2 *Bannitis duobus, uno excipiente, an alius possit replicare. remiss.*

Quæst. XLI.

1 Item †quæro si statuto caueatur, ꝙ bannitus non audiatur etiam in defendendo. Et aliquis, cui vere cōtra ipsum nulla actio competebat, ipsum conueniat, dicendo eum sibi obligatum ex certa causa, an audiatur volens se de fendere? & uidetur ꝙ sic, quasi nō uideatur defendere, cum actori nulla actio competebat, ut. C. de trāsac. l. ubi pactum. in gl. ibi non debet exceptionem opponere, vbi de hoc dixi. Et pro hoc dixi. C de excep. l. si quidem. quod puto uerū, ubi nulla ex toto actio actori competeret, quia tunc etiam nulla facta defensione per eum, actore nihil probante absoluet, vt. C. de edendo. l. qui accusare. Sed si aliquando habuit actionem, licet sit exceptione sublata, tunc quia reus habet neces se de exceptione probare, obstaret sibi statutum, quia tunc opus esset ꝙ defensionem facetet, fin Ia. Bu. d. l. ubi pactū, in
2 fi. Et ad hoc facit qō, quam proposui †de duobus bannitis, an uno excipiente alius possit replicare, supra hac eadem parti cula, ver. Item quæro, communiter cauetur.

SMMARIVM.

1 *Bannitus petens restitutionem in integrum, num audiatur. non obstante statuto, quòd bannito agenti non fiat ratio.*

Quæst. XLII.

1 Item †quid si statuto caueatur, quod bannito agenti nō fiat ratio, aliquis bannitus petebat restitutionem in integrum, nunquid audietur, & uidetur quod sic, quasi re stitutio sit species defensionis, & quasi remissionem petat, qui fungitur partibus defensoris, & non actoris. ff. de ope. no. nunt. l. de pupillo. §. qui remissionem, cōtrarium uerum est, quia petens restitutionem, est actor. Quod patet, quia sequitur forum aduersarij, vt. C. ubi, & apud quem restitutio postuletur. l. 2. ubi de hoc dixi.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias bannitus si offendatur, an pater possit agere contra offensorem, suo nomine, non obstante statuto, ꝙ bannito non reddatur ratio.*

2 *Maritus agit pro iniuria illiata suæ vxori.*

Quæst. XLIII.

1 Quid †supposito dicto statuto, si filiusfa. bānitus offen datur, an pater possit agere contra offendentem suo nomine, & uidetur ꝙ sic, vt. ff. de iniur. l. si quis seruum. cum concor. ibi in gl. notatis. & ibi de hoc dixi, communiter tenetur oppositum propter generalitatem statuti, & ne quis auctoritate statuti decipiatur. C. de his qui ue æta. impetra. l. 1. & ad l. si quis seruum, respondetur, ꝙ ibi consensus filij im pedit solum natiuitatem actionis iniuriarum ipsi filio cōpe-tentem, nō eius quæ competit patri. Sed Statutum tollit natiuitatem cuiuslibet actionis, quæ oriretur ex iniuria bannito facta. Et pro hoc eo. tit. de iniurijs. l. lex Cor. §. illud. & qđ ibi dixi. Sed ꝙ pater agere possit, tenet Ia. But. Et dicit ita terminatum fuisse per l. 3. §. si filius. ff. quod quisque iuris. ubi de
2 hoc dixi, & eadem ratio posset fieri in marito † pro iniuria vxoris, pro qua agere potest, ut. ff. de iniur. l. 1. §. fin.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus quidam ante bannum locauerat domum suum, deinde post bannum vendidit eam, adiecto pacto ꝙ inquilinus non posset expelli ante terminum, an tale pactum valeat, stante statuto, ꝙ bannitus non possit contrahere ad sui vtilitatem.*

2 *Contractus, proprie, quid. Et quid improprie, & large. & nu. 4.*

3 *Pactum, verb. generale magis, quam contractus.*

5 *Pactum appositum contractui, an teneat, licet contractus non ualeat.*

Quæst. XLIIII.

1 Item insuper quęro, statuto cauetur ꝙ Bannitus nō possit ad sui utilitatem contrahere. †Quidam locauerat domum suam, deinde bannitus est, in banno existeus, eā vendidit, pacto appositio, ꝙ inquilinus non posset expelli an te terminum, quæritur, an tale pactum ualeat? Et uidetur ꝙ
2 non, quia † contractus proprie est, quando hincinde oritur obligatio. ff. de verbo. sig ni. l. Labeo. cum ibi notatis, sed ex isto pacto solus emptor obligatur. ergo non potest dici contractus, & sic cessant verba statuti, quæ de contractu, non de
3 pacto loquuntur. † pactum enim est magis generale nomē, q̄ contractus. ff. de pac. l. 1. §. est autem. & pro hoc, quia statu ta sunt stricti iuris, & ideo non extenduntur ad casum non expressum, & maxime in pęnis, quæ sunt molliendæ. ff de pę nis. lege. si de interpretatione. Et pro hoc, quia ex tali pacto bannitus non consequitur principaliter commodum, sed damnum euitat. Inquilinus aūt lucrum & cōmodum cōsequitur, ad quem, cum non sit bannitus, nō debet extendi pę na statuti. C. de pęnis. l. sancimus. In contrariū vī, quia in lar-
4 ga significatione † dī contractus etiam ubi ex altera tantum parte oritur obligatio. Insti. de obli. circa. fi. & ibi notatur, & hęc etiam vī fuisse mens statuti in odium bannitorum. Itē, quia contractus venditionis non tenuit obstāte statuto, nec pactum in eo insertum. C. de legibus. l. non dubium, & ff. de fideius. l. cum lex. Nec ob. adhoc. ff. de peri. & commo. rei vē.
5 l. si in uenditione, vbi uidetur, pactum † appositum in cōtractu tenere. licet contractus non teneat, qa ibi contractus nō erat ex toto inualidus, licet esset in suspenso proptet conditionem pendentem. Item, si tale pactum non ualet in perso na banniti, nec in persona inquilini. ff. de pactis. l. & heredi. §. nos aūt. Nec obstat, quod dī, ꝙ non est commodū, sed euitatio damni & incommodi, quia utilitas est ad exhi. l. Iul. §. fi. D. Gul. Accur. hanc qōnem disputauit, & est mihi octaua in qōnibus per doctores antiquos Bonon. disputatis, & terminauit pactum non ualere, cum non tenuerit principale, & p alia iura supra ad hoc adducta, & quia in effectu prodesset bannito, quia si inquilinus expelleretur, ageret contra eum ex conducto. ff. locati. l. si merces. §. 1. hoc uerum, nisi bona essent publicata, quia tunc fiscus sicut hæres teneretur inqui lino, vt. C. ad l. Iul. de vi. l. 3. & ideo tūc pactum teneret, quia non esset in utilitatem banniti, sed fisci. & uide Gandinum, uer. sed pone quæstionem, statutum est quòd bannitus, & ui de infra proxima quæstione.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus si quid piam vendiderit, & deceptus fuerit ultra dimidiam iusti pretij, deinde a banno fuit exemptus, an agere possit contra emptorem ex beneficio. l. 2. C. de rescin. vendit. & nu. 5. 6.*

2 *Catoniana regula sancit legata non confirmari ex postfacto, quæ ab initio non ualuerunt.*

3 *Codicillari non potest, qui nec testari.*

4 *Finis & exitus semper inspiciendus.*

7 *Excommunicato absoluto bona sunt restituenda.*

Quæst. XLV.

1 Sed †quid si statuto caueatur, ꝙ bannitis nō fiat ratio, & eorum querelæ & petitiones non audiantur, quidā bannitus vendidit prędia sua & deceptus fuit ultra dimidiā iusti p̄tij. deinde exemptus est, & cancellatus de banno, nunquid agere pōt contra emptorē ex beneficio. l. 2. C. de rescin.
2 ven. & vī ꝙ sic, quia licet regula † Catoniana caueatur, ꝙ legata quæ non ualent ab initio, non confirmentur. ff. de reg. Cato lege. 1. & de lega. 1. lege cætera. Hoc verum est, quādo legatū erat inutile ratione legātis vel ratione rei legatæ, vel mistim rōne legantis, & legatarij, ut dictis. ll. probatur, & C. de legatis. l. seruis. & inst. de le. §. sed si rem. legatā. Secus aūt, si deficit ratione legatarij tm̄, vt quia legatur deportato vel eius seruo. tunc enim si restituatur, conualescit legatū. ff. de le. 3. l. si deportati seruo. de do. cā mor. l. ēt. de acquir. hęre. l. si seruus, & sic exitus spectatur. sed in quæstione proposita defi ciebat exercitiū actionis ex defectu personæ bāniti tantum.

ergo

Source : BIU Cujas

ergo conualeſcere potuit per banni exemptionē & cancellationē. Si enim hoc eſt in ultimis voluntatibus, q̄ non debent eſſe in ſuſpēſo, multo magis in actibus viuentiū, qui pñt eſſe in ſuſpenſo. ff. de ſer. ruſti. prædi. l. per fundū, & cō. prę. d. l. fi. in fi. Sed ad prædicta rñderi poſſet q̄ ante q̄ cederet dies legati, legatarius factus erat capax. Secus, ſi poſt, vt eiſdē. ll. probat. In qōne aūt propoſita cēpit eſſe capax poſt diē obligationis
3 cedentis. Itē, q̄ †agere poſſit, facit. C. de p̄tra. iud. l. vnica. ff. de contrahen. emp. l. non licet, & l. qui officij. vbi inualida, durante officio, conualeſcūt eo finito, & C. ſi maior factus. l. fi. Sed rñderi poſſet, q̄ ibi ſuperuenit uoluntas expreſſa uel tacita, a lege p̄ſumpta, q̄ faciebat cōualeſcere, qđ a princ. non ualebat. Pro p̄dicta ēt opi. faciunt iura, q̄ dicūt matrimoniū, qđ non tenuit propter minorē ętatē, conualeſcere ętate perfecta. ff. de ritu. nup. l. 4. & de dona. inter vir. & vx. l. cū hic ſtatus. §. fi. ſed dici poſſet, q̄ ibi fauore matrimonij, vel q̄a ibi nō erat prohibitio rōne delicti, ſed rōne minoris ętatis. Sed in qōne noſtra in pęnā bāniti, in qua imponēda, vertit vtilitas publica. ff. de fideiuſ. l. ſi a reo. Itē vī expreſsū q̄ agere poſſit.
4 Nā †ſi deportatus facit codicillos, non ualent, q̄a non pōt teſtari. l, 1. §. hi, q. ff. de le. 3. ergo nec codicillari, vt. ff. de iu. codi cil. l. diuus. §. codicillos. de teſt. l. eius, qui. Si tū interim reſtitutus deceſſerit, confirmañt, ut eadē. l. 1. §. ſi quis plane. de le. 3. Sed rñderi poſſet, q̄ ibi erat principis confirmatio, vt ibi patet, alias nō ualerent, ut. ff. de bo. poſſ. ſm tab. l. qui ex liberis. § teſtō. & ualent ut ex nunc tm̄, ut colligi pōt ex eadē l. 1. §. 1. de le. 3. Itē illud uerū in his, q̄ pendēt ſolū a uoluntate diſponentis. Secus in his, q̄ dependent ēt a uolūtate alterius, ut. C. de actio. & ob. l. ſicut. Itē pro hac parte, q̄a ſiue tractemus de
5 †obligando, ſiue de liberādo, ſiue de delicto puniendo, ſemper inſpiciēt exitus, ſiue finis, ut ff. de iur. fi. l. 3. §. ſinaūt. de le. præſtan. p̄ tab. bonorū poſſ. petita. l. interuenit. ſi ex nox. cauſa
6 agaī. l. pe. & de pęnis. l. 1. In p̄riū, q̄a † ex forma ſtatuti potuit impune dānificari. ergo fortius in p̄ctu, cū auctoritate legis fiat, vt. C. de adult. l. Gracchus. Nec ob ſi diceret ſtatutū iniquū. & non valere, q̄a & ſi durū, tñ ſeruandū. ff. qui & a qui. l. proſpexit, & p̄ hac parte ēt facit. ff. ex qui. cauſis maior. l. ſed & ſi p̄ prætorē. §. ſed ſi dum decreto. Itē cū auctoritate ſtatuti licuerit tunc decipere, & eum dānificare. ergo nulla actio nata fuit. Ergo abſurdum eſſet, q̄ per exemptionem de banno naſceretur, quæ tunc nata non fuit, cum talis exemptio non ſit de modis inducendæ obligationis, vt. ff. de act. & obl. per totū, & maxime. l. obligationū fere. §. placet. Itē inſti. de exhære. liberorū. in prin. Et hanc partē determinādo tenuit D. Thomas piperata, qui eam Bononiæ diſputauit, & eſt mihi. 12. in qōnibus diſputatis Bonon. & incipit, continetur in ſtatuto ciuitatis Bonon. Ēt ad p̄ria pōt reſponderi, ut prædictum eſt. & prędictę rationes ſumptæ fuerunt ex notatis per Dy. extra de reg. iu. c non firmatur tractu tēporis. lib. 6. & ibi ēt per Io. An. Ad quod facit ēt, quod no. ff. de reg. iu. quod ab initio. Et eandē. opi. tenuerunt Ia. de Are. & Nico. Capocius, qui quaſi ſimilē qōnem publice diſputauit, & eſt mihi. 57. in libro magno qōnum diſputatarum, & eam poſui. j. hac eadē parte. ver. Nicolaus Capocius, & uide ēt, quod dixi ſm Gul. de cun. ff ex quibus cauſis maior. l. in eadē cauſa. ſ. an bannitus offenſus, in banno exiſtens, poſtea exemptus de banno, poſſit agere p̄ illum, qui ipſum damnificauit, & determinat q̄ non. & pro determinatione adducit de epi. & cler. l. fi. §. fi.
7 In †contrarium multum facit, quia reſtitutus recuperat bona ſua. C. de ſent. paſ. l. fi. & ff. de ver. ſign l. princeps, & abſolutio reddit illud, q̄ excommunicatio ſuſtulit. 15. q. 6. cap. nos ſanctorum. & . c. ſe. & ar. extra de ele. c. q̄a diligentia. & de mino. l. quod ſi mino. § reſtitutio. & pro hoc etiam bene facit. C. qui ad liber. perue. non poſſ. l. 1 alia tamen opinio, ut dixi, verior eſt. nam & ſi bona reſtituantur bannito, reſtituuntur in ea cauſa, in qua inueniuntur, & ſine ratione fructuum, vt C. de hæreti. auth. idem de Neſtorianis. ubi de hoc dixi. ergo ratio damnorum datorum haberi non debet, ſicut nec fructuum receptorum. Et pro hoc etiam bene faciunt ſępe allegatę. ll. C. de his, qui ad ec. confu. l. ſi ſeruus. & ut nemo priuatus titulos prædijs alienis impo. l. 2. in fi. & ad hoc eſt etiā pulchra glo. in ſimili quæſtione, in uſibus feudorum, hic finitur lex, deinde conſuetudines regni incipiunt. c. 1. in glo. quæ incipit, nunquid vaſallus, & quod not. in authen. de monachis in princi. licet in contrarium faciant notata per Inno. extra de dolo & contumacia. cap. veritatis, & extra de pęnis. cap. felicis. verſic. nota. lib. 6. & uide etiam quod not. ſupra hac eadem particula, ſecunda quæſtione, quæ eſt huic ſimilis, & vide infra proxima quæſtione, & uide Gui. verſicu. ſed pone quæſtionem de facto, in ſtatuto continetur, q̄ bannitus pro debito. verſic. ſed pone q̄ ſtatutum eſt, q̄ ſi aliquis offendat exbannitum.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio non refertur ad res alienatas, ſed ſolum ad ea, quæ ſunt integra.*

Quæſt. XLVI.

1 Per †prædicta etiam pōt ſolui alia qō. ſtatuto cauetur qđ dimidia bonorum banniti de homicidio applicetur cōi, & alia dimidia hæredibus defuncti, talis bannitus poſtea eſt exemptus, & cancellatus, de banno, nunq̄d recuperet partem applicatā hæredibus occiſi? Et vī q̄ ſic. C. de ſen. paſ. l. 1. §. fi. In p̄rium. ſ. quia reſtitutio q̄ fit ab homine, non pōt facere quod deſinat eſſe hæres. inſti. de fideicō. hær. §. reſtituta. de re. iu. l. p̄tor, de his quæ in teſt. delentur. l. 1. §. pe. & de hær. inſti. l. ei q̄ ſoluendo. nec refertur reſtitutio ad res alienatas, ſed ſolum ad ea, quę ſunt integra, vt d. l. fi. C. de ſent. paſ. ubi de hoc dixi. Et q̄ hoc bene facit. ff. de mino. l. & ſi fine. §. ſed qđ Pap. & l. quod ſi minor. §. Sceuola. &. C. de repu. hære. l. fina. Et ita obtentum, & ad hoc facit quod dixi in ſimili quęſtione. ff. de libe. & poſthu. l. Gallus. §. & quid ſi tātum. ver. tertio quærit, ſi filius, & uer. induci etiam pōt. & idem poſſet dici de officio vel honore banniti per alium occupato, an illud recuperet.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus ſi quid faciat in iudicio tempore banni, & ſic tunc non ualuit, ſi poſtmodum banno ſolutus illud ratificet, num illud ualebit tanquam nunc factum.*

2 *Libertatis fauore, multa contra ius ſunt introducta.*

3 *Iudicium actum cum excommunicato, ualet, niſi ſit de excommunicatione exceptum.*

Quæſt. XLVII.

1 Rurſus †quæro, ſi bannitus tempore bāni fecit aliqd in iudicio, & ſic tūc non ualuit, ſi poſtea exemptus de banno, illud ratificet, an ualeat tanquam nūc factū? & videtur q̄ ſic, ar. ff. de miuſto rup. & irri. teſta. l. ſi quis exheredato. §. irritum. de teſta. mili. l. tribunus. & de lega. 3. l. 1. in princ. & §. deportatos. C de his, qui non poſſunt ad libertatē peruenire. l. 1. & ff. de pęnis. l. fratres. Sed prima iura loquuntur in teſtamentis, quæ dependent a ſola uoluntate teſtātis.
2 alię duæ leges loquunt in libertate, cuius fauore, multa †cōtra ius ſunt introducta, vt. ff. de fideicom. liber. l. generaliter. §. ſi quis ſeruo. Sed q̄ non ualeat, uidetur per illud generale, quod ab initio non ualet &c. ff. de reg iur. quod ab initio. cū
3 ſimilibus, & quia † nō fuit iudicium initiatum cum perſona legitima, vt. C. qui legi. perſonam. l. 1. & 2. & qui dari tut. poſſunt. l. in uniuerſis, ſed q̄ valeat, niſi excipiatur de banno, videtur expreſſum, extra de excep. c. pia. li. 6. §. pen. ubi iudiciū actum cum excommunicato, ualet, niſi de excommunicatione ſit exceptum. Et quia non eſt error expreſſus in proceſſu, quia non dicebatur in proceſſu, q̄ eſſet bannitus, & idē vī tenere. C. qñ prouo. non eſt ne. l. 1. &. ff. de ap. recip. l. 2. Secus ſi foret expreſſus, vt. ff. quę ſen. ſine app. reſcin. l. 1. la de Are. Cō muniter vidi teneri, q̄ proceſſus non teneat, nec ratificari poſſit, per iura ad hoc adducta, & unde infra uerſi. quæro etiā, quando debeat opponi in quæſtione ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas an ex ſe, non exiſtente ſtatuto, poſſit præmium promittere preſentanti bannitum, vel malefactorem, & edictum vel proclamationem ſuper hoc facere. & nu. 2.*

3 *Statuto ſtante, q̄ præmium detur nuntianti malefactorem, nec ſit expreſſum, unde illud ſit accipiendum, unde ſit pendendum.*

Quæſtio. XLVIII.

1 Item †colligit Dyn. ff. ad ſil. l. lege Cornelia. §. ex hoc edicto. in fin. q̄ ſi ex forma ſtatuti debeatur præmium aliquod præſentanti bānitum, q̄ dimidia præmij debet eſſe fiſci, & dimidia præſentantis. Contrarium tamen no. ff. de iu riſdic. omnium iudic. l. ſi. quis id quod in princi. Et ita ſeruatur, q̄ totum detur præſentāti, & uide ſupra ſecunda parte, uer. poſtea quærit, eo. ti. ver. item pone, ſtatuto cauetur. Sed
2 an †poteſtas ex ſe non exiſtente ſtatuto poſſit præmium promittere preſentanti bannitum uel malefactorem, & edictū uel proclamationem ſuper hoc facere, ſicut ſępe uidi fieri, communiter tenetur q̄ ſic. & allegatur. C. qui non poſſ. ad liber. perue. l. 2. & glo. ibi poſita. ff. de cuſto. reorum. l. ſi in eos, in fi. & de re mili. l. non omnes. §. fi. & C. ex quibus cauſis ſerui, pro præmio acci. libertatem. l. 1. & 2. & ff. de iuſti. & iur. l. 1. ibi præmiorum exhortatione &c. Sed quia hic non determinat ex quibus bonis ſiue denarijs debeat iſtud præmium ſolui, dic q̄ dominus Bart. in ſimili ſcilicet quando eſſet cautū
3 ſtatuto †de præmio dando denuntianti malefactorem, nec eſſet expreſſum, unde deberet ſolui, dicit q̄ primo debet ſolui de bonis malefactoris, his deficientibus de bonis eius, ad cuius utilitatem fit vindicta, his deficientibus debet ſolui de publico. hic uero ipſe in l. lege. ff. ad ſenatuſconſul. ſyll. argu. ipſius legis quod bene notaui.

SVMMARIVM.

1 *Bannum in quo continetur quod Titij hæredes ſint in banno, an ualeat, & numero 4.*

2 *Exhæredari quis debet nominatim.*

3 *Excommunicari quis debet nominatim.*

Source : BIU Cujas

5 *Banni exceptio, an obsit, si quis agat suo nomine, non autem tanquam hęres.*

Quæst. XLIX.

1 Vidi †etiã dubitari de ista materia bãnitorũ, si appareat bannũ, in quo continetur, ꝙ hæredes Titij sint in banno an tale bannũ valeat? Et vr̃ ꝙ non, quia nominatim
2 debet quis exhęredari. † insti. de exhæredatione liberorũ. §. nominatim. & ff. de libe. & posthu. l. 2. & l. nominatim. & qa
3 nominatim debet qs† excõicari, extra de offi. ordi. c. 2. & ibi in gl. & 6. q. 3. c. excellentissimus. ergo & banniri. alias sñia bã ni vr̃ inualida tanꝝ incerta, ut. C. de sent. quæ sine certa quanti. per totũ In ꝺrium facit, dicto ti. de exhæred. liberorũ inst. §. masculos. & ff. de iniusto. rup. irr. testa. l. 3. §. nominatum, de liber. & posthu. l. Titius. & l. nominatim, cum multis iuribus ibi per me allegatis pro & cõtra. & si cer. pe l. certum. Quidã
4 †dicunt, aut constat ex aliqua parte actorum, qui sint hæredes, & tunc valet, vt. ff. de re iud l. in summa, & l. ait prætor. §. si iudex. & C. de sent. quę sine certa quanti. l. 2. & C. qui testa. facere possunt. l. hac cõsultissima, circa prin. cum his quę ibi
5 no. & dixi. Sed nunquid obstat exceptio †banni, ẽt si agat suo nomine, non tanꝝ hæres? vr̃ ꝙ non, per argumentum. de tan quam. ff. ad Orfici. l. pater. §. qui duos. & C. de dolo. l 1. In con trarium est, extra de immunita. eccle. c. aduersus. ſ. fin. la.

S V M M A R I V M.

1 *Bannitus si est hæres non banniti, & agat, sicut hæres, an obstet exceptio banni. Et quid econtra nu. 2.*

3 *Bannum, est pœna contumaciæ, quæ finitur morte criminosi.*

Quæst. L.

1 Sed †quid si bannitus est hæres non banniti, & agat sicut hęres, nunquid obstet sibi exceptio bãni, videtur ꝙ non, vt consequatur per alium, quod per se habere nõ posset l. Aristo. & ad l. Cor. de falsis. l. 1. §. 1. contrarium obtinuit, ꝙ obstet sibi exceptio ex sua persona in iure postea quæsito. ff. de condi. inde. l. si non sortem. §. si filius. ad Macedo. l. sed Iul.
2 §. 1. rerum amo. l. & ideo &. C. de dolo. l. 1. Quid econtra, † si non bannitus succedat bãnito, & agat nomine hæreditario, nunquid obstabit sibi exceptio, & uidetur ꝙ sic, vt. ff. de reg. iur. l. in his. §. non debeo. de acqui. pos. l. vitia. cum similibus.
3 Alij contra quia bannum est† pęna contumacię, ut ex superioribus pater. vnde non transit ad heredes, sed morte crimi nosi finitur. ff. de pęnis. l. si pena. de requi. reis. l. 1. §. fi. & C. ex delic. defunc. l. vnica. vbi de hoc dixi, sicut nec priuilegium transit ad hæredes. ff. de reg. iur. l. priuilegia. de pactis. l. idem §. personale. & de serui. rust. prę. l. pecoris. Iaco. de Are. Hanc ultimam opin. vidi seruari. & pro hoc C. si reus vel accusator mortuus fuerit, per totum, & si pen. ap. mors. interuenerit, & vide supra uer. Item, quærit ipse Gandinus, si aliquis ac cusatus. & uide infra hac eadem particula, ver. Nico. Capocius in tertio articulo suę quęstionis.

S V M M A R I V M.

1 *Bannito an quis possit ex citatione facta ad domum.*

2 *Domus, verb. quo modo in iure accipiendum.*

Quæst. LI.

1 Sed †nunquid ex citatione facta ad domum, possit quis banniri? videtur ꝙ sic. ff. de liber. agno. l. 1. quod vi aut clam. l. aliter. §. 2. Contra uidetur, ꝙ non, quia istud bannum est pęna contumaciæ, arg. ff. de ventre inspici. l. 1. §. quid ergo, & si quis iudi. non obtem. l. 1. cum si. Sed contumax dici non posset, qui est ignorans. ff. locati. l. si ignorans, de actio. & obli. l. ex maleficijs. & C. de tabular l. generali. lib. 10. & ui detur expressum. ff. quæ sent. sine ap. rescin. l. 1. §. Item ex edicto, & quia vox pręconis paucis innotescit. C. quomodo, & quando iudex. authen. qui semel. non ergo debuit banniri, sed potius bona annotari, vel missio fieri, vt. ff. de requiren.
2 reis. per totum. & de in ius voc. l. pleriq;. & l. satisq;. De† consuetudine seruatur, ꝙ sufficiat ad domum citatio, intelligẽdo domum, in qua cum familia habitat. ff. de dam. infec. l. 4. §. totiens, vbi de hoc dixi. & d. l. 1. de liber. agno. & de verbo. significa. l. in lege censoria. dummodo ipsius personæ prędecessit inquisitio, & reperta non fuerit, quia subsidiaria est citatio ad domũ, ut d. l. 1. & d. §. totiens. & extra de dolo, c. cãm, quę. & de eo, qui mittitur in pos. causa rei seruandæ. c. fin. & ibi de hoc plene per Innocen. & ad hoc. C. de annali ex l. vt perfectius, & uide in Gandino de citationibus. §. sed nũquid sufficit, si citatio fuerit facta ad domum.

S V M M A R I V M.

1 *Defensio an bannito sit deneganda, Statuto stante, ꝙ bannito ius non reddatur.*

2 *Seruo etiam permittitur sua defensio. Et quid in hæreticis, & eorum fautoribus.*

Excommunicatus, est membrum diaboli, nec tamen ex eo illi denegatur defensio.

4 *Bannitus an possit testes contra se productos de falso accusare, & contra eos de falso excipere.*

Quęst. LII.

1 Sed †si statuto caueatur, ꝙ bannito non reddatur ius. nũ quid ẽt defensio sibi denegatur, vr̃ ꝙ sic, quia statutũ indistincte loquitur, ergo indistincte seruandum est, de publiciana. l. de ꝓtio licet per quã durũ. ff. qui & a quibus. l. pro spexit. & de testamen. mili. l. quod constitutũ. & quia iudex non debet esse maior lege, in authen. de iudi. §. oportet. C. ne sanctũ baptisma reiteretur. l. fi. & ad l. Iul. de vi. l. seruos. Sed dic contra, argu. ff. de in ius voca. l libertus. nam & seruo per.
2 mittitur† sua defensio. ff. de ap l. seruum. de pęnis. si non defendatur, & arg. C. de nox. l. quotiens, idem in hęreticis & eo rum fautoribus, qui nõ agunt, sed alijs respondere tenentur & per consequens se defendunt. C. de hæreticis. auth. creden
3 tes. & †excommunicato, qui est membrũ diaboli, & cui ęqui paratur bannitus, non denegatur defensio, extra de iud. c. in tellexi mus. & de except. cum inter. R priorem. cum ibi nota tis per Inno. & alios. Et hoc est quod dicebatur, ꝙ diabolo nõ est denegãda defensio, & sic potius mens statuti, ꝙ verba seruentur. ff. de iure patro l. adigere. §. quãuis. & de exc. tut. l. sci re. §. 2. & pęna potius molliatur, quam asperetur. ff. de pęnis. l. de interpretatione. hoc dominus Aldermãdinus de mera-
4 batibus doctor † Paduanus, tenuit etiam ꝙ bannitus testes contra se productos, potest de falso accusare, & contra eos de falso excipere, & incipit, quæstio contra Seium.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum, ꝙ bannitus non audiatur etiam ad defensionem, an ualeat.*

2 *Defensio etiam non petenti danda.*

3 *Vim vi repellere omnes leges & omnia iura permittunt.*

4 *Appellatio in multis causis & criminibus tollitur.*

5 *Defensio, cuius sit iuris, disting.*

6 *Contumax fugitiuus quandoq; habetur pro confesso, quãdoq; pro suspecto.*

Quæst. LIII.

1 Sed †quid si verbis statuti expresse caueatur, ꝙ bannitus
a non audiatur ẽt ad defensionem. [a] nũquid valeat ta le statutũ, & non audietur se defendere uolens? Et primo vr̃, ꝙ tale statutũ non ualeat, quia defensio est de iure naturali, ut habetur expresse in clemen. de re iudi. c. pastoralis. §. pen. ergo per statutũ tolli non põt. vt Insti. de iure naturali, gentiũ, & ciuili. §. sed naturalia. Itẽ pro hoc, qa in defensionibus copia large præstanda est. C. de epi. & cle. l. omnes, qui vbiq;. §. in hac vbi de hoc dixi. & ff. de custo. reorũ. l. diuus. 2. & pro hoc bene. C. de bo. vacan. l. fi. li. 10. ibi, data copia reclamãdi, & de iure fisci. l. facultas. eo. li. & bene. ff. de qõnibus. l. unius facinoris. §. cogniturum. ibi, quocunq; tpe postulante rõne,
2 defensionẽ negari non conuenit, imo† ẽt non petẽti dari debet defensio, seu terminus defensionis. ff. de re milita. l deser torem. §. si ad diẽ. absurdũ enim videtur, ꝙ actore impugnante, reo defensionis copia denegetur, extra de exce. c. cũ inter. R. priorẽ. & ibi de hoc in gl. & per Inno. & ideo dici solet, ꝙ diabolo non est deneganda defensio, ut no. per Hosti. in d. c. cũ inter. R. idest excõicato, qui est membrum diaboli. vt eo. tit. de excep. c. pia. li. 6. & dixi. ſ. proxima. q. Item pro hoc, quia sicut permissa est defensio vnicuiq; de iure naturali, contra extra iudicialem violentiam, vt. ff. de iustitia & iur. l. vt vim.
3 nam† vim vi repellere, oẽs leges & omnia iura permittũt. ff. ad leg. Aquil. l. sciẽtiam. §. qui cum aliter, adeo ꝙ etiã brutis animalibus hoc conceditur, ut. ff. si quadrupes pauperiem fe cisse dicatur. l. 1. §. cum arietes. fic & aduersus violentiã iudi cialem dari debet defensio. ff. de iniu. l. nec magistratibus. ad leg. Aquil. l. quemadmodum. §. magistratus. extra de restitu. spoli. c. conquerente. & d. l. facultas. C. de iure fisci. li. 10. & l. prohibitum. & sic non uidetur valere statutum prædictum Dominus Gabriel de Oselletis, subtilis doctor, in quodã suo tractatu de fama, versi. sed ponatur, ꝙ in statuto cauetur. vbi de hoc subtiliter tractat, finaliter tenet, tale statutũ ualere, & pro eius opinione facit, quia appellatio est species defen-
4 sionis, & tamen† in multis casibus & criminibus tollitur appellatio, vt. C. quorum app. non recipiantur per totum, &. ff. de ap. recipiendis, uel non. Item pro hoc uidetur expressum, qa multa iura expresse concedunt reos, puniri, nulla data defensione, vt. C. de sic. l. fi. in fi. de adult. in adul. de falsa moneta. l. 2. & de fideiuss. l. sancimus. ibi: sine defensione facienda, cum similibus. & sic videtur tale statutum ualere, & sic com muniter seruatur. Et idem dici potest de statuto, per quod procedi potest ad tormenta, nulla data defensione. Nob ob. ꝙ dictum est defensionem esse de iure naturali, quia verum
5 †est de defensione extraiudiciali & manuali, quia quis extra iudicium potest se defendere, vt probant iura ad hoc allegata

ADDITIO.

a ¶Defensionem Adde hic ꝙ defensio non potest allegari, quando respondetur inquisitioni, stante statuto, ꝙ debeat responderi simpliciter, licet possit proba ri in processu Bal. & doc. & Pet. de su. in l. iubemus. C. de appel. sed Bal in l. 1. C. de ędil. dicit valere responsionem,, ꝙ fecit ad sui defensionem, stante. d. sta tuto, Et tradit ibi Bal. ꝙ iudice mãdante cogitur exprimere modũ defensionis.

Source : BIU Cujas

gata, cum moderamine tñ inculpatæ tutelæ, vt.C.vñ vi.l.1. Sed defensio iudicialis, quæ debet dari reo petenti, vel ēt nō petenti, vt prędictum est, non est de iure naturali, sed de iure ciuili, ut probāt iura ad hoc allegata. Vnde sicut in certis casibus denegatur & tollitur per ius cōe, ut prædixi, ita tolli potest per ius municipale, & hæc opinio licet dura, vbiq; seruatur, & idē potest dici de statuto, ꝙ quis habeatur pro cōfesso
6 de crimine, propter eius contumaciam. nam † & contumax fugitiuus, de iure communi quandoq; habetur pro cōfesso, & quandoque pro suspecto, de quo plene dixi. C.de assesso l consiliarios, & bene per Gabrielem de Oselletis, suo tractatu de fama. ver. sed ponatur, quòd in statuto caueatur.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus ob maleficium captus, an statim de maleficio sit puniendus, nulla sibi defensione data. distinc. nu. 24.*
3 *Fugiens effracto carcere, habetur pro confesso & conuicto de criminibus, quorum nomine erat incarceratus.*
5 *Lex municipalis derogat iuri communi.*
6 *Iudex pœnam commutare & mitigare potest ex causa.*

Quæst. LIIII.

1 Quæro †ergo aliam qōnē, an bannitus de maleficio, captus statim debeat puniri de maleficio, nul
a la sibi data defensione: a an vero audiri debeat uolens se super maleficio defendere: Et ꝙ audiri debeat, bene facit. C.de epi. & cle. l. raptores. ibi, post legitimas & iuri cognitas probationes &c. ubi colligit ꝙ executio fieri non debeat, nisi p ꝓbationes ꝓincatur de maleficio, & ibi de hoc dixi, & pro hoc ēt bene facit, & vī expressum. ff. de custo. reo. l. diuus, vbi ēt de hoc dixi, ſm Dy. & ꝓ hoc ēt. C.de his, q̄ latrones. l. 2. ubi senatores uel clarissimi. l. 3. circa mediū. ibi, ne quas ante probationes, iniurias &c. & de hoc tangitur per D. Gui. de suza. in suis qōnibus statutorum, mihi ver. sed pone qōnem, aliqs est requisitus, & eadem qō est in qōnibus D. Mart. de Fano p Galeotum, in margarita, de accu. circa fi. ver. sed pone qōnē de facto, accusatus fuit Titius. & bene facit qđ no. per Gand. quid sit agendum reo absente per contumaciam, & tit. seq. in prin. & plenius de pęnis, percussionibus, & insultu. ver. sed pone qōnem, aliquis fuit accusatus, & ver. seq. & in Spec. de accu. § sequitur. in prine. & versi. sed pone. A fuit accusatus.
2 & eſt verum,†ꝙ illa confirmatio diſponit. Sed in pręcedenti materia conſidera. Quandoq;.n. confirmatio p̄cedit actū, qñq; actus p̄cedit confirmationē. primo caſu aut tpe confirmationis poterit actus geri,& tunc inſpicitur tps confirmationis,vt.ff.de hære.inſti. l.aſſe toto, & nō poterat tunc geri, ſed qñ actus fit,& tunc inſpicitur actus fientis, vt l.tribunus. §.fi de mili.teſt.Secundo caſu,aut cōfirmatio dat eſſe rei,& inſpicitur tps confirmationis,ut.ff.de leg.3.l.1.§.ſi filius.ff.de teſta.mili.l.cū filius. aut ꝯfirmatio non dat eſſe, ſed fit ad bñ eſſe, & inſpicitur tps ordinationis primę. In caſu aūt qōnis, virtus effecta ſtat in coſimatione,tanq̄ in concluſione eſſentiali, & iō qđ procedit eum, iritū eſt,de quo per Bald. in l.ex
3 placito.C.de re.permu.circa med. Statutum ille† q ꝯfirmat ſtatuta futura,intelligitur confirmare ēt ſtatuta pñtia, cum eorum effectus dirigatur ēt in futurū. hoc dixit Bal.ar.l Plau
4 tius,de iure codi.†vbi verbū ſuturi tpis aſſumit ſibi ſignifica tionē p̄teriti dependentis a ꝯfirmatione facta facit.l.cū tale. §.falſam.de cōdi.& demō ſm Bar.& idē no.Dy.ff.de ver.ſig. l.verbum erit. &.l. verbum oportebit. Bald. in d. l. Plautius. Statutum.cōmiſſum eſt cuidā per ſuperiorē, ꝙ reuideat ſtatuta cuiuſdam caſtri cum poteſtate confirmandi & infirmā di.iſte examinatis ſtatutis quędā detrahit de illis, & de alijs nihil dixit,nunquid alia videatur confirmare, & vī ꝙ non, quia detractio non confirmat,ut l.legata inutiliter.ver.& di uerſum.ff.de le.1.Dy.dicit contrarium, quia detractio in q-buſdam,vī cętera cōfirmare,ut l.tribunus.§.ult.de teſt. mil. debet tñ conſtare,quod iſte reuiſor ſtatuta omnino examinauerit,nam ea,quæ non eſſent examinata, non vī cōfirma re,ſm Dy. & ex hoc habes,an ſtatuta non reprobata uideantur per ſuperiorē tacite approbata.Bal.in l.legata. inutiliter.
5 Statuta † confirmata, videntur confirmari in his tñ,in quibus loquuntur ante confirmationem,hoc dicit Bal.in l.more maiorum.in gl.ibi confirmari.de iuriſ.om.iu.& alle.l. Aurelius.§.teſto.ff.de li.leg. & ibi tractat plene materiam brocardicam,utrum cōfirmans uideatur dare. ubi ſic diſtinguit ſm Cy.in lec. Aut actus,qui confirmatur erat omnino nullus,& tunc qui confirmat,vī dare,ut.ff.de adop.l.adoptio nō iure facta.ff.de leg.1.l.legata inutiſt.de mili.teſt.l.tribu.§.vl. Aut actus erat aliquis,ſed non perfectus,tunc ille,qui cōfirmat,vī dare,ſed non ſolus,ut in auth de defen. ciui.§.ſed interim.Aut actus erat aliquis,& perfectus, & tunc aut confir mans non habebat ptātem ꝯfirmandi,& nō vī dare,ſed exequi.ff.de le.2.l.vnū ex familia.§.1. Aut habebat ptātem confirmandi,& tunc refert,aut confirmat actū eſſentialē, & tūc dare vī,ut l.lege obuenire. ff.de ver.ſi & ibi no.Aut ꝯfirmat tantum,quo ad exercitium, & tunc non vī dare,quia confir matio non reſpicit eſſentialia,ſm Cy. in lec. quę verba dicit Bal.ſunt multum notanda.la.Bu.aliter dicit in d.l.more maiorum.& in l.legitima.ff.de pac.vbi dicit, ꝙ aut cōfirmatur actus tribuendo robur ipſi actui, & tunc denominatio fit a confirmato, &non confirmante,vt l.legitima.ff.de pac.Aut non addendo robur facto,ſed inducēdo occaſione ipſius facti aliquod ius,& tunc denominatio fit a confirmante.C.de dona.l.ſi quis argentum,& faciunt ad quæſtionem de tu.teſta.vtrum dicatur teſtamentarius,uel datiuus, de qno plene per Bal.in d.l.more maiorum. C.de iur. om.iu. Statuta facta ſunt duo contraria diuerſis temporibus, deinde fuerunt confirmata eodem tempore,cum alijs,quęritur vtrum iſtorum valet,& dicit Gui.de ſuz. ꝙ neutrū horū valet qa repugnāt in l.ubi repugnanria.de re.iu.& ita conſiderauit tps cōfirmationis,non tps compoſitionis.Dy.tenuit ꝟrium,quia ſi conſi deratur tempus confirmationis, & ſic ultimum ualet,ar.l.cō ficiuntur.§.miles.de iure codi.per Dy.de hoc per Cyn. in l.2. C.de teſta.tu.Bald. in d.§.ſi miles.de iure codicil.

SVMMARIVM.

1 *Statuto concedente arbitrium officiali,an vnuſquiſque officialis.cui datum eſt arbitrium,poſſit confiſcare.*
2 *Arbitrio dato alicui iudici contra ludentes ad taxillos,an per hoc is poſſit confiſcare bona ludentium.*
3 *Præcepta & banna Iudicum in ęre & perſona, non tenent, niſi ſint tales Iudices,qui iſtud poſſint ex plenitudine ſuæ poteſtatis.*

1 **Confiſcare.** Statutum † concedit arbitrium offi-
ciali,modo quæritur, an vnuſquiſq; officialis,cui datum eſt arbitrium,poſſit confiſcare, & Bald. exordiendo altius materiam ponit,quando eſt locus cōfiſcationi, & quis iudex poſſit confiſcare & dicit,diſtingue, ꝙ aliquando veniunt bona confiſcanda principaliter,& per ſe ex diſpoſitione legis.Exemplū in illo,qui contrahit inceſtas nuptias,ut in auth de inceſt.nup.in prin.quia ex ipſo contractu incurrit penā,ꝙ omnia bona debeant confiſcari,& tunc iſta talis confiſcatio poteſt fieri per quemlibet iudicem competentem,licet nō ſit de ſummis magiſtratibus, ut no. ſm vnā lecturam.ff.man l.ſi tibi mandauero. §.is cuius bona. Quandoq; bona veniunt confiſcanda in ſequentiam,puta in conſequentiam deportationis,& tunc ille demum poteſt confiſcare,qui poteſt deportare,& non alius, ut l.illicitas.§.q vniuerſas.ff.de offi preſi.& de lega.1.l.1.§ a præfectis.Quandoq; lex non ſtatuit de confiſcatione bonorum, ſed iudex ex officio,quod habet in extraordinarijs criminibus,vt l.1.§. expilatores.ff.de effracto.Vel etiam ordinarie per accuſationē, ut. l.omnia de pęnis.vult omnia bona delinquentis confiſcare, quaſi hoc poſſit ex arbitrio ut in.§.pęna grauior, & tunc dici debet,ꝙ non pōt, niſi ſit de ſummis magiſtratibus. Ita loquitur l.vnica.C.ne ſine iuſ.prin.certis iudicibus liceat confiſcare, vel niſi conſulto & permittēte principe,& ita loquitur.d.l.vnica.cum rubr.ita dicit Azo.in ſumma Odof.& Cy. & infert Bal.ad quæſtionem propoſitam. Nam ſi quidem arbitrium conceditur poteſtati per ſtatutū, quod eſt puta Peruſij ſummus magiſtratus,& poſſet bona oia confiſcare.Si aūt arbitriū concederet inferiori iudici, hoc nō poſſet niſi ꝯſultis,& permittentibus regiminibus huius ciuitatis Peruſij, & ſic arbitriū gñale eſt magis liberum, qñ ꝯcedit maiori iudici,q̄ qñ ꝯcedit minori. Vñ ponamus, qñ alicui iudici ſit datum

Source : BIU Cujas

2 tum †arbitrium ꝫ ludentes ad taxillos, an per hoc posset cõfiscare bona ludentium: certe non, per d.l.vnicã. qa arbitriũ intelligitur secundũ dignitatem eius qui concedit. ff. de vsu.
3 & habi l.plenum. §. equitij. Ex prædictis dicunt doc. q̃ † p̃cepta & banna iudicũ, qui dicunt in ære & persona, non tenẽt, nisi sint tales iudices, qui hoc possint ex plenitudine potestatis suæ: vt d.l.j. & tunc requireretur etiam causæ cognitio. C. comm. vel epi. l. programma, De hoc no. in authẽ. de armis. circa me. Bald. in d.l vnica. C. ne sine iussu princi.

SVMMARIVM.

1 *Statutum procedens ex coniectura, recipit probationem in contrarium quando lex transit in coniecturam.*

1 **Coniectura.** Statutum † procedens ex coniectura recipit probationem in contrarium, quando lex transit in coniecturam, secus si coniectura transeat in legẽ. nã appellatur præsumptio iuris, & de iure: vt. C. de dona. ante nup. auth. sed iã necesse. Bal. in l. fi. de her. insti.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio ordinaria, requirit territorium: delegata minus.*
2 *Inquisitores hereticę prauitatis, an sint ordinarij, an delegati.*

1 **Committere.** Statutum † dicit committimus tali fratri minori causas fideicõmissorũ. vtrũ in dubio censeatur ordinarius vel delegatus, effectus est q̃ expirationẽ cõmissionis. Itẽ q̃ modo appellandi. & dicit Pet. q̃ si illa cõmissio est perpetua, intelligit ordinarius. si temporalis, censet delegatus. Iac. But. alibi dicit, q̃ aut princeps assignat territorium, & tunc intelligitur cõmittere q̃ modũ iurisdictionis ordinarię: vt. ff. de offi. præsi. in l.j. §. cũ orbẽ. Aut non assignat territoriũ, & tunc per modũ delegati. Rõ, dicit ipse, qa iurisdictio ordinaria requirit territoriũ, delegata non: vt. l. vlti. C. vbi & abud quos. qđ est verũ ſm
2 Bal. & ex hoc apparet † vtrũ inquisitores hĩrice prauitatis, sint
a ordinarij vel delegati [a]. & intellige p̃dicta, q̃ cõmittit vniuersitas cautarũ. nã si nõ cõmittitur per modũ vniuersitatis, semper esset delegatus: vt. l.j. in fi. C. qui pro sua iurisdictione Bal. in l. more maiorũ. in glo. ibi a principe. ff. de iur. om. iud.

ADDITIO

a ¶ Vel delegati. Adde hic quod episcopus debet habere iurisdictionem ordinariam in hæreticos. inquisitor vero prauitatis hæreticæ delegatam vt Not. Car. in cle. j. in 2. op. de hæret. & in §. & quia in 2 quæſtione

SVMMARIVM.

1 *Ad habitationem vel possessionem continuam probandam, non est necesse probare singula temporum momenta.*
2 *Perinde, dictio, quid notet & significat.*

1 **Comitatenses, comitatini.** Statutum siue † constitutio dictat, q̃ comitatiui recepti ad ciuilitatẽ, nõ habeãt beneficium ciuilitatis. nisi cõtinue habitauerint ciuitatem. modo quidã de receptis, citatus, aliquãtulum se absentauit & latitauit metu prætoris, q̃ritur an p̃ hoc intelligat interrupta q̃tinua habitatio. & dic q̃ non, per l. si quis ita. ff. de cond. & dem. vbi mater dr̃ stare cũ filio, licet non stet cum eo quo libet momẽto, si tñ plurimum stat cum eo. & per illam l. probatur, ad p̃bandũ q̃tinuã habitationẽ, vel continuã possessionẽ, nõ est necesse p̃bare singula temporum momẽta: sed sufficit p̃bare, q̃ p̃ maiori parte tẽporis, & p̃batis extremitatibus, & aliquibus medijs temporibus, cẽsetur plene p̃batũ de q̃tinua habitatione, vel de q̃tinua possessione & ita p̃bat d.l si quis ita. quę facit melius quã alia, quę sit in iure. & facit. ff. de ma. testa. l. Meuia. & ibi per Dy. Bal. in d.l. si quis ita.
2 Statutũ dicit, q̃ † comitatenses q̃ soluũt scẽam impositã, habeantur perinde ac si soluissent primã, vt ad partẽ ciuilitatis redacti videantur: & sint, & pariter ferant grauamina. certe illa dictio, perinde, omnimodã & p̃fectã similitudinẽ, & totalẽ iuris idẽtitatẽ denotat: & iõ statutũ ĩ vno, ĩtelligit statutũ in alio hoc nor. Bal. in l. sed si lex. §. sed si inde. ff. de pe. her.

SVMMARIVM.

1 *Clericis coram iudice seculari non est licita comparitio, nec possibilis prorogatio.*
2 *Iurisdictionis defectus, semper ipso iure potest opponi, etiam si statutum vel constitutio dictaret, quòd non posset opponi de sententiæ nullitate.*
3 *Exemptus citatus, num teneatur comparere, adeo quòd si non comparet, processus habitus contra eum, teneat.*

1 **Comparere.** Statutũ † vel cõstitutio eccl'ię dictat q̃ nõ cõparẽs ponat in bãno. & habeat p̃ p̃fesso. mõ qdã cleric⁹ fuit citatus p̃ iudicẽ secularẽ, & tãq̃ q̃tumax posit⁹ fuit ĩ bãno, & habitus p̃ q̃fesso ſm formã statuti vel q̃stõnis eccl'iæ, & tandẽ diffinitiue q̃dẽnatus: a qua snĩa nõ appellauit. demũ captus est p̃ iudicẽ secularẽ, qui vult eũ decapitare, ſm formã q̃demnationis. dicit ipse: Domine, processus vr̃ ipso iure nullus: qa ego erã clericus. ecce instr̃m clericatus. rñdit iudex: tu debuisti ipsum allegare. nam hoc erat incertum & rõne incertitudinis tenuit iudicium: vt l. si quis ex aliena. ff. de iudi. respondeo dicit Bald. veritas est, q̃ illa allegatio procedit, quia reddit iudicium retro nullum ex defectu iurisdictionis, vt no. C. de epis. & cler. auth. statuimus Item quia clericis coram iudice seculari nõ est licita comparitio nec possibilis prorogatio, vt extra de foro compe. c. si diligenti. Item quia ipso iure sunt exempti, vnde nõ est necessaria allegatio hominis vt l. generaliter. de epis. & cler. Item quia defectus iurisdictionis qñ deficit † iurisdi-
2 ctio, ipso iure semper põt opponi, ẽt si statutum vel constitutio dictaret, q̃ non posset opponi, de nullitate snĩæ, vt not. in c. 1. de seq. poss. & fru. in cle. vbi est gl. sing. Pro illa parte ẽt determinat Spe. & est ipsa veritas. hoc dixit Bal. ar. eorum, quæ no. per Pet. in d.l. gñaliter. in prima opi. vbi ipse dixit. nunquid exemptus citatus teneatur † comparere, adeo q̃ si non com-
3 paret, teneat processus habitus contra eum, & doc. dixerunt si dubitatur. an sit exemptus vel non, tunc tenetur venire, priuilegium suum allegaturus. Si autem scitur, q̃ sit exemptus, tunc non tenetur venire, vt ff. si quis in ius voc. non. ie. l. 2. rõ dr̃iæ est, quia in dubio præsumitur pro iudice. Vnde dicit Inn. in c. p̃terea. de dila. & qñ est dubiũ, an valeat citatio, semper citatus tenetur comparere propter authoritatem citantis, sed quando est citatus, & citatio est nulla, non tenetur comparere, nec p̃ potest reputari contumax ille, qui non tenetur comparere coram iudice, nec potest haberi pro confesso. Ad hoc. ff. de in ius vo. l. q̃nis. per Gui. ff. ne quis eum. l. 1. §. Ossilius. & l. sed si eximendi. §. fi. & extra de re. iu. c. pastoralis. in cle. & dicit Pe. q̃ isti, qui dñt q̃ in dubio tenetur quis ꝫ parere, nimis, indistincte loquuntur. nam dẽt subdistingu, aut sunt ipso iure exempti, & non tenentur comparere in iudicio, illo casu, vt d.l. gñaliter. Aut non exempti ipso iure, sed ope exceptionis, & tunc tenẽtur comparere, & bñficium exceptionis allegare, alias non prodest eis, nisi allegetur, vt d.l. scire oportet. §. sufficit. de exc. tut. Bal. in d.l. scire oportet. ibi ponitur, nũqd sit necesse allegare cõsuetudinẽ, & in effectu tenet q̃ nõ. de quo plenissime p̃ ipsum p̃allegata. l. gñaliter.

SVMMARIVM.

1 *Statutum arctans quem generaliter ad compromittendum, operatur, q̃ pater possit compromittere sine decreto, rem filij.*
2 *Causa & decretum requiruntur in tutore transigente, in patre nequaquam.*
3 *Statuto, q̃ causæ compromittantur, non est satisfactum, ante quam quæstio sit finita, quamuis semel, bis ve, sit compromissum.*

1 **Compromittere.** Statutum † arctãs quem generaliter ad compromittẽdum, operatur q̃ pater possit compromittere sine decreto, rem filij, vt no Azo. in sum. C. de bo. quę lib. & non reperitur alibi. & quia ipsa necessitas compromittendi probabilem facit conuentionem, vt l. qui potuerit. ff. de ma. test. & ar. ff. de
2 fideicomm. liber. l. cum fideicommissum. Bal. in l. de re. ff. de transac. ubi dicitur, q̃ † in tutore transigente, requiritur causa, & decretum, quod secus est in patre Bal. ibi. Statutum, q̃ inter patrem & filium debeat fieri cõpromissum, si est soluta adoptio, cessat statutum, & consumpta est qualitas. Bal in
3 l. affinitatis. C. communia de suc. Stat. de † compromissis, s. q̃ causa compromittatur, certe nõ est satisfactum statuto per primum compromissum, nisi sit quæstio finita, alias debet iterum compromitti, quia adhuc uendicat locum ratio statuti, quæ est ut lites finiantur & sic non ob. ff. de uer. sig. l. boues. §. hoc sermone ſm Ray. qui hoc dixit. argum. l. fideicommissa. §. si quis decem. de leg. 3. Bal. in l. si quis decem.

SVMMARIVM.

1 *Lex & statutum admittunt interpretationem prudentum, causa vitandæ absurditatis.*
2 *Correctio semper attribuenda est legi, quæ posterior est in corpore legum.*
3 *Statutum si in aliqua parte inueniatur correctum, standum est in illa parte in qua nihil immutatum inuenitur.*

Corrigere. Statutum non est uerisimile, q̃ seipsum corrigat sicut nec eadem lex, non est ue-
1 risimile † quod seipsam corrigat. & causa euitandæ contrarietatis admittur interpretatio prudentum. de quo per Bal. in l. si duo. C. ad macedo. Stat. posterius semper uidetur corrigere quod præcedit. hoc dixit Bald. argument. gloss. quæ incipit, imo, ibi posteriora. authent bona damnatorum. C. de
2 bon. damnat. ubi dicit Bald. quod † uirtus correctiua semper attribui legi, quæ est posterior in corpore iuris, uel in uolumine legum uel statutorum. facit ad not. in l. 3. C. de testament. tutor. & ibi per Cyn. Bal. in dicta l. bona damnatorum
3 Statutum † si reperitur in aliqua parte correctum, standum est in illa parte, in qua nil inuenitur immutatum. hoc tenet Bal. per. l. tribunus. §. 1. de mi te. & arg. l. mil. codi. §. miles castrensium de mi. testa. Bal. in d. §. miles.

SVMMARIVM.

1 *Statutum est, quod mulier non possit contrahere sine præsentia duorum consanguineorum ex parte patris, si eos habuerit, si autem ex parte matris, habet vnum tantum ex parte patris, an requirantur duo ex parte matris, vel unus vtrinque sufficiat.*

Statu-

Source : BIU Cujas

2 *Statutum faciens mentionem de conſanguineis comprehẽdit omnes ex qua cunque linea coniunctos ex communi vſu loquendi.*
3 *Conſilium & authoritas, virorum proprie eſt, & non mulierum.*
4 *Statutum loquens de præſentia coniunctorum, an comprehendat pupillos.*

1 **Conſanguinei, coniuncti.** Statu. ꝙ mulier nõ poſſit ꝫhere ſine præſentia duorum cõſanguineorũ, ex parte pris, ſi eos habuerit, & ſi non habuerit ex parte patris, habeat ex parte matris, modo iſta ex parte partis hẽt vnũ tm̃, an requiruntur duo ex parte matris, an ſufficiat vnus ex parte, patris & alius ex parte matris, & certe ſufficit ſecundum Bar. quia intelligitur ſi habuerit, i quatenus non habuerit, ſm Bar. qđ tene menti. hoc tenet Bal. ar. l. Stichum, qui meus erit. de le. 1.
2 Stat. faciens mentionem† de conſanguineis comprehendit oẽs ex quacunq; linea coniunctos, ſm cõem vſum loquẽdi ſm Bar. ſed Bal. dicit, tu a ciuili ſignificatione non diſcedas, niſi probarerur in iudicio de illo vſu cõmuni loquendi. hoc dicit Bal. in l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acq. here. Statutum, quod requirit citationem coniunctorum abſentium vel eorum præſentiam, certe tunc abſentes ſunt citandi, & citati expectandi, & quicquid fieret interim, eſſet irritum ipſo iure, vt notatur in c. vbi periculum. in gl. no. extra de elec. li. 6. Bal. in l. 1. C. qui admi. ad bon. poſſ. Statu. quod loquitur de coniunctis in maſculino genere, an ſint citandæ fẽminæ coniunctæ, tenet quod non comprehendat fœminam, arg.
3 C. de reſt. tu. l. 1. quia† conſilium & authoritas proprie eſt uirorum & non mulierum. ff. ad Tert. l. quidam decedens. §. papinianus, & quia ſi ſtatutum facit eam inhabilem in ſtatuto ſuo, non dẽt authorari in alieno, vt C. de legi. tu. l. fi. non ob. quod no. in c. indemnitatibus. in fi. de ele. li. 6. in gl. quæ incipit, puta, religioſi, quia per prædicta vī ei reſponſum. Bal in l. 1. C. qui admit. Statutum quoddam requirit conſenſum cõſanguineorum. modo quidam conſentiunt, & quidam ꝺdicunt. tenet quod iudex arbitrabitur. C. de nup. l. 1. & l. viduæ.
4 in l. 2. C. qui admit. Statutum, quod† loquitur de præſentia coniunctorum, an intelligatur de pupillis, vī ꝙ ſic. ff. de arb. l. diem. §. coram. In contrarium videtur, argum. l. vltimæ. C. de leg. tut. vel ſaltem debeant eſſe adulti. nam cum eorum præſentia requiratur, redacti ſunt ad inſtar teſtium ergo impuberes repellũtur propter lubricum conſilij. ff. de teſti. l. 3. §. l. Iul. Bal. in l. 1. in fi. C. qui admit. Statutum quod requirit preſentiam &c. an eos qui nolunt vel non poſſunt conſtituere procuratorem comprehendat, tenet quod non, arg. l. 2. C. de his, qui veni. ẽta. impe Bal. in l. 1. C. qui admit.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quod mulier non poſſit contrahere re ſine conſenſu proximioris propinqui, non includit maritum.*
2 *Statuto ſtante, quod mulier non poſſit adire ſine conſenſu duorum conſanguineorum, adiuit ſine conſenſu, poſtea illi ratificant. an illa ratificatio vim conſenſus habeat, confirmetque additionem.*
3 *Poſt, dictio poſt negationem poſita neceſſitatem ſignificat.*
4 *Statuto ſtante, ꝙ in contractibus minorum, exigatur propinquorum conſenſus, iuramento renuntiari non poteſt.*
5 *Patris conſenſus in vltima voluntate, ſuper contractu filij, an ſufficiat.*
6 *Statuto dicẽte, quod filius poſſit teſtari patre conſentiente, requiritur conſenſus tempore teſtamenti, nec ſufficit ratihabitio.*
7 *Matrimonium contrahere ſine patris conſenſu eſt contra bonos mores omnium, maxime prudentum, & inducit odium capitale.*
8 *Eccleſia libera eſt, & iugum non patitur.*
9 *Compromiſſum nudo pacto, quod dicatur.*
10 *Preſentia ſine contradictoine, conſenſum.*

1 **Conſenſus.** Statutum† ꝙ mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu proximioris ꝓpinqui, non includit maritum, & ideo ſi non habet propinquos, cum ſtatutum ſeruari non poſſit, ſeruabitur ius commune. Bald. in l. 1. C. vnde vir. & vx. Statutum, quod dicit, ſine conſenſu propinquorum. ſi non habet niſi vnum, requiritur illius conſenſus, argum. de verb. ſign l. non eſt ſine liberis & ar. ff. de le. 1. l. Stichum, qui meus erit. Bal. in l. 1. C. unde ui. & ux. Stat. ꝙ vxor ſine conſenſu viri &c. conſuluit, ꝙ ſi vult vxor inſtituere uirum, ꝙ uir renuntiat iuri conſentiendi, ꝙ põt, cum ſit introductum in fauorem uiri, argum. notatorũ. C. de teſti. l. 2. & eadem ad cautelam conſentiat, ut ff. de ma. uind. l. ſi pater. in fi. uel ſaltem de facto obſeruetur tenor ſtatuti. de uerbo. oblig. l. quidam cum filium. non ob. l. 1. in fi. ff. de auth. tut. quia ibi loquitur in authoritate, quæ exigitur fauore tertij, i. minoris. & ideo non poteſt ei tutor renuntiari, in caſu autem noſtro uī factum ſtatutum in fauorem uiri, argu. legis. 2. l. cum pater. §. libertis. Bal. in l. 1. C. unde uir & ux.
2 Statuto† cauetur, ꝙ mulier non poſſit adire ſine ꝫſenſu duorũ conſanguineorũ, mulier adiuit ſine conſenſu. poſtea ratificãt cõſanguinei, an iſti ex ſubſequenti cõſenſu ꝫfirmenet additionẽ, tenet ꝙ q̃dã ſunt de forma; & quædã ante formã. quædam præter formam, & quædam ſunt, quæ ſequũtur formam. & exemplificat in electionibus, & breuiter dicit in caſu propoſito, ꝙ conſenſus cõſanguineorum eſt de forma, & ideo non tenet, niſi fiat ante actum, vel antequã diuertatur ad extraneos actus: qa vñr ineſſe, per l. lecta. ff. ſi cer. peta. & c. de identitatibus. §. ſi autem nulla. de elec. lib. vj. Nec obſt. de iurepa. c. cura. vbi conſenſus extraneus, extra perſonã, actum principaliter gerentem, poteſt ſequi, quia ibi loquitur in cõſenſu confirmatorio ſeu approbatorio. Quæſtio q̃rit de formali, hoc ẽt patet ex vi vocabuli: qa conſenſus dī ſimul ſenſus. ff. de act. & obli. l. conſenſu. & no. de ſac. ſan. ecc. l. illud. & de pac. l. j. Idem ſi ſtatutum requireret conſilium, tñ iſtud ꝓprie non eſt de forma: quia põt interuenire ante factum: ſed poſt factum nihil operatur. de elec. c. cũ in veteri. de ar. ca. cũ olim. ne ſede vacam c. j. Idem, ſi diceret de præſentia. nam licet ratihabitio repreſentaret ad ſenſum, non tñ repreſentaret præſentiam corporalem. Idem, ſi fieret mẽtio authoritatis, nõ põt poſt actũ interponi: vt not. in c. dudum. de rebus eccle. lib. vj. Idem, ſi fieret mentio de licentia: qa ex vi ſermonis dẽt præcedere ad actum: vt. C. de ſac. ſan. eccl. l. j & cõfir-
3 mãtur. prædicta quia dictio poſt, poſt† negationẽ, poſita, neceſſitatem ſignificat. vnde. aliter actus geri non poteſt. vt no. in c j. de regulis iuris. lib. vj. in ſecunda glo. & facit. C. de iure fiſ. l. certa forma. lib. 10. & C. ne lice. ha. metro. in rubro & ni. & C. de commea. l. j. lib. 12 & quod not. de bon. quæ lib. l. cũ non ſolum §. neceſsitate. cum ſi. & adde quod not. in l. j. §. ſi plures. per Bar. ff. de admi. tuto. l. Titium & Meuium. in prin. Bal. in l. j. C. qui admit. ad bono. poſſeſ. poſ. Statutum vt in cõ-
4 tractibus† minorum exigatur conſenſus propinquorum, eſt æquiſſimum quibus ſtatutis etiam cum iuramento renũtiari nõ poteſt: vt plene no. Barto in l. ſi quis pro eo. ff. de fide iuſ. & dicit Bald. ſe dixiſſe. C. de le. l. non dubium. de quo per ipſum in l. 2. C. de reſcin. ven. vbi tractat materiam iuramenti minorum, & multa vtilia vltra ea quæ dixit in repe. Statu-
5 tum† dicit, ꝙ non valet contractus minoris. 25. ann. ſine conſenſu patris. dicit Bal. ego tradidi tale conſilium, ꝙ licet ſtatutum dicat vt ſupra, tñ ad validandum cõtractum ſufficit conſenſus patris, præſtitus in vltima voluntate. & hoc dixit ex eo, quod dicit Cyn. in l. ſi pater. C. de ſpõ. in verbo: contumeliæ, ac ſanguinis. vbi dicit Cy. no. ex illo verbo, ꝙ illud qđ operatur voluntas patris, eo viuo, operatur eo mortuo. & dicit ſe dixiſſe ꝓꝓ hoc quod ſupra ſecus ſi ſtatutũ diceret: ſine præſentia patris. vt. ff. de autho. tu. l. j. in fi. & ratio eſt. qa mortuus non dicitur intereſſe, vt l. multa. ff. de condi. & demon.
6 de quo per Bal. in l. ſi pater. C. de ſponſalibus. Statutũ, † quod filius poſsit teſtari conſentiente patre, requiritur conſenſus tempore teſtamenti, nec ſufficit ratihabitio: vt not C. de bo. quæ libe. l cum non ſolum. §. neceſſitate. Barto. in l. ſi vxor.
7 de condi inſer. Statutum † qđ punit ꝫhentem matrimoniũ cum filiofamilias ſine ꝫſenſu patris, valet qa ꝫhere ſine conſenſu patris eſt ꝫ bonos mores omnium & maxime prudentum, & inducit odium capitale: vt l. 3. §. ſi emancipatus. ff. de contrarab. quod valet ſtatutũ. non quia vetat ſubſtantiam matrimonij, hoc enim non põt facere niſi Papa: ſed quia punit malos mores, & in republica facinora ſeminantes. Non idẽ dicit eſſe dicẽdum in prælatorũ electionibus, vel præſen-
8 tationibus patronorũ, qa† eccleſia libera eſt, & iugum non patitur, vt no. in auth. de nõ alie. §. j. in gl. quæ incipit. ſ. dederunt. & iõ non tenent ſtatuta, q̃ metum incutiunt, qa terribiles metus, non ſolũ in armis, ſed in ſtatutis ꝫſiſtũt, vt no. Cy. in l. cũ te. C. qđ me. cau. Quinimo ſtatutũ, qđ ſemper loquit, ſemper terret, & ꝫtinuũ infert metũ. & hoc tenet. Bal. licet Inno. diſputauerit in c. ſtatutũ de hære. vbi tñ dicit, ꝙ nonvalet. Bal. C. ad Tertul. l. oẽm in fi. Statutũ ꝙ mulier non poſsit eſſe in iudicio ſine conſenſu munualdi, ſi mulier ſine eo ſit in iudicio habetur ac ſi non eſſet. pro quo facit de fideicom. liber. l. non tantum. §. ſi non iuſta. & vide per Bal. in l. cũ non
9 ſolum. §. neceſsitate. de bo. quæ libe. Statutum eſt† ꝙ filiusfamilias non poſsit ſe obligare ſine conſenſu patris. Aliud ſtatutum eſt, ꝙ oẽs cauſæ debeant cõpromitti, nunquid filiusfa. poterit compromittere ſine conſenſu patris, tenet ꝙ ſic, qa ſtatutum de cõpromiſsis eſt magis ſpeciale. Itẽ qa cõpromiſſum poteſt fieri his verbis, cõpromittimus in talẽ, nulla obligatione intercedente, ſicut mandatũ & ꝓrogatio iuriſdictionis. & hoc eſt, qđ vocatur cõpromiſſum nudo pacto vt. C. de pac l. pe. Bal. in l. cũ nõ ſolũ. §. neceſsitate de bo. quæ
10 lib. Statutũ† ꝙ mulier nõ poſsit teſtari ſine voluntate cõſanguineorũ, ſufficit eorũ ꝑſentia, ſine ꝺdictione, dato ꝙ non interueniat ꝙſenſus expreſſus. In ꝙriũ facit l. j in fi. de autho. tu. Itẽ facit in ꝺriũ tex. l. 2. §. voluntatẽ aũt. ff. ſol. mat. nã ille text. dicit: ꝙ eſt fictus & imaginarius conſenſus. ſed verba ſtatuti ſunt de actu vero, non de actu ficto, ęquiparando reſcriptum & ſtatutum. ergo &c probatur in l. fi. C. de his, qui ve. æta. impe. Bald. in d. l. 2. §. voluntatem. ff. ſolut. matrimo.

SVM-

Source : BIU Cujas

Baldi Perusini De Statutis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum dicat, quod de causa standum est sapientis consilio, Iudex exmisit consilium, & antequam cõsilium redderet, recessit an expiret commissio.*

1 **Consilium.** Statutum dicit † ꝙ de causa debeat stari consilio sapientis modo iudex exmisit consilium, & antequam cõsilium redderet, recessit, an expirat commissio, certe consilium commissum tempore prẽcessoris potest reddi successori, nec expirat commissio. quia est de actis causæ. hoc no. Bald. in l. si ex causa. §. si ex facto. ff. de mino. Statutum vbi requirit consilium sapientis, tacite videtur ad vlteriora procedere, ꝙ consilio prætermisso, sententia sit ipso iure nulla. quod intelligendum est de diffinitione causæ, non de interlocutorijs, vt not. in l. j. §. quod in sententijs. ff. qñ appel. sit. & est ratio, quia vbicũque est prius, & posterius, ibi est ordo. sed consilium est prius, quam ꝯsiliatũ. Item est datus ordo iudicij, ergo &c. vt l. prolatã. C. de sen. Item est ordo ponderosus, quia vbi consiliũ ibi salus. ut l. nõ dubium. de diuort. item qa potest cõsilium trahere iudicem ad suam sententiã, vt de arbi. l. sicuti. multofortius si statutũ diceret, ꝙ esset pronuntiandũ ſm ꝯsilium. qa tunc cõsilium est cã tam naturalis, q̃ formalis, sine qua nulla res subsistit. vt ff. ad exhiben. l. Iul. nõ ob. de admi. tu. l. Titium & Meuiũ. qa in officio tutoris, ꝙ hẽt in se formã & ordinẽ naturalẽ. Bald. in l. vna. C. ne liceat in vna eademque causa prouocare.

SVMMARIVM.

1 *Statutum faciens mentionem de conscientia Iudicis, quomodo sit accipiendum*

2 *Conscientiæ alicuius si quid committatur a statuto, num possit de malitia vel imperitia quæri.*

1 **Conscientia.** Statutum faciens mãtionem de cõsciẽtia iudicis, sufficit † quod iudex audiat & intelligat, licet non approbet verbis expressis, vt l. omniu m. de testa. & facit ad statutum, ꝙ absolutiones non possint fieri, nisi de iudicis conscientia, vt. C. de accu. l. fi. Bal.
2 in l. nemo. C. de sententijs. Statutum † committit aliquid cõ scientię, nunquid potest de malitia vel imperitia queri, dic quod non, in his, quę sunt parui præiudicij. secus, si sunt magni præiudicij, vt no. in c. j. de iure pa. in cle. vbi est gl. sing. de quo per Bald. in l. j. C. de reb. credi.

SVMMARIVM.

1 *Statutum vel consuetudo potest inducere, quòd vnus consortum nequeat vendere partem suam, altero irrequisito.*

2 *Vindicare se per alium non licet, etiam si manu propria id posset.*

3 *Statutum quòd consortes teneantur pro consorte delinquente, an tolerandum.*

4 *Socius criminosi, non punitur, nisi fuerit socius criminis.*

1 **Consortes.** Statutum † vel consuetudo põt inducere, qđ vnus ꝯsortum altero irrequisito non possit vendere partẽ suã, vt extra de restit. in integ. c. cõstitutus. secus si nõ reperitur statutũ vel cõsuetudo, qa vnus ꝯsortũ altero irrequisito põt vendere partẽ suã, vt l. j. C. cõi diui. cui concordãt. C. de ꝯhen. emp. l. dudũ. de quo p Bal. in d. l. j. in j. no Statutum siue consuetudo est in ciuitate Florẽtiæ, qđ si vnus ꝯsortũ vendit domũ in ꝯsortoria, ꝙ alteri cõsorti statim acquirit ius redimẽdi. ꝯ. anuũ, vt extra de resti. in integ. c. constitutus. mõ q̃rit, nunquid illud ius põt alteri cedere. & dixit Pe. in l. ad officiũ C. cõi diui. ꝙ non, qa in cessionario cessat rõ statuti, quia rõ statuti est, ne res exeat de gñe. sed tũc exiret de genere, vt. ff. de le. 2. l. cũ pater. §. libertis. qđ verũ credo, dicit Bal. qa rõ personę cohęrens, facit, ꝯsuetudi
2 nẽ personalẽ. sicut dicimus in simili, qđ † qs põt se vendicare manu ꝓpria, nõ tñ põt per aliũ, qñ ratio proxima personę cohæret, vt no. in l. cũ fundũ. de vi & vi ar. ita dico in casu ꝓpositio. est & alia rõ, qa qui alteri cedit, similiter facit ꝯ statutũ. & iõ non ꝓdest sibi statutũ, vt d. §. libertis. qđ no de quo per
3 Bal. in d. l. ad officium. C. cõi diui. Statutum † qđ consortes teneant ꝓ ꝯsorte delinquente, est iniquũ, ꝯ ius ciuile, & diuinũ. põt tñ tolerari, qa licet non sit in culpa, tñ subest cã, qua magis a delictis abstinemus, vt no. Dy. in c. sine culpa. de reg. iur. li. vj. & intellige de pęna pecuniaria, non de corporali. qa illud statutũ non teneret, nec de iure diuino nec humano. hoc dicit Bal. ar. l. sancimus. C. de pę. vbi solum delinquenti nõ eius ꝓpinquis familiarib⁹ vel notis, est pęna criminis imponẽda. & addit Bal. in quodã notabili super verbo, societas
4 ꝙ † socius criminosi nõ punit, si nõ est socius criminis. qđ est notandũ ad. q. si duo sunt, q vadãt vagando, & vnus deliquit, tñ alter non tenetur, qa licet sit socius criminosus, tñ non fuit socius criminis siue in crimiue. Bal. in d. l. sancimus.

SVMMARIVM.

1 *Locus contractus an spectandus, vbi agitur ad distractum.*

2 *Restitutio dotis, videtur esse vniformis in quolibet loco, ratione vniformis promissionis & solutionis celebratę,*

Consuetudo. Statutum siue cõsuetudo est in loco ꝯctus, qđ vir lucretur totã dotẽ. in loco domicilij viri est statutũ siue cõsu. qđ vir lucretur tertiam partem vxore præmortua sine liberis, & directe dicit Bal. ista est prima consuetudo Florentiæ, secunda est Perusij. modo quæritur quæ consuetudo inspiciatur in dote reddenda, dicunt quidam ꝙ aut fuit celebratus ꝯctus promissionis, & tunc loquitur. l. exigere dotem. ff. de iudi. vbi quantũ ad repetitionem dotis mulier sequitur forum viri, non locum ꝯctus, & sic inspicitur domiciliũ viri, & q̃tũ ad forum, & q̃tũ ad decisionem causæ. nam ideo consideratur locus ꝯctus, qa agitur de distractu. & in hoc fundatur. d. l. exigere. Aut loquimur de promissione dotis, & restitutionis fiendæ mulieri, qa tunc tm̃ inspiceretur locus promissionis. nam tunc ex eadẽ
1 promissione agitur. facit de bo. auth. iu. pos. l. 3. & dixit Bald. no. † quod vbi agitur ad distractum, non inspicitur locus ꝯctus & ſm hoc. l. exigere. vult quod restitutio dotis non petatur in loco promissionis factæ viro, sed bene petetur in loco promissionis dotis promissę restitui mulieri Facit ad istud. ff. de condi. inde. l. qui loco certo. & l. 2. C. vbi & apud quos. In ꝯrium facit. ff. de iudi. l. si vxor. & subdit Bal. qđ alij indistincte dicunt quod inspicitur locus domicilij viri, quia hoc tacite videtur actum, & dicit quod est casus. d. l. exigere. & ita per d. l. tenet Ar. 12. d. capit. primo, idem tenet Bartol. in d. l. exigere. & in l. cunctos populos. C. de sum. trin. post ꝯctum ꝓmissionis vr̃ ꝯctus factus restitutionis, vt. C. de rei vxo. ac. l. 1. in prin. & ar. C. de pac. conuen. l. ex morte. in fi. & tñ hẽt locũ d. l. exigere. sed tunc quærit. Bald. quid si instr̃m dotale diceret, quod promisit dotem restituere tam in loco ꝯctus, ꝙ domicilij, & alibi in quacunq; parte terrarum, quæ consuetudo inspicietur. tunc, & vr̃ quod non inspiciatur aliqua consuetudo. sed ius cõe, quia restitutio vr̃ † esse vniformis in quo
2 libet loco, rõne vniformis ꝓmissionis & solutionis celebratæ. ar. ff. de ser. rusti. præ. l. pen. In ꝯrium vr̃, quod inspiciatur locus, quem mulier seu pars mulieris elegit in agendo, arg. ff. de eo quod cer. lo. non vtiq;. dicit Bal. Ego credo, quod inspiciatur domicilium viri, quia tacite vr̃ esse promissum ſm illam consuetudinem, vt d. l. exigere, ex interpretatione illius. l. cui non intelligo renuntiatum per verba generalia. cõsuetudo ergo domicilij viri limitat restitutionẽ dotis, vbicũque petatur, per d. l. & adde. & vide quod no. in Spe. de sent. §. qualiter. ver. item pone. Bal. in dl. exigere.

SVMMARIVM.

1 *Statuto prohibente contrahi cum filijs famil. sine patris licentia, si minor contrahat cum filiosam. ope restitutionis, potior erit minoris conditio.*

2 *Statutum disponens ꝙ maior. 17. annis, non restituatur, est contra ius commune, & ideo non porrigitur ad contractus factos extra territorium, nisi nominatim dicatur.*

3 *Statutum, ꝙ contractus mulierum sine consensu duorum consanguineorum, non valeat, quomodo sit intelligendum.*

4 *Locatio, appellatur contractus innominatus, quando nõinteruenit pecunia.*

5 *Statuto dicente, ꝙ minor non possit contrahere sine consensu duorum propinquorum, alter consentit, alter dissentit, quid iuris.*

6 *Statutum ꝙ in contractibus minorum requiratur consensus propinquorum, de quibus propinquis accipiendum.*

7 *Statutum loquens de consanguineis & propinquis adhibendis contractibus minorum vel mulierum, ætatem non distinguit, sed consilium spectat.*

8 *Statuto prohibente mulierem contrahere sine præsentia propinquorum, an prohibita sit & conuentio, etiam adliberandum.*

9 *Statutum ꝙ non valet contractus mulierum sine insinuatione, an habeat locum in simplici liberatione.*

10 *Vendens rem meam, an præsumatur vendere nomine meo, vel suo potius.*

11 *Vendens rem simpliciter, intelligitur vendere iure proprio.*

1 **Contrahere, contractus.** Statutum prohibet cõtrahi cũ filijsam. sine licentia patris, certe si minor contrahit cum filiofamilias, ope restitutionis erit potior conditio minoris. Hoc dicit Bal. in l. si ex causa. §. plane. ff. de mino. vbi priuilegium rõne ætatis præponderat beneficio Macedoniani, rõ est quia beneficium Macedo. est inductum in odium. quod odium amouetur ope restitutionis. vt ibidem per Bald. Statutum dicit, quod maior. 17. annis, non restituatur. certe cum sit contra ius cõe, non porrigetur ad ꝯctus factos extra terri-
2 torium, † nisi nominatim dicatur, quod est notandum. & facit ad statutum gabellę contractuum quod est sing. ꝯ ius cõe, ut nõ porrigatur ad contractus factos ex̃ territorium, nisi ex presse dicatur, & iudex dẽt seruare statuta, quæ iurauit, & nõ ius cõe. Facit de condic. inde. l. qui certo loco, & l. 2. C. vbi & apud quos. & de iudi. l. exigere dotem. l. 1. C. quæ sit lon. consuetud. & quod not. in l. cunctos populos. C. de sum. trinit. & vide gloss. in l. arbiter. ff. de eo, quod cer. lo. secundũ. Bal. ibi Statutum quod requirit certas personas adesse contractui mulieris & minoris, non ideo præsumeretur eorum interessentia. vt C, vnde legi. l. non ob hoc. Bald. in l. 2. C. de leg. hęr.
3 Stat. † quod non valeant contractus mulierum sine cõsensu duorũ consanguineorũ, dẽt intelligi de proximiorib. si sunt idonei

Source : BIU Cujas

idonei,vel de proximis ꝓst cos,si primi nō sunt idonei,& sic gradatim, ꝙ per hoc statutū ꝓximis quædā cura inūgit, & ideo intelligitur ſm ordinē charitatis,& hoc ar.l.fi.C.de leg.
4 Statutum†vel consuetudo dat nomen ℈ctui,puta ℈ctus coptumi vel afflictus,modo quæritur,an rōne ꝙsuetudinis vulgi dicatur ℈ctus nominatus,certe.l.diffinit quod est ℈ctus innoīatus. unde locatio ubi nō interuenit pecunia, appellatur ℈ctus innominatus,ut ff. de p̄scr.verſ.l.naturalis. §.at cū do. & ideo dicit Bar.quod illa nō sunt noīa ℈ctuū nominatorū, ſed sunt q̄dā noīa materialiter posita,nisi statutū exp̄sse expo neret, quod talis ℈ctus esset ℈ctus innoīatus,ſm Bar. de quo per Bald.in auth.eo decursum.C.de dona. ante nup.†Stat.di-
5 cit,quod minor non possit ℈here sine consensu duorum propinquorum, modo iste minor vult facere quendam ℈ctum valde vtilem.vnus vult consentire, alter dissentire, quis erit modus,rn̄deo,iudex pōt cogere illum ad consentiēdum. ar. ff de le.1.l hmōi. §.fi.& si ille prius patiatur se decoriari, quā velit consentire,iudex interueniet, & supplebit eius vicem, vt l.1.C.de nup.& eo.tit.l.viduæ,& l.bonorum.C.qui admit. & l.ſi infanti.de iure do.l. profectitia.in princ.& credo quod ſit bonum,quod iūdex interloquendo illum declaret esse ſuſpectū,& in loco ſuſpecti & remoti index interponat decretum ſuum, arg. l.ſi quis ſub conditione. ff.de testam. tut.de quo perBald. in l.1. C.de nup.ar. d.l.Statutum dicit,quod in
6 ℈ctib. minorum requiratur consensus propinquorum.† certe intelligitur de propinquis non ſuſpectis,qui procurāt propria commoda potius,q̄ cōmoda minoris,ar.& exēplo.l.viduæ.C.de nup.& facit ad l.lex.1. C.vbi pu. edu. de.de quo per Bal.in d.l.uiduæ.Stat.dicit,in ℈ctib.minorū p̄re carētiū requratur cōsensus matris, & duorū ꝓximiorū ꝙsanguineorum, nec ultra, ꝓcedit. modo minor mortua matre ℈hit cum cōsensu propinquorū, & iurat vel ēt ſine iur̄o in casibus in gb. cōsistit obligatio,nec iudex interponit decretū.Certe iſte ℈ctus valet.nam statutum, quod loquitur de cōsensu matris, dēt intelligi,ſi m̄ extat.mortua aūt matre,non est m̄.& idē esse ēt vr̄,ſi ſit ita in partib.remotis,q̄d ꝑiculoſa ſit eius expectatio minori,ſed ſi m̄ est mortua,requiritur cōsensus ꝓpinquorum & iudicis. aduerte iſtud est in hac.l. quia lex ſic ſtatuit.& hanc formam tradit.Secus,ſi lex vltra nō procederet. v.g.in ſtatuto prædicto.per l.in coniunctione.C.de nup.Statutum † dicit, ꝙ non valeat ℈ctus mulierum ſine consensu
7 duorum conſanguineorum,ex parte p̄ris,& ſi nō hēt ex parte p̄ris, tunc ex parte m̄ris,mō illa non hēt niſi vnū ꝙsanguineum, ex parte p̄ris,& alium ex patte m̄ris. Quæriiur an valeat ℈ctus cum consensu duorum eorum,rn̄deo,ſic,vt ff. de le. 1.l. Stichum.qui meus erit.& ibi per Bar. & quærit quid ſi iſti dēnt consentire,ſed pro vtilitate nolunt consentire,an illa puella poterit appellare, & deferre poteſtatē ad iudicē ad quē,dicit Bar.ꝙ ſic in l.fi.de appel.reci. Itē pone,q̄d illa puella non hēt cōſanguineos maiores, ſed minores diſcretos, & capaces conſilij, nunquid iſtis conſentientib' ſatisfactum ſit formæ ſtatuti,& est ar.ꝙ ſic quia ſtatutum nō diſtinguit circa ętatem,arg. ff.de man.vin.l. ſi patri. in fi. & hoc in adultis. quid ſi ſunt pupilli, vr̄ ꝙ eorum conſenſus nō valeat ſine authoritate tutorum,quia non dicuntur præſentes,vt. ff.de ar. l.diē proferre. §.coram.ar. C.de fal.mo.l.1.in fi Bal.in l.in coniunctione.C. de nup.adde quod ponit in l. 1.in fi. C.qui admi. vbi idē dixit quaſi ad literam. licet hic non faciat mentionē.
8 Stat.†prohibet mulieri ℈here ſine pręſentia propinquorum certe intēlligitur prohibita oīs cōuētio ēt ad liberādū.renūtiatio aūt ſimplex,non intelligitur ꝓhibita, quia aliud est renūtiare, aliud ℈here.Itē ſimplex conſenſus non intelligit ꝓhibitus, quia aliud est conſentire aliud contrahere. de quo dixit ſe dixiſſe in l.1. C.de pa.& hēmus tex.no.in l.ſi p̄. §.fi.ff. de manu.vin.Bal.in rubri. C.de pact.vbi dixit, quod gn̄aliter omne pactum est ℈ctus, etiam ſi ad diſtractum ordinetur, vt no.in l.1.in magna gloſſ.ff.de act.& obl.& uide in l.1. §.conuentio.ff. de pac.Bal.in d.rub.Stat.vel ℈stō, ꝙ nō valet†℈ctus
9 mulierū ſine inſinuatione, nō hēt locū in ſimplici liberatione,licet ℈riū possit argui,ꝑ gl.ordi.q̄ est in l.3.§.quid ergo.de ℈.iu.tu.& ar. C.de præd.mino.l.ſi ad reſoluendū,ꝙ ſtatuta q̄ requirūt actus vel ſcripturā in certis ℈ctib. exorbitant a iure cōi,& merito,ſunt ad proprios terminos reſtringenda,& nō amplianda,niſi quatenus virtus ſermonis patitur ipſius ſtatuti,& ex hoc dicit Bal. ꝙ conſuluit, ꝙ dictum est in princi.de quo ꝑ eū in l. ſiue apud acta.in prin.C. de tranſa.Stat.dicit, ꝙ mulieres non possint contrahere ſine conſenſu propinquorum certe talis conſenſus non est immediata cauſa tranſlationis dominij, quia non possunt coniuncti vel affines tranſferre dominium ſed est cauſa habilitans perſonam transferentis.Item nihil aliud operatur ille conſenſus, ut patet per
10 l.mater tua.C.de rei ven.ubi Bal. dicit quod†ſi quis vendit rē meam,an præſumatur uēdere noīe ſuo,uel meo,est ſic diſtinguendum,ſi uendit rem tanq̄,meam ut̄ uendere noīe meo, Si autem vendit tanq̄ ſuam vel ſimpliciter ſine dn̄ij cōmemoratione,intelligitur vēdere tanq̄ rem propriam,vt. ff.de neg.geſt.l.ab vno.& C.fa.erciſ.argu.l.in fatuiliæ.ſm Bart.q̄d
11 est notabile.q̄d†oīs,q̄ ſimpliciter vendit, intelligit vendere iure ꝓprio,& non iure libellarij,nec emphyteotico iure,nec tanquam rem alterius. facit.ff.loc.l.ſi quis domum.§.penul. & ff.de ac.emp.l.j.§.fi.& in l.ideo. in prin.de quo per Bald. in d.l.mater tua. C.de tei ven.in fi.Statutum dicit, ꝙ ℈ctus factus a maiore 18.annis,valeat,nec vltra,diſponit,certe ꝙ habeat locum reſti.in integ.ſi minor est lęſus.& in hōc ſtatutū non operatur, ꝙ non reſtituatur,ſed operatur, ꝙ ipſo iure ūaleat, q̄d alias forte ipſo iure non valeret, vt alienatio rei immobilis. Ad hoc.ff.de arbi.l.cū lege.& ita Iac.de Bel.determinat in quadā diſputatione, & hoc qn̄ lex vel ſtatutū procedit ſimpliciter permittendo.ſi aūt ſtatutum vel lex diſponit ſuper ętate,fingendo,tūc ceſſat reſtō,vt in auth.ſacramenta puberū.in rōne ſui.C.ſi aduer.ven.nā rō illius auth.est fundata ſuper fictione,ꝙ fingitur maior ex quo iurat.Idem, ſi ſtatutum minorem ętatem limitat,ſicut est in l.longobarda.& in auth.ſi captiui. C.de epiſc.& cler.nam tūc etiam ceſſaret reſtitutio,cum ſit ius ciuile,ſicut hic dixit de 15.annis, ſi dixiſſet de 14.poſtea ceſſaret reſtitutio, & iſta eſſet ætas legitima.Ad hoc facit quod no.C.de monopol.l.j.& in c.ſi annum de iudi.lib.vj.Bald.in d.authen.ſi captiui.

SVMMARIVM.

1 *Fictio non operatur niſi effectus expreſsos a lege, introducente fictionem.*
2 *Statuto ſtante,quòd contumax ponatur in banno, cum neceſſe ſit Iudicem antequam ponat,interloquendo pronuntiare cum contumacem.*
3 *Paria ſunt,eſſe confeſſum, & haberi pro confeſſo.*

1 **Contumax.** † Statutum,ꝙ contumax habeat̄ pro conuicto & confeſſo, & ſententia lata in eum habeatur perinde,ac ſi lata eſſet in p̄ſentem, nunquid talis ſententia infamet, tenet ꝙ non, ꝙa non operatur niſi reſpectu eorū,quæ ℈tinent in cōdemnatione.nā cū contumacia ſit cauſa confeſſionis,& ſic ex vno ſuppoſito infera tur aliud,valde diuerſum ab ipſo, ergo est fictio, quæ nō operatur niſi effectus expreſſos a l. introducente fictionē. vt C. de fide inſtru.l.3.§.fi.& l.fi.ff.de iure fiſ.l.2.§.diuus.& l.eius q̄
2 delatorem.Bald.in l.j.de hęre.inſti.Statutum,quod † contumax ponatur in banno, nunquid est neceſſe q̄d iudex prius, quam ponat,interloquendo pronuntiet cum contumacem tenet quod non,per glo.quæ est vnica in iure in l. ſancimus. §.cum autem C.ad Trebel.Bald.ibidem Statutum, ꝙ propter contumaciam quis poſſit condemnari ad penam corporalem,valet, & poteſt fieri executio eoipſo, quod est deſcriptus in li.bannitorum.ſed de iure communi propter cōtumaciam pœna corporalis non poteſt inferri,vt l.diuus.de
3 cuſtod.reo.Bald.in rub.comi.vel epiſ. Statutum, ꝙ † contumax habeatur pro confeſſio,valet,ſm Dy. q̄ ita not.ff.de cuſto.reo l.diuus.pro quo facit glo.l.athletas.in §. idē ſi qs.iuxta medium, ibi, pro confeſſo,&c.& dicit Bal.no. ex iſta gloſ. iſta eſſe paria,eſſe confeſſum,& haberi pro confeſſo.Bal. ibidem.Statutum quod quando accuſatus est contumax,potestas debeat expedire proceſſum ℈.menſem. ſi autem non est contumax.℈.duos menſes.modo plures ſunt accuſati eodē libello,vnus est contumax, alter non,quæritur vtrum quo ad vtrunque retardetur proceſſus ad duos menſes'& dic q̄d non, imo contumax erit condemnandus infra menſem, licet proceſſus alterius differatur,quia ius eorum est ſeparatū arg.l.non idcirco.ff.de iudi.vbi abſentia vnius reorum, non impedit proceſſum contra reliquos.ſecundum Barto.quod tene menti.quia est notabile ſecundum Bal.

SVMMARIVM.

1 *Pœna ordinaria nulla eſt,ratione culpæ leuis vel leuiſſimæ,*
2 *Credens bono viro,an culpa careat.*
3 *Dolus vulpis,non datur vitio illi.*
4 *Culpa an & quando poſſit excuſari per cauſam.*

1 **Culpa.** Statutum†non faciens doli mentionem, dēt intelligi vt iacet,nec nos facere interpretatio nē debemus,ꝙa nō debemus ſtatu.gloſare ex nobiſi pſis,vt l. ꝓſpexit.ff.qui & a quibus.tn̄ ſi pęna attox imponatur per ſtatutū,ſaltē requirīt lata culpa,ꝙa leuis est talis culpa,quā lex extraordinarie punit.Ad hoc facit q̄d no.in l.liberorū. ff. de his,ꝙ no.infa.& nota,& ſcias,ꝙ nulla pęna est ordinaria rōne culpę leuis vel leuiſſimę,vt est tex.no.in l.diuus.in fi.ff.de oſſi. preſ. & de excuſatione culparū & pęnarū dic, vt ꝑ Bal. in l.q̄ fortuitis.C. de pig.ac. Vbi dicit,ꝙ qs excuſat̄, vt ꝙa est innocēs,ꝙa diligēter ſe habuit in faciendo facienda,& omittendo omittenda. Verbi gratia,qui fecit oīa, q̄ fieri poſſunt, in culpa nō est,vt.l.ſi merces.§.fi.ff.loc.Itē nō est in culpa, ꝙ fecit illud,q̄d neceſſe est fieri, licet alij noceat,vt.ff.locati.l.ī
2 naue Suapheli.†Itē culpa caret,ꝙ bono viro credidit,vt.ff.cōmo.l.argentū. Item,ꝙ obuiare nō potuit ſceleri,puta ꝓꝓ flumē q̄d erat ī medio.ff.de noxa.l.ī delictis.Itē, q̄d virtuoſe fit

omnem

Source : BIU Cujas

oēm culpam excludit. vnde nō potest esse culpa, nisi in actu defectiuo. ff. ad l. Aquil. l. qua actione. §. si qs ī colluctatione. Item non est in culpa, q non facit, quod est in potestate sua, vt. ff. ad l. Aquil. l. quemadmodū. §. si nauis. Item vitiū naturale, cui factum hominis non patrocinatur, non est in culpa sed natura, vt. ff. de dam. infec. l. fluminū. §. vitiū. & dicit sanctus Tho. ꝓ vulpi dolꝰ nō imputat ad vitiū, qa eius natura est.

3 Itē ꝓ nō est culpa facere artē sua bona fide, licet nō fuerit curiosus in explorando, vt. ff. de rei ven. l. si rē. §. tignū. Itē nō est culpa impellere vnū alterū, vt ff. ad l. Aquil. l ex Plagijs. §. fi. Itē nō est culpa fodere in suo, vt. ff. de da. infe. l. Proculus. oīa enim hęc & silia ꝓbant innocentiam ꝓsilij. & ꝓ culpa qnque

5 potest excusari ꝑ cām. Circa qd dic, q aut culpa trāsit in speciem moræ, quod non pōt esse, nisi in obligatione ꝑfecta. & tunc nō excusatur ꝑ cām supuenientē, vt l. qd re. ff. si cer. pe. Aut culpa nō trāsit in speciem morę, qd est in obligationibus nondū perfectis, & tunc refert. aut culpa non est ordinata ad casum, & excusatur ꝑ cām, vt l. si vehenda. §. idē mater ff. ad l. Rho. de iac. Aut culpa est ordinata ad casum, & tunc non excusatur per causam, vt ff. commo. l. si vt certo. §. interdum. de quo per Bald. in l. quæ fortuitis. in fi. de pig. ac.

SVMMARIVM.

1 *Verba generalia non derogant, quando data est specialis forma.*
2 *Verba generalia, generaliter sunt intelligenda non obstante speciali prouisione præcedente.*

1 **Custodes.** Statutum ꝓ vnū dicit, q custodes teneantur emendare damna. aliud statutū dicit, q oēs homines villæ teneantur emendare dāna, nūquid intelligitur etiam de alijs non custodibus? vī q sic propter signum vniuersale. Guil & Dy. dicūt ꝫrium, quia intelligitur vnum statutum ſm aliud. vnde qñ data est specialis forma, verba generalia non derogant, vt l. legatorum. §. qui plures. ff. de leg. 2. Secundum eos aduerte, vbi testator in prima dispositione declarauerat mentē suam qualis erat futura, in secunda, & iō forte hoc est male dictū in nra qōne, qa verba

2 ꝓ vniuersalia vniuersaliꝰ sunt intelligēda, nō obstāte spāli ꝓuisione p̄cedente, vt no. Iac. de Are. ff. de ali. & ci. lega. l. ali. §. basilicæ. Facit qd no. Dyn. extra de reg. iu. in rub lib. vj. & circa materiā. l. sed & posteriores. Vide quod no. Cy de rei vxo. act. l. vnica. in fi Bal. in d. l. sed & posteriores. ff. de leg.

SVMMARIVM.

1 *Tutoris substantia vel curatoris, an tanta esse debeat, quanta sunt bona pupilli vel adulti.*

Curator. Statuto cauetur, qd curatores ad ꝓsentiendū alienationi nō possint dari, nisi habeāt tm̄ in bonis, quantū valet res alienāda. Modo pone datus est curator gnalis, vel datus est curator ad vnā spēm, tpe dationis habebat tm̄ in bonis, sed postea ante alienationē diminutū est pr̄imoniū eius, nūc querit, nunquid poterit authoritate p̄stare? gl. in l. mulier dotē. C. de iure do est ar. qd sic, qa decretū statuit eū a principio curatorē, & sic fundata est cura, licet nōdū executa, ꝑ interpositionē authoritatis. de quo ꝑ

1 Bal. ī d. l. mulier. vbi vī expressū, q ꝓ de substātia satisdationis tutelæ, & curę nō sit, necesse, qd substātia tutoris vel curatoris vel fideiussoris valeat, q̄tū valēt bona pupilli vel adulti, ēt ī his, ī qb. ꝑ modū alienationis interponūt authoritatē. Sufficiūt ergo facultates arbitrio iudicis, ī cuius arbitrio est reputare cū idoneū vel nō idoneū. De hoc habemus casum not. ī sih̄ ī auth. de hęr. & falci. §. si vero absunt. Bal. ī d. l. si mulier.

SVMMARIVM.

1 *Mercatorum statuta, an valeant in alia curia, quàm mercatorum. diſſling. numero 2.*

Curia. Statutū dicit Florētię, qd nullus florētinus possit trahi, nisi ad curiā florētinā sub pęna capitis, mō q̄rit, vtrū pōt trahi ad curiā ep̄i florentini, si causę qualitas hoc req̄rat. vt qa est causa spālis vel vsuraria vel ecclesiastica, & dico secundū Bal. qd trahi pōt. nā curia ep̄i florētini est curia florētina, & forū florentinorū, ſm gl. in auth. qua in ꝓuincia. C. vbi de cri. agi opor. ad quod facit dictū Ia. Bu. in d.

1 auth. de quo ꝑ Bal. ibidē. Statuta ꝓ mercatorum an valeāt in alia curia, q̄ in curia mercatorū? gl. dicit qd non, qa ipsi non pñt imponere legē alijs officialibus, p̄sertim superiorib. Sed huic rōni r̄ndet, qd eorū statutū est ꝓfirmatū iure cōi. vī ius cōe imponit legē, nō ipsi mercatores, vt l. j. § merito. de veteri iure enu. & iō dñt docto. qd si illa statuta mercatorū respiciūt actus ipsorū, vel fidē actorū, puta est statutū, qd mercator possit ꝙueniri ex nudo pacto, vī qd scriptura priuata mercatorū faciat plenā fidē. nā istud statutū valet ī quolibet foro, nedū seculari, sed ēt epāli, vt no ī l. ex ea. ff. de postul. nisi illud statutū referat se ad solos ꝓprios iudices. v. g si statutum mercatorū diceret, qd ꝙsul mercatorū reddat ius ex nudo pacto, vī credat testimonio vnius mercatoris legalis, vī qd nō admittat exceptionē ꝙ scripturā mercatoris, tūc illud ñ ser-

2 uat ī alio foro, qa nō loquit in illo. Si vero ꝓ statutum respicit modum procedēdi, puta est statutū, corū consuetudine confirmatum, quod procedatur de plano, & sine strepitu, & figura iudicij, illud non valet, nisi in eorum foro. vnde coram potestate seruabitur ordo iuris, ſm doctrinam doctorum in l. cunctos populos. de sum. tri. & in l. 1. de emancip. lib. de quo per Bal. in l. receptitia. C. de constit. pecu.

SVMMARIVM.

1 *Clericus, quis dicatur.*
2 *Excommunicatus an sit ille, qui percutit clericum excommunicatum.*
3 *Statuta generalia an includant clericos.*
4 *Statutum odiosum vel exclusiuum, an includit clericos.*
5 *Statutum, quod si clericus coram Potestate cōuentus, declinet forum, sit extra protectionem communis, & non reddatur ei ius, an valeat.*
6 *Statuta contra libertatem ecclesiasticam, sunt ipso iure nulla.*
7 *Clerico tolli potest protectio & priuilegium statuti, licet ius commune nequaquam.*

1 **Clericus.** Statutum ꝓ facit dr̄iam inter clericos & laicos. Quærit qualiter qs intelligat clericus, dicit Bal. in l. si ignorās. ff. lo. qd ꝑcutiēs clericū nō incedētē in habitu, nō incidit in excōicationē qd intelligit, si ignorabat eū clericū. Secus, si sciebat, vt not. 40. di. c. nō est facile. & 2. q. 1. c. p̄cipue, & facit de sen. exc. c. si inter laicos. l 6. & ff. de iniu. l. rem atrocem. Ergo clericus, qui reliqt habitū, nō hēt priuilegiū canonis, si quis suadente diabolo. qd dic, vt no. Ar-

2 chi. 2. q. 4. c. si quis. Quid ꝓ de eo, qui percutit clericū excōicatum, nunquid sit excōicatus, vide per Arch. in d. c si quis suadente. & 20. q. 2. c eos. & qualis dēat esse habitus clericorū, vide Archi. 15. q. 7. c. in nouam actionem, & ex quibus prę-sumitur quis clericus, vide per eundem. c. di. c. ꝫ morem, & faciunt prædicta ad statuta, quę faciunt dr̄iam inter clericos & laicos, vt dictum est. ꝫ in prin. Bal. in d. l. si ignorans. ff. locati.

3 Statuta ꝓ generalia an includant clericos, Bal. dicit q Bar. ponit in l. cūctos populos. C. de sum. tri. in 5. q. sed ego dico sic. dicit ipse, q aut loquimur de fauorabili inclusione, aut de odiosa aut de mista. Primo casu includuntur clerici. unde si dicat statutū, q filiæ non succedāt superstite masculo, includitur in illo bñficio clericus, & monachus. Ad hoc ex. de for. cōpe. c. si diligenti. & 10. di. c. si in adiutorium. Per hoc. n. dicit Bal. q si clericus hēt instr̄m guarentigię, ꝫ me, q pōt vti bñficio statuti ꝫ paratam executionem. Sicut. n. hēt actum ciuilē, & quod est de iure ciuili, ita hēt iudicis officiū, q̄q̄ sit de iure municipali. Bal. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. & subdit, quid eꝫ, si habeo instr̄m garentigiæ ꝫ clericum, vtrum ꝫ eum vigore statuti habeam paratam executionem, vī. quod non, quia statutum non pōt ligare clericum. ꝫrium tenet Bar. quia istud statutum est bonum & æquum, ergo seruādū. Ista rō non valet, quia per hoc non datur authoritas statuendi laicis. Alij assignant rōnem, quia ius, quo clericus vtitur ꝫ laicum in foro seculari, dēt retorqueri ꝫ clericum in foro ecclesiastico, quia illud non est vi statuti, sed iuris cōis, vt l. 1. ff. qd quisq; iuris. Ista rō nō valet, quia statutum nō est factum ad postulationem clericorum. Tertia rō est, quia præceptū hēt paratam executionem, ut no. Cy. in l. 1. C. de confes. sed ista rō non vī vera, quia prę-cipiens tabellio est iudex authoritate imperiali, ergo non pōt præcipere clerico. Idem si authoritate papali, quia est purus laicus. Vnde in clerico nihil potest, vt ex̄ de for. compe. c. si diligenti. & ex hoc apparet, q illud instr̄m in foro ep̄i non hēt aliqua priuilegia statuti, vt q nō admittantur nisi quędam exceptiones. nam nihilominus clericus poterit vti exceptionib. ſm formam iuris cōis. Non ob. quod no. ff. de postul. l. ex ea. quia ibi loquitur inter subditos. Sed iste clericus non est subditus. ergo &c. & adde, quod no. extra de fo. cōpe. c. quod clericus. de no. ope. nun. c. 1. in nouel. Bal. in d. l. cūctos populos. C. de sum. tri. Stat. odio

4 sum vel exclusiuum, an includat clericos, dic q si odium est irrationabile, non includūtur clerici, quia in gnali sermone nō includunt exēpti, ut C. de decurionib. li. 12. ad subeunda. Si aūt rō mouēs statutū, ꝙ cernat bonū publicū, vt q mulier nō succedat, nisi in certa particula extātib. masculis, tūc dic dicit ipse, vt dixi in l. Deo nobis. per Ia. & vltra illud adde, q illa sunt vera, qn̄ statutum respicit qualitatem personę. nam ibi qualitas est quid successiuum. Si aūt statutū respicit actū momentaneū, tunc semper inspicitur qualitas, quæ erat tpe actus, vt l. 1. ff. de pę cū si. Bal. in l. cunctos populos. C. de sum.

5 tri. Stat. ꝓ dictat, q si clericus corā Potestate conuētus declinat forū, sit extra ꝓtectionē cōis. & nō reddatur ei ius. Quæritur an istud statutū ualeat, & non sit ꝫ libertatem ecclesię, uidebatur q nō esset statutum ꝫ libertatē ecclīastica, sed q̄dā limitatio iurisdictionis a statuto cōcessa, ut in tali casu, nō cognoscat, ſm Ia. But. alibi ēt dicit ipse Ia. q tunc ipse clericus non dr̄ declinare, si declinat pro bonis, ut not. C. de leg. l. administratione. in fi. illud qd dicit Ia. dicit Bal. de facto seruatur, qa pōtas nō hēt plus iurisdictionis, quā sibi cōferatur a statuto. Tñ statuētes cadūt in pęnā. auth. cassa & irrita C. de

sac. san.

Source : BIU Cujas

fac. ſan. eccl. quia faciunt ꝯ libertatem clericorum, nam qđ pñt declinare forũ ſeculare, eſt eis ꝓceſſum in priuilegiũ. & ideo iſtud ſtat. eſt ꝯ gñale priuilegiũ clericorũ, vt no. Inn. in c. nouerunt. extra de ſen. excõ. & addc qđ dicit Bald. quid eſt dicere, ꝙ aliquis ſit extra protectionẽ earũ, ut no. Cy. de näli bus liberis. l. 1. Bal. in auth. caſſa & irrita. C. de ſac. ſan. ecc. vbi
6 †ſtatuta ꝯ libertatem eccleſiæ vel eccleſiarum, ſunt ipſo iure nulla, & debent abradi de volumine ſtatutorum. Stat. dicit, qđ clericus litigans in foro noſtro, illud hẽat, & non plus q̃ habeat laicus in foro eccleſiaſtico, mõ quæritur quid ſi in ſeculari foro inter laicos erant ſtatuta fauorabilia, quibus de facto non pñt vti clerici ꝓp ſtat. vtrum iſtud videatur ꝯ libertatem eccleſię, & dicebatur qđ non, quia ſtat. reducebat clericos ad ſuum ius cõe, & licet auferat priuilegia ſtatuti, illud non eſt priuilegium conceſſum per ſummum Pontificẽ, & Imperatorem. & iõ non dr̃ ꝯ eccleſiam, ſm theoricã Inn. & iſtud tenet Ia. bu. in d. auth. caſſa qđ Bal. dicit credo verũ,
7 de quo per eundem ibidem. Stat. †nõ prodeſt clericis, ſi ſtat. non uult. ꝙ proſit. & ſic eſt ar. quod licet clerico non poſſit tolli per ſtatutum ius commune. tamen protectio & priuilegium ſtatuti poteſt auferri. Hoc dicit Bal. ar. l. ſi quis curialis. ſuper verbo, prodeſſe non pertinet. C. de epiſ. & cle.

S V M M A R I V M.

1 *Clauſula non obſtante, non eſt neceſſaria in ſtatutis ciuitatum.*
2 *Ad cauſam ſemper recurrendum eſt, vnde ſententia ſuum effectũ metitur.*

1 **Clauſula.** Stat. In †ſtatutis ciuitatum non eſt neceſſaria, clauſula, non obſtante. Rõ eſt, qa ſtatuta emanant cum deliberatione. ſecus eſt in reſcrip. quia reſcripta per importunitatem emanant, vt. l. 1. de pe. bo. ſub. li. 10. Bal. in l. 1. qui bo. ce. poſ. Stat. Cſa derogatoria oĩm ſtat. poſita in reſcrip. vel poſita in ſtatutis non obſtantib. oĩb. ll. ſtat. & ꝓſuetudinib. quæ in ꝯrium loquerentur, de quib. eſſet neceſſe ſpãlem mẽtionem fieri, quib. intelligatur derogatum perinde, ac ſi ſpãliter & noĩatim eſſent numeratæ, tm̃ operãtur illa verba, quantum ſi de oĩb. ll. ſtatutis, & conſuetudinibus eſſet ſigillatim & diſtincte facta mentio. habentur. n oĩa pro numeratis & ſpecificatis, & de oĩbus. intelligitur. Sed aduerte. quia verum iſtis oĩbus ꝯriantibus in genere, per illã clauſulam, derogatum intelligitur, ſed non aliis contrariantib. in ſpecie, in cauſa directo oppoſito, & ſigillatim determinato. de quo per Bal. in l oẽs. in tex. ibi, an ſpecialiter ac nominatim. de præſcriptione 30 annorum. & in gl. vl. d. l. omnes. C. de præſcri. 30 anno. & qualiter intelligatur, vide ibi. Stat.
2 †imponit certam pœnã. Mõ iudex in cõdẽnatione appoſuit illã clam, ꝙ ſi ipſe iudicaſſet vltra, vel p̃ter ſtatuta, ꝙ ipſa reducebat ad pœnã legitimã mõ quæriť, an videať iudex p̃ dicta verba diſpẽſare, & ſic ceſſet. l. & ſi ſeuerior. C. de infa. & vr̃ ꝙ non qa nõ obſtantibus iſtis verbis, ſtandum eſt ſnĩæ in forma ſpãli, nõ in verbis generalibus, de quo dic, vt dicit lac. de Bel. & Bart. refert in l. moris. §. iſtæ fere. ff. de pę. Tu dic dicit Bal. ꝙ iſto caſu ceſſat. d. l. & ſua materia, quia apparet iudicẽ errore magis quam cauſa cognita pœnam alteraſſe. & ideo damnatus remanet infamis, ſi cauſa erat famoſa, ſemper. n. ad cauſam recurrendum eſt, vnde ſnĩa ſuum effectum metitur. vt. l qui cum duo. §. ad tp̃s. ff. de re mili. De quo per Bar. in l. & ſeuerior. C. de infa. & vide in l. non dubium. C. de legi. & in l. idem Labeo §. ſed ſi pure. ff. fa. er. & Bar. ponit in l. moris. §. iſtæ fere. ff. de pę. & in l. iudex poſtquam. ff. de re iudi.

S V M M A R I V M.

1 *Verbis ſtatuti, quantuncunque, narratorijs facti credendum.*
2 *Acceptilatio num ſatis liberet debitorem ſoluentem, ſine redditione tamen inſtrumenti cancellati.*

1 **Credere, creditor.** †Stat. Verbis ſtatuti quãtum cũq; narratorijs facti credendum eſt. hoc tenet ar. tex. & gl. in l. iam autem. ff. de exc. tu. de quo p̃ Bar. in l. quod ſemel. ff. de decre. ab. or. fa. Bal. in d l. iam autem. Stat. ſiue conſuetudo bene põt facere, vt credatur in actu iudiciali vni ſoli, licet de iure commun non credatur relationi vnius officialis, & videtur eſſe tex. in l. omnia omnino §. quis. ff. de offi. præfec. vr. vbi litera ſequitur in plurali. Facit. ff. de cuſto. reo. l. diuus. Seruatur tamen conſuetudo, quod in citationibus credatur relationi vnius nuntij. Secus in delictis, de hoc no. extra de ap. c. cum parati. & de ſen. excom c. venerabilibus. §. ſecus. li. 6. p̃ Cy. C. de fal. l. ſi quis decurio. C. de accuſ. l. ea quidem. in Spe. de cita. §. ſequitur poſt prin. & ver. quis ſit quoque. & ver. nunquid credetur. & in Spec. de act. §. 1. verſic. hoc autem ſcias. vide vbi de hoc not. Archid. 61. di. Cathinen. & notatur. in l. 1. C. de decu. li. 10. Bal. in d. l. omnia omnino. §. quies. de offi. præfec. vr.
2 Stat. †ꝙ creditor non poſſit exigere debitum, niſi reddat inſtr̃m cancellatũ. modo ponamus ꝙ creditor caret inſtrumẽto, an ſufficiat ſi facit debitorẽ cautum quietatione? & dicit ꝙ ſic, ſm Dy. ar. l. hmõi. §. ſi ita cui. de le. j. vbi ꝺditio reddendi chirographi, includit liberationẽ debiti. & dr̃ implere ꝺdõnẽ, chirographo nõ extãte ſed eo extãte ad impletionẽ ꝺdõtionis requiritur liberatio, & corporalis reſtitutio. & idẽ tenet ſm Dy. ſi ſtatuto cauetur, vt eſt Florentiæ, ꝙ nullus poſſit probare ſolutionem, niſi per inſtr̃m debiti cancellatũ. nã ſufficit, ſi producatur inſtr̃m ſolutionis, arg. d. §. Bald. in d. §.

S V M M A R I V M.

1 *Reparans, non dicitur de nouo facere.*
2 *Libellus an dicatur nouus, ſi quid addatur, vel detrahatur.*

Cluſa. Statutũ ꝙ in flumine nõ fiat noua cluſa ſine licẽtia &c. mõ quidã reaptauit veterẽ. queriť qđ iuris? & dñs Recuperus per tex. l. ius ciuile. ff. de iuſti. & iure. dixit, ꝙ ſi prohibetur aliquid de nouo fieri in flumine, ꝙ vetus cluſa non poſſit reaptari, ſm Cyn. tamen contrarium videtur per tex. ff. de ſer. vr. pręl. eum debere colunnam. non
1 enim† diciť nouam cluſam facere reaptando veterem, nec incidit in penam ſtatuti. ff. de ſer. vr. præ. l. ſeruitutes. §. ſi ſublatũ. hoc tenuit Bal. ex dictis. ll. & ex gl. ſita in. d. l. ius ciuile. vbi no. ꝙ vbi aliquid additur vel detrahitur, dr̃ nouum, qđ
2 fieri. & ſic eſt ar. d. l. ꝙ †vbi additur vel trahitur libello, ꝙ dicatur nouus libellus. quod eſt uerum, quando additur vel detrahitur aliquid principale. ſecus ſi aliquid acceſſorium, puta qualitas, vt. ff. de noxalibus. l. in delictis. §. ſi detractatur. Bald. in. d. l. ius ciuile. ff. de iuſti. & iure.

S V M M A R I V M.

1 *Infames an ſint damnati per formam ſtatuti.*
2 *Statuti verba, quod damnatus debeat ſatisfare ſecundum qualitatem perſonæ, quid ſignificent.*

1 **Damnatus, damnare.** Stat. vtrum †damnati per formam ſtatuti, ſint infames. & videtur ꝙ non, quia omnia ſtatuta dicuntur priuatorum iudiciorum, & non publicorum, ar. ff. de cõcuſ. l. 2. ſed an damnatus per inquiſitionem, ſit infamis. Bar. Old. & And. de Piſ. tenent quod ſic. ff. de publi. iudi. l. infamẽ. Bal. diſtinguit in l. etiam. C. de fur. de quo per eum.
2 Statutum † dicit, ꝙ damnatus debeat ſatisfare ſecundum qualitatem perſonæ, quæro quid per hæc verba ſignificetur? tenet ꝙ ſi ſit homo honeſtæ vitæ probatæque fidei, ſufficiat cautio, quia hæc non eſt prætoria, quę interponitur ante ſententiam, ſed quædam extraordinaria cautio. Ad hoc alleg. quod no. in l. 1. ff. de ripa. mu. Bal. in l. abſtinendum. quorum appel. non recipiuntur. C.

S V M M A R I V M.

1 *Damnum, quid. Quid item furtum.*
2 *Ciuitas an poſſit remittere damna & iniurias ſingulorum pro bono pacis.*
3 *Tranſactio ſuper damno vel intereſſe, non impedit petitionem pœnæ.*

1 **Damnum.** Statutum †dat certam formam in damnis natis. modo qualiter cognoſcetur damnum datum, a furto? certe l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi oliuã. facit differentiam inter vnum & reliquũ, quia aliud eſt dãnum, aliud eſt furtum. damnũ enim eſt cum rei corruptione. furtum eſt cum rei amotione. quod eſt notandum ad ſtatuta certam formam in damnis datis dantia Bal. in d. § ſi oliuam. Statutum quod damnum debeat emendari per coniunctos delinquentis, vel per habitatores villæ, tenet, ſecundum Ni. ma. quod debeat fieri emendatio primo per conſanguineos, & non per habitatores, & pro rata. Bald. in l. cum qdam. C. de lega. Statutum reformatio & pax inter ciuitates facta ſuper remiſſione iniuriarum, an extendatur ad damna. & certe ſic, non tamen videntur remitti pœnæ incurſæ,
2 niſi ſpecificentur. & an ciuitas poſſit remittere damna & iniurias ſingulorum pro bono pacis? vide ꝙ no. Inno c. ext. de iniur. c. in noſtra. & adde, dicit Dy. ꝙ licet ego parcam furi, vel iniurianti. non videor remittere damnum, niſi exprimatur. ff. de iuiur. l. ſed ſi vnius. §. ſi ante. per Dy. facit inſt. de in-
3 iur. §. fi. hoc dixit Bal. ar. l. ſi pro fure. ff. de cond. fur. †vbi tranſactio ſuper damno vel intereſſe, non impedit petitionem pœnę. Bal. in d. l. ſi pro fure.

S V M M A R I V M.

1 *Bannum ſuccedit loco mulctæ.*
2 *Statuto ſtante, quod debitor ponatur in carcere ad petitionem creditoris, vtrum is dicatur creditor, qui agit de iure ceſſo, ita vt Statutum locum habeat.*
3 *Statutum concedens quinquennium creditoribus ad ſoluendum debitorib. num proficiat etiam fideiuſſorib. diſting. nu. 4.*
4 *In defenſore neceſſario ſpeciale eſt, quod poſſit iuuare principalem ex ipſo iure defenſoris.*
5 *Statuti authoritas non poteſt emendare naturalem obligationem, & voluntatem ipſam.*

1 **Debitor, debitum.** Statutum, quod grauat debitorem †non ſoluentem, ſ. ꝙ ponať in bãno, nõ tñ per hoc liberatur a debito, qa

Source : BIU Cujas

nil adest creditori, vt no.in l.j C.qui bon.cedere poss. Itē statutum debet intelligi de banno pecunię, non vitæ naturalis vel ciuilis, quia bānum succedit loco mulctę. Bal.in l.j. C. de his quę pęnæ nomine. Statutum, quod debitor detur creditoribus cruciandus, an valeat, tenet quod non. sed bene valet statutū, qđ detineat in carcere publico. sed nō, quod detineatur in carcere priuato. quia istud est capitale crimen, vt.
2 C.de priua.carce.l.j.Bal.in l.j. qui bo. ce.pos. Statutū, qđ †debitor ponat in carcere ad petitionē creditoris, vtrū dicat creditor ille, qui agit de iure cesso, ita qđ habeat locū statutū, dicit Bal. qđ l.j.ff.si cert.pet.est in ar.qđ nō, qa fides soluēdi, nū quā fuit huic cessionario data a debitore. In ꝺ̄riū facit, quia iuscedentis transmittit in cessionariū, vt.C.de procu.l. q stipēdia.cū si.Bal.aliter non soluit in d.l.j. Statutū disponit cōpelli debitores exititiorū, tenet qđ sufficit solutionē & liberationē soluentiū, & statuta fuisse facta, non tñ, dicit ipse, est intelligendum, qđ liberentur ipso iure, nisi bona essent ꝑfiscata, sed liberant̄ p̄ exceptionē doli, qa non debēt soluentes dānū pati, ex eo, qđ fit pp odiū expulsi, vt.l.nā seruus.in prin. de neg.gest. hoc posuit Cyn. in l.2. C. qđ me.cau.in vl.q. & ponit ibi qōnem, q̄ fuit Pistorij, qñ ps alba expulit partē nigrā, & qū vnus ꝓmisit soluere per metū. deinde post aliquot dies solvit, & tenuit qđ in officiali semp̄ præsumit̄ terror ab eo inferri, & sic liberatur a creditore. & dicit Bal. adde, qđ no.ff.de le.3.l.Paulo Calimacho.§.fi.de solu.l.creditor.per Dy. & ibidem Cyn.dicit, qđ licet quis sit relaxatus per curiam, tñ semper præsumitur metus instare, ne iterum ꝺ̄pellatur. quod est not.dignū, ſm Bald.in l.nouissime.ff.quod falso tuto autho.
3 Statutum †dicit, quod debitores nō ꝓñt cogi ad soluendum debita, vsque ad quinquennium in quibus tenebant̄ creditoribus. mō queritur vtrū istud statutum proficiat fideiussoribus, Bal.in l.quotiens.C.de preci.impe.offe. dicit pone, quod reus impetrauit dilationem iudicij, vel obligationis, fideiussor qui renuntiauit beneficio de fideiuss. vult ea vti, quæritur nunquid possit, præsupposito quod renuntiauit beneficio cedendarū, vt not.in l.nisi.de pactis dicit Cy. ꝙ illa quæstio est ardua. & sibi accidit de facto, cū pars nigrorū de Pistorio capta in ciuitate per longam obsessionem florentinorū & lucanorū de exilio reuocata, fecit fieri statutū a cōi, ne debitores de illa parte nigra possint cogi ad soluēdū debita vsque ad qnquenniū, in qbus tenebantur creditoribus de illa parte alborū, fuit q̄stio, vtrū illud statutū proficeret fideiussoribus nigrorum, qui non erant de illa parte nigrorū? finaliter ex theo
4 rica Petri sic concludit, qđ †aut erat obl̄o dandi aut faciēdi. Primo casu, non prodest fideiussorib. & illa dilatio est personalis, vt ff.de pac.l.nisi. Secundo casu, aut est tale factū, quod non cadit in obligatione fideiussoria. Aut cohæret personæ principalis rei, ex facti natura, vt seruire, aut ex facti qualitate, vt factum industriale, tunc prodest fideiussorib. non per se, sed per accidens, quia in tali ꝺ̄ctu nō tenet̄ fideiussor, nisi post mortē rei ad interesse. sed reus nō pōt esse in mora, pp dilationem, ergo prodest fideiussori dilatio nō vi beneficij, sed tanq̄ impedimentū moræ, si aūt tale factum cadit in fideiussoria obligatione, tunc non prodest fideiussori sicut in obl̄one dandi, quod est subtilissimum, ſm Pet.dicit Bald. qđ Pe.dicit uerum in obligatione faciendi, sed in obligatione non faciendi, puta non petere ire, vel agere, non distinguimus de facto industriali, vel nō, qa nunq̄ fideiussor tenetur respectu facti principalis, sed demū ex mora rei. Rō, qa licet fideiussor non faciat, tñ principalis non liberat̄, vt ff. de ver. ob.l.cū filius.§.si stipulatus. sed ꝺ̄ Pe.facit.l.fi.C.de vsu.rei iu. vbi dilatio legis quæ prodest principali, prodest fideiussori. alias nec ipsi reo prodesset, qa fideiussor hr̄et recursum ꝺ̄ eū. Cy.multum dubitat. Tñ dici pōt, qđ in d.l.fi. dilatio nō cōcedit̄ personæ, sed ipsi causæ iudicati, & iō fideiussor iudicatum solui gaudet eodē beneficio, & illa est vera rñsio. nā de fideiussore ꝺ̄ctus nō pōt ibi loqui, qa ille hr̄et tps quadrimestre ex prima condemnatione, non ex cōdēnatione rei principalis, & subdit Cyn. quod eo casu quo fideiussori nō ꝓdest
5 †dilatio rei, prodest tamen oppositio rei, quia reus principalis tanquam procurator in rem suam, recipiet defensionem fideiussoris ex sua persona, & opponet beneficium dilationis, quia speciale est in necessario defensore, quod possit iuuare reum principalem ex iure proprio ipsius defensoris, vt ff.mandati. l. idemque.§. generaliter. & l.fideiusor. §.quędam.in gl. & ff.rem ra.habe.l.procurator ad exhiben. §.1. qđ est no.dignum dicit Bal. de quo per eum l. in quotiens. in fi.
6 C.de preci impe.offe. Statuto †cauetur, quod si debitum nō fuerit petitum ꝯ.x.annos, naturalis obligatio sit sublata, vtrū poterit denuntiari ecclesię? vr̄ ꝙ non, quia ex quo statu. sic disponit, debitor non facit contra conscientiam.ar.ff.de noxa.l generaliter.ad hoc facit, quod no. Inno.in c. cura.de iure patro. vbi dicit, qđ salua cōscientia retineri possunt præscripta, quia ꝓscribentes tuti sunt authoritate eius, qui hēt ptātem condendi ius super tpalibus, qui hanc pænam amissionis iurium suorum indulsit in odium negligentium, & fauorem sollicitorum, quæ verba sunt notabilia. Contrarium vr̄, qa authoritas statuti non pōt eneruare naturalem obl̄onem, & ipsam veritatem, ut.ff.de vsufru.earum rerum. q̄vsu consu.l.1. & 2.ff.de capi.dimi.l.eas. cum loquatur stat. per q̄cunq; verba uult loqui, siue disponendo, siue fingendo, non pōt ipsam naturalem iustitiam abolere, in qua fundatur euā gelica denuntiatio, vt no. Inn.de const. c.quæ in ecclesiarum & de immu.eccl.c. quia pleriq;. in gl. magna. ver. item qa tutus. & ver. sed de hoc forte. & hoc tenet Bar. expresse in extra uaganti, ad reprimend. super verbo, ad denuntiationē. ver. quid de obligatione, quæ oritur ex præscriptione, & vide qđ de obligatione naturali, quæ oritur ex maleficio, utrum possit denuntiari ecclesiæ, per Bal.in auth.ad hæc.C.de vsuris.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quod decimum debeat solui ad rationem duorum denar.pro libra ab utraque parte, an intelligatur inter ambos an per qualibet insolidum.*
2 *Quantitas æstimationis. rei semper inest.*
3 *Causa omnis si debeat compromitti ex forma statuti, illa, quæ est transactio ne finita, non debet compromitti.*
4 *Statuto stante, quod pro qualibet massa terræ, soluantur decimæ quotannis num hoc dicatur tributum.*
5 *Collecta an & quando dicatur munus ordinarium.*
6 *Statutum de soluendis tributis futuris, an valeat.*
7 *Obligatio non potest formari, quando inuenitur persona, quæ non potest, adsici, & res mutauit statum.*
8 *Pensitationes publicæ, varie tenentur.*

1 **Decima.** Stat.quod decimum debeat mitti, ad rationem† duorum denariorum pro lib. ab utraq; parte, vtrum intellligatur inter ambos, an per quam libet insolidum, super quo vide.ff.man.l.creditor.§.duobus. & ibi per Cy.in addi.& de exc.tu.l.si duos.§.decet.in ver.vtrā que doctrinam.vbi in glo de hoc Bal. in l.rescriptum.§.si pacto.ff.de pac.in gl.Statutum †dicit, quod debeat mitti decimum ad rationem duorum solidorum, pro lib.eius, quod petatur, vtrum si petatur fundus vel domus debeat solui decimum? & videtur quod non, quia non petitur quantitas. contrarium est verum, quia quantitas æstimationis semper rei inest. ita notat glo.in authen.generaliter. de epis. & cleri. & per Bar.probatur. ff.de fideiuss.l.si ita fideiussorem accepero. Bal.in d.auth.generaliter. Statutum disponēs, quod decimū mittatur ante conte.litis, certe si requirit hoc fieri ante omnia, tanquam quoddam præambulum siue ꝓparatoriū omissa decimi missione, non tenet processus, nec citatio. facit. C. de præci.impe.offeren.l.vniuersas. Pro quo est ar.l.3.§. Offilius. ff.ne quis eū.vbi præambulum requirebatur, s.impetratio veniç, sic, & ff.de in ius vo.l.q̄uis. Tene ergo, quod qñ requiritur ante principiationē processus, si illud non interueniat, non valet processus, nec citatio. Bar.in d.§.Offilius. Stat.
3 dicit, quod debeat† solui decimum de omni lite & quæstione. certe si super negotio est transactum, non debet solui decimum, si agitur qa exceptio litis finitæ impedit processum in limine iudicij, vnde non oportet lit. cont. sic nec decimū solui debet. Idem, si ex forma statuti omnis causa debeat cōpromitti, illa, quæ est transactione finita, non debet compromitti, quia motor litis desiſę non debet audiri ad aliquid, vt. l.fratris.C.de transac.& ff.ad exhiben.l. 3. §. ibidem. de quo
4 per Bal.in l.fratris.C.de transa. Stat.dicit† quod pro qualibet massa terrę saluantur decimæ quolibet anno. nunquid hoc sit tributum? vr̄ ꝙ non, quia imponitur personæ pro re. contrarium dico, ꝙ est tributum sicut ꝙ de quinquēnio in quinquennium prouinciales soluebant aurum vel ferrum pro p̄diis tributarijs, vt no.in rub.de indi. li.10. & si postea fieret reformatio ex necessitate temporis, ꝙ soluantur, xv. usq; ad certum tps, illa v.adiuncta dñr superindicta. vt.l.1.C.de indi. li.10. tunc autem dicitur collecta, qñ licet veniat ordinatiōe gñali, est ex ꝓpetua lege, puta dictat statutum, ꝙ collectæ imponendæ suis temporibus, soluātur. a quibuscunq;. tñ ſm cursus & cursus temporum qñq; ponitur plus. quādoq; minus, verbi gratia, quandoq; ponuntur sex denarij pro libra ęstimi. quandoq; duo, qñq;. 10. collecta enim non habet certam regulam, sed arbitrio superioris variatur. ut no. Spe.in tit.de cle.coniug.§.1.ver. Ad huius autem articuli euidentiam. vbi omnino vide. Aduerte tñ, ꝙ ubi lex generalis municipij p-
5 cedit distributionem collectæ, † collecta dicitur munus ordinarium. sed qñ non præcedit generalis legis ordinatio, sed singulę. ll. fiunt singulis temporib. ita ꝙ non durat lex. nisi quantum necessitas, tunc collectæ dñr munus extraordinariū, quia extra generalem ordinationē imponunt̄. Nūquid aūt aliquo casu ecclesiæ teneant̄ ad collectas? & certū est, ꝙ aut p̄dia sunt affecta tpe, quo veniūt ad dñium eccl'ę, & transeūt cū onere suo, vt no.ī.l.oēs.in gl. Aut p̄dia nō sūt affecta

sed

Source : BIU Cujas

ſed libera, & tunc pro futuro tpe non tenenť eccleſiæ, qa nō
pñt laici ꝯ eccleſ. ſtatuere, vt auth. caſſa & irrita. C. de epi. &
6 & cle. Qūo ergo valet † ſtat. de ſoluendis tributis futuris? rñ-
qa ſtat. præcedit acqſitionē, q̄ fit eccleſiæ, & ideo dicit Bar. ꝙ
ſi per ſtat. oīa prædia eſſet tributaria, & ꝙ collectæ intelligerenť eſſe tributa, ꝙ eccleſiæ tenerentur ſicut tenenť laici. Ita
ipſe no. in l. reſcripta. §. fi. ff. de mili. teſt. Et ſi tu dicis, qūo hoc
eſt, qa ꝯ libertatē eccleſ. Rñde, debes ſcire, ꝙ a lege humana
eſt inductum, ꝙ eccleſiæ hēant prædia. nā a lege diuina eſt
inductū hoc ſolum, qđ hēant decimas & primitias. Res ergo
quę procedunt a lege humana, ſubſunt humanæ legi. decimæ aūt & primitiæ non. vñ ſtat. ꝯ decimas & primitias, bñ
eſſet ꝯ legem diuinam. ſed iō primum ſtat. valet cū ſtatuentes hoc fecerūnt, anteq̄ res eſſent eccleſię, & hoc eſt qđ vult
dicere gl. valde not. in l. munerum. § patrimoniorum. verſi.
pontifex. quā glo. mirabiliter no. ff. de mune. & ho. Alij ſuper
hoc puncto aſſr dñt. nam ſtatuere ꝙ collectæ ſint tributa, implicat ꝯdictionem, qa eſt ſtatuere ꝙ munus miſtū ſit mere
reale, & eſt mutare noīa appellatiua, qđ eſt impoſſibile, vt l.
ſi quis infundi vocabulo. de le. 1. Item non dēmus vti figmētis, i. fictionib. in præiudiciū eccleſiarū. Iſta. n. eſt quædam fictio, ꝙ munus miſtum, fingatur mere reale. Nec ēt, ꝙ eſt, phibitū vna via, dēt alia concedi, vt no. Io. And. & Ho. in nouel.
7 in c. poſthu. de ſo. comp. Præterea, licet hmōi † collectæ habeant radicem cārum de præterito ex gñali diſpōne ſtatuti,
tñ formā hñt poſtq̄ res eſt effecta eccleſiæ. Impoſſibile. n. eſt
quod tunc formetur obl'o, vbi inuenitur perſona, q̄ non pōt
affici, & res mutauit ſtatum, ar. l. 1. de impo. lu. deſcri. li. x. nō
ergo inſpicimus tp̄s legis conditæ, ſed tp̄s formæ in ſoluendo datæ ſeu collectæ diſtributæ ſicut dicimus in operis indicendis, qa licet hēant cām de præterito, tñ inſpicimus tp̄s, in
quo iudicantur, vt ſm qualitatē, q̄ nunc eſt liberto imponātur, vt ff. de ope. lib. l. eius artificij. Poſtq̄ ergo res tranſeūt ad
eccleſiam in præiudiciū eccleſiæ, nulla poteſt per laicos fieri
declaratio, ar. ff. de noua. l. quotiens. §. fi. Præterea ſtat. de ſoluendis collectis imponendis hēt in ſe conditionē ptātiuā,
ſſi imponentur. quæ conditio non pōt trahi retro in p̄iudicium tertij poſſeſſoris, vt ff. qui po. in pig. hab. l. potiores. & l.
qui balneum'. cum. n. de præterito non contineat aliqd certū re, vel gñe, nulla pōt dici lata obl'o, vt ff. de ver. obl. l. triticum, nec ēt naſci pōt poſtea in perſona eccleſię, vel in re eccleſiæ, qa exēpta eſt a laicali iuriſdictione, licet Innoc. dicat,
ꝙ poſſeſſores eccleſiæ ſint de iuriſdictione eccleſiæ, vt d. ca.
poſtulaſti, quæ non debent rūpi per extraneos, ſm Inno. ſed
vt dixit Io. An. & Hoſt. reprobant dictum Inno. Et adde ꝙ dicit ſe dixiſſe. C. de ſacroſ. eccl. l. placet. & adde quod no. in c.
non minus. de immu. eccl. in nouel. & in c. fi. de vi. & ho. cle.
in nouel. & in Spec. de cler. coniu. vbi plura inuenies in hac
materia. no. digna ſolita nota pręſtatio, ex prædio præſtatur,
ideo quia ſolitum eſt, vnde ſi per libros cenſuales apparet,
quod ita ſolutum eſt per decennium, non eſt inquirendum,
ar. ff. de proba. l. Celſius. de agri. & cenſi. l. litib. & multa notabilia vide per Bal. in l. oēs. C. ſine cen. vel reli. vbi ponit quod
8 publicę † penſitationes q̄nq; de prędijs tenentur noīe gñalis
ordinationis, q̄nq; ſpecialis impoſitionis, q̄nq; ſolitę p̄ſtationis, q̄nq; placitę ꝙētionis, de quib. per ordinē ſeriatim dicit.

SVMMARIVM.

1 *Declarari quid, ex poſtfacto ſufficit, nec eius omiſſio vitiat initium.*

1 **Declarare.** Licet † declaratio ſit reſeruata, nō vitiat omiſſio declarationis nec vitiat, ꝙ a prī
cipio ſit incerta quantitas, quia ex poſtfacto declaratur, &
ſufficit aliquid ex poſtfacto declarari, vt ff. de ver. obl. l. triticum. & præſtat ar. ff. de le. 2. l. cum pater. §. meos. quod eſt notandum ſecundum Bal. in l. rogaſti. ff. ſi cer. pe.

SVMMARIVM.

1 *Pater vtrum poſſit interpretari confeſſionem filij.*
2 *Iudex debet admittere omnes defenſiones omni tempore.*

Declinare. Stat. ꝙ declinans iuriſdictionē ptātis cadat in pęnā centū, modo p̄ declinauit
1 † pro filio. certe pōt declinare pro eo, & eſt iuſta declinatio,
q̄ nō eſſet pęnalis ipſi filio declinatio patris, ſed ſi eſſet filio
pęnalis, ex forma ſtatuti, nō poſſet p̄, niſi hñret ſufficiēs mandatū a filio. ar. l. 3. §. ſi procur. qđ quiſq; iuris. & l. 1. in gl. ſi ꝑcura. ff. ſi qs ius dicē. nō obtēp. Vtrū aūt p̄ poſſit interpretari ꝯfeſſionē filij? tenet Bal. qđ nō, pro quo facit l. Pompo. §. j. ff. de
rei uen. Vtrū aūt poſſit reuocare? vñ qđ ſic per no. in l. 2. ff. ſi ex
noxa. cau. aga. Sed in ꝯrium facit l. tam ex ꝯctib. ff. de iudic.
2 Bald. dicit ego credo patrem admittendum, quia † iudex dēt
admittere omnem defenſionem in omni tempore, vt ff. de
quæſt. l. ſed ſi vnus. § cogniturum. l. 1. §. ſi quis vltro. ff. de ap.
l. ſi cui. & l. 1. cum l. pe. de libe. cau. Bal. in l. reos. C. de accu.

SVMMARIVM.

1 *Statutum an derogare poſſit iuri canonico.*
2 *Statutum poteſt fictionem inducere.*
3 *Statuto dictante, quod nulla mulier poſſit obligari ſine iudicis decreto, an valeat decretū interpoſitū ſub illa conditione, ſi de iure debeo, & aliter non*
4 *Statutum quod decretum ſuper actu debeat interponi, an ante vel poſt actum debeat interponi. & qualiter notarius ſcribere debeat.*
5 *Statuto quod decretum ſit interponendum, &c. an conſanguinei mulieris ſint citādi, ex quo decretū requitur. & an a tali decreto poſſit appellari, 6.*
7 *Decretum ſi interponatur contra ſtatutum vel conſuetudinem eccleſiæ, præſumitur obreptitium & ambitioſum.*

1 **Decretum.** Stat. dictat † quod non valeat ꝯctus, ſine decreto, non obſtante quod minor
iurauerit, nunquid per hoc ſtat. poſſit derogari iuri canonico
& vī ꝙ ſtat. non valeat, & ſic derogari nō poſſit, & quia iuřm
eſt quid ſpūale, & ſuper ſpūalib. non valent ſtatuta laicorum
vt in c. tua. de ordine cogni. Sc̄do. quia illud ſtat. inuitat minorem ad deierandum. ergo non valet vt. ff. de pac. l. item ſi
unus. §. illud nulla. Tertio, quia imperator ſpāliter & expreſſe confirmat hoc iuřm, ut in auth. ſacra puberum. ergo qđ ſuperior confirmat. inferior non infirmat, vt in aut. de fideiuſ.
ci. §. interim. antiqui aduocati huius ciuitatis, dicit Bal. tenebant ꝯ, ꝙ ubi ſtat. reprobat expreſſe ꝯctum, & iuřm, neutrū
valet, vt l. ſi qs inq̄linus, §. fi. de leg. 1. tñ ibi loquitur, qñ iuřm
reprobatur pp̄ publicam vtilitatem. Item erit reprobatū a
iure cōi. vnde ille tex. non probat, qđ ſtat. valeat. & iō in multis locis ſtatuta ſic diſponentia, dñt qđ fingatur ꝯctus, ſi ali-
2 ter ſit extortus per dolum vel metum. Poteſt. n. † ſtat. inducere fictionem, qua inducta per auth. ſacra puberum, patet ꝯctum non valere, vt in verbo, per uim autem. & iſta cautela
eſt ſatis bona. Credo tamen dicit Bal. etiam ſi illa verba non
ſint in ſtatuto, tamen valeat ſtatutum ſi habet rationem, puta quia malicia hominum huius loci erat multum prompta
circa decipiendos minores, & ideo emanauit ſtat. nam cum
habeat in ſe æquitatem, & rationem naturalem, non poteſt
dici ſtat. eſſe iuri contrarium. & ita ſeruatur de facto. de quo
per Bal. in d. auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. ven. & vide ibi per eum quid operetur iuramentum. ibi ſatis plene po-
3 nit de illa materia. Stat. quod nulla mulier poſſit ſe obligare
ſine iudicis decreto, an valeat decretum interpoſitum ſub illa conditione, ſi de iure debeo, & aliter non. Bar. non determinat. ff. de auth. tu. l. & ſi conditionalis. Tu dic ſm Bal. valere, quia interpoſitio iuriſdictionis eſt actus neceſſarius, quo
ad iudicem, & officium neceſſarium, de iuriſ. om. iudi. l. 1. &
de offi. procu. l. 1. per Guil. & hoc ſi æquitas contractus ſuadet
decretum interponi. Secus ſi diſſuadet, ar. ff. de tranſac. l. cū
hi. §. ſi prætor. facit ſi contra ius vel uti. publi. l. fi. Bal. in d. l. 1.
4 C. qui admiti. Stat. ꝙ † decretum ſuper actu debeat interponi, an ante vel poſt actum debeat interponi, & qualiter notarius debeat ſcribere? quidam quod in principio inſtrumēti, ar. ff. de mino. l. ait prætor. §. permittitur. in vlt. gl. Quidam
ꝙ in fine ar. C. arbi. tu. l. fi. & no. C. de tu. & cu. illuſ. perſo. l. 1.
Tu dic ſecundum Bal. quod non refert in qua parte eiuſdem
inſtrumenti, ponatur, dummodo ad omnia referatur. ar. ff.
de libe. & poſthu. l. 3. extra de appel. c. ſecundo require. & C.
de inſt. & ſubſti. l. fi. Bal. in l. 1. C. qui admitti. Stat. quod decretum &c. An valeat decretum iudicis interpoſitum hoc modo, nos iudex interponimus decretum dictæ conditioni, ſide
iure proceſſerit. vī quod non quia nōdum proceſſit de iure,
cum ante decretum ſit conditio falſa. In ꝯrium, quia quo ad
partem proceſſit de iure edictali, ſicut cum interponitur edictalis, & petitur decretalis. totum. n hoc de iure procedit. ff.
de ſuc. edic. l. 1. §. decretalis. & ita tenet Bar. ff. de le. j. cū pp
5 Bal. in l. 1. C. qui admitti. Stat. ꝙ † debeat decretum interponi
&c. an conſanguinei mulieris ſint citandi, ex quo requiritur
decretum, vī quod ſic, per no. ff. de bo. poſ. l. tutor. quaſi reducta ſit ad inſtar minoris. ar. ff. de rebus eorum. l. magis puto. §.
ne paſſim. & C. de nup. l. in conuentione. Contrarium tenet,
quia ſtat. hoc non exigit. ergo nec nos exigere debemus. ff. de
acqui. hære. l. ſi ſeruum. §. non dixit. & quia citatio eorū quorum non intereſt, leuis eſt ſolēnitas, vnde eius omiſſio nō uitiat. ff. de ven. inſpi. l. 1. §. denuntiari. Bal. in l. 1. C. qui admitti.
6 Stat. quod, † mulier cum decreto &c. an a tali decreto poterit appellari? tenet ꝙ ſi ſtatutum requirit præſentiam coniūctorum, & ipſi vident per tale decretum mulierem lædi, qđ
ipſi poſſunt appellare a decreto. quia ſi tacerent, eſſet eis pręiudicium. Nec eſt nouum quod a decreto appelletur. per. l.
ait prætor. §. permittitur. Si autem conſanguineorum non
requiritur præſentia, nec actus ipſorum, tunc non appellant
quia nullum ius & nullam cauſam habent contradicendi,
vt. ff. de mi. l. tutor vrgentib Bal. in l. 1. C. qui admit. ad bo po.
7 Statutum † eccleſiæ vel conſuetudo, ſi contra ea interponatur decretum, præſumitur obreptitium & ambitioſum. vt.
ff. de fideicom. lib. l. cum vero. §. ſubuentum. Bald. in l. quæcunque. C. de bo. quæ liber.

SVMMARIVM.

1 *Bononiæ eſt ſtatutum, quod nulla petitio poſſit deliberari per ancia*

Source : BIU Cujas

nos, nisi requisito aduersario, qui non procedunt per viam postulationis, sed proprio motu, quid deliberatur, non fit retorquutio contra illum, pro quo prouiderunt, nec etiam anciani impediuntur.

2 *Propositio siue interrogatio, & deliberatio possint fieri ex interuallo per plures dies. nec est de legum statutorum ve substantia illa fieri eodē contextu.*

1 **Deliberare.** Stat. † erat Bononiæ, qđ nulla petitio posset deliberari ꝑ ancianos, nisi regsito aduersario, modo anciani non procedunt per viam postulationis, sed proprio motu certe si aliquid deliberatur, non fit retorquutio contra illum. pro quo prouiderunt, nec etiā impediuntur anciani, secundum Iac.bu.a statuto.de quo sci licet de retorquutione legis vel statuti, vide plenissime per
2 Bal.in l.quod fauore.C. de legi. Stat. † uel.ll.de substantia nō est, quod propositio, siue interrogatio & deliberatio fiant eodem contextu, imo possunt fieri ex interuallo per plures, dies.& dicit Bal.quod quando consilium sapientum conuocatur, modus est, ꝙ detur terminus sapientibus ad deliberate respondendum,& addit Bal.in l. 3. notabili. Quid si tempore legis condendæ, consules, qui erant in officio, una cū nouis cōsulib.extractis, q̄ adhuc nō erant in officio deliberarent, quod interdum contingit, ꝙ priores veteres in fine eorum officij, deliberant cum prioribus nouis extractis, antequam sint in possessione officij,& valet ista deliberatio. non tamen intelligitur ꝙ habeant vocem authorizabilem antequam sint in officio.ergo licet admittantur non habentes voces, tamen valet statutum quod not. Bal. in l.hæc omnia de petit.hæred. ar. l.item veniunt. §. præter hæc. §.pridie in notabilibus suis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum an liget extraneum in suo territorio delinquentem.*
2 *Statutum an liget ciuem extra territorium delinquentem.*
3 *Excommunicationis sententia, non ligat subditum extra territorium delinquentem.*
4 *Vniuersitas potest iurisdictionem prorogare.*
5 *Statutum permittens inquisitionem, quomodo sit accipiendum.*
6 *Statutum loci iudicij, spectandum est in inquisitione.*
7 *Noxa caput sequitur.*
8 *Facta & alia delicta punienda sunt secundum consuetudines & statuta locorum, in quibus sunt patrata.*
9 *Statuto stante, quod pro delicto debeant res singulę deuastari, an propter delictum vnius ex consortibus, res communes omnibus sint deuastandæ.*
10 *Statuto priuilegiante locum vel tempus, vtrum delinquens præsumatur deliquisse in tempore vel loco priuilegiato, an in simplici tempore.*
11 *Dubium quando est de qualitate facti, non debemus illam presumere, nisi probetur.*

Delinquens, delictum. Statutum an liget extraneum
1 † in suo territorio delinquentem, dicit Bal. ꝙ ista quæstio tā gitur per Cy.in l.cunctos populos.C.de sum.tri.& in l.1. quæ sit lon.consue.& in Spe. de consti. in quarta parte, & dicitur cōiter per doc.sic distinguendo, ꝙ aut statutum inducit delictum,& pęnā. aut pęnam circa id, quod est delictum de iure cōi.Primo casu.aut forensis traxit ibi moram, ita ꝙ sit verisimile, ꝙ habeat notum statutū, & ligatur tali statuto, quē admodum ligatur cōsuetudine municipali. vt, C. vbi de cri. agi.opor.auth.qua in prouinc.de extraor.cri.l.saccularii.§.1. de senten.excom. c.a nobis. hoc tenet Dy. de accu. l.sicuti. §.pe.& est ratio q̄ delictum ex animo vel culpa prouenies facit eum subditum, respectu illius penę, vt ar. ff. loc. l.cum in plures. §. nauē.& ff.de pub.l.Cæsar.& de offi.prę si. l.3.Aut forensis non traxerat ibi tantam moram, quod verisimiliter debeat esse instructus, & tunc aut illud erat communiter prohibitum per generalem consuetudinem terrarum, puta, ire cum armis, vel ire de nocte, vel transire sine solutione passagii, tunc debet puniri propter supinam ignorantiā, vt.ff.de pub.l.fi.§.licet autem. Aut non esti ta generaliter ꝓhibitum naturali ratione, nec verisimili ꝓsuetudine, vt portare margaritas,& tunc non punitur nisi fuerit sciens, ar.l.fi. de decre.ab ordi.fac. & extra de consti. c.vt animarum. li.6. ideo forēsis vel ciuis, qui diu abfuerunt. vt. ff.de excu. tut. l. pe. non tenentur pœna uisitātium moniales siue monachas consanguineas introductus per constitutionem episcopi.Se cūdo casu principali, dicit Bal. dico ꝙ omnis qui scit siue scire debet, certus debet esse de pœna, vnde licet erret in gene re p̄ pęnæ,& credat leuius esse delictum, quā sit, non ꝓpea excusatur in aliquo, vt de le.l.leges.Eo.n.ipso, quod delinquit, in pęnam. tacite cōsensit, de quo dixit se dicturū. in l.venia.
2 C.de in ius vo.Bal.d.l.cunctos populos. C.de su.tri. Stat.† an liget ciuem, extra territorium delinquentem? & videtur ꝙ ciuis extra delinquens non puniatur, quia statutum non potest suum effectum extra territoriū porrigere, vt in c.vt animarum.de consti.li.6.In ꝯrium videtur, certum est, ꝙ delinquens in ecclesia, punitur per stat.loci, & tñ ecclesia nō subest statuto territorij, vt C de epi.& cle.l.si quis in hoc genus. Præterea est expressum in d.l.fi.ff.de decre.ab ord.faci. nam ibi ex̄ territorium per l. municipalē introductū, punitur ciuis ext.delinquens.dicit Bal. Quędam sunt pęnæ, quæ statim trahunt secū executionē, puta, q̄ in statuto apponitur ipso facto, vel ipso iure, & tunc ista non infligitur in delinquentem extra territoriū, vñ cū sntia excō. trahat secū executionem, iō non hēt locū in eo, quod ext.diœcesim fit, q̄ nec iuris nec facti ibi pōt celebrari executio, vt d.c.vt aīarū. Quædam sunt pęnę, q̄ requirūt sntiam hoīs,& illæ pñt infligi subdito extra territoriū delinquēti, q̄ sumunt effectū intra territoriū.& de natura sntiæ iudicis est, ꝙ pōt ligare absentē, nā rōne contumaciæ fingit pñs. vt auth. qua in prouincia. & in corpore vnde sumitur. vbi expresse hr̄.& adde hic, quod no. ff.de capi.dimi.l.amissione.§.qui deficiunt.& facit C. de eunuch.l.2.& de commer. & mercatores. Alij dñt ꝙ
3 est speciale in sntia excōicationis, quod non liget subditum extra territorium delinquentem. secus in alijs sententijs tēporalibus, siue a lege, siue ab hoīe proferantur. Tertij distinguunt in sententijs tpalib. Quod aut statu.expresse disponit de subdito extra territoriū delinquente, vt teneatur, aut disponit simplr non facta mentione extra territorium, & tūc refert, aut delictum istud est de iure cōi, & debet puniri, ut d.l.mercatores.& d.l.2.de eunuch. nā ius cōe vbiq; extendit suum vigorem, aut non est delictum nisi de iure municipali,& tunc non dēt puniri, q̄ non est delictū, ex quo fit in loco permisso, vñ cū rōne loci & tpis, licita fit facti origo, non dēt ad pęnam trahi. Quod verum credo, dicit Bal. salvis pœnis spiritualibus,& eis annexis, in quib.debet seruari. c.vt animarum. Bal.in l.cunctos populos C.de sum.tri. Statutum
4 an liget delinquentem extra territorium, puta in exercitu, vt possit ibi puniri, sicut faciunt quotidie duces exercitus? dicunt doct. ꝙ sic quia de iuregentium hoc est, & cōi consuetudine, & quia exercitus est vniuersitas, quæ pōt prorogare iurisdictionem. Iac.in l.cunctos pop.Cy. & Bar.in l.4.de offi. præsi. licet ſm quosdam singulares personæ non pñt prorogare de loco ad locum, tñ secus est in vniuersitate ex cā necessaria prorogante,& ita seruatur.Bal.in d.l.cunctos po. C.
5 de sum.tri.Statuto† præsuppositio, ꝙ ciuis tenetur extra territorium delinquens, ac ciuis iste veniet puniendus per iudicem proprium, ꝯ eum inquirendo. Odof. tenuit ꝙ nō, q̄ inquisitio rſr est prohibita, & statutum permittens inquiri, intelſr de commissis in suo territorio, cuius tutela pertinet ad statuentes, non aūt de commissis extra territorium, quia non vr̄ de hoc cogitasse. inquisitio.n. pertinet ad rempubli. quia ipsa offenditur. sed hic non offenditur ipsa respub. sed alia. ergo non pōt inquiri, quia nihil ad nos de his, quæ foris sunt, ar.est ad hoc.l.cunctos popu. & l.extra territoriū.cum tota materia. C.de sum.tri. Laudinus format istam qō.& tenet per multas rōnes. Io.An. ponit istam qō. in addi.Spec.in ti.de compe.iudi.aditione.& tenet idē, ꝙ non possit inquiri.
6 Cy.disputando tenuit ꝯrium. nam † inquirere pertinet ad ordinem processus, & ideo inspicitur statutum loci iudicij, ut l.2.quemad.rest.ape.cum si. Præterea iste est subditus iurisdictioni & statuto, ergo pōt inquiri ꝯ eum, vt l.1. C. ubi de cri. agi opor. Præterea, delinquens in ecclesia, non delinquit ꝓprie in loco subdito,& tñ inquiritur ꝯ eum, vt C.de episc. & cle.l.si quis in hoc genus.& de hoc tenet Bal. ꝙ possit inquiri, pęna tñ debet imponi ſm locum delicti, non ſm locum inquisitionis: ſm Bar.Bal.dicit tu considera, ꝙ sicut de crimine actio seu accusatio, non dr̄ ordo iudicij, sed dr̄ qd substantiale, vt l.2.de orig.iu. ita decernere inquisitionem seu inquirendi potestatem, non est proprie ordo, quia inquisitio non est proprie ordo iudicij, sed sicut se habet accusatio ad esse condemnationis, ita se habet inquisitio. hoc apparet, q̄ si præscribitur, pęna eneruaturi in totum, vt C.de fal.l.querela. Ex hoc apparet, quod ar. de ordine iudicij non procedit. Item non procedit ar.de l.si quis in hoc genus.C.de ep. & cle.quia licet locus non sit subditus, tñ est in habitu iurisdictionis, ar. ff.de ꝯh.emp.l.in modicis. Præterea, dicetur ꝙ iudex qui iurauit præcise seruare statuta,& non imponere aliā pęnam, q̄ pęnam statuti, in hoc casu inquirat,& aliam pęnā imponat, non vr̄ bene dictū, q̄ in hoc non iurauit officiū. ar.in authē. de iureiu.quod præs.ab his.& Bal.finaliter dicit, credo, ꝙ tutior opinio sit, ꝙ possit inqrere, q̄ abolitio sequitur delictū,
7 nam noxa † caput sequitur, merito per iudicem propriū puniri pōt, ēt inquirendo, non attenta qualitate loci, sed qualitate personæ, quæ est affecta per delictum. sicut.n. in ciuilib. officium suum in omni causa impartitur, ita in criminalib. cum redigantur ad instar ciuilium, in procedēdo, vt l.absentem. ff.de pę.Bal.in d.l.cunctos pop. C.de sum.tri. Statut.ſm
8 statuta † & consuetudines locorum, furta & alia delicta puniri debent, in quib.commissa sunt.ff.de extraor.cri.l.saccularij.§.sunt quædam Bal.in auth. sed nouo iure. C. de ser.fu.
9 Statutum † ꝙ pro delicto debeant res delinquētis deuastari.

modo

Source : BIU Cujas

modo q̄rit̄,nunqd,p delicto vnius ex cōsortib.dēant singulæ domus cōes ꝑ partib.diruiꝰ & est ar.ꝙ nō. l.nō amplius. in fi. de le. j.sed officio iudicis debeat aliquid assignari,qđ diruat̄, & reliquū maneat illæsum.Dy.arguit ad vtranq; partē. & al legat vltimo,ꝑ illa parte,ꝙ in sigulis reb. dēat fieri diruptio ex parte delinquentis, sed prior opinio verior est, maxime q̄ rōne partis dirutę pars alia remaneret quodāmō inutilis ar. l.officio de leg.j.in fin.& de eo hic consuevit notari.ff. cōi
10 diui.l.si is,cum quo.Bal.in l.non amplius.de leg.1.Stat.†priui legiat locum vel tps, mō quærit̄ vtrū delinquens p̄sumat̄ de liquisse in tpe vel loco priuilegiato,an in simplici tpe? &Bal. exordiēdo altius materiam,dicit ꝙ q̄q; occurrit dubiū circa factum.q̄q; circa qualitatem facti,q̄que circa animum delinquentis, q̄q; circa personam delinquentis, q̄q; circa personā patiētis,q̄q; circa qualitatem personæ. Si occurrit dubiū circa factū,liquidē passiue,quia nō apparet aliquē passum esse,nō pōt sequi cōdemnatio.ff.ad sil.l.j. §. illud.Si aūt actiue,qa constat aliquem passum, nō constat quis fecerit,si quidē illud nō allegatur factum a plurib.sed ab uno, ex quo ꝫrium non ꝑbat̄, sequit̄ absolutio.facit.ff.de adul.l. denūtiass e. § .requirit̄.Si vero agitur de pluribus.delinquētib. tunc lo
11 quitur tex.& gl.l.itē mella. §.si plures.† Scđo casu, q̄ vertit̄ dubiū circa qualitatem facti,nō debemus præsumere qualitatem,nisi ꝑbet̄,vt no.Dy.in c.in obscuris.de reg.iu,li.6.facit de pę.l.si prę̄ses.& dr̄ qualitas illa, quæ habet augere pęnam, puta nox, vel locus priuilegiatus a statuto.Præsumitur ergo maleficium commissum de die nisi ꝑbet̄ de nocte . & iō dūt quidam, ꝙ si est actum tan̄q̄ de nocte,& nō probatur, ꝙ sequtur absolutio,maxime in delictis iterabilibus,quia est actum cū cōmemoratione tpis.vū crimē qđ obiecisti nō ꝑbasti. ar. c.abbate sane.de re iud.li.6.sicut in loco , si nō ꝑbaret̄ locus. alij dūt, ꝙ fit cōdēnatio de facto simplici? tu dic ut no. Bar.in l.denuntiasse.ff. de adul.& alij doc.in l.p̄tor.§.docere.ff.vi bo no.rap. Q̄q; est incertitudo pęnes effectum facti, & tūc loq tur.§.si plures.d.l.itē mella. & ff.de sic.l.si in rixa. q̄q; est incertitudo p̄sonæ patiētis. & ad hoc determinatur ꝑ.d.§.si plures,q̄q; p̄sonæ patiētis,tūc dic vt dixi in l.si cū exceptione.§. in hac.ff. qđ me.cau.in quo dicit. no.ad excusationē syndicorū ꝙ q̄ maleficiū fit de nocte.pōt ꝑbabiliꝫ ignorari qs fecerit siꝫ q̄ in rixa multorū,& iō nō cogit̄ syndicus exprimere & denuntiare id, qđ pōt ꝑbabiliter & verisiꝫ.ignorari.Facit ff.de cal.l.annus. & ibi dicit se dixisse . & fertur ꝙ per gl.in d. §.in hac.Old. defendit quēdā clericū,cui opponebat̄ homicidiū.& testes dicebant se vidisse a longe.nā domi. Old. inspexit,an illa nocte fuisset lumen lunæ vel non, & qa nō fuerat lumē lunæ,apparet ꝙ testes nō potuerunt videre ꝑꝑ obscuritatē noctis, nec cognoscere faciētē,ad qđ facit gl. d. §.in hac. & addit Bal.ꝙ d.gl.inducit ad q̄nē.Reperitur ꝙ Titius occidit quēdā peregrinū,cuius nomen ignorat̄,nunqd sine specificatione nominis passi,ꝑcedat accusatio ꝯ facientē? & est ar. d.gl. ꝙ sic.& vr̄ gl.or. & dictū Archid.2.q. 8.c.libellorū.in fi. &si tu dicis,poterat esse bānitus,q poterat impune occidi,rn̄ deo ꝙ hoc nō p̄sumit̄. ꝙ qs possit impune offendi, nisi ꝑbet̄. nec præsumitur ꝙ quis possit impune offendere alium, vt. l. diuus.ff.de offi p̄si.ista q̄ fuit de facto in ciuitate Florentiæ, quia quidam Ptās cepit quendam, cuius nomē ignorabatur & occidit eum in tormentis.accusabatur per testes de homicidio homininis ignoti.certe procedebat libellus sine specificatione nominis,ex quo de corpore constabat, ut patet ex prædictis. & adde quo no. Cy.de repudi. auth. hodie. & ff.ad sil l.1.§.item illud.& quod no.in Spec.de resti. spo. §. verum. ver.vlt.no. & hæc sunt verba,quæ dicit ad literam.Bal.d.§.in hac.& redeo ad distinctionem.s̄ d.§.item si plures. l.itē mella.ad l.Aquil.Q̄q; est dubium de qualitate personæ, & tūc dic,vt no.gl.in l.si quis ignorans. ff.loca.Q̄q; est dubium de mente. tunc præsumitur contra delinquētem,quia est de nā prohibitorum,ut.C. de sic.l.1.Quod dic vt.ff.de sic.l.1.§.diuus. & addit Bal.utrum. d. §.habeat locum in criminali . & dicit ego remitto te ad.d.l.si in rixa.& adde quod no.in Spe.de homicidio. §.1.ver.sed pone quatuor.& de rapto,§.1.ver.sed pone & de testi.§.2.uers.quid si quatuor homines . & per Inno. in c.sicut dignum.de homici.& per Cv.ad.l. Iul.de vi.l.quoniam multa facinora.& in Spe.de le.3.§.iuxta propositiones vers.sicut in rixa.& ꝑ Arch.23.q.ult.c.fi.Bald.in d.§.si plures.

SVMMARIVM.

1 *Tempus statutum ad denuntianda maleficia, non currit a die commissi delicti,sed a die delicti publicati,ex quo sciuit vel scire potuit.*
2 *Syndicus qui tenetur maleficia denuntiare,tenetur de mora, etiam si sceleris author nihilominus puniatur .*
3 *Sindicus qui tenetur denuntiare maleficia , tenetur id facere coram iudice competente, alias non liberatur .*
4 *Syndici quod teneantur ad maleficiorum denuntiationem , non adiecto die, quomodo id sit accipiendum.*
5 *Syndico quid obseruandum in denunciatione maleficij .*

1 **Denuntiare.** Stat.†ꝙ syndici teneantur denūtiare maleficia, certe non tenentur denuntiare clandestina,q̄ scrire non p̄nt,arg.l.1.§.occisorū. in ver.clam vetare.ꝑ hoc.ff.quod vi aut clā.l.cōpetit. §.si in sepulchro.imo est l.sp.fm Cy.pro hoc. ff.ad sil. l.si qs in graui. §.si maritus.& iō dicit Ia.de Are.ꝙ tps statut. ad denuntiandū maleficia,non currit a die delicti cōmissi,sed a die delicti publicati,ex quo sciuit,vel scire potuit,vt l.annus.de calum.& de ędil.ędicto.l.cum sex. Item facit pro villis & castris, quæ tenentur emēdare damna data, & curare ne homicidia fiāt in suis stratis & territorijs. ꝙ si damnum est datum clā,quod non tenentur.Cy. Item non tenetur si nō cepit malefactorē, qui delinquit in confinio,ita ꝙ statim transiuit in aliud territorium, vnde nō potuit capi ēt summa diligentia adhibita,fm Bar.quæ sunt no.Bal.in d.§.occisornm. C.ad silla. Sta. ꝙ quicunq; denuntiauerit homicidam,hēat certā quantitatē.certę si vnus ex plurib.homicidis socijs, denuntiat alterū dēt hr̄e illā quantitatē ꝯstitutā ar.l.si quis in graui. § si ex sti-
2 pulatu.& ver.ꝙ si sub ff.ad Sill.Bal.ibi.Stat.†ꝙ syndici teneā tur denuntiare maleficia , certe licet principalis sit punitus de facto, syndicus qui non denunciauit maleficium, & fuit in mora, dēt puniri nihilominus de negligentia . & de hoc per l.in cognitione.ff.ad Sille.& facit ff.ad Tert.l.3.§.& si for
3 te.Bal.in d.l.cognitione.Stat.†dicit,ꝙ syndicus, vel alius teneatur denuntiare maleficium.certe ille tenetur denuntiare maleficium qui tenetur ipsum denuntiare coram iudice competente, alias nō euadet pœnam,quæ imponitur ex forma stat.hoc no.bal.in l.iubemus. C. de pri.carce.& dicit Bal. in d.l.ꝙ quis tunc tenetur denūciare, cum nouit maleficiū esse cōmissum.de quo.ff.ad Silla.l.1.§.occisorum. & C.de his,qui.vt indig.l.si ideo.& dicit ulterius, ꝙ d.l.iubemus. facit in ar.ꝙ ille qui omittit denunciare, debet puniri ea pœna, qua veniebat puniendus malefactor, si pęna alias certa non esset a statuto statuta.facit C.de ep.& cle.l.si quis in hoc
4 genus.Bal.in d.l.iubemus.C.de priua.car. Stat.dicit†ꝙ syndici debent denuntiare maleficia,nec apponit diem,certe intelligitur incontinenti a die scientiæ , non tn̄ coguntur denuntiare p̄cipiti festinatione,sed inquisita facti veritate. Ad hoc p̄stat,ar.tex.in l.2. §. ꝙfestim.ad Ter.& ff.de sol.l.inter.& l.ꝙtinuus.§.cū ita.& §.itē,q insulam.de ver.obl.& de his,quibus vt indig.l.sororem.& vide, vt ibi dixi.& est vna gl.valde not.l.cum ancillis.ibi mox cognita.C.de incest.nup. Bal.ibi. Statutū dicit,ꝙ syndicus tenetur denuntiare damna data si bi protestata per dnos infra quartum diē,nec declaret statutum,q̄ incipiet iste dies an incipiet a die dāni dati, an a die protestationis,certe intelligendum est,ꝙ incipiet a die protestationis,quia protestatio non producit effectū suū retro, sed demum ex tempore ex quo fit,arg.l.si quis nolentem.C.
5 de nego.gest.Statutum†dicit,ꝙ syndicus teneat denuntiare maleficia sibi ꝑtestata per iniuriā passos. modo Titius iniuriā passus,fecit ꝑtestationē in hac forma,videlicet.protestor ꝙ denunties oēs iniurias mihi illatas ꝑ Pe.nunqd sufficient illa verba generalia,& dico ꝙ nō,imo requirit̄ assignatio in iurię,& specificatio loci & tpis,vt l.p̄tor edixit.in prin. ff. de iniur.& hoc ex theorica Bar.quia q̄ ad certā speciem refert ꝑtestationis effectus,oportet ꝙ illa species declaret̄.& requiruntur verba specialia, vt l.aut qui aliter.in prin.quod vi aut clam.Si aūt non referretur ad certē spēm, sed vniuersaliter & simpliciter intēderet,tūc sufficiunt verba generalia: vt l. si quis nolentē. C.de neg.gest. De quo plenius in d.l. per Bal.

SVMMARIVM.

1 *Statuto disponente,quòd bannito non reddatur ius, si deponens est bannitus,& omnia bona sunt confiscata,an depositarius volens cognoscere bonam fidem,possit ei sponte soluere,antequam conueniatur a fisco.*
2 *Ratio extrinseca & specialis bonæ fidei,debitum iure contractus impedit, quando in minorem æquitatem dilabitur.*

1 **Depositum.** †Statutum disponit, ꝙ bannito non reddatur ius.modo pone,& deponēs est bānitus, & oīa bona sua sunt confiscata, an depositarius volens agnoscere bonā fidem,possit ei soluere sponte,antequam conueniatur a fisco,& vr̄ ꝙ sic.C.de noua.l. 3. sed illa lex hoc nō dicit,quia ibi loquitur in cessionario, q habebat iura vtilia,hic in fisco,qui habet iura directa. Itē sibi cedenti non denegabatur ius,sed hic bannito denegabatur ius.In ꝫrium vr̄ per tex.in l.bona fides.C. depo. nam exrrinseca, &
2 specialis† ratio bonæfidei, debitū iure ꝯctus,impedit,q̄n in maiorem æquitatem dilabitur.Solu.si sciens soluit,non liberatur,si probabiliter ignorans soluit,liberatur arg ff de tran sac.l.fi.ff.de manu.l.qui pœnam. nam cum iura directa transeant in fiscum,constat ꝙ scienter soluit indebitum,vt.ff.de solu.l.reo criminis.a contrario sensu.ibi, interim &c.cum si. de quo per Bal.C.depos.in rubrica.

Source : BIU Cujas

Baldi Perusini De Statutis.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi constitutio potest derogare solennitatibus iuris.*
2 *Lex posterior derogat priori.*
3 *Prouisio specialis non derogat generali in diuersis legib.*

1 **Derogare.** Constitutio † eṗi pōt derogare solenitatibus iuris, vt. ff. de offi. ꝓconsul & leg.l. nequicq̃. in fi. sicut & cōsuetudo licet videatur. arg. ⁊.l.fi.C. de testa. de quo plene per Bald. in l. sed & ea, q̃.ff. de legi. Stat.
2 siue † lex posterior derogat prioribus legibus †, vt not in.l.1.ff. ad.l.Aquil. Circa qđ dic, ꝙ hoc est verū, si habet clausulam derogatoriā. vel si sint leges contrarię. Si aūt sunt diuersę.ll. non derogat posterior priori, ẽt si habeant se, vt genus, & species, vt not.ff. de accu.l. senatus censuit. &. C. de sepul.uio l. q̃
3 sepulchra. & de act. & oblig.l. quotiens. vnde † in diuersis legibus specialis prouisio non derogat generali. Secus, si in eadem.l. quia tūc species derogat generi. Quod dic, vt no. doc. ff. de pęn. l. sanctio legum. & ita disputando tenuit Ray. de for. & no. in. d.l.1. ad l. Aquil. dicit Bald. ad statuta nostra noua, quę cassant vetera, tu adde qđ no. Bart. in. l. quæsitū. §. si quis fundum. ff. de fun. instr. vbi pleniss. tractat, qñ spēs derogat generi, & quando genus speciei, vt plene per eū de hoc.

ADDITIO.

a ¶ Legibus. No. ꝙ lex posterior derogat priori. in Spe. de act. §. 1. ver. illo & l nā & posteriores, de legib. Et an leges seq. tollant præcedentes consuetudine firmatas in l. administrare. C. de colla. dot. li. 10

SVMMARIVM.

1 *Desueta non sunt apponenda legi vel statuto.*

1 **Desuetum.** Statutum. In statuto † vel lege nō sunt ponenda ea, q̃ sunt desueta. i. in ⁊riū assueta. hoc tñ non est verum simpliciter, vt in auth. de fideic. in prin. hoc dixit Bal. in ver. notabili. in l. constit. in §. quib.

SVMMARIVM.

1 *Equi appellatione an contineatur salma.*
2 *Statuto prohibente deuctum ꝙuis intelligatur contrauenire deueto.*

1 **Deuetum.** Stat. † dicit, ꝙ quicunq; iuerit ⁊ deuctū, perdat asinum, nunqd perdat salmam? dicendū est ꝙ non, qa contenti debemus esse pęnis legalib. ff. de ver. ob. l. si ita stipulatus. & eꝫ, si dēt perdere salmā, non iō perdat bestiā, qa stat. hoc non dicit, vt ff. de acq. hęr. l. si seruus. §. nō dixit. de quo per Bal. in l. cum proponas. & vide ibi de vecturali, q causa fraudādi vectigal siue passagiū, nō facit iter consuetū, qui tenet de ꝓiculo, qđ seqtur. & vide ibi quis possit imponere pedagiū siue passagiū, & multa bona. Stat.
2 † prohibet deuctū. mō q̃rit quis intell'r ire ⁊ deuctū? & dicit Bal. ꝙ ille, q nō it per locū ⁊suetū, p̄sumitur ire ⁊ deuctū. occasio n. fraudandi tolli dēt, vt C. de curs. pub. l. si quis. li. 12. facit de naui. l. q fiscales. li. 11. & de excu. tu. l. nō solū. §. annus. & ff. de fal. l. si eos. § fi. & vide oīno qđ no. ibi. Secūdo vī ire ⁊ deuctū ex rerū ꝓhibitarū delatione, & ex hoc nota, ꝙ ille q cōprehendit transiens, vī consummasse delictū, siue qa per eū non stetit, vt C. de ser. fug. l. fugitiui. siue qa de ⁊suetudine est, ꝙ puniantur transgressores in via, ꝙ forte nō possent puniri delicto consummato. Pone. n. ꝙ Barbarus de Zardinio portaret ferrū in barbaria. nisi. n. puniręt in via, nō posset puniri, siue qa nō sola transuectio, sed merciū impositio punit, si ⁊stat, ꝙ oīno transferēdi se ad loca ꝓhibita, vt ff. de publi. l cotem. §. dñs. ver. posuerunt. ſm Ray. de For. & sic nō ob. ff. de fal. l. qui falsam, qa ibi nō erat delictū consummatū, quia nō hēbat figurā esse, cū esset materia informis. pecunia autē dēt esse formata, vt ff. de ⁊h.em. l. 1. isto casu aūt erat delictū ⁊summatū ꝑ impositionē merciū illicitarū, & eo. mō rñd. ad l. si qs aliud. §. fi. de pę. ſm eum. Quidam tñ dicunt, ꝙ sunt ⁊sideranda verba statuti, vtrū dicatur, si qs imposuerit, uel si qs portaret, vel si qs extraheret, & tūc sint vera p̄dicta. secus, si uerba dicant, si qs extraxerit, qa tūc reqritur, ꝙ sit facinus ⁊summatū ꝑꝑ verbū tꝑis signantis perfectionē, vt ff. qđ qsq; iu. l. 1. §. hæc verba. Ad qđ facit qđ no. ff. de vsufr. l. arborib. §. idē tractatur, in gl. q̃ dicit, lupus exijt ſyluam, non tñ exiuit. Nec. n. pōt dici, ꝙ in stat. maxime vbi imponitur ipso facto, pęna, maleficiū inchoatū hēatur ꝓ ⁊summato, vt plene dicit se dixisse. C. de epi & cle. l. si qs nō dicā rape. Nō nego tñ, ꝙ aliqua alia pęna extraordinaria minori dēat puniri. nā q incipit delinquere, nō est sine crimine, de extraor. cri. l. 1. cir. fi. & ⁊firmo hoc alia rōne, qā clā & furtiue perfert ad locum ꝓhibitū, ar. ff. de fur. l. si qs ꝓferēdū. §. fin. cuius arbitrio imponerē sibi mediā pęnā pec. nō ꝑsonalē. nā stat. loqtur ꝑ verba, q̃ p̄cise signant ꝑfectū actū, & dictā pęnā imponere nō ex interpretatione stat. sed ex regula iuris cōis. Nā cum hoc per statutum sit genus maleficij, ergo succedant regulæ punientes. de quo per Bal. in l. cum proponas. C. de nauti. fœno.

SVMMARIVM.

1 *Lex & statutum non recipiunt probationem in contrarium. Quid in instrumentis publicis.*
2 *Apodissa non continens tempus, non probat.*
3 *Procuratoris mandatum, munitum debet esse tempore.*

Dies. Consul. Stat. & leges ꝓbāt, licet ī eis non sint dies, & consul, ita ꝙ apposito tꝑis, non est de substātia legis, vel statuti. Ratio est, qa lex
1 † & stat. non recipiunt ꝓbationē in ⁊rium. Secus in instfris publicis, vt in auth. vt præpo. no impera. in prin. & C. de tabu lis. l. gñali. li. x. in priuatis vero scripturis, est opi. nā cōiter dñt doc. ꝙ scriptura priuata ꝓbat sine die & consule, vt. ff. de pig. l. cū tabernā. §. idem quæsiit & no. C. qui poti. in pig. habe. l. scripturas. & hoc tenet Guil. de iusti. & iure. l. 1. sed Ia. bu. in ⁊stit Codicis. in verbo, hæc q̃ necessario in §. qb. tenet ⁊riū.
2 ꝙ † apodissa siue priuata scriptura [a] non cōtinens tꝑs, non ꝓbat, qa nō dēt esse maior in ꝓbādo scriptura priuata, q̃ publica, & ꝓꝑ dubiū p̄scriptionis. Item, qa si ꝓducī in iudicio, & nō apparet, ꝙ añ lit. cōt. facta fuerat nō fundat. iudiciū. ff. de iud. l. nō pōt videri. & facit qđ no. ī c. abbate. eẋ. de re iud. lib. 6. Nō ob. ⁊rium. d. §. idē quæsiit, qa ib l. C. non rñdet. an scriptura ꝓbet. an nō, sed rñdet substantia ⁊ctus, an pignus ꝓbet per epistolam, & dicit ꝙ sic. hoc idem vī tenere Spe. in ti. de proc. in §. rōne. ver. qd si mādato. Tu dic, dicit Bal. aut substā
3 tia actus nō pōt infringi ex tꝑe, tūc dēt ⁊tinere tꝑs, vt in † mādato, ꝓcuratoris. qa si nō apparet de tꝑe, iudiciū tanq̃ sine mā dato posset infringi. Aut substātia & fundm actus nō pōt infringi ex tꝑe, & tūc nō est necesse, ꝙ apponat tꝑs. Nō ob. ar. de p̄scrip. qa p̄scriptio nō infringit actū, nec obꝑonis primordiū. Itē nō ob. auth. q. mo. na. ef. le. §. q̃tū qa ibi nō loquit in scriptura priuata, sed in scriptura sacerdotis, q̃ in mrimonio & dote, subscripta cū trib. testib. reputat scriptura publica. qđ, non reperitur alibi, de quo per Bal. in 1. const. C. in §. quibus.

ADDITIO.

a ¶ Scriptura. Adde hic, quod priuata scriptura debet continere diem, s. quod ad effectum probandi prioritatem temporis non alias, secundum Bar. in l. cum tabernam. §. idem quæsiit. vbi Alex. in apostillis. cum concor. de pign. & ibi Bal. vide Bar. in prima. const. ff. ver. sed tamen aduerte.

SVMMARIVM.

1 *Diffamare quotupliciter contingat. Et quomodo intelligatur statutum puniens diffamatores. nu. 3.*
2 *Fama, dicitur dupliciter.*

1 **Diffamare.** Stat. quod loquit † de diffamantib. aliquem, intelligit qs aliquem diffamare siue in vulgo prædicet, siue corā iudice diffamet, ēt non in figura iudicii, & tex. vī dicere, ꝙ ēt non in cætu quis vī diffamari, dūtñ infamādi causa dicat, ēt si corā paucis quis diffamatur. vt. ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. ex his apparet. & no. differētiā. Nā aliud est diffamatio, qñ inimicus diffamat suum inimicum, aliud est fama. nam † dī duplex fama
2 vno modo, i. vox publica de aliquo. alio modo. i. status suæ conscientiæ. Primum est de ꝓpria, ſm est de impropria. Bal. in l. diffamari. in prin. C. de ingē. manu. Stat. puniens diffamā
3 tes, intelligitur, quod diffamare aliquē est, qñ † descendit ad speciem criminis vel turpitudinis, quod intelliges etiam sine circumscriptione loci vel tꝑis, ſm Bart. allegat. ff. de iniu. l. item apud Labeonem. §. si quis. l. 1. C. de famo. libel. Si autē non descendit ad speciem turpitudinus, sed dicit aliquem criminosum, nō exprimēdo speciem criminis. ista nō est diffamatio criminis, secundum Bar. Bal. in l. turpia. de leg. 1.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an possit dispensare cum minore admittente delictum statuto prohibitum.*
2 *Minori non subuenitur, quando conuenitur ex animo.*

1 **Dispēsare.** Stat. † determinat certam pœnam. modo minor commisit delictum, quæritur an iudex possit cum eo dispensare? vī ꝙ sic per. l. auxilium. §. in delictis. ff. de mino. vbi dī, ꝙ interdum dispensatur cū eo in minori pœna. Hoc ēt no. C. de infa. l. & si seuerior. & ff. de infa. l. quid ergo. §. pœna grauior dicit Bal. concedo, ꝙ iudex interdū pōt dispensare in mino. pęna, & istud dispēsatur arbitrio sibi concesso per. l. hodie. ff. de pœ. illa tñ lex non hēt locum in pœnis determinatis per statutum, imo statutum est prꝯcise seruandum, secundum Iac. but. propter beneficium
2 rest. in integ. nunquam † subuenitur minori, qñ conuenitur ex animo. i. ex dolo. siue loquamur in adulto, siue in pupillo, qui est plene doli capax. quod intelligunt gl. si est magis proximus ætati adultę, quā infantiæ. & hæc est cōis opi. ſm Bal. in l. 1. C. si aduer. delictum. Statutum, in illo domicilio, in quo factum est, non est dispensatio, sed ius commune, secundum Bal. in l. vnica. C. quando non peten. partes. petent accre.

SVMMARIVM.

1 *Lex semper loquitur. Et est quasi organum, quo mediante inter Rempubl. & priuatum contrahitur.*
2 *Lex est expressa in publica annona eroganda militi, quod per suam callidita tem ille perdit ius agendi.*
3 *Statuto dicente, quod quis non doctoretur antequam studuerit per. 10. annos, an doctoratus valeat citra illud tempus præscriptum statuto.*

Docto-

Source : BIU Cujas

1 **Doctorari, Doctor.** Statuto cauetur, ꝙ quicunq; †doctor legit medicinam de mane, habeat centum flor. a cõi pro salario suo. modo quidam doctor medicinæ legit de mane, aliter a cõi non conductus, interim cassatur, & qa non notificatur sibi, perfecit lecturam anni. quæritur an dẽat hre salariũ? & vr ꝙ postq̃ incepit legere, non potuerit sine cã cassari. nã cõtraxisse vr cum republica, qa lex sp loquitur, & sic p impletionẽ causæ l. mediante ꝓhatur. hoc ponunt doc. l. in oẽs populi. & aliqui in l. qd semel. de decr. ab or. faciẽ. & dico, ꝙ ad hoc, vt lex transeat in ꝓctum, nõ est necessarius consensus eodẽ ꝓtextu, sed sufficit impletio causæ, qa lex est vbiq; & sp loqtur, & est quasi organũ quo mediante inter rempub. & priuatum ꝓhitur. Sic hẽmus in subhastatione, quæ fit per edicta, vel per prætorem, vt l. 3. C. de fi. instru. & iure hastæ fi. li. x. Præterea si displicebat, debuit ei notificari. ut l. fi. §. si prædi lexerint. nau. cau. sta. de quo per Bal. in l. pecunia. C. de ꝓd. ob
2 cau. Stat. †dictat, ꝙ doc. noĩe salarij habeant centum corbes frumenti quolibet anno in paschate, & est cõsuetudo ꝙ docto. uadant ad camerã cõis. mõ cum officialis esset paratus ad soluendum. doctor ideo distulit, qa sperabat caristiam, q̃ superuenit, tpe caristiæ doctor petit illud frumentum. quæritur an sibi sit dandũ? & est lex expressa in publica annona, q̃ erogatur militi, ꝙ per suã calliditatẽ perdit ius agendi. ut l. nulli. C. de eroga. mili. an. li. 12. sed illam pœnam non puto trahendã in ꝓnitiam, licet gl. arguat per illum tex. ꝓ Albertũ Calui, qui tpe vbertatis mutuabat frumentum rusticis, & nolebat recipere nisi tpe caristiæ Bene tñ dico, ꝙ sufficit p̃stare æstimationem veterem, quæ erat tpe moræ creditoris, & quanto minimi postea fuit vsq; ad interprellationẽ, vt ff. man. l. si hominem. de quo per Bal. in l. acceptam. C. de vsur.
3 Stat. dicit, ꝙ †non debeat doctorari, nisi q audiuerit per x. annos. modo quidam est doctoratus, qui audiuit minori tpe, valeat doctoratus? dicit Bal. ꝙ sic, ar. glo. l si qs an decurio. in gl. quæ incipit, vt tabellio ibi vel dic. C. de fal. Bal. ibidem.

SVMMARIVM.

1 *Dolum præsumptum infert scientia præsumpta.*
2 *Culpa lata, quid.*
3 *Doli actione, num teneatur, qui promissum non obseruat.*
4 *Donatio facta ob certa remunerabilia merita, non eget insinuatione, nec potest reuocari*

1 **Dolus.** Statuto, vel legi si quis ꝓ fecerit, an præsumat dolus, an lata culpa, & vr ꝙ sit dolus præsumptus, qa præsumpta scientia infert dolum præsumptum. Ia. Bu dicit in l. leges. C. de ll. Quod in dubio credit, ꝙ præsumatur lata culpa, & non dolus. dicit. n. quod debemus eligere mitiorem partem. Tunc dicit Bal. ꝙ aut ius ciuile trahit originem a iure naturali, siue a naturali æquitate, quæ ineſt secundum naturam, & præsumitur dolus, vt C. de sicc. l. 1. & C. de iniur. l. si non conuicij. aut non sumit originẽ ab ęquitate naturali, sed a iure mere positiuo, & tunc refert, aut illud est quodammodo ius gen. propter generalem consuetudinem vt de gabellis soluendis, secundum miseriam nostri tpis, p̃sumitur dolus, aut non est ꝓ generalem consuetudinem, &
2 tunc præsumo potius † ꝙ sit lata culpa, quæ est ignorare, qd omnes sciunt, vt l. liberorum. §. notatur. ff. de his qui no. infa. & de uerb. sig. l. latæ culpæ. & adde, quod legitur & no C. de his, qui sibi ascri. l. senatus. Ex his apparet, ꝙ non soluẽtes gabellam, ad portam, præsumũtur hre animum fraudandi, qa faciunt contra generalem consuetudinem, nisi esset gabella insolita, quia tunc non præsumitur fraus, de quo per Bal.
3 in d. l. leges. C. de legib. Statuto cauetur † ꝙ quicunq; venerit ad habitãdum, & steterit ibi per certum tempus, sit a collectis exemptus. certe si cõe facit statutum in ꝓrium in præiudicium illorum, qui venerint, illi iuuantur exceptione, uel actione de dolo, per l. si cum mihi. ff. de dolo. ubi qui nõ obseruat, quod promisit actione de dolo tenetur. & dicit Nic. de Ma. ꝙ d. l. est arg. ꝙ priuilegium concessum quod nõ pendet ex sola voluntate concedentis siue authoritate, sed ex iure alteri qu æsito propter ipsius factum, non põt reuocari. & per hoc dicit Bal. ego vna istarum dierum consului in ciuitate Senarum, ꝙ priuilegium datum quibusdam bannitis, quod possint secure morari, eo ꝙ eorum opera illud cõe occupauerat quoddam castrum, erat irreuocabile. dicit Bal. allegaui dictam l. si cum mihi. & gl. ord. C. de silen. in l. decurio. li. 10. & ibi etiam per An. de Barulo. ad hoc facit. ff. de do.
4 l. acqui. regul. ubi dicitur ꝙ †donatio facta ob certa remunerabilia merita, non eget insinuatione, nec potest reuocari & concordat co. ti. l. si pater. Bal. in d. l. si cum mihi. ff. de dolo.

SVMMARIVM.

1 *Statutum & consuetudo possunt transferre dominium & possessionem. n. 4*
2 *Dominium quæri potest ex dispositione legis, sine possessione.*
3 *Dominium an quæritur sine possessione, ex sententia iudicis.*
5 *Possessio num transeat in dote, sicut dominium.*

1 **Dominium.** Stat. † & consuetudo põt transferre dñium & possessionẽ. qđ est notãdũ vt in. c. ex parte. de consue. & vide plene ex quib. possit q̃ri do
2 minium in l. traditionib in fi. C de pac. vbi dicit ꝙ †ex dispositione legis põt q̃ri dominiũ si ne possessione. vt. ff. de publi. l. commissa. Item ex dispositione testatoris. vt. ff. de le. 1. l. cũ pater. §. fundo. Item ex præscriptione interdum quæritur dominium sine possessione, vt hereditatis iacentis. vt, l. nunquã
3 §. vacuum. ff. de vsuca Sed ex †sententia iudicis, an quæratur dominium sine possessione? refert. aut vertitur in vniuersali iudicio directa snĩa. vt de peti. hæredi. tũc transit dñium sine possessione. ff. de sta. li l. statuliberi a cęteris. §. Quintus. & est ratio, quia ipsum ius vniuersale, prout est quoddam intellectuale est omnino incorporale, & non põt subiici tradition i Aut loquimur in iudicijs particularibus. & tunc in mere in corporalibus, quæ nulli insunt corpori, vt in iure eligendi. transit quasi possessio proprie. & ius reale ex solo actu, verbi iudicis pronuntiantis. quia ibi consistit quasi possessio in sola licentia iuris, q̃ per sententiam quæritur. Ita no. Inn. extra de concess. præben. c. in nostris. Aut loquimur in his quæ nõ sunt mere incorporalia, sed sunt corporalia, vel insunt corporib vt seruitutes. sed hic requiritur actus facti ad possessionem quærendam. vt. ff. de acqui. pos. l. qui uniuersas. §. itẽ
4 cum prætor. de pi. ac. l. non est mirum Item per † consuetudinẽ & statutum põt transferri dominium & possessio, ut est dictum ꝛ. de senten. arbi. vtrũ possit dominium transferre, vel prohibere dominiũ trãsferri? dic vt extra de testa, c. Ray
5 naldus. Vltimo, †nũquid in dote trãseat possessio, sicut dñiũ dic, vt. C. sol. matri. l. dotis. Bal. in d. l. traditionibus. C. de pac.

SVMMARIVM.

1 *Dominus an & quatenus teneatur ex delicto serui.*

1 **Dominus.** †Statutum, ꝙ dominus teneatur de delicto famuli, certe si tempore delicti non erat famulus, licet postea sit effectus famulus, non tenet dñs. hoc est verum, & est casus in l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. Bald. in l. titius. de testa. mili.

SVMMARIVM.

1 *Statuto dicitur, quòd illi de domo compellantur ad condemnationem, qui accipiendi sint hoc verbo domus.*
2 *Porticus venit domus appellatione vel ædium.*
3 *Offendens quẽ ad porticum, an perinde puniatur, atq; si ad domũ offendisset.*
4 *Præpositiones & aduerbia sæpe mutant propriam significationem.*
5 *Ad, dictio, quid notet. Quid dictio, iuxta.*
6 *In, dictio, interdum significat excessum in cõpositione, interdũ diminutionẽ.*

1 **Domus.** †Statut. ꝙ illi de domo compellantur ad cõdemnationem, si aliquis de domo ꝓdemnet, qualiter intelligatur de domo? vide in l. 1. ff. ad sylla. per Bal. & dicit ꝙ Bartol. remittit ad notata per se in l. pronuntiatio.
2 de verbo. signific. Bal. in d. l. 1. Statutum † loquens de domo, vel. æde, idem de porticu intelligitur. ar. l. cætera. §. hoc senatus. ibi vel porticus. & ex illo §. dicitur, ꝙ si aliquis sit inuentus de nocte sine lumine, sub porticu, non incidit in pœnam statuti dicentis. ꝙ si aliquis inueniatur extra domum sine lumine condemnetur in 20. soli. pro hoc ff. de lega. 3. l. prædijs. §. finali. cum duobus præcedentibus. Bald. in d. §. hoc senatus. ff. de le. 1. Statutum † dicit, si quis insultauerit aliquem
3 in domo, an sufficiat insultare in porticu, ut incidat in pœnam statuti? & videtur ꝙ non, ut. l. inter. §. hoc senatus. de le. 1. nec in ostio, dicit Cy. ff. de offic. procon. l. meminisse. dicit Bald. placet mihi, ꝙ dicit de porticu. sed non de ostio, quia q̃ est in ostio, partim est in domo, partim est extra. & adde qđ no. de pœniten dist. 2. c. dum istam. Et quod no. in c. 1. de consec. eccle. uel alta. li. 6. & in mercurialibus. super regula. infamibus. & quod no. de act. emp. l. fundi nihil. in princ. & sufficit tangere portam. de fur. l. vulgaris, Facit de cloacis. l. 1. §. tribus. Non ob. de iniu. l. si statuta. vbi ponitur. in, pro iuxta, qa illud est ratione euitandę legum contrarietatis, & absurditatis. vt ibi notatur. † nam sępe propter hoc præpositiones, &
4 aduerbia mutant propriam significationem, vt. l. eas causas. ff. de condi. & demon. & hoc qnando dictio, in, adiungitur loco. sed si dictio in, adiungitur tempori, significat temporis intrinsecas partes. de uerbo. obliga. l. cum qui. si personę. nõ denotat adhærentiam personæ, sed ipsam personam. vt. l. 1. de his qui deiece. vel ef. & de episc. & cleric. l. si qua per calũ. per glo. de sent. excom. c. nuper. per Inno & in l. si quis in gra ui. ad Sill. per Iaco. de are. de iniur. l. sed est quæstio. Vnde nõ dicitur iniuria in personam, nisi corpus eam sentiat. furtum autem non est iniuria in personam, sed violentia sic, ut not. in l. itaq; fullo. ff de furtis. si iungitur actui, significat. ꝺ actũ ipsum, vnde non dr associasse aliquem in homicidio, qui nõ interfuit cędi. C. de rap. vir. l. 1. sed dicatur associasse ad homi
5 cidiũ, qa sociauit in cohęrẽtis homicidii, qa †dictio, ad, & dictio, iuxta, denotãt ꝓpinquitatẽ, nec exigit intrinsecitatẽ. vt.
6 l. qdã Hiberus. †Interdũ dictio, ĩ, cõponit cũ cũ alia dictione

Source : BIU Cujas

& tunc interdum significat excessum, vt.§. ille casus. l. Gallus.ut in isto verbo infortiati. interdum diminutionem, vt. l.cognitis.§.1.de variis cognitio. Bal.in rub.ff.sol.matri.

SVMMARIVM.

1 *Re, quæ erat pignorata, reddita debitori, videtur sublatum ius pignoris, si fiat ex voluntate, Secus si, ex necessitate.*
2 *Minor an possit donare sine authoritate curatoris.*
3 *Resultationes, quas faciunt pupillæ fratri cum authoritate curatoris, quatenus sapiunt donationes, sunt nullæ.*

1 **Donatio.** Statutum † dictat ꝙ donatio nō valet nisi insinuata.ſ.ſex menſes.modo pone, ꝙ res tibi donata reuocatur prætextu insinuationis non factæ, certe videtur ꝙ pignus non resoluatur, quia tua voluntate omisisti hanc insinuationem, & hoc verum est, vbi etiam ipsi creditori possit imputari, ꝙ insinuationem non petiisset. nam si sciuit, debuit insinuare pro suo interesse. Sed si ignorauit, non imputatur ei, & tunc remanet pignus firmum, secundū Bar.vt intelligas debes intelligere, ꝙ quando res.quę erat pignorata redditur debitori, videtur sublatum ius pignoris, si fiat ex voluntate. Secus, si ex necessitate, vt in casu prædicto. & dicit Bal. Ego non credo verum dictum Bart. quia res non erat pignorantis iure perpetuo & irreuocabili, sed erat reuocationi subiecta. & ideo finito iure debitoris, quod non erat perpetuum, nec efficaciter radicatum, finitur ius acceptoris, vt ff.de peri. & commo. rei vend. l. necessario. §.fi. & ff.loc.l. si quis domum § hic subiungi potest. & ff.de contrahē. emp. l.qui tabernam. nam solum ius obligantis venit in oblatione, vt.ff.de leg.1.l si domus.§.fi.& C.de leg.l.vxor patrui.quę verba tene menti, secundum Bar.de quo per ipsum in l.2.C.
2 de rescin.ven. Statutum, ꝙ † contractus factus cum minore, sine authoritate curatoris, non valeat, etiam si minor iuraue rit.modo minor uult donare, quæritur an possit, & dicit Bal. certe non, quia impossibile est, ꝙ minor cum authoritate curatoris donet, etiam iurando, quia impossibile est eū habere curatorem ad donandum, cum curator dari non possit ad authorandum in donatione. vt. ff.de manu. l ab agnato. nam curator dandus est causa cognita. i. ex iusta causa. sed non est aliqua iusta causa dandi curatorem ad donandum, cum donare, sit perdere, arg.ad hoc.ff.de pac.l.contra iur.§.si filius. & ff.quod vi aut clam.l.prohibere. §.plane si pīses.ff.de
3 dol.filius.cum si.& per hoc dico dicit Bald. ꝙ † refutationes, quas faciūt pupillę fratribus cum authoritate curatoris, quatenus sapiūt donationes, sunt nullę, etiam si iurant, cum statutum expresse reprobet iuramentum. Quod tene menti.de quo per Bald.in l.1.C.si aduersus donationem.

SVMMARIVM.

1 *Coniugium nec essentialiter, nec quo ad seruitium, potest separari post copulam sequutam.*
2 *Vxor expulsa an debeat alimentari a uiro.*
3 *Maritum expulsum an alere debeat vxor.*
4 *Pactum de tota dote lucranda, si vxor præmoriatur, potest apponi inter virum & vxorem.*
5 *Statuto stante quod vir lucretur tertiam partem dotis, vxor legauit aliquid viro, an teneatur sibi imputare illud in illa tertia, quam lucratur ex forma statuti. Et quid si ista tertia pars non capitur ex lege, sed ex pacto, an intelligatur relictum animo compensandi. nu.6.*
7 *Marito lucrante certam partem dotis ex forma statuti, filius tuus amplam dotem tulit ab vxore, quæ in matrimonio decedit, filius lucratur istam dotem, an te mortuo filius tuus debeat habere hoc lucrum præcipuum, vel debeat fratribus suis conferre.*
8 *Causa immediata magis consideranda.*
9 *Statutum lucrandæ dotis, non habet locum in matrimonio imperfecto.*
10 *Statutum quòd vir debeat lucrari dotem, an intelligatur etiam cum præiudicio filiorum primi matrimonij.*
11 *Alienatione hominis prohibita, an prohibeatur contractus ex quo sequitur alienatio legalis.*
12 *Iure vario quid censeri, non est absurdum.*
13 *Vir dotem non debet lucrari, nisi tulerit onera matrimonij.*
14 *Statutum quòd vir lucretur tertiam partem dotis, quomodo sit accipiendū.*
15 *Dos aut dotis fructus nullus est ante nubilem ętatem, licet alimenta præstentur, vt sponsa.*
16 *Statutum, quòd ratione dotis non soluta decem soluantur pro centenario an sit rationabile.*
17 *Etiam, dictionis natura est, implicare terminos oppositos.*
18 *Intellectus.c.salubriter.de vsur.*
19 *Statuto stante, quod agnati excludant fęminam a successione intestati, num tencantur illi eam dotare.*
20 *Pater an teneatur dotare filiam naturalem.*
21 *Frater an teneatur dotare sororem.*
22 *Mater si tradat in dotem fundum sibi communem & filiæ, an intelligatur partem suam donasse.*
23 *Frater vnus ex pluribus, si viuēte patre dotet filiam, de peculio profectitio an talis dos debeat conferri.*
24 *Filia an possit seipsam dotare de bonis patris, patre viuente.*
25 *Statuto stante, quod filia dotata a patre, non habeat regressum ad bona paterna, quid si eam dotauit de bonis maternis, an idem ius.*
26 *Maritus si lucretur tertiam partem dotis, ex forma statuti, id accipiendum est perinde de dote præsumpta atque de liquidata.*
27 *Statuto stante, quod vir lucretur certam partem dotis. an filius qui lucratur, eam habeat sibi ita prçcipuam, vt non conferat fratribus.*
28 *Statutum si disponat, quod non possit opponi aliqua exceptio contra dotium contractus, intelligitur de vera dote.*
29 *Statuto dictante, quod vir lucretur tertiam partem dotis, vir promittit dotem simpliciter, non obstante tali promissione, poterit retinere tertiam partem, quam lucratur ex forma statuti.*
30 *Conditio prolata a lege, habet vim dispositionis.*
31 *Statuto volente virum lucrari tertiam partem dotis prædecedentis vxoris, quid si vxor non sit traducta ad domum, quid iuris.*
32 *Statutis duobus stantibus, altero quod mulier dotata non succedat, altero quod verba statuti sint proprie accipienda, an infans dotata in testamento patris, dicatur proprie dotata.*
33 *Statutum, quod vir lucretur certam partem dotis, an habeat locū in spōso.*
34 *Statuto stante, quod vir lucretur certam partem dotis, an acquiratur marito, vel socero.*
35 *Statuto stante, quod vir lucretur dotem vxore præmortua, vtrum lucrabitur id, quod dispensatiue conceditur alienari.*
36 *Stat.stā.quod maritus lucretur dotem vxore præmortua, an idem in spōsa.*

1 **Dos, dotare.** †Statutum dicit, ꝙ vir lucretur tertiam partem dotis. modo pone, qđ matrimonium est ꝯctum per verba de prę̄senti, & anuli immissionem, & sunt ambo in ætate legitima, ita ꝙ matrimonium habet essentialem perfectionem, & ratione cōsensus, & ratione personarum. tamen adhuc vxor non est transducta ad domum viri, nec ab eo carnaliter cognita. modo q̄ritur, si moritur, vtrum habeat locum pactum vel statutum de lucrāda dote? dicit Bal. dico, ꝙ sic, quia casus est in l. Deo nobis. in versic. nam & maritus. ibi dum dicit, lucri nomine &c. Et quod ille ver. loquatur ante carnalem cognitionē sic probo. nam in hoc ille ver. remanet incorrectus, qa post carnalem copulam non possit separari cōiugium nec essentialiter, nec quo ad seruitium, si unus vellet ingredi religionem non consentiente, ut legitur & no.27. q.2. c.Agathosa. & c.desponsatam. Ergo ille. §. remanet incorrectus, solum ante carnalem copulam. & tamen loquitur ibi de lucris ex pacto, & ex lege. ergo est ibi expressum, quod nō requiritur ad lucrandum copula carnalis. quod est menti tenendum. Bal.in l.Deo nobis. C.de epis.& cle. iuxta medium. quod est subtile & menti tenēdum, si verum esset. Stat. dictat, ꝙ vir lucretur tertiam partem dotis, siue vir faciat pactum de lucranda dote, siue non, modo maritus vxori infirmæ nō vult subuenire de alimentis, & medicinis, & alijs necessarijs. certe non pōt dotem lucrari, nec ex pacto, nec ex statuto. l.ab hostib.§.si vir uxorem. ff.solu.mat.& dicit Bal. ꝙ postq̄ uxor est mortua, quia finitum est eius matrimonium, & eius onera sunt finita. & ideo non tenetur de proprio eam sepelire. Sed de patrimonio mulieris, i.de dote, vt ff. de relig. l. si prorata. & hoc est uerum, ubi dos non remaneret penes mari-
2 tum. Vtrum † autem expulsa debeat alimentari a viro, aut ꝑꝑ culpā viri aut uxoris, aut sine culpa utriusq;. Primo ca
3 sic.secundo & tertio non.de non eli.secundo nu.§.pe.& † qd econtra, an uxor debeat alere maritum? & tenet ꝙ sic, & an pater repetat a viro, quod expendit in medicinis filiæ maritatę? dic ꝙ sic, quando talis impensa pertinebat ad maritū. Vtrum autem potestas teneatur suis iudicibus soluere medicinas? dic ꝙ sic parum sumptuosas, non alias, fm Iaco. & Cy. de quo per Bal. in l. quod in vxorem C.de neg.ge. Statut. dicit, ꝙ vir lucretur certam partem dotis, modo minor dedit dotem, quæritur an ꝯ, lucrum, quod venit ex statuto, possit petere restitutionem? & dicit Bal. in secunda nota. l. vni-
4 cæ. C.si aduer.dotem. No. † ꝙ inter vir. & vxo. pōt apponi pactum de tota dote lucranda, si vxor premoriatur. & valet ipso iure, etiam si mulier sit minor. Tamen datur restit. in integ. Si autem hoc lucrum veniat ex lege vel statuto, non cō petit restitutio contra legem vel statutum, vt l. & si fine.§. Lucius.de admi.tuto. nisi per indirectum, quia peteretur restitutio contra conuentionem dotis, & per consequens contra effectum statuti, non contra statutum. de quo in l.1. C.si aduer. dotem. vbi hæres minoris, qui sua facilitate omnia bona sua in dotem dederat cum pacto de lucrādo, vel sine, petit ex persona mulieris in integ.rest.ut corrigatur excessus
5 modi, secundum eum ibi. Statuto † cauetur, ꝙ vir lucretur tertiam partem dotis. modo vxor legauit aliquid viro, nunc quæritur an teneatur sibi imputare illud in illa tertia parte, quam lucratur ex forma statuti? & videtur ꝙ sic. ar.l.si cum dotem.§.si cum pater. sol.mat. nam quotiens aliquid capit, ut lucrū vel quasi lucrū, per mortē alicuius, tacite inest īputatio tali iure cū relicto. C. vñ vir & ux.auth. p̄ter. & d.§.si p̄

&

Source : BIU Cujas

& idem etiam tenet ibi Bar. licet Federicus de Scalis de Bononia in publica disputatione determinauit ꝯrium, videlicet qđ vir dēat hr̄e utrūq; qa tertiā partē dotis hēt ex ꝯctu dotis & relictū hēt ex testō. vñ tertiā partē ꝙsequtur, tanꝙ creditor. sed legatū consequitur vt legatarius. vt. C. de rei vxo. act. §. Secus. & de leg. 2. creditorem. Dici potest. ꝙ aut dos & legatum consistunt in quantitate, aut consistunt in diuersa specie, vel vnum in specie, & alterum quantitatē. Primo casu præsumitur relictum animo compensandi, & licet testatrix non senserit de compensatione, tñ compensatur ex dispositione legis. vt. d. §. si pater. Secūdo casu. qñ in diuersa specie. vel vnum in specie, alterū in q̄titate, tunc non uideat̄ relictū animo cōpensandi. & sic maritus consequit̄ vtrūq;. Ad hoc facit. ff. de le. 1. l. plane. §. sed si in corpus. & de dote præle. l. 2. § Mella. & de coll. dotis. l. si pater pro filia. Quid aūt, si
6 ista tertia nō capit̄ ex lege, sed ex pacto, nunquid intelligat̄ relictū aīo cōpensandi, credo qđ non, vt. l. creditorē. de le. 2. alias vsq; ad cōcurrentē quantitatem esset, nullū quod est relictum creditori. quod est absurdum, ar. l. quotiens. de rebus du. de quo per Bal. in l. quoniam. in prin. de inoffi. testam. Statutum Florentię dictat, ꝙ muliere mortua in mtrimonio sine liberis, vir lucretut tota dotē. modo quædā mulier habēs filios ex primo matrimonio, dedit secundo viro oīa in dotē. demū decessit in matrimonio ex scđo viro, nullis relictis filijs, filij primi matrimonij repetunt bona matris. ac secūdus vir dicit se lucratum esse ex forma statuti. quæritur quid iuris, & præmito vnū, ꝙ statutū pōt derogare. l. hac edictali, & istud non reuoco in dubium. quia lex illa continet ius positiuum, vnde potest tolli per statutum. Quod ergo vir lucretur sic videtur probari, quia statutum loquitur indistincte, & in definite de viro. vñ intelligitur tam de viro primo, quam, secundo, & de quolibet, vt l. si vero. §. de viro. ff. sol. ma. Sed si statutum diceret, quicunq; vir tā primi mr̄imonij, q̄ secūdi, lucretur, &c. non ſſet dubium, ꝙ ista est dos. quia d. l. hac edictali. C. de secuu. nup. non infringit titulum dotis, sed lucrū
12 eius, vt ib no. Cū ergo vir sit priuilegiatus in dote ꝑ statutū, sed illa sit dos, ergo hēt locum statutū, ar. C. q̄ po. in pi. hab. l. assiduis. Contrariū fuit determinatū, qa mulier. quę ꝓhibetur alienare per d. l. hac edictali. dēt ita ꝯctum dotis celebrare, ꝙ ex modo contractus nō sequatur prohibita alienatio, ꝓ hoc. not. ff. dele. 2. l. codicillis. §. pe. & gl. ord. ff. de uerb. ob. l. si ita quis. §. ea. l. debuit ergo ista mulier aut inofficiosam dotē non dare, aut paciſci, ita ꝙ plus remaneret apud virū, quam apud alterum filiorum primi matrimonij. Ex hoc sequitur, ꝙ relicta virili, huic viro totum aliud aduocabunt, ſm Bart. in l. vnica. C. de inoffi. do. sensit, ꝙ contra lucrum statuti hēat locum querela in officiosæ dotis, & sic filij primi matrimo-
13 nij non aduocabunt nisi solam legitimā. Imo concludit opi. Bar. coniuncta cum solutione tertij contrarij, ꝙ habeant legitimā & nihil ominus excludātur a prouindētia. d. l. hac edicta. vt determinatur. per l. 1. C. de inoffi. do. & ff. de le. l. sed & posteriores. Bal. in l. 1. C. de inof. do. aliter non dicit. Tu vide C. de condit. ob. cau. in l. ea lege. vbi ponit eandem qōnem.
7 Statutum † dicit, ꝙ vir lucretur certam partem dotis mō qdam filius tuus accepit vxorem, a qua tu accepisti amplam dotem pro eo, ista vxor decedit in matrimonio, & filius tuus ex forma dicti statuti, & ex pacto lucratur istam dotem, vel certā eius partem, q̄ritur nunquid te mortuo filius tuus dēat habere hoc lucrum præcipuum, vel debeat fratribus suis cōferre, Dy. in l. si cum dotem. §. trangrediamur. ff. so. ma dicit, ꝙ hoc lucrum est profectitium, quia prouenit ex re patris, id est, ex oneribus matrimonij quæ subit pater. ipse. n. alimentat nurum, & ad onera matrimonij tenetur. ergo & ipse lucratur. Item licet verba statuti loquantur in marito, tñ effectus lucri porrigitur ad socerum, quia ex re ipsius prouenit. Tho. de forma. dicit ꝙ hoc verū erat de iure veteri, qa hoc lucrum acquirebatur patri pleno iure. Secus de nouo iure, & negat hoc esse profectitium, imo dicit aduentitium, & non imputaretur in legitima ipsi lucranti, & sequeretur eū, licet eēt exhæredatus, vt C. de bo. ma. l. 1. C. de col. l. fi. ſm Tho. de forma. in l. vxor. tua. C. fami. er. in addi. suis. de hoc vr̄ gl. quā alle. Bar. ff de cas. pe. l. dotem. Et si tu dicis. Istud ꝓuenit ex re pr̄is, quia socer alimentat nurū, & subit onera mr̄imonij filij sui, rñdeo, nō ideo est ex re patris, qa non est istud lucrū proportionatū onerib. mr̄ monij, sicut esset ꝓportionata res em
3 pta ex pretio patris, ut C. de pig. l. fi. Præterea, filius † est cā immediata, pr̄ eius est cā remota, & iō causam immediatā magis cōsidero, ut no. ff. rerū amo. l. si mulier. in prin. & ff. ꝓ so. l. socių q ī eo. ī fi sed postea Bar. ī quodā suo tractatu dixit idē, qđ Dy. si socer subit onera mr̄imonij, qa licet acqrat̄ filio ex forma statuti, nō durat penes eū, nisi momēto, tāquā profectitiū. Si uero filius suus subit onera, puta, ex lucris suis aluit uxorē, tūc ipse filius lucrat̄ dotē cū effectu, qa est aduētitium lucrū. Et si tu dicis, in illo lucro pr̄ hēbat usumf. rñdeo, ꝙ pr̄ dissimulādo vr̄ remittere, vt l. cū pr̄. §. finautē. C. de bo. q̄ li. & ideo ista onera sunt præcise ex re filij. Si aūt pr̄ & filius participauerūt in onerib. matrimonij, iuxta onera, quæ unusq; sq; supportauit, lucrū dotis acquirit, ſm Bar. & ista opi. satis defendi pōt. Si aūt patre mortuo filius lucraretur, nulli esset dubium, ꝙ hr̄et dotem præcipuam, & nil cōferret. Casus est notabilis in l. uxor tua. C. fami. er. vbi filius dotem viuentis vxoris uel post mortem patris defuncti percipit iudicio fami. er. concordat. ff. fa. er. l. si maritus. de quo per Bald. in d. l. si uxor tua. C. fa. er. Stat. disponit de dote lucrāda. certe ad hoc ut statutum vendicet sibi locum, oportet ꝙ sit verus casus in sta-
9 tuto comprehensus, vt ff. so. ma. l. si uero. §. de viro. † Vnde in matrimonio imperfecto non hēt locum statutum lucrādæ dotis, quia nondum est dos, nisi aliud esset ex consuetudine illius loci, quia tunc consuetudo in statutū transumpta præsumitur, & eodem modo præsumitur transumpta in pactū. & ita intelligat̄ gl. l. sed an in patrem. ff. quod fal. tuto. autho.
10 de quo per Bal. in l. 1. de condi. ob cau. Stat. ꝙ vir debeat † lucrari dotē, quæritur, an intelligatur ēt cū præiudicio filiorū primi matrimonij, & dicit Bald. ꝙ illa qō est notabilissima. Icis. n. ꝙ in præiudicium filiorum primi matrimonij nō pōt apponi pactum donationis a matre. nec ualet. tū constitu-
11 tio dotis simpliciter. Quæstio ergo q̄rit, † an prohibita alienatione hoīs, prohibeatur ꝯctus ex quo sequitur alienatio legalis, & ur̄ ꝙ sic, ſm formam datā in l. ea lege. de cōdi. ob cau. & l. codicillos. §. pe. de le. 3. & l. si quis ita. §. ea lege. de uer. ob. l. sancimus. §. fi. de agri & cen. li. 11. & ita tenet Ia. But. In ꝯrių ur̄, qñcūq; principiū est permissum, quod hēt in sequēti aliqđ prohibitum, ꝺēmus sequi id, quod permittitur, cuius occasionem etiam ad prohibitum peruenitur. Iste est tex. ff. de hær. insti. l. aliquo casu. alias incipit ei qui soluendo. quę ad hoc notabilis lex. Ad idem facit. ff. de lib. le. si is, qui duos. nam propter inseparabilem coniunctionem, cū aliquid est licitum, totum licet ad idem. ff. de do. inter ui. & uxo. & l. cū
12 sponsus. §. generaliter. Nec est † mirum, ꝙ iure uario aliquid cēseatur. s. partim permissum ex ordinatione hoīs & partim ex ordinatione legis, ut ff. de manu. test. l. si socius. Præterea id, quod non potest procedere ex uno capite, procedit ex cōiunctione diuersorū capitum, ut ff de libe. & posth. l. Gallus. Præterea ista mulier, in quantum in se est, sibi contulit, quod est licitū, ut ff. de dā. infe. l. Proculus. & licet statutū officiat, hoc procedit cōsilio legis, non consilio mulieris. Cum ergo statutū non distinguat, sed generalitet determinet, dēt intelligi siue de primis nuptijs, siue de secundis, vt ff. de li. & post. l. placet. §. fi. de test. mili. l. in fraudem. §. fi. & & adde quod dixi in l. 1. C. de inoffic. do. De quo per Bal. in l. ea lege, C. de con-
13 di. ob. cau. Statutum † dicit, ꝙ vir lucretur certam partem dotis. certe Auth. dos data. C. de do. ante nup. est optimum arg. ꝙ sicut mulier nihil lucratur si non sustinet onus dotis dandæ, ita econtra vir nō dēt lucrari dotē, si nō supportat onera matrimonij ff. sol. mat. l. ab hostib. §. si vir. siue loquamur in lucro statuti, siue in lucro pacti. Nam statutū quod ab aliquo pacto descēdit, pacti interpretationē recipit, cū tale statutū dicatur pactū, ut no. in rub. de decre. decurio. de reg. iur. l. nec ex p̄torio &. C q̄ sit lon. consu. l. 2. in magna gl. ver. tertij dñt. de quo per Bal. in d. auth dos data. C. de dona. ante nup. Stat.
14 † dicit, ꝙ vir lucretur tertiam partem dotis vxoris, certe vr̄ ꝙ dēat intelligi, ꝙ postq̄ ipse duxit vxorē, ſm quos dā. ar. l. sanci mus in uer. re ipsa. C. de secun. nup. sed Bal. dicit ꝙ illa lex nō ꝓbat, qa intelligit̄ re ipsa, & ipsa veritate ꝯcti mr̄imonij. nā dictio, nō est de substātia mr̄imonij. C. de do. añ nu. l. cū inte. de hac q̄ tāgit Bar. ī l. nihil. ff. rerū amo. Bal. in d. l. sancimus. Stat. dictat ꝙ vir lucretur certam partē dotis, pro intelligentia huius quærit Bal. pone. ꝙ sponsus exhibet sposam nōdū
15 nubilē, siue † mittit̄ in domū suā, tñ transductam, an lucratur vsuras ꝓmissas pro onerib. matrimonii? & gl. in l. si pro dote C. de do. promis. dicit, ꝙ sic de æquitate, sicut lucraretur fructus dotis traditæ. de hoc no. in l. si ante nup. sol. ma. & de iu. do. l. dotis fructus. in prin. In contrariū vr̄, qa ante nubilem ętatem nō est dos. ergo nec fructus dotis. & licet præstent̄ alimenta, vt sponsę. non tñ est vxor. Ad hoc. ff. qđ fal. tu. auth. l. an in patrem. Pro prima parte. s. ꝙ debeat lucrari, facit, l. nō sine. de bo. quæ lib. in lucris, quæ proueniūt ex forma statuti, cōsidera verba statuti. Nam si statutum facit mentionē mr̄imonii vel dotis, cū verba statuti dēant ītelligi ꝓprie & istud statutū sit p̄ter ius cōe, verba statuti erūt strictę interpretāda & facit. ff de iure do. l. tali stipulatione. & de hac quæstione vide per Cy. in d. l. pro dote. C. de dotis promis. & ibi per Bal.
16 Stat. ꝙ † rōne dotis non solutæ soluantur decem pro centenario, est rōnabile, qa ſm vsum mercātiæ hoc prętatur. facit de dote post diuortium. c. per vestras. de quo per Bal. in l. fi. C. de iure do. ubi q̄rit, si promissor stet ꝑ quatuor vel quinq; annos, ꝙ nihil soluat, postea maritus recipiat capitale, i. dotem principalē. & vidēs maritū nō petijsse accessiones, quas pete

re po-

Source : BIU Cujas

re potuisset, an agere possit, vī ꝙ sic. quia litera. d.l.fi. innuit, ꝙ siue res principales sint traditę, siue non, ideo possit agere,
6 *Statutum loquens de homicida, an comprehendat mandantem.*
7 *In ſtatutis & legibus procedendum eſt de ſimilibus ad ſimilia.*
8 *Statuta loquentia de homicidio, requirunt homicidium perfectum, non ſolum uero attentatum.*
9 *Crimen publicum quid.*
10 *Liſtor, non dicitur hominem occidere, ſed ipſa lex.*
11 *Temporis quadrimeſtralis dilatio, an habeat locum in criminalibus.*

Homicidium. Statutum dicit, quod de homicidio, non poteſt quis accuſare poſt
1 menſem, nunquid † adultus poſt menſem poterit accuſare de morte patris, dic quod nō, quia iſtud tempus ipſo iure curit. Item non datur reſtitutio in executionibus pœnarum, vt ff. de mino. l. auxilium. de quo per Bald. in l. fin. in quibus cau. in integrum. reſtit. non eſt. neceſſa. Statutum ſi ſine cau-
2 ſa † uel ex parua occaſione permittit homicidium, certe illud ſtatutum eſt nullum. nam eſt turpis permiſſio. facit quod not Hoſtien. in capitulo fin. de conſue. & ff. de an. le. l. Quintus Mutius. in fi. ſed cum cauſa, quæ eſt aliqualis, vt puta quod bannitus propter enormitatem delicti, poſſit occidi, iſtud bene poteſt ſtatui, vt ff. ad l. Iulia. de ſicca. l. tertia. §. transfugas. Bald. in dicta l. cunctos populos. Statutum dicit ꝙ condemnatus de homicidio non poſſit cancellari de condemnatione, certe condemnatus de mandato ad homicidiū, non dicitur condemnatus ex homicidio, & ſic condēnatus ex mandato uel occaſione mandati poterit cancel-
3 lari. nā dictio, † ex, ſignificat cauſam proximam. C. de legib. l. non dubium. facit quod no. in l, mulier. rerum amo. & adde quod no. Cy. in l. j. C. ſi reus vel ac mor. fuerit. & facit ad id. qđ dr̄ de dictione, de, in l. j. §. nunc videamus. de cōiun. cū emā. libe. hoc dixit Ia. But. in d. l. non dubium. de quo per Bald. ibi dem quaſi in prin. Statutū dicit, ꝙ ſi quis fecerit duo homicidia, decapitetur. modo Titius fecit primum homicidium, & fuit punitus ex eo, vel rebannitus, poſtea facit aliud homicidium, dico ꝙ debet decapitari, vt l. 3. C. de epi. audi. quia lex factum notat, ſecus ſi notaret obligationem, vt ſi diceret ꝑ duobus homicidijs decapitetur. Tunc enim factum vnum, quo ad obligationem extinctum. non grauat aliud. de quo ꝑ
4 Bal in l j. C. de ædil. act. Statutum † unum eſt, ꝙ homicida puniatur in centum. Alio ſtatuto cauetur, ꝙ ſi quis fecerit duo homicidia, decapitetur. modo quidā pro primo homicidio ſoluit centum, deinde commiſit ſecundum, an debeat decapitari, uidetur quod non, quia de primo eſt ſatisfactum. ergo non debet ulterius puniri. Contrarium tenet, qa facta iā nō poſſunt pro infectis haberi, licet obligatio ſit extincta, primū aggrauat ſecundum, ſicut contumacia prima pro qua eſt ſatisfactum, per refectionem expenſarum, tamē aggrauat contumaciam ſecundam, & grauior imponitur pęna. ldē, ſi maleficium primum eſſet conſumptum præſcriptione temporis. nam aggrauat ſecundum, quod dinumerat illud, & non obſtante præſcriptione cognoſcitur de ipſo, non propter ipſum, ſed incidenter ꝑ aggrauandū. Bal. in authē. qui ſemel. C. quomodo & qn̄. iu. gl. pauca ibi dixerunt. Statutum Peruſij imponit pœnam ſexcentarum librarum pro homicidio. modo quidam occidit infantem, an debeat decapitari, quia atrocius crimen eſt, nec iſte caſus declaratus eſt a ſtatuto, certe videtur ꝙ ſic, ar. l. ſi qs necādi. uer. ſupplicio. C. de ſicca. vbi Bald. dicit ſupplicio. i pęna capitis ſine redēptione. ex hoc apparet maioritas criminis a maioritate pœnę. & ideo poterit decapitari, ſecundum Bal. quod not. & cogita de quo ꝑ eum
5 in d. l. ſi quis necandi. C. de ficca. Statutum, ꝙ uir poſſit † occidere uxorem in adulterio impune, nunquid ex tali homicidio tunc lucretur dotem, & dicendum eſt ꝙ ſic, ſm Bal. nam iſtud homicidium eſt licitum. facit. l. ultima. C. de adul. In cōtrarium facit, quia qui dicit ius ſibi ipſi non conſequitur premium legale, ut ff. de fur. l. interdum. §. ſi quis furem. & de illo nō fuerūt recordati doct. ſm Bal. in l. ſi ab hoſtibus. §. ſi uir.
6 gl. d. l. ſo. ma. Statutum quod loquitur † de homicida, an contineat mandantem, qui eſt homicida non per ueritatem, ſed per interpretatiouem. ut no. in l. j. §. deieciſſe. de ui ar. & uſ ꝙ ſic, quia continet publicam utilitatem, quæ eſt ut maleficia puniātur, ut. l. ita uulneratus. ad leg. Aquil. ſed certe per text. §. quid ſi is. l Gallus. apparet ꝙ ille caſus non continetur ſm ueram ſignificationem uerborum, ſed uſ ꝙ contineatur per interpretationem uerborum. unde qa in ſtatutis talis interpretatio nō admittitur. cū ſit interpretatio ſuppletiua, & extenſiua. nam & tex. ille expreſſe dicit, quod eſt interpretatio extenſiua, ſequitur ꝙ iſte non comprehēdatur in ſtatutis. facit. ff. quod ui aut clam. l. qui aliter. §. fi. & de acq. hær. l. ſi ſeruum. §. ait pretor & ibi per Ia. de Are & ita tenet Bar. in l. ſi is qui pro emptore. de uſuc. & in l. omnes populi d. Cyn. diſputando tenet ɔ̄rium, ꝙ talis interpretatio admittatur in ſtatutis ex mente & ratione ipſius ſtatuti ponderatis. nā mens legis eſt ipſa lex, ut no. Dy. in c. j. de reg. iu. lib. 6. & pro iſta opinione uerus uſ caſus in d. §. quid. ſi is nam intentio & ſtatutū Galli merito pōt æquiparari ſtatuto municipali, cum ueniret ad derogationem iuris antiqui. ſ. legis 12. tab. ut in §. poſt-
7 humo. inſti. de lega. pro hoc etiam † facit, qa in legibus & ſtatutis procedendum eſt de ſimilibus ad ſimilia, ut ff. de leg. l. non poſſunt. & in l. de quibus. & tacite cautum uſ, ubi eadē ratio reperitur, ut l. libertum. §. ſenatus. de rit. nup. & C. de indic. uidu. tollē. l. fi. & C. de reuo. do. l. his ſo'is. & dicit aliter nō determino hunc paſſum nunc Bal. in l. Gallus. §. quid ſi is. Sta-
8 tuta † quæ diſponunt de homicidio, requirunt homi cidium perfectum nō homicidium attētatū pro quo eſt arg. in l. & ſi certus. ff. ad Syll §. ſi appetitus. unde l. is, qui cum telo C. de ſica. non habet locum in pęnis ſtatutorum, & ita eſt conſuetudo. & eſt Cy. in d l. is, qui cū telo. ibi, animaduerſione Bald. in d. l. & ſi certus. Statutum dicit, ꝙ homicide debent facere pacem poſt lapſum medij anni. modo elapſo medio anno homicide uolunt pacem facere. hæredes uero non, dicentes, ꝙ adhuc eſt nimis cito, certe in l. de die. qui ſāt. cog. uſ eſſe caſus qđ ipſis homicidis deē electio ſtatuendi terminū, infra quē debeant facere pacem cum dictis hæredibus, & ſi cōgruum terminum non elegerint, dicti homicide, ꝙ tunc erit in arbitrio iudicis declarandi dictum terminum, arg. d. l. de die. ubi quando diſſenſio eſt inter partes circa diem ſiſtēdi, iudex debet ſpacium moderari, & magis actori quam reo fauere Bal.
9 in d. l. de die. Statutum de homicidio imponit pęnam † pecuniariam, modo queritur nunquid dicatur crimen publicum eſſe, Bal. dicit, ꝙ non, quia non deſcendit ex l. Cornelia, ſed

ex

ex lege municipali, neque imponit pęnam corporalem, sed pecuniariam d. Iac. dicit. C. de hęret. l. manicheos. in lectura. & innuit in d. §. publice. q̄ sit publicum. nā minoratio vel augmentatio pęne non facit crimen publicum esse, vel desinere, imo atrocitas criminis, q̄ cōis iniuria esse vī d. l. manicheos licet sit præsumptio, q̄ minorata pęna, minoratur delictū. tñ non desinit esse atrox per minorationem pœnæ, cum pœna sit illa q̄ prorogat atrocitatem delicti, quāto pęna est minor, tanto minus purgatur. iō remanet delictum atrox, & publicum, secundum Iac. dicit Bal. Vos dicatis ꝯrium, quia nō descendit ex lege publicorum iudiciorum. Casus est in l. 3. in fi. ff. de præuarica. & per illum tex. hoc consuluit Iac. de Are. & iō ꝓcurator poterit interuenire inspecto genere pęnæ, & lege, non inspecto gñe delicti, ſm Dyn. & Old. qđ tenet. Cyn. in l. transigere vel paciſci. C. de transſ. & ff. de iu. do. l. cū in fundo. §. ſi fundus. in ſuis additio. Bal. in d. §. publice. de procura.

10 Statutum dicit, q̄ homicida sit priuatus † omni officio, modo quidam occidit hominem iustitiam exequēdo, nūquid erit priuatus, dic quod non, ꝙa non dī ipse occidere, sed lex, vt. ff. de ritu nup. l. palam. §. fi. facit quod no. ff. de proba. l. cum probatio. C. quod met. cau. l. actum. C. de his qui ad eccle. confu. l. ſi ſeruum. na hoc ſtatutum eſt intellgendum de homicidio punibili, non de homicidio permiſſo, quod pęnam non meretur, ſecūdum Bal. in l. ſi ſeruus. ff ad l. Aquil. Statutum q̄ homicidia puniatur in centum, & ſi non ſoluerit ꝯ. 10. dies, decapitetur, & aliud ſtatutū dicit, q̄ contumax puniatur in quarto pluri. modo quæritur, vtrum rōne illius quarti pluris non ſoluti, veniat decapitandus, & eſt ar. l. j. de in li. iuran. q̄ non, ꝙa iſtud quartum plus eſt pęna addita rōne ꝓtumaciæ, & cō temptus iudicis, non aūt eſt pęna homicidij. & iſta eſt veritas & ita practicamus, dicit Bal. Ad qđ optime facit d. l. j. melius, q̄ aliqua, quę ſit in iure. Sed ponamus retento eodē themate. homicida vult ſatiſdare, & relaxari. ſed ꝯrium allegatur, q̄ licet pęna ſit pecuniaria a principio, pōt fieri corporalis, ſi nō ſoluatur. ergo eſt detinendus. dicit Bal. vī ꝓ d. l. j. de in lit. iur. q̄ debeat relaxari. ſed ꝯrium eſt verum, quia illa pęna eſt ſubrogata loco perſonę, & iō iſta pęna, eſt pęna delicti, & ſumit originem ex cā de præterito. & iō cū crimen ſit capitale, nō dēt fideiuſſoribus relaxari. facit qđ no Dyn in l. j. de pub. iud. Non ob. l. j. de in lit iurau. ꝙa ibi loquitur in pœna, q̄ venit ex ſola contumacia. ſed quæſtio quærit de de pęna, q̄ prouenit ex delicto, licet mediante contumacia. & adde ad confirmationem prædictorum, q̄ pęna contumaciæ non dī eſſe pęna delicti. quod not. Cy. de crimi. ſtel. in rub. Abſurdum enim eſſet in primo caſu, q̄ pęna capitalis eſſet pęna ſolius cōtumacię. Bal. in d. l. j de in lit. iuran. Statutum dicit, q̄ ſi homicida non ſoluerit centum, decapitetur. nec adijcit terminum, certe intelligitur ineſſe tempus quadrimeſtre, vt no. Guil. ſecūdum Bal. in l. ꝓmiſſor. de cōſti. pecu. §. ſi ſine. ff. vbi quęrit vtrū

11 † in criminalib. habeat locū dilatio tpis quadrimeſtralis, & dic q̄ ipſe determinat, q̄ ſic, niſi teneatur ad pęnam quā pōt ſtatim ſoluere, puta ad pęnam corporalem allegat. ff. qđ me. cau. l. ſi cū excep. §. quotiēs. & facit. ff. de appel. l. addictos. & vide in d. l. ꝓmiſſor. de mercatore recipiēte literas, q̄ hēt 10. dies, & de debitore obligato p inſtīm guarētigię, q̄ nō pōt capi niſi elapſis demū 10. diebus. Bal. in d. l. promiſſor. §. ſi ſine.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens de homine, an comprehendat ventrem.*
2 *Repreſaliæ ſi cui ſint conceſſæ contra omnes homines alicuius ciuitatis, an includantur illi, qui tum erant in vtero.*

1 **Homo.** Statutum † vel lex faciens mentionem de homine, non comprehendit ventrem, ſiue in eo
2 non continetur venter, ſi ſtatutum eſt odioſum. Item ſi cōceſſæ ſunt repreſaliæ contra omnes homines talis ciuitatis vel contra omnes bannitos de tali progeniæ, non includunt illi, qui tūc erāt in vtero. facit. ff. de aſſig. li. l. fi & l. fi. ff. de coll. bo. Bal. in l. cum inter. de fideicom. libe. arg. eiuſdem. l.

SVMMARIVM.

1 *Viator ſi citetur ad hoſpitium, an ſufficiat, ſtatuto ſtante, quòd citatio ſufficiat ad domum habitationis.*

Hoſpitium. Statutū dicit, q̄ qui offenderit aliquē in domo habitationis, puniatur dupli pęna. Modo quidam viator fuit offenſus in hoſpitio, nūquid dī offenſus in domo habitationis, & Bal. q̄ eſt caſus, q̄ nō, in l. j. §. habitare. ff de his, qui deie. vel effu. & facit. ff. de iniur. l. lex Cornelia. §. domum. & dicit Bal. in d. §, habitare. eſt caſus

1 alterius quæſtionis. dictat † ſtatutum ſiue ius cōe, q̄ ſufficiat citatio ad domum habitationis, nunquid ſufficit, ſi viator citetur ad hoſpitium, & videtur quod non, arg. d. §. ad hoc facit l. 2. §. prætor ait. de dam. infec. per Iac. & quod no. in c. cauſam. in verbo, coniur. de elec. in cle. Bal. in d. §. habitare.

SVMMARIVM.

1 *Statuti vel legis ignorantia an excuſet.*
2 *Lex noua non dicitur ignorari poſt duos menſes poſtquam eſt publicata.*
3 *Conſtitutiones extrauagantes an liceat ignorare.*
4 *Animi iudicium, colligitur ex perſeuerantia.*
5 *Statutum puniens delictum, ligat ignorantes in delicto.*

1 **Ignorantia.** Stat. vel legem an ſit licitum ignorare, vt quis excuſetur, dicit Bald. aut eſt ius naturale, & non permittitur ignorantia, vt C. de in ius voc. l. venia. aut eſt ius ciuile generale, & idem vt l. leges. la finale. C. de legi. fallit. ff. de adul. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. fratris deniq;. Itē fallit in oīb. caſib. expreſſis in iure, vt. C. de iur. & fac. igno. l. i. & fi. Aut eſt ius municipale alicuius ciuitatis, & tunc refert. aut circa habitantes ibidē, & nō ꝓmittit ignorantia, poſtquam per ciuitatem ſtat. eſt publice notum, vt in cap. 1. extra de exceſ. præla. Aut loquimur circa eos, ad quos veriſimiliter ſtat. notitia non potuit peruenire, & tunc excuſabilis eſt ſtat. ignorantia, vt l. ſi. ff. de decre. ab or. fa. & quod dico de ignorātia, idem dico in dubitatione, vt l. ſi. C. de fur. in §. ſinautem neſcius & dubitās. vbi eſt tex. q̄ parcitur dubitanti, ncut errāti, quod eſt no. dignum. Ex hoc apparet, q̄ forenſis nō ligatur per municipalē legē niſi in loco vbi pertraxerit moram. vnde ſcire præſumatur, vel niſi faciat aliquod ꝯ ius cōe, vel conſuetudinem generalem, vel niſi appareat, q̄ ſit certificatus a parte, & per hoc no. in Spec. in 4. parte, in tit. de conſti. & facit. ff. de excu. tu. l. Plautius. Bal. in l. leges. C. de legi. plenius vide in l. omnes populi. per eundem. Sta. ſiue legem an licet ignorare, & quantum tempus debeat currere poſtquam fuit condita? Dicit Bal. ſi ſunt recluſæ in corpo

2 re iuris, non poſſunt ignorari. Item nec lex noua pōt ignorari, poſtq̄ eſt publicata per duos menſes, vt in auth. vt fac. nouæ. conſti. ſecundum Ia. Bu. & dicit Bald. tu dic, q̄ in l. generali principis vel regis eſt ſtat. terminus duorum menſium a die publicationis. ad ſcientiam præſumendam, & ignorantiam non excuſandam, ſed in lege municipali alicuius ciuitatis non exprimitur terminis duorum menſium, ſed relinquitur arbitrio iudicis an. ꝯ. illum terminum, quis ſit excuſandus nec ne, quia nō excuſantur illi, qui citius præſumuntur ſciuiſſe, poſt terminum duorum mēſium nemo excuſatur, ſm Hoſt. in c. fi. de conſti. quod probatur, quia in d. c. fi. de decre. ab or. fa. non attenditur tempus, ſed patientia. & illa

3 lex eſt ad hoc no. & quærit Bal. an liceat † ignorare conſtitutiones extrauagantes, & rñdit, q̄ ſi ſint publice notæ, non licet eas ignorare, ſed ſi non ſint publice notę, imo dubitatur an ſint extrauagantes vel non, tunc licet ignorare non ad effectum rei prohibitæ, ſed vt puniatur quis de contemptu legis. Item vt ſententia lata non ſit nulla, vt ff. de re. iudi. l. cū prolatis, ſm vnum intellectum. ſi autem extrauagātes ſunt publice, notæ, tunc non licet aliquo modo ignorare, nec cō trarium pronuntiare, vt patet in quinquaginta deciſionib. Iuſtiniani, quæ olim erant extrauagantes, & nunc ſunt redactæ in corpore Codicis. Bal. C. eo l. leges. Stat. q̄ habentes inſtrumenta & non ponentes in memorialibus, priuentur iure ſuo, non currit ignorantibus tempus, quia tractus temporis requirit etiam moram hominis, ideo intentanti priuationem oportet facere probationem, & poſitionem de ſciētia, & ita conſuluit Bal. in ſtatuto inſinuationum Peruſij, de quo dixit Bal. ſe dicturum. C. de inſtitutionibus & ſubſti. l. 1. Bal. in l. quamdiu. C. qui admitti. ad bo. poſ. poſſunt ar. illius. l. & not. ibid. Statutum. quod punit tenentem vxorem alterius, non comprehendit ignorantem, niſi diſſimulet ignorantiam, vel cum alius, eum vellet certiorare, noluit eum audire, vel cito non dimiſit eam, vt C. de inceſ. nup. l. qui ꝯ.

4 nam † ex perſeuerantia pōr cognoſci id iudicium animi fuiſſe, vt ff. de re. iu. l. quicquid calore, & de adul. l. ſi adulterij cū inceſ. §. idē Pollioni, nec ruſticitas excuſat in his, q̄ ſunt contra ſpeciem honeſtatis. C. de inter. ma. l. i. Bald. in l. quicunq;. Stat. non ligant ignorantes, vt probatur, & ſumitur ar. a contrario ſenſu in l. neceſſariū. ff. ff. de orig. iu. qđ eſt uerū, quātū ad pęnā, vt ff. de decr. ab or. fa. l. municipali lege. Secus forte in his, quæ non continent pęnam ſed dāt aliquam forma in actib. hominum, quia pñt ligare manus ignorantiū, ar. eꝰ de præben. c. quia cunctis. Bal. in d. l. neceſſarium. ubi vide. Stat.

5 † puniēs delictum, ligat ignorantes in delicto, qđ eſt de iure naturali, ſi aūt eſt delictum de iure municipali, non ligatur ignorās, vt l. vl. de decr. ab ordi. fa. Iſtud eſt verū, vbi eſt ignorantia iuſta vel eſt talis ꝓſona, in qua ſit ignorantia tolerata. ſed intolerabilis ignorantia nō excuſat, tñ attenuat delictū, & dic vt ff. de adul. l. adulterium cum inceſtu. & C. de his, q̄ ſibi aſcri. l. ſenatus, & adde, quod not. de in ius vo. l. venia. cum ſi. Bald. in l. ſi quis in graui. §. ſi quis. ff. ad Sil. Statut. diſponens ſuper aliquo caſu, ſuper quo diſponit etiam ius cōe licet iudex ignoret, an fundet ſnīam ſuam ſuper iure communi, vel ſuper ſtatutis, tamen illa ignorantia non habet uitiare ſententiam. Hoc tenet Bal. in l. quod ſi dubitetur. in fin. ff. de acq. hær. ubi ponitur etiam de citatione illius, qui habitat in duabus domibus. Bal. ibidem.

SVM-

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens indefinite, limitatur per aliud statutum loquens determinate.*
2 *Statutum si dicat, quod infamis non possit esse procurator, debet intelligi, nisi pro personis exceptis.*
3 *Statuta recipiunt limitationem & restrictionem a iure communi.*
4 *Indefinita accipitur pro vniuersali, etiam in statutis.*

1 **Indefinite.** Sta. loquēs †indefinite, limitatur p aliud sta. loquēs determinate. facit qđ not. qđ vi aut clā. l. 1. post prī. C. de adul. l. ita nobis cordi pudor. & facit gl. in l. 1. §. vt ī initio. ī gl. magna. ff. de postu. & dicit Bal. p
2 illā gl. ego dico, †q̄ si stat. dicat q̄ infamis nō possit esse procurator, dēt intelligi, nisi pro p̄sonis exceptis, ar. d. gl. nam si pōt esse aduocatus, q̄ est honor, ergo multo magis procurator, facit q̄ no. in d. l. 1. §. hoc edicto. Item †stat. recipiunt limi
3 tationem & restrictionem a iure cōi, ut C. de noxa. l. si serui. Vnde p̄terea isti admitterent, vt coniunctæ persone, ut l. cui eorū. eo. tit. ergo multo magis admittūtur, vt ꝓcuratores cū mādato. Nam plus est hīe mādatū, q̄ ꝯiūctā p̄sonā esse, vt ff. iudi. sol. 3. §. sed si forte. Bal. in d. §. vt in initio. Stat. an indefinita ęqpollet vli ī stat. & dicit Bal. q̄ credit, q̄ sic, qñ est eadē rō & ꝯdō particulariū, qa ēt rō & mēs sta. pōderāda est, sicut rō ꝯsuetudinis, vt in l. 1. C. q̄ sit lōga cōs. vbi habes text. not. Bal. ī l. si seruitus. ff. đ se. vr. pre ubi ponit vtrū īdefinita ęqpollet vli ex interpretatione, an ex propria signātione verborū, & dicit q̄ līa. d. l. si seruitus, vī, ꝓbare q̄ ex interpretatione, qa dicit ambigua est scriptura, & qa dicit humanius est, ecōerso q̄ ex signātione, qa dicit signari, dic q̄ ęqpollet vli ex interpretatione signata. ex attēta mēte, siue rōne, nō ex necessitate sermonis. & hoc uult. d. l. uñ dicit Bal. q̄ credit q̄ ēt in stat.
4 a indefinita accipiat̄ p uli. a ut s̄. & uide p Dy. de re. iu. in ru. & p. Ol. ī qōne, quā disputauit, q̄ incipit, qdā scholaris, & an oro ꝓlata sine diffinitione tpis, extēdat̄ ad futura, uide p Dy. de uer. sig. l. uerbū, oportebit, & p Cy. C. de seruitu. l. nō modus. C. quæ res pig. obli. pos. l. fi. C. de l. Iuiti. pig. l. non intelligit. in fin. C. de sac. san. eccl. l placitus. in ult q & Guil. C. de epis. & cler. l. priuilegia. Bal. in d. l. si seruitus. C. de ser. urb. præ.

ADDITIO.

a Pro vniuersali No. hic q̄ indefinita æquipollet vniuersali. l. j. & ibi Bar & doc. ff. de re. iu. & Bar. in l. si plures. de leg. 3. & l. si quis ita. de test. tu. & in l. si seruitus. in. prin. ff. de serui. vrb. præd. vbi ēt Flo. dicit verū, ēt si sit eadē rō in quolibet particulari comprehēso sub indefinitita, & no. in l si ita. in prin. de le. 3. & ibi gl. in l. si plur. eo. ti. & ibi Bar. plene. eo. tit. & gl. in c. vt circa de ele. in vi.

SVMMARIVM.

1 *Officiabilibus nihil prodest conseruatio indemnitatis petita a communi.*

1 **Indemnitas.** Stat. †cōe, siue cōsilium ciuitatis promisit ptāti indēnitatem de eo, quod fecerit aliquid ꝯ iustitiam, & pp hoc passus est damnum in syndicatu, q̄ nihil recuperabit a cōi, ar. l. si mādauero. §. qui ędē. ff. māda. pro hoc. ff. de fideicommis. l. si a reo. §. quod uulgo. facit. ff. de pec. le. l. dñs Stichi. §. fi. & ibi not. per Ia de Are. Rich. malum. & Cy. in additionib. Caueant ergo officiales, quia parum proficit eis conseruatio indemnitatis, quod est menti tenendum, per Bald in d. §. qui hæredem.

SVMMARIVM.

1 *Statutum vel reformatio si quid committit prioribus & camerarijs, qui se absentant, non possunt alij committere vices suas.*

1 **Industria.** † Stat. uel reformatio committit aliquid prioribus & camerarijs, certe qui se absentat, non potest committere uices suas alteri, quia est electa industria personæ, & ita seruatut secundum Bal. qui hoc dicit in l. si in tres. §. sicuti. ff. de ar.

SVMMARIVM.

1 *Statutum fingens bannitum confessum, non infamat.*
2 *Baniti ob contumaciam, an sint infames.*
3 *Infamia facti, habet quatuor effectus.*

1 **Infamia, infamis.** †Stat. qđ fingit bānitū ꝯfessū nō infamat, ut no. in l. 2. C. de mo. mulctarū, qa ꝯfessio nō infamat, qñ lex fingit ex sola cōtumacia, qa nō descēdit īmediate ex cā famosa. de quo per Bal. in l. ēt. de fur. Stat. dicit, q̄ sup certis crīb. possit qs p inqsitionē dānari. modo q̄ritur, an dānatus p inqsitionē sit infamis, dicit Bal. exordiēdo istā materiā, q̄ Cy. īducit. l. 1. de cal. ad qōnem, an dānatus p inquisitionē sit infamis, & certū est q̄ dānatur calumniator per inquisitionem, & tn efficitur infamis, ut l. 1. §. calumniatorib. ff. ad Turpil. ergo uī q̄ damnatus per inquisitionē, efficit infamis. Præterea dēt magis attēdi famosa causa, q̄ modus ꝓcedēdi, ut l. ictus fustiū, & magis dēt attendi īnia, q̄ processus, ut l. si pres. ff. de pę. & l. qđ ad statū. Itē si crimen est publicū, ergo nō attento ordine iudicij, sed exitu dēmus iudicare. q̄ cōdēnatus sit infamis, ut ff. de pub. iud. l. ordo. Alij doc. tenēt ꝯ, & hoc tenet Dy. l. 3. §. pe. ff. de suspec. tu. ubi tutor remotus ēt per inquisitionem non fit infamis. hoc tenet Cy. in l. fi. C. de suspec. tu. Moderni dīnt q̄ si est dānatus de aliquo crimine cōtento in l. j. ff. de his, qui no. infa. q̄ est infamis, & illa opinio erat Bartol. & hoc tenet Ray. alij dicunt, q̄ condemnatus ex lege municipali per inqsitionem, non efficitur infamis, per l. cessat. de act. & obli. sed Bar. respondit ad illam. l. q̄ loquitur in actione ex l. non in accusatione, ex lege. Ray. respondit, q̄ibl loquitur in actione p̄ secutoria, q̄ de sui natura nō infamat, qa infamia est mera pęna. hic aūt loquimur in mere pęnalibus, & sic non obstat. Potest dici, q̄ aut loquimur in infamia q̄ venit ex genere pęnę puta ictus fustium, & tunc ita fit quis infamis p inquisitionē, sicut per accusationē. & ita loquitur. l. ictus fustium. Aut infamia non venit ex genere pęnæ, sed, ex genere causæ, qa cā non mutat̄, sed eadē est ca accusandi, & inquirendi. Aut inquisitio venit ex genere ipsius legis, & tunc dico, q̄ genus legis hoc non mutatur, qa ꝓceditur ex forma statuti, quod infamia est irrogata, quia infamia nunquā hēt locū, nisi in casibus expressis in iure, vt in d. l. j. ff. de infa. Alij dicūt, q̄ aut per sententiam est mutatus ordo, & pęna, & tūc nō sequitur infamia, ar. l. quicquid ad stringendæ. de verb. ob. Aut est mutatus ordo, & nō pęna, & tunc sequitur infamia, vt ff. de pub.
2 iudi. l. ordo. Quid de bannitis †ob contumaciam, an sint infames, doc. tenent q̄ nō, quia ille processus, est summarius processus, & de crimine non constat. vī ergo, &c. vt not. in l. j. C. de mo. mul. & vī casus in l. fi. ff. de requiren. reis & hoc tenēt cōiter doc. In ꝯrium facit, quia contumacia ex forma statuti hī pro ficta confessione, & ficta confessio hēt infamare, vt. l. si tutor. de inter. ma Ergo iste erit infamis ratione fictæ confessionis. Ad hoc pōt rñderi, q̄ ficta ꝯfessio nō reperit̄, qa nō reperit̄ lex, q̄ hoc dicat. Nō ob. l. si tutor. qa ibi speciale, q̄ credo verū. dicit Bal. & de illo vide plura consilia in l. j. de calū. Tu adde, quod dicit Bar. in consilio, quod incipit. S. Io. de Castro Dirutæ, vbi plene examinat istam materiam. Not. q̄ infa
3 mia tam iuris quam facti, facit te reputari vilem personam & habet †quatuor effectus infamia facti. Primo, quia repellit a dignitate, vt in regula infamibus lib. 6. Secundo, quia attenuat testimonium, vt plene dictum est in l. cunctos populos. Tertio, quia repellit a querela, vt. C. de inof. test. l. in arena. & l. si filia. Quarto, quia inducit querelam. vt in l. frater. C. de inof. test. & sic sunt quatuor effectus simplicis infamiæ facti de quo per Bal. in d. l. frater. in prin. siue in tertio notabili.

SVMMARIVM.

1 *Bannum ex causa famosa, transiens in vim sententię, an infamet. & nu. 2.*
3 *Confessio ficta, an infamet.*
4 *Confessio ficta, improprie dicitur confessio.*
5 *Chirographo cancellato, intelliguntur cancellata ea, ea quæ vim accipunt & formam ab ipso chirographo.*
6 *Statutum an possit infamiam tollere.*
7 *Lex & natura legis, non minus ponderanda, quàm natura causę.*

1 **Infamare.** Statutum † q̄ accusatus de crimine si passus fuerit se poni in banno, pro cōfesso habeatur, contingit q̄ accusatus fuit quis de crimine famoso, & passus fuit se poni in banno, deinde ex noua lege municipali est cancellatus de bāno, quæritur an talis velut infamis, a testimonio repellatur, & certe tres quæstiones coniunxisti. Prima an bannum ex causa famosa transiens in vim sententiæ infamet. Secunda, an ficta confessio infamet, Tertia an p cācellationē banni tollatur infamia, adde quartam quæstionē, an statutum possit aliquem restituere famæ, Hanc qōnē disputat Ia. Bu. q̄ incipit l. municipali cauet, q̄ accusatus, &c.
2 redeo †ad primum dubium, & q̄ non infamet, sic arguo, interlocutoria non infamat. l. quid ergo §. quātum de infami. quia interlocutoria, proprie non dicitur sententia l. j. §. quod in sententijs. qñ ap. fit. Ergo infamia, quæ pp sententiam nascitur, non oritur ex interlocutoria, sed bannum est interlocutoria, quia fertur in absentem lite non contest. Ergo non pōt esse diffinitiua, vt l. properandum. §. & si quidem. & l. pro latam. Itē nulla sententia diffinitiua fundatur in sola contumacia, imo oportet, vt liqueat de cā, sed bannum fundatur ex sola contumacia ergo nō est diffinitiua. Item post bannū admittit̄ defensio, vt l. diuus. de custo. reo. ergo nō trāsit in rē iudicatam. Itē q̄ bannū sit quædā cōminatio, facit auth. Itē nulla cōitas. C. de epis. & cle. de ven. inspi. l. j. §. quid ergo. C. q̄ bo. ce. pos. l. j. in gl. Præterea infamia iuris nō oritur, nisi in casibus expressis in iure, alias frustra enumerarent certi casus, vt l. j. de infami. Sed nulla lege cauetur, q̄ ficta cōfessio introducta per bannum, infamet. nec cogitauit de hoc ius ciuile. qa ficta confessio ex banno non ꝓcedit de iure cōi, sed ꝯ ius cōe. Ergo non debemus extendere effectum banni, & maxime in pęnis, ar. l. cū quidam. de lib. & posth. In ꝯrium, q̄ bannū infamet, ꝓbatur. sic Istud bānnū transit in vim diffinitiuę & causa est famosa. ergo idē dēt esse iudiciū de banno, quod de diffinitiua sententia, qa quæ cōueniunt in virtute, debent conuenire ēt in effectu, vt l. j. de leg. j. Præterea, ēt lata contra absentem infamat, vt in l. fi. vbi pu. edu. de. Ad secūdum dubium

3 biū†ꝙ ficta ꝓfessio nō infamet,arguo sic. Vera ꝓfessio in criminali nō infamat,nisi secuta sñia.l,quo ad statum.de pęnis, vel nisi ꝑ famosam executionē,vt no.ī l.ictus fustium Ergo nec ficta,ꝙa nō operatur plus fictio,quā veritas, vt l. filio.de lib.& post.Scđo arguo, ꝙa statutū nō pōt inducere infamiā, vbi ius cōe non adiuuat,sicut nō pōt tollere.de postula.l.j. §. de qua.Contraria enim requirunt eandē potentiā causę efficientis,de in lit.iur.l.videamus.§.pe.In ꝫrium,ꝙ ficta cōfessio infamet,de infami.l.quoniam.& C.de interdic.ma.l.si tutor.Item vera confessio infamet ſm opi.gl.ergo & ficta.quia idē operatur ficta confesio quod vera vt l.2.& l.eius ꝙ dela
4 torē.de iure fisci.Itē†ficta confessio,improprie dr confesio, ar.ff.de testa.l.lege Cornelia.Ad tertiū,ꝙ infamia nō sit abolita,sic ꝑbatur.Infamia facti nulla iuris ꝓstōne tolli pōt.l. in bello.§.factæ.de cap.& postlimi.reuer.iuxta illud,Pęnam potest deus,culpa perennis erit.C.de gen.aboli.l.indulgētia. infamia vero iuris nō pōt tolli per statutū,vt no.Inn.de re iu.c.
5 cum te.Præterea,†cancellato chirographo,ea intelliguntur cancellata,quæ vim & formam capiūt ab ipso chirographo, & non aliunde,ar.l.fi.de his,q̄ in testa.delen.sed infamia non claudit chirographo, sed venit ex lege.licet ergo figura sententiæ banni,& figura literarū cancellet,nō tn infamia tollitur,quæ nec significatiue nec contētiue est sub chirographo sed est sub oculo mētali,non scripto.facit quod no. in l.postquam.de pac.In ꝫriū sic ꝑbat.Sicut se hēt cā ad effectum in productione,sic se hēt destructio causæ ad destructionem effectus,quia par potentia ꝫriorū.de pac.l.ab emptione.& l.fi. de leg,3.sed bannū hēt se ad infamiā in producēdo, ergo abolitio banni hēt se ad infamiā in tollendo cā.nā origine sublata,non debent sequentia remanere.C.de lati. liber. tol. lege j. in prin. & tunc quantum abstulit maleficiū,restituit beneficium.C.de sen.pas.l.fi.Itē bānū cancellatū & abrogatū,nō pōt postea allegari, sicut nec leges abrogatæ.C.de emen. Iusti.C. circa prin.Itē bannū est cā finalis ꝓfessionis,& infamię ergo sublato banno,& sic sublata cā finali,tollit.effectus.Ad
6 quartum,ꝙ†statutum nō possit infamiā tollere,alr.est dictū Imo.& tex.in §.de qua & de pęnis.l.moris.§.istæ.sol.Iac. But. dicit,ꝙ durante banno est infamis infamia iuris,tanquā confessus.& condēnatus.tn facta cancellatione banni, infamia iuris cōis & effectus infamiæ facti est sublatus,ꝙa infamia ꝫcta per l.municipalem,pōt per ꝫriam.l. municipalem tolli. Secus,si esset ꝫcta de iure cōi,vt quia esset condemnatus ali qs diffinitiue, seruato ordine iudiciorū de crimine famoso. Nam licet cancellaret sententia,duraret tn infamia, nisi cācellaretur iussu principis,vel habētis ab eo authoritatē, ſm Iac.But. Adparet ex hoc,ꝙ damnati per legē municipalē,ex ficta confessione sunt infames,ſi cā est famosa.pleriq; tn dnt ꝫrium,quia non sunt condemnati ea lege,quæ infamiā irroget.de act.& ob.l.cessat.Sicut enim in ciuili nō minus pōderatur condō actionis,q̄ cā,vt ff. de dolo.l. non dēt † ita in
7 criminali nō dēt minus ponderari lex & natura legis, q̄ natura causæ,ꝙa lex in criminali idem operatur, qđ actio in ciuili, vt l.senatus. de accusa.Itē statutū nil dicit de infamia. ergo stabimus iuri cōi,an infamia,contrahatur, necne.solu.ma.q̄ doris. in prin.cum si.Facit l.j.C.de mo mult. Ex prædictis apparet, ꝙ banniti ex causa famosa, interim repelluntur a testimonio,ſm Ia.Bu.& ista sunt no.dig.Nec obstat,ꝙ dicitur de illo Ephesio exulante. in l.2.de orig.iur nam non constat, ꝙ ille exulauerit ex causa famosa, sed erat forte in exilio propter partialitatem,nā qui exulant de ciuitatibus propter partialitatem, non sunt infames,arg.de capti.l. si quis ingenuā. §.in ciuilibus.plerique etiam non digni,sed minus potentes exulant propter hāc causam,tangitur de istis in c. statutum. de elect.lib.6.& de no.ope.nun.c.cum ex iniuncto.per Inno. Bal.in l.cum mulier.solu.matri.

SVMMARIVM.

1 *Delicti tempus,semper spectandum.*

1 **Iniuria.** Statutum†dicit floren. ꝙ si quis florentinus recipit iniuriā,possit contra illam ciuitatem recurrere.modo quidam recipit iniuriam, & postea factus est florentinus, quæritur an habeat recursum contra illam ciuitatem,facit l.propter.C.de adulte.ꝙ non.vbi dr qui tpe commissi delicti non erat maritus vel sponsus,non ipse, sed ipsa puella cum authoritate tutoris accusabit, & sic inspicitur tempus delicti.Pro quo facit.ff.de noxa.l.in delic. §. si extraneus.facit ad q.l.incola.ff. ad municip. nunquid autem inspiciatur tempus delicti, dic ꝙ sic, quantum ad personam accusatoris.De quo dic, vt not.in l.penul.ff. si ex nox.cau.aga.& l. j.de pę.& Bal. in d.l.propter.

SVMMARIVM.

1 *Statuto stante,quòd iudex non possit inquirere post mensem a die commissi maleficij,iudex intra mensem inquisitionem formauit,& inquisitus probauit se alibi fuisse,iudex post mensem vult probare contrarium,ad confirmationem inquisitionis,an possit.*

1 **Inquisitio.** Stat.†ꝙ iudex nō possit ingrere post mēsem a die cōmissi maleficij, mō iudex. j. terminum formauit inqsitionē,& inqsitus se ꝑbauit fuisse alibi,iudex ad corroborationē inqsitionis vult post mēsē ꝑbare ꝫriū,nūqd pt,& certe sic,ꝙa nō est noua inqsitio. C.de adul.l.si q.cū si. Bal.in l.manifestissimos.in fi.ff.de iust.& iur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum potest inducere, vt ciuitas habeat tacitam hypothecam ex suo contractu.*

1 **Hypotheca.** Stat. pōt inducere vt ciuitas hēat taciram hypothecam ex suo ꝫctu,ut l. Antiochēsiū.de priui.credi.& facit.C.de iure reipub.l.vnica ſm Guil.li.10.alias ciuitas ex suo ꝫctu. hypothecam nō hret vt l.simile.ad municipales.Bal.in l.inter diuinum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum potest prohibere ne pater, qui est deputatus ad sacculum faciendum insacculet filium.*

1 **Insacculare.** Sta.† pt ꝑhibere ne pr q est deputatus ad sacculū faciēdū,insacculet filiū, vt ff.quod cuiusq; vniuer.no.l.itē eorum, ver. i.alias,si stat.non prohiberet posset insacculare filiū.Item posset esse insaculatus & insacculare sociū,quod est verū de iure cōi, ar. l. plane.ff.qđ cuiusq; vniuer.no.Vbi ēt est ar.ꝙ pr,q est executor vel distributor, possit distribuere filio suo pauperi, ꝙa rōne paupertatis vr ad piam causam esse, non ex defectu sanguinis ar.no C.de sac. san.ec.l.illud,& cōsuluit.d. Ang.de Amelia,licet sit ar.ꝫ.C.de sac.san.ecc.auth.quibuscunque modis. Itē est ar. in d.l.plane, ꝙ pater qui est patronus ecclesiæ possit ad eam præsentare filium suum clericum, de quo not. in Spec.de iure pa.vers.sed nunquid filium.vbi videas Bal.in d. l.plane.quod cuiusque vniuer.no.

SVMMARIVM.

1 *Testamenti cassatio non dicitur prius petita, quod interuenerit partis citatio.*

2 *Tempus præfinitum a statuto,currit scienti non ignoranti.*

3 *Statuto dicente, quod contra testamentum insinuatum nihil possit opponi vel obijci,an poterit opponi de l.hac edictali.*

4 *Tempus reperiri in specie remiss.*

5 *Consensus quando videatur donare.*

6 *Maritus & vxor si in eodem instrumento donent rem viri,an talis donatio teneat in partem viri tantum.*

7 *Statuto dicente, quod legata non insinuata intra mensem non valeant, vnus ex coniunctis insinuauit,alter non,an cum istud non valeat,intelligatur per sententiam.*

1 **Insinuatio,insinuare.** Stat.dicēs† testm insinuari nō posse, nisi postulata sit cassatio, nō dr postulata nec exordium accepisse, nisi interueniat partis citatio,quod tene menti. Bal. hoc tenet per gl.in l.fi.§.illud.de tempo.appel.Stat.ꝙ legata nō ualeant, nisi insinuentur coram vicario capitanei ciuitatis citatis citandis,si est institutus clericus,& laici sunt legatarij, qui petunt insinuationem legatorum,& faciunt citari dictū clericum hrdem, an valeat dicta insinuatio, vr ꝙ non,per c. si diligenti.de fo.comp.Bal.tenet ꝫrium, quia super talib.in
2 sinuationib.& assignationib.est iudex competēs,iudex secularis.Bal.in l.testamēta.C.de tes.Sta.dictat ꝙ insinuatio†fiat j.tm tps.certe istud tps insinuādi currit sciēti, non ignorāti, per gl.& ll.all.in ar.& l. item veniunt. §.antequam.in gl.quæ incipit & itaēt dixit Bal. ꝙ ita consuluit Bar. & exinde in Pe
3 rusio fuit ita practicatū Bal.in d. §.antequam.Stat. dictat,ꝙ ꝫ testm insinuatum nihil possit opponi,vel obijci. modo q̄ritur†an poterit opponi de lege,hac edictali,& vr ꝙ non,ꝙa est præcise determinatio statuti. nam virtus & potentia statuti, est tanta,ꝙ pōt confirmare ēt id,quod ipso iure non ualet.In ꝫriū vr,ꝙ tex.legis,hac edictali.in ver.ita sit.& in uer. non scriptus.dicit,ꝙ est pro non scripta, ergo ista insinuatio non hēt fundm.videretur distinguendum,aut super ista nullitate est quæsitum,& super ea pronuntiatum,& tunc valet, aut super ea non est quæsitum,& non ualet,ar.ff.de compensationib.l.quod si in diem.§.fi.Quæstio stat super hoc,utrum ꝑnūtiatio super insinuatione sit interlocutoria vel diffinitiua nā si est diffinitiua,stādū est rei iudicatæ,si vero est interloria,dēt reuocari ꝫrio imperio,vt ff.de prę.sti.l.2.in fi.Sed verius vr,ꝙ ēt si esset interlocutoria,cū ex forma stat. transeat in suū& perpetuum vigorem,hēat vim diffinitiuę, qm in ꝫdictorio iudicio facta est examinatio,vt C. de fide instr.l.fi.ī fi. & ff.fa.erc.l.cū putarē.Bal.in d.l.hac edictali. C.de sec.nupt.
4 Stat.† dictat, ꝙ testm dēat insinuari a cal.maij, vsq; ad festū oīum sanctorum,modo decessit testōr in principio mēsis augusti,vtrū habebit hos ad insinuādū tres mēses,de primo semestri,& tres mēses de sequēti semestri.an nō habebit integrum sequens semestre a cal.maij vsq; ad cal.nouēbris,& vr ꝙ fiat cōiunctio tēporū, & sic.hēat tres menses de vno semestri,& tres de altero,vt l.sed & si per prætorē.§,si quis sæpius.

quibus

Source : BIU Cujas

quibus ex ca.ma.& ſic fiet coniunctio temporum. ſed Bal.dicit ego credo ꝯrium,quia iſtud ſemeſtre habet determinatū principium, & finem & eſt tps in ſpecie. & ideo non compẽſatur,nec fit coniunctio temporum. Facit quod notatur in ſimili.in l.fi.§.2.ff.de publica.Item facit,qa vr interruptus curſus temporis,& ideo denuo eſt inchoandum. ar. ff.de vſuca. l.eum qui ẽdes.§.ſinautem demolita.Non obſtat. d.§.ſi quis ſæpius.quia ibi habebatur reſpectus ad tempus in genere.ꝙ ſit reperire tempus in ſpecie, habes no. in l.ex facto. §. item, quæro.ff.de vulg.& pup.Bal.in d.§ ſi quis ſæpius. Statutum, loquens de inſinuatione, non habet locum ſi aliqs mihi donat vltra ltīmā sūmā cum onere tali,ꝙ reducit emolumentum ad legitimam ſummam, & tenet donatio ſine inſinuatione,&iſta eſt ueritas,ſm Bal.per.l.ſed ſi hac.§.cuidā.de ꝓd. & demonſt.Statutum dictat, ꝙ teſtamentum poſſit caſſari, niſi fuerit poſtulatum inſinuari,infra tempus ſemeſtre,quia non defideratur litis conteſtatio, ſed ſola poſtulatio,& quidam aduocati tenent,ꝙ ſit neceſſaria citatio aduerſarij,quidam ꝙ non. Tutius eſt,quod aduerſarius citetur, vt hæc ſtipulatio non ſolum iudici,ſed etiam parti inſinuetur. tamen in ciuitate iſta ſeruamus, quod ſufficiat etiā ſine citatione. facit quod no.Cy.qui admit.ad bo.poſ. l. fi. & quod no. ff.de bo.poſſ.l.3.§.ſi cauſa cognita.Statutum dicit, quod donatio debeat inſinuari. modo quidam vir conſentit vxori donanti de bonis eius, nunc quæritur,an ſufficiat inſinuare in hoc caſu donationem tanquam factam ab ea,quæ dicit ſe donare, an tanquam facta,a conſentiente? & dicit Bal.quod non ſufficit in hoc caſu inſinuare donationem,tanquam factam ab ea,quæ ſe dicit donare, ſed debet inſinuari tanquam facta a
5 cõſentiente,quia ab eo dominium profiſcitur,nam† ille qui conſentit,vr donare,qñ res erat conſentientis. & non illius
6 qui donat,verbo, & per hoc conſuluit Bar. ꝙ † ſi vir & vxor in eodem inſtrumento donant rem viri, ꝙ uir videtur donare totum.licet Franc. de Piſis tenuerit quod iſta donatio non teneat niſi in partem uiri, quantum ad dominium transferendum.ſed opinio Bar.verior eſt ſm Bal. per. l.ſi liqueat. C. de inof.donat.& per l.2. C.ſi aduerſ.donat.& dicit, quod hæc quæſtio fuit de facto in hoſpitali Miſericordiæ, de quo per Bal.in d.l.ſi liqueat. C.de inoff.dona. Statutum dicit.quod legata non inſinuata. ꝯ. menſem non valeāt.modo vnus ex cõ
7 iunctis inſinuauit,aliter non.an cum iſtud † non valeat,intelligatur per ſnīam,vt no.Bart.ff.de fideiuſ.l.cū lex. & ſic ope, exceptionis non habet locum ius accreſcendi.& quod intelligatur per ſententiam,patet, quia illa ſolennitas non requiritur ante factum,ſed poſt factum, & ex īteruallo temporis. Vnde non irritat ipſo iure.vt. C.de preci.impe.offe.l.vniuerſa. Item non eſt proprie ſolennitas, ſed quędā probatio.qua deficiente ex poſt facto non deficit ius,ſed ſi ſtat.diceret,non valeat ipſo iure, tunc haberet locum ius accreſcendi. nā licet legatarius interim agnouiſſet legatum, tamen illa agnitio fieret irrita ipſo iure.nam poteſtas annulationis tollit intellectum acquiſitionis.Bald. in l.vnica. §. ſinautem diſiunctim.C.de cadu.tol.

SVMMARIVM.

1 *Statutum puniens inſultum,fœminam comprehendit perinde atq; virum.*
2 *In,dictio,iuncta cum accuſatiuo, quid notet. Et quid cum ablatiuo.*
3 *Delictum admiſſum importa,an dicatur admiſſum intra domum,vel potius extra.*
4 *Porticus an contineatur domus appellatione.*
5 *Statutum punit in duplo facientem inſultum ad domum alicuius,iſte genitiuus ſignificat non modo dominium,ſed etiam habitationem.*

Inſultus, inſultare. Stat.ꝙ de inſultu quis puniatur in certa† quantita
1 te,habet locum tam in muliere inſultante,quam in maſculo.de quo per Bald.in l.ſi conſtante. §.ſi bona mulieris ſolut. matri.ar.d§.Statuto cauetur ꝙ quicunq; inſultauerit aliquē in domo,puniatur&c.modo quidam inſultauit extra domū vel iuxta domum. quęritur an puniatur de inſultu facto in domo, & dicit ꝙ non. non enim exponetur. in domo. id eſt
ꝛ iuxta domum,vel extra domum.ſed exponetur in domo.iſte eſt tex.in l. 2.§.in locis.ff.de religio. & non dicit ipſe ꝙ theorica regulę grammaticalis. ſcilicet in campo curro. eſt falſa.
2 quo ad intellectum legiſtarum, & ideo diſtinguit, Aut † dictio,in,,iungitur verbo ſignificanti terminum,aut ſignificanti motum. Primo caſu idem eſt,ſiue conſtruatur cum accuſatiuo,ſiue cum ablatiuo.vt in d.§.in locis. Secundo caſu tene regulam grammaticalem,quæ eſt ſecundum Bart. quod aut iſta dictio,in, prout eſt prępoſitio,adiungitur loco aut tẽpori,aut nec tempori nec loco. Primo caſu, quando coniungitur loco tunc conſtruitur cum accuſatiuo,& tunc ſignificat extra locum,vt.l.1.§. 1.de ar.re.aut iungitur cum ablatiuo, ꝙ tunc ſignificat extrinſece intra locū.vt.l.1. §.in flumine.de.flumi.niſi reſultaret contrarietas legum.Nam tūc improprię ponitur vocabulum,vt no.ff.de iniur. l.ſi ſtatuta. Secundum Bar.qui mouet ex regula grāmaticali, q̄ rīa eſt tenēda,qa ꝓcedit ſm rōnem recti ſermonis, ar.ff.de au. & ar.le.l. Plautius. ſi vero iſta dictio,in,adiūgitur tpi,remittit Bar.ad.l. ſi cui.de le.1.vlterius dico, ꝙ interdū adiungitur perſonæ, vt ſi ſtat.dicat,ſi quis offenderit aliquē in perſona,tūc quaīr accipiat,vtrum acccipiat ꝓ ipſo corpore, an ꝓ cōtingentib.ipſum corpus, vide per Gui.de Cuneo in l.ſi qua per calumniā. C.de epi.& cle.de iniur.l.ſed eſt qōnis. per Ia. de are. de fur.l. itaq; fullo.in prin.in gl.or.q̄ dicit, ꝙ oīs violentia,eſt delictū in perſona,& in ſe committit.Ita dicit gl.ibi.Inn.dicit.c.nuper.de ſen. ex gl.decreti ponit de conſe. diſtin.4. & de pœni. diſt.2.c.hæc quæ.in gl.quæ incipit,de Ezechiele. vbi gl. notabiliter dicit,† & illud.quod fit in porta vel oſtio, pertinet de-
3 linquenti intra domū,& pertinet extra,& adde qd̄ no.de pę ni.di.3.in §.eꝯ. & quod dixit ſe dixiſſe in l.1.ff.de his,qui deie. vel effu.de iſta dictione,in, no.plene per Archi.40. di.c.ſi papa ibi plene videas Bal.in l.Gallus.in fi.Stat.loquens de inſul tantib. aliquem in re alterius. certe non ſufficit probare de poſſeſſione,pro quo facit id qd̄ no. Bar.in l.2.§. dñi. ff.ad Sill. quia bonę fidei poſſeſſor hr̄ loco dñi in hoc, quod non poſſit negare ſe dūm,ſed non in hoc.ꝙ poſſit agere tanquam dñs, & facit.ff.de religio.l.2.§.cum locum.Bal.in d.§.domini.Sta.
4 ꝙ † ſi quis fecerit inſultum ad domum,puniat in centum,cer ſi fecerit inſultum cohærentijs, puta ſub porticu, vr debere puniri illa pęna,ar.l. cætera. §.hoc ſenatus.de le.1.& pro hoc quia aliud eſt dicere ad domum.aliud in domo,vt.ff.de iniu. l.lex Cornelia.& l.item apud.§.conuicium. & ff.de offi. procon.l.meminiſſe.& hoc eſt verum,quidam tñ dñt ꝯ.cum domus certo fine limitet, vt.ff.fi.reg.l.3. in fi.& de vſuca.l.eum, qui ædes.inſti.quib.mod.ius pa.po.ſol.§.2.Iac.de are.adde. ꝙ not.in l.quidam.Iberus.de ſerui.vr.prę.& l.ſi ſtatuti.de iniur. Bal.in d.§.hoc ſenatus.Stat.dicit. quod ſi quis inſultum fecerit ad domū alicuius, puniatur in duplo. certe iſte genitiuus non ſignificat dominium tantum,ſed etiam habitationem. ff.de iniur.l. lex Cornelia.§.1.& ad hoc facit,quod no.in Spe. de proba.§.videndum.ver.ſed pone ſtatutum.Secus videtur ſi ſtatutum dicat,ſi quis percuſſerit in domo percuſſi etiam. quia tunc requiritur dominium,vt.ff.de relig.l.2.§.in locū.tamen aduerte,quia quandoq; agit ratione cōtentionis,& tūc loquitur.l.1.§.idem Pompo.ff.nau.cau.ſtab.vbi genitiuus nō ſolum ſignificat dominium,ſed etiam poſſeſſionem, & detētionem.vbi agitur ex fide ſuſcepta, qñq; agitur ratione perſonæ,& tunc loquitur.d.l.lex Corn. §.1.quandoque actione rei ſeu iuris in re,& tunc loquitur.d.l.2. §.in locum. facit qd̄ no.de orig.iur.ff.l.2.§.1.in gl.no.ar.Bal.in d.§.idem Pompo.

SVMMARIVM.

1 *Inſtantia non finitur per lapſum temporis, de iure canonico.*
2 *Iudiciorum ordo, non requiritur in notorio.*
3 *Statutum, quod inſtantia finiatur lapſu duorum menſium,† num habeat locum quando petitur executio inſtrumenti, contra quod opponuntur exceptiones,& ventilatur vis.*

Inſtantia. Statutum vel conſuetudo prefigit tempus inſtantiæ.modo quæritur an ſi iudex inquirit, inquiſitio ſupponatur inſtantiæ ſtatuti? breuiter tene,ꝙ ſic.facit in ar.ff.de teſta.mi.l.eius militis.§.militia.& eſt ad-
1 uertendū, ꝙ † de iure canonico per lapſum temporis nō finitur inſtantia, & eſt notandum, ꝙ ſi accuſatus vel inquiſitus eſt confeſſus maleficium, ꝙ etiam perempta inſtantia pōt condemnari tanquam ex notorio.cum.n.non pereat confeſſio,quæ facit notorium,vt in l.properandum. §.& ſiquidem. C.de iud.& extra de app.c. Romana.merito poteſt recondē
2 nari,quia in notorio non requiritur ordo iudiciorum. Facit quod no.Innoc.extra de elec. c.per inquiſitionem.& ext.de confeſ.c.cum ſuper.& dicit Bal.idem dico, ſi tempus inſtantiæ ſit præfixum a conſuetudine,vel a ſtatuto. de quo per eū in l.properandum.in fi. C.de iud. Stat. † ꝙ inſtantia finiatur
3 † lapſu duorum menſium, nunquid habet locum qñ petitur executio inſtrī ꝯ quod opponuntur exceptiones & ventilatur lis? antiqui aduocati ciuitatis illius dicebant ꝙ non, qa iſtud inſtr̄m,habet vim ſententiæ ex forma ſtatuti. Sicut ergo poſt ſententiam non eſt inſtantia, ita iſta executio nō habet inſtantiam.Sed in contrarium vr̄ caſus in l.1.de iura cal. nam cum ſit iurandum de calumnia in illa cauſa,vbi ventilatur per contradictionem partium. ergo eſt inſtantia, hoc vr̄ expreſſum in d.l.quod tene menti.de quo per Bald.in d.l. in tertio notabili. vbi dicit no. verbum inſtantiæ.nam cum hic loquatur etiam ante lit.cont. apparet quod quilibet articulus cauſæ propriam habet inſtantiam. vnde vbicunq; eſt contradictio,ibi eſt inſtantia. reſpectu vero cauſæ totius, & vt poſſit ad diffinitiuam peruenīri,non dicitur inſtantia,niſi poſt litem conteſtatam,vbi exigitur conteſtatio, vt C.de iudi.l.properandum.quod facit ad ſtatu. ſuperius annotatum.

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Personam turpem volens instituere, & fratri suo legitimam relinquere, an in residuo possit instituere turpem personam.*

1 **Instituere.** No. q† si vellem instituere turpem personam,& relinquere fratri meo legitimã, an in residuo possim turpem personam efficaciter instituere, vr̃ q; sic.nam si hoc est in filijs,& ascendẽtibus, ergo multo fortius in transuersalibus,vt C.de inof.testa. l.cum quæritur.& C.de codicil.l.fi.§.pe. ꝺ̃rium determinat Guil.ſ.q; frater põt expugnare testamentum in totum , quia non est lege expressum de legitima fratris secundum eum.vnde hoc casu tota hæreditas est sibi debita propter odium instituti, argum. l.Pompon. ff.si a parem. quis fu.ma. Sed cum filius, cui est relicta legitima, etiam turpi persona instituta,non habet querelam,quia nulla lex hoc dicit. multominus frater. ad idem facit.l.fine. §.excluditur. de iurepa.de bo.lib. l.etiã. §.si debita. Et si tu dicis,legitima portio debita iure naturæ, non reperitur in fratre,respondeo,immo, sicut reperitur ius alimentorum,loco quorum succedit in legitima, & est tertia vel semis secundum numerum fratrum. de quo per Bal. in l.frater. C.de inoff.testamento.

SVMMARIVM.

1 *Statuto dictante,quod instrumenta confessionata mandentur exequutioni, vtrum possit opponi contra ea , quod sit nudum pactum.*

2 *Donatio verbum simpliciter probatum , intelligendum est de donatione simplici .*

3 *Donatio quæ venit confirmanda per mortem , non continetur donationis nomine simpliciter .*

4 *Specialia duo concurrere possunt ex diuersa causa.*

5 *Instrumentum confessionatum si debeat mandari executioni ex forma statuti , intelligitur ad petitionem creditoris, & non tertij , etiam si illius tertij interſit .*

6 *Statuto dictante , quod instrumenta dotalia habeant paratam exequutionem , vtrum si agatur per viam. l, vbi adhuc. C.de iure dotium constante matrimonio , instrumentum dotis , habeat executionem paratam liquidandam.*

7 *Ius priuilegiatum quoties deuenit ad personam non priuilegiatam , talis persona vtitur suo priuilegio .*

8 *Tempus interpretatur vtile a principio, vbicunque requiritur facultas .*

9 *Tempora & dilationes , quę dantur a iudicibus in extremitatibus temporis , censentur vtilia.*

10 *Princeps vbique potestatem concedere potest , sed non statutum.*

11 *Statuto dictante, quod contra publicum instrumentum non possint opponi nisi certæ exceptiones, poterit tamen opponi exceptio,quod scribens non fuerit tabellio .*

12 *Notoria , demonstratione non indigent .*

13 *Statutum dictans , quod instrumenta confessionis dotium habeant uim rei iudicatæ, infert quod ab ipso initio habeantur pro veritate.*

14 *Dictio taxatiua,excludit omne id, quod non includit .*

15 *Statutum quando emanat ad corrigendum ius commune , recipit restrictiuam interpretationem per ius commune .*

16 *Actor sicut potest facere articulos arctatiuos , ita reus articulos obstatiuos .*

17 *Statuto dictante , quod instrumentum guarentigiæ executioni mandetur , an poterit exceptio peremptoria opponi .*

18 *Contra instrumentum confessionatum, an opponi possit exceptio non numeratæ pecuniæ , statuto stante,quod contra illud non possit opponi nisi exceptio solutionis & simulationis .*

19 *Exceptio non numeratæ pecuniæ , proprie loquendo , est exceptio simulationis .*

20 *Ad instrumenti alicuius extractionem , quæ & quot requirantur .*

3 de libe.Statutariæ†præſcriptioni vtrum contrahentes pñt renuntiare,& ſe in perpetuum obligare, & dicit Bal. ꝙ Cyn. & Old.de laude tenuerunt ꝙ non,pro quo ipſe Bald.allega.l.in pupillari.de vul.& pup.& l.centurio per locum a ſpãli. & dicit ꝙ nõ ob.l.qđ ſi nolit. §.q aſſidue. de ædi.ed. alle.per quẽdã doc.in ꝟrium,quia ibi de quodam tpe dato a lege in ſubſidiũ loquitur, ſeu in defectum partium ꝟhentium.Item tenet,ꝙ ſuper ꝯſtõne eccleſiæ ſunt limitata tempora appellationum ꝙ non pñt prorogari ꝓ cõſenſum partiũ.de quo dicit, ꝙ dat optimam concordantiã.ſ.gl.or. C. de iud.l.properandum. in
4 prin.Bal.in d.l.centurio.in fi.Stat.†& conſuetudini põt renũtiari & derogari per pactum.quod eſt uerum, niſi eſſet ꝯſuetudo prohibitoria,vt no.in l.j.C.ne fide.doti.den. & adde qđ no. Inn.in c.olim cãm.de cẽſibus.Bal.in l.Rutila Polla.§.Im-
5 perator.ar. d.§.ff.de ꝟhen.emp.Stat.municipali†quod inducit præſcriptionem ꝙ non habet clauſulam derogatoriam, poteſt renuntiari, vt l.præſcriptio.C. de ope. pu.de quo ꝓ Bal. in authen.quas actiones.C. de ſac.ſan.eccle.

SVMMARIVM.

1 *Repudiare non poteſt a partibus,quod neceſſe eſt fieri.*

1 **Repudiare.** Stat.† ꝙ arbitri electi a partibus, teneantur acceptare,ſi repudiãt,repudiatio nihil valet,qa id qđ eſt neceſſe fieri,nõ põt repudiari, ut l.non iuſtã C.ad tre.Stat.eſt Senis,ꝙ repudiatio hæreditatis debeat fieri in concilio generali,alias non valeat,mõ quę ritur,an hoc ſit neceſſe in eo,qui deceſſit nullis bonis relictis ſed ſolum remanſerunt debita gl.in l.hæreditas.de peti. hęr. vr̃ innuere,quod ubi nil eſt in bonis,quod non dicat hr̃d itas. Cy.dicit ꝟrium, quia iſte põt habere hęredem,& eius hęreditas põt adiri,& repudiari,per tex.d.l.hæreditas.vbi hæreditas

eſt

est quid intellectuale, etiam nulla reperiuntur bona corporalia, de quo ergo faciet hæres inuentarium, si nihil est. de nihilo nō potest fieri. Si aūt sunt debita de ipsis debitis facit. ff. ad Tertullianum. l. 2. §. pen. & adde quod not. ff. qui bo. ced. pos. l. pen. in gl. corporale. Bal. in l. hæreditas. de pet. here.

S V M M A R I V M.

1 *Represaliæ propter incertitudinem, extenduntur ad vniuersos.*
2 *Carcerem habere, publici iuris est, & meri imperij non competens priuato.*
3 *Precibus frustra imploratur, quod ultro a iure communi conceditur.*
4 *Statuto stante, quòd Perusino in ciuitate Assisii ius non reddatur, numquid si ex eo constet iniustitia per statutum ciuitatis Assisii, requisatur monitio in represaliis concedendis,*

1 **Represaliæ.** Statutum † concedens represalias, an valeat, si qs ponat expresse, q̄ intelligatur ꝯ oēs, qui deliquerunt vel non deliquerant. Iac. de Bel. & Ioan. An. dñt, q̄ tale statutum non ualeat, quia est iniuriosum, & non est exhibitio iustitiæ, sed potius dolus statuentiū ad represalias enim p̄p hanc cām finaliter deuenitur, ut iusti tia non pereat, non autem vt iniustum fiat eis. quia iniustum non hēt iustitiam matrem, vt no. in l. pen. ff. de iusti. & iu. Ergo ista principalis conclusio est, q̄ p̄p incertitudinem represaliæ extenduntur ad uniuersos, sed ubi certi sumus de culpabilibus, pœna tm̄ suos tenet authores, ut. C. de pœnis. l. sancimus. & l. crimen. ff. eo. Est enim illicita hęc pugna, nisi ꝯ nocentes. & ita intelligitur casus de mi. uasallo c. j. intelligitur dum dicit, potest eū depredare. non. n. quod dicit eum. s. q iustitiā facit, & nihil addit de subditis eius, qui non sunt culpabiles. Item dicit Ia. de Bel. in disputatione, quam fecit in aut. ut non fi. pi. quod licet p̄p represalias c̄cessas alicui, possit personas capere, tm̄ non dēt in suo carcere retinere. sed debet iudici præsentare, cū primum potest, quia habere carcerem est
2 publici † iuris, & meri imperij, & non cōpetit priuato, nec est c̄cessibile, vt l. 2. de origi. iuris. & cum hoc ēt concordat Bal. facit l. fi. C. de male. & mate. Itē dicit prædictus Iac. q̄ res captæ debent iudici præsentari & consignari, ne furtū & fraus committatur in his, & ne fiant illicitæ exactiones, ut l. illicitas. in prin. de offi. præsi. sed Bar. dicit, q̄ non est necesse in rebus iudicem adiri cum sint obligatę, & possint detineri loco pignoris creditoris arbitrio, vt l. creditor. C. de dist. pig. Ego dico dicit Bal. quod si in præsentia publicarum personarum fit de rebus inuentarium bona fide, nō oportet iudicem adiri. si autem non fit inuentarium, vr̄ esse in dolo, & posset iurari ꝯ eum in litem, nisi immediate iudici præsentet, & consignet, cū primum pōt. Ad hoc. ff. locati. l. cum domi. & l. facultas. de iure fisci. lib. 10. & ar. l. tutor qui repertorium. de admi. tu. de quo per Bal. in auth. sed omnino. C. ne vx. pro mari.
3 Statutum permittit † represalias cōcedi per magistratus, certe si tale statutum est, uel ex consuetudine, vt represalię per magistratum possint cōcedi, nō est necesse, ut requirat aliud consilium, quia frustra precibus imploratur, quod a iure cōi concedit. C. de thesau. l. j. lib. 10. Item, qa ubi statutū loquitur, totus populus loquitur, vt ff. de iusti. & iu. l. nā & ipsum. Si aūt super hoc nō loquit statutū, nec ꝯsuetudo, tūc qa hoc est factum arduum & extraordinarium, nō pōt fieri nisi de c̄silio p̄cerū, ut. C. de delega. l. si qd extraordinariū, li. 10. & de nauicularijs. l. cū nauariorū li. 11. & qd no. ff. quod quisq; iuris l. j. §. j. scias. n. qd dū super represalijs qs citatur, pugna offert. cū aūt decernunt, pugna infert, & iō principes ciuitatis c̄sulēdi sūt, ut. ff. de pac. l. ltia. & ff. de capt. l. hostes facit q̄ no. Inn. ex. de resti. spo. c. olim. de quo p̄ Bal. in auth. sed oīno. C. ne uxor
4 pro marito. Statuto † cauetur quod nulli Perusino puta in ciuitate Assisij ius reddatur, nunqd si ex eo cōstat de iniustitia per statu. ciui. Assisij, requirat monitio in rapresalijs c̄cedendis, Bar. q̄ non. Inn. aūt dicit, qd aut peccatur in faciēdo, aut in p̄cipiendo, aut in nō faciēdo. Primo casu non requirit monitio. secdo casu sic. Item no. ipse in c. extirpādæ. de præbendis facit auth. cassa. & irrita. qd est no. & quærit Bal. quo tpe possint represalię exerceri. & dicit, q̄ Bar. dixit, qd quolibet tpe ēt feriato ad utilitatem hominū, qa in executione non sunt ferię, mō nōn litigat. sed litigatū est, ut extra de iudi. c. fi. qd est uerum. dicit Bal nisi referatur quæstio de ipsis rebus, quia dicantur ad aliū pertinere, q̄ ad eū, ꝯ quē represaliæ sunt concesse. tunc. n. sequestrabuntur, uel satisdabit, & in cognoscendo supersedebit, qa sunt ferię. si aūt sunt ferię in honorē Dei ſm c̄suetudinē uel statu. alicuius loci, tūc cessādū est ab executionē, nisi sit periculū fungę. qd ex qualitate p̄sonarū pōt p̄pendi, ut no. C. de feri. s. l. fi. de quo p̄ Bal. in authē. sed oīno. C. ne ux. pro mari. vbi plene posuit materiam represaliarum.

S V M M A R I V M.

1 *Legis & statuti verba diligenter obseruanda sunt, nec quid ultra requirendum.*

1 **Requirere.** Statutū, non † debemus req̄rere plus q̄ requirāt uerba legis uł statuti. vñ si uerba legis vel statuti nō req̄rūt certū tp̄s, nec nos req̄rere debemus. ut l. gallus. §. nūc videndū. ī uer. nihil. n. Bal. ibi in 5. not.

S V M M A R I V M.

1 *Serui & vasalli. an contineantur rerum appellatione.*

1 **Res.** Statutum, q̄ res alicuius † debeant publicari, certe intelligitur de seruis & uasallis suis, quia continentur rerum appellatione, argum. l. omnia quæ testamentis. §. cum ita. de legat. 2. ubi appellatione rerum, personæ continentur, & ad hoc facit. C. de incest. nup. l. cum ancillis. Bal. in d. §. cum ita.

S V M M A R I V M.

1 *Rescriptum contra statutum vel ius consuetudinarium, an valeat nu. 2.*

1 **Rescriptum.** Stat. & † rescripta, æquiparātur, vt dicit Inno. in c. quæ in ecclesiarum. extra de consti. & ibi videas. hoc dixit Bal. in l. 1. C. de le. in 2. no.
2 Stat. aliquid disponit. modo fit rescriptum ꝯ dictum stat. siue ius consuetudinarium, modo quæritur † an valeat rescriptum, dicit Bal. q̄ non. quia censetur obreptum principi, nisi in rescripto fiat expressa mentio de illa consuetudine vel statuto, nā tales consuetudines vel statuta sunt facti, & ideo princeps p̄sumitur ignorare, vt in c. 1. de constit. lib. 6. & ita tenent doc. & tene menti, quia multæ concessiones, per hoc possunt infringi, sed nunquid est necesse q̄ dicatur, non obstante tali statuto posito sub tali rubrica, an uero sufficiat dicere, non ob. aliquo statuto, uel aliqua consuetudine in contrarium loquente, uel disponente, dicit Bal. respondeo, cum fit mentio de consuetudine uel statuto, ista ur̄ esse mentio spālis. nam ipsa cōsuetudo uel stat. est quid speciale, & ideo tunc ualeret rescriptum illius, qui tunc tali statuto uel consuetudini potest derogare, ut ff. de sepul. uiol. l. 3. §. diuus. Qñ aūt rescriptum est ꝯ ius cōe, sunt opi. quia quidam dicunt, q̄ dēt fieri mentio specifica de l. ꝯria. alij dicunt, q̄ sufficiat gñalis clausula, non ob. aliqua lege quæ in ꝯrium loqueretur. Sed ego dico, dicit Bald. q̄ aut illud rescriptum est prohibitum in specie & tunc requiritur specialis clausula. Exemplum. in l. 1. C. si nup. ex rescrip. pe. & C. de naturali. libe. l. 1. & de rescindenda uendi. l. ratas. Si aūt est ꝓhibitū in gñe p̄ uiā legis dānosam, credo q̄ sufficiat cł̄a gñalis non obstantium, & sic gñalis cł̄a derogatoria derogat gñi, & spēs spēi. ar. de le. 2. l. legatorum. §. quid plures. ultimo scias dicit Bal. q̄ rescri. ptum interdum est ꝯ alicuius priuilegium, & tunc non ualet, si non faciat mentionem de illo, ut extra de rescr. c. cum ordinem, & C. de silentiarijs. l. decurio. lib. 12. & ibi not. & C. de fundis & saltibus re. domi. l. si qua loca. li. 11. & ibi no. Bal. in l. fi. C. si contra ius uel uti. publi. in fi.

S V M M A R I V M.

1 *Restitutio in integrum, non datur contra statutum legis vel naturę.*

1 **Restituere.** Stat. † contra stat. legis vel naturæ, non datur restitutio in integrum. C. de mino. l. non uidetur, & ff. eodem l. uerum. Bal. in l. si infanti. C. de iure delibe.

S V M M A R I V M.

1 *Statuto stante, quod debeat positionibus simpliciter responderi, alias habeantur pro confessatis, non procedit responsio conditionalis vel alternatiua.*
2 *Positionibus simpliciter respondere quid.*
3 *Statutum quod positionibus simpliciter respondeatur, quomodo sit accipiendum.*

1 **Respondere.** Stat. † quod dēat positionib. simpliciter rn̄deri, alias, hēantur pro cōfessatis, certe non procedit rn̄sio c̄dōnalis uel alternatiua, ſm Bar. istud est uerum, nisi interrogatio esset duplex, uel incerta. ut C. de trās. l. ut rn̄sum. C. de impu. & alijs substit. l. precibus. & ff. de falsis. l. filius. in princ. & est gl. in simili de tribu. l. quod in hæredem. §. eligere. Bal. in l. 1. de uul. & pu. Sta. dicit
2 † qd̄ dēat positionib. simpliciter rn̄deri. certe ex̄ positionē nō dēt responderi sed debet simpl̄r rn̄deri. credit uel non credit. nā simpl̄r dico, q̄ nullo addito dico, ut l. si pater. in uer. utranque, ibi nihil addendū. & ibi est text. proprie de illa dictione simpliciter, Bal. in d. l. si pater. C. de do. promis. Sta. q̄ † positio
3 nib. dēat simpl̄r rn̄deri, intel̄r prout litera dicit, ut est tex. in auth. de fideius. in prin. facit l. j. de uul. & pu. Bal. in l. in testō. & adde qd̄ Bal. dicit ī l. Gallus. §. qdā recte. ubi dicit, q̄ si stat. cauetur, quo positionib. dēat simpl̄r rn̄deri, pōt tn̄ responsio conditionari secundum naturam rei uel actus. Bal. ibi. Stat. quod debeat positionibus simpliciter responderi, potest tamen responsio conditionari secundum naturā rei uel actus. Bal. in l. Gallus. §. quidam recte. per gl. ibi relatam ad tex.

S V M M A R I V M.

1 *Paria sunt, quem retinere, vel impedire, ne recedat.*

1 **Retinere.** Statutum † punit illum, qui retinuerit liberam personā, certe ille qui claudit ostiū quod non possit inde exire intelligitur retinere, ut no. Bald. in l. sed si eximendi. in uer. sed si eo. ff. ne quis eum, qui in ius uoca. est ui eximat.

S V M-

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Præmium, quod ſtatuto conceditur reuelatoribus criminum, an habeat locum in ſocijs, ſequacibus & complicibus.*

1 **Reuelator.** Stat. præmiat† reuelatores criminũ certe ſm Bart. non intelliguntur præmiati ſocij complices, vel ſequaces, quia tenentur deponere gratis ſuper hoc, vt l. qui vltimo, de pœnis. ſed dicit Bal. iſtud eſt verum, ſi ſunt producti vel interrogati, vnde iſtud crimen non includitur in his, qui ſponte, hoc ponit ipſe Barto. in l. idemque. §. ſi tibi. C. de condit. ob tur. cau. de quo per Bald. in l. prima eodem tit.

SVMMARIVM.

1 *Statuta poſteriora, limitantur etiam per priora, & diſtinguuntur.*

1 **Robatores† ſtratę.** Statutum quod robatores ſtratæ non poſſunt extrahi de banno, ẽt ſi ab offenſo pacem habuerunt. poſtea fit quoddam ſtat. ꝙ omnes banniti extrahantur de banno habita pace ab offenſis, ſi ſoluant vnũ ſolidum pro qualibet libra quã titatis in condemnatione comprehenſæ, modo roborator ſtratæ habuit pacem ab offenſo, certum eſt ꝙ ex forma primi ſtatuti non poteſt extrahi de banno, ſed quæſtio eſt, an poſſit extrahi de banno vigore ſecũdi ſtat. quod dat nouam formam, Dy. determinat ꝙ non, quia etiam poſteriora ſtat. diſtinguuntur per priora, & limitantur per ipſa, argum. l. talis ſcriptura. de leg. 1. Item ſtatutum ſpeciale præcedens derogat generali ſubſequenti, argum. de alimen. & ciba leg. & in d. l. talis ſcriptura. ver. & ab ea tantum. de verb. oblig. l. doli clauſula, & de pœnis. l. ſanctio legum. de leg. 3. l. vxorem. §. fęliciſſimo. de ali. le. l. ſi alimenta. §. baſilicæ. & l. Stichus. moriens. de le. 2. l. Imperator. §. qui plura. & de vulg. & pup. l. cohæredi. §. patrem. & hoc tenuit Dy. & dicit Bal. dubium mihi facit contra Dy. quia primum ſtat. ſolum modo diſponit reſpectu pacis, ſed ſecũdum diſponit miſtim reſpectu pacis, & reſpectu ſolutionis, vnde non eſt cãcellatio banni gratuita. Speciale ergo ſtat. loquitur in vno caſu gñale in reliquo, & ideo non videtur derogari ſtat. generali, argum. ff. ad Sil. l. ſi quis in graui. §. id quoque, & argum. ff. de annuis le. l. Titia. §. qui Marco. homi. doc. Bal in d. l. talis ſcriptu.

SVMMARIVM.

1 *Rubricæ omnes legum vel ſtatutorum, textui conuenientes, allegari poſſunt pro textu.*

2 *Rubricæ ſtatutorum probant qualiter textus ſit intelligendus, quando ille eſt dubius.*

1 **Rubrica.** Statutorum† vel legum rubricæ conſonantes textui, poſſunt allegari pro tex. ita dicit gl. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſ. fue. in rub. & no. ꝙ quando rub. incipit per, vt, vel per, ne, rubrica decidit, & habet vim text. & eſt generale ꝙ omnes rubricæ legum vel ſtatutorum conſonantes textui, poſſunt allegari pro text. vt s. ſed ubi rubrica incipit per an. tunc ponitur per modum quæſtionis. text. autem decidit & omnis conſultatio refettur ad interrogata, vt ff. de lib. leg. l. Aurelius. §. Sticho. & ideo in omni conſilio, quod reddunt periti, tacite intelligitur clauſula ſm ea quæ proponũtur, de quo per Bal. in rub. C. an ſeruus ex ſuo facto.

2 Statutorum† rubricæ probant, qualiter tex. ſit intelligẽdus, vbi text. eſt dubius. Bald. in l. 1. C. ne liceat In una eademque cauſa tertio prouocare. per gl. d. l.

SVMMARIVM.

1 *Ruſticum non bene & ſedulo colere terram, quomodo probari poſsit.*

1 **Ruſticus.** Stat. † eſt ꝙ ruſtici qui nõ bene colunt, poſſint accuſari, modo quidam ruſticus accuſatur, qualiter autem probabitur, ꝙ non bene colat, certe hoc probabitur eo ipſo quod probatur, ꝙ non colit ſecundũ conſuetudinem ſoiitam & ſecundum ſolitum modum. h. d. Bal. arg. l. ei qui partes §. cum prædia ff. de peti. hære.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus petens bannum cancellari, an pendente petitione poſſit impune offendi.*

2 *Volenti non fit iniuria.*

1 **Sanguis.** Statutum dicit, quod extrahens, alicui † ſanguinem in palatio, puniatur in mille. modo quidam barbitonſor phlebotomauit Poteſtatem in palatio de eius voluntate, quæritur an barbitonſor veniret puniendus, fuit determinatum Bononię quod non per. l. Gracchus. C. de adult. quamtuncumque aliud ſtatutum diceret, quod tale ſtatutum non reciperet interpretationem, & dicit Bal. quod dicta l. facit, an bannitus qui petit bannum cancellari, hac petitione pendente poſſit impune occidi, de qua. quæſtione dicit Baldus. die vt notat. Dyn in l. tertia, §. ſi ſeruus. de acquirenda poſſeſſione. & aliquid tangam. C. de adulterijs. l qui duos. facit. l. ſi quis filio exhęredato § item ſi quis. de iniuſt. rup. & irrit. teſtamento. Bald. in dicta l. Gracchus.

2 Statutum† dicit, ꝙ extrahenti ſanguinem in palatio. amputetur manus, nunquid amputabitur barbitonſori phlebotomanti certe non, per literam. l. quamuis. de in ius voc. ſecundum Iac. But. Item quia dat operam rei licitæ, & quia volens phlebotomari, & eide ſanguis extrahit. Bal. d. l. quamuis.

SVMMARIVM.

1 *Securitas, uerb. quomodo accipiatur in iure. Et quotuplex illa.*

2 *Securus, quis dicatur*

3 *Statutum mandans dari ſecuritatem creditori a debitore, an ſubintelligendum, cum pignore uel fideiuſſore.*

4 *Satiſdare promittens, an videatur ſolutionem promittere.*

1 **Securitas.** Statutum† ſiue inſtrm faciens mẽtionem de ſecuritate, modo quęritur qualiter intelligatur ſecuritas, dicit Bal. ꝙ gl. in l. j. ſi aduer. ſolu. dicit qđ triplex eſt ſecuritas. ſ. ope excep. & ipſo iure, cum reſtõne, & ipſo iure ſine reſtõne. quã glo. vltramontani nituntur impu-
2 gnare, quo ad modum loquendi dicit Bal. tu tñ eã teneas. † il-
a le tñ proprie dr̃ ſecurus[a], qui habet efficacem & inexpugnabilem ſecuritatem. quicunque n. poteſt impugnari, non proprie dr̃ ſecurus. & no. vocabuli ſignificationem. dicit Bal. qa ſæpe apponitur in inſtrumentis vel ſtatu. de quo uide per eũ in d. l. j. Statu, qđ qui eſt in banno, det ſecuritatem, ut exeat de banno, certe eſt arg. l. quidam referunt. de iure codicillorum. ut non extendatur ad eos qui poſtea poſiti fuerũt in bã-
3 no. Bald. ibidem. Statutum† mandans dari ſecuritatem credi ti a debitore, vr̃ intelligere ſecuritatẽ cum fideiuſſore vel pignore. in conuentionalibus aũt ur̃ ſufficere idoneitas & ſolẽnis promiſſio rei principalis, ar. ff. de verb. obli. l. ſi iſta ſtipulatus. §. pñt. & l. ſi quis ſtipulatus. §. ſi quis ita. & ita debet intelli-
4 gi, quod no. ff. mãda. in l. ſi mandato Titij. in fi. ille† autem, q promittit ſatisfacere, an videatur promittere ſolutionẽ, dic, ꝙ aut cauſa ꝓmittendi importat ſolutionẽ, & ur̃ promiſſa ſolutio. aut ſatiſdationẽ, & ur̃ promiſſa ſatiſdatio, ar. ff. de uſuris. l. ſi ſtipulatus. & de dã. infe. l. dãni. ſm Guil. ad hoc facit. C. de conſti. pecu. auth. ſi qñ Bal. in l. j. in fine. ff. qui ſatiſda. cog.

ADDITIO

a Securus Adde ꝙ ſecurus dicitur, qui nihil timet l. j. in ſi. ff. de act. amp. & ibi gl. Itẽ qui non poteſt impugnari. no. in Spe. de emp. & uen. §. j. uer. ſed quid ſi.

SVMMARIVM.

1 *Appellationis interponendæ tempus, idem operatur, quod appellatio interpoſita.*

2 *In ſententia interlocutoria banni, an banna mereantur executionem contrahæredem.*

3 *Sententia, ſi debeat ferri cum conſilio ſapientis, aliter facta non ualet, ſtatuto ita diſponente.*

4 *Priores ſi debeant intereſſe ſententijs criminalibus, ſtatuto ita diſponente, an eis abſentibus latæ ualeant.*

5 *Qualitas quæ pluribus ineſſe poteſt, generalior eſt ea, quę vni tantum.*

6 *Sententia ſtatuti & reformationis, æquiparatur ſententiæ iudicis.*

7 *Poteſtates terrarum, non habent ius deportandi.*

8 *Bannitus an poſſit hæres inſtitui in teſtamento ſolenniter facto.*

9 *Statutum pot eſt inducere, vt in criminalibus ſententiæ ferantur ſub conditione.*

10 *Iudex quomodo poſſit in partem condemnare, in partem abſoluere. Et quid in arbitro, an poſſit diuidere actum pronunti ationis.*

11 *Sententia lata ſine alicuius petitione, an ualeat.*

12 *Conſuetudo an poſſit derogare ſtatuto.*

13 *Statuto dictante cauſas criminales terminandas, intra 30. dies, an ſententia poſtea lata, ualeat.*

Sententia. Statutum, quod ꝺ delinquentes feratur ſententia &c. quid ſi tę appellationis interponendę quis interim moritur, an ualeat eius teſtm̃, dicit
1 Dy. quod ſic, qa tps† appellationis interponendæ idem operatur, quod appellatio interpoſita, vt. ff. nil. no. ap. pen. l. vna. & ibi no. & hoc dicit gl. or. quæ non eſt alibi in l. ex iudiciorũ ff. de accu. la. de Are. & Cy. in l. fi. ſi reus vel accu. mor. fue. dñt ꝙ ſi ſententia cõtinet expreſſam adeptionem bonorũ, oportet quod hæres appellet. alias ſententia tranſit in rem iudicatam, quo ad bona. & hoc placet Bar. in d. l. ex iudiciorum. qđ credit uerum Bal. quia appellatio in potẽtia nõ põt plus operari, quam appellatio in actu, id eſt, non dẽt plus operari poſſe appellare, quam appellaſſe, ar. ff. de cond inde. l. Iul. Apparet ergo, ꝙ quantum ad bona, ſententia diffinitiua afficit hę
2 redem, ſed quid† de ſententia interlocutoria bãni, nunquid banna mereant̃ executionem ꝺ hr̃dem, Dy. mouet hoc dubiũ in d. l. ex iudiciorum. & inclinat ꝙ nõ, qa iſta eſt pœna contumaciæ. unde non tranſit ad hr̃dem, ut l. j. in fi. ff. ſi quis ius di. non obtẽ. Bal. tenet ꝺrium in d. l. ex iudiciorum. ſed dicit Bal ego intelligo dictum Bar. qñ poſt bannum eſt ſecuta diffinitiua ſnĩa. Secus, ſi reus eſſet mortuus poſt bãnum, & ante ſententiã diſſinitiuã, quæ fertur in talibus ex forma conſuetudinis uel ſtatuti. & facit. ff. de pub. iudi. l. defuncto. & quod ibi no. in gl. & optime facit. ff. de iure fiſci. l. eius qui delatorem. Item aduerte, ꝙ qñ bona eſſent publicata, & translatum dominium, non eſt dubium, ꝙ pœna tranſit in hæredẽ, ut. ff. ad

ſill.

Source : BIU Cujas

Baldi Perusini De Statutis.

till.l. Gaius. vnde qō superius formata loquitur in personali præstatione, non in iure dominij quęsiti fisco. & ideo curia has exceptiones quotidie facit Bal. in l. qui a latronibus. §. si
3 quis in capitali. ff. de testa. Stat. quod sententia †dēt ferri cum cōsilio sapientis, si non seruatur ista forma, snīa est ipso iure nulla. facit extra de elec. c. cum in veteri. & ita dixit Ol. disputando. Itē si cauetur in statuto, ꝙ fœmina debeat ꝯhere cum consensu propinquorum, uel præsentia, licet non procedat ulterius annullando, tñ si non seruatur forma ꝯctus, est ipso iure nullius. hoc tenet per glo. in l. si quis mihi bona. §. si corā. de acqui. hære. ubi a forma mandati non est recedendum. & si receditur a forma, receditur a substātia, quod no. secundū. Bal. ibi. Stat. ꝙ in †snījs criminalibus debeant interesse priores, nunquid ualeat snīa lata eis absentibus, tenet ꝙ non, qa sunt testes deputati a lege, & si nō tam cito ueniant, debent expectari, & si omnino nolunt interesse, debēt surogari duæ alię publicę & authēticę personę, eorū loco, ar. C. qui test. fa. pos. l. hac ꝯsultissima. §. at cū humana. & in §. si uero absunt. in auth. de hęr. & fal. ne pp absentiam eorū publica vacillet vtilitas, ut. C. de decre. dec. l. nominatorum forma li. 10. Vel dic, ꝙ non est ne cesse, ꝙ aliqs subrogetē, qa semper multi sūt p̄sentes, qñ snīæ feruntur in publico, & statim transeūt in notoriū, ut. C. de dona. l. in donationibus. & l. hæc uerba. q. n. nolunt uenire, a iure interessendi se faciunt alienos. Bal. in l. cū
5 snīa. C. de sen. & interlo. om. iudi. Statuta. Duo † sunt statuta, vnum ꝙ snīa pupillorum mandet executioni per priores artium. tñ aliud, ꝙ snīæ a centum lib. supra mandent executioni per ptātem tñ. mō snīa est lata ꝓ pupillo in ducētis, q̄ritur qs existis debeat exequi, tenet ꝙ ipālis iudex, sed qualiter, cognoscatur quis sit specialior, dicit ꝙ p hāc doctrinam, qa illa qualitas q̄ pōt pluribus inesse est gnālior ea, quę vni soli pōt inesse, ut. ff. de pac. l. iurisgentium. §. sed si fraudandū. Ita in ꝓ posito quantitas pōt inesse cuilibet de genere, & cuicunque ætati, ętas aūt non pōt inesse, nisi sibipsi. ergo inspicit iudex datus ætati. quod tene menti. Bal. in l. executorē. de excu. rei iudi. C. Statuto cauet, ꝙ snīa ferat cum consilio ancianorū, alio statuto iurato per ptātem cauetur, ꝙ snīæ statim executioni mandent. quid iuris si non apparet de impetitione consilij siue ꝯcessione, tenet ꝙ snīa est exequibilis. de hoc notat
6 plene per Bal. in l. j. ne liceat in una eademq; cā. †Stat. & reformationis snīa, æquiparatur snīæ iudicis, uel legis & iura municipalia nō patrocinant ei, q pronuntiatus est rebellis, & ex tunc desinit esse ciuis. hoc no. contextualiter in l. amissione. l. qui deficiunt. ff. de capi. di. & dicit Bal. in l. j. no. ꝙ quis rebellando se, efficit hostis suæ ciuitatis. & qđ bannitus fit efficitur hostis, qa æquiparat deportatis. ſm glo. in §. relegati. insti. qui. mo. ius pa. po. sol. & hoc qñ natura criminis importat genus pœnæ, puta qa exulant adēptis bonis, sed Iac. de Are. dicit, ꝙ illa æquiparatio procedit quantū ad bñficia suæ ciuitatis, sed non q̄tum ad ius cōe. Vñ dicit, quod non pñt banniti vti iure municipali sed poterunt vti iure cōi, vt no. per eum. ff. ad Treb. l. ex facto. §. ex facto. Bar. dicit hoc esse uerū, si bannito est indictum bellum, ut quia pōt impune offendi. nam iste est hostis suæ ciuitatis per belli indictionē. & dicit quod licet iste de iure succederet agnatis & cognatis, tñ nō potest actionem mouere in ciuitate, unde exulat, ut no. in l. sed & si per prętorem. §. sed si cum decreto. ff. ex qui. cau. mai. nam videtur positus extra protectionē cōis. i. suæ ciuitatis. Facit, quod no. Cy. de accu. l. reos. & in l. j. de natu. lib. per eundē. Si aūt non est ei indictum bellum, tunc patrocinabit ei ēt ius municipale, qa pęna banni nō est extēdenda ad casum omissum. Præstat ad hoc ar. ff. de minoribus. l. Pap. exuli. Nec obs. si dicat, ꝙ †ptātes terrarū non pñt deportare, qa uerū est de na-
7 tura deportationis, sed bānū capitale est, quasi deportatio q̄tum ad iura illius. facit qđ no. Cy. C. de hære. insti. in l. j. & si p dicta theorica est uera, sequit quod pr̄ bannitus retineat filiā in potestate, qa hoc ꝙpetit patri de iure cōi, nō de iure municipali, cuius ꝯrium dicit gl. in d. §. relegati. & eodē mō uī durare legitimus administrator uel tutor, sed in ꝯrium facit, qđ
8 no. in l. si tutor reipublicę. de tu. & ra. dis. Itē sequit, ꝙ †bannia tus possit hęres[a] instituī in testō solēniter facto, ſm ius cōe, non secundū ius municipale. De hoc no per la. ff. de bo. pos. l. edicto. & adde quod no. per Spe. de don. inter ui. & uxo. §. formatis. uer. quid si uir. & de procu. §. rōne quoque. circa princ. & de commo. c. fi. Bal. in d. §. qui deficiunt. Stat. dicit, ꝙ dēat ferri snīa de consilio sapientū. aliud statutum dicit ꝙ debeat sententiari infra mensem de qbuscunq; causis. dicit Bal. per appositionē istius termini, nō intelligit recessum a forma data in statuto generali, & iō oportebit ꝙ de cōsilio sapiētis ferat snīa. & dicit Bald. ꝙ l. Labeo ait. §. hęc aūt. ff. de arbi. uī determinare qđ supra dictum est. & est quęstio dñi Old. q̄ incipit. antiquo statuto ciuitatis Paduæ. Bald. in d. §. hæc autem.
9 Stat. †iuste pōt inducere, vt ferantur snīæ in criminalib. sub ꝯdōne videlicet si non soluerit, vel simili ꝯdōne, vt not. Dy. ff. de pub. iudi. l. 1. & adde quod no. C. de sen. l. cum iudex. hoc dixit Bal. in l. nō quemadmodum. in fi. ff. de iudicijs. vbi dixit etiam sumi ar. ex gl. d. l. ꝙ snīa non dicatur de instantia, cum ins contrarium est verum, secūdum eum ibi. Stat. dicit, ꝙ iudex dēat snīare ſm consilium sapientis certe si consilium sapientis dicit aliquem condemnandū, & iudex dicit, pronuntio ſm consilium, vr̄ eum condemnasse, aliter. n. non obseruasset consilium, ex cuius forma tenebatur condēnare. Pro
10 hoc allegatur. l. fundus. ff. de resci. ven. & facit. ff. si cert. pet. in ar. l. fi. Bal. in d. l. fundus. ff. de rescin. ven. Stat† dicit, ꝙ non valeat snīa si nō est soluta gabella. mō ego solui ꝓ. l. & ꝓ alijs. l. non solui, nunquid snīa valebit in l. quæ lata fuit in centum & vr̄ ꝙ sic, quia ex post facto pōt pro parte valere, & pro parte nō valere. pro quo facit. l. in hoc iudicio. ff. fa. ercis. ꝯrium tenet Bal. quia istud est quoddam onus quodāmodo inscriptum vni, centum, nec pōt diuidi vt l. qui ex duob. de le. 2. & quia snīa hēt tacitā ꝯdōnē iuris, nō dico iudicis, s. si gabella soluat. Nā oportet, ꝙ tota illa ꝯdō impleat, & vide qualiter iudex pōt pro parte condēnare, & pro parte absoluere, & qñ condēnādo in parte, videat in totū snīare tacite absoluēdo in alia parte, & quid in snīa arbitri, vtrū possit diuidere actū ꝓnūtiationis, & qd de principali, & qd de expensis, & qdsi iudex dēat ꝯdēnare sup toto, si ꝯdēnatī parte de scripti recitatione, & ī parte sine scripti recitatione, an valeat snīa, & qd si iudex, qui habuit iurisdictionē in 10. ꝓnūtiat in 15. an ualebit in 10. vide plene p Bal. ī l. 1. C. si aduer. rē iud. & no. vnū, qđ ibi ponit. qđ si arbiter hēt arbitriū ꝓnūtiādi semel & pluries qđ tūc pōt diuidere actū ꝓnuntiationis, & hodie super vna parte, & cras sup alia, nō tñ possit corrigere ꝓnūtiatū per illud arbitriū datū sibi. Facit. ff. de arbitris. l. quid tñ. & l. qui arbiter. Nec ob. p̄dicta. l. Paulus. ff. de re iud. vbi valet snīa, licet iudex aliqua omiserit, qa ibi nō omisit substātialia, sed accidentalia & extrinseca, i. cōdēnationē expensarū, & sic nō obstat, ꝙ pronuntiatio super expēsis non est de substantia snīę, diffinitiuæ. C. de fruc. & lit. expen. l. terminato. vide ad prędicta. l. q̄dā mulier. fa. er. & ex̄ de test. c. Raynutius. & Raynaldus. & qđ no. C. de re iud. l. 2. Bal. in d. l. 1. C. si aduer. rem iudi. Nota ſm Bal. in l. vnica. C. vt quę desunt aduo. partiū, iudex supplicat. vnam qōnē de qua dicit, qđ vidit pubitari, s. qđ apparet† snīa lata nec apparet, qđ sit lata ad petitionē alicuius,
11 modo q̄rebatur an valeret, & videbatur qđ nō, qa hoc respicit partis uictoris vtilitatē, ergo debuit ab eo peti. In ꝯriū uidebit distinguēdū, qđ aut vtraq; parte p̄sente, & valet, qa respicit iuris publici obseruātiā, aut altera parte absētę, & tūc nō valet, ex theorica Bal. quā ponit ī d. l. vnica. & dicit Bal. hoc credo uerū, qđ tene menti. Facit pro distinctione. l. ꝓperandum. § 1. & l. ad peremptoriam. ff. de iudicijs. & auth. qui semel. qūo & qñ iudex. & l. 3. §. pe. ff. iudicatum solui. Aduerte tñ, ꝙ ubi snīa fertur pro actore, nō esset necessaria aliapetitio rpe snīæ, quia petitum est in libello reum condemna-
12 ri. hoc tñ non affirmo dicit Bal. cogitabitis. Sta. †dictat quod non valeat snīa consulum mercatorum nisi oēs quatuor intersint diffinitiuę, sed cōsuetudo obseruat snīam trium sine quarto. dicit Bal. ꝙ ex quo ita est de consuetudine, derogatū est stat. ar. gl. l. rem rō nouā. in fi. si tñ ad hoc esset processum per iuris errorem, non officit consuetudini licet officiat simplici pręscriptioni, vt ff. de leg. l. quod vero ꝯ rōnem & l. 1. in fi. de supel. le. & ita dicit quod consuluit. Bal. in l. rem nō nouā. §. fi. Stat. dicit† ꝙ causæ criminales dēant terminari. ꝯ. 30.
13 dies an valeat snīa postea lata. Aut illa meta est apposita instantiæ, & tunc nō valet snīe diffinitiua lata postea, qa est lata sine instātia, vt l. criminales. C. vt intra cer. tem. Aut illud tps non est appositum instantiæ, sed iudici, quod satis pōt apparere ex verbis stat. nam si stat. loquitur in rem, tunc instantię, si in personam, tunc iudici est apposita mora, & illo casu dico, quod tenet snīa, licet iudex sit puniendus, vt l. 1. C. ut causæ tam ciuil. q̄ crimina. & no. in l. properandum. ꝓ Cy. ff. de iudicijs. & facit. l. scire oportet. §. consequens. ff. de exc. tu. & quod no. Dyn. insti. de actioni. §. rursus. Bald. in d. l. crīales.

ADDITIO.

a ¶Hæres instituī. No. quod bannitus potest hæres instituī, etiam si prohibeatur a statuto ius sibi reddi. Vide Bal. in l. 1. ver. sed quid si. ff. de hær. insti. & Bal. in l. amissione. §. qui deficiunt. ver. & ex prædictis. de cap. dimi. & in d. l. 1. ubi dicit, quod si potest impune offendi vigore statuti, non potest hæres instituī beneficio statuti sed beneficio iuris communis sic.

SUMMARIUM.

1 *Statuto stante, quod bona sequestrentur, facto sequestro, non eo excluditur creditor, ut debitum non petat, nec opponi potest de sequestro facto.*

1 Sequestrare. †Statutum, quod bona debeant sequestrari, si est factum sequestrum, non tamen excluditur creditor, vt debitum non petat. nec potest opponi de sequestro facto, argument. text. de dolo & contuma. cap. 2. & est argum. l. qui legati. C. vt in pos. leg. Bal. Statutum vel lex licet non caueat, ꝙ quis teneatur recipere seque-

sequestrum, seu esse sequestrum, iudex potest compellere ex causa, ex officio suo, sic tamen, vt ponat solam operam, & non impensam aliquam de suo, ut l. si. §. fi. C. de bo. auth. iud. pos. & l. ult. de requi. re Bald. in l. 1. ff. vbi pupil. edu. debeant.

SVMMARIVM.

1 *Statuta quod trahantur de similibus ad similia, quomodo sit accipiendum. & numero 5.*
2 *In statutis & legibus exorbitantibus a generalibus regulis, non proceditur de similibus ad similia.*
3 *Condictio ex lege, est stricti, iuris.*
4 *Statuta possunt trahi ad contumaciam, dummodo casus, ob quem trahuntur, non sit inclusus in iure communi.*
6 *Actio similis competit in casu simili expresso.*

1 **Simile.** Stat. †reperitur in volumine stat. quo cauetur, ꝙ stat. possunt trahi de similib. ad similia, certe dicit Bal. talia stat. intelliguntur stricti iuris, quantum ad eorum interpretationem, sed debent large interpretari, suadẽte rõne tñ, & vera similitudine, vt ff. de legi. l. non possunt. & l sed & posteriores. & de quo per Bal. in l. leges. C. de legi. Sta. dicunt, ꝙ procedatur de similibus ad similia, certe iudex poterit assimilare ex officio etiam nemine petente. Quod est no. pro quo facit. l. 1. C. ut quæ desunt ad uo. & facit, qđ not. in Spe de dispu. aduo. in prin. & no. d. gl. q̃ dicit, qđ iudex debet supplere sedendo pro tribunali, ut suppleat tanquam iudex, non tanquam pars. & ita notat extra de postu. capitulo. bonę, & adde quod no. C. de tempo. ap. l. 2. in fi. & extra de iure iuran. cap ad nostram. per Inno. el 2. de quo per Bal. in d. l. 1.
2 C. ut quæ desunt aduo. par. iudex suppleat: Stat. †in stat. & legib. exorbitantibus a generalib. regulis, non proceditur de similib. ad similia. ar. gl. l. 1. C. de pa. qui fi. distra. in ꝟ̃riũ tamen allegatur gl. q̃ est. C. de pre. imp. osse. dicit Bal. solue, aut ꝓcedere de similib. ad similia, est ęquũ & fauorabile, & tunc proceditur, ut in d. l. ob ea. Aut procedere de similibus ad similia, est odiosum, & tunc non proceditur, ut in d. gl. l 2. & not. ꝙ in stat. pęnalib exorbitãtib. a iure cõi nulla fit extensio, ut plene no. insti. de actio. in §. itẽ mista per Dy. & in c. in arg. de
3 reg. iu. li. 6 Quid aũt in persecutorijs, no† pęnalibus? & ũr ꝙ fiat extensio. ut C. de bo. quæ lib. l. non sine. In ꝟ̃rium ũr per. l. si uero. §. de uiro. so. ma. Aduerte de casu illius. §. dubitatur. nam dicit Pe. ꝙ ideo ibi socer nõ tenetur. l. Iul. quia ipse nil meruit liberto, sed uir licet iure ptãtis sit aqsitus sibi ex legali ꝓuidẽtia, unde quia actione de dote non tenet socer, q̃ est actio principalis, nõ tenet ad id, qđ loco eius succedit, ut eo. ti. so. ma l. si cũ dotẽ. §. trãsgrediamur. Vñ qa nõ est eadẽ rõ, nõ est idẽ ius, ſm Pe. licet Bar. dicit, ꝙ casus dẽt poni in socero, q̣ recipit seruũ inęstimatũ in dotẽ, quẽ manumisit, ꝙ ꝓp ea inde ꝟ̃secutus, est, non tenetur restituere, quia condictio ex l. Iul. nec aliqua alia condictio ex l. non hẽt. locum, nisi in casu expresso a l. cum condictio. ex l. sit stricti iuris, & lex q̃ ipsam ꝟ̃dictionẽ aperit, ꝓpea dicit ꝙ l. Iul. est ꝟ̃ iuris ciuilis regulas, ut ff. de p̃scrip. uer. in naturalis in fi. ubi dr̃, qđ ille q̣ hẽt libertum, non dr̃ locupletior, sed ibi loquitur in cã, in qua non oritur repetitio, secus in dote, & ideo in casu Bart. puto competere utilem condictionem ex l ꝓp eandem identitatem rõnis. ut ff. de ritu. nup. l. libertũ. §. senatus. & C. de reuo. do. l. his solis. & l. filium habeo. ff. ad Mace. ad hoc facit text. no. in 10. coll, quæ fuit causa beneficij amittẽdi. c. i. §. idemq;. in uer. si qua fuerit antiquioribus causis similis aut maior. tñ ibi loquitur in condictio. ex moribus, quæ est stricti iuris, sicut condictio ex lege scripta, ubi autem casus est oĩno diuersus strenuus iuri sperītus sicubi talis casus emerserit, qui consuetudine nõ sit, cõprehensus, vti dẽt iure cõi, ut est tex. no. in tit. de feudi cognitione. c. libertus. §. strenuus. col. x. & adde ꝙ qdam cõsiderant ꝟ̃suetudinẽ, & sit extensio de similibus ad similia, quatenus suadet ęqtas. ut. ff. de legi. l. de quibus. Idem si desiderauit legem scriptam ut. C. de furtis l. si qs seruo. & dic ut ibi. Si autẽ desiderãt uerba legis, ut qa est generaliter stat. ꝙ stat. debeãt seruari ad literã, tunc non fit extensio, qa litera dicit̃, q̃ oculis vr̃, nõ quæ solo intellectu percipiũtur, vt. l. j. in prin. ff. de his, quæ in test. delen. & hæc sufficiant in illo passu. de quo per Bal. in. l. 2. C. de. pa. qui fil. distr.
4 Statuta ciuitatis† licet sint stricti iuris, possunt trahi ad contumaciam, dumodo casus, ad quem trahuntur, nõ sit inclusus in iure communi. Probatur optime, per. l. de quibus. ff. de legi. secundum Bal. in. l. si quis seruo. C. de fur. Statutum id, quod est speciali ratione stat. ꝟ̃ ius cõe, trahit̃ ad casum simile, si non deficit ratio in casu simili. Ad hoc de no. ope. nunc. l. de pupillo. §. si quis riuos. & quod no. de sacrosan. ecle. l. id. Nec ob. l. qđ vero. ff. de legi. qa intelligit̃, qñ non omnino est
5 eadẽ ratio. Bald. in. l. si quis seruo. C. de fur. Stat. †dictans, ꝙ ꝓp cedatur de similibus ad similia, & ꝙ assimilatio pertineat ad iudicem pronũtianrem, inducit̃ ratio. l. non possunt. ff. de legi. & adde ꝙ dicit̃ in. l. sequenti co ti. Bal. in d. l. nõ possunt Statutum quod non habet aliam rõnem, nisi quia ita placet statuenti, trahitur de similibus ad similia. Facit. ff. sol. ma l. si vero. §. de uiro. de quo per Bal. in l. si dotem. C. de iure do. Sta
6 tutum† dicit, ꝙ procedat̃ de sĩlibus ad similia. certe si occurrit casus, ꝙ aliquis sit spinctus spatatatus, & ꝓpea damnum dedit alteri, licet non dicatur deliquisse, sed solũ ille, q̣ spinxit, & ille non deliquit, immediate in alterum, sed mediate, tñ spatatatus tenet̃ utili actione, nõ directa. qđ est no. pro pęnis statutorum, qa vbi competit utilis actio non uendicat sibi locum statutum. Nã ista vtilis est ex interpretatione & statuta non recipiunt interpretationem extensiuam. facit. l. vltima si quadrupes paupe. fecis. dicatur. nisi cautum esset ꝓ statutum, quod procedatur de similibus ad similia, per d. l. vlti. De quo per Bald. in l. qua actione. in §. occisum. in uer. proinde. ad l. aquil. ff. tu adde, quod ipse Bal. ponit in d. l. fi. ubi dicit ꝙ in casu simili expresso competit vtilis actio. & uide quod no. Cy. C. vti possidetis. in l. j. in 2. q. & ff. de neg. gest. l. actio. In casu aũt expresso uel tacito subintellecto ex mente leuis, cõpetit actio directa ex uerbis, & mẽte uel ex mẽte tñ vt. ff. de uer. sig. l. nominis & rei. §. uerbũ ex. ll. & insti. de leg. patro. tu. in prin. ar. de uulg. & pup l. iam hoc iure. Bal. in d. l. fi.

SVMMARIVM.

1 *Statuta permittentia opponi exceptionem simulationis, de qua simulatione intelligantur.*
2 *Statuta loquentia de exceptione simulationis, non vendicant sibi locum in simulatione, quæ habet in se substantiam.*
3 *Assessoris boni est grauitate vti in enormibus, non facilitate.*
4 *De simulatione si non possit obijci, per statutum, poterit nihilominus obijci de errore.*
5 *Innocentij præceptum & institutio ad tabelliones.*

1 **Simulatio.** †Statuta permittunt opponi exceptionẽ simulationis, quæritur de qua simulatione loquantur, certe intelligunt̃ qñ ꝓmittit̃ sine spe alicuius cãæ precedentis, vel futurę. Item, qñ cã uera tendit ad diuersum effectum uel ꝟ̃rium, cum cã expressa in instr̃o. Item, qñ de nullo fingitur aliquid, sed de aliquo fit in aliud nouatio siue translatio. & est æquipollẽtia in effectu, illa obligatio nõ est simulata quia non deficit obligationis substãtia, ut l. si ex precio. C. si cer. pet. hoc dicit Bal. in l si sub specie. C. de postu.
2 Statuta, quę loquuntur† de exceptione simulationis, nõ habent locum in simulatione, quæ habet in se substantiam, qa ex simulatione non oritur exceptio simulationis. quædã est simulatio, quę non habet in se obligationis substantiam, & beneficium confessionis, quia confessio est quatenus fuit in eius ptãte. Item ponamus, ꝙ non negat aliqua circa factum, sed disputat de mente statuti. respondeo, hoc non nocet, qa sibr non est in sua potestate, ut l. ornamentorũ. de au. & ar. lega. Item pone, ꝙ primo cõfessus est simplr̃, postea reuocat ꝟ̃fessionem, nunquid habeat beneficium statuti, & dico ꝙ nõ; quia hoc beneficium cõsequi debet per actum, in quo requirit̃ perseuerantia, vt no. in auth. de filijs ante do. initr. na. §. interim. ubi est gl. or. & no. Item pone, ꝙ non vult cõfiteri nec negare, sed soluere. respondeo, ille nec negat, nec ꝟ̃fitetur & iõ nec vtitur beneficio confessionis, nec eius pęna exaggeratur bñficiũ negationis, vt ff. de procu. l. si reus paratus. Vñ credo ꝙ in criminali, quia iudicia criminalia sunt pręcisa, possit præcise cogi ad rñdũ, alias pẽsset esse quęstio indebiti soluti, qua ratione etiam sententia opus est, quia in criminali nõ est uera obligatio ante sententiam, vnde non dicitur esse in pœna, sed dicitur esse destinatus pęnę, ut ff. de ver. l. si qua pœna. & l. aliud. quidam tñ assessores gratificant soluentibus & absoluunt, quia soluunt, quia recta uia & plana est condemnare, & Bar. consuluit hoc remedium. hoc ego iam consului
3 ſm eum gratificans, sed boni assessoris† est seueritate uti, nõ gratuitate in enormibus, vt. ff. de re iud. l. diuus. in ver. seuere iudicans. de quo per Bal. in l. ea quę. C. de condi. & demonst.
4 Statutum, licet nolit† obijci de simulatione, potest obijci de errore, quia est diuersa spẽs. & dicit Bal. no. de simulatione, ꝙ quædam est simulatio, vt quia nihil agere intẽdunt, vt l. ima ginaria. de reg. iur. Quędam est simulatio aliud agentium, ut quia in ueritate est pignus, & simulatur emptio. ut. C. plus valere, quod agitur. l. emptio. Quędam est simulatio aliter agẽtium circa eundem actum, ut si est actio conditionalis, & simulatur pura vel econtra. & semper hẽt locũ regula, ꝙ non valet, simulatio, & valet veruntñ simulatum, quod hẽt in se obligationis substantiã, vt. C. si cer. pet. l. si ex pretio. Interdũ non est simulatio, sed error scribentis: ut l. error. desta. & licet statutum nolit obijci de simulatione, põt obijci de errore, q̣ est diuersa species, vt dictum est, supra interdum nõ est simulatio, sed mẽdax instr̃m, vt. C. de ꝟ̃h. & com. strip. l. optimam. in fi. et in omnibus, dic, ꝙ instr̃m pręsumitur uerum. i. nõ falsum, verum. i. non simulatũ, vt in l. cum precibus. C. de pro-
5 bat. & adde Inn. qui† instruit tabelliones, ut nunquã scribãt nisi id, quod uiderunt, vel audiuerũt, ita ꝙ indubitãter nouerunt,

Source : BIU Cujas

runt,vt extra de hæretic, c.fraternitatis.per Inno. vbi uideas, & adde ꝙ qñque est simulatio in personis, & ueritas in actu. vt qñ unus tacite recipit instrumētum,pro alio,& talis actus ualet in se,quia uerus est, & ex eo acquiritur ius ueræ personæ,non fictæ.ff.de manu.l.3.§.si ab ignoto.& de do. inter uir. & uxor.l.vxor.marito. & C. eo.ti.l.si non uerū. & l. si filij tui de quo per Bald.in l.si cum precibus.C.de proba.

SVMMARIVM.

1 *Accusationi simpliciter respondendum, quomodo accipiendum uerbum simpliciter.*
2 *Simpliciter quid disponi, quomodo accipiendum.*

1 **Simpliciter.** Statutum dicit† ꝙ accusationi simpliciter sit rñdendum. mō quæritur, qualiter intelligatur istud verbum simplr,& dicit Bal.in l.si uero simpliciter.quæ est l.j. C. de ædi.act.no. ꝙ aduerbium,simplr, exponitur.i.sine aliqua malicia,& hoc, prout simplicitas refertur ad mētem.sed qñ aduerbiū simpliciter,refertur ad interrogationē & rñsionē, tūc simplr dico, nullo modo addo, nisi ꝙ illud,quod additur,sit de natura rei īterrogatę, uel sit quid comprehensum in ea,vt si interrogor,an vēdidi,& ego dico,ꝙ uendidi pro 10.nā hæc additio, pro 10. non facit me non rñdere simplr, qa rñdeo ſm naturā īterrogationis. nam scio si hoc nō posse declarare, qđ est de substantia,positiō es set tunc captiosa,& non tenerer rñdere. Ad hoc.ff.de iureiu. l.si duo patroni.§.si quis iurauerit. Itē æquitas iudicis pōt admittere rñsionem qualificatam cā cōuincendi caluniam ponentis co.ti.l.iusiur.§.si de qualitate, ff.de iureiur. & iō licet statutum dicat quod sit rñdendum accusationi simplr,tñ respondens pōt dicere,ꝙ fecit ad sui defensionē,ne interrogatio quæ insultum & dolum continet,sit captiosa & calūniosa simplr rñdenti,quia ille simplr negat maleficium,licet cōfiteatur quin us. & posito ꝙ hæc adiectio non haberet ꝓ rñsione ꝓtestatiua litis,& ex forma statuti posset ꝓcedi lite nō ꝓtestata, tñ prodest sibi ut defendendo,se in processū causæ non videat ꝓrius sibiipsi. Pōt tñ iudex cogere eum,ut specificet modū defensionis.nā quod plurib. modis posset fieri,specificandū est iudice precipiente,nec alia postea forte admittit variatio,sicut no. Inn.ī si li,extra de proba.c.licet cām.sed interdum aduerbium,simplr, refertur ad hominis dispōnē,
2 seu dispositiuam intentionē.& tūc dr simplr† disponi, quod hēt vnū caput & nō plura, nisi illa pluralitas tacite insit. de uulg.substi.l.j.& l.iam hoc iure.interdū aduerbium, simplr, refertur ad hominis testificationē. & tunc exponitur simplr, .i.credibiliter & uere,ut.ff.de testibus.l.3.§.quod diuus.Interdum aduerbium,simpliciter,refertur ad hois electionem,& tunc exponitur simpliciter.i.sine aliqua adiectione, ut in c.1. de postu,lib.6. de quo per Bal.in l.j.de ędi.action.

SVMMARIVM.

1 *Dicto alicuius ubi standum est, nullus est reuocationi locus.*
2 *Syndici institutio in denuntiatione maleficij post terminum lapsum.*
3 *Statuto disponente, quòd syndicus non denuntians maleficium, puniatur in centum, ita quod medietas sit fisci, alia medietas accusatoris cui incumbat probatio huius negatiuę.*

1 **Syndicus,** Stat. † cauetur, ꝙ de damno dato credat dicto syndici seu saltuarij. mō iste syndicus denuntiat falsum.quærit vtrū debeat sibi credi, dicit Ia. de Are. ꝙ sic,nā vbicunque dēt stari dicto alicuius,impossibile est ꝙ reuocetur,ar.d.l.j.C.si aduersus liber.tñ ipse officialis syndic⁹ pōt puniri de falso criminaliter & ciuiliter,ſm Ia.de Are.licet Iac.Bu.in l.j.C.de re iudi.dicit, ꝙ dēr stari in dubio, sed si probet dēnuntiatio falsa,nō stabitur ei. Facit,ff.de cust. reo.l.diuus. Az.in summa.C. ad l.Aquil. Dicit ꝙ si iudici per inspectionem suā uel sui officialis apparet dānū nō esse datū ꝙ ista est efficacissima excusatio ad ꝯdemnationē impediendam. De quo ꝓ Bal in l.j.C.si aduersus delictū.adde notata, ꝙ si cā est cōmissa cōsilio sapiētis,& sapiēs dicit consulo talem ꝯdānandum,& postea iudex dicit,ego pronūcio, prout in cōsilio ꝓtinet,ꝙ licet uideret iudicē ꝓnunciasse ꝯdēnandū,ar. notatorū.in d, l.j.& eorū q̄ dicta sunt.ꝓxima q.ꝙ tñ uī eū cōdemn asse,non pronuntiasse cōdemnādū,ꝓ l.fundum. de rescin.uen.& de ædi.edicto.l.quæro.nam uerba consultoris dirigunt iudici.& iō sunt de futuro, quia consultor nō pōt loq per uerba de prēsenti,qa ad hoc tendit consiliū,alias non valeret snīa,qa non esset secundum formā libelli, quod est ab-
2 surdum Bal.ibidem.C.si aduersus delictum.Stat.cauetur† ꝙ syndici villarū debeant denuntiare maleficia ꝯ. 10. dies & si. ꝯ.dictū tempus non denuntient,puniant in centum,mō quidam fuit interfectus clam ī domo sua, & ibi fuit sepultus ita ꝙ syndicus & alij de uilla nesciunt illū mortuum,sed credūt illum uiuere,&stare in domo sua,postea forte per 15.dies syndicus & illi de uilla sciuerunt illum fuisse interfectum, & denuntiāt maleficium fuisse commissum in sua uilla ,petebatur ab eo pœna, quia non denuntiauit infra x.dies,nunquid debeat condemnari ad pœnam:hæc quæstio determinatur, arg.l.annus.ff.de calūnia.quod no.facit.ff.quod ui aut clam. l.si alius.Cy.in additio.Idem no.Iac.de Are in l.j.§. occisorū. ff.ad sill.& dicit Bal. se dixisse.ff.de infami.l.genero. facit qđ no.Archid.2.q.3.c.anteriorum. & iō, qñ syndicus denuntiat post terminum,ponat in denuntiatione, ꝙ delictum tale de nouo peruenit ad sui notitiam, & quidam syndicus pridie non posuit,fuit condemnatus in sexcentis lib. & decessit in carcere,quia soluere nō poterat.Bal.in l.annus.ff. de calum.
3 Statuto† cauetur,ꝙ syndicus non denuntians maleficiū,puniatur in centum,ita ꝙ medietas sit fisci,& alia medietas accusatoris, an accusator habeat necesse probare hanc negatiuam, & uidetur ꝙ sic,saltem quo ad suam dimidiam, tenendo opinionem Bar.Sed contrarium est uerum,imo syndicus habet docere se denunciasse uel probare legitimam causam quare non denuntiauit,ut no.ff.de lega.2.l.cum legauerat.§. species. & not.quod prædicta sunt intelligenda, quando est apposita dies. Nam quando præceptum est affirmatiuum. i. dandi uel facien di,non committitur pœna, nisi interueniat monitio diei,uel interpellatio hominis, sed quando præceptum est prohibitiuum,committitur pœna ipso facto,absq; alia monitione,ut no.Inno.in c.extirpandæ. de præben. Potest dici,ꝙ ubi precipitur syndico,quòd denuntiet,quia non debet esse negligens in officio,argu.l.3. de offi. præfecti uigilum.quòd non est opus alia monitione,quia cura & solicitudo suscepti muneris eum monet,ut.ff.ad Tertul.l.2.§.confestim.Bal.in d l.cum mulier.ff.sol.ma.

SVMMARIVM.

1 *Sit verbum, quid notat ipso facto.*

1 **Sit,** Statutum† dicit,quod si quis fecerit tale quid, sit exbannitus,certe intelligitur ipso facto sine ministerio iudicis,quia uerbum sit significat ipso facto.ut l.j.C.de secū. nuptijs.Bald.idem.

SVMMARIVM.

1 *Statuto requirente aliquas solennitates in contractibus, an omissio earum uitiet contractum.*
2 *Statuta circa subhastationes & bannimenta, & venditionem rerum publicarum seruanda sunt.*
3 *Obligatio naturalis non oritur ex pacto nudo.*
4 *Statutum seu consuetudo super remittendis solennitatibus testamentorum, an ualeat.*
5 *Præceptum quarentigiæ non ualet, non seruata solennitate a Stat. inducta.*

35 Statu. ꝙ ſoror † non ſuccedat fratri, nunquid videtur dictare, ꝙ eꝫ frater non ſuccedat ſorori, tenet ꝙ non qa dato vno in conuenienti non dēt dari magis inconueniens. & hoc patet ex eo, quod recitatur in l. 12. tab. de media iuris prudentia. nā ſtaret ſtatutum eius, niſi d. l. ultra procederet remouendo in conueniens, quia ꝑ inconueniens lex eſt male poſita. ualet tamen, donec corrigitur. Bal. in l. lege. 12. tabu. in fi. C. de legi.
36 hære. Statutum ne filia † dotata ſuccedat, dēt intelligi ꝙ alia non dotata ſuccedat in toto reſiduo. Nam ex diuerſitate filiorum diuerſa iura ſtatuuntur. hoc ar. l. ſi uiua matre. de bo. mat. Bal. ibi. Statutum, ꝙ bannitus non ſuccedat. modo bannitus poſt mortem patris rebannitur, quæritur an poſſit uenire ad bona patris, & uidetur tenere ꝙ non, quia inſpicitur tē pus mortis. ut in gl. l. ſi alienum. §. extraneus de hære. inſti. allegatur etiam ad hoc. ff. de condit. & demon. l. intercidit. Ad idem facit ꝙ not. ff. de liber. & poſthu. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. In contrarium facit eo. ti. l. filio, quem pater. & ff. de capti. l. non vt a patre. tñ quod prius dixit, dicit eſſe uerius. & uide quod not. 18. q. j. c. ſtatutum. Bald. in d. §. in extraneis.
37 Statutum † dicit, ꝙ filia fœmina non ſuccedat niſi in dote ſola. modo quæritur, quanta erit legitima maſculi? & breuiter dic quod dos filiæ detrahitur, vt æs alienum, vt in l. Papin. §. quanta. ff. de inof. teſtam. & de toto reſiduo debet habere legitimam. ſ. tertiam, non iure accreſcendi, quia portio filiæ non eſt defecta, imo admittitur ad partem, & hac conſideratione faceret partem. Sed ideo eſt, quia filius eſſet ab inteſtato totum laturus, excepta dote, & legitima menſuratur ſecundum ſucceſſionem inteſtati. Caſus eſt in l. Pap. in §. vnde ſi quis in tex. & gl. quod tene menti, quia quotidianum, ſecundum Bal. in gloſ. d. l. Pap. quæ incipit. ſ. ab inteſta. in fine. d. gloſ. ff. de inoff. teſtamento.

SVMMARIVM.

1 *Surdus non ligatur ſtatuto puniente euntes poſt tertium ſonum campanæ.*

1 **Surdus.** Statutum † quod punit euntes poſt tertium ſonum campanæ, non ligat ſurdos. Bal. in l. 1. ſi quis in graui. §. ſubueniunt. in verſiculo ſurdus. ibi, nihil audit, argumento dicti §. ad Sillan.

SVMMARIVM.

1 *Summarie, verb. quomodo intelligatur, ſtatuto dicente, quod in tali cauſa procedatur ſummarie.*

1 **Summarie,** Statutum † dicit, ꝙ in tali cauſa ſummarie procedatur. modo quærit, qualiter intelligatur iſtud verbum ſummarie, & dicit Spe. quod non intelligitur, quod non ſufficiat ſemiplena probatio, ſeu iuramentum. ſed ſolum de ordine procedendi, vt no in Spe. de offi. iud. §. fin. ver. hoc quoque prętermittendum. Tu dic, dicit Bal. in ſtatuto idem, quod dixi, quando profertur à iure cōi, quia eadem eſt ratio in utroq;. nam agitur de ſignificatione verborum, eodem modo ſignificant verba in ſtatutis. & in iure communi. ſed in iure cōi ſi verbum ſummarie profertur ſimpliciter, tunc dicit Bal. do talem regulam quia aut agitur de modico præiudicio, & tunc intelligitur, etiam reſpectu probationum, ut l. theſaurus. ff. ad exhiben. Aut agitur de graui, & irrecuperabili præiudicio, & tunc intelligitur ſolum, quo ad ordinem iudiciorum, & non quo ad ordinem probandi, vt in clem. diſpendioſa. de iudicijs. & in cle. ſępe. de ver. ſig. & adde quod no. in Spe. de ſummaria cognitione. ver. 3. dicendum. & ver. 6. quęrendum. de quo per Bal. in l. 3. §. ſunt. ff. ad exhibendum. & plene per Bar. in tractatu ſuo ad reprimendum, ſuper verbo, ſummarie.

Source : BIU Cujas

Baldi Perusini De Statutis.

SVMMARIVM.

1 *Suspectum quem iurari statuto permittente, quando possit iurari.*
2 *Statuto dictante, ꝙ suspecti de recessu capi possint & iurari, an habens hospitium & domum conductitiam, possit iurari & capi.*

1 **Suspectus.** Statutum † permittit aliquem iurari suspectum. modo quæritur, qñ possit iurari & dicit Bal. no. quod ille dicitur dilapidare, qui incipit postea dilapidare. Item ille dicitur dissipare, qui taliter dissipat, ꝙ verisimiliter fideiussor, vel alius potest formidare. alias secus. Quid enim, si sua bona valebant x. millia, & expendit cētum, non propterea fideiussor agit ſm Ia. But. per hoc etiam limita, quod dixi, dicit Bal. & requirirur, ꝙ postea. nam si ante inceperat dilapidare, siquidem taliter, ꝙ deberet timeri, imputet sibi fideiussor, vt in l. si pro ea. C. mand. a ℨrio sensu. & ff. de priui. cre. l. creditores. & ff. vt in pos. leg. l. quotiens. in prin. si dilapidabat ante, sed non totaliter, ꝙ adhuc subesset timor, tunc continuata dilapidatio ad suspicionem prosiliēs dat agendi causam, ꝙa suspicio oritur de nouo. ff. qui satisd. cog. l. si fideiussor. §. fi. quod tene menti. nam per hoc intelligis, si stat. permittit iurari de suspecto, qñ possit iurari necne,
2 de quo per Bal. in d. l. si pro ea. C. man. Stat. dicit, quod † suspecti de recessu possint iurari & capi. modo quidam habēt hospitium, vel domum conductam, an poterunt iurari & capi? certe non, quia non præsumuntur recessuri. Secus, si sint viatores, ſm Bar. hoc dixit Bal. in l. hæres absens. §. si quis tutelā. in ver. nunquid dicamus. & in ver. seq. quod no. ſm Bald. ibi. Stat. ciuitatis facit quem delinquentem exbannitum. aliud stat. dicit quod quis non possit iurari suspectus, nisi sit fugitiuus & suspectus. modo quidam est exbannitus, an debeat haberi pro fugitiuo & suspecto, & sic possit iurari ℨ eum? tex. in l. si Titius seruum. de ser. expor. ibi in fugitiuo, est ar. & dicit spe. quod bannitus debeat haberi pro suspecto & fugitiuo, vt ipse spe. no. de compe. iudi. adi. §. 1. versi. quid si aliquis Senens. & etiam arg. d. l. si Titius seruum. quod confinati in certo loco, non contrahant ibi domicilium vt ff. de her. inst. l. ex facto. & de leg. 1. l. huiusmodi. §. legatum. Bal. in d. l. si Titius seruum. de ser. expor.

SVMMARIVM.

1 *Scientiæ noīe, qua quis præditus est, an possit recedi a iure cōi & statuto.*

1 **Scientia.** Stat. † propter scientiam multum eminentem magna prerogatiua deberetur, an propter talem honorem potest recedi a iure cōi a statuto? tenet ꝙ non, ar. l. sed & reprobari. §. de philosophis. super ver. valde tamen, de excu. tut. quod est nota dignum & ibi Bal.

SVMMARIVM.

1 *Statuto dictante, ꝙ scolares forenses pro ciuibus habeantur in omnib. num illi gaudeant priuilegijs auth. habita. C. ne fil. pro pat.*
3 *Auth. habita C. ne fil. pro pat. beneficium non est sublatū forensib. per stat. dictans quod omnes scolares habendi sint pro ciuibus originalib.*

1 **Scholares.** Statuto † cauetur ꝙ scholares forenses ꝑ ciuibus in omnibus habeantur, nunquid habeant priuilegia authenticæ, habita. & vī ꝙ non, ꝙa reducti sunt ad ius ciuium. Contrariū est verum, quia hoc est inductum in maius priuilegium. vnde non dēt priuilegiū minuere, ar. ff. de cond. & dem. l. falsa. §. 1. Item cū aliquid conceditur, intelligitur concedi sic, ꝙ ille cui conceditur in nihilo diminuatur, & contra se nō vtatur, vt ff. de iu. fi. l. in fraudem. §. neque. Non. n. vī derogari priuilegijs per superueniēs priuilegium. facit quod no. in l. decurio. si silenci. lib. 12. hoc tenet Bar. in l. 3. §. si emanci. ff. de contrata. hoc est rōnabile, quia dispositio statuti non tollit rationem finalem alterius priuilegij. ergo nec priuilegium de quo per Bal. in auth. ha-
2 bita. C. ne fi. pro pa. Sta. † ꝙ scholares debeant tractari pro ciuibus, intelligitur quo ad fauores, non quo ad detrimenta. hoc no. Bar. ff. de contrata. l. 3. §. si emanci. Bald. in l. si Ruffinus. de test. mili. aduerte tamen, ꝙ loquitur in priuilegijs. Sta-
3 tu. † dictat quod omnes scholares debeant haberi pro originalibus ciuibus. certe per hoc non est sublatum forensibus beneficium auth. habita. C. ne filius pro patre. hoc tenet Bar. in l. 3. §. si emancipatus de contratab. de quo per Bald. in l. ea lege. C. de cond. ob. cau.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura an sit de forma substantiali legis vel Statuti.*
2 *Literæ non requiruntur ad esse, sed ad probationem esse.*
3 *Scripturæ mercatorum & camporum non faciunt plenam fidem, nisi stat. vel consuetudo contrarium disponeret.*
4 *Stat. loquens de scripturis mercatorum, non habet locum in vna scriptura.*
5 *Statutum an valeat dictans vt certę scripturæ detur fides.*
6 *Scriptura an sit de esse fiati.*

Scriptura. Sta. vel legis. Vtrū scriptura sit de esse statuti. Pe. tenet in l. humanum. ꝙ sic. s. quod scriptura requrāt rōne formæ, alias possit prętendi ignorātia legis non scriptæ, nec consuetudine approbatę, & esset lex ludibrio, qđ esset multū inconueniens dicere, ſm Pe alij dicūt ꝙ scriptura nō requrīt rōne formæ, sed rōne obseruātiæ,
1 sicut requiritur publicatio legis, vñ ſm istos † scriptura nō est de forma substātiali legis vl statuti, sed est q̄dā forma accidē talis, q̄ requirīt adhoc, vt lex liget. nā sicut in ℨctib. habemus prius, ꝙ ℨctus hēt esse anteq̄ obliget. vt patet in ℨctu ℨditionali. Ita in l. sola volūtas principis vel statuētis, verbo expressa est lex. scriptura vero requirīt ad legis obseruātiā. & obłonem subditorum. & hoc. ff. de ℨst. prin. l. 1. in ver. placet. nō. n. dicit, scriptum est, sed dicit. placet. Ad idem 37. q. 2. c. institutiones de hoc no. per Io. An. in c. nemo pōt de reg. iu. lib. 6. in mer. Quid aūt ī gratijs, exemplum. Papa oraculo viuæ vocis dicit pronunciamus talē ep̄m talis loci, vtrum anteq̄ literæ
2 sunt formatę, iste erit ep̄s? veritas est ꝙ sic † qa lr̄ę nō reqrunt ad esse, sed ad probationem esse. casus est in d. c. inst. & de hoc olim fuit magna ℨtrouersia vt refert archi. in proœmio. 6. li. & ibidem per Io. An. in nouella. Non ergo requirīt scriptura ad effectum gr̄ę sed ad eius ꝓbationē. vñ si Papa interim moreret, anteq̄ lr̄æ fierent, non expiraret ius, sed deberent fieri postea literæ tpe successoris, faciendo mentionem de dispēsatione prędecessoris, qđ est valde no. Bal. in l. humanū. in fi. C. de legi. Stat. & consuetudo nisi disponat aliter de scripturis camporum & mercatorum, ipse scripturæ nō faciūt plenam fidem, & vt plenius habeas, quæ probatio resultat ex rō nib. editis. vide plene in l. 1. quasi in fi. C. de edē. per Bal. vbi dicit, ꝙ ℨ edentem insurgit plena probatio. nam oīs, qui ꝓducit scripturam, vī confiteri, ꝙ illa scriptura est vera, vt no. In. extra de exceptionib. c cum venerabilis. & de cēsi. c. olim, & adde qđ no. Bar. ff. de dona. l. nuda. sed pro producente refert, aut est vnum. e. & tūc non pōt acceptari pro vna parte, quin acceptetur in totū, iuxta no. C. de exce. l. si quidem. Nam cū illa productio, sit quædā tacita confessio, non pōt in eo. c. pro parte, acceptari, & pro parte impugnari. vt. ff. depo. l. publia. §. fi. Sed qñ sunt diuersa capitula, non contigua, tunc ℨ ꝓducētē stat. vt. C. de fide instr. auth. ad hæc. Sed ꝑ ꝓducente, vel eius successore, non statur. vt. de conuenien. fisci debi. l. inter chartulas. lib. 10. istud est verū, nisi ea, quæ scripta sunt in C. rationum sunt verisimilia. nam tunc eis creditur, cum iuramento producentis, ſm Cy. in l. edita. C. de eden. allegat. l. si quis pro redēptione. §. pe. de do. & de erro. mil. an. l an. l. per hanc. §. pe. ſm Guil. qđ intelligo dicit Bal. esse verum, ꝓꝑ difficultatem probationum, alias non, vt. C. de dona. l. rationes & no. C. de iu. delib. l. fi. §. in computatione. & ext. de accu. c. qualiter, & qñ in prin. Aut loquimur respectu tertij quam fidem faciunt scripturę istę & dic vt. l. quædam. §. nūmularios ff. de eden. nam regula est ꝙ nulla scriptura facit plenam fi-
3 dem. contrarium nisi scriptura tabellionis † vnde scripturæ. camporum & mercatorum, non faciunt plenam fidem, nisi stat. vel consuetudo disponeret contrarium, vt dictum est in prin. hoc dixit Bal. in d. l. 1. C. de edendo. Statutum, quod loquitur de scripturis mercatorum. non habet locum in vna
4 † negotiatione, quia vna mercantia non facit mercatorem, sed professio & exercitium, qua ratione credo dicit Bal. in simili, ꝙ ratione vnius actus quis non dicatur proprie fęnerator, & vide Bar. in l. legatis seruis. de l. 2. & hoc verum, nisi habeat mercantiam, & præcederet professio siue matriculatio in matricula mercatorum. nam omnia dicta a professione, acquiruntur profitendo, nomina vero dicta a consuetudine vel ab vsu, siue ab actuum generalitate, acquiruntur vsu, & exercitio, non per vnū actum. Vñ non dī quis aleator. licet, semel ludat, nec meretricator, licet semel delinquat. nec lector, licet semel legat. & idem in simili, sed nomina, quæ nō denominant respectu actuum in genere, sed respectu vnius, actus, puta hoc nomen homicida, vel adulter. verificatur ēt ex vno actu, & sicut in se habent causæ formales, ita habent causæ nominis. Facit. l. 3. C. de episcop. au. de quo per Bald. in
5 rub. C. de const pec. Sta. † siue consuetudo dictat vt certe scripturæ detur fides vt est scriptura presbyteri, vt in ciuitate Venetiarum, & vltramōtes in literis sigillatis ep̄orum. extra de fi. instr. c. cum dilectus. Item, si tali scripturæ daretur fides ex stat. alicuius collegij, puta mercatorum inter mercatores, vt C. de const. pe. in fi. certe de tali scriptura fiat cōparatio, licet non sit de illis quinq;, quę no. in l. comparatio. de quo ꝑ Bal.
6 l. comparationes. C. de fi. inst. Stat. † vtrum scriptura sit de esse statuti? dicunt quidam ꝙ sic, vt. l. humanum. C. de leg. alij dicunt ꝙ non sicut nec in consuetudine, vt. l. imo magnę. ff. de legi. Bal. in d. l. imo magnæ. nil aliud dicit.

SVMMARIVM.

1 *Statutum in vxore, an trahatur ad sponsam.*
2 *Statutum quod vir lucretur certam partem dotis, non habet locum in sponsa decedente ante nubiles annos.*

1 **Sponsa.** Stat. † in vxore, non trahīt ad sponsam, ex quo est arg. ꝙ licet maritus lucret tertiam partem dotis vxoris, secus in spōsa, per ea. q̄ no. ī l. solet. §. q̄ virū. ff. de infam. tū est aduertēdū, ꝙa dissimilis casus est. & ꝙa ī d. l. agiī

de

Source : BIU Cujas

de odio, in quæstione formata agitur de fauore, ita gl. intell i git d. §. quę virum in desponsata per verba de futuro, in qua sine dubio nullum ius ꝯhitur sed vbi verba & cōsensus matrimonialis interuenissent, licet nondum esset trāsducta ad domum mariti, quęstio procedit. & dicit Bal ego credo, si nō apparet aliter de mēte statuentium, ꝙ cū ista, pprie sit vxor, vir debeat lucrari partem dotis. facit. C. de bo quæ libe. l. nō
2 sine. Bal. in d. l. solet. § quæ virum. Statutum † ꝙ uir lucretur certam partem dotis, non habet locum in sponsa decedente ante nubiles annos, licet decedat in domo sponsi, & supportauerit onera matrimonij, & hoc tam in lucro proprietatis, quam in lucro fructuum quod est no dignum, ſm Bald. in l. falsus tutor. §. an in patrem. ff. qđ fal. tu. aut. in tex. ibi. si dolo.

SVMMARIVM.

1 *Spurium instituere an iure possit pater, statuto hoc permittente.*
2 *Spurio instituto, statuto hoc permittente, an illa institutio trahatur ad bona sita extra territorium statuentis.*
3 *Legitimare non potest Princeps, nisi quo ad bona sui territorij.*
4 *Spurij non in bello seculari fortes, nec in fide stabiles, exosi Deo & hominibus.*
5 *Spurium succedere a statuto iure non posse concedi.*
6 *Spurium non posse legitimari, statutum bonum est & æquum.*
7 *Spurius an possit legitimari per consilium populi.*
8 *Spurius testari non potest. Et quare idipsum.*

1 Spurius. Statutum † permittit patri, ꝙ instituat spuriū vtrum valeat statutū, dicit Bal. ꝙ h ęc q. fuit de facto in ciuitate Perusij, in qua est statutum, ꝙ pr̄ possit relinquere filio spurio nō extantibus filijs legitimis, & ꝙ iudices talia instrumenta debeant facere obseruari sub certa pę na, & dicit Bal. ego arguo ad partem negatiuā, ꝙ non valeat statutum. & facit quinq; argumenta. pro primo allegat aut. qui mo. na. effi. sui. §. fi. col. 7. & dicit, ꝙ est sibi imperatori reseruatum, de quo ipse dixisse se dicit in l. reseripta. de pecib. Impe. offe. Pro secundo ar. alle. qa si nonpōt statutum ꝓuidere in cā. ergo nec in effectu, vt l. oratio. de spon. Tertio ar. allegat, quia populus non pōt apponere cłam derogatoriam legis vłis, vt in §. fi. qui mo. na. effi. sui. Pro quarto alle. l fi. de natu. lib. quia inuitaretur pr̄ ad delinquendū. Pro quinto & vl. allegat autho. Ia. Bu. in l. j. de iure aure. anu, & consuluit pro illa parte d. Recuperus de Sancto Miniato in ꝯrium, ꝙ statutum valeat, quia statutum disponit respectu bonorum. Facit l. an in totum de ædifi priua. Secundo, qa aliud est res, aliud effectus rei. no de autho. tut. l. si plures. & de consuetudine c. cū inter. p Inn. Itē statutū non est ꝯ ius naturale, sed ꝯ fictio. nē iuris ciuilis. Pro quo ī aut. qui. mo. na. effi. sui. in prin. Quarto, quia statutum de successione, valet cū ꝓtineat ad tpalia, sed quo ad spiritualia non valeat. Pro quo facit, quod not. in c. statutum. de hæreticis. in nouella. & ita dicit, ꝙ reperit ꝙ ꝯsuluerunt multi doc. & concluſiue dicit Bal. ego credo opi. primam veriorē. ſ. ꝙ statutū nō valeat, tū ex defectu ptātis, & ēt ex defectu honestatis, & maxime, si extarent legitimi, qa scriptum est, non erit hæres filius ancillæ, cū filio legitimo, & naturali, licet in diuina scriptura verba habeāt aliud signi ficare. Bal. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. Stat. præsuppo-
3 sito † ꝙ valeat, scilicet ꝙ spurius possit instituī, an illa institutio trahetur ad bona, quæ sunt extra territorium statuētis, & uide qđ sic, qa indiuisibile est ius testādi pagano, vt no. in l. j. C. de testa. mi. & de sec. nup. l. j. facit de acq. hęr. i. seruus cōis ab extero. & iō cū aliquis solus est hæres testamentarius pro parte necessarius est hæres insolidū, vt l. j. ff. de acq. hęre. & ff. de hęre. insti. l. si te solū. In ꝯriū arguitur, qa sicut legis ptāte pōt quis decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, vt no. ff. de vul subst. l. in substōne. Ita ergo erit hic, quia limitata potestas limitatum parit effectum, sed statuentes nō habent potestatem extra territorium. ergo seruabitur ius cōe, quod tanquā genus prædicabitur de qualibet sua specie nisi reperiatur excepta a genere. Secundo, ꝓbat qa illa potestas instituendi conceditur ab inferiore a principe, iō non est potestas vłis, quia coarctatur intra territorium concedentis, vt ff. de offi. proconsul. & leg. l. 2. in fi. & l. 3. Tertio probatur, ꝙ
3 † princeps non pōt legitimare, nisi quo ad bona sui territorij nec pater potest legitimare, nisi quantum ad scipsum disponentem, ut in auth. qui. mo. na. effi. sui. §. filium. & no. extra q filij sint legitimi. c. per uenerabilē. & illa vr̄ ueritas, qa vbi agitur de iure nouiter inducendo ꝓ statutum, statu. non pōt vltra limites, qbus iurisdictio sua regulariter limitat̄. i. vltra territorium, vt. C. de decurio. l. duumuirū. li. 10. Si aūt agitur de iure quæsito exequendo, tunc hēt locū. l. cū unus. §. is qui. de bo. aut. iu. po nā quatenus dispositio residet in ucluntate, referr̄ ad oīa. sed quatenus residet in transmissione, oportet ꝙ explicet ꝓ iudicē territorij ad istā partē, ꝙ statutū nō hēat locū, quo ad successionē bonorū q̄sitorū extra territoriū. tenet Bar. & Bene Bal. in l. cunctos populos. C. de sum. trini. Statutum, ꝙ si aliquis opposuerit exceptionem quòd spurius non possit institui puniatur pęna capitali, & quod istud stat. sit p̄-
ciſum, & qđ ptās teneat ipsum iurare. certe est, qđ sta. nō pōt semper facere spurium successibilem, quia est ꝯ bonos mo-
4 res ciuitatis Romanę. Item Bonifacius Martyr. dicit † hanc prolem, non esse honorabilem hominibus, nec Deo amabilem, nec bello seculari fortem, nec in fide stabilem 56. di. c. si actus Angelorū. & iō pęna insertanon cōmittitur nec iuſm valet. Hoc tenet Bar. in l. Seius Augerius ad. l. Falcidiā. & bñ, & est gl. or. in l. 1. de his, quæ pęnę nomine. quæ incipit. dic, ꝙ in primo exemplo. quam tene menti. Item hoc non est excipere, sed iuris authoritatē recitare. Itē stat. non pōt claudere os, ne quis possit loqui de facto & de iure, qđ iustum est deiu stitia, quæ continet necessitatem, non dico de iustitia positiua, vel municipali, quia iustitia municipalis pōt tolli, sed necessaria & naturalis, non, quia iustitia est constans & perpetua, vt. l. iustitia. ff. de iust. & iur. Bal. in l. 1. C. de is, quæ pœnæ,
5 nomine. Stat. ꝙ filius † spurius succedat, nō valet. hoc tenet, Ia. Bu. nouellus. & ēt Bar. in l. Seius & Augerius ad. l. Falcid. & idem dixit se dixisse in l. 2. de iure. aur. annu. & ideo si imperator legitimaret, necesse esset quod apponeret causam derogatoriam, ar. l. si quis. in prin. de le. 3. Bal. in l. eam quam. C.
6 de fideicom. Stat. quod † filius spurius non possit legitimari, est perbonum & æquum, propter cultum pudicitię, ad refrenandum luctuosos ac iniurioſos amplexus, ex quibus hodie crimina oriuntur, vt patet in adulterio. C. de na. libe. Bal. in l.
7 eam quam. C. de fideicom. Stat. † vtrum per consilium populi possit spurius legitimari? & dicit Cy. in l. omnes populi. de iust. & iure, quod non. per. l. 2. C. de adop. Facit quod no. Inn. extra de fid. instr. c. cum P. rabellio. nam non potest populus de nihilo facere aliquid, vt in Spec. tit. §. nunc ostendedum, ver. 42. sed melior ratio est, quia hoc princeps sibi reseruat, vnde inferior sibi vsurpare non potest, ſm Cy. & Odof. sed dato, ꝙ non possit legitimare, nunquid potest conferre iura legitimorū. i. ius succedēdi? dic, vt no. Iac. Bu. in lec. noua in l. 2. C. de iure aure. annu. & vide in d. l. omnes populi. & de iust. & iu. quæstionem, quam disputauit Oldra. quæ incipit. statuto ciuitatis Paduę. Bal. in l. omnes populi. Sta. ꝙ spuirus possit instituī, an valet? & dicit ꝙ Bar. mouet istam. q. & ꝙ refert fuisse disputatum & consultum, ꝙ non, & ita tenet ipse Old. & Cy. no. de hoc in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. Iac. But. in l. 2. C. de iure. aure. annu. & dicit Bal. quod verum credit hac
8 ratione, quia ꝙ † spurius non possit instituī, est introductum propter turpitudinem testantis, & quod actus propter turpitudinem agentis reprobatus, nulla constitutione permitti potest, vt in auth. vt, nulli iudicum. §. 1. Item reprobatus propter turpitudinem, æquiparatur actui prohibito de iure diuino. vt extra de consuetudine. c. ex parte, & contra ius diuinū non valeat stat. Quo ergo modo possit relinqui spurio? dic, ut. ff. de manu. testa. l. libertus. per Ia. de Are. & nunquid applicetur fisco, vel venientibus ab intestato? dic ꝙ venientibus, ab intestato, quia non est delictum instituti, sed instituentis, vt. C. de hære insti. l. si pater. & l. nec apud. & ibi per. Cy. facit, C. de sec. nup. l. 2. vbi non applicatur, quia illud non est verū delictum. nam non est de genere prohibitorum, & illa est ratio illius. l. testamenti. facit. C. de testa.

SVMMARIVM.

1 *Filiæ nuptę extra territorium si nihil possit reliqui, statuto ita disponente, an poterit relinqui nuptæ intra territorium.*
2 *Statuta subiacent legibus communibus.*
3 *Verba, hoc, vel illud statutum sit præcisum, quomodo sit accipiendum.*
4 *Regula an sit vera. Quod potest fieri per pactum vniuersitatis ciuitatis, posse fieri per statutum.*
5 *Statutum factum a Præside prouinciæ, quod quicunq; cæperit bannitum in ære & persona, habeat bona eius; vel partem bonorum an valeat.*
6 *Statutum factum a Prioribus ciuitatis, quod omnes causæ compromittantur, an valeat.*
7 *Principaliter, vel quotupliciter in iure sumatur.*
8 *Statutum tripliciter disponere potest.*
9 *Statutum disponens, quod filiussa. possit testari, an valeat.*
10 *Statutum laicorum an sit seruandum in curia Episcopi.*
11 *Authen. cassa & irr. C. de sacros. eccle. intellectus.*
12 *Statutum municipale et reformatio ciuitatis, non potest extendi ad litespendentes, etiamsi expresse dicatur.*
13 *Statutum factum a tyranno, an valeat.*
14 *Tyranni delictum, an & quando præiudicet iuribus populi.*
15 *Statutum faciens mentionem de alio, posito quod non constet de alio, an valeat.*
16 *Statutum interim factum, quando causa est de præterito, & lis de futuro, an porrigatur ad iudicium postea agitatum.*
17 *Tempus contractus inspicitur, quo ad solennitatem probationis.*
18 *Statutis duobus stantibus, altero antiquo, altero nouo, vtri standum sit.*
19 *Futurum subiunctiui, in statutis capitur pro simplici futuro.*
20 *Essentialia vbi deficiunt, nunquam fingitur retro.*
21 *Testes continentur instrumentorum appellatione.*

Source : BIU Cujas

22 *Statutum an facere possit, quod præceptum Iudicijs, non valeat.*
23 *Pacta & statuta iniqua, non tenent.*
24 *Monopolium an sit, si Guelphi quid statuant contra Gebellinos. Et quid, si intrinseci in exititios.*
25 *Statuta approbata per superiorem, possunt reuocari per populum.*
26 *Magistratus possunt legem transgredi ratione casuum emergentium.*
27 *Ius statuendi habentes, possunt statuere quod singuli capiantur pro uniuersali debito.*
28 *Statutum factum lite pendente, quid operetur.*
29 *Priuilegium superueniens lite pendente, an possit in actu parato, & an peragendo seu exercendo.*
30 *Lex seu statutum ordinari debet ad bonum cõe. Quod triplicit er contingit.*
31 *Statutum an valeat quod contra scripturas mercatorum, non possit opponi exceptio præscriptionis. 32.*
33 *Leges & statuta non iudaice accipienda & intelligenda.*
34 *Testamentum non continetur contractus appellatione.*
35 *Statutum non inducit publicationem bonorum, nisi hoc nominatim caueatur in statuto.*
36 *Statutum quando dicatur. Quando in personam.*
37 *Statutum repelli potest, per doli exceptionem.*
Consuetudines & Statuta in materia decernendorum effectuum, tenaciter obseruanda sunt, siue procedant permissiue, siue prohibitiue.
38 *Statuta possunt ampliare & diminuere tempus legitimæ ætatis.*
39 *Statuta vigentia Lugduni, porrigantur ne ad terras postea quæsitas.*

Statuere. statutarij, statutum.

1 Sta. ℘ † filiæ nuptæ extra territorium non possit relinqui an poterit relinqui filiæ nuptæ intra territoriũ? vī qđ non vt.l.1. C.ne liceat, ha.metro. lib. 11.sed ibi loquitur, quo ad res illius territorij, quæ sunt in iurisdictione statuentium. sed in quantitate vel genere, non vī dictũ stat.valere quia filia non est subiecta statuentibus, mutato loco & foro, vt no. C.de munici. & ori.l. pe. Bal.tenet stat.valere, quia non inspicimus personam, cui acquiritur, sed disponẽtem.i.testatorem, quia est subditus, & ideo obligatus legibus municipalibus, & potest ei.per.l.municipalem interdici.vt not. Bar. ff.de fideiusso. l.cum lex.l.si quis pro eo. Porro, vbi causa efficiens est inhabilis.ibi nullus effectus sequitur, nec etiam naturalis obligatio contrahitur vt.ff.de leg.3.l.1.§.si filius. Bal.in l.2 vt in pos.leg. Statutum, ℘ disponit super successione filiorum & filiarum valet cũ omne ius ciuile sit mutabile, & sufficit, quod statutum habeat aliquod motiuum, licet non contineat æquitatem, sed statuentium volutatem & authoritatem, porro, vbi de nullius præiudicio tractatur, omne statutum valet siue habeat in se
2 æquitatem, siue non. Bal.in l.lege 12.tab.de legi.hær. † Statuta.subiacent legibus communibus. C.de testam. l.fin. & l.2. vbi senato.vel cla. Bal.in auth.omnes peregri.communia de succe. Statutum si facta contraria reformatione ante, & post fuerit practicatum, prævalet statutum, cum reformatio, non fuerit more vtentium approbata, quia non dicitur interruptum, quod semper viguit. 4.di.c.fi. per doct. Archi. ibidem, Item quando prohibitio iuris communis importat necessitatem. non valet consuetudo contraria. Verbi gratia. Non mechaberis xix di.de episcopali, per archi. Bald. in d.authẽ. omnes peregrini. Statutum quod certa tempora statuti determinat, alioquin reus ponitur in banno, ita est præcise seruandum, quod nil addi vel detrahi potest, quia est data forma iudici & prouisio statuti exorbitat a iure communi, hæc theorica probatur per id, quod not. Dy.in regula, indultum, in 6.& no in c.1.de milite vasallo. qui contumax est.in princ. coll.10. Bal.in authen.qui semel.C.quomodo, & quando iudex. Stat. quod permittit recurri contra aliquam sententiã, ille recursus debet regulari, secundum quod regulatur appellatio quantum ad tẽpus exercitij. & terminationis, eius Bal.in l.si ex multis, de an.exce. quæ est.l.fi.per gl.d.l. Statuto
3 †cauetur, ℘ illud vel istud statutum sit præcisum. quid importent ista verba. tenetur, ℘ virtus istorum verborum hæc est, quod adeo sit strictum ius. i. formatum, vt nullo modo possit ab eo recedi, vt no. C.de iudi.l.placuit.in fi. ibi non põt recedi a iure constituonis, sed a iure partium bene possunt ipse partes recedere, ar.d.l.si causam.de executione rei iudicatę.& ibi Bal. Statuta ciuitatis, quæ disponerent aliquid super tempus venditionis rei per iudicem exequentis, talia statuta sunt reseruanda ad vnguem tam in tempore, quam in forma, vt no.in l.fi.C.de iure do.impe.& si contrafieret, esset irritum. ipso iure. quia fieret cõtra ius legis municipalis. Bal.
4 in l.ordo.de execu.rei iudi. Statutum, quod † potest fieri per pactum vniuersitatis, ciuitatis, potest fieri per stat. Regula est vera, si accipis regulam affimatiuam, sed negatiue dicendo vbi non valet pactum, non valet statutum, regula esset interdum falsa, cum valeant statuta capitalia, & non pacta capitalia, quia legis authoritas est maior pacto, vt.l.nemo põt, de leg.1. & an valeant statuta facta ℈ ius publicum, vide per Bal. in programma.C.com.vel epi. Statuta alicuius magistratus, quæ dictant aliqua genera pœnarum aliter q̃ ius cõe, nõ valent, nec possunt imponi pœnæ. & ideo eorum programmata seu præconia nõ habent uim sententię, & qualiter eps & qualiter prætor possit facere stat.de pœna capitali, vel de
5 gradationis, vide Bal.in d.l.programma. Stat.factũ † a præside prouinciæ, ℘ quicunque cœperit bannitum in ære, & p̃sona, debeat habere bona sua, vel partem bonorum nunqd istud statut.valeat? & dicit ℘ non, si bona erunt in fiscum incorporata, vt ff.℘ aut clã.l. phibere.§.plane. idẽ si nõ erãt incorporata, nisi fieret de conscientia principis cuius est fiscus vt eo.§. plane modicam aũt remunerationem bñ posset assignare soluendam de bursa illius ciuitatis, cuius interest bannitum capi.ff.de capt.l.mulier inops. Prius tamẽ illis citatis, vel de eorum consilio, ar.C.de nauicularijs.l.cum nauicularium.li.10. & no.per Gui.& Cy.in l.1.in princ.de iust.& iu. Bal.in l.programma.C.com. vel epis. Statutarij non debent ponere in volumine statuti ℈ria, nisi possent saluari cum distinctione, quod est verum, quod non debent ponere statuta ℈ria dispositiue, sed possunt poni narratiue, vt nil antiquitatis ignoretur, vt insti.de testa.in prin.& insti.de leg.in princi. hoc dixit Bal.in 3.no.in prima constitutione. C.§.quib. Sta-
6 tutum † factum per priores populi, qui habent arbitrium super bono & pacifico statu ciuitatis, vel super publica authoritate, quod omnes causæ compromittantur, an valeat? & vt̃ ℘ non, quia stat debet intelligi de publica vtilitate principaliter, sed istud non pertinet ad publicam vtilitatem principaliter, sed secundario, vt l.1.in prin.de magi.conueniendis. vt l.2.cir.fi.prin ff.ad mun.& de ap.l.si quis ingenuum. Ergo & cæte. Secundo probatur, quia arbitrium datum intelligit̃ sine alterius læsione, vt l.2.§.merito.& §.si quis a principe.ff. ne quid in lo.pu.& l.in fraudem.de tes.mi.& de admi.tu.l.impuberi.& de eman.libe. nec auus.de vul.& pu.l.ex facto. Sed per tale stat.læderetur ius alterius, ut ff.de mino.l.minor 25 an. ergo &c Prẽterea statutarij non possunt remouere ius appellandi, ut ext.de iureiu.c.venientes. sed statuendo, qđ compromittatur in arbitrum, remouent ius appellandi, vt C.de arb.l.1. ergo hoc non possunt statuere. Bar. determinat ℈riũ quod valeat.& dicit quod lites dirimi, pertinet ad publicam utilitatem principaliter, ad quod intelligendũ dẽs scire fm
7 eũ, ℘ † principaliter, in iure nostro sumitur altero de duobus modis. Vno modo denotat quendam ordinem naturæ. v.g. cum fit filio iniuria, & per ℈ntiam patri, vt l.1.§.1.ff.de iniu. & hic non denotat ordinem tpis, sed naturæ. Secundo mõ assumitur, & dī principaliter fm intentionẽ facientis. vñ in intellectu, finis, est principium. & illud dī principaliter, qđ est finaliter. ut est, recipio fideiussorem antequam reus obligetur, tunc quia intellectus noster erat solum, vt reus obligaretur, dī principaliter obligatus, vt ff.de fideius.l.generaliter.& dicuntur duo principales, qñ ad vtrunque est habita contemplatio coequalis, vel qñ ambo isti sunt principaliter extranei, ut emptor & uenditor.de duob.reis.l.& an eandẽ. & sic cer.pe.l.si non singuli. Ita dicit ipse est in proposito, qa cum finalis intentio sit bonum publicũ principaliter, & generaliter, siue cõiter, ualet tale stat.fm eum. Non ob.secũda rõ, quia læditur ius unius partis tm̃, sed ubi in potentia lesionis est equalitas inter partes, neutra dī lædi. Dic ℘ de hoc est casus de transactionib.l.fideicommissa. Tu allega de inof fi.testa.l.si pater puellæ.& ibi per Pe.& Cy.& ℘ no. C.fa.erc. l.si familiæ.& per hoc concludit Bart. ℘ istud statutum non intelligatur de eis, de quib. apparet scriptura uel instm̃ hñs vim sententiæ. nã tunc altera pars tm̃ lederetur, & super hoc statutarij non possent statuere, ar. ff.de min. l.mi.25.ann.fm Bar. Non ob.tertium ar.de appellatione, quia per hoc nõ derogatur appellationi ui statuti, sed ui iuris cõis. Vel hic forte dicit Bal.põt appellare, quia a snia arbitri necessarij appellatur, vt C.de iud.l.apertissimi.& no.2.q.1.a iudicib. Prędicta vera sunt in generali statuto, sed speciale sta.ad compromissum faciendum non possunt facere, uel ad pacem faciendã, vt ff.qui & a quib.l.si priuatus.& ff.de pollici.l.totiens.& adde, quod no.per eundem Bal. in l.ambitiosa. de decre. ab or. fa.ubi plene uide istam materiam arbitrorum. Bal.in §.quibus.in 1.const.C.Stat.omne, aut disponit super personis, aut disponit de personis, aut disponit de reb. aut de actionib. ut ff.de legib.l.fi.& dicit Bald.ut clarius habeas taliter.concludo & dico, ℘ qñque stat.disponit de iure personæ, qñq; de iure solemnitatis, uel formæ, qñq; de iure ordinis siue iudiciorum, qñq; de iure executionis.& ista membra dicit Bal. ponam in ciuilibus actibus, qui habent sortiri effectum iuris.
8 Dico ergo circa primum de iure personæ, † quod stat. potest disponere tripliciter. Primo modo habilitando inhabiles, ut filiusfamilias possit testari, quod mulier possit esse tutrix. Item, qnod spurius possit institui hęres. Secundo, modo

inhabili

Source : BIU Cujas

inhabilitando habiles, vt qđ adultus non poſſit teſtari, ꝙ mr̃ non poſſit eſſe tutrix filiorum. Tertio mō habilitando certa forma ſeruata & inhabilitando ea ceſſante, vt quod mulier & minor non poſſint ꝫhere ſine conſenſu propinquorum, & ꝙ notarij non poſſint ꝫficere inſtr̃a, niſi ſint approbati in col legio notariorum. & ſimilia de quo per Bal. in l. cūctos popu
9 los. C. de ſum. tri. Stat. dictat, & filiusf. poſſit teſtari † an ualeat dicit Bal. aut loquimur circa ꝑſonam ſubiectam, & valeat aut circa perſonam extraneam, & forenſem, & dico quod non valeat. & dicit Bald. credo hanc regulam, ꝙ ſtat. nō poſ ſit legitimare perſonam ſibi non ſubiectam, nec circa perſo nam iſtam aliquid diſpone re, vt. ff. de tu. & cura. dātis ab his, l. 1. in fi. & ff. de tute. l. ēt. Non ob. l. 1. C. de eman. libe. qa ſtat. diſponit potius circa modum formę, q̃ circa eius perſonam vel aliter. quædam eſt habilitatio, in qua cooperat cōſenſus & de iſta loquit̄ in d. l. 1. de eman. lib. nam lex eſt quędā ꝓrogatio iuriſdictionis, quædam eſt habilitatio, quæ nō pōt ꝓce dere per conſenſum hominis priuati, & de hac loquit̄ q. nr̃a quia per ſolum conſenſum non pōt fieri habilis ad teſtandū
10 Bal. in l. cunctos populus. C. de ſum. tri. Stat. laicorum, an † ſit ſeruandum in curia epiſcopi, dicit Bal. ꝙ Bar. tractat in l. cun ctos populos. & Old. dixit, ꝙ eſt ſeruandum ꝫ laicos in patro cinium clericorū. vt. 10. diſt. c. ſi in adiutorium. Ia. de Are. in d. l. cunctos populos. dat iſtam theoricam, ꝙ ei non prodeſt, ſtat. cui non pōt nocere, ex quo ſequitur, ꝙ ſicut non obeſt, maxime in forum eorum. ita nec patrocinetur, quia non de bet claudicare. ſm Bald. dicit tu ſuper hoc recurre ad Canoniſtas, & dic ut tangitur extra de foro cōp. c. ꝙ clericus. & in Spe. de diſputatio. & alle. §. porro. ver. ſed nunqd. & in c. rō. de no. ope. nu. ꝑ Io. An. in nouella. & adde. quod no. in l. ex ea. ff. de poſtu. Bal. in d. l. omni innouatione. ꝑ quam. l. dicit, ꝙ cōſuluit, qđ ſi ſumus in caſu ſtatuti dubij, & dubitetur circa ver ba ſtatuti, quæ non poterant declarari, ꝙ recurreret̄ ad dn̄m illius terræ cuius authoritate erat ſtat. factum. nam. d. l. dicit, interpretatio legis in caſu dubij pertinet ad conditorem, de
11 quo plene per ipſum ibi. Stat. † quoddam eſt in volumine ſta tutorum cōtra immunitatem clericorum. poſt ea in fine eſt ſtat. generaliter caſſans & irritans oīa ſtatuta ꝫ libertatem ec cleſiarum, nunquid propter iſtud ſtat. ſtatuentes euitant pœ nam authēticę, caſſa & irrita. & c. quia plerunq;. de immuni te eccle. dicit. Bar. ꝙ non qa d. aut. caſſa. iubet de capitularib. aboleri, ita ꝙ legi, non poſſit. Sed iſtud poſſet legi & dare oc caſionem, ꝙ de facto ſeruetur, & dicit Bal. iſtud credo verum per l. hmōi. §. qb. ita. de le. 1. non ob. ꝙ cum ſint in eodem vo lumine attendatis ſtat. vltimum, & nō primum ei ꝫrium. vt no. Cy. in l. 2. C. de teſt. tute. quia. d. auth. caſſa. punit. ēt attentata, vt patet in tex. conſiderat merū factū, ſed non eſt dubiū ꝙ ſcriptura illa eſt facti, & ideo ſunt puniendi facientes. arg. ff. ad. l. Fal. l. fi quis legatum, & addit Bal. in d. auth. caſſa. No. hic de banno imperiali, de quo dicit ſe dicturum in auth. itē nulla communitas. C. de epi. & cle. Bal. in d. aut. caſſa. & irri-
12 ta. C. de ſacroſ. ecc. Stat. † municipale & reformatio ciuitatis non pōt extendi ad lites pendentes ēt ſi expreſſe dicat̄. vt in auth. in medio litis. circa prin. & ibi eſt tex. ſm Bar. licet cōis trahat̄ ad pendentia, vt idem Bar. no. in l. ſancimus. C. de ſa croſ. ecc. dicit Bal. ego credo dictum. Bar. verum in cauſę de ciſione, quā ex ꝑterito metimur vt in auth. de nō alie. §. alie nationes. Sed quo ad ordinem iudicij, quatenus eſt de futu ro, bn̄ tenet ſtat. ſuper lite pēdēte. & ita conſului. & allegaui, Archi. hæc ſunt ver Bal. in d. l. ſancimus. C. de ſacroſ. ecc. Sta.
13 factū † a tyrāno, an valeat? certe non, qa cū ſtatuere ſit iuriſdi ctionis, & ipſe non hēat iuriſdictionē. ergo non pōt ſtatuere, vt patet in diffinitione iuriſdōnis. ff. de iuriſ. om. iud. l. 1. Aut ſunt ſtatuta populi, & tūc, aut ſunt facta obtētu ꝑſonę tyrāni & nō ualēt, qa preſumit̄, ꝙ ſint facta metu impreſſionis, vel nimia reuerentia, vt. l. nouiſſime. §. 1. qđ fal. tu. auth. & l. 1. §. q̃ onerandę. ff. qua. re actio nō datur. Aut non ſint facta obten tu perſonę tyranni, ſed ob aliam iuſtam cām, puta pro male ficijs puniendis, vel alijs ciuilib. cauſis dirimendis, & talia ſta tuta valent ratione ſtatuentiū, & rōne ipſius ſtatuti, vt. l. oēs, populi. tunc. n. non ꝓdit populus poteſtatem ſtatuendi de iu
14 re, ꝙ ſit ſub tyranno, † qa delictū tyranni non p̄iudicat iurib. populi. & hoc intellige verū, ſi populus pōt cōgregari. Sed ſi tyrānus nō patit̄, ꝙ cōgregetur populus, ſed aliqui pauci, ex eo iſti non p̄nt facere ſtatuta, ar. l. fi. ff. de li. vniuer. ad hoc ſpe cialiter induco In. in c. cum ex iniuncto. extra de no. ope. nū. Bal. in l. decernimus. C. de ſacroſ. ecc. & ibi ple. ponit de tyrā no. Stat. & conſuetudo, poteſt in ſuo municipio dare intelle ctum & quendam modum ſignificandi vocabulis, ſicut & lex, vt ff. de le. 3. l. liberorum. §. quod tamen Caſſius. de quo vi
15 de per Bal. in l. fi. in fine. de ſacroſ. eccle. Statutum † vnum fa cit mentionem de alio, poſito quod non ꝫſtaret de alio, nun quid tale ſtatutum valeat? dicit Bal. ego dico, ꝙ ſic, aut in il lo ſtatuto referēte inferitur pęna illius ſtatuti. de quo fit rela tio, & non expedit ſcire de illo, vt in ꝫſtōne, q̃ incipit, & quæ neceſſario. §. quib. aut nō inſeritur tenor, & tunc aut ex ſtat. referente apparet certitudo diſpoſiti, & idē, vt in l. 1. de epi. & cle. aut non apparet certitudo, & tunc niſi conſtet de ſtat. ad qđ fit relatio non ſufficit ſtat. Quod ſe referat ad illud, maxi me in pęnalib. ſtat. ar. de cond. & dem. l. in teſtō. quod tene fi xum menti. ſecundum Bal. in d. l. 1. C. de epi. & cle. Stat. dicit ꝙ non valeat ſtat. niſi ſit publicatum in certis locis ciuitatis. modo factum fuit quoddam ſtat. ſingulariter in fauorē Titij, nec præconizatum fuit per præconem, quęrebatur an va leret? dicit Bal. ꝙ rn̄dit de facto, ꝙ ſic, quia illa publicatio nō fit ob aliud, niſi vt lex generalis obſeruetur, q̃ rō ceſſat in ſta tuto facto in fauorem ſingularis perſonæ. & hoc aperte pro batur in l. leges. C. de legib. in prin. coniuncto 2. rn̄. d. l. hoc di xit Bal. in d. l. leges. quaſi in prin. vbi ponit, quæ ſint ſigna generalis legis. & dicit in tertio ſigno, qđ ſolum leges gn̄ales & generalia ſtatuta indigent publicatione. De quo ibi per eū.
16 Stat. † interim factū, qn̄ cā eſt de præterito, & lis de futuro, an porrigatur ad iudiciū, qđ poſtea agitatur? & vr̃ ꝙ non, quia iudicia trahuntur ad tps cauſæ, vt l. ſi rem. §. fi. de pig. act. In ꝫrium, quia iſtud ſtat. emergit poſt legem, ergo diſponitur ꝑ virtutem legis. dicit Bal. ꝙ gl. in l. leges & ꝫſtōnes. C. de legi. Rn̄. ꝙ vbi cauſa eſt de præterito, licet iudicium ſit de futuro, lex non diſponit de illa cauſa, vt in auth. vt cum de appella tione cognoſcitur. in prin. ſuper hoc Gui. de Suz. aliter dixit, videlicet ꝙ aut conſtitutio loquitur circa ordinationē iudi cij, vel ꝫctus, vt de numero teſtiū adhibendo in ꝫctu ipſo, vel de ſcriptura, vel de inſinuatione tpe ꝫctus, & ꝫſtō nō por rigitur ad præterita, quamuis lis ſit poſt ea de futuro. Ratio eſt, quia contrahentes non potuerunt diuinare de alia ſolēnitate, vt C. de teſti. l. teſtium. & C. de teſta. l. iubemus. Item, quia iam formatam ſolemnitatem & productam in eſſe nō debet imitari, ex caſu ſuperueniente, & ſic inſpicitur tps ꝫ-ctus, ar. C. de dona. quæ ſub mō. l. perfectam. Si aūt ꝫſtō loq tur circa ordinationem ſententiæ, vel proceſſus cauſæ, tunc attēditur ſtat. quod eſt tpe litis motæ, quia licet cauſa prima ſit de præterito, cā tn̄, ſuper qua diſponitur, i. ipſe modus pro cedendi, eſt de futuro, ſm Arch. qui ita recitat in c. de libera tione. de off. del. li. 6. & dicit, ꝙ ita determinauit Papa Nico laus III. in quadam extrauaganti. Illud dictum eſt verū. nam aut ſtat. loquitur de reformata, aut de reformanda, aut dubi tatur, in dubio intelligitur diſponere de reformāda, quia res iam formata non indiget vinculo ſtatuti. Ex hoc ergo ſequi tur, ꝙ aut diſponit de contractu, aut de iudicio. Primo caſu intelligitur de contractu futuro, licet pendeat ex cauſa de præterito. dicit Bald. aduertatis, aut ſtat. diſponit de iudicio, quo ad deciſionem cauſæ, aut quo ad probationem cauſæ, aut quo ad ordinationē litis. Primo caſu inſpicitur tps cau ſæ, non tps ſtatuti. ita determinat gl. or. in l. leges & ꝫſtōnes.
17 C. de legi. Secundo caſu idē, qa † inſpicit̄ quo ad ſolēnitatem probationis tps ꝫctus, licet quo ad qualitatē teſtium, ſi muta ta eſſet, inſpiceretur tps iur̄, & depoſitionis ipſorū teſtium, ut probatur ex coniunctione duarū legū. C. de teſta. l. 1. & ff. de Carb. edic. l. 3. §. duæ cauſæ. Tertio caſu, aut loqmur de iu dicio reſpectu actus exercitij, aut reſpectu exercendi. Primo caſu, non habet locum noua lex. ſecundo ſic, vt C. de iu. cal. l. fi. §. fi. vbi eſt tex. & per hoc conſului in quadam qōne, vbi certi deputati erant in ciuit. Florentiæ in qōnib. fallitorum, poſtea fuerunt eis adiuncti alij duo. q̃rebatur utrum iſti adiū cti viderentur adiuncti in qōnib. pendentib. coram alijs pri mis? dicebant ꝙ non, per l. 1. ff. de of. conſ. ſed ibi in iudicib. hn̄tib. iuriſdictionē quilibet inſolidū, ſed ego loquor, qn̄ oēs ſimul. vn̄ illa lex non facit ad propoſinm. ego conſului dicit Bal. ꝙ adiūcti eſſent neceſſarij, quo ad reliquum proceſſum, quia lex noua reſpicit formam proceſſus, & proceſſus habet partes diſtinctas. vn̄ quātum ad p̄terita, non ſtamus ſtat. ſed quantum ad futura, ſic. Non ob. auth. vt in medio litis nō fie ri ſacras iuſſi, quia ibi loquitur quantū ad deciſ. non quātum ad iudicij ordinationē, vt ff. de iud. l. iudicium ſoluitur. Bal.
18 in l. leges & conſtitutiones. C. de legi. Stat. † vnum eſt nouū, & aliud antiquū. mō quæritur, an ſit ftādum antiquo, an nouo? Old. diſtinxit, aut eſt qō de ſubſtantia contractus, aut de executione. Primo caſu, aut eſt quæſtio de iure rei. v. g. pro hibetur res vendi non allibrato, & ſtatur antiquo ſtatuto, & quo ad eum res non eſt in commertio, vt ff. de verbo oblig. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. Aut de iure perſonæ. Verbi gratia, prohibet nouum ſtatutum contrahi cum minore 18. ann. & tunc idem, vt ff. de ſtipu. ſer. l. ſi vſufr. Aut de iure formę contractus, & tunc idem, vt C. de teſtamentis. l. iube mus. in fine ibi, quid enim ſecundo caſu principali ſtatur ſtatuto nouo, vt C. de fide inſtrumen. l. contractus. & de iur. calum. l. ſecunda, hoc no. per Oldr. ff. de verbo oblig. l. conti nuus. §. cum quis. Bal in l. leges & conſtitutiones. C. de legib. Statuta in quadam ciuitate ſunt renouata, & pro parte ſunt

Source : BIU Cujas

ꝯfirmata.ꝑ parte reuocata.Itē q̄dā ſunt facta.mō q̄rit ex quo tp̄e illa ſtatuta valeāt:nā ſi valēt ex tp̄e publicationis,nō fingit retro,qa publicarū, eſt principiū & vinculū & terminus, a quo incipit vinculū.non refert in p̄teritū, qa nō ligat ignorātes,vt in auth.vt factæ nouæ ꝯſtōnes.§.ſancimus. & ſic vī, ꝙ tp̄s renouationis ſit ſpectandū, vt l.tribunus.§.fin.de teſta. mi.in ꝯriū vī ꝙ nō ſit inſpiciendū tp̄s reformationis, ſed tp̄s ſtatuti,qđ reformat, vt C.de don.inter vi.& vx. l.donationes ff.de iu.cod.l.2.& l.quidā referūt. ff.ad l. Fal.ſi miles. dicit Ia. de Bel. ꝙ aut in l.exprimirur tp̄s, ex quo liget, & tūc ex nūc ligauit, aut non exprimit & in ꝯfirmatis ligat retro in correctis, vel aditis ligat ex tp̄e correctionis, & additionis. eſt verū,dicit Bal.ꝙ ipſe Iac.nō loquit ita clare.tñ credo, ꝙ ita intellexerit.d.auth.vt factę nouæ ꝯſtōnes. Sed poſtea ipſe Iac. diſputauit qōnē in illa mā, quā ponit in auth.vt cū de appel. cog.in prin.vbi ſic diſtinguit,aut ꝯſtō, vel ſtat.eſt iuris diuini vel humani. Primo caſu, aut diſponit circa obſeruātiā,& trahitur retro ad p̄terita, vt ex̄ de vſū c.cū tu. & inſt.de iur.nat. §.ſi naturalia.& no.ex̄ de ꝯſt.c.fi. Aut diſponit circa pęnā,& tunc non trahit ad p̄terita, niſi notoriatim ſit dictū, vt in auth. de inceſ.nup.§.ad hoc qdā,vt in auth. de ſan.epi.§.fi.& ex̄ de ꝯſtit.c.2.Si aūt eſt ꝯſtō iuris humani,dicit ipſe,ꝙ rťa eſt, ꝙ in ordinatione actus humani,& in oī lite decidenda,in qua inſpicit principiū actus,lex noua nō trahit retro. & illa eſt rťa, q̄ ponit in l.leges. C.de legi.& ī l.iubemus. qa cū inſpicimus principiū,ea,quæ poſtea emergunt,pacta nō vitiant, nec vitiant ſtatuta,q̄ poſtea fiunt,qa nō inſunt tp̄e,quo debēt ineſſe.Tñ Ia.quaſdā excep.ponit. Prima exceptio eſt,ſi expreſſio nē verborū trahat ad p̄terita, vt in d.l.leges. Secūda except. eſt,qñ ſm mentē legis nō pōt trahi ad futura. nā tunc vt lex nō ſit fruſtra,neceſſario cōcernit p̄terita. v.g. ſi ſtat.diſponit de cācellationib.bannitorū,puta ꝙ bāniti in ꝑſonā cācellētur datis x. nā illa eſt q̄dā abolitio, q̄ ꝙgrue nō pōt adaptari, niſi ad præterita,vt ff.de legi.l.cū lex. & ibi ꝑ Old. ſed D.Cy. in illo ar. de cancellatione bānitorū ſic diſtinguit.aut verba ſta.ſunt de p̄terito,aut de futuro, aut ſunt implicita ad vtrūque.Primo caſu reſpicit p̄terita tñ. Secūdo caſu reſpicit futura tñ. tertio caſu de nā legū eſt, ꝙ reſpiciat tantū mō futu
19 ra. † vñ futurū ſubiunctiui in ſtat.capit ꝑ ſimplici futuro,vt no.in l.cū tale.§.fi.de ꝯd.& de.vbi eſt gl.fin.ſm Cy.dicit Bal. ꝙ dictū Cy.hꝫet locū in diſpōne indifferenti. exēplū.l.illicitas.in prin.de off.præſi. ſecus,qñ rō præteriti & futuri diſcrepat,qa tūc interpretamur legē in ſenſu benigno,& ęquo, & nō vt det cām delinquēdi.& iō in exēplo Ia.de Be.teneas eū, & non opi.Cy.Tertio fallit rťa,qñ lex noua interpretat veterē,qa tūc trahitur retro. nā lex noua nil noui facit.ſed quod eſt,detegit,vt in auth.de filijs an.do.inſtr.na. & ibi no.Io.An. in c.fi.de ver.ſi.l.6.in no.dicit, ꝙ aut noua lex procedit declarando, & tunc hēt locū in præteritis & futuris.aut nouū ius ſtatuendo, & tūc hēt locū ſolūmodo in futuris.& eſt rō,qua re non trahitur retro, qa nō dēt fingi ꝯ ius qđ tunc vigebat.
20 Itē † vbi deficiunt eſſentialia,nunq̄ fingit retro,licet vbi deficiunt ꝯdōnalia qñq; retrofingatur, vt ff.qui pot.in pig.ha. l. potior. & l.qui balneum.& no.ff.de le.1.l.talis ſcriptura.Concludamus ſic,dicit Bal ꝙ aut lex eſt noua,quo ad materiā,& quo ad formā,& certū ē, ꝙ nō trahit retro, ſicut ius ci.nō diſponit circa ea,q̄ añ ip̄m ius nō erāt ītroducta,nec ī mā,nec in forma,vt ff.de iuſt.& iu.l.ius ciuile.Aut diſponit ius nouū reſpectu formæ,& non materiæ,& idē,qa nō pōt retro trahi ad tp̄s,vbi nulla erat forma.aut nō diſponit nouū in mā,vel forma,ſed confirmant.nam ſtat.tūc trahuntur retro, dumtñ illa ſtat. retro habuerint vigorē. ſed ſi ſumunt vigorē ex ꝯfirmante, tunc ꝯfirmatū trahitur ad tp̄s ꝯfirmationis, non eꝯ.Idem in infirmatione.nā aut hēt vetuſtiorem cām efficacē ad infirmandū,& tunc trahit retro,aut non hēt vetuſtiorē cām, & tunc nō fingitut retro. Iſta probant in rōne ſui. ff. de of.procon.l.obſeruare.§.fi.ff.ad Treb.l.ſi quis priore.& de teſta.l.tribunus. §.pe. ex quib.& alijs prædictis pōt concludi ad multas qōnes,& præcipue ad ꝯtiam.de quo per Bald.in l.leges & ꝯſtōnes.C.de legib. Sta. terrarū,q̄ cōiter diſponūt, ꝙ in cā criminali noīa teſtium ſint ſecreta, vſq; ad iuŕa ipſorum,ſunt bona ſtatuta ꝓꝓ metum ſubornationis & notarij, qui non tenent ſecrete,tenentur crimine falſi,ꝗvt ff.de pę.l.ſi
21 quis aliquid.§.inſtrumenta. Quid † autem ſit de iure cōi,an quis teneatur edere nomina teſtium, quibus quis intendit vti? & vī ꝙ ſic, quia vſurus ſum.& teſtes continentur appel-
12 terminare causam.j̄. mensem.modo pendente accusatione falsi,quæritur an principalis processus possit expediri , & dic quod non,si pendet cum producente,secus si pendet cum teste uel tabellione,& ideo primo casu non currunt iudici tēpora sta.in secundo sic. Ita disputauit Rich.mal. cuius disputationem plene refert Cy.in l.1.C.qui accu.non pos.& ibi uide de quo per Bal.in l.fi.C.de fi.instr.

SVMMARIVM.

1 *Statutum inducit certam formam seu solennitatem in suo territorio,in alio territorio est alia, vtrius loci forma spectanda & obseruanda.*

2 *Iudicij locus inspicitur ,quando iudicis officium imploratur.*

3 *Loci principium,an finis ſpectetur in delictis puniendis. Et quid in delicti excusandis.nu.4.*

5 *Statuto stante,quod syndici teneantur denuntiare maleficia in suis territorijs admissa, ſmaleficium patratum est in confiuio duorum territoriorum, vtrius ſsyndici sit denuntiare.*

Confinium,recte appellatur medianus locus.

1 **Territorium.** Statutum† inducit certam solenni tatem seu formam in suo territorio in alio territorio est alia solennitas, modo quæritur quis locus inspiciatur,dicit Bald.quod circa hoc est sciendum,ꝙ quædam sunt quæ primo habent esse,postea deducuntur in iudicio,quædam sunt,quę in ipso iudicio sumunt esse.In primis refert, aut loquimur de esse contractus a principio. aut loquimur de intentione seu ordine processus , & inspicitur locus iudicij,vt notat.in l.prima, quæ sit longa consuetuetudo per Cy.& omnes,aut loquimur de executione.& tunc refert,aut est executio eiusdem iudicij,, & respicitur locus iudicij, aut est executio alterius territorij , & tunc aut fit ad literas primi iudicis , & idem', aut fit ex ordinaria potestate exequente , non ex pedissequa executione, & tunc inspicitur locus,ubi fit executio, ut l.missi opinatores,de exactoribus tributorum, & dicit Baldus , quid erit circa probationem , vtrum in probando inspicimus consuetudinem con-

tractatus,vel loci iudicij,rn̄deo ꝙ aut loquimur de ordine ꝓbationū,& inspicit locus iudicij.puta si dicit statutū,ꝙ nō requiratur lit.cōte.certe valet ꝓbatio sine litis ꝯtestatione.aut nō loquimur de ritu ꝓbationis,sed de substātia, puta in loco ꝯctus est statutū,ꝙ ſufficiāt duo testes. sed in loco iudicij requirunt quatuor,tūc inspicimus locū ꝯctus,qa tēdit ad decisionē causæ, arg.ff. de euictio.l.si fundus.& ita determinauit Io.Cald.& q̄rit Bal.pone,ꝙ in loco ꝯctus minor pōt restitui, in loco iudicij,nō pōt restitui,qs locus inspiciet, & dicit Bal. ꝙ gl.dicit ꝙ locus iudicij.in l.2.de eo,qđ certo loco. Idem tenet Guil.qa nō agit hic de ꝯctu,quo ad originē,sed quo ad resolutionē,ar.ff.de iudicijs.l.exigere. Contrariū dicit Bar.quia quo ad decisionē cāę inspicimus locū ꝯctus,& vbi ꝯctus na-
2 scit enexpugnabilis in nullo loco poterit peti in integ resti. Nō ob.ꝙ ubi †iudicis officiū implorat,inspicit locus iudicij, qa illud est verū in officio emergēti post ꝯctum,puta ex mora,in usuris.secus In eo,qđ ꝯsiderat a prin. ſm Bar. & iō dicit ipse,ꝙ gl.d.l.2.nō pōt saluari,nisi intelligēdo,qđ ibipetat restō,nō rōne ꝯctus,sed rōne læsionis postea emergētis ex præscriptione,vel in iudicio,qđ est subtile,& ita ego teneo,dicit Bal.in l.cunctos populos.C.de sum.tri. Stat.dicit,ꝙ quicunq; portauerit bladū extra territoriū,puniat tāta pęna. mō qđā portabat,nō tñ erat extra territoriū,q̄rit an dēat puniri,dicit Ia.Bu.ꝙ nō,qa statutū loquit in eo, q portauerit, nō in eo, q portabat.uñ cū loquat ꝑ uerba ꝑteriti ꝓfecti,req̄rit actus cō summatus.Itē qa poterat pęnitere,si volebat,cū adhuc delictū nō receperat ꝯsummationē ꝑ ꝓpriā formam,ſm Ia.Ad hoc facit glo.in l.arboribus.de vſuf.dū dr̄, lupus exijt de sylua.nō tñ exiuit.secus,si statutū dicit, si qs fuerit inuētus portare bladū extra distrīctū.tūc.n.distingue .aut iuuenit in loco suspecto,& punit, vt.C.de naui.nō excusan.li.11.in l.q̄ fiscales.Aut nō inuenit in loco suspecto,&tūc nō ponit,sed datur sibi iurm,& iurat,ꝙ nō portabat ꝯ deuetū.iste est tex.no. in l.vni. C.de litorū & iti.cust.lib.12.de quo ꝑ Bal.ī l. si qs nō dicā rapere. C.de epis.& cle.Sta.dicit,qđ villa teneat custodire territoriū suū,ita qđ ibi nō fiāt robariæ, & si non custodire qđ teneat emendare dānū,qđ statu.est æquū,ut l.ne qd.de incendio,rui.nau.nisi in casu,qñ uilla non posset ita custodire, qđ nō fieret,puta de nocte,vel ꝑ vim hostiū,ut no.in auth.vt nulli iudiciū.in gl.paruula.Mō ꝯtingit, qđ quidā fuit captus & ligatus in uila Nuculæ,& derobatus, & ductus in villa Panicalis, q̄rebat q̄ uilla teneat ad emēdationē,nā in prima uil
a la fuit delictū initiatū,in ſcđa ꝯsummatū a. & si attendimus animū & eius formā, tenet prima villa. si uero attendimus ꝯsumationē, q̄ dat formā rei,tenet uilla Panicalis. Io. determinat,qđ utraq; uilla teneat,qa vtraq; est ī culpa, & qa vnū censet delictū ꝯsumatū in diuersis territorijs. & ita determinat ipse post multas allegationes & dicit Bal.ego addo & dico,qđ in prima uilla fuit ista iniuria ꝯsummata , quantū ad delictū,sed in ſecūda quantū ad ꝯsumationē delicti. vñ iste actus nō est dubius ad ꝓbationē delicti,dum est in uia,quia imo est in termino.& de hoc do tibi gl.or.nā incōtinēti , qđ ego aliquē capio, & ligo,incontinēti eū de robo, & priuo eū possessione,si eo aīo capio,& ligo.iste est tex.& gl.or.in l.j. §. idē Iul. de ui & ui armata . & istā rōnē addo determinationi dñi Iac.& ꝑ p̄dicta uī determinari , qđ si puella fuit capta in territorio Perusino,& cognita in territorio Cortonēsi,qđ de carnali cognitione vtrobiq; poterit puniri.nā iudex Perusinus puniet,ꝑ l.si qs nō dicā rapere.rōne attentati.Cortonen. puniet,rōne ꝯsumationis,sicut qñ qs ꝓpicit cū baliſta. facit qđ no.C.ubi de crim.agi-oporteat l.j. & erit melior ꝯdō p̄ nietis.facit qđ no.in c.in obscuris.de re.iu.in mercuri alibus. Istud nō seruat de ꝯsuetudine,imo vnusquisq; iudex punit, qa vnusquisq; recipit iniuriam, & nō est eadē burſa fiscalis. Pro hoc facit de iniurijs. l.eū,qui nocentē.§.si nupta.&ex his
3 apparet.an principiū loci an finis ſpectet in delicts puniēdis,
4 sed in delictis excusandis,dicit Bar.qđ †semper inspicit principiū loci ut.ff.de adul.l.qđ ait lex.§.fi.Vñ q̄quid est licitū in termino a quo ꝯtinuato actū,inest licitū in termino ad quē, ſm Bar.Quod est uerū,dicit Bal.nisi diuersa sit rō & qualitas termuiorū,vt.ff.de ædi.edi.l.qd sit fugitinus.§.idē Celsus.sin aūt est eadē rō,& ꝯgruitas terminorū,tunc per ꝯtinuationē actus & impetus,totius loci spacium,reputat idem locus, vt
5 est tex.in d.l.qđ ait.§.fi. Bal.in d.l.si qs non dicam.Sta.†cauet ꝙ syndici teneant denūtiare maleficia commissa in suis territorijs.modo quoddam maleficium est commissum in cōfinio duorū territoriorū, q̄rit q syndicus teneat denūtiare, rn̄deo vterq; dēt denūtiare.ad hoc induco tex.no.in l.si non ꝙ si §.

ADDITIO.

a ¶Consummatum.Quis aūt dicatur locus delicti,quando in vno est *inchoatū*, & in altero consummatum.Io.An.in addi.Spe.de inquisi. §. nunc tractemus. ver.j.Et quid si puella rapitur in vno loco,& stupratur in alio,Bal.in l.si quis non dicam.de epis.& cleri.& omnino per Ale.in l.quod de adul.

ꝙ si ex mediano. ff. de his q deie. uel effu. dr̃ enim ī illa l. quod si plures habitant in vno cenaculo, ita ꝙ unus habitat in vna camera, alius in alia, ꝙ quilibet tenetur de eo, quod est deiectum & effusum de camera sua, sed si funditur ex mediano
6 loco, vterq; teneatur. rectius aũt †confiniũ, appellatur locus medianus. hinc ẽt est, ꝙ si sunt duo iudices diuersorum territoriorũ, delictũ aũt cõmissum in isto loco mediano, vterq; põt punire, ar. ff. de excu. tu. l iurisperitos. §. cum oriundus. & tenet Guido de Suza. in auth. qua in puincia. & Dyn. in l. siue p̃. §. j. de lib. ag. Dicit, dico, ꝙ vno p̃uenīte satisfactũ est iuri. vñ in j. q. sufficit vnũ denũtiare. in q. 2. de iudice sufficit vnũ ꝓcedere, ar. l. licet. §. fi. naute, capo. sta. Istud tñ nõ ẽ expeditũ sicut primũ, qa uterq; iudex vr̃ ꝓprię suę reipublicę iuriã ꝓ sequi, & cũ iiuria fit plurib. licet vnus exequaṫ vindictã alterius, alter nõ repellit ab exequẽdo, vt. ff. de iiurijs l. 2. §. fi. & de ꝓc. l. nõ solũ. §. si pr̃. de quo p Bal. in l. 2. C. vbi de cri. agi. opor.

SVMMARIVM.

1 *Banniti testamentum factum coram duobus testibus, an valeat, statuto stante, quod testamentum valeat conditum præsentibus duobus testibus.*
2 *Statutum non valet quòd nequeat quis testari vel legare ad pias causas, nisi interfuerint septem aut quinque testes.*
3 *Statutum non potest fieri contra priuilegia ecclesię.*
4 *Reipublicę non minus interest, homines viuentes conseruari, quàm mortuos sepeliri.*
5 *Legitimæ petitio, non est proprie testamenti impugnatio.*
6 *Legis statutum, prævalet hominis statuto.*
7 *Statutum distinguitur per ius commune.*
8 *Statutum an valeat, quòd filiusfam. non possit testari.*

Testari, testamentum. Statuto cauet̃, ꝙ valeat testm̃
1 coram duobus †testibus. modo institutus est bannitus, corã duobus testibus, quæritur nunquid valeat, & nenet ꝙ nõ, qa priuatus est beneficio suæ ciuitatis. Itẽ cauet̃ statuto, ꝙ fęmina non succedat existente masculo. mõ masculus est bannitus, vtrum excludat fęminam, & tenet ꝙ nõ, qa beneficium statuti non patrocinatur odiosis & hostibus suę ciuitatis, ar. de leg. 3. l. Lucius Titius Damam. & de his tractauit Bar. in q. quam disputauit, Lucanę ciuitatis statuto cauetur &c. Bald. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de libe. & posthu. Statutum dicit ꝙ testamenta non insinuata infra. 6. mẽses non valeãt, an valebit testm̃, si clericus hæres non insinuat, dicit Bar. qđ non valebit, quia istud statutũ afficit clericos. sed Bal. dicit, ego dixi, quod illa rõ est falsa, quia laici non p̃nt aliquid statuere p̃ clericos, & hoc est ex defectu potestatis causę efficiẽtis, iuxta notata de consti. eccle. per Inno. tñ in decisione credo, quod Bart. dicat verum, habito respectu ad hæredem, qa est laicus, & potest priuari commodo testamenti, sicut priuaret̃, si non vendicaret necẽ defuncti, vt l. in cognitione, cum si. ad sill. si aũt hæres esset clericus, nullo modo statutum includeret eum. Bal. in auth. cassa & irrita. C. de sacro. san. eccl.
2 Statutum †quod disponit, quod ad pias cãs non possit testari vel legari nisi interueniant quinq; vel septem testes, nõ valet, tanquam p̃ salutem animarum. & ita concludit Bar. in l. j. C. de sac. san. ec. Ad quod facit quod no. Io. An. in c. quanq̃. de usuris. lib. 6. & dicit Bal. Ego credo quod de iure canonico, quod prævalet iuri ciuili in talibus relictis, quæ salutem animę principaliter concernunt, sufficiant duo testes etiam mulieres, & forte non rogatę, dum tñ alias sint fide digni, ar. notatorum. C. de testa. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de codicil. l. fi. in fi. de quo extra. in c. cum omnes. & in c. relatum. de testa. Bal. in l. j. C. de sac. san. ec. Statutum dictat, ꝙ filius possit testari, an illud statutum porrigatur ad bona, q̃ sunt extra territorium, dicit Bal. ꝙ Bar. dixit, quod non, quia non potest extendere effectum suum vltra quam extendaṫ potentia statuentium, & sic est, iste decedet pro parte testatus, & pro parte intestatus. non ob, regula iuris in p̃rium, qa habet locũ, vbi quis potest in totum testari, vt l. fi. C. de inoff. test. & hoc teneo dicit Bal. de quo per eum in d. l. cunctos po
3 pulos. C. de sum. tri. Statutum †dicit, ꝙ mulier non possit testari sine consensu propinquorum, an poterit ad pias cãs nõ habito isto consensu, respondeo sic. Nam pia causa est priuilegiata, vnde contra illud priuilegium, quod respicit ipsum Deum vel ecclesiam non potest fieri statutum. & hoc sentit Bar. in l. cunctos pupulos in 5. q. C. de sum. tri. Bal. in l. generalli. & de sac. sanc. eccle. Statutum siue consuetudo licet posset conferre filiofamilias ius testandi, & valeat etiam in omnibus, quæ suut de iure positiuo, ar. extra de testa. c. Raynu. & ibi per Inno. tñ in monacho credo, dicit Bal. ꝙ hoc non possit. & non comprehendit monachum, quia repugnat regulę & regula non potest muturi, licet constitutio possit mutari vt ponit Fredericus de Senis in quæstione, quam disputauit. & in consilijs in ordine tricentesimo vigesimo primo. vbi videas. hoc dicit Bald. in authẽ. ingressi. de sacro san. eccle. Statutum dicit, quòd mulieres non possunt testari nisi præsentibus coniunctis, vel facta eis protestatione, ꝙ intersint. nunquid ergo in protestatione, oportet, quod mulier dicat qualiter intendit testari, an vero sufficiant verba generalia, ꝙ ipsa protestatur se velle testari, & super hoc requirit eorum p̃sentiam, dico ꝙ sufficiant illa verba volo testari, nec requiritur, ꝙ per signa declaret de sua intentione, cum sit liberum ei mutare uoluntatem, ar. C. de sac. sanc. eccle. l. 1. ff. de test. l qui testõ. §. fi. arg. de no ope. nun. l. de pup. §. qui nuntiat, nisi stat. requireret maiorem specificationem, quia standum est verbis stat. ut l. 1. §. is, qui nauem. ff. de exercitoria. de quo per
4 Bald. in l. si quis volente. C. de nego. ges. ubi uide per Bald. an †in protestatione sit necessaria scriptura, & uide ibidem, an post prohibitionem factam quis gerendo negotium alterius, possit repetere, quod expendit, si vtiliter fecit, in qua lege vnum no. principaliter, ꝙ si coniunctus meus esset in periculo perdendi personam, nisi pro eo soluerem certam summam, quã solui eo vetante, ꝙ nihilominus repeto, quia non minus interest reipublicę homines viuentes conseruari, quã. mortuos tumulari. unde dico dicit Bal. ꝙ est casus in ratione sui in l. si quis. §. idem Labeo. de religiosis. & facit l. 3. §. diuus. de sepul. vio. Propterea mea interest, etiam ratione coniunctionis & amicitię, ar. in l. 2. & 3. ff. de lib. cau. & ff. de appe. in l. non tm̃, quæ omnia faciunt ad materiam. l. soluendo. ff. de neg. ge. Sta. dicit, ꝙ testm̃ insinuatũ nõ possit reprobari. certe poterit dici testm̃ nullum ex defectu solẽnitatis, ar. l. vim. de epis. & cle. de quo per Bal. in 2. no. in qua. l. dicit in 3. no. ex illa. l. coniuncta auth. presbyteros, ꝙ licet testm̃ non possit im
5 pugnari per filium, tñ potest petere legitimam suam. †Vnde petitio legitimæ, non est proprie impugnatio testm̃, quod est menti tenendum, ſm Bal. in l. cum lege. de epis. & cle. Statuto. Venetorum cauetur, ꝙ testamenta oĩa. prout stãt ita executioni mãdẽtur, modo quærit̃ nunqd legũ interpretatione istud stat. intelligatur restringere? vr̃ ꝙ sic ar. ff. de ver. sig. verbis legis, ibi, sed ĩterpretatione &c. Cõtrariũ tenet Bal. vt eorum probabilia testã, q̃q̃ nõ sint solennitate subnixa. l. Venetorum sunt executioni mãdãda. ar. ff. de test. mil. l. si serui. & adde qđ dicit se dicturũ. C. de test. l. si nõ spãli, & hoc verũ nisi elegerit testari ſm ius commune, tñ stulte facit talis testõr, ꝙ imperitus se inuoluat in eo, quod ignorat, ut no. in simili. C. si cer. pe. in auth. nouo iure. Bal. in l. milites. C. de test. mili. Sta. præsidis, quod confirmat testã, licet sint de iure ciuili, ut ff. de testa. l. 1. & l. testamenti factio non tñ succeditur de iure ciuili qa cã causæ est prætoria, non enim sufficit testamentũ ualere, nisi ualeat ex eo capite ciuili, uel prætorio, ex quo quis uult admitti Bal. in l. certum. C. unde cognati. Sta, ꝙ testm̃ nõ ĩsinuatũ. ȷ. sex mẽses a morte testõris sit ipso iure nullum, ualet insinuatio facta a fideicommisso vl̃i vel singulari licet hæres non insinuauerit, quia insinuatio dat eis robur, ẽt si non sint repetita ab intestato, & coguntur venientes ab intestato præstare dicta legata, vt in aurh. hoc amplius. C. de fideicommissis, nam cũ ab intestato succedãt vi stat, p̃ morã hæredis, ergo succedũt cũ sua cã suisq; vitijs, quæ qõ nõ hẽt dubiũ in relictis ad pias causas. Bal. in l. consulta. C. de testa. Stat. ꝙ minor. 25. an. non possit testari an possit codicillari Bar. dicit ꝙ non. in l. 2. ff. de le. In contrarium videtur, ꝙ stat. sit stricti iuris, & contra ius cõmune, & ideo strictissime interpretandum, facit ad Trebel. l. qui filium. in prin. Bal. in l. fi. C. de testamẽtis. Stat. ꝙ nõ ualeat testm̃, nisi. ȷ. mensem sit registratum ĩ archiuio publico. sed testator statuit ꝙ imo valeat
6 tenet ꝙ † statutum legis, prævaleat statuto hominis, ut ff. de. legi. & consti. l. leges sacratissimę, & ff. de leg. l. 2. uer. oportet aũt, & l. oẽs populi. ff. de iu. & iu. & C. de tes. l. testandi, & l. quidam decedẽs. in prin. de admi. tut. Bal. in l. 2. ut in posses. leg. Stat. Mediolani. ꝙ non valeat testamẽtũ nec adhibeatur fides, nisi intersint duo notarij. etiam si fieret extra territoriũ Mediolani, sed Florentiæ seruatur. ius commune. & testator habet utrobique domicilium, & est suppositus foris contrarijs. nam Mediolani, iste videtur intestatus, si non interfuerint duo notarij. sed Florentiæ dr̃ testatus, vbi viget obseruantia iuris communis. unde sicut in contradictorio iudicio quis potest pro parte intestatus fieri, ita propter legum repugnantiã, de quo dicit se dixisse in l. cũctos populos, & vnum dicit Specula. quod statutum loci non potest intestabilem, facere testabilem, quod intelligo propter delictum, ut damnatus ad mortem præsentem, sed circa solennitates bene potest disponere, in Specu. de instrum. edi. §. compendiosę. ver sic. sed nunquid. de consuetudine etiam si sit statutum castri vel uillæ. Sed Bal. dicit, quod in castro uel uilla est p̃rium, nisi interueniãt quino; testes. C. de test. l. fi. & non sunt ibi multi periti literarum, al's non ualet de iure cõi. Dic, ut per Bald.
7 C. de testam. l. si vnus Bal. in auth. defuncto. C. ad Tert. Statutum †dicit, quod valeat testamentum coram quinque testibus, hoc nõ intelligitur in testõ cęci, & sic distinguitur statu

tum

tum per ius commmune.C.de nox.l.si ſerui veſtri.quod no. C,de iure deli.l.fi.& extra de conſuetudine.c. cum dilectus. hoc tenet Bal.in l.ſi quæramus.ff.de teſt.in gl.in actiuo.ver.cę
8 cus. Sta.†ꝙ filius famirias poſſit teſtari, an valeat, & uidetur ſentire,quod ſic ſecundum Bar.& remittit ad ea,quæ Barto. dixit in l.teſtamenti factio.ff.de teſtam.quod intelligit Bald. ſine præiudicio patris, quod pater habeat vſumfructum in rebus.nam de iure ſuo non alieno teſtandum eſt, vt ff.de pactis dotalibus.l.cum maritus. §.fi.& C.de l.vxor patrui & ff. de vulg.& pupil.l.ex facto in princ. Bald.in l.ſi quæramus.ff. de teſtam.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Statuto cauente,quod teſtes ſuper adulterio recipiantur,non obſtante infamia,an infames vigore ſtatuti admittantur ad probandum matrimonium, cum non ſit adulterium niſi in matrimonio.*
2 *Ius ciuile ex præſumptionibus ſæpe ſtatuit contra veritatem,quam non permittit probari.*
3 *Statuto admittente duos teſtes in teſtamentis,an idem ius in donatione cauſa mortis.*
4 *Pœna impoſita a ſtatuto,producenti falſos teſtes,an habeat locum in producente vnum tantum.*

1 **Teſtimonium, teſtes.** Stat.cauetur ꝙ teſtes ſuper adulterio recipiantur, infamia non obſtante, modo certum eſt,ꝙ non eſt adulterium,niſi probetur matrimonium, quæro ergo nunquid infames vigore ſtatuti admittantur ad probandum matrimonium.dico ꝙ nō,quia licet requiratur matrimonium violari, tñ in matrimonio non conſiſtit crimen, ſed in ipſo amplexu,unde ipſe amplexus bene probabitur per infames, ſed matrimonium non,hoc eleganter dicit Barto. in ſimili. ff.ad l.Iul.maie. qōnibus,ubi omnino uide de quo per Bal. in
2 auth.ſed ſi dicatur.C.de teſtam.in fi.Sta.†quod teſtes deponẽtes contra bannitos probent,licet malam rationem dicti ſui reddant,non valet,quia eſt contra ius naturale,niſi exponatur,malam,ideſt non concludentem de neceſſitate,veriſimilem tamen,nā licet per ius ciuile non poſſit tolli ratio naturalis, poteſt tñ fingi & p̄ſumi,cum ius ciuile ex præſumptionibus ſæpe ſtatuat contra veritatem, quam non permittit probari, vt C.de non nu.pec.l.in contractibus.& l.fi.C.arbit. tutelę.facit.ff.de vſufructu earum l.2.Bal.in l.ſi non ſpeciali.
3 in fi.C.de teſtam.Stat.quod in teſtamentis ſufficiant duo teſtes,nunquid idem in donatione cauſa mortis, dic quod ſic, de le.3.l.ſi quis.in princip. §.miles & l.cum hic ſtatus. §.ſi miles.de dona.inter virum & vxo.Bald.in l.fin.C.de teſtament. Stat.Venetorum, quo cauetur quod duo teſtes cum ſacerdote probant omnem vltimam voluntatem,habet in ſe rationem æquitatis,ut extra de teſtam.c.cum eſſes qa in præſentia ſacerdotis non præſumitur fallum committi,ut nota.ibi Ioan.And.Bald.in l.quæſtionem.C.de fideicommiſ.Statu.dicit. quod teſti falſo debeat amputari manus dextera, teſtis non habet manum dexteram,uel habet aridam,certe ſecundum Cyn.iudex ex officio ſuo permutauit in manum ſiniſtram,vel aliud membrum,argumen.notatorum in l.nouerint.C.ſi intra certum tempus, vbi not. quod ubi non poteſt imponi pœna ſtatuta a iure, eo quod delinquens non eſt capax illius pęnę,iudex dēt in aliam pęnam commutare,facit ff.de iniurijs.l.ſi quis iniuriam. Bald. in dicta l.nouerint. C.ſi intra certum tempus. Statutum, quod qui produxit falſos te
4 ſtes,puniatur in tantum. quidam produxit vnum teſtem falſum, an puniatur, dicit Bald. quod ex eo, quod dicitur in l. Gallus.in §. quid ſi is, quod exponitur plurale pro ſingulari, videtur quod ſic,& dicit, ulterius non proſequor Bald. ibid. Sta. quod teſtimonium duarum fœminarum in ultimis uoluntatibus æquiualeat teſtimonio unius uiri, facit quod minor fides eſt adhibenda mulieribus, quam uiris, adeo quod etiam de iure communi in pari numero teſtium uiri præferendi ſunt.hoc dixit Bald.in l.1.ff.de ſena.ar.d.l.ubi maior dignitas eſt in maribus, quam in fœminis.

SVMMARIVM.

1 *Statuto ſtante,quod agnatus præferatur matri in tutela, an mater puniatur,ſi non petat tutorem.*
2 *Statuto volente agnatum eſſe tutorem cum matre,mater excuſetur.*
3 *Statuto ſtante, quod omnis tutela duret vſque ad decimum octauum annum, utrum mater puniatur, ſi non petijt tutorem filio, in decimo quinto anno.*

1 **Tutor, tutela.** Statutum, quod agnatus†præferatur matri in tutela, nunquid mater puniatur ſi non petat tutorem? tenet quod non, quia tutor ſtatutarius eſt tutor legitimus, & a iure ciuili, ſed ſi agnatus non eſſet in ætate, & ſic interim eſt locus datiuo, ut notat.de excuſationum tutor. l.non ſolum. §. libertus, tenet, ſi infra.annum completur ætas legitima,matrem non puniri,alias ſic.Bal.in l.matres C.ad Tertu.
2 Statutum,†quod agnatus ſit tutor vna cum matre.nunquid mī excuſetur,tenet quod ſic, quia ēt qū plures ſunt tutores, quilibet tutor eſt inſolidum.ergo iſte pupillus non caret tutore.Secus,ſi ſtatu.dicit quod mater non poſſet adminiſtrare ſine conſilio agnatorum,quia tunc ſola mater eſt tutrix in l. Titium & Menium.in prin. de admi.tu.Vnde punitur,ſi non ſuſcipit tutelam, vel non cedit tutęle, ita ꝙ tutela veniat ad agnatum,vel non petit alium dari,ſi agnatus nō eſt idoneus
3 vt no.inſti.de acti.Bal.in l.matres C.ad tertulia.Stat.† ꝙ omnis tutela duret vſque ad decimumoctauū annū, vtrū punia tur mater ſi non petijt tutorē filio in 15.anno,vī ꝙ non vt in l.matres. C. ad Tertul. In ꝺrium facit,quia cū ſit redactus ad inſtar pupilli, ergo eſt ei interdictum bonis, & indiget tutore,quemadmodum pupillus,ergo niſi petat,perdit ſucceſſionem,ſicut dicimus in filio furioſo,vt l.2.§.quod ſi pregnās.ad Tertul.ſecundo rñſo.& ſic ſtatutum municipale extēdit ius cōe,& eꝺ reſtringit,ſi ſtatutum diceret,quod tutela duraret per totum 12.annū ſ.vt ſi filius decederet in 13.anno,non deberet ſucceſſionem.Vel dic præciſe ſtandum iuri cōi,ex quo ſtatutū non corrigit, vt no.C.de ſac.ſan.eccl.auth quas actiones.quod eſt uerius.& bene, quia iſta ſunt noua, & per alios non tacta.Bal.in d.l.matres. C.ad Tert.Statu. dictat, ꝙ oīs cā debeat compromitti in arbitratorem,certe tutor poterit cō promittere cum illa clauſula conſueta, ꝙ poſſit arbitrator accipere de iure vnius,& dare alteri,qa hoc fit ex neceſſitate hoc tenuit Bal.in l.ſi plures.ff. de pac.ī4.no.vbi dixit notetis caſum, in quo tutores p̄nt remittere partem debiti.& eſt rō, quia remiſsio eſt neceſſaria Bal.in d.l.ſi plures.c.de pactis.Statutum vel ꝺſuetudo dictans,ꝙ pater poſsit adulto relinquere teſtamentarium curatorem ſicut pupillo teſtamētarium tutorem,vel dictat,ꝙ poſsit dari ſibi tutor vſq; ad 18.annum valet tale ſtatutum & conſuetudo, & talis datus nō indiget confirmatione.Facit de condi.& demon.l.pater Seuerinam. §. conditionum verba. Bald.hoc tenuit argum.l.moribus.in prin.de vulg. & pup.

SVMMARIVM.

1 *Pœna arbitraria eſt,vbi non inuenitur determinata.*

Tranſgreſſor legis. Statutorum & legū tranſgreſſores qualiter puniātur, hoc quæſiuit Ia.de Bel.in l.non dubiū.C.de legibus,& di
1 cit ipſe ꝙ†vbi nō reperīt certa pęna determinata,tūc eſt pęna arbitraria,vt l.hodie.ff.de pęnis & l.j.§. expillatores. ff. de effrac.& expi.ſm Ia.de Bel.& no.hic,quod dicit de pęna trāſgredientium ſtatuta dicit Bal.in l.nō dubium.C. de legi.

SVMMARIVM.

1 *Statutum non poſſet facere prædia tributaria niſi exprimeret ſpeciem & qualitatem tributi.*
2 *Statutum an poſſit facere prædia tributaria, ita quòd ſi tranſeant in eccleſiam,eccleſia teneatur ad tributum.*
3 *Statutum faciens prædia tributaria, obligat etiam clericos.*
4 *Collectam non ſoluens,num cadat iure ſuo.*
5 *Prædium tributarium,an efficiatur fiſci ob non ſolutum tributum.*

1 **Tributa, tributaria.** Stat.† non poteſt facere p̄dia tributaria, niſi exprimeret ſpeciem tributi,& qualitatem tributi.nam ea quę variantur,nec ſunt vniformia,nec certa,non poſſunt dici tributa.Pro quo facit,quod no.per Inno.in c.verum.de foro cōpe. & quod in l.incola.ad municipales. & Spe.in ti.de clericis cō iu.ver.ad huius aūt articuli.& per Io.An.in c.j. de immunitate eccl.ita dicit Bal.in l.neminē.C.de ſac.ſan.eccle. Statu.an
2 †poſsit facere prædia tributaria,ita ꝙ ſi tranſeant in eccleſiā eccleſia teneatur ad tributum,dicit Bal.ꝙ non.& ſic eſt falſa opinio Bar.qui dixit,ꝙ ſi per ſtatuta facta ſunt prædia tributaria,& poſtea tranſeant ad eccleſiam, ꝙ teneatur eccleſia ad tributum.de quo per ipſum Bar.in l.placet de ſac.ſan.ec.& l. reſcripto.§.fi.de mune.& hon.& dicit Bal.Tu dic, ꝙ tributū quod procedit ex ordinatione principis, agnoſcat eccleſia, ad quam vadit res tributaria,vt in c.ſi tributum 11.q. 2.Secus ſi per inferiorem a principe hoc ordinetur. qa tunc eccleſia non tenetur niſi ad tributa præteriti tp̄is. poſtq̄ aūt res eſt facta eccleſiæ, liberatur a tributo.& iſte eſt tex.in auth.itē nulla cōitas.& per hoc derogatur omnibus fraudibus, q̄ fiunt in præiudicium eccleſiarum.& ideo Bar.in caſu quē ponit,non dicit verum.facit.C.de ſac.ſan.eccl.auth.ſicut alienatio.& in 10.col.qui.mo.ob.alie.poſ.c.j. circa medium Bal. in l. placet. C.de ſac.ſan.eccle.Stat.†faciens prædia tributaria, operat ꝙ clerici etiam teneant. ſm.Bar.qui dixit,ꝙ cautela erat ꝙ clerici.teneantur ad collectas,& alia,ꝙ fiant prædia tributaria, dicit Bal. ego dico ꝺrium qa imperator non permittit,ꝙ prædia italica fiant tributaria vt plene.no.C.ſine cen.& re l. oēs. vñ in fraudem eccleſiaſticę libertatis talia ſtatuta non valēt. bene concedo ꝙ extra Italiam,vbi ſunt prædia tributaria,trā ſeant cū onere tributi.vñ hoc eſt conſiderādum,ꝙ eſt quoddam allodium francum,& iſtud vadit ad eccleſias liberum,

vt

Source : BIU Cujas

vt no.ff.ad munici.l.incola. Quoddam est tributariũ,& illud etiam ad personas trãsit cum onere,ſm Odofre. Quoddã nõ est allodium,sed est feudũ vel emphyteosis, & tunc si natura feudi repugnat,nullo modo transit ad ecclesiam,ut no.ff.de legi.l.de quibus. Si aũt non repugnat natura eius,tunc trãsit. est bene verum,q̃ vna ecclesia põt retractare ab alia,si vult, vt in authen. de alie.& emphy.§.j.Bal.in auth.item nulla. C.
4 de epiſ.& cle.Statu.†est Perusij quod facit prædia tributaria. modo imponitur collecta,quę succedit loco tributi, nunqd ille qui non soluit, cadit iure suo, & certe non, vt patet ex dictis Guil.in l.debitor.de neg.geſ.quem Guil. Bal.recitat in d.
5 l.in ver.ibi secundo loco,quærit Guil.in hæreditate† est prædium tributarium,vtrum ob non solutum tributum,prędiũ efficiatur fiſci,& videtur q̃ sic,ar.emphyteote non soluentis & ar.literæ.l.si debitor.ad idem facit.C.de sacrosan.ecc.l.placet Guil.tamen dicit ꝺ̃rium q̃ ille qui non soluit tributum, non propterea perdat ius suum in re,sed potest fiscus vendere ob tributum non solutum.ff.de rescin. ven.l. fundum Lucij Titij.& illud est no.valde Bal.in d.l.debitor.

S V M M A R I V M.

1 *Verba generalia non includunt casum, qui est contra libertatem ecclesiæ.*
2 *Consuetudinem arctatiuam ecclesiæ non recipiunt ne c pia loca.*
3 *Venditio,verb.non comprehendit venditionem,quæ nulla est ex defectu solennitatis.*
4 *Fraus contra legem quot modis committatur.*
5 *Imperator cogere potest quem ad uenditiouem rei suę,etiam modico pretio. Quod non posset ciuitatis statutum.*
6 *Causa rescissa,rescinditur & eius effectus.*
7 *Statuto dicente quòd in venditione præferatur consors,is vult dare decem alij duo quindecim,vter preferendus.*
8 *Statuto stante,quòd venditores sint liberati a contractibus & omni obligatione,nunquid poterunt petere pretium,& si ipsum acceperunt, an teneantur restituere,*
9 *Statuto stante,quòd omnes venditiones factæ a mense,citra, sunt ipso iure nullæ,quidam vendidit & tradidit,an istud statutum videatur tollero dominium.*
10 *Statutum prohibens venditionem, an videatur prohibere alios contractus.*
11 *Emphyteota an possit permutare vel donare.*

Vendere, venditor. Statutum quod prohibet vendi nõ subiectis, non continet ecclesiam, quia libertas ecclesiæ æquiparatur publicæ vtilitati, & priuilegium,quòd est generaliter indultum,non includit casum publicæ vtilitati ꝺ̃rium, & si inclu
1 deret,non valeret.& dicit Bal.quod simile dicimus, q̃ † uerba generalia non includunt casum,qui esset ꝺ̃ libertatem ecclesię.& addit,quia de facto seruatur cõtrarium,cogitur cõmunitas ad declarandum statutum, vt no.in c.eos.de immunitate ecclesiarum.lib.6.in nouella & hoc dixit Bal.in l.iube
2 mus.C.de sacrosan.eccle.Statutum communis Senarum† q̃ hospitale sanctæ Marię de misericordia teneat vendere quolibet anno tot possessiones, non valet,vt in c.ecclesia.de consti.facit in auth.cassa.C.de sac.san.eccl.nam istam consuetudinem arctatiuam non recipiunt ecclesię,vel pia loca,ſm q̃ no.in auth.hoc ius porrectum.C.de sac.san.eccle. Statutum dictat q̃ mulier non possit vendere vel alienare sine consensu propinquorum,nunquid per hoc si vendit rem emphyteoticam,cadat a iure emphyteotico,& vr̃ q̃ sic, quia est pœna legalis,in qua non consideratur effectus. contrarium credo,
3 dicit Bal.†quia verbũ,venditio,non comprehendit venditionem,quæ est nulla ex defectu solennitatis.Facit, quod notat in l.alienationes. de verb.sig vnde vult concludere Bal. q̃ qñ loquimur in pęna legali, & tunc res debent habere effectũ, alias quis in eam non incidit. Aut loquimur in pęna conuentionali,& debet subdistingui.aut concernit merum factum, & committitur ratione facti,quamquã inualidi, vt.C.de trãsac.l.vbi pactum. Aut concernit ius vel mistim concernit factum,& ius,& tunc non committat,nisi iuris cõis sequat effectus, vt l.ea quidem.de accusa.In dubio aũt cum oĩs ꝙuentio videat apposita respectu interesse, distinguit. aut interest stipulatoris rõne solius facti,& tũc vr̃ de mero facto cogitatũ,aut non interest,& tunc vr̃ cogitatum de iure,vt ff.de seruis expor.l.serui venditio.&d.l.ea quidem.de quo latius vide in l.2.in prin.C.de epi.audi.Stat.prohibet fugliectam vini vẽdi vltra sex donarios.modo tabernarius addit castaneã, vt habeat decem denarios.certe iste dẽt puniri, q̃a castanea non est digna illo pretio,addito,vnde prę̃sumitur fraus de quanti tate ad q̃titatẽ,ut ff.de iure patro.l.si libertus.facit.C. de vsuris.l.eos.§.fi quisautem. & adde dicit Bal.assessores q̃nque cõmittunt fraudes,verbi gratia,si ultima die regiminis non possunt absoluere,patiuntur sibi labi tempus irreparabile instãtiæ,ex forma statuti.Isti debent puniri, q̃a faciũt fraudem statuto.nam vbi ipsi non possunt absoluere,faciant quòd tempus absoluat eum. Ad hoc l.j.cum gl.sua. C.de ser.li. 12. facit etiam fraus officialis,q̃ fingit se dormire vel egrotare ad hoc vt inimici irruant in districtum, vt dr̃ de petro castri franci vt l.si quis Barbaris. C.de re mil.li.12.& sic sex vel septem mo
4 dis committitur fraus cõtra legem, siue fit fraus legi de quo
5 vide per eum plenius in l. non dubium. C.de leg.Sta.†ciuitatis vel alterius inferioris non potest inducere,vt quis uendat scilicet singularis persona vẽdat rem suam,vt ff.qui & a quibus.l.si priuatus & ff.de poll.l.quotiens.sed imperator potest cogere quem ad vendendum, etiam pro modico pretio. & Ia.de Are.& Cyn.intelligunt q̃ pretium erat æquale rei. sed dr̃ modicũ, quia ab inuito extorqueretur res,ut ff.de rei ue. l.nec quasi, & ita intelligebant. l. si ita uerberatum. §.si quis rem.de rei uend. sed tu intellige indistincte,absoluta principis potestate,ſm Bal. in d.§.si quis rem.Stat.seu† consuetudo
6 est, q̃ si aliquis uendit rem quod proximior de genere possit retrahere eodem pretio.j.annum de quo extra de resti. in integrum.c.restitutus. modo pone habebam usumfructum in in fundo tuo.deinde uendidisti mihi proprietatem, & sic est extinctus ususfructus formalis, postea proximior de genere uult retrahere,modo quæritur,an poterit vsumfructum retinere.Ia.de Are.distinxit per iura allegata in glo.l.si maritus. C.de inoffi.test.q̃ aut ego sciebam talem esse consuetudinẽ & stat.& tunc est extinctus ususfructus, nec recupero. Aut ignorabam & tunc recupero Guil.de cu.dicit q̃ indistincte non recupero, allegat.l.cum filius. §.donis.in prin.de le 2.& ff. qui mo. usuf. amit. l.si tibi.sed hic est considerandum,an consuetudo disponat rescindendo, an transferendo ius authoris in reuocationem. Primo casu,potest ususfructns retineri,quia rescissa causa rescinditur effectus,ut d.l.si maritus. secundo casu non potest retineri, ut d.§.dominus. nisi forte ꝓ iustam ignortãiam,ut l.ꝓ ueneni.§.nepotis.ff.ad Sill.in consuetudine ergo rescissoria,restituitur ususfructus. sed in consuetudine translatoria, distinguitur scientia a iusta ignorantia.Vnde in hoc dicit Bal.sequere Iac.de Are.de quo per
7 Bal.in d.l.si maritus.Stat.†cauetur, q̃ in uenditione præferatur consors,modo ponamus q̃ consors uult dare decẽ, quia dicit rem non plus ualere,duo alij uolunt dare. 25. quæritur utrum preferatur consors,an illi duo,& uꝝ quod non habeatur consideratio illorum duorum,quia stat.dẽt intelligi pro iusto pretio, quod est, quantum res cõiter ualet, unde si res cõiter non ualet ultra decem, pollicitatio duorum quæ ultra modum inflauit, non dẽt attendi,in l.licitatio.in prin. ff. de pollici.& in gl.l.2.C. de rescin.uen. Hinc est,quod iustum pretium ex subhastatione colligitur,ubi põt apparere,quantum cõiter offeratur,non quantum animosæ polliceatur.In ꝺ̃rium uꝝ,quod prelatio consortis attenditur respectu personæ non respectu pretij, ideoq; uenditor debet præstari indẽnis,quod non esset in casu prædicto,arg. C.cõi diuidundo.l. ad officiũ de sac.san.ec.Auth hoc ius porrectum ff.de rei ue. l.in fundo, ubi iustum pretium dr̃ illud,quod habiturus erat possessor.ff.de bo.auth.iu.po.l.præter. §.in eum. ff.quod metus causa.& l.sed & partus.ff.locati. l.sed & nos uideamus.ff. de cond.furti.l. si ser.furtiuus.ff. de fur.l. si uendidero.§. 1.& l. si quis uxori. §.fi.& hanc partẽ teneo per l.2.& 3.C.si ꝓꝓ pub. pen.& de sacrosan.eccl.auth.hoc ius porrectum, non enim quis est compellendus gratiose distrahere, sed pro pretio quanti plurimi reperitur.C. de iure emphy.l.fi.dummodo sine fraude & collusione fiat,& ęqualibus pactis,ut ff.de in di. adic.l.ubi.ista qõ fuit Martini de pha.& mouetur in additione.Spec. in ti.de empt.& uen. §.nunc dicendum in fi.de quo
8 per Bal.in l.2.C.de rescin.uen. Stat.†est Aretij, q̃ uenditores sunt liberati a contractibus,& omni obligatione,& hoc statutum factum fuit propter multas diuersitates,quæ fuerunt in ciuitate Aretij, ubi oportuit fieri multas uenditiones, & ideo tale statutum emanauit, nunquid potuerint pretiũ petere, & si ipsum acceperunt, nunquid teneantur restituere, & ueritas est, quod si non acceperunt, non possunt petere, & si acceperunt, tenentur restituere, text.in l. bona fides.de action.:empti. & si tu dicis, quomodo est hoc, cum sint totaliter liberati? Respondeo uerum est,quod sunt liberati ab omni obligatione, quæ erat ante legem, sed non ab obligatione, quæ oritur per ipsam legem, sicut est illa obligatio, ex qua nascitur condictio sine causa,argumen.ff.de auro. & argen.lega.l.si ita,secundum Bartol.qui ita eleganter notat. in dicta l.bona fides,& facit.ff.de instito.l.si quis municipiis. §.Proculus.de quo per Bal. in l.mortis.C.de periculo & com
9 modo rei uenditæ. Statutum, quod omnes† uenditiones factæ a mense, citra, sint ipso iure nullæ,modo quidam uenderat & tradiderat, quæritur an istud statutum uideatur tollere dominium? & uidetur quod sic, quia sublata causa, tollitur effectus, ut in pacto legis commissoriæ,& adictionis in diem, ut no.in l.1. in glo.magna.ff.de dona.In contrarium uidetur, quia immediata causa translationis est consensus. unde licet tollatur cã mediata i. titulus,tñ ex cã immediata remanet,sufficit possessori.de condictione ob cãm.l.3. §.sub

tilius

Source : BIU Cujas

tilius.de cond.ob tur.cau.l.ſi ob turpem. & ita tenuit D.Mata.contra quem eſt totum illud ar. de antecedenti deſtructo vt l.eum qui.de publiciana. ſed reſpondent, ꝙ hic non tollitur ꝓñs proximum & immediatum, ꝙ eſt magis conſiderandum, quam remotum, vt ff.rer.amo.l.ſi mulier. & ſic lex interdum diſponit de cauſa, interdum de effectu. & diſponendo de cauſa, videtur diſponere de effectu inſeparabili & immediato, non de effectu mediato, ſecundum Mat.Bal.in l.1.

10 ff.ſo.ma.Stat.prohibens †venditionē, an videatur prohibere alios contractus? dic ꝙ non, etiam ſimiles, & ita loquitur. ff. de pig.l.in quorum.ſecus eſt in alijs actibus, de quo plene per Bal.in l.cum hi. §.ſi cui. ff.de tranſ. vbi ponit qōnem de em-

11 emphyteota, †an poſſit permutare vel donare cum non poſſit vendere? & cōtrariatur Bar. qui diſtinxit inter emphyteotam eccleſiæ, & priuati, per l.2.vt rei dominicæ vel templo. quę lex ſecundum Bar.nil dicit. & dicit Bal.opinio Bar. non eſt vera per no.in Spe.in ti.de loca.§.nunc aliqua. ver.106. & 110.& 112.& facit de fideic.l.voluntas. ff.de leg.3. l.pater filium.§.fundum.adde quod no.in ſpec.de emptio. & vend.§. nunc dicendum. verſi.ſed pone ſtatu.Bald.in d.l.cum hi.§.ſi cui.ff.de tranſac.Statu.ꝙ dicit quod nemo poſſit vendere fugliectam vini vltra ſex denarios, modo tabernarius dicit, ſi tu vis fugliectam vini, emas iſtam caſtaneam. 6.alijs denarijs quæritur vtrum incidat in ſtatu. & dicendum eſt ꝙ ſic. nam hoc pactum, cenſetur pretium, vt l.fundi partem. ff.de contrahen.emp.vbi pactum habetur loco pretij, & ad hoc ſemper allegatur.facit etiam.ff.de act. emp.l.ſi ſterilis. §.ſi tibi. & de in di.adic.l.prædia. §.fi. & l.pe.ſecundum Rich. & Cyn.in additionibus. Item eſt ar.d.l.fundi partem. ꝙ qui petit ſe reſtitui contra contractum, videatur petere contra illa pacta omnia, & clauſulas eius.ſecundum Iac.But.Bald.in d.l.fundi partem.ff.de contrahen.emp.

SVMMARIVM.

1 *Legis verba vel ſtatuti varie diriguntur, & varie inde oritur iudicis offic.*
2 *Verba generalia ſtatuti, non referuntur ad impoſſibilia ipſi ſtatuenti.*
3 *A verbis legis, ſtatuti, vel priuilegij, non debemus recedere.*

1 **Verba.** Statuti †legis vel prætoris verba, qñq; dirigun tur reo.ſ.in fauorem eius, cui diriguntur & ori tur exceptio, vt ſunt hęc verba iudicium dabo, i.actionem, ſ. parti. quandoque vero diriguntur iudici, de quo eſt exemplum, in l.ꝙ ſi minor.§.fi.ff.de mino. & tunc eſt aduertendū, quia aut verba diriguntur iudici, principaliter, aut incidenter in locum exceptionis. Primo caſu oritur officium iudicis ſimile actioni.ſecundo caſu oritur officium iudicis ſimile exceptioni, vt ff.de pę.hę.l.plane. & l.ſi. Item aduerte, quia quando eſt talis actus, qui non poteſt pertinere, *niſi ad officium* magiſtratus, & nō ad officium priuati, vt in integrum reſtituere, in poſſeſſionem mittere, bonorum poſſeſſionem decernere, decretum interponere, tunc ſemper eſt officium iudicis, quia in ſubiectam materiam non cadit actio, & ideo omnia edicta prætorum, quæ loquuntur de miſſione in poſſeſſionem, & huiuſmodi, officium iudicis inducūt, & ratio, quia verba ad iudicem diriguntˉ, & quia in iuriſdictione conſiſtunt hoc dicit tex.in l.1.ff.de iuriſd.om.iud. de quo per Bal. in rubr. C.de condictione ex lege. Statutorum verba multū ſint aduertenda, de quibus loquantur perſonis.ff.ex qui.cau. maio.l. recte. & l.ſi vero.ff.ſol.ma.de quo per Bald.in auth.&

2 omnia.C.ne vx.pro mari.Statutum, †verba generalia ſtatuti non referuntur ad *impoſſibilia* ipſi ſtatuenti, puta ad ea, quę non ſunt ſuæ iuriſdictionis, ar. ff.de contrahen. emp. l.qui tabernas. & no. Bar.in l.ſi quis ſub conditione. de condi. inſtit.

3 Bal.in l.ſi.§.in computatione.de iur.deli. Statutum, † a verbis legis vel ſtatuti vel priuilegij recedere non debemus, & cui perſonæ verba ſtatuti non conueniunt, ad eum ſtatutū non porrigitur, Bal.l.per conſtitutionem.ff.de teſtam.mili.

SVMMARIVM.

1 *Statuto ſtante, quod offendens quem in ſtrata publica puniatur pęna dupli, quidam percuſſit in flumine publico, an pœnę dupli ſit locus.*

1 **Via.** Statutum quod offendens † aliquem in ſtrata publica puniatur pœna dupli eius quod puniretur qs in alia via non publica percutiens. modo quidam percuſſit in flumine publico, an punietur pœna dupli. certe videtur ꝙ non, quia via & flumen publicum, ponuntur, vt ſeparata. & ideo offendens in flumine non dicitur offendere in ſtrata publica & ſic non fiet duplicatio pęnarum ex forma ſtatuti, ſed habebitur locus fluminis pro ſimplici loco non pro qualificato, ſi quis autem non percuteret in flumine, ſed in ponte fluminis, illa bene videtur via publica, quod tene menti ſecundum Bald. argumentum l.flumen. ff.de ſerui.ruſt præ. Statutum vetat aliquem tranſire per campum, vel per rem alterius. certe ſi aliqua via ſit occupata. ita ꝙ non poſſit inde fieri tranſitus, & alīquis oues ſuas vel animalia per fundum vicini immitit, vt inde tranſeant, non punitur, de quo alias puniretur ex forma ſtatuti, ſi autem det damnum. tunc bene teneretur, ſi aliqua culpa poſſet ſibi imputari, quia non eſt permiſſum damnum dare, ſed tranſire, arg. ff.de ſerui. l.ſi cui. hoc dixit Bar.ar.l.ſi locus. §.cum via.ff.quemadmodum ſeruitus amittatur.

SVMMARIVM.

1 *Obligationis de iudicio ſiſti, natura.*
2 *Villa vt teneatur emendare damna derobatis, conſtare primum oportet de furto ſeu derobatione.*
3 *Ex officij neceſſitate quid faciens, non conſequitur pręmium.*
4 *Villa ſi teneatur emendare damna, ex forma ſtatuti, exempto vno per priuilegium, non eo minuitur onus villæ.*
5 *Villa ſi teneatur emendare robariam, ex ſtatuto, & imponatur collecta pro damno, an derobatus, qui eſt de villa, teneatur cum alijs conferre.*

1 **Villa.** Stat. † ꝙ villa aut repreſentet malefactorem aut damna reſarciat, modo fuerunt plures malefactores, qui fecerunt vnam robariam, villa repreſentauit vnum, quæritur quid iuris, tenet quod pro rata, & ſi fuerūt quatuor pro quarto minuitur cōdemnatio villę, quia hæc eſt natura obligationis de iudicio ſiſti. ff.ſi quis cautionibus. l.ſi ſeuus. §.plurium. Bal.in l.1.C.ſi plures vna ſententia. Sta.Florentiæ

2 † ꝙ villa teneatur emendare damna de robatis. certe debet conſtare de derobatione, quia debet conſtare de fundamento, ut.ff.ad ſill.l.1.§.item illud quæri, & ibi per Iaco.de Are. Bal.in l.diuus.C.de teſt.mili. Statutum, quod de incendio & homicidio per uim facto teneatur villa, vbi factum eſt, ſi cō ſtat factum, ſed neſcitur vtrum ſit factum per vim, vel alio, modo, antequam hoc ſciatur, non poteſt procedi contra villam, ſecundum Cy.ar.l.1. §.item illud.ff.ad Sil.& intellige de proceſſu, quo ad condemnandum. ſed bene poteſt procedi ex fama ad inquirendum, vt.C.de officio rectoris prouinciæ.

3 l.iuſtiſſimos.Bal.in d.l.1. §.item illud. Statut.eſt † quod villa debeat capere malefactorem, aliud ſtatu. eſt quod capiens malefactorem debeat habere tantum, certe villa, quæ capit malefactorem ex neceſſitate ſibi impoſita, per ſtat.non conſequetur præminm alterius ſtatuti de capiente malefactorem. Hoc tenuit Bal.ſecundū Bar.in l.ſi quis in graui. §.ſi ex ſtipulatu. in verſic.nam & ſi ſupplicio.ar.d.tex.ff.ad Sill.& dicit, quod eſt dictus tex.in ar. quod familia officialis non cōſequatur illud pręmium, quia facit ex neceſſitate officij. Item dicit, quod eſt ar.quod ſi quis capit bannitum, neſciens eum bannitum, licet ponat eum in manibus poteſtatis, non debet habere præmium ſtatuti de capiente bannitum, quia non fecit hoc ſponte i.voluntarie. ſed de facto ſecundū Bar.

4 cuius omnia illa verba ſunt Bal.ibi. Statutum, quod † villa teneatur emendare damna, certe ſi vnus ruſticus ſit exemptus per priuilegium, quod reliqui tenentur emendare totum dānum, ac ſi ipſe exemptus non eſſet in rerum natura. quo ad hoc enim non computatur in illo corpore vel in illa vniuerſitate. ideo onus uniuerſitatis non minuitur. hoc tenet Bald. per tex.l.ab omnibus. de leg. 1. vnde non mutatur legatum certę quantitatis licet pręſtatione vnius ex heredibus eximatur, & licet perſona eximatur ab obligatione, non minuitur obligatio. & hoc in onere vniuerſorum. ſed in onere ſingulorum, quod ab initio eſt inter ſingulos diuiſum, videtur eſſe ſecus, iuxta no.C.ad.l.fal.auth.ſimiliter. Nec ob.d.l.ab omnibus, quia onus ibi non erat inter ſingulos diuiſum efficaciter ab ipſo principio, ſed pendebat in tempus mortis teſta

5 toris. Bal.ibi. Statutum, quod † villa debet emendare robariam. modo vnus de uilla fuit derobatus. vnde oportet imponi collectam pro emendatione damni. quæritur, an iſte derobatus teneatur contribuere in collecta ſiue datione, & determinatur quod ſic per tex. in l.ab hominibus. §. ſi a Titio, de leg.1. vbi perſona ſpecialiter deſignata computatur in numero generali. tam in petendo, quam in præſtando. & eſt ar. d.rex. quod ſi aliquis ciuis litigat cum communi ſuæ ciuitatis, & propterea oportet. quod ciuitas ponat collectam, & faciat expenſas, quod ipſe tenetur contribuere, tanquam ciuis, non tanquam litigator. Item eſt ar. quod ſi canonicus debet aliquid dare pro introitu canonicatus, quod ipſe poſſit ſe computare in numero, & retinere, ſicut vnus canonicus ſecundum Dy. dicit Bal. quod hoc vltimum non credit verum, quia in ordine temporis illa præſtatio. quę fit canonicis. pręcedit canonicatum ipſius pręſtantis, & non poteſt ſe computare in numero tanq̄ canonicus. Bal.in d.§.ſi a Titio.

SVMMARIVM.

1 *Vini appellatione, an veniat acetum.*

1 **Vinum.** Statu. † prohibet vinum portari extra diſtrictum, certe videtur quod non poſſit portari acetum. quia de ſimilib. idem eſt iudicium, ar.l.cū cōuenit.

Source : BIU Cujas

in ver. hæc omnia. C. de pericu. & commo. rei venditę. sed ꝯ rium est verum, quia in statutis pęnalibus, & quæ sunt contra commune. cessat interpretatio extensiua, de quo per Bal. in d. l. cum conuenit. & ibi uide.

SVMMARIVM.

1 *Statutum permittens competentem vindictam, an censeatur illicitum.*
2 *Statutum si concedat offenso competentem vindictam, an alij licebit eum iuuare.*

1 **Vindicta.** Stat. †permittens competentem vindictã non intelligitur illicitum, & propter bonum publicum est statuto permissum, sicut non intelligitur illicitum duellum, quod permittit consuetudo generalis, vt insti. de hæte. ab inte. §. per contrarium. alias de iure commu ni conuentio improba, per quam data est occasio delinquen di, non valeret, vt. ff. de fideiuss. l. si a reo. & ad hoc facit gl. l. is
2 penes. C. depositi. quam no. de quo ibi per Bal. Stat. dicit. † ꝙ offensus, possit facere competentem vindictam. nunquid alij licebit eum iuuare. & dic quod non quia istud statutum est contra naturam rationalem, ad hoc inducitur gl. l. cum fundum. ff. de vi & vi ar. quæ est optima allegatio, & vera. secundum Bald. in l. vt vim. ff. de iusti. & iure.

SVMMARIVM.

1 *Vox publica statuentium potest derogare & detrahere priuatæ voci testatorum.*

1 **Vox.** Statuta possunt†detrahere viribus, & naturæ testa mentorum, quia publica vox statuentium, potest detrahere & derogare priuatę, uoci testatorum, hoc tenet Bal. ar. l. testamento. ff. de hęre. insti. Bal. ibi.

SVMMARIVM.

1 *Statutum puniens percutientem in domo sua, an habeat locum in percutiente in domo communi.*
2 *Proprie dicitur, quod secundum quid dicitur.*
3 *Statutum puniens vulnerantem, an habeat locum in tangente tantum, & laniante pannos.*
4 *In actionibus ad uindictam, non consideratur excessus.*

1 **Vulnerare. vulnus.** Statutum, † quod vulnerans aliquem in domo percussi, amputetur ei manus, nunquid si uulnerauit in domo communi. amputetur ei manus. Bal. tenet quod si est communis cum ipso percussore, non est pœna manus. ar. ff. de excu. tu. l. sed & milites ver. coæqualitas. sed si est commu
2 nis cum tertio, tunc est pœna manus, quia propriè † dicitur, quod secundum quid dicitur Ad hoc. ff. de leg. 1. l. serui electione. §. cum fundus. Licet faciat ar. in contrarium Bal. in l. 1. C. qui testa. face. pos. in fi. Statutum quod vulnerans aliquẽ id domo percussi, &c. nunquid uulnerans in domo commu ni disciplinatorum sancti Francisci teneatur uigore. d. stat u. in pœna manus, tenet quod non, quia est communis, ut uni uersis, non ut singulis ut. l. sicut. quod cuiusque uniuer. nomi. & de rerũ diui. l. in tantum. §. uniuersitatis. Bal. in l. 1. C. qui te
3 stament. facere possunt. Statutum. quod si †quis uulnerauerit aliquem, puniatur in centum lib. certe si dederit aliquis alicui de ense. ita, quod laniauerit pannos, nõ tamen carnes, non includit pœnam statuti. arg. l. si quis in graui. §. si quis tabulas. ff. ad silla. ubi p œna constitutionis, quæ est pœna iuris & de iure requirit factũ consummatum. pro hoc est. ff. quod quisque iuris. l. 1. §. hæc autem uerba Item est ar. ad constitu tionem episcopi, quę est, quod quicunque aperuerit literas, alterius. sit excommunicatus. Modo quidam trahit illam chartulam, quæ literam claudit. non tamen aperit, nec legit an sit excommunicatus, & uidetur non, per. d. §. si quis tabulas. secundum Bal. in dicto §. si quis tabulas. Statutum dicit quod de simplici uulnere est pœna centum. si aũt fiat in domo pcusi uel de nocte, uel in festo, uel in facie, uel in platea condemnetur pœna manus, domo quidam fuit inquisitus de simplici uulnere, de quo erat pœna centum, & condemnatus soluit centum postea accusatur cum qualitate adiecta quæ facit pœnam personalem, & condemnatur, nũquid poterit repetere illa centum. & dicit Bal. uos non potestis allegare. quod sit magis propria gl. quam sit gl. in l. quod diximus. ff. quod metus cau. in §. quod si uero. si autem utraque pœna esset pecuniaria, prima condemnatio computaretur. in secundam, ut. ff. de transac. l. & post rem. §. 1. sicut & bannum computatur in comdemnatione, ar. illius. & hoc secun dum illos, qui tenent, quod ratione additæ qualitatis possit de nouo contra condemnatum de simplici facto agi, quod tenet Bart. in l. senatus. ff. de acc. Iac. but. consuluit oppositum, quia agitur ad uindictam. & pœna minor tollit maiorem. ut, ff. de iniu. l. quod senatus, & dicit Bald. quod collegium ciuitatis Perusij consuluit illo anno, secundum opi. Bar. & male. Bal. in d. l. ꝙ diximus. §. si uero. ff. ꝙ metus. cau.
4 Stat. † dicit, ꝙ de simplici uulnere sit pœna centum, si autem sit cum qualitate tpis, loci. uel personæ. sit pęna dupli. mõ ꝙ dam est condenatus in minori quãtitate, qũo dẽret cõdẽnari, pp qualitatem omissam, modo quæritur, an possit condẽnari & accusari in illo pluri, hoc sæpe contingit, qñ in actione prima est etiam omissa qualitas, quæ postea repetitur in secunda, quæ habet aggrauare delictum, & pęnam, & tenuit Bar. ꝙ sic. ff. de accus. l. senatus. Alij dicunt ꝯrium, dicentes, ꝙ gl. in l. & ita de facto §. nouissime. quæ allegatur per Bart. & pro opinione eius non debet intelligi in actionib. ad uindictam, quia ibi non consideratur excessus, ut ff. de iniur. l. quod senatus. Item, nec qualitas põt addi, nisi pendente iudi cio, cum ueniat incidenter, non per se, ut ff. de noxali. l. in de lictis. §. si detracta. Item, quia de delicto eiusdẽ hominis non non est sępius disputandum. siue sit condemnatus, siue absolutus, ut ff. nau. cau. sta. licet. §. fundũ cũ oĩa iudicia crĩnalia sunt ad uindictam, sequitur ꝙ denuo procedi nõ potest nec eadem. l. nec diuersa a prima intentata, facit ꝙ no. in l. 1. §. 1. ff. de calum. ppea si posset denuo agi, ergo posset absolui, sicut condemnari, & sic teneret snĩa contraria primæ, & præiudicaretur fisco in prima condemnatione. contra. l. prima. cum ibi notatis. C. quando prouo. non est necess. & ideo Iac. Bu. consuluit pro parte secunda, scilicet, ꝙ post sententrsam etiam condemnatoriam non possit formari noua accusatio ratione qualitatis omissæ in primo iudicio, & adiunctæ postea in secundo, & est consilium istud ualde elegans & anno præterito fuit hæc quæstio Asisij de facto, collegium ciuitatis Perusij consuluit licet in discordia,, quod procederet accusatio secunda, & forte male, & adde quod no. instit. si qua pau. fe. di. in fi. Bal. in d. §. nouissime.

SVMMARIVM.

1 *Statutum. quod vltimæ voluntates valeant cum duobus testib. & habeant vim testamenti, etiam quo ad hæradis institutionem.*
2 *Voluntatem vltimam condentibus salubre consilium.*
3 *Statutum faciens mentionem dr vltima voluntate, non porrigitur ad donationem causa mortis.*

1 **Vltima voluntas.** Statutum † dicit, quod ultimę uoluntates valeant cum duobus testibus, nam licet in subtili disputatione non sit te stamentum coram duobus testibus, erit tamen ultima uolũ tas innominata habens uim testamenti, etiam quo ad hære dis institutionem, arg. gl. in l. licet inter priuatos. C. de pact. Hoc dico, quia statutum non facit expressam mentionem de testamento, certe ego non curo de nomine, ex quo effectum habeo, dicit Bal. in d. l. licet. C. de pac. Stat. ꝙ qui uolũt
2 vltimam voluntatem condere in secreto, non per manus tabellionis, scribant, & ponant eam in sacristia omnium coram septem testibus, & tũc habeatur pro publica scriptura, alias non tenet, secundum Iac. But. ꝙ tanta solennitas requiratur, si uolunt codicillari in secreto Bal. tamen dicit, ꝙ non trahitur hoc ad donationem causa mortis, quia non est mere ultima uoluntas, & ideo notabilis est litera in l. hac cõ sultissima. C. qui testam. face. pos. ubi merito posuit uerbum in codicillis, ut restringeret se ad ultimam uoluntatem sim pliciter, Bald, in d. l hac consultrissima. C. qui testam. fa. poss.
3 Statutum † faciens mentionem de ultima uoluntate, non porrigitur ad donationem causa mortis, quia magis accedit contractui, quam ultimæ voluntati, ut l. 2. de dote prælegata, secus in edicto prætoris, quod loquitur de ulrima uoluntate, quia porrigitur ad donationem casa mortis secundum Bal. in l. quæ sub conditione. ff. de condi. insti.

SVMMARIVM.

1 *Statto dictante, quod duæ partes consilij, possunt facere quod totum commune potest, minor pars aliquid facit in eo quod est commune vt vniuersis seu collegiatis, postea ratificant tot, quot faciant maiorem partem, an valeat factum.*
2 *Vniuersitatis certa pars statutum facere potest, & syndicum creare anciannum habere per se, & certa alia per se.*

1 **Vniuersitas.** Stat. est, † ꝙ duæ partes consilij possunt facere, quod totum commune potest. modo pone quod in eo, quod est commune ut uniuer sis seu collegiatis, minor pars aliquid faciat, postea ratificẽt tot, ꝙ faciant maiorem partem, nunquid valeat, dic quod non, quia a principio peccauit in forma, & fuit nullum ipso iure, nam minor pars non habet formam uniuersitatis, de hoc habes tex. in c. in causis, extra de elec. & adde quod not. Inn. in c. cum omnes. de const. & arch 31. di. c. Vicenna. & 12. di. c. illud & 7. q. 1. c. factum per eundem. Item est ratio, quia ista tatificatio non est collegiatis, sicut requiritur, quia quod fiat collegiabiliter, est de forma actus. facit extra de ele. c. in genesi. Item qñ plures sunt collegiati in officio, & maior pars facit aliquid ꝯ naturam officij, uel præter, quicquid sit de illo actu, quantum ad ualentiam actus, tamen non obligantur non consentientes, ut l. 1. ff. de magistratibus conueniendis, & ibi per Iac. Bartol. ff. de ser. rus. præ. l. per fundum.
2 Statutum habere & facere†põt certa pars vniuersitatis syndicum

Source : BIU Cujas

dicum creare,& ancianum habere per se, & certa alia per, se,de per,se,ar.l.testatrix.§.plures. si serui. ven. & dicit Bal.ꝙ tunc erat de facto in castro fossati,quia pars intrinseca illius castri fecit vnum syndicum,& extrinseca alium, de quo per eum in d. §.si plures.

SVMMARIVM.

1 *Causa prima quæ influit in secundam,quod non potest, multo minus potest, causa secunda.*
2 *Statuta permittentia vsuras etiam in vno numo, illicita sunt.*
3 *Interpretatio iuri consona debet esse.*
4 *Mora punitur etiam de iure diuino.*
5 *Statutum vel consuetudo de vsuris præstationis contra ius commune, non valet.*
6 *Statutum si adijcit pœnam non soluentibus, an illa pœna erit vsura.*
7 *Mutuum accipiens, si promittat facere confessionem coram iudice sub certa pœna,an valeat talis, promissio.*

1 VSura Stat.alicuius†ciuitatis,puta Tuderti dicit Bald. non potest permittere vsuras, quia illud est contra salutem animę, nec potest permitti propter bonum publicum,qa inferior non potest permittere quod superior vetat i ipse Deus.& istud est no.quia imperator nō potest, ergo multo minus stat.alicuius ciuitatis, quod.n.nō potest prima causa,quę influit,in secundam,multo minus potest secūda, vnde cum populi faciant statuta authoritate principis, merito illud,quod non potest princeps, non possunt statuentes, sumpto ar.a minori causa efficientis,& sumpto alio ar.ab effectu causæ influētis,de quo per Bal.in l.cunctospopulos.C.
2 de sum.tri.Statuta.quæ†permittunt vsuras etiam in vno numo,non sunt licita. vt in ca. ex graui.de vsuris in cle.imo talia statuta sunt delenda de libris communitatis,& iudicantes secundum ipsa sunt excommunicati, vt vbi pater, & tenere contrarium,sapit hæresim,sed dubitatur,quid si fiat statutum quod pro usura nullus recipiat vltra duos denarios in mense, an statuentes sint excommunicati, & videtur ꝙ nō quia de pluri negando, videtur de duobus denarijs concedere.Contrarium est verum,quia non sumitur ae.a contrario, sensu hoc casu,quia esset contra ius.vt ibi no.facit de conditionibus inser.l.cum patrem.vbi stat.non includit contrariū
3 sensum in actu pęnali,quia,†interpretatio debet esse iuri cō sona,vt no.ff.de reg.iur. l. quotiens idem sermo & de condi. & demon.l.in his. & hæc vera in vsuris lucratiuis sed quid in vsura punitoria,quæ est ex mora[a] dicunt Pe.& Ni.de mat. ꝙ
4 †etiam de iure diuino permittitur, ꝙ mora puniatur. ff.pro socio. l.socium qui in ea. ubi gl.dicunt quod uenit ut interesse ītereſſe.n. est licitū quocunq; nomine nūcupetur, tam in damno,quam in lucro, ut no. Cy.in 3. q.in auth. *ad hæc.de* sum. trini.l. 1. & dicit Bal. dic ut ibi dixi & in l.2. & in l.cum allegas. C.de usuris de quo per eum in d.auth. ad hæc. Sta nō
5 †ualet uelconsuetudo de usuris præstandis contra ius cōe.de quo per Bald.in l.super.C.de usurris.in.4.not.ubi dicit not.in
6 uer.consuetudinis Statutum † adijcit pęnam non soluentib. an illa pœna erit usura,certe Bal.dicit in l.rogasti.§.si tibi.ff. si cer.pe.in gl. & est ratio in fin. quandoque factum additur quantitati.& tunc præsumitur usura.ut in d.gloss.quandoq; quantitas adijcitur facto uel speciei, & tunc non præsumitur usura.sed est pœna licita, ut no.per doc.in l.cum allegas C.de usuris.& dicit Bal.quod dixi in primo membro, est uerum,quando utrunque adiicitur in eadem persona. sed in pſonis diuersis,dic ut,ff.de solutio.l.qui res. §.in rationē. Quid enim dicemus,dicit Bal.de pęna.quæ apponitur in compromissis, si non soluerit secundum formam laudi, dic ut.ff.de uerborum obligationib.l. quinta.§.si fortem,quid si illla pęna adiiciatur per statutum,& hæc est quæstio principalis. de qua dicit,ut no.per Cy.C.de usuris.auth.ad hæc.in fin.sed.qd si apponitur per modum interesse,quia dicit, quod promittit nomine interesse tantum, dic ut no. Cy.ff.de ser.expor.l. si seruus.ea.in addititionibus.& facit.l.ult. ff.de prætorijs stipulationibus &addit Bal.quid de pacto,quod apponitur quo
7 tidie in instrumentis†quia ille qui accipit mutuum,promittit facere confessionem coram iudice sub certa pœna, utrū, ualet ista promissio. dicit Iac. quod sic, quia istud pactum non apponitur tanquam adiectio sortis, sed ad cautionem & faciliorem executionem, sicut pactum de dando pignora uel fideiussiones, ut.ff.de consti.pecu.l.qui autem.§.hactenus.in fi.dicit Bal.ego confiteor, quod tenet pactū de faciendo confessionem uel recognitionem debiti, non tamen tenet adiectio pęnę in mutuo.quia est adiectio sortis in fraudē usurarum. ut no. Cyn. de uerb.obl.si pœna, & C.de usuris.l. cum allegas.per Cy.ſm Ray.de forli Bal.in §.si tibi.quod no. Stat.dicit,quod usurę restituantur. modo quidam mercator sic dixit, si tu uis modo soluere pretium. habeas pro. si hinc ad annum,habeas pro xj.cannam panni. nūquid illud quod adijcitur ratione temporis,sit usura? & si esset usura, esset tolerabilis.certe.l.Iulia.§.ex vādito.est ar.ꝙ nō sit usura.ꝙ quo facit.ff. de in diem.adi.l.4.§.fi.& licet esset usura,esset tolerabilis post traditionem,ꝙ non affirmo, dicit Bal. imo est valde dubitandum, ne quasi omnes mercatores sint usurarij. Bal.in d.§.ex vendito.de actio.empt.ff. vbi dicit,ꝙ ēt de iure diuino toleratur talis usura, quia non est mera usura,sed quædam compensatio alterius utilitatis. simile extra de usur. c. salubriter.de quo plene per Bal. in d.§.ex vendito.

ADDITIO.

a ¶Quæ est ex mora. Nota quod mara facit usuras currere in specu.de iudi.§.2. uer.porro.l.lecta & ibi Bar.ff.si cer.pet.quod est uerum in contractibus bonæ fidei Bar.in l.Lucius de po.sed contra tamen in l.eum.§.si pupillus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum vnum non determinat, & omittit,an casus omissus determinandus sit secundum aliud statutum determinans.*
2 *Statuto disponente,ꝙ descendentes rebellium, sint rebelles, vsq; in tertiam generationem, istud verbum,vsque, ponitur exclusiue, nec continet tertiam generationem.*
3 *Terminus, duplex est.*
Vsque, verbum in materia odiosa, non includit.

1 VSque, Statutum † vnum non determinat & omittit,modo quæritur,an casus omissus sit determinandus secundum aliud statutum determinans, & certe sic.facit.ff.de coniun.cum emanci. libe. l.nihil & ff. sol.mat. l.si vero.§.de viro.& vide an dictio,vsque,ponatur inclusiue vel exclusiue,& dicit ꝙ aut dispositio statuti vel legis nō est in contrarium,& tunc aut sumus in fauore, & includit, vt l. a caligato.C.de nupt. aut in odio,& tunc,quia odia in dubio debent restringi,non includit, argumē. l.cum quidam.ff.de libe.& posth. & quod no in l.idest vsq;. de dolo. & secūdum hoc facit ad quæstionem statuti, dicit statutum,ꝙ filij rebellium a minore vsque ad maiorem debeant expelli de ciuitate. modo quidam rebellis habebat quatuor filios, maiorem & minorem, & duos inter medios.nam secundum doctrinam Cyn.cum hic agatur de odio,non includeretur nec maior,nec minor,sed illi medij. quod falsum, & contra.d.l. a calicato.& contra mentem loquentis,ad quam semper recurrendum est, & videtur plene de dicta dictione, vsque, in
2 l.a caligato.C.de nup.Bal.in d.l.a caligato. Sta.†dictat,quod descendentes rebellium,sint rebelles vsque in tertiam generationem. istud vetbum ponitur exclusiue, & non continet tertiam generationem. Ratio est, quia agitur de odio irrationabili, & de crudelitate, quæ debet restringi & non ampliari. ꝙ dicit Bald.credo verum,licet qñque reperiamus,& ēt qñq; in pœnalib. ponatur inclusiue, vt ff.de extraor.cri.l. saccularij.§.sunt quædam. & ibi per Iaco.sed ibi odio delinquentium,ut in exemplo proposito loquitur,quo ad non delinquentes,& vt pateat aliquid de illa dictione, vsque, dicit Bal. in l.meminisse.de officio proconsu. quod secundū Gui. quandoque ponitur respectiue ad aliud, qñque ponitur supte, vt si dicatur a tali die, vsque ad talem diem, & tunc includit,si potest includere.secus si ratio non patitur,quod includat. Exemplum,dicit iudex do tibi dilationem vsque ad octo dies ad probandum. si quidem octaua dies non est feriata,tunc includit,quia potest actus exerceri a die.si autem est feriata,tunc non includit,quia nec potest includere.Probantur illa.ff.de successio.edi.l. 1.§.quib.& ext.de dolo,& cō tu.c.cum dilecti.Adde quod no.in c.si gratiose.de rescr.li.6. per Arch.in Specu.de dilatio. §. 1.vers.sed pone index.ita facit.C.de temp.app.l. 2.in fi. Quandoque ponitur super loco. Exemplum,vendo tibi vsque ad talem arborem, vel usq; ad talem domum,& tūc dicit Guil. quod est duplex terminus.
3 † est terminus terminans,& terminus terminatus.verba fuerunt Guil.C.de euict.l.si fines agri.Terminus terminatus includitur,quia est terminus intrinsecus. Terminus terminās nō includitur,quia est terminus extra rem. Dicit ergo ꝑsiderandum qualis est iste terminus,vtrum accidens rei,tūc ponitur inclusiue.an non accidens rei,tunc ponitur exclusiue, ſm cum.Idem tenet Arch.qui dicit,quod super hoc fuit valde ordinaria quæstio in Lōbardia in ratione fluminū duarum diecesecum sicut ipse ponit x.alias iij.q.j.ecclesias.ubi dicit,quod si tales sunt fines, qui secundum sui naturam accedere possunt,dictio, vsque,appposita super istis finibus,ponit inclusiue. Si non possunt accedere vt viæ publicæ fundis priuatorum,tunc ponitur exclusiue.Vnde si vendo fundum usque ad uiam publicam,non uendo propterea viam. facit.ff. de acq.re.do.l.maritus. ſm cum. Interdum ista dictio,vsq;, ponitur super gradu. Exemplum, concedo tibi fundum in emphiteosim vsque ad decimam gñationē. nā ipsa decima gñatio continet.& sic ponitur inclusiue, in auth. de nō alie. §.emphyteosim.hoc tamē est verum,si natura cōtractus patitur.nam ſm naturam ꝙtractus verba sunt intelligēda.ver-

Source : BIU Cujas

bi gratia, ecclesia quę non potest concedere, nisi vsq; ad tertiam generationem finitam, si dicit, concedo vsque ad quartam generationem, nam ponit tunc excluſiuè. quia ratio nō patitur quod includat, arg d.§.emphyteoſim. facit in ratione ſui. ff. de dam. infec. l. damni, & quod ibi per. Ia. d. Cy. dicit C. de nup. l. a caligato. & no. ff. de dolo. l. idem vſque, quod in materia odioſa iſta dictio; vſque, non includit. & ponit exēplum. quod poniturin prin. de ſtatuto. quarto modo ponitur iſta dictio, vſque, ſuper numero, exemplum. ff. quando di. le. ce. l. ſi cum præfinitione. tunc dicit Gull. quod ponitur finiti uè, niſi ſit diuerſa ratio, ſecundum eum. Bal. dicit. ſicut in prę cedentib. quod ſi agitur de obligatione vitanda, ponitur in cluſiue. Exemplum permittitur alicui, quod non obſt. deuero poſſit extrahere vſque, ad numerum. 20. ſalmarum frumēti, tunc includit. ſecus. ſi agitur de odio. Exemplum, quod illi qui ſunt de domo confinatorum, intelligantur eſſe confinati vſque ad numerum trium, quia dico quod non continebuntur tres, ſed duo, quia ponitur excluſiuè. & adde. quod dicit Iac. de Are. in ſimili. in l. 1. de manumiſ. vbi videas Bal. in l. l. meminiſſe. ff. de off. proconſul.

SVMMARIVM.

2 *Vxores viduę, ſolutæ ſunt lege viri, & infamia, & onere eis incumbenti nomine viri.*

2 *Dolus ſubintelligitur in lege vel ſtat. etiam ſi in eis non fiat mentio de dolo.*

3 *Statutum quod vxores rebellium non poſſunt ſtare in ciuitate. intelligitur quandiu maritus viuit.*

4 *Effectus finitur, cauſa finita.*

1 VXOR. Statutum † quod vxores rebellium ppetuo ſunt, bannitę. ſtatim cum ſint viduę, poſſunt ſtare in ciuitate. vt. ff. de le. 2. l. Titio Scio. §. vſuras. Bald. in l. voluntas.
2 de fideicommiſ. Stat. † dicit, quod vxores rebellium debent ſtare extra ciuitatem viuente marito, certe videtur quod ſecus poſtea. nam ſi priuilegium morte mariti finitur, vt l. ſi quando. C. de iniur. & l. fin. C. de priuileg. ſco. & l. 2. C. de epi. & cle. multomagis odium. de quo habes in l. Titio ſeio texeram. §. 1. de legat. 2. & ff. de poſthul. l. cui eorum. §. affinitatis Bal. in d. l. ſi quando. C de iniu. Statutum Peruſinum, eſt contra vores amouentes vel celantes, intelligitur etiam, ſi paruam rem amouerint, quia propter paruum maleficium perditur magnum beneficium. quod tamen intellige, ſi dolo fe
3 cerint. nam licet † lex vel ſtatutum non faciat mentionem doli, tamen ſubintelligitur dolus, quod eſt notabile, de quo plene per Bar. in l. 1. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſſue. Pœna ergo priuationis beneficij, non debet alicui infligi, niſi propter dolum. & addit, quod lex, ſi ſeruum. ff. de acq. hær. ver. amouere. eſt arg. pro vxore ſecum exportante veſtimenta ſibi facta a marito, vt præſumatur magis imperitia, quam dolus in ipſa. Bald. in d. l. ſi ſeruum. Statutum quod vxores rebellium non poſſunt ſtare in ciuitate, intelligitur quandiu maritus viuit. ſic. ff. de leg. 3. l. Titia. §. vſuras. & ibi per Iaco. hoc
4 dixit Bal. in l. omni fere. ff. de adop. ubi † finita cauſa, finitur effectus, quod reuocata origine reuocantur ea, quæ pendent ex origine. facit. C. de lati. li. tol. l. 1. in prin. Bald. in d. l. in omni fere. ff. de adoptionibus.

Finis Commentariorum Baldi ſuper Statutis.

REGV-

Source : BIU Cujas

REGVLAE GENERALES STATVTORVM,

Per Dominum Baldum.

STatutum dictans id quod ius cõe, an aliquid operetur? per Bal. in l. 1. C. de ser. reip. & per Barto. ad l. Falc. l. 1.

Stat. procedit annullando, & nõ tradendo modum annullandi, si facit actum ipso iure nullum, sed dẽt peti vt annulletur, per Bal. in certa ratione. C. quan. prouo. non est necess.

Statutum trahitur ad ius cõe, non solum ne quis puniatur indebitè, vt l. 2. C. de noxa. sed etiam, ne quis perdat legis beneficium, per Bal. in l. ab executione. C. quo. app. non reci.

Stat. in quo vna ratio sola reddi potest, illa habetur pro expressa vt est gl. in l. quamuis. C. de fideic. Nec est interpretatio extensiua, sed intensiua, secundum Bal. in d. l. quamuis.

Stat. & leges probant, licet non sit dies & consul. in eis, quia appositio tpis nõ est de substãtia legis, & sta. nec recipiunt ꝓbõnẽ in ꝯrium. ſm Bal. in 1. ꝑit. C. quæ inci. hic q̃ necessario Bal.

Stat. ꝙ dat certam formam testãdi mulierib. vel minorib. omissa illa forma, non oriẽ obło nãlis, ſm Bal. in l. fi C. de iu. & fac.

Stat. per quod tolluntur feriæ in honorem Dei, valet per Bal. in l. quadraginta. C. de fer. ar. gl. illius legis.

Stat. remouentia exceptiones, intelliguntur remouere ius commune, per Bal. in l. 1. C. de cond. indeb.

Stat. generalis rõ iuris cõmunis trahit se ẽt ad statuta. Bald. in l. ea quæ. C. de cond. inde. & per Bar. in dispu. per Italiam & pro materia illius disputationis, vide Bal. in d. l. ea quæ.

Stat. ciuitatis nunquam interpretantur contra rempubl. secundum Ia. de Are. in l. peculium. §. si est. de pecul. lega. per Bal. in l. 2. C. an seruus ex suo facto.

Stat. ꝙ al iq̃is habeatur pro confesso, intelligitur si debet haberi, & videbitur iudici. vnde dicit Bar. ꝙ super hoc est interloquendum, per Bal. in l. 1. C. ne ex delic. defun.

Stat. ponens certã & determinatã pœnam, circa hoc iudex non habet arbitrium limitandi, per Bal. in l. 1. C. ne ex deli. defun.

Sta. si non facit mentionẽ doli in pœnis, nõ dẽmus facere nos, q̃a non debemus glosare statuta, per Bal. in l. pignus. de pig act.

Stat. non est verisimile, ꝙ corrigat seipsum, per Bald. in l. si duo. C. per quas personas nobis acquiritur.

Stat. iuris præteriti, trahitur etiam ad lites pendentes, per Bal. in l. iubemus. C. ad Vell.

Statuta super contractu, si clericus vult vti in illo instrumento adminiculo statuti, non potest nisi obseruetur statutum, per Bal. in l. 1. de contrahen. empt.

Stat. in statutis pœnalibus exorbitantibus a iure communi, nulla fit extensio, vt no. instit. de act. §. in ista. & dixi in c. in ar. de reg. iu. per Bal. in l. 1. C. de pat. qui fil. distrax.

Statu. speciale, ꝙ statuta debeant seruari ad literam, facit ne fiat extensio, vt l. 1. in fi. de his, quę in test. delen. per Bal. in l. 2. de paqui fili. distraxerunt.

Stat. sunt semper referenda ad præsumptionem intellectus statuentium, ar. in l. de eo, quod. de dona. inter vi. & vxo. per Bal. in l. nulli. C. de senten.

Sta. æquiparantur pactis & consuetudinibus, per Bart. in l. si mater. C. ne de sta. defunc.

Stat. in statutis populi non requiritur causa motiua, sed probabilis & condigna, vt l. si priuatus. qui & a qui. per Bald. in l. rescrip. C. de preci. impe. offe.

Stat. pœnæ etiam pñt alterari, per Bal. in l. & si seuerior. C. de infa.

Stat. ciuitatis sunt de iure ciuili, sed statuta magistratuum sunt de iure prætorio. Bal. in l. 1. C. de procura.

Statu. simpliciter loquens, non debet distingui per ius commune. per Bal. in l. fi. C. in qui. cau. in integ. rest. non est necess.

Stat. hẽt excep. tollere, vt l. q̃n Alexandrũ. C. de adul. præter exceptio. innocẽtiæ, q̃ est de iure naturali, per Bal. in l. edita. in fi.

Statu. loquentia de fideiussoribus, non habent locum in eo, qui desijt, per Bal. in l. cum mandatori. C. de non num. pec.

Sta. ꝙ requirit acta & scripturas in certis contractib. exorbitat a iure communi. per Bal. in l. siue apud acta. C. de transac.

Qui possunt facere statuta, & de valore eorum.

STatutum Consules mercatorum possunt facere statuta pœnalia inter ipsos, quia habent mixtum imperium, per Bal. in l. cessante. quomodo & quando iudex.

Stat. permittens vsuras, non valet, per Bald. in l. cunctos populos de summ. tri. & fide ca.

Stat. ad materiã & quę requirantur. vide per Bal. in l. cunctos po.

Stat. an possit habilitare non subditum. per Bal. in l. cunctos pop.

Stat. an legitimet spuriũ. ꝑ Bal. in l. cunctos populos. vbi tenet, ꝙ non. sed ꝑsupposito. ꝙ valeat. an institutio trahatur ab bona extra territorium, statuentis, vide per eum in d. l. cunctos po.

Stat. ꝙ filiussa. possit testari, an valeat? tenet quod sic, sed an porrigatur testamentum factum ab eo ad bona extra territoriũ, statuentis, per Bal. in d. l. cunctos populos.

Stat. an liget exñeũ ĩ loco stat. delinquentem? in l. cunctos pop.

Stat. an obliget ciuem extra territorium delinquentem, per Bal. in l. cunctos populos.

Statu. laicorum, an sit seruandum in curia episcopi, per Bal. in l. omnes. C. de sacros. ec. & per Bar. in l. cunctos populos.

Sta. quoddam stat. est in volumine stat. qđ est contra libertatem ecclesiasticã, in fine vero libri est cła gñalis, cassans & irritans oẽ stat. ꝯ libertatẽ ecclesiæ, an statuẽtes vitent pœnã authenti cæ. cassa & irrita. Bar. tenet quòd non. & idem Bal. in d. auth.

Stat. possunt facere collegia approbata de his, quæ pertinent ad eorum iurisdictionem, secundum Bal. in l. per iniquum. C. de iurisdictione iudi. & per Bar. ibidem.

Stat. si delinquitur in territorijs statuentis, debet seruari consuetudo & stat. non ius commune, vt l. 1. C. vbi sena. vel clarissimi.

Stat. ꝙ nullus recipiat vltra duos denarios pro libra in mense, an statuentes sint excõicati, vñ ꝙ sic, quia videntur de tanto concedere, contrarium est veritas ꝑ Bal. in auth. ad hęc. de vsuris.

Stat. de præstandis vsuris contra ius commune, non valet, nec consuetudo, per Bal. in l. antepe. C. de vsuris.

Stat. facere, est iurisdictionis, secundum Bar. in l. omnes populi. per Bal. in l. nulli. C. de sen.

Stat. potest transferre dominium & possessionem, & ita consuetudo, per Bal. in l. traditionibus. de pactis.

Stat. nõ valet, ꝙ spurius patri succedat. & ita est communis opi. ſm Bal. in l. 1. C. de iur. an. aureo, de quo vide per Bar. in l. Gallus. §. quidam rectè. de lib. & posth. & ibidem per Bal.

Stat. ptãs ciuitatis non põt facere, licet proponat sua banna. de quo per Bal. in rub. C. qui admit. ad bo. pos. in prin.

Stat. ꝙ vir lucrẽt tertiã partẽ dotis ꝑ secundas nuptias. illud lucrum non perdit, quia vir non consequitur hoc ab uxo. Bald. in l. fi. C. de bo. mater.

Statuta diuersorum casuum per Bald.

STatutum ꝙ scholares oẽs dẽnt haberi pro originarijs ciuib. per hoc non est sublatum eis beneficium auth. habita. per Bar. in l. 1. §. si emancipatus. de contratab. per Bal. in l. si ex lege. de condi. ob. cau.

Stat. ꝙ fęneratores qui veniunt ad ciuitatẽ, tractent ꝑ ciuib. mutuando sub paruis vsuris, puta pro duob. denarijs Florenũ. de hoc stat. per Bal. in auth sed omnino. C. ne uxor pro marito.

Stat. ꝙ scholares forẽses habeantur in omnib. pro ciuibus, an habeant priuilegia? auth. habita. per Bal. in auth. habita.

Stat. quod Florentini habeantur ꝑ Perusinis, qualiter intelligatur an ſm veritatẽ, an ſm fictionẽ sint ciues? per Bal. in l. siue possidetis. C. de proba. & l. pignus, C. de pig. acti.

Stat. ꝙ qui fuit assessor hic, non possit hinc ad quinquennium residere, nunquid potestas poterit hunc retinere sub nomine consiliarij? vide Bal. in l. nemini. C. de aduo. diuer. iudi.

Stat. licet determinatè loquatur, tamen officialis potest aliquando facere bannum magis durum, quam in statuto contineatur, & etiam post stat. etiam ecõtra, si eidem officiali iusta causa videbitur. hoc infert Bal. in rub. qui admit. ad bo. pos.

Statuta contractuum, & primo de consensu, authoritate, licentia, & præsentia interueniendis.

STatutum ꝙ minor non possit contrahere sine consensu duorum propinquorum ex parte patris, si sint, & si non sunt, adhibeantur ex parte matris, ex parte patris non est nisi vnus, an iste unus, cum vno alio ex parte matris, debeat consentire? per Bal. in l. Stichus, qui meus erit. per Bal. in l. coniunctione. C. de nup.

Stat. quod mulier non contrahat sine consensu duorum propinquorum consanguineorum, tenet, quod non possit adire hęreditatem, quia adeundo se obligat, vt insti. de autor. tu. §. neq;. per Bar. in l. eum, cui lege. de acqui. hære. circa. prin.

Stat. quod filius non possit se obligare sine consensu patris, aliud quod omnes causę debeant compromitti. an filius possit compromittere sine consensu patris. Bal. quod sic, in l. fi. §. necessitatem. de bonis quæ libe.

Stat. quod filius non possit se obligare sine consensu patris, &c. an poterit offerre bona sua ecclesiæ sine dicto consensu? Bal. quod sic, in l. generali. C. de sacros. eccle.

Source : BIU Cujas

Regulæ generales Stat. per Bal.

Statutum, ꝙ filius non possit ꝯhere sine expressa licentia patris, filius vendidit mihi rem, diu possedi sciente & tacente patre, an valeat alienatio. tenet ꝙ sic, Bal. in l. si filius. de peti. her.

Stat. quod mulieres non possunt ꝯtrahere sine consensu propin quorū, talis consensus non est immediata causa transferendi dñium, sed habilitandi, per Bal. in l. mater tua. de rei ven. in fi.

Stat. ꝙ filius non possit se obligare sine licentia patris. mō pater & filius se obligant in eodē instr̄o, an eo ipso videatur data licentia filio. dicit Bar. ꝙ sic, de leg. 2. l. cum pater. §. libertis.

Stat. ꝙ mulier non possit vendere vel testari sine authoritate cō sanguineorum. & consanguinei nolunt præstare authoritatem, & expedit mulieri maxime testm̄, an poterit hoc facere cum iudicis authoritate. Bar. ꝙ sic. ff. so. ma. l. si cum dotē. §. eo autem tempore. per Bal. in rubr. C. de contrahen. emp.

Stat. ꝙ in contractibus minorum requiritur consensus propinquorum, ēt cum iuramento renuntiari non pōt, per Bal. in l. si quis pro eo. de fideiuss. & per Bal. in l. 2. C. de rescin. ven.

Stat. ꝙ pupillus non possit ꝯhere sine consensu propinquorum, tenet ꝙ si sit sibi vtilis contractus, ꝙ consanguinei seu propinqui coganṫ per iudicem consentire, per Bal. in l. 1. C. de nu.

Stat. ꝙ prohibet mulierem ꝯhere sine ꝯsensu propinquorū, intell'r ēt ꝓhibere oēm ꝙuentionē, ēt ad liberandū. renūtiatio aūt simplex non intell' prohibita, ſm Bal. in rub. de pac. C. Itē simplex consensus non est prohibitus, secundum eum, ibidē.

Stat. quod mulieres & minotes non possint contrahere sine præsentia consanguineorum, fit ad tollendum suspitionem, secundum Bal. in l. transactionem. C. de transac.

Stat. quod minor non possit alienare nisi interſit vnus cōsanguineus, q̄ sit bonæ famæ. & ꝯsangui. fuit fēnerator, an teneat ꝯctus. Bar. qđ sic. Bal. qđ nō, in l. improbū fœnus. C. de infamib.

Stat. ꝙ alienatio minoris non valet, sine decreto, non obstante iuramento, per Bal. in auth. sacramenta pub. an valeat.

Stat. quod ꝯctus cū minore sine authoritate tutoris nō valeat, ēt si iurauerit, si facit donationem cum authoritate tuto. & ēt cum iuramento, an valet talis donatio. per Bal. in l. 1. C. si adu. do. quod no. ad puellas remittentes fratrib.

Statu. quod minor non possit aliquam venditionem facere sine consensu consanguineorum proximorum, ēt si iurauerit, an poterit vendenti consentire. Bal. quod non in l. 2. si aduer. do.

Stat. quod non loquitur de vēditione, sed de alienatione, an possit sine consensu. tenet indistincte, qđ non, in l. 2. si aduer. don.

Stat. quod mulier uel minor non pōt ꝯhere sine consensu ꝓpin pinquorū cōsanguineorū, quidā in proximiori gradu est furiosus, certe dēt admitti sequens in gradu idoneus, vt l. 3. de adul. ar. illius. facit, q̄a semper stat. recipit extensionem & interpretationē idoneitatis. l. vt gradatim. de mune. & ho. Quid si nullum hēt consanguineum, forte curator est dandus. ff. de solu. l. si filio furiosi. & vide l. cū hęres. de acq. her. & l. si nepos. de ritu nup. & l. si cum dotem. §. non solum. sol. matr.

Statuta super gabellis, per D. Bal.

Statutum quod de quolibet debito, de quo fit instrm, debeat solui gabella si sit de debito apodissa an debeat solui gabella. per Bar. in l. 1. de iur. cal.

Stat. ꝙ miserabiles personæ non soluant gabellam de lega. & fideicom. quę sint miserabiles personæ. Bar. quod est standum arbitrio boni viri. per Bal. in l. 1. C. quan. impera. inter pu. & vi.

Statut. quod de quolibet debito soluatur gabella, nec dicit per quem, an debeat solui per debitorē, an per creditorē. certe ille, qui habet cōmodum, sentiat onus. per Bal. in ru. de re. cre.

Stat. quod gabella non soluta, sit ꝯctus nullus ipso iure. pone qđ neuter contrahentium soluit, venditor possess. transtulit, an poterit dicere contractum nullum. per Bald. in l. acceptam de vsur. & l. cum mulier. sol. mat.

Stat. ꝙ de oīb. ꝯctib. soluaṫ gabella, pr̄eterq̄ de ꝯctu depositi. pone ꝙ deposui penes te cētu pacto appposito, ꝙ vadas ꝓ me Romā. an de isto pacto dēat solui gabella. certe nō, q̄a magis est informatio primi ꝯctus, q̄ nouus ꝯctus, per Bal. in rubr. C. dep.

Stat. quod non soluta gabella non audiatur, si soluitur pendente iudicio iudicium, & instantia, & obligatio & condemnatio sequitur per Bal. in l. per diuersas. C. man.

Stat. si pelliparius vendat pellipario pelles, non soluatur gabella, si aūt alijs, soluat. mō creditor pelliparij vēdit pellipario ex pacto, ꝙ debeat solui gabella. vide ꝓ Bal. in l. 1. C. si ser. exte.

Sta. quod de quolibet ꝯctu facto Perusij soluatur gabella. modo duo Perusini ne soluerent gabellam, contraxerunt Assij, solutione tamen collata, Perusij, an debeat solui gabella. per l. cōtraxisse. Bal. determinat quod sic per multa iura in l. multum interest. C. si quis alte. vel sibi.

Stat. ꝙ de ꝯctib. soluatur gabella, an inspiciatur locus ꝯctus, vel solutionis destinatæ. quo ad gabellam Bal. in l. 1. C. vbi conueniatur. qui cer. lo. dare promi. & ff. de eo, quod cer. loc. l. 1.

Stat. ꝙde quolibet ꝯctu soluatur gabella. ꝯ. x. dies, alias ꝯractus sit nullus. vendidi tibi rem. neuter nostrum soluit gabellam. ego repeto rem quia tu nō soluisti, tu replicare vis, ꝙ nec eg solui. quid iuris. vide per Bal. in l. cum mulier. ff. so. ma.

Stat. ꝙ de contractu debeat solui, gabella, aliter non valeat. certe valet etiam si non soluatur gabella, sed obstat exceptio, secundum Bal. in l. vniuersas. C. de preci. impe. offe. nisi sta. vltra procedat dicendo, quod ipso iure non valeat.

Stat. quod ante porrectam accusationem debeat solui gabella, alias non valeat, certe isto casu ipso iure non valet, nisi soluatur gabella, quia ista forma requiritur ante factum. per Bal. in l. vniuersas. C. de preci. impe. offe.

Stat. quod soluatur decimum de causa, nō dēt solui de illa, ī qua pōt obijci exceptio litis finitæ, per Bal. in l fratres, de transact.

Stat. de soluendis gabellis de contractibus, licet non includat simplicem refutationem, includit tamen transactonem. ꝓper Bal. in l. si donationis. C. quod me. cau.

Stat. ꝙ debeat solui decimum ad rationem duorum solido. pro libra eius. quod petitur, vtrum si petatur fundus vel domus, debeat solui decimū. & vr̄ ꝙ non quia', nō petitur quantitas, ꝯrium est verum, ꝙa quātitas extimationis, semper rei inest. ita no. gl. auth. generaliter. C. de epi. & cle. & probatur. ff. de fideicom. l. si ita fideiussorem accepero, Bal. in d. auth. gñaliter.

Stat. de soluendis gabellis. licet reus nolit opponere defensionē stat. poterit tm̄ fideiussor. per Bal. de fideiuss. mino. l. vt ea, quæ.

Stat. ꝙ non valeat snīa, si non est soluta gabella. 6. den. pro lib. q̄dam fuit mihi condemnatus in centum, solui gabellam ꝓ qn quaginta, certe nō valebit snīa etiam in alijs quinquagita. de quibus est soluta per Bal. in l. 1. C. si aduer. rem iudica.

Statuta loquentia de dote, per D. Bal.

Statuta de dote. ꝙ vir dēat lucrari certam partem dotis, an debeant computari relicta ab vxore in ista dote. ꝓ Bald. in l. quoniam in prioribus. de inofficioso testamento. & plenius in auth. pr̄eterea. C. vnde vir & vx. vbi tenet, ꝙ non.

Stat. disponens de lucrando dotem oportet quod sit verus casus in statuto comprehensus. vt habeat locum stat. vt. l. si vero. §. de viro solu. ma. per Bald. in l. 1. de condi. ob. cau. Vide Bald. in l. Deo nobis. de epi. & cle. & vide in l. non sine. C. de bo. quę libe. vide Bar. in l. nihil. re. ama.

Stat. quod vir debeat lucrari dotem, an intelligatur cum pr̄iudicio filiorū primi matrimonij. per Bal. in l. ea lege deꝯd. ob cau.

Stat. si ex forma statu. mandatur instrumentum dotis executioni in priuilegium dotis, certe & condictio ob causam, quæ cō petit pro dote, ꝙ est no. ſm Bal. in l. 1. in fi. de cond. ob cau.

Stat. ꝙ vir debeat lucrari tertiam partem dotis si mulier est minor. nō tamen datur restitutio contra stat. l. si sine. §. Lucius. de admi. tu. per Bal. in l. 1. C. si aduer. dona.

Statuta contractuum diuersorum casuum.

Statutum ꝙ debitorib. confitentib. & soluētib. debitū. ꝯ. tm̄ tēpus creditori remittaṫ sibi 4. pars debiti an si soluit alij, quam ipsi creditori. de mandato tm̄ ipsius creditoris, gaudeat bñficio statuti. & ur̄ ꝙ non quia statuta sunt intelligenda vere, sed vere iste non soluit creditori, sed alij, ꝯquis longa quodammō manu videaṫ soluisse ipsi creditori, vt. l. si pecuniam. de solu. & sic est ficta solutio, ad quam fictionē nō se extēdit stat. Itē facit, ꝙa conditio debet impleri vere, vt. l. hę redi. & l. minus. de cond. & demō. & tm̄ pōt impleri in alterius, persona, vt. d. l. hære. & l. cum ita datur ergo &c. vide circa pr̄e dicta. l. Arethusa, de sta. ho. & l. fi. de excu. tu. In ꝯriū facit. l. pr̄ in prouincia. de ma. vi. & l. si is, qui bonis. de ac hære. & qđ no. in l. institutio talis. de cond. insti. cum si. vide Bald. in l. vnica. §. non aūt. de cadu. tol. & l. dedit dotē. de codicil. & vr̄ dicendū ꝙ stat. vendicet sibi locū. nā mēs statuti tendit ad effectū, hoc est, vt creditori satisfiat. sed non minus dr̄ satisfactū creditori cū soluit ei, cui ipse solui voluit, quā qn̄ sibi. sufficit. n. ꝙ sit impletū desideriū suū, vt. l. 1. qui satisda. cogan. & l. si res. §. omnes de pig. actio. cū si. & rndet, cū dr̄ ꝙ statuta sunt vere ītelligēda cōcedo, dū dr̄, ꝙ isti creditori videaṫ ficte solutum. nego hoc, imo vere. Quod sic probo. non est dubitandum, ꝙ cōditio est implenda formaliter & vere non ſm fictionem. l. si ita qs. §. fi. de leg. 2. l. Iulianus. el picholo. de cond. & demō. sed qn̄ conditio est coniuncta alicui in eo, qđ cōsistit in dando, pōt dari ꝓ alium, & conditio vr̄ impleta, vt. l. fi. de con. isti. ꝯ iste vr̄ facere vere, qn̄ per alium recipit. facit de cond. & demon. l. cum ita datur vbi &c. ergo stat, vendicat sibi locum in casu prædicto. Præterea, habeo tex. ꝙ q̄ facit per alium. ipse vere facit, vt. d. l. pater. de manu. vin. ergo &c. facit. c. mulieres. de sen. excō. Vel possumus dicere, ꝙ aut iste qui accepit, est procurator, aut tanquā nuntius. & si vt procurator, & tunc stat. non vendicat sibi locū, ꝙa ficte vr̄ solutū ipsi dño, nō vere. si aūt est nuntius, tūc stat. vendicat sibi locū. nā qui per nuntiū facit, ipse vere facit. & est casus in d. l. pr̄ in ꝓuincia. de manu. vin. & ista fuit opi. vera Pe. de bel. pertica. Ad solutionem ꝯrij. d. l. pater. sic pōt esse, ratio diuersitatis, ꝙa in ꝓcuratore nō est viua vox dñi, sed ficta

quo-

Source : BIU Cujas

quoniam procuratoris est principalis actus suus . sed diuersa sunt organa procuratoris ab organo dñi. Item in procuratore principiatur & radicatur actio, vt l. quæcunq; gerimus. de ac. & obl. sed in nuntio est viua vox dñi, nec principiatur, nec in ipsum radicatur, sed in persona dñi, nec dr̃ operari proprie organa sua, sed organa sui dñi. & breuiter dico, ꝙ adeo præbet nudum ministerium, tanquam pica & organum, vt l. multi. si quis alteri vel sibi & l. qui aũt. §. 1. de ꝓst. pe. no. in l. 1. de procu. ꝙ ipse dñs vere vr̃ facere, ꝙ facit per nuntiũ, nõ aũt vr̃ facere ipse nuntius, ergo stat. hẽt locũ. & adde, ꝙ dr̃ in consilio, quod inci. in q. proposita. Solũ ad hoc alle. & ꝓsulere intendo. ibi. n. dicit, ꝙ proprie & recte quis dr̃ numerare alicui, si alteri numeretur recipienti pro eo, vel eo pñte, & volente, per l. falsus. §. sed si is. de fur. ad quod facit de acq. pos. l. 3. §. si iussum.

Statu. ꝙ ecclesia teneat vẽdere oĩ anno tot possessiones, sicut in Senis, nõ valet, per Bal. in auth. hoc ius porrectũ. C. de sac. ecl.

Stat. ne prædia ex quib. resp. recipit collectam, alienentur in eũ, qui non põt cogi soluere . tunc talis alienatio non potest fieri ẽt cum vniuersitate, per Bald. in l. ea lege. de condict. ob cau.

Stat. ꝙ cum filio non possit contrahi, nisi sit mercator, pone ꝙ est mercator, sed non contrahit in illa mercantia, tenet ꝙ nõ valet contractus. Bal. in l. fi. C. ad Maced.

Stat. ꝙ filius non posit se principaliter obligare, an poterit fideiubere. tenet ꝙ sic, nisi faciat colore q̃sito. ꝑ Bal. in l. fi. ad Mac.

Statuta loquentia de fideiussoribus, nõ habent locum in eo qui desijt teneri, per Bal. in l. tam mandatori. de non nu. pec.

Sta. ꝙ doc. habeant certas corbas frumenti, quolibet anno in paschate, & est ꝓsuetudo ꝙ doc. vadant pro frumẽto ad camerã cõis. modo cũ officialis esset paratus ad soluendum, doc. distulerunt, quia sperabant caristiam, quæ superuenit, tunc tempore caristię doc. petunt frumentum, eorum est damnũ. l. nulli. C. de erro. mil. annonæ. vbi tex. & ꝑ Bal. in l. acceptã. C. de vsu.

Stat. ꝙ in venditione præferatur consors. modo consors vult dare x. duo alij volunt dare xv. certe præfertur consors, si iustum precium est decem. per Bal. in l. 2. de rescin. ven.

Statu. ꝙ pro qualibet mensura terræ soluantur x. in perpetuum quolibet anno. an hoc sit tributum. per Bal. in l. omnis. C. sine censu vel reli. per Bar. in l. rescriptum. de mune. & ho.

Stat. vbicunque prohibet contrahere, vel aliquid facere, ille aliquid faciendo super hoc iurando, non obligatur. Bart. in l. is, cui. circa fi. de ver. ob. per Bal. in l. consi. quod incipit, punctus talis est cauetur statuto communis Narneæ .

Stat. ꝙ non valeat promissio minorum. modo minor cõsentiente testatore ꝓmittit de bonis testatoris, postea succedit testõri, an teneat ista ꝓmissio. Bal. ꝙ sic. in l. fi. C. de pac. ar. illius. l.

Stat. pœna sanguinis est reducta in pœnam pecuniariam, an poterit transigi. per Bal. in l. transigere. de transac.

Stat. qđ si pœna addat facto, põt peti. secus, si datio eius consistit in pondere numero vel mensura quidam promiserunt stare laudo sub pœna. laudum continet dationẽ quãtitatis. per Bar. in l. 5. de ver. ob. sed ꝫ ipsum Bal. in l. cũ proponas. C. de dolo.

Statuta tractantia de guarentigia.

Statutum ꝙ instrumenta mandentur executioni guarentigiata, intelligitur officio iudicis, per Bal. in l. excep. C. de probationib.

Stat. in instr̃is confessionatis seu guarentigiatis, vnum scias, ꝙ si non valet principale, non tenet confessio, tex. cum si. in l. fi. C. de non. nu pe. Bal. in l. absens. circa fi. si cer. pe.

Stat. ꝙ instr̃a guarantigiæ executioni mandentur, fuit pronunciatum instr̃m exequendum, cum tamen essent oppositæ rõnabiles exceptiones, & appellatur, vtrum debeat exequi. per Bal. in l. ab executione. C. quorum appel. non reci.

Statut. ꝙ instrumentum confessionatum habeat executionem paratam. sumit fundamentum a statuto non a iure communi per Bal. in l. omnis. C. de sacros. eccle.

Stat. ꝙ instr̃a confessionata mandentur executioni, an illud obseruabitur in curia epscopi, si ibi conueniatur clericus ex suo instrumento confessionato, per Bar. in l. cunctos populos, & dicit quod sic. per Bal. in auth. cassa. C. de sacros. eccl.

Stat. ꝙ instr̃a, vbi est prœceptio guarentigię, mandentur executioni, viso instr̃o ẽt citatione non prœmissa, an habeant locum in instr̃is factis extra territorium. certe nõ. ar. eius, quod ipse dicit in l. 1. C. ne filius pro pa. Bar. in tractatu represaliarum. in q. 4. sub. 1. q. principali. Bal. in d. l. 1. C. ne filius pro pa.

Stat. ꝙ instrumenta mandentur executioni. certe tacitę stipulationes non mandentur executioni, quia id tantundem instrumẽtum, quod legi potest, Bar. in l. approbationem. C. de prob.

Stat. ꝙ contra instr̃m cõfessionatum nõ possit opponi aliqua exceptio, vel defensio, nisi solonis vel falsitatis, vel pacti, & nulla alia, an possit opponi exce. simulationis? Bar. ꝙ non in l. 1. ff. qđ vi aut clã. Bal. ꝙ sic, cum simulatio probata per præsumptionem iuris & de iure possit opponi. vt in auth. sed iam necesse. C. de dona. añ nup. Sed an simulatio sit probanda, & tũc dicit. ꝙ aut opponitur contra instrumentum & non potest cõtra rogitum notarij, vt qa notarius fuit simulando rogatus, & potest. Bal. in l. 1. plus valere quod agitur.

Stat. ꝙ ꝫ instr̃m guarãtigiatum non possit opponi, nisi exceptio simulationis, & solutionis, an poterit opponi exceptio nõ numera. pecu. Bar. & Bal. ponunt in l. si sub specie. C. de transact.

Stat. si ex forma statuti non possit opponi exceptio metus vel doli ꝫ instr̃m guarentigiatum, ille qui soluit, non vr̃ approbare instr̃m. sed vr̃ soluere, ne capiat. & ideo solutum repetit, ar. in c. debitores, de iureiu. & ẽt ſm Bar. & Bal. in l. 2. C. qđ me. cau.

Statuta circa præscriptiones, per Do. Bald.

Statuta quæ minuunt præscriptiones legales, sapiunt naturam præscriptionum, in quorum loco subrogantur. Bal. in l. in contractibus. in prin. de non nu pe.

Stat. ꝙ præscriptio longi temporis. 10. annorum, habeat locum, vbi haberet locum præscriptio. 30. annorum. talis præscriptio sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, per Bal. in l. superuacua. iu qui. cau. in inte. resti. non est necess.

Stat. ꝙ præscribatur creditori quinquennio, an idem in cessionario? certe sic, per Bal. in l. per diuersas. C. man.

Stat. statutaria prescriptio an currat minoribus, & reipublicæ? per Bal. in l. si mr̃. ne de sta. defunc. & adde. l. siue hæres. §. Lucius. de admi. tu. in d. l. si mater dicit, ꝙ vr̃ casus, ꝙ sic. sed gl. dicit, ꝙ ibi est speciale. Inn. dicit currere. sed in inte. resti. dari. qa l. vult. C. in quibus. cau. in inte. resti. non est necess. Aut non pertinet ad præscriptiones statutarias. tunc. qa nõ pertinet ad nouas leges post illam inductas, vt patet in verbo, vetera iura. A contrario sensu per tex. extra de resti. in inte. c. constitutas. tñ quia statuta municipalia equiparantur pactis, sicut consuetudo. Bar. dicit ꝙ minoribus currit, si minores tractant de lucro captando. secus, si de damno vitando. Tu dic, ꝙ aut stat. facit specialiter mentionem de minore, vel republica, tunc seruad. Inn. cum ẽt minores ligentur per statuta locorum, & ꝑ consuetudines municipales vlles. nisi nominatim minor vel respublica excipiatur, vt. l. si sine. §. Lucius. de admi. tut. Bald.

Statuta circa iudicia, & primo exceptionum.

Statutum ꝙ post. 10. annos non possit peti debitũ, & ob contumaciam rei fuit facta missio ex primo decreto, & idẽ processus fuit dimissus, nec emanauit snĩa. de nuo post 10. annos agitur, obijcitur exceptio de temporis lapsu. vide per Bald. in l. consentaneum. C. qũo & quando iudex.

Stat. ꝙ nulla exceptio possit opponi . tñ põt opponi exceptio de incõpetentia iudicis, ꝑ Bal. ĩ l. 1. si a nõ cõpetẽti iudice. hic tñ qa radicitus nullã hẽt iurisdictionem, vt no. in c. 1. de sequest. pos. & fru. in cle. sed si radicitus habet iurisdictionẽ, tunc stat. tollet declinationẽ fori, saltẽ non oppositã. vt. C. de excep. l. fi.

Stat. ꝙ exceptio non possit opponi in causa principali, an poterit opponi in cã appellationis. ꝑ Bal. in l. ꝑ hanc. de temp. app.

Stat. an contra stat. de executione instrumentorum possit excipi per Bal. in l. ab executione. C. quorum ap. non reci.

Stat. qđ exceptio excommunicationis non possit opponi in foro seculari. per Bal. in l. placet de sacros. eccl. remittit ad no. in l. ex ea. de postulando.

Stat. an clericus conueniens laicum in foro seculari, possit excipere contra stat. laici, per Bal. in l. omnes. C. de sacros. ec.

Stat. quæ loquuntur de exceptione simulationis, non hñt locum hoc casu, scilicet. qñ est exceptio simulationis quę habet in se substantiam. vt, l expressio. si cer. pe. per Bal.

Stat. ꝙ ꝫ instr̃m confessionatum non possit obijci exceptio solutionis, nisi probetur per instr̃m, si ille, qui soluerat corã testib. compellitur a iudice iterum soluere, potest repetere condicẽdo primam solutionem. vt. l. si non sortem. §. fi. de cond. inde. & l. Neratius. & c. debitores. de iureiu. Bal. in l. 1. de cond. inde.

Sta. remouens exceptionem, intelligitur remouere ius commune. per Bal. in l. 1. de conditi. indebiti.

Stat. ꝙ nõ vult excipi de simulatione, potest tñ obijci de errore, quia est species diuersa. per Bal. in l. cum precibus. de proba.

Stat. an per stat. possit tolli exceptio non nu. pe. per Bal. in l. si execution. de nõ nu. pe. quia quãtũ ad forũ laicale tenet, sed quo ad forũ cpale, tũc sta. valet in hoc, qa trãsfert in debitorẽ onus probandi. Quantũ ad forũ pœnitẽtiale, relinquit suę cõsciẽtię.

Sta. ꝙ nõ soluẽti collectas nõ reddatur ius. quidã agebat ꝫ te. tu excepisti, qđ non debeat audiri, quia non soluit collectas, quis debet ꝓbare, an tu, qui dicis illum nõ soluisse. an ille debeat ꝓbare se soluisse collectã, certe in hoc Bar. variat de ver. ob. tenet, ꝙ negãs dẽt ꝓbare, qa illud soluere collectas nõ debat sibi sed cõi. iõ nõ hẽt exceptionẽ suã fundatã, nisi ꝓbet. secus si accusaret nõ soluentẽ ad vtilitatẽ cõis, qa ille debet ꝓbare se soluisse, per Bal. in l. cum mulier so mat. in 18. col in repet.

Stat. potest omnem exceptionem tollere, per l. quoniam Alexãdrum. de adul. præterquam exceptionem innocentiæ. quæ est de iure naturali, per Bal. in l. edita. circa fi. C. de eden.

Source : BIU Cujas

Regulæ generales Stat. per Bal.

Statutum ꝑmittẽs opponi exceptionẽ ſimulationis, de qua exceptione intelligantur ſtatuta, qñ permitũt ſine ſpe alicuius cãæ ꝑcedẽtis vel futuræ? vide per Bal. in l. ſi ſub ſpecie de tranſact.

Statuta circa inſinuationes, per Bald.

Stat. q̄ schedulæ aliorum, manu. notarij subscriptæ publicentur, an poterit peti publicari hæres, qui fecit schedulā, scribēdo uolūtatē defuncti, & tradidit notario, qui se subscribat, dicens actus &c. per Bar. in l. 1. §. ex illo. ad l. Cor. de fal.

Stat. q̄ cōtumaces cōdemnāti nō audiantur appellantes, quidā est condemnatus ut contumax, appellat. & dicit se non fuisse contumacem, quia non fuit rite condemnatus. citatus audiri certe debet, secundum Bal. in l. 3. §. condemnatum. de re iud.

Stat. q̄ iudex teneatur seq ui consilium sapientis, an potesta sententia sua appellari, per Bar. in l. si uenit. de re iudi.

Stat. q̄ principaliter citatus debeat comparere, aliter habeatur pro confesso, tutor uel procurator citatus non comparuit, an habeatur pro confesso? Bar. in l. neq; erranti. de fideicom. lib.

Stat. q̄ qui steterit per 10 annos, & non petierit er creditum non diatur non uidetur posse renuntiari. Bar. in l. 1. de usuca.

Stat. quod si creditor non petierit debitum. ſ. certum tps, cadat a iure suo, tollitur obligatio ciuilis & effectus naturalis. Et si dicatur quod audiatur, nulla obligatio tollitur, sed uia agendi, Bar. in l. 1. §. si. viam. de usuca.

Stat. loquens de causis compromittendis inter consanguineos, qđ vēditor pōt petere, si est qō inter emptorē, cui ipse vēdidit & ꝯsanguineū ipsius uēditoris, p̄ l. p̄cur. §. procur. rē ra. habe.

Stat. q̄ petēs debtū incidit in pęnā, qđ si opponit cōpēsationē debiti soluti vī q̄ incidit in pęnam, fm Bar. in fi. rem. ra. habe.

Stas. q̄ si quis non soluerit collectas, non audiatur, neq; in ciuili neq; in criminali. Contingit, q̄ non soluens collectas, fuit percussus, an iudex possit inquirere de tali percussione, per Bart. in l. non solum. §. quamquam. de iniur.

Stat. q̄ si quis produxerit exceptiones contra instrumētum, nec probauerit, puniatur in tantum, aliquis modo opponit per procuratorem, & non probauit, dico quod ille puniatur vere quia ille agit nec debet inspici, an uerba loquantur in personam, an in rem, per Bar. in l. sed si unius. de iniur.

Stat. quod quis cadat a iure suo, si debitum non petierit, &c. an cadat a precario, quod possidet per debitorem, uidetur quod non, ut l. si alienam rem. de pig. ac. fm Bar. & Hono.

Stat. q̄ cā dēat committi consilio sapientis, si ille omittit, an sit committenda alteri, per Bar. q̄ sic, in l. 1. §. si plures. de exercito, quia sta. loquitur in genere, quod perire nō potest ubi &c.

Statutū. q̄ accusatus uel inquisitus non possit declinare forum uel iurisdictionem potestatis vel capitanei, & si alias fecerit possit impune offēdi. q̄ si filius vel monachus vel clericus est accusatus, & ipsi non declinabunt iurisdictionem potestatis, uel capitanei, sed abbas vel superior, & codē modo pater declinabit pro filio pro suo interesse secundum Bar. in l. pe. §. crimen. de publi. iudi. & adde per eundem. l. 1. co. ti.

Stat. q̄ nulla condēnatio fiat a capitaneo, nisi prius fiat depositū p̄ reum, q̄d si condemnauit, & non est factum depositum, sed est in causa leui? Bar. qđ non tenetur, ut l. leuia. de accu. in fi.

Sta. q̄ quis citetur personaliter, vel ad domum, qualiter debeat intelligi? per Bar in l. intra diem. §. prætor. ff. de dam. infec.

Statu. q̄ oēs caufæ committantur in arbitros, & arbitratores de iure & de facto, an si est cōtrouersia de tutela, vēniat in cōpromissum, tenet quod non, in l. prętor. de tut. & cur. datis ab his.

Statutum, quod de qōnibus interlocutorijs non possit iudex accipere ultra quinq; solidos, qđ a qualibet parte accipiet hoc dicit glo. expresse in authenti. de iudi. §. nec autem, coll. 6. Bar. in l. si duas. de excu. tuto.

Stat. q̄ possit peti instrumentum executioni mādari, saluo si steterit per 10 annos, an si stetit per 10. annos, possit adhuc petere per libellum, secundum ius commune, & videtur quod sic, per l. plane. quod fa. tu. Bar. ibi.

Stat. quod instrumenta publica mandentur executioni, sicut sententię, an mulier si habet instrm, quod uir fuerat confessus se habuisse dotem, & de eo fecerit quietationem, an mandabit executioni vigore tacitę stipulationis præsumptæ, vide Bar. in l. j. de his, quę in testamen. delentur.

Stat. quòd positionibus simpliciter rndeatur, si respōdetur, sic, nego me habuisse pecunias, & si appareat me habuisse, dico expē disse, & c. non dr simpliciter rndisse, facit l. coiri. ff. pro sol. & C. de fideicom. l. eam quam. Bar. in l. j. de vul. & pup.

Statuta circa maleficia, & primo de bannitis.

Statutum, quòd bannitus non audiatur tam in agendo quàm in defendendo, per Barto. in l. cum mulier solu. matrim.

Stat. quòd bannitus possit impune offendi, vtrum pendente quę stione nullitatis banni intelligitur suspensa potestas offendēdi. Bar. in l. 3. §. si prius. de acqui. pos.

Stat. quòd bannitus a centum libris. supra, possit impune offendi, quidam est condemnatus duobus bannis, vno in quinquaginta, alio in quinquaginta, certe non pōt offendi, per Bar. in l. testamento. §. si duo. de condi. insti.

Stat. quòd bannitus non possit agere nec accusare, an possit officio iudicis intentare, per Bar. in l. non solum. in fi. de iniur. per Hono. in l. j. si tutor non ges.

Stat. quòd bannitus non possit reuerti ad ciuitatem infra 10. annos, nisi habuerit pacem ab hrde offensi, an si filius abstinuit se ab hæreditate paterna, pasit facere pacem bannito, p̄ Bart. in l. si filius qui patri. de vul. & pup in fi.

Stat. quòd Titius, filij & nepotes sint rebelles, de quibus nepotib. intelligitur. certe de natis in uita Titij, non de natis post mortem per l. Titius. de suis & legit. Bar. ibi.

Stat. quòd Titius, & omnes de domo sua sint rebelles, an comprehendantur filij naturales, Bar. quòd non, in l. fi. de uerb. sig. nisi in statuto sit expressum aliquod verbum naturalitatis. nam tantum est dicere de domo, quantum de tota cognatione. Sed constat, quod non est cognatus, dicit ipse Ergo non. Pro hoc uide de uerb. sig, l. pronuntiatio. §. familię.

Stat. est in ciuitate fauore creditorum, quòd debitor bānitus vel excommunicatus condemnatus de debito nullum contractū possit facere, donec soluat. contingit, quòd talis debitor contraxit, postea soluit, certe talis cōtractus confirmatur, per Bar. in l. cum me prædium. de vsuca.

Stat. quòd banniti possint diffinitiue condemnari, etiam absentes, quidam est condemnatus, & absens, & moritur, an pœna transit ad hæredes, & videtur quod non, per Bartol. in l. ex iudiciorum. de accus.

Stat. quòd banniti possunt extrahi de banno soluta certa quantitate, per Bar. in l. si quis seruus. de cust. reo. & plenius in l. Domicianus. ad Turpil. per eundem.

Stat. quòd quis possit occidere patrem bannitum, non valet, per Bar. in l. si adulterium cum incestu. §. liberto. de adul. Non ob. minime. de religio. qa ibi est propter immanitatē criminis.

Stat. quòd bannitus possit impune offendi & occidi. quidam bānitus fuit captus a familia, vtrum post impune occidi in manibus familię, per Bar. in l. 3. §. transfuga. de fic.

Stat. quòd banniti rebanniantur, an uideantur restituti uel habere simplicem indulgentiā, per Bar. in l. j. §. si quis vlt. de qōni.

Stat. quòd banniti possint impune offendi, modo dum esset captus a familia inimicus suus, interfecit ipsum, per Barto. in l. in laqueum. de acqui. re. do.

Statutum, quòd quicunque duxerit bannitum in personam, habeat quinquaginta a communi. quidam potestas duxit de comitatu. per Bar. in l. si is qui. de acqui. re. do.

Stat. quod elapso termino banni possit impune offendi, potestas banniuit quendam si non ueniret. infra tertiam diem, bannitus est Florētię modo elapsi sunt duo dies, & certum est, quòd in vno die non potest venire, an possit impune occidi, p̄ Bart. in l. cum ita stipulatus. de uerbo obligatio.

Stat. quò bānitus a cētum libris ſ. impune possit offendi, si vnus est bannitus pro uno in quinquaginta & pro alio in quinquaginta, nō offenditur impune, per l. ubi fideiussor. de sol. p̄ Bar.

Stat. quòd receptans bannitum puniatur in certa quantitate, an si receprat agnatum bannitum puniat, p̄ Bar. in l. fi. de recep.

Stat. quòd bannitus possit impune offendi, an debeat inspici vtrum sciebam eum bannitum, uel non, certe non per Bar. in l. fi. de crimine expila. hęre.

Stat. quod si quis fuerit condemnatus de furto vltra centum libras, ponatur in banno. quidam fuit accusatus quod verberauit

Source : BIU Cujas

uit Petrum, & ꝙ furatus fuit ſibi bouem, condemnatus a iudice in ducentis, an debeat poni in banno, certe iſta ſentẽtia debet diuidi, hoc eſt haberi conſideratio inquantum veniebat condemnandus pro furto, & inquantum pro verberatione, ar. gl. in l. ſi ex falſis. de tranſa. per Franciſ. de Aret.

Statu. ꝙ bannitus nõ audiatur, nec agendo nec defendendo. bãnitus agit contra bannitum. dicit ille, tu non potes agere, & alius dicit, tu non potes excipere, quid iuris, vide Bar. in l. cum mulier. ſolu. matri.

Stat. ꝙ qui ceperit bannitum, habeat centum. aliud ſtatutum eſt ꝙ homines communicati debeant trahere ad inuicem, & capere bannitos. quidam iuit ad capiendum bannitum, cũ bannitus aufugerit, leuauit rumorem. ruſtici audientes traxerunt & cæperunt bannitum, vtrum debeat habere præmiũ, quid ſi officialis capit, vide Bar. in l. ſi quis in graui. §. vtrum ad ſill.

Statuta de duplicatione pœnarum.

Statutum, ſi quis condemnatus in tantum, non ſoluerit, condemnetur in quarto pluri. alio ſtatuto cauetur, quod condemnatus ex maleficio in centum, ſi nõ ſoluerit infra menſem, decapitetur. & ſi ꝯdemnatus eſt in qnquaginta, ſi nõ ſoluerit. ꝯ. dictũ terminũ, amputet ſibi manus. mõ quidã fuit condẽnatus in quinquaginta, non ſoluit, an cõ dẽnandus eſt in quarto pluri, vide Barto. in l. j. ff. de in lit. iuran.

Stat. ꝙ de maleficijs commiſſis de nocte pẽnę duplicentur, non habet locum in verbis iniurioſis, per Bar. in l. aut facta de pẽn.

Stat. ꝙ ſi maleficium committatur in eccleſia, vel eius domibus pẽnæ duplicenlur. alio ſtatuto cauetur, quod ſi qs commiſerit ſacrilegium, puniatur in mille. quidam commiſit ſacrilegiũ in eccleſia, ſacrum ſubtrahendo, an pẽna duplicetur, per Bar. in l. aut facta. §. locis. de pẽn. & reſpondetur quod non.

Statu. ꝙ percutienti in platea vel de nocte, pẽna duplicetur idẽ, ſi in feſto vel die feriata, quidam percuſſit de nocte, in platea, & in feſto, an pẽna duplicabit ex qualibet qualitate, vide pleper Bar. in l. ſanctio. ff. de pẽn.

Stat. ꝙ contra negantem pẽna duplicetur, quid, duplicabitur, vide per Bar. in l. ſanctio. ff. de pẽnis.

Stat. dicit, ꝙ pẽnæ duplicentur, an in duplo inſit ſimplum, & dicit ꝙ ſic, Bar. in l. interpretatione. de pẽn.

Stat. ꝙ nobilibus delinquentibus ſit pœna quadrupli, per Barto. in l. qui ad tempus. de decurio.

Statu. ꝙ ſoluatur duplum, vnum ſimplum eſt rei perſecutoriæ, aliud pẽnale, in l. hoc edicto. de publicia.

Sta. ꝙ nobilis puniatur pẽna quadrupli eius, in qua puniretur popularis. accidit quod nobilis deliqt de nocte, vel in platea, vbi duplicantur pẽnę, an duplicabitur pẽna ſimpli, vel maleficij ſic qualificati, per Bar. in l. j. §. fi. ff. ſi fami. fur. fec. dicatur.

Stat. ꝙ in maleficijs commiſſis de nocte duplicẽtur pẽnę, & nox intelligatur a primo ſono campanę, quæ pulſatur de ſero, vſque ad ſonum campanę, quæ pulſatur de mane. modo quidã cõmilit delictum in tali loco, in quem ſonus campanæ nõ porrigitur, & fuit de nocte, in veritate. quæritur quid iuris. vide ꝑ Bar. in l. j. §. hoc autem ſenatus. ff. ad ſille.

Statuta circa concordiam & denuntiationem.

Statutum, ꝙ qui occidit, ſi non habuit pacem ab hærede, &c. vtrum debeat habere ab omnib. aut ab vno, per Bar. in l. eadem. §, cato. de ver. ob.

Stat. loquens de pace, an habeat locum in patre, qui fecit pacem de iniuria facta filio, per Bar. in l. ſed ſi ſeruus. §. filio. de iniur.

Stat. ꝙ uilla debeat denũtiare maleficia. ꝯ. certos dies, qđ ſi alius interim accuſauerit, excuſet, ꝑ Bar. in l. j. §. elegãter. de lib. agn.

Stat. ꝙ ſyndicus teneat denuntiare maleficia, nunqd teneat denuntiare illũ, q offendit eũ, qui licite potuit offendi. Bar. ꝙ ſic in l. ſi qs ĩ graui. §. maritus. ad Silleia. facit de publi. l. fi. §. diuus.

Stat. ꝙ ſyndici teneantur denuntiare maleficia, maleficium eſt commiſſum in loco abſcondito, vbi homines raro accedunt, an excuſetur ſi non denuntiat. infra tempus, per Bar. in l. ſemper. §. hoc interdictum. quod vi aut clam.

Stat. verba ſtatuti inſpicienda ſunt, quia aut dicit ſi habuerit remiſſionem, & tunc abſenti poterit fieri remiſſio, vt l. athletæ. de excu. tu. & inſti. de iniur. §. fi. aut dicit ſtatutum, qđ habeat pacem vel concordiam, & tunc requirtur ꝙ fiat præſenti, vel alio recipienti pro eo legitime. tunc pars dicitur præſens, vt l. j. de pac. ſm Bar. in l. atletæ. de excu. tut.

Statuta maleficiorum diuerſorum caſuum.

Statutum ꝙ quicunque opponit, quod talis ſit ſpurius puniatur in tantum, per Barto. in l. Seius & Augerius. ad l. Falcid.

Stat. ꝙ ſi quis fecerit tale maleficium, cõdemnetur in tanta quãtitate, & ſi non ſoluerit, corporaliter, puta in imputatione manus vel pedis, an ſi eſt condemnatus, poſſit dare fideiuſſorẽ, ꝑ Bar. in l. 3. §. q ſtatulibe. & l. 2. de cuſto. reo. ꝑ eundẽ melius, quã alibi in l. item libertus. C. quibus mo. pig. vel hypo. ſol.

Statutum, ꝙ clerici aliquid faciant, ꝙ ſi non faciant conſanguinei, puniantur in tanta pœua, per Bar. in l. 1. de his, quæ pẽno.

Statu. ꝙ poteſtas non poſſit agnoſcere de maleficijs commiſsis ante tres menſes vel poſt, nunquid ſi filius eſt ſubrogatus in locũ primi poteſtatis mortui in officio, computetur tempus a ſe ipſo, vel a primo, per Bar. in l. 3. §. hi, qui. in ſimili vide in l. 4. de dam. infec. per eundem in prin.

Statu. quod quis poſsit impune offendi, an pendente appellatione poſsit offendi, certe non per Bar. in l. nil nouare ap. pen. & l. qui a latronibus, de teſtam.

Stat. ꝙ inuentus cum armis, ſoluat decem & ſtetur relationi familiæ actoris, modo unus ſolus de familia dicit inueniſſe talem cum armis, an ſtetur dicto iſtius ſolius? dicit quod ſic, per text. in l. 1. §. familiæ. de vi. & vi. ar.

Statutum puniens expellentẽ aliquem de poſſeſsione rei, nam ſiue apprehenderit ſine non, tenetur pœna ſtat. niſi ex mente ſta. colligeretur quod in expellente apprehendente voluit loqui, ut quia diceret expellentem teneri ad reſtitutionẽ poſſeſſionis, &c. ut l. 3. §. ſi tut. de vſuca. facit l. Barſatorã. C. de fidei.

Statutum, quod ſi quis fecerit, inſultum cum armis an quamuis habeat arma ad latus, teneatur pœna ſtatuti, per Bartol. in l. idem. §. armis. de vi & vi. ar.

Statutum, ſi quis fecerit inſultum ad domum, ſic puniatur, quis fecit inſultum ad domum diſcoopertam, ſiue detectam, an habeat locum pœna ſtatuti, & ſecundum ſignificationem dialecticam, uidetur quod non, quia domus conſiſtit ex tribus, ſ. pariete, fundamento, & tecto, unde cum deficit unum, &c. ſecundum. l. vĩ quod ſic, quia cõſiſtit ex duobus, ſcilicet, ex fundamento & pariete, & nil dicitur de ſubſtantia ſuperficiei ut l. eumqui ędes. in gl. ff. de vſuca. tamen communis appellatio includit tectum, unde ſtatutum non puto habere locum, ut l. ſciendum. §. illud. de ædilit. edict.

Statutum, quod ſi quis extraxerit frumentũ, puniatur in tm̃, quidam extraxit farinam, an teneatur, & uĩ ꝙ non quia, ex quo non poteſt reduci ad frumentum, non continetur eius appellatione. per Dy. in l quacunque. §. illud. de leg. 3.

Stat. ꝙ quicunq; vult deſiſtere ab accuſatione, ſoluat tm̃ cõi & poſſit deſiſtere, modo quæro, ſi accuſaui aliquem de pluribus delictis vno libello, & uolo deſiſtere, an ſoluam pro una accuſatione, an pro plurib. ꝑ Bar. in l. libellorũ. §. illud de acc.

Statutum, quod qui fecerit ſanguinem in platea, amputetur ſibi manus dextera, ſi ille qui fecit ſanguinẽ nõ hẽt manũ dextrã punietur ex̃ ordinẽ, per Bar. in l. hos accuſare. §. omnib. in fin.

Stat. quod pro adulterio imponit minorem pœnam, per Bart. in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. ſtuprum.

Stat. ꝙ punit portantes arma, per Bar. in l. 1. ad l. Iuliam. de ui priua. & l. 1. in prin. de acqui. poſ.

Stat. ꝙ ſi quis occiderit aliquem &c. non verificatur, niſi morte ſecuta, per Bar. in l. 2 §. diuus. ad l. Cor. de ſic.

Statutum, ꝙ qui non probauerit accuſationem, condemnetur in decem lib. utrum eadem ſnĩa, qua abſoluit reum, poterit iudex condemnare accuſatorẽ? per Bar. in l. athletas. ſſ. de fal:

Statutum, quod ſi quis fecerit falſum inſtr̃m, puniatur magna pœna, pro alijs falſis, minori, aliud eſt, ſi accuſaretur ob obreptionem falſi, & aliud, ſi accuſatur, ꝙ fecit fieri falſum inſtrumentum de quo in l. ſi quis obrepſerit. de falſis.

Statutum, ꝙ quicunq; duxerit hoĩem in fortiam communis, habeat tantum, an valeat, per Bar. in l. 1. ad l. Fauiam de plag.

Sta. ꝙ committens maleficium condemnetur in mille libris, & ſtet ad confinia per 10 annos a die late condemnationis, quidam fecit homicidium, & pendente decennio facit aliud maleficium, an ſecundum decẽnium intelligatur a die finiti primi decennij, uel qñ ꝑ Bar. in l. ſenatus. §. quãquã. ff. ad Turpil.

Staut. de carceratis relaxandis, non porrigitur ad carceratos ob crimen falſi, per Bar. in l. Lucius. ff. ad Turpil.

Statutum, quod ſufficit probare maleficium quoddam per publicam famam, qualiter intelligemus publicam famam, per Bar. in l. demi nore. §. fi. de quæſtionibus.

Sta. ꝙ committens maleficium, etiam abſens poſſit condemnari, hĩ pro confeſſo, ſi eſt citatus, & contumax, & patitur ſe poni in banno per Bar. in l. quæſtionis. de quæſtioni.

Statutum vnum eſt, quod contumax habeatur pro confeſſo, ſecundum quod teſtes examinati cõtra magnates non poſſint redargui de falſo, contigit quod teſtis eſt examinatus contra magnatem, & fuit contumax, & paſſus eſt ſe poni in banno, an poſſit condemnari, per Bar. in l. abſentem, de pẽ.

Stat. ꝙ teſtis de falſo teſtimonio poſſit ꝯ. menſem accuſari, alio ſtat. cauetur, quod quis poſsit de falſitate accuſari. ꝯ. decẽ dies an uigore, ultimi ſtat. poſſit teſtis accuſari poſt menſem uel. ꝯ. decem dies, per Bar. in l. ſanctio legum. de pẽn.

Statutum, quod qui fecerit falſum inſtrumentum concremetur, an ſi quis falſificauerit acta, puniatur, uidetur quod non, Bar. in l. in frandem. §. neque. de iure fiſ.

Stat.

Source : BIU Cujas

Stat.q̃ delinquentes in ciuitate cõfederata,possint apud nos puniri, per Bar. in l. non dubito de capti.
Stat.q̃ si condemnatus non soluerit infra decem dies, amputet sibi lingua.quidam fuit captus, & ꝯ.decem dies nou soluit,fuit factum statutum, q̃ omnes bãniti retro per annum possint rebanniri,siue in hauere sine in persona sint banniti, soluta certa quantitate,an iste existens in carcere,si soluat dictam quantitatem,& petat se rebanniri, possit, per Barto.in l.si is qui pro emptore.de vsucap.
Stat.q̃ quicunque fecit quominus possessiones alterius locẽtur, puniatur.quidam prohibuit laboratoribus,ne laborent, quid iuris,per Bar.in l.j.§ j.ff.ne uis fiat ei.
Stat. q̃ ꝓhibet portare perlas.quædam portauit perlas fictas. qd iuris,Bar. in l.j.de fonte. tenet, q̃ non tenetur pœna statuti,ar. d.l.quia debent esse naturales,& veræ, & nõ fictę & cõpositę.
Stat. q̃ quis puniatur,aliud est,si dicatur, quod quis puniatur ꝑ homicidio iu mille,aliud, si dicatur q̃ homicida puniatur in mille,vt l.aut qui aliter. §.hoc interdictum.quod ui ant clam.
Statu. q̃ qui miserit gentes in aliquem locum debeat confinari, ad quem locum debeat mittere,per Bar.in l.semper. §.hoc interdictum.quod ui aut clam.
Stat.q̃ qui offenderit non subiectos huius ciuitatis, puniatur in 10.libris ad plus,an istud statutum, prout respicit clericos, sit contra libertatem ecclesię, per Bart. in l.j. §.q̃ onerandę. quarer.act.non datur.
Stat.quod si homines de contrata,non ceperint malefactorem, puniantur in tantum,an solutio vnius,liberet oẽs.Bar.vĩ dicere,quod sic,in l. ex maleficijs.§.j.de ac. & ob.
Stat,an damnatus ex forma statuti sit infamis,per Bar.in l. cessat de ac.& ob.& l.infamem. de pub.iudi.
Stat.q̃ repertus portare aliquid in deuetum,perdat asinum,& illud quod portat,si portat quædam licite, & quædam illicite, & ignorat illicita,quod non perdat animalia, & alia per Bart. in l.cotem.§.dominus.de pu.
Stat.q̃ pro tali delicto domus publicetur, an publicetur instrumentũ domus vel fundi.per Bar.ĩ l.interdum. §. idest.de pub.
Stat. de armis portãdis, de frumento non extrahendo,an forẽsis excusetur,per ar.quo non.in l.interdũ.§.licet.de publi.
Stat.quod non licet extrahere blada,an semen lini poterit extrahi.per Bar.in l.triticum.de ver.obl.
Stat.q̃ si quis intrauerit rẽ alterius,soluat domino centum. aliquis intrauit rem hæreditate iacente, & postea hæres adiuit, an poterunt peti illa centum,habes q̃ non,in l.3.§.hoc edicto de neg.gest.per Bar.in l.si ex re.§.illud.de stipu.seruo.
Stat.q̃ quis soluat centum pro uulnere,mille pro homicidio,cõtigit quod acc usatus de uulnere dedit fideiussorẽ de iudicio sisti,& iudicato soluendo,postea vulneratus est mortuus, an fideiussor teneatur.per Bar.in l.fideiussori.
Stat.q̃ potestas teneatur facere inquisitionem quandam in principio sui officij,per Bar.in l.furtorum.quæ est l.2.de fur.
Stat.q̃ pro primo furto puniatur in fustigatione,pro secũdo amputentur articuli,pro tertio suspẽdatur,si simul furaretur plures res,an totum dicetur vnum furtum,per Bar.in l.eum. qui. §.idem dicit.de furtis.
Stat.q̃ si quis percussit aliquem in platea,amputetur sibi manus modo aliquis percussit vnum pluribus percussionibus,an amputetur plures manus.Bart.in l.uulgaris.ff.de fur.
Stat.q̃ si quis intrauerit vel occupauerit rem alienam puniatur intantum,quod non est necesse,q̃ sciat suum nõ esse,per Bar. in l. falsum.§. balneum.de fur.
Stat.q̃ si quis luserit ad azardum,puniatur in decem.lusi vno sero cum pluribus,& pluries vici,& perdidi,an videantur plures ludi,& plura delicta,vide per Bar.in l.inficiando. ff.de furtis.
Stat.q̃ nullus possit ducere vltra tres famulos,vnus duxit viginti,certe vnũ est delictum,per Bar.in l.inficiando.de fur.
Stat.q̃ nemo possit habere ad conuiuium vltra septem personas si habuit quadraginta,vel sexaginta,vnum delictum est,Bart. in l.inficiando de furtis.
Stat.q̃ potestas possit cognoscere de maleficio retro facto per annum, fuit factum maleficium occulte, post annum venit in notitiam potestatis,an possit cognoscere,per Barto.in l.fina.si quis test.lib.esse.iul.fue.
Stat.quod pro homicidio sit pœna centum librarum.aliquis est punitus pœna statuti,an poterit accusari.l.Cornel.de sic.ut puniatur in corpore,per Bar.in l.j.vi bo.rap.
Stat.quod si quis produxerit falsos testes,puniatur in tantum,an habeat locum,& si vnum testem produxit,per Bar.in l.ait prę tor.§.idem ait.vi bo.rap.
Stat.quod pro quolibet verbo iniurioso quis puniatur in tãtum, qualiter intelligatur verbum,& qualiter intelligatur iniuriosum,per har.in l.item apud.§. conuitium.de iniur.& in consilio,quod incipit.domina Neria.
Statu.de eo,qui fecerit insultum ad domum,videtur verificari si venerit in limine domus,per Bart.in l.item apud.§.conuitiũ. el secundo,de iniurijs.
Stat.quod occidens puniatur in mille, ita quod medietas applicetur filijs occisi,an videantur adire hæreditatem accipiendo medietatem,per Bar.in l.quæsitum.de sepul.vio.
Stat.quod qui fugerit ante familiam,puniatur, ac si fuisset inuentus cum armis.Item pro armis.est statutum, quod duplicetur pœna de nocte.an fugienti de nocte duplicetur pęna, per Bar. in l.j.de recep.
Stat.vbi pro delicto punitur pœna pecuniaria,admittitur ad accusandum quilibet de populo,per Bar.in rub.de po. ac.
Stat.quod si quis iurauerit per Corpus Christi,puniatur in centũ uel si quis intrauerit cancellos maleficiorum,puniat̃ in centũ & similia, quia non respiciunt ista offensam certę pśonę, sed malos mores,q̃libet põt accusare,ꝑ Bar.in l.j.de pub.iudi.
Stat.quę alterant pęnam maleficij,vel falsitatis,vel similium delictorum,an desinant esse publica,per Bar.in l.1.de pub. iudi.
Stat.quod qui recusauerit iurisdictionem Potestatis, vel capitanei, possit impune offendi, vtrum sit pœna capitalis. per Bart. in l.2.publi.iudi.
Stat.quod si aliquis abscinderit alicui aliquod membrum, sibi abscindatur.quidam abscidit digitum,qualiter intelligatur, per Barto in l.2.in fi.de pub.iudi.& circa hoc per Bal.vide in auth. sed nouo iure.C.de ser.fugi.
Stat.qñ imponit pœnam propter certam qualitatem, vt puta si nobilis interficiat popularem,puniatur in tantum,vide ꝑ Bar. in l.denuntiasse.§.quid tamen.de adul.
Stat.quando permittit aliquem impune occidi, multomagis ꝑmittit impune verberari,per Bar.in l.nec in ea.de adul.
Stat.quod quis possit impune offendere ingredientem in possessionem.quidam ingressus est,& aufugit, eum extra possessionẽ,pcussi, certe facio impune,vt l.qd̃ ait.§.qd̃ ait.de adult.
Stat.quod ptãs pro furto possit imponere pęnã,an erit multa vl̃ pęna,ex quo nõ est limitata, ꝑ Bar,in l.si qua pęna.de vero.sig.
Stat.quod inducit nouum nomen delicti.vtrum dicatur delictũ per Bar.in l.1.de pub.iudi.
Stat.quod restringit accusationem alicuius publici delicti,an desinat esse publicum, per Bar.in l.fi.de pub.iudi.
Stat.dicit,quod quilibet possit accusare de certo crimine, an sit publicum,ex eo,quod dicit quilibet,per Bar.in l.j.de pub.iudi.
Stat.quod imponit duas pęnas,vnam capitalem,aliam ciuil, alternatiue,an sit crimen capitale.per Bar.in l.2.de pub.iudi.
Stat.quod pro homicidio imponatur pęna pecuniaria, an potetit interuenire procurator.Bar.quod sic,ex parte rei, ex parte accusatoris est distinguendum, vt l.licet.de procur.in prin. secundum Bar. in l.penul. §. ad crimen.de pub.iudi.
Stat.quod pro pęna pecuniaria imponatur corporalis, an possit interuenire procurator,per Bar.in l.pe.§.ad crimen.de pub.iu.
Stat. quod qualiscunque admittatur persona ad accusandum. Item si diceret,qualiscunque sententia arbitri mandetur executioni,intelligitur tantum de persona habili,secuudum Hono.in l.2.§ prętor.in gl.l.intelligendum.ff.qui satis.cog.
Stat.quod quicunque percusserit in platea,puniatur in tantum, & quicunque percusserit extra plateam,puniat̃ in minus.Quidam existens in platea percusit cum arcu seu sagitta eum, q̃ erat extra plateam,qua pęna puniatur, per Bar.ĩ l.1. vbi de cri. agi opor.& quis locus veniat describendus,in accusatione, veritas est,quod si statutum loquitur de percusione, est locus, vbi est percusio.Si de sagittante, est locus vbi sagittauit,& ita dicas in pœna.
Stat.quod homines non possint tenere bestias in talibus partib. infra certos terminos,in alia parte possunt. accusatus est quis quod tenuit,sed non est dictum nec probatum,quod infra.terminos,& in parte prohibita.certe non potest sequi cõdemnatio.Bar.in l.non solum.§.sed vt probari.per gl.ibi de no. oper. nun.& vide plene ibi, quando statutum punit in certa parte, & in certa parte non.
Stat.quod nobilis sub certa pœna non possit intrare palatium, nisi tempore consilii,accusatur quis quod intrauit diuersis vicibus,nobilis probat quod fuit factum consilium illo mense, & dicit se intrasse tempore consilii,quid iuris.Bar.in l. non solum.§.sed vt probari.de no.ope.nun.
Stat. vt Potestas futurus habeat arbitrium in puniendis maleficiis elligit Potestas durante offõ pñtis potestatis, an habebit tale arbitrium.per Bal.in l.dies cautioni de dam. infec.
Stat. quod si vicini non reperiunt malefactorem &c.per Bart.in l.si tertius.de aqua plu.ar.
Stat.quod pater teneatur soluere ꝑ filio delinquente, si filius fuerit condemnatus de delicto,propter contumaciam, an sufficiat,contra patrem,vide per Bar.in l.cum filius.de verb.sig.& per eum,in l.1.quando ex fac.tu.
Stat.quod in maleficiis possit peruenire ad condemnationẽ nõ obstante aliqua iuris solennitate,dummodo constet de maleficio.testes fuerũt examinati die ueneris sancti, quæritur num quid poterit peruenire ad condemnationem,Bar.in l.i. de test.

mili.

Source : BIU Cujas

mili.& quid importenr verba,iuris ſolẽnitate. uide ibi plene.

Stat. ꝙ ſi quis fuerit derobatus,ꝙ nulla teneatur reſtituere damnum robato,& ſtetur eius iuramento de æſtimatione damni, valet pro hoc.l.ſi cum exceptio.§.j. ꝙ me. cau.in l.diuus.Traianus.de teſta.mili.

Statu. ꝙ dominus teneatur pro delicto commiſſo a famulo ſuo. quæro,an teneatur dominus pro delicto commiſſo antequã eſſet famulus ſuus pro hoc l.in delictis.§.ſi extraneus de noxa. Quid autem ſi dicit ſtatutum, quod teneatur pro delicto famuli.Bart.in l.Titius.de teſt.mil.dic cogita.

Statuta vltimarum voluntatum.

Statutum, ꝙ filia dotata non ſuccedat quouſque extiterit aliquis maſculus.contingit,ꝙ tpe mortis ſupereſt aliquis maſculus,q̃ poſtea mortuus eſt ſine liberis, hæreditate patris adita,vtrum filia poſſit aliquid petere de hereditate paterna.per Bar.in l.ſi filius.§.quoniam impẽdenti.ff. ad Trebel.quod tene menti,quia ſtatutum dicit,per uẽrbum, ſtantibus, vel per verbum vixerit,quod ẽt ſi filius nõ poſſit ſuccedere,nihilominus fœmina non venit,ſi extat maſculus.

Stat.ꝙ filia dotata non ſuccedat extantibus maſculis,an dicatur filia eſſe ſua,certe non.per Bar.in l.j.§.ſciendum. de ſuis & legit.& in l.ſeruo legato.§.ſi teſtator.de le.j.& per Bald.in l.cunctos populos.C.de ſum.tri.

Stat.ꝙ filia dotata a patre,non ſuccedat,per Bart.in l. Titio centum. §.Titio genero.de condi.& demon.

Stat.ꝙ loquit̃ de pupillari, non verificat̃ de breuiloqua,q̃a eſt tertiũ gnen⁹ de p ſe,ĩ l.iã hoc iure,ĩ verbo,abſtractũ.ḋ uul. & pu.

Stat.ꝙ mulier a patre dotata,non ſuccedat,intelligitur dotata a patre,vel ſi eſt tradita nuptui, vel deſponſata,vel deſtinata ſub certa dote,per Bar.in l.qui pupillam,de adulte.

Stat.ꝙ filia dotata non poſſit uenire contra teſtamentum patris, an idem ſit de nepote. Certe caſus eſt,quod ſic,de mi. teſt.l.qui iure mili.cum l.ſeq.Bar.in l.liberorum.de uer.ſigni.

Stat.an ille,qui non eſt capax de iure,poſſit inſtitui, per Bart.in l. 3.de teſtam.

Stat.ꝙ extantibus filijs maſculis fœmina non ſuccedat, & ſunt tres maſculi, & una fœmina.duo ex maſculis repudianerunt, an accreſcant alteri portiones iſtorum,vel an ſuccedat fẽmina.per Bar.in l.mulieri & Titio.de condi.& demon.

Stat.ꝙ prohibet minorẽ vigintiquinque annis teſtari,q̃ro an poterit codicillari.Dic ꝙ non per l.2.de leg.j.Bar.in l.2.de leg.j.

Stat.ꝙ filia fœmina non ſuccedat quouſque ſuperſunt maſculi, & maſculi ſunt mortui,venit filia,& vult ſuccedere,an poſſit, per Bar.in l.Titius.de excu.tut.

Stat.ꝙ occidens puniatur in mille,ita quod medietas applicetur filijs occiſi, an videantur adire hæreditatem accipiendo medietatem illam.Bar.in l.quæſitum.de ſepul.vio.

Stat.ꝙ filia fœmina non ſuccedat,ſed debeat dotari,an poſſit petere ſtatim.Bar.remittit ad l.Titio centnm.§.ante nuptias. de condi.& demon.& ad id quod no.in l.ſancimus.C.de nu.vide eum in l.quæ negociatis.§.pupilli.de excu.tuto.

Stat.ꝙ filia dotata nõ poſſit aliquid petere,pater reliquit filiẽ dotem an poſſit incontinenti petere, vel cum nubet.vide Bar.in l.qui filium.vbi pu.edu.debe.

Stat.ꝙ notarius de quolibet teſtamento ſcripto per eum debeat accipere tm̃,certe ſi mille vicibus ſcriberet, dẽt mille vicibus accipere tm̃,q̃a refert̃ ad idẽ corpus ſcripturę Bar.in l.j.de teſt.

Stat.ꝙ facit mẽrionem de poſthumo,debet inteligi ſ̃m propriũ ſignificatum,Bar.in l.Gallus.in prin.de libe.& poſthu.ff.

Stat.ꝙ teſtamenta mandentur executioni,ſicut ſnĩę diffinitiuæ. modo petuntur legata ex teſtamẽto rupto ex cã prẽteritionis, & exhẽredationis,ſi quidem peterent̃ condictione ex lege,nõ hẽt locum ſtatutum,Bar.in l.filio præterito de iniuſ. & ir. teſt.

Stat.ꝙ minor 40.annis poſſit teſtari,an poterit huic filio pupilla riter ſubſtitui, Bar.tenet ꝙ non in l.moribus. de vul. & pupil.

Stat.ꝙ filiẽ fœminæ,teneantur ſeruare omnia,an poterit ſubſtitui directe cõmpendioſe,tenet quod ſic,etiam a pagano. Bar. in l.centurio.de uulg.& pupil.

Stat.ꝙ forenſis non poſſit aliqua bona acquirere ſub certa pẽna niſi primo faciat ſe allibrari.mõ qdã q̃ximior forẽſis venit ad ciuitatem,vbi eſt ſtatutum,vt faceret ſe allibrari,vt poſſit adire hẽreditatem quandam,& antequam hoc expediret, mortuus eſt, quæritur an dictam hæreditatem non aditam tranſmittat.Bar.tenet ꝙ ſic,in l.ventre.de acqui. hẽre.

Stat. ꝙ filiæ fœminæ non ſuccedant cũ maſculis,ſed maſculi teneant̃ eas dotare,q̃ta erit dos fẽminę.Certe erit arbitrio boni uiri,inſpecta dignitate & facultatib. teſtatoris,vel numero liberorum,ar.l.quæſtio.de iu.dot.Bar.in l.ſi filiẽ fẽminæ.de le.3.

Stat.ꝙ filia non ſuccedat patri extãtibus maſculis, vel mater nõ ſuccedat filio extantibus alijs maſculis.quidam ex iudicio teſtatoris, nõ poteſt ſuccedere,quia exhr̃datus,an impediat matrẽ vel filiam ſuccedere.Hanc qõnem Bar. pleniſſime examinat in l.j.§.ſi pr̃ in poteſtate.de coniungen.cum emancip.libe.

Stat.ꝙ mater non ſuccedat filijs ab inteſtato,vel filijs inteſtatis, non habet locum in pupillo,quoniam proprie ille inteſtatus non dicitur, tenet tamen contrarium propter communem vſum loquendi Bar.in l.1.in prin.de ſuis & legi.

Statutum, quod mater non ſuccedat filijs extantibus agnatis, uſque ad tertium gradum, quid de auo materno? uide Bart. in l.ſiue ingenua.ad tertuli.

Statutum quod filia dotata non poſſit ſuccedere, modo quæritur, ſi eſt præterita a patre, an teſtamentum rumpatur. Vide per Bartol.in l.fin.ff.ad tertulia.

Statuta ſunt per totam Italiam.

Quod vir prædecedente vxore, lucretur tertiam partẽ dotis,ſi vir eam occidit,non lucratur,vide.ff. ſol.matri.l.ab hoſtibus. §.ſi uir vxorem,& ibi, quid ſi licuit occidere ex forma ſtatuti,uel conſuetudinis.

Statutum, quod mulier non poſſit teſtari, vel etiam agere ſine præſentia,& conſenſu conſanguineorum,ſi conſanguinei nolunt conſentire ad iudicem ſpectat uidere ſi habent cãm legitimã ꝓtradicendi,vide ff.ſol. matr.l.ſi cũ dotem.§.eo aũt tpe

Statuto cauetur, quod bannitus nõ audiatur agendo nec defendendo,ex bannitus agit contra bannitum,dicit ille tu non potes agere,dico,nec tu excipere,quid erit.uide ſol.matr. l.cum mulier,& ibi per Bar.la. But. tenet quod non poſſit excipere. Bar.dicit quod non ualet ſtatutum,vide ibi.

Statutum,quod ſoluatur certa gabella de quolibet contractu, alias ipſo iure non valet contractus,emi fundum a te,pro centũ,tu vendidiſti,gabella nõ fuit ſolutaab aliqua parte, tu uendicas a me fundum, quia non ſolui gabellam, & ego excipio contra te,quia tu non ſoluiſti,determinat idem la.Bu. ꝙ exceptio doli nõ tollit exceptionem doli in pari cauſa, ſed quãdo vnus certat de lucro,alter de damno ſic,vide in d.l.cũ mulier

Statuta quæ diſponunt contra ius cõe non recipiunt interpretationem extenſiuam,uide ſol.mat.l.ſi vero.§.de uiro.

Statutum,quod uir lucretur tertiam partem dotis vxoris defunctæ habet locum,ſi cum ea egit,& non habuit,ſed matrimonium fuerat contractum per uerba de præſenti. vide ff. rerum amo.l.nihil intereſt.

Statutum eſt in ciuitate, quod omnes habitantes in ciuirate,habeantur pro ciuibus, contingit quod illa die quidam erat extra territorium,tamen familiam habebat in ciuitate,ille certe intelligitur ibi habitare, uide de libe.agnoſcen.l.1.per Bartol.& erat Peruſij illud ſtatutum.

Statu ꝙ ſi reperiantur duo contraria in eodem volumine,ꝙ uolumen vno tempore fuerat confirmatum,inſpicitur tp̃s cõpoſitionis,nõ cõfirmationis.vide per Bar.de teſta.tute.l.tutores.

Statutum in ciuitate,ꝙ villa.habeat denunciare maleficia intra certos dies, quid ſi alius interim accuſauerit,vel curia proceſſit, vide de libe.agno.§.ſed ſi maritus.

Statutum ciuitatis derogat iuri communi, quo ad ſucceſſionem vt quod agnati præferantur cognatis,& eodem modo in tutela præferuntur per eandem rationem, vide de legi.tu.l.1.

Statuto cauetur,quod omnes cauſæ compromittantur in arbitros & arbitratores de iure & de facto, ſi inter duos eſt controuerſia, an veniat in compromiſſum, quod non,quia eſt quædam tranſactio iſtud compromiſſum, quæ non cadit in iſta quæſtione, vide de tuto. & cura.da.ab his. l.prætor.per Bar.

Statutum dicit,quod debet ſolui notario gabella tot denariorũ pro qualibet libra, quid ſi iſtud quod recolligitur non aſcendit libram,dicit Bar.in l.item autem.de admi.tut.ꝙ ibi eſt argumentum,quod nulla gabella poſſit ſolui.

Stat.cauetur,ꝙ vxor vel filiuſfa.vel mulier, vel minor non poſſint celebrare aliquod genus contractus iſtud ſtat.porrigit effectum ſuum vbiq;,ſicut porrigitur effectus interdictionis ad miniſtrationis,vide per Bar.de admi.tu.l.ſi duo.

Statutum dicit,ꝙ filia fœmina non ſuccedat,ſed debeat dotari an ſtatim poſſit petere dotem? Vide Bartol.in l.ne eſtimationrm.§.pupillo hæredem.de admi.tut.

Statuta quæ dicunt ꝙ mulieres & minores non poſſunt ꝫhere ſine præſentia & conſenſu aliquorum,non poteſt præſtari conſenſus,vbi de acquirendo ſibi tractatur.vide Bar.de auc.tu.l.1.

Statuto cauetur,quod pater teneatur pro filio delinquense,non ſufficit contra patrem, niſi verum probetur crimen. vide per Bar.quando ex facto tuto.l.ob dolum.

Statutum quod nuncij debeant hr̃e certum ſalarium pro milliari,ꝙ ſi nõ iuerunt per viã directã,dẽt cõputari quot milliaria ſit via recta,per Barto.de excuſ.tut.non ſolum.§.& qui teſtõ.

Statutum dicit, ꝙ in conſilio debeant eſſe camerarij vel homines talis artis,quod quamuis aliqui abſint, valet reformatio, vide quod falſo tuto.l.1.

Statutum dicit ꝙ ptãs non debet cognoſcere de delicto ab aliquo de prioribus commiſſo, priore uolẽte ptãs poterit de iſto delicto cognoſcere,quia ſtat.non aufert ſibi iuriſdictionẽ,ſed ſolummodo executionẽ, & ſic cum habeat iuſdõnem, poterit

rit illū ꝓgari.vide de tute. & rō.diſtra.l.ſi tutor. §.ſi tutori.
Stat.eſt,ꝙ dequolibet teſtamento ſoluatur tāta gabella, ſi mille fierent ſcripturę, ex vno teſtamento. vnum eſt teſtamentum.& vna debet ſolui gabella.Ratio eſt,quia in ſtatuto prę dicto teſtamentum ponitur pro ſnīa noſtrę voluntatis.& ſic pro eo quod eſt intellectuale. Si vero ſtat.diceret,ꝙ notarius reciperet tantum pro quolibet teſtamento ſcripto per eum, tunc quotieſcunque ſcriberet totiens reciperet pretium. vide de teſtamen.l.1.& ibi per.Bar.
Stat.an per ipſum poſſit concedi,vt poſſit facere teſtamentum quide iure eſt inteſtabilis.vide per Bar. in l.teſtamēti factio. de teſta.l.1.& l.2.& ibi uerum valet ſtat.demens ſolennitatē teſtamenti,vel conſuetudo, & an per ſtat,poſſet fieri, vt ille qui non eſt capax,de iure poſſit inſtitui.
Stat.diſponens ꝙ proximus pubertati poſſit teſtari, & ꝙ interdictio bonis non porrigitur ad teſtamentum, vide de teſta.l. ſi q̄ramus. & ibi an poſſit diſponere circa patris poteſtatē, ēt poſſit diſpēſare cū cæco,ſurdo,muto,ꝙ poſſint fecere teſtm̄.
Statutum dat immunitatem patri & filijs, vel imperator concedit priuilegium patri & filijs, an filij habeant immunitatem,& priuilegium viuo patre Bartolus.ꝙ ſic.vide de lib. & po.l Gallus,in §.quidam.
Statutum.quod ſi reperiuntur duo contraria in eodem volumine, an inſpiciatur primum uel ſecundum in volumine, vide Bartol. in l.quidam.
Statuto ciuitatis cauetur, ꝙ qui rē ſuā immobilem vendiderit forenſi,uel uendenti conſenſerit, puniatur certa pœna.Pone ꝙ habebā actionem perſonalē ad rē.vel debebat mihi reſtitui ꝑ fideicōmiſſum. ego conſenſi alicui vendenti eo caſu quo poteram impedire.an puniat & vī ꝙ non, ꝙa res nō eſt, mea,licet ſpes ſubſit.vide Bart. in l.Gallus.in §.vendendum. & dicit ꝙ in ſtatutis nō eſt locus īterp̄tationi, vt ibi p̄ ipſum.
Sta.dicit ꝙ teſtamenta mandentur executioni,ſicut diffinitiuę ſententię, ſi petentur legata ex teſtō rupto, ex cā præteritionis,an detur actio ex teſtamento.vel condictio ex lege, vide in d.l.filio.in quarta quæſtione primę partis.
Stat.eſt in ciuitate, ꝙ teſtamenta mandentur executioni ſicut ſententiæ.modo quædam mulier habebat inſtrm̄,ꝙ ut fuerat confeſſus ſe habuiſſe dotē, & de ea fecit quietationem, nunc. ſol.ma. petebat executionem contra virum ex vigore tacitę ſtipulationis conſumptæ.per.l.1.C.de rei vxo.ac.an de beāt audiri,vide. ff.de ijs quæ in te.delē.l.1.quæ facit ꝺ mulierem,ſm Bar.vide ibi per eū, allegat pro & contra.
Stat.ꝙ condemnatus pro tali delicto in centum, ſi ſoluere non poterit amputetur ſibi pes,qñ dr̄ conditio impleta, vtrū adaptabitur legibus quæ loquuntur de contractibus,vide ꝑ Bar. ff.de hæredi.inſti.l.ſuus hæres.§.ſed etiam filio.
Stat.fuit factū piſis tp̄e conflictus Lucani, quo tp̄e Bar.legebat ibi actu, ꝙ quicūq; ceperit vexilum Florentinorum, habeat tantum,& duo ceperunt,nec apparebat q̄s prius,vide Bar.de terminationem in l.hoc articulo.ff.de hęredi.inſti.
Stat.ꝙ quis ſimpliciter teneatur petitioni reſpondere,confitendo vel negando.alias habeatur pro confeſſo, modo contingit ꝙ quidam rñdendo dixit nego me habuiſſe, dico me expendiſſe in negotijs domini.dicit Bar. ꝙ debet haberi pro cōfeſſo.de vulg.& pupil.ſubſti.l.1.per eum.
Stat.ciuitatis.ꝙ minor 25.annis,nō poſſit teſtari,an pater huic filio poterit pupillariter ſubſtituere? Bar. ꝙ non exemplariter.vide per eum de vulg. & pupil.l.minoribus.
Stat. ꝙ exbannitus non poſſit reuerti ad ciuitatem intra decē annos,niſi habuerit pacem ab hærede occiſi.modo filius occiſi abſtinuit ſe ab hereditate paterna, an poterit facere pacem illi exbannito, & ſic poſſit reuerti,& vī ꝙ cum ſit fauor filij.& non ſit quis hæreditario nomine poſſit facere pacem, vī ꝙ poſſit exiſtenti a ſui hęredis operari,uide per Bart.in l.ſi filius qui patri.de vulgari & pupilla.ſubſtituto.
Stat. ꝙ exbannitus a centum libris ſupra poſſit impune offendi,ꝙ ſi habet duo banna, vnum in quinquaginta,aliud in 60. non eſt exbannitus ad centum, vide de contrahen. & commit,ſtipula.l.ſed ſi teſtator.§.ſi duo.& ibi per Bar.
tat. inferioris ꝙ fit in fraudē appellationis, quæ interponitur ad ſuperiorem, non valet.vide de conditio.inſti.l.ſi quis ſub, conditione.& idem ſi ciuitas. quæ cauſas appellationis non habet faceret ſtat.vt quilibet qui dicit ſe grauatum,poſſet petere conſilium ſapientis,per qđ grauetur.qđ non valet ēt. ut factum in fraudem,uide in d.l.ſi quis ſub conditione.
Statuto ciuitatis Aſſiſij cauetur, ꝙ in maleficijs poſſit peruenirī ad condemnationem, non obſtante aliqua iuris ſolemnitate,dummodo cōſtet de maleficio.modo recepti teſtes fuerūt die veneris ſancta,an perueniretur ad condemnationem, vide per Bar. in l. 1.de mili.teſta.
Statuti verbis ſtandum eſt, non recedendum a verbis ſtatuti. l. conſtitutionem de mili. teſta.
Stat dicit ꝙ contra inſtrumentum vel ſententiam non poſſint. opponi niſi certę exceptiones,nihilominus poteſt opponi exceptio nullitatis uide de teſt.mi. l.diuus.
Stat. ꝙ dñs teneat pro delicto commiſſo a famulo, tenetur pro delicto commiſſo,anteq̄ eſſet famulus.Si autem dicit teneatur pro delicto famuli. Bart.iſtud reliquit ſub dubio.tu forte, allega tex.in l.Titius.de mi.teſta.qui facit.quod teneatur de ante commiſſo,& vide eum de uul. & pup.l, ex facto.
Statuto cauetur,ꝙ mulier non poteſt contrahere ſine conſenſu conſanguineorum,an poſſit adire ſine ſolemnitate.Rñdetur,quod non,vide Bal.de acq.hæ. l.mutuum. §. eum.qui lege. Idem ſi dicit quod non poſſet ſe obligare ſine conſenſu, conſanguineorum,vide de acqui.hæ.l.minor.
Stat.dicit,ꝙ inſtrumenta inſinuentur intra certum terminum alias non valeant, qđ ſubſtitutus non tenetur inſinuare, ꝙa nō hēt ius, uel ſpē, quæ aliter cenſeat alicuius ęſtimationis, ſecus in ſubſtituto perfideicommiſſum. de acqui.hę. l.is pōt
Stat.dicit, ꝙ citatio debeat fieri ad domum, & qui habet duas domos,& ī vna habitat ī hyeme, & in alia inęſtate,ꝙ in vtra que pōt fieri citatio, & ualet. eſto ꝙ nō referat in qua fuerat facta.& qđ ualet.ratio Bar.l.ſi dubitat.de acq.hę.l.hęres.
Statuto cauetur,ꝙ nullus forenſis poſsit aliquo titulo in territorio ciuitatis aliqua bona acquirere,niſi prius faciat allibrari ſe ſub certa pœna. contingit ꝙ mortuo quodā ciue huius ciuitatis quidā forenſis eius conſanguineus proximior uenit ad locum ut faceret ſe allibrari, ut poſtea ſuccederet cōſanguineo interim mortuus eſt,an tranſmittat,uide de acq.hæ. l.neuter.in prima parte per Bar.qui dicit ꝙ tranſmittit.
Stat.dicit, ꝙ in delictis pęna dupliciter, an qui eſt ita de longe qđ nō intelligit ſonum campanæ, quæ diſtinguit noctem a die teneatur pęna dupli.uide.ff.ad ſylla.l.1.§.hoc autem.
Statuto cauetur.ꝙ uilla uel caſtrum capiat malefactores aliqs occdit bannitum, qui poterat impune occidi. uilla uel caſtrum tenetur talē capere.vide ad Syl.in l.ſi quis in graui.§.ſi maritus, quæ inducitur per Bar.an ſyndicus teneatur denunciare talem occidentem ad cognitionem, quia non debet, eſſe iudex,uide ibi.
Stat.ſi eſt ꝙ capiens exbannitum habeat certam q̄titatē,aliud ſtat.eſt,quod homines debeant adiuuare ad capiendum malectores,contingit,quod quidam ſint ad capiendum exbannitum,cum exbannitus aufugerit,eleuauit rumorem.alij cę perūt eum an debeat habere præmium. uide in d. l.ſi quis in graui.§.utrum,aūt.qui textus facit ꝙ non. Bart.& ibi an officiales capientes exbannitum.debeant habere præmium ex, forma ſtatuti dicti.& dicit ꝙ non.uide ibi per Bar.
Stat.ſi eſt ꝙ forenſis non poſsit acquirere poſſeſsionem,hic demum ſit aliud ſta.quod qui dederit tale caſtrum, habeat hic tale podere modo forenſis dedit caſtrum an debeat habere podere,uidebatur quod non cum ſtat. debeat intelligi de habili ad habendum. Contrarium determinatur per text. d. §. utrum.uide Bar. ibi.
Statuto epiſcopi cauetur, ꝙ qui literas alterius aperiret, eſſet excommunicatus, detruncans,non aperiens uel legens, nō eſt excommunicatus. uide in d.l.ſi quis tabulas.
Stat. cauetur. ꝙ pater tenetur ſoluere condemnationem filij, uſque ad legitimam, an ſufficiat quia eſt condemnatus. ad Sylla.l.in cognitione.
Statutum præmians. denunciántem malefactorem, nec exprimitur unde ſoluatur, debet intelligi ſecundum formam.l. lex Cornelia ad ſyllanianum.
Stat. licet non extendatur tamen bene extendit ſe ad ſtat. l.1. & l.ſciendum.ff.de uerb.obli.
Stat.ꝙ ſufficiant in teſtamento quinq; teſtes, an in teſtamento ruſtici,& an in codicillis ſufficiunt tres teſtes dic, quod non & uide in d.l.ſciendum.per Bar.
Statuto cauetur.ꝙ mulier non poſſit contrahere ſine præſentia duorum conſangineorum ſi eos habuerit ex parte patris, uel duos ex parte matris.ꝙ ſi habet unum ex parte patris.tātum debet alium ex parte matris adhibere.& exponitur, ſi, ꝑ eſt. ſed uide de le.1.l.Stichum.quia facit ad hoc.
Stat.prohibens forenſem emere,& de prohibitione facta per iudicem.uide de le.1.l.cum ſeruus.§.cum conſtant autem.
Stat.prohibens frumentum extrahi extra ciuitatem nō intelligitur de eo, qui extrahit ſui uſus cauſa.nec intelligitur de eo qđ extrahitur de alia ciuita.licet tranſeat per locum ſtatuti uide de le.1.l.certa lege.§.item quæri poteſt. uide ibi Bar.
Stat.ſi dicat, ꝙ nullus emat granum uel frumentum in platea, niſi pro ſuo uictu, qđ ſi quis eo propoſito emit pro ſuo uictu ꝑ toto anno.licet poſtea mutet ꝓpoſitū,& uelit uēdere,& uē didit.ꝙ nō punīt.itellige. ſi ꝓſtet, de primo ꝓpoſito. uide ibi.
Stat.eſt. hic ꝙ ſi quis diffamauit aliquem de maleficio. puniatur certa pęna.pone ꝙ fit delictum per aliquem, ille & diffamarit.uide per Bart.in l.turpia.de leg.1.
Stat.an poteſt fieri,ne leges habeāt locum in teſtamento.& remitti ſolennitates iuris ciuilis.uide de le.1.l. nemo poteſt.

Source : BIU Cujas

Regulæ Stat. per Bart.

Statutum eſt, quod teſtam. debeant inſinuari, an poſſit per teſtatorem prohiberi inſinuatio. & eſt dicendum ꝙ nō. vide in d. l. nemo, poteſt.

Statuto cauetur, ꝙ ſi propoſuerat capitaneus de rebanniendo ex bannitum, deſinat eſſe capitaneus. modo capitaneus ꝓpoſuit in conſilio de rebanniendo exbannitū, utrum videatur hoc propoſitum a capitaneo, vide per Bar. de le. 1. l. ſi poſt.

Statuto cauetur, quod filia fœmina non ſuccedat ſtantib. maſculis, licet ex hoc ſtatuto expreſſe non diſponatur. ꝙ maſculi ſuccedant, tamen quia in eorum fauorem ſit. ex hoc ſtatuto agēt. & ſic ex ſtatuto oritur actio illis, quorum intereſt. vide de leg. 1. l. ſi poſt mortem. §. ſi teſtator.

Statuto cauetur quod debitor non teneatur ſoluere niſi creditor reddat inſtrumentum cancellatum. quod ſi creditor nō habet illud. quia amiſit ſufficit ſi debitor liberetur per acceptilationem. vide de le. 1. l. huiuſmodi. §. ſi ita eum.

Stat. dicit ꝙ comitatenſes tenentur reddere ſalarium ciuitati, &c. poſtea eximitur vna villa. certe tenentur ad integrum ſalarium. ſecundum Ia. de Are. vide in l. omnibus. de leg. 1.

Statuto cauetur ꝙ ruſtici ſi non cœperunt malefactorem, ipſi teneantur reſtituere damnum. ille qui paſſus eſt damnum debet contribuere una cum alijs. Item ſi ciuitas imponit collectā ſoluēdam ciui ſuo creditori. ipſe contribuit creditor. vide de le. 1. l. ab omnibus. §. ſi Titio. per Bar.

Stat. ſi dicit ꝙ condemnatio facta de hominibus de conſilio. de eo, qui non uenit ad conſilium diuidatur inter eos. ille qui eſt condemnatus, habebit patrem. vide in d. §. ſi Titio.

Stat. dicit ſiue conſtitutio canonicorum, quod canonicus non admittatur ad præbendam niſi det fructus primi anni canonicis. canonicus qui fructus dat. admittitur ad partem illorū fructuum. vide in d. §. ſi Titio. l. ab omnibus. de leg. 1.

Statuto cauetur, ꝙ ſi poteſtas condemnauit aliquem in plus, quam deberet, teneatur reſtituere tempore ſyndicatus. ſi cō demnauit indebite quendam ad totam ſummam tenetur ex forma ſtatuti, quia dictio pluſquam, non inuenit cui comparetur. vide de le. 1. l. ſi ſeruus. §. ſi ita.

Stat. dicit, quod non allibratus nullo modo poteſt acquirere, ſi legatur fundus ab allibrato extraneo, debetur æſtimatio. vide de le. 1. ſi filiusfa. §. ſi quid alicui. per Bar.

Stat. quod prohibet alienationem reſpectu forenſis, non reſpectu eccleſiarum, valet. ſed ſm Old. vide de le. 1. l. ſi filiusfa. ꝓ Bart. ibi vide qualiter probetur quod ſit contra libertatē ec. & ꝙ tali ſtatuto forenſium non poteſt renuntiari.

Statuto ſic cauetur, ꝙ inſtrumenta publica ex quibus debet certa quantitas, mandentur executioni, ſi aliquis in inſtrumēto promittit intereſſe. vel aliquid in totum, pōt peti illius inſtri executio, ſicut ſi contineret expreſſam quantitatem, & in iudicio declarabitur quantitas. vide ꝑ Bar. in l. 2. de leg. 1.

Stat. ſeu conſtitutio epiſcopi licet moneat executores teſtamētorum ꝙ intra annum debeant exequi, & poſt annum deuoluatur executio ad epiſcopum, quod ille cui data eſt ptās eligendi, ſi non eligit intra annū. non eſt in mora, nec deuoluit ad epiſcopum. quouſq; legatum petatur, & quia lōga eſt differentia inter illum, qui declarat executionem, & executorem, vide per Bar. in l. cum quidam. de le. 2.

Statuto cauetur ꝙ quicunq; portauerit bladum. condemnet, in decem libris. Alio ſtat. cauetur ꝙ in oībus maleficijs pœnæ duplicētur de nocte. mō quidam de nocte ſuper mulo extraxit frumētum extra comitatum, non tenet ad duos mulos. per hunc. §. & regulā ne duę cauſæ lucratiuæ. &c. vide de le. 2. l. meminimus. §. duob. per Bar. Et no. ꝙ ſi duo hoīes extraxerūt ſuꝑ eodē mulo. ſi primus ſoluit æſtimationē ſecundus tenet ad mulum. ſi primus ſoluit mulū, ſecundus eſt liberatus. de duobus cauſis lucratiuis. no. bene in d. §. duob.

Stat. qñ imponit pœnā, an intelligitur ipſo iure, an per ſnīam, ſi quidem exprimit ipſo iure, abſq; ſnīa imponitur, ſi non exprimatur, aut vtitur verbo præteriti temporis, puta ſit priuatis, & idē ꝙ ipſo iure. alias expectatur ſnīa. vide per Bar. in d. §. duob. & per Bar. C. de ſacroſ. ecc. l. iubemus. §. œconomus. ſuper verbo, priuetur. & adde quod no. in l. in criminali. C. de iuriſdi. om. iu. & quod no in c. ſi diligenti. de fo. compet.

Statuto cauetur ꝙ confitenti dimittatur quarta pars pœnę. retento themate eodem, primus & ſecundus poteſt confiteri, primus ſoluit fiſco tres partes muli. ſecundus tenetur ad illa quartam, quę remanſit, quam fiſcus non habet. vide Bartolum in d. §. duobus.

Statuto cauetur ꝙ de quolibet inſtrō ex quo ius quæritur, ſoluatur gabella, executor datus in teſtō ad deſcribendum bona teſtatoris, inter pauperes, eligit certos pauperes, gabella, non debet ſolui ex inſtrō tabellionis, cum ex eo nullum ius quætelat electis, ſed ex primo teſtō. vide ꝑ Bart. de le. 2. l. iuri.

Statuto cauetur ꝙ inſtantia pereat quinq; menſib. vbi per actorem non ſteterit, ſufficit. quod ſemel actor interpellet iudicem. quod pro ferat ſententiam, vt ſemper videatur ſtare per iudicem nec habet interpellare iudicem ſingulis diebus. vide de leg. 2. l: Titio ſeij. §. vſuras.

Stat. cauet, ꝙ vxores rebellium nō poſsint remanere in ciuitate, ſi remanſerint uiduę an poſsint reuerti. dī ꝙ ſic, per Bar. in l. Titia. §. vſuras. de le. 2. qa finita cauſa odij finit odium.

Stat. ꝙ habet locum in prēteritis & futuris, non trahitur ad prę terita finita ſententia, vel tranſactione. & idem, ſi ſolutione vel acceptilatione. vide de le. 2. l. Lutius. §. marito.

Statuta, quæ loquuntur de pœnis duplicandis, non intelligun tur de conſiſtentibus in ſpecie, ſed in quantitate. vide in d. l. Lucius. §. impuberem.

Stat. dicit, ꝙ qui percuſsit aliquem in platea. ſtet ad confinia ꝑ duos annos. quidam percuſsit aliquem de nocte. qñ duplicā tur pęnæ, an duplicetur tps. vide per Bart. in d. §. impuberem

Statuto cauetur, ꝙ pęne duplicentur in platea, ēt duplicentur. ſi fiat de nocte maleficium. Item, ſi fiat in feſto ſancti Hercu, lani. Item, ſi fiat a nobili. modo nobilis commiſit maleficiū de nocte in platea, & in feſto prædicto, an debeat duplicari, niſi ſemel, vt euitetur infinitas, per Bar. de le. 2. l. fi.

Statuto ciuitatis cauetur, ꝙ qui ſoluerit pręſtantias, poſsit computare in eadem computatione, an poſsit petere pręſtantiā. dic ꝙ non quia cum permittitur qđ poſsit cōputare, vī ꝓhibere ne poſsit petere. vide in d. l. commiſſaria. §. item ſi quis.

Si in uno ſtat. ſint verba derogatiua, ſi aliud ſimpliciter loquat, an valeat. l. ſi quis in prin. de le. 3.

Stat. ſi in ſtatutis vel teſtīs vel alia diſpoſitione reperitur iſta dictio, uir ſimplr. ſine aliqua determinatione, intelligitur de adulto. ſi cum determinatione quia dico, vir alicuius mulieris. tūc intellr de marito. vide l. cum quis §. codicillis. de le. 2.

Statuto cauetur, quod filiæ fœminę non ſuccedant maſculis, Item maſculi teneantur dotare arbitrio boni uiri inſpecto, ud e de leg. 3. l. ſi filius.

Stat. cum in eis eſt aliquod verbum ambiguum. quod habeat aliquid ſignificare. quod debeat intelligi ſecundum commu nem uſum loquendi, uide per Bart. in l liberorum. §. quod tamen caſius. de leg. 3. & de ſupel. le. l. Labeo.

Statuto cauetur, ꝙ ſi dos eſt recepta in roba æſtimata debeat reddi fcā detractione medietatis ptij. reperiebat quidam in inſtrumento. quod mulier dedit dotem in pecunia. & inreb. appretiatis, nec apparet quantum ſit datum in rebus, tamen uī datum quantum eſſet conuenies mulieri. ſecundum qua qualitatem ſuę perſonę. uide de le. 3, l. cū quærebatur. §. lana.

Statutum quod libris mercatorum credatur, vſque ad certam quantitatem. vide de leg. 3.

Stat. cum tractatur de ſignificatione verborum, quid erit, vide de leg. 3. l. non aliter. nec remittit Bar. ad id, quod dicitur per eum in l. omnes populi. de iuſt. & iu.

Stat. eſt, ſi quis portauerit frumentum extra ciuitatem, teneatur *in tantum*, ſi portatur farina ſecundum propriam ſignificationem, non tenetur. vide de le. 3. §. ſi plures.

Statutum ſi dicit, quod reus in prima citatione habeat dilationem decem dierum, & ſi non comparuerit tunc bis citetur, nec repetit dilationem, videtur clarum ꝙ omnes dilationes ſint æquales, per Bar. de an le. l. ſi legatis.

Statuto cauetur, ꝙ cui non eſt ſolutum pretium equi, quod habet ſtipendium, tātum quolibet menſe, donec ſibi ſatisfiat, ſi pro parte ſit ſolutum pretium equi. an pro parte debet habere ſtipendium. vide de vſufru. le. l. qui vſumfructum.

Statutum eſt in ciuitate Romæ, ꝙ nullam penſionem ſoluere poſſunt, niſi detrahant gabellam ſex denari. pro libra, ſi domos conducunt a communi pro certo ſalario, abſque conditione alicuius gabellę. camerarius debet detrahere. ſed cō ductores habent recurſum contra commune. ita determinatum fuit per l. ſi ſoci. §. item quæritur. de iti. actuq; priua.

Stat. factum a priorib. habentibus arbitrium, an ſequentes poſſint illud reuocare, ſi fecerunt arbitrio eorum, & tanquam priores, ſic, ſi quia erat eis conceſſum, quod facerent ex authoritate conſilij, tunc non poſſunt ſine eadem authoritate. vide per Bart. in d. l. quoriens.

Statu. quando in eo ponuntur clauſulæ ſpeciales & ponuntur generales clauſulæ, an illæ clauſulæ generales intelligantur de eo genere cum ſpecialibus. vide per Bart. in l. fi. §. cui dulcia. de vino, tri. & ole. le.

Statuta duo ſunt in ciuitate Peruſij. vnum, ꝙ omnes comitatē ſes de qualibet porta teneantur apportare tm̄ frumentum, quantum habet illa porta. aliud erat ſpeciale, ꝙ comitatenſes de caſtro foſſati valet in porta ſolis, an illi in porta ſolis, teneantur adiuuare ad portandum ex vigore primi ſtatuti. Bar. determinauit quod non. vide per eum. de fun. inſtruct. l. quæſitum. §. ſi quis fundum.

Stat. quod imponit pœnam ipſo iure, nunquam augetur pœna contra negantem, quia nulla condemnatio poteſt fieri tanquam contra negantem, & ideo pęna ex negatione nunquam augetur. vide de pecu. leg. l. id quod ſeruo.

Statu-

Source : BIU Cujas

Statutum erat in ciuitate, quod qui emit aliqua bona alicuius, teneatur ad debitum & ad creditum, datur remedium, ꝙ nō teneatur emptor ad debita, videlicet quod emat omnes res singulariter. casus est no. de pec. le. l. Domitius.

Statuta dicunt, quod talis officialis non debeat syndicari nec etiam potest contra eum inquiri, hoc est verum, nisi pro reliquis, quæ remanserunt penes eum de bonis communis. vide de pecu. leg. l. Domitius.

Statutum, si dicit quod nullus poterat extrahere sagittamēta. q̄ritur quid veniat appellatione sagittamentariorum. text. est in l. pe. de penu leg quod cōtinentur tam ea, q̄ sagittant, q̄ ea, quæ sagittant. vnde balista & fiſia continentur, non qa sagittant, sed quia per ipsas sagittatur. vide per Bar. in d. l. pe.

Stat. dicit, quod potestas & capitaneus sic faciant, quod ex illo statuto oritur officium iudicis. vide de alimen. le. l. solent.

Statutum, si in causis damnorum datorum dicit, quod sufficit probatio per iuramentum, quicquid illam causam tangit, poterit probari per iuramentum. aliud, si diceretur in causa. vide etiam in d. l. solent. Bald.

Statu. dicit, quod si nobilis intrauerit palatium capitanei, punitur in tantum quod si non est capitaneus, & nobilis intrat, non videtur teneri, quia non potest dici palatium capitanei, vbi non est capitaneus, per tex. in l. ius de au. & arg. leg.

Statutum imponit pœnam cuicunque portanti arma offendibilia, & aliquis portat arma, quæ possunt esse offendibilia cū cuspide acuta, an debeat puniri, inspicitur consuetudo, ad quem vsum communiter portentur, arg. de au. & arg. legat. l. pediculis. § argento.

Statuta, quæ loquuntur de fideiussore principaliter, statur veritati, & non verbis instrumenti. vide per Bartolum de libe. agnoscendis. l si quis reum.

Statuta dispositiua circa idem sunt duo. postea fit vnum statutum derogatorium. semper aduerte verba derogatoria, vtrū referantur ad dispositionem. vide de alimē. le. § fundus. Bar.

Statutum an in iure vel legibus dictiones taxatiuæ inducant legum correctionem, verbi gratia, vnum pro maleficijs imponit pœnam nullam, aliud pro eodem ponit pœnam quinquaginta tantum, & duntaxat, an inducat correctionem. vide per Bar. in d. l. si quis ita. § Titio centum.

Statuta, quæ auferunt beneficia alteri concessa, vtrum stetur causæ in statuto appositæ sine aliqua probatione. vide Bart. de alimen. lega. l. diui.

Statuta camporum, quę dicunt quod ipsi teneantur cancellare rationes, de quibus fuit plene satisfactum. modo aliquis campsor. non cancellauit, sed scripsit satisfactionem, an satisfactum sit statuto, & est clarum quod sic, quia idem est hodie dicere scribere, quod cancellare, ar. l. nihil interest. de administratio tuto. vide ibi per Bart.

Statutum dicit, quod mulieris prædecedentis vir lucretur certam partem doris. certe si simul decedunt, dicuntur in matrimonio decessisse. casus est de re. du. l. qui duo. §. si maritus. vide ibi per Bartolum.

Statuto cauetur, ꝙ quicūque præstiterit auxilium & fauorem exbannito, vt esse aduocatum eius, vel fideiussorem, est ei prædare auxilium & fauorem, nisi fiat mandato iudicis. vide in d. l. post legatum §. qui putant. per Bar.

Statutum in eis an falsa causa vitiet, vide per Bar. de condit. & demonst. §. quod autem.

Statutum si dicit, quod de pretio rei venditæ soluatur gabella sex denariorum pro libra. Contingit, quod aliquis vendidit rem pro centum, sed in faciendis subhastationibus expēdit. xx. ar. est de cond & demonst. l. Stichus. §. cuidam. quod solū pro octoginta oportet solui gabellā nam pretium debet intelligi non quantum emptor dat, sed quantum apud venditorem remanet. vide per Bar. in d. l. qui distinguit verba stat.

Statuta de homine carcerando, an valeant, vide per Bartol. de cond. & demonst. l. Titio centum. §. Titio genero.

Stat. est Perusij, & in pluribus terris Italiæ, ꝙ filia dotata a patre, non succedat nec possit aliquid dicere contra testamentum patris modo cuidam pupillæ pater legauit centum pro dote sua. quæritur an possit petere statim, an expectabit tempore legitimo, & an ista dos succedat in locum legitimæ, ita quod remoueatur ab ea omnis dilatio, & an legitima possit tolli per stat. vide per Bar. de cond. & dem. l. Titio centum.

Stat. si dicit, ꝙ extantibus filijs masculis fęminæ non succedāt. & sunt tres masculi, & vna fœmina. modo ex illis masculis duo repudiauerunt, an habeat ius accrescēdi, masculus, vel fęmina. do Ray de For. per l. mulier Titio. de cond. & demō. determinauit, ꝙ quantum illi fratres habent vltra virilem, habent de iure speciali. & ideo non habet locum ius accrescendi. & sic deuenit ad filiam. Bar. contra. vide ibi per eum.

Stat. dicit, ꝙ filia fęmina sit contenta dote pro falcidia debita in bonis patris. dicit filia, volo legitimam meam quia non est falcidia, vide per Bar. ad leg Falc.

Statutum si disponit, quod prius erat dispositum de iure communi, an sit ius cōmune uel municipale statutum. uide per Bartolum in d. l. 1. ad le. Fal. & c. primo de consti. lib. 6. & per Ioan. An. in suo appa. & ibi per glo.

Stat. fuit factum in ciuitate Perusii. quod stat. quod loquitur de coniunctis, locum habeat per omnia in extraneis. intelligitur in quib casib. habere potest locum, quia si esset stat. ꝙ inter consanguineos proximos compromittatur, non potest habere locum in extraneis, per Bar. in d. l. §. lex falcidia.

Statuto cauetur, ꝙ ex quolibet contractu exquo acquiritur alicui ius, debet solui gabella preterquam de instrumento solutionis. modo obligaui me ad uendendum tibi fundum. nūc vendo, quæritur an ex isto instrumento venditionis debeat, gabella detrahi & uidetur quod non, per textum ad leg. Falcidiam, si pupillus. vide ibi per Bartolum.

Stat. non potest disponere ꝙ spurius succedat. vide Bart. ad le. Falci. l. Seius & Augerius.

Statutum si faceret hoc modo, quod quicunque opponeret, ꝙ talis sit spurius. puniatur in tantum, non valet tale statutum & poterit opponi, non obstate eodem vide per Bartol. in d. l. Seius & Augerius.

Stat. dicit quod pro qualibet libra soluatur vnum pro gabella modo promitto tibi quadraginta soluenda quolibet anno tantum, non debet solui gabella pro tota quantitate, sed debet deduci interusurium medii temporis, quia illa quantitas, pro omni anno, decem pro centenario ideo sicut minus estimatur quo ad soluendum principale. Ita & quo ad soluendum gabellam prout hic. Quo ad Falcidiam autem, vide per Bar. in l. lege Falcidia. ff. ad leg. Falci.

Stat. est factum, ꝙ de qualibet re quę fuerit alicui relicta, soluatur gabella. contingit quod alicui fuit aliqd relictum annuatim. dicit Bart. quod primo anno debet soluere gabellam. pro aliis annis soluit in futurum. prout dies cesserit, sicut si esset in diem relictum, ut. l. lex Falcidia non habetur. ad legem Falcidiam, vide per Bar. ad legem Falcidiam l. cū Titio.

Statuto alicuius ciuitatis cauetur quod qdam nobiles immunes sint a collectis, & quod non debeant habere aliquod officium in ciuitate, & si acceptauerint, tunc priuantur immunitate, & in ciuitate sit aliud statutum, quod ad nocatus qui ad aduocationem erat positus, debeat habere decem pro libra, modo quidam aduocatus de illis nobilibus acceptauit officium illud, an priuetur illa immunitate. Bartol. quod sic, per. l. beneficio, ad legem Falcidiam. quia quod detrahit. scilicet duodecim denarios de libra, est beneficium. uide per Bartolum in d. l. beneficio.

Stat. est in ciuitate Perusii, ꝙ quicunq; est allibratus a quinquaginta libris, supra, teneatur commmuni mutuere decem, Florenos. insurgit dubium. quidam habet minorem libram sed succedit cuidam suo consanguineo, non est facta admissio, an teneatur mutuare, uide per Barto. ad l. Falci. l. qui fundum. §. cum filius.

Stat. si dicit; ꝙ quicunq; est allibratus a quingentis libris vel ab inde. s. teneatur mutuare cōi centum Florenos pro emendo frumentum. & ex hoc insurgunt duo dubia. Primum est, qdā succesſit cuidā suo consanguineo, in libris cōis reperiunt diuersę nec ascendūt ad dictā summā. sed si simul misceant, sic. an debeat fieri contributio siue mistio. Secundū dubium est. plures filij succedūt vni patri cuius libra ascēdebat ad dictā summā, nec est facta diuisio librę, an dēat dicta libra cōsiderari in singulis ꝑ rata, an oīb. simūl. vide in d. §. qui filius.

Stat. seu consuetudo est in marchia & in ducatu, quo prohibet fieri iniuria appellanti a communi. sed commune coegit appellantes coniunctos, vt appellans per hoc desistat ab appellatione. certe commune debet puniri, per Bart. de condit. & demon. l. hæres meus. §. quod in fraudem. per illum §.

Statuta, quæ dicunt actionem non dari, vel aliquem non audiri, opus est in exceptione in ciuilibus. secus in criminalibus. vide per Bartolum ad Trebellianum. l. 1. §. sublatis.

Statuta & leges. quæ loquuntur in hæredibus, habent locum in bonorum possessoribus. vide per Bartolum ad Trebellianum in d. l. in bonorum.

Statuta quę dicunt aliquos cogendos ad sustinendum arbitramentum, debent intelligi. nisi ille aliquod incommodum suspectum habeat, tunc ille non potest cogi nisi omne damnum resarciatur. vel a prætore mittatur. per Bartol. ad Trebellianum. in l. apud Iulianum.

Stat. si dicit, ꝙ debitor possit capi & incarcerari pro debito in hærede, dic idem per tex. ad Trebel. l. postulante, & ibi vide per Bart. licet in statuto non fiat mentio de hærede.

Stat. ꝙ filiæ fęminę & nopotes non succedāt extantibus masculis, ꝙ talis neptis non admittatur in terminis, §. cum ita. in l. hæredes mei. ad Trebellia si supereſt nepos ex filio masculo, qui ex præsumpta voluntate defuncti. secundū stat. ciuitatis neptem fęminam excludit vide per Barto. in d. §. cum ita.

Source : BIU Cujas

Regulæ Stat. per Bart.

Statutum dicit, quod priores poſſunt aliquid facere omnes, vel ſeptem ex eis. nam videtur quod ſeptem de eis poſſint, vt l. hę redes §. cum ita. vide Bartolum ad Trebellianum.

Statu. eſt ciuitate, quod ſi quis non inſinuauerit teſtamentum intra decem dies, quod non valeat, quod hoc fideicommiſſario non nocet, immo ad petitionem eius fideicommiſſum inſtituitur, & reſtituere cogetur hæres uide per Bartolum ad Treb. l. facta. §. ſi quis bonorum.

Statutum eſt, quod filij naturales ſuccedant ab inteſtato, certe tales naturales facerent deficere conditionem fideicommiſſarij, quia ſunt tales, qui tanquam legitimi ſunt educti, vide per Barto. ad Trebel. l. herennius. §. titius.

Statutum, eſt, quod filia fęmina non ſuccedat ſtantibus maſculis ex eodem patre. fit aliud ſtatutum, quod ſoror non ſuccedat patri non extantibus alijs fœminis ex eodē patre. modo quęritur quid ſi extat aliqs frater vel filius, qui oīno nō eſt capax, an impediat iſtā filiam uel ſororem ſuccedere. uidetur tex. quod non, de bo poſ. con. tabu. l. 1. § fillum. & ibi per Bar. Secundo pone, quod talis filius vel frater non eſt omnino capax. ſed tamen in propoſito caſu impeditur ſuccedere ex perſona alterius, verbi gratia decedit vnus relicto fratre ex patre tantum, & relicta matre & ſorore ex vtroque parēte. hoc caſu ille frater ex patre tantum, non poteſt ſuccedere, quia prę fertur ei mater, ut auth. defuncto. dubitatur, an ſoror ex vtroque parente poſſit cum matre ſuccedere. vide per Bart. in d. §. filium. & quaſdam quæſtiones pendentes ab iſtis.

Statutum dicit, quod ſcholares tractentur, vt ciues in omnibus ſcholares qui habent priuilegium vltra ciues. non perdunt, illud priuilegium quia iſtud ſtatutum eſt inductum in reſciſionem obſtaculi, quod eſſe poſſit ſi ille non eſſet ciuis. facit de bo. poſ. contab. l. 1. § ſi emancipatus. & per Bar. ibi, non. n. per reſciſionem &c & facit ad multa.

Statutum dicit, quod omnes venientes ad habitadum in iſta ciuitate, habeant aliquod priuilegium, modo quæritur, an ciues originarii, non habitantes & uenientes ad habitandum, gaudeant iſto priuilegio. tex. in l. emancipatus. §. ſi pater ex duobus. de bo. poſ. contrab. & facit quod ſic. uide ibi Bar.

Statutum. quod ſi quis contraxerit cum exbannito, puniatur in cētum. ego contraxi cum filio & ſeruo exbānito, an punior. inſpicitur cum quo contraho, non cui quæratur ex diſpōne, legis vide de lega. præſtan. l. ſed & ſi mortis. § hic aūt ſolum.

Stat. dicit, quod qui ceſſerit alicui nobili, cadat a iure ſuo. ponatur, quod aliquis ceſſit. qui cedere non potuit. vel alias ceſsio non valuit, ſeu fuit inutilis, an cadat a iure ſuo, tex. in l. filium qui. § ſi quis. uidetur quod non, vide ibi per Bar.

Statuto cauetur quod filia fœmina non ſuccedat ſtantib. agnatis. quia cūm contemplatione agnatorum filia repellatur, videtur illis agnatis hęreditas ex teſtameuto transferri, vt l. cū emancipati. §. ſi duo agnati. de colla.

Statutum ſi dicat, quod filia non ſuccedat patri extantibus maſculis, an ſuccedat cum matre extantibus aliis filiis, quod videtur, ſi eſt aliquis filius maſculus, qui ex iudicio teſtatorum non poteſt ſuccedere, quia exhæredatus. an impediat matrem vel filium ſuccedere, vide per Barto. de coniung. cum eman. lib. l. 1. §. ſi pater

Statutum, quod mater non ſuccedat filio habenti fratres carnales ex patre viuo. Pone filius Titij deceſsit fratre præterito extraneo non turpi inſtituto, ſuccedit ne mater, vide per Bartol. in d. §. ſi pater.

Statutum cum dicit, ſi quis inuenitur declinaſſe iuriſdictionē iudicis. quod poſsit impune offendi de iure, ſi illi non fuit denuntiatum, non poteſt impune offendi, vide per Bartt. de iure pa. in l. cum §. 1. qui facit ad hęc. ſecundum Bar.

Statutum dicit quod extantibus maſculis filia fœmina non ſuccedat. modo extat maſculus. ſed eſt filius naturalis, an filia fœmina ſuccedat, uidetur quod ſic. quia paria ſunt, non obſtare & non poſſe ſuccedere. uide de bonis, quæ liberis. l. ſi Titius. §. ſi de portatus. uide ibi per Bar.

Statuti uerba in dubio debent intelligi, ſecundum propriam ſignificationem. vt l. cum aliter. de lega. tertio. vide de ſuis & legit. l. inteſtati.

Statuto ciuitatis cauetur ꝙ mater non ſuccedat filijs inteſtatis ꝙ non habet locum in pupillo decedente. quia ille proprie inteſtatus nō decedit. vide per Bar. de ſuis & legiti. l. inteſtati.

Statutum dicit, quod filia fœmina non ſuccedat abinteſtato extantibus maſculis, an filia fœmina dicatur ſua hæres. & reſpondetur, quod non, quia ſit exhæredata, per Bar. de ſuis & legit. l. 1. §. ſciendum.

Stat. fuit factum in aduentu imperatoris Federici. & aliqui nobiles. fuerunt exbanniti, ipſi & eorum nobiles filij & nepotes. certe ſi ſunt aliqui nepotes, qui non erant concepti, tunc non comprehenduntur. ſed ſi vis, quod ipſi comprehendantur, dicas ſic, ipſi. & eorum poſthumi. nam appellatione poſtumorum, comprehenduntur omnes deſcendentes, ut l. iuriſconſultus. l. parentibus de gradi.

Statuto ſi cauetur, ꝙ filia non ſuccedat ſtantibus maſculis, & habeat locum in prēteritis & futuris, modo quędam filia cū fratre diuiſerat, quærebatur, an in ea locum habeat ſtatut. Bart. ꝙ non, quia cauſa illa iam erat finita diuiſione. faciunt dicta ad Treb. l. 1. §. quod ait. vide ibi.

Stat. ſi dicit, ꝙ filiæ fęminę non ſuccedant ſtantib. liberis. teſtamento extantibus filijs, patri ſuccedant. Caſus eſt in l. ingenua. §. item, qui ſunt filij. ibi vide per Bar.

Stat. ſi dicit, ab inteſtato ſuccedat, etiam ſi fecit quis teſtamentum, quod poſtea ruptum eſt agnatione poſthumi, vel repudiatione, videtur habere locum ſtatum. contrarium eſt verum. vide per Bartol. de ſuis & legiti.

Statutum licet loquatur in poteſtate, habet tamen locum in capitaneo, circa id, in quo habet eandem iuriſdictionem, quam poteſtas per Bartol. ad Trebellianum. l. ſiue ingenua. §. filij autem.

Statuto ciuitatis Florentiæ cauetur, quod extantibus agnatis vſque ad tertium gradum, &c. quid de auo materno? dic ſecundum Bal. in d. l. ingenua. §. videndum.

Statuto ciuitatis cauetur, ꝙ filia dotata non ſuccedat quouſque ſupererit aliquis maſculus. ſupereſt, qui poſtea mortuus eſt ſine liberis hęreditate adita. quæritur, an filia poſt aliquid petere ex hęreditate paterna. dubium facit, quod in ſucceſſione ab inteſtato ille admittitur, qui eſt proximior tempore mortis vel tempore, quo teſtamentum deſtituitur, ſi teſtamentum fuit factum, vt inſtit. de hęred. ab inteſta. §. ita demum. & C. de cond. inſti. l. fin. quod ibi no. Sed iſta filia non erat proximior, nec erat apta ad ſuccedendum tempore mortis, vide per Bar. ad Trebel. l. filius. vbi hoc diſputat.

Stat. poteſt facere, ꝙ quis ſit hęres ad tempus, & ſit hęres in uita alicuius, & defuncto poſtea, deſinit alius ſit poſtea hęres directo, vt l. miles. de mili. teſta. vide per Bar. in l. filius. & vide ibi per Bar. quæ alias eſt. l. quotiens.

Stat. eſt in ciuitate, ꝙ in talibus partibus homines poſſunt quadraginta beſtias tenere ad paſcendum inter terminos deſignatos, & ſic in certa parte prati poterant poſtulata licentia. Quidam fuit accuſatus, quod tenuerit beſtias in dicto prato. non fuit dictum in accuſatione. infra terminos deſignatos, & ſic ſimpliciter fuit probatum. dicit Barto. quod ex hoc non poterat ſequi condemnatio, per gloſ. & in l. de pupillo. §. ſed ut probari.

Statutum eſt, quod nobiles non poſſunt viſitare palatium, niſi tempore conſilij. fuit quidam accuſatus, nec fuit dictum an tempore prohibito vel permiſſo. dubitatur an abſolutio vel condemnatio ſequi debeat. vide per Bartolum in dicto §. ſed vt probari.

Statut. ciuitatis, quod citetur quis perſonaliter, vel ad domum vtrum ſufficiat ad domum citari nulla diſcuſsione facta de perſona. vide per Bar. de dam. inf. l. dies. §. prętor ait.

Stat. dictat, ꝙ de quolibet contractu, de quo fieret inſtrumentum, ſoluatur gabella ſex denariorum, pro qualibet libra. iſtud ſtat. non habet locum in contractibus, qui fiunt ſuper re ineſtimabili, vel quando non continetur aliquod intereſſe eſtimabile per libram, de damno infecto. l. dies. §. prætor ait, in fine per Bartolum.

Stat. dictans id, quod ius commune. Bar. ad l. Falc.

Stat. quod procedit prohibendo actum & non annullando, an faciat actum ipſo iure nullum, vel ꝙ peti poſsit, ꝙ annulletur. per Bar. in l. certa ratione. C. quan. prouo. non eſt neceſ.

FINIS.

CON-

Source : BIU Cujas

CONTRARIETATES BART.

VTrum per verba, nolo adire, videatur facta repudiatio. Bartolus in l. ſi quis ſuus.ff.de iure delib.& in l.2.de iur.& fac. igno.tenet quod non,ſed ipſemet tenet contrarium in l.filij mater.ff.ad Tertul.

Vtrum.l.cum hæreditate.ff.de acqu.hęred.habeat locum in eo,qui eſt inſtitutus,& pupillariter ſubſtitutus. Bar.in l.fin. ff.de acquirenda hęreditate. tenec quod ſic. ſed ipſemet tenet contrarium in l.teſtamento. C.de impuber. & alijs ſubſtitut.

Vtrum. l.ſi duobus.§.ſi prius. ff.de contratab. habeat locum in filio in poteſtate. Bartolus in l.ſi filius,qui in poreſtate. ff. de liberis, & poſthumis. tenet quod non, ſed in dicto §. ſi prius. tenet quod ſic.

Vtrum ſi tutor impedit conditionem appoſitam in perſonam pupilli adimpleri,habeatur illa conditio pro impleta.Barto. in l. Iulia ait.de condit.& demonſt.tenet quod non. Sed contrarium eſt veritas, vt l. cum pupillus. ff. de conditio. & demonſtratio.& ita ibi ipſemet ſentire videtur, & tunc eſt tex. in l. Titia.§.ſi ea.ff. de legatis tertio.

Vtrum, ſi aliquis vilis conditionis inſultatur ab aliquo, & poteſt fugere,& non fugit,ſed ſe defendit, & ſe defendendo occidit inſultatorem, puniatur aliqua pœna. Bartolus tenet q̃ non,in l. prima. C.vnde vi. Sed contrarium tenet ipſe in l.vt vim. ff. de iuſtitia & iure.

Vtrum valeat ſtatutum, quod bannitus non poſsit ſe defendere. Bartolus. tenet quod non, in l.cum mulier in lenonicio ſoluto matrimonio. ſed contra videtur tenere ipſe, in l. vt vim.ff.de iuſtitia & iure.

Vtrum.l.ſicut.C.de præſcriptio. triginta annorum. quæ diſponit, quod contra creditorem præſcribatur. triginta annis. etiam ſi debitor ſit in mala fide,valeat de iure,id eſt,potuerit Imperator ſtatuere hoc,& ſimiliter, ſi valeat ſtatutũ,qđ creditor poſt quinque annos cadat a iure ſuo.Bar.in l. ſequitur. §.ſi uiam ff.de uſuc.tenet quod ſic.& in l.ait prætor. §.hi plane.ver.ſed dies.ff.ex qui. cau.maio. &idem ipſe tenere uidetur in l.ſi is cui.§ Flauius.ff.de ſolu.& in l.legaui.ff.de lib.leg. Sed contrarium tenet ipſe in l.omnes populi.in fi.ff.de iuſ.&. iure.in tertia principali quæſtione de quibus & ſuper quibus poſsit fieri ſtatutum.

Vtrum modica coertio corporis, poſsit delegari. Bartolus tenet quod non, in l.ſecunda & in l. iubere. & in l. magiſtratuum.ff.de iuriſdictio omnium. Sed contrarium tenet ipſe in l.imperium. in fine.in tractatu. meri imperii. de iuriſdict. omnium iudicum.

Vtrum arbiter poſsit abſoluere ab inſtantia ſiue proceſſu. Bar. tenet quod non.in l. inter plures. ff.de re iudi. ſed ipſe tenet contrarium in l.differentiæ.de arb.

Vtrum ſententia abſolutoria, pro fideiuſſore lata, etiam quia non ſit contractum,proſit reo,Bar.tenet quod non in l.adulter. §.ſi eo tempore.ff.de adulteriis. & in l.a duobus.§.a fideiuſſore. & in l.finali. §.finali.ff.de iureiurando. & in l.aduerſus. ff.ad arbitris. Sed ipſe tenet contrarium in l. ex duobus. ff.de duobus reis. in quarta quæſtione in qua tractat de ſententia. & in l miſsi.§.fin. ff.de fideiu.

Vtrum, quando dominium deducitur incidenter in indicium ſufficiat probare de ſola poſſeſsione, & præſenti.Barto. tenet quod ſic in l. quidam cum ſuo.ff.de condi. inſti.ſed ipſe videtur tenere contrarium in l.1.ff.fa.ercis.

Vtrum ſi pupillus ſolus eſt inſtitutus a patre,& ſe immiſcuit,& mortuus eſt, poſsit ſubſtitutus pupillariter adire ex ſubſtitutione pupillari,& petere reſtitutionem ex perſona pupilli aduerſus immiſtionem hæreditatis paternę factam a pupillo.Barto.dicit quod ſic in l.ſed ſi plures. §.ex aſſe. ff.de uul. & pupillari & in l.finali. ff. de acquirenda hæreditate. ſed gloſa & ipſe Bar.tenet contrarium.in l.paterfam. ff de pri.cre.

Vtrum.ſi inſtitutus in eodem teſtamento ex pluribus partibus ſeparatim incipit a repudiatione, ualeat repudiatio, Barto. tenet quod ſic in l.prima & l.tutor ex parte. ff.de acqui.here. Sed contrarium tenet in l.ſi.ff.de acqui. hære.& in l.quidam elogio.C.de iure delib.

Vtrum donatio inter virum & vxorem iuramento confirmetur.Bartolus ſentit quod ſic,in l. cum quis decedens. §.penultimo.ff.de legatis tertio,ſed cõtrarium tenet ipſe in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſoribus. in fine.apparatus. & in l. Seius & Augerius.ff.ad l.falcidia

Vtrum ex contractu ſocietatis acquiratur dominium ſine traditione.Bartolus ſentit quod ſic. vt, l.& ideo. ff.de condictio furt.in l.traditionibus.C.de pac.& in l.prima. ff.pro dote contrarium tenet ipſe in l.3.ff.pro ſocio.

Vtrum, ſi res hęreditari a ſubtrahatur, hærdita te iacente, & ſtat per furem,quominus hæres apprehendat poſſeſſionem, rei,competat hæredi actio furti. Bald. in l.ſed nec legatarius ff.de condi. furti.ſentit quod ſic, ſed ipſemet ſentit contrarium.in l.ſi abducta.C.de fur.

Vtrũ ſi incontinenti vel de interuallo interponitur ſtipulatio, coæqualis,continens tantundem,quantum primitiua obligatio præſumeretur olim nouatio. Bartolus ſentit quod ſic in l.ita ſtipulatus.ff.de veborum oblig.& in l.ſingularia.ff.ſi cert. pet. Contrarium tenet ipſemet in l qui bisidem. ff. de verb.obli. & in l.ſcire debemus.eo.tit.

Vtrum ex legato partis bonorum,tranſeat dominium ipſo iure in legatarium.Bar.ſentit quod ſic,in l.non amplius.§.ſi.de leg.1. ſed ipſemet videtur expreſſe tenere contrarium in l.ſi quis bonorum.ff.de leg.primo.

Vtrum ratione contractus emphyteotici agatur condictione ex.l.prima.C.de iure emphy.Bartolus ibi tenet quod ſic,& in l.prima. ff.de pub.iud.Contrarium tenet ipſemet in l.1. ff de condictio ex lege.

Vtrum in caſu.l.agraria.ff.de ter.moto.pœna applicetur fiſco. Bartolus ibi tenet quod ſic. ſed contrarium ipſe tenuit in l. prima. ff.de publicis iudiciis.

Vtrum ſi ſtatuto cauetur. quod pro certo debito debeat reus condemnari in certa quantitate,quam ſi non ſoluerit infra menſem, amputetur ſibi pes, vel caput, inducatur nouatio pœnæ pecuniariæ elapſo menſe.Bartolus tenet quod ſic, ff. de pub.iudi.in l.ſecunda.ſed ipſe ſentire uidetur contrarium In l.ſi duobus. §.item reſpondit ſocius.ff pro ſocio.

An per ſtatutum ciuitatis recognoſcentis ſuperiorem poſsit, alicui delinquenti infamia irrogari.Bar.tenet quod ſic.in l.1. ff.de poſtulan.& in l.fi.C.de ſen pas. Sed ipſe uidetur tenere conrrarium in l.infamen.ff.de publi.iudi.

Vtrum ſi ex delicto imponi debeat pœna pecuniaria. vt.20.aureorum applicando fiſco, cadat hæc pęna in ſeruis.Bar. tenet quod ſic in l.hos accuſare.§.de ui ff.de accuſa.ſed ipſe tenet contrarium in l 1.ff ſi fami.fur fe.dica.

Vtrum iudex ordinarius ad ciuiles cauſas tantummodo deputatus, poſſit teſtes falſum deponentes coram ipſo, vel producentes coram ipſo falſa inſtrumenta punire.Barto.tenet quod non,in l.diuus.ff de fal. Sed contrarium ipſe tenet in l.multum.C.de teſti. Item Bar.in l.nequid.§.primo.de incen.rui naufr. ſequi videtur opinionem illorum, qui reprobant gloſ.ibi poſitam.ſed in l.cunctos populos. C.de ſumm. trin.videtur illam gloſſam ſequi.

Vtrum prohibito contractu per legem vel ſtatutum,intelligitur eſſe prohibita dominii translatio ratione illius contractus. Barto.ſentit quod ſic,in l.prima §.ſi mater. ff.de acquirenda poſſeſſione. Sed ipſe tenet contrarium. in l. non dubium. C.de legibus.

Vtrum res eccleſiaſticæ poſſint concedi in perpetuam emphyteoſim ita quod tranſeant ad hęredes extraneos. Bart. tenet quod ſic,in authentica perpetua. C.de ſacroſanctis eccleſijs. Sed contrarium ipſe tenet in l. quod dicitur.ff de verborum obligationibus. & in l. ſi tibi decem millia. § pacti. ff. de pactis.& in l.ſi patroni in principio.ff.ad Trebellia & in l iuſiuran.§.ſi liberti. ff.de operi.liberto.

An priuilegium.l.fin. C. de ſacroſan.eccl.habeat locum in caſtris.Bart. ibi tenet quod ſic. Contrarium tenet ipſe in l.ſi finita.§.ſi de vectigal.ff.de damn.infec.

Vtrum ſi reus conuentus actione reali, & condemnatus reſtituit actori poſſeſsionem petitam, poſsit actor denuo contra illum implorare executionem ſententię, ſi poſtea per uenerit ad eundem. Bart. tenet quod ſic,in l.ſed & ſi poſſeſſori in principio.ff.de iureiurando. contrarium tenet ipſe in l.permiſceri. ff.de acquirenda poſſeſsio. & in l.Claud. ff. qui potiores in pigno habeantur.

Vtrum tacitum proſit pactum abſenti Bartolus tenet quod ſic in l.creditores. C. de pactis. Sed contrarium ipſe tenet in l.ſi conſiſtante. in principio, ſol.matr.in quinto art.princ.

Vtrum ſi ex pluribus fideiuſſoribus, qui habent beneficium diuiſionis ex epiſtola diui Adriani, vnus ſoluat partem eum tangentem,dicens expreſſe, ego ſoluo pro parte mea, liberetur ope exceptionis taciti pacti preſidio. Barrolus tenet quod ſic,in l. quotiens vni.ff.de ſolutionib.& in l.ex duobus reis.ff.de duobus reis.contrarium ipſe tenet in l.inter eos. §. primo. de fideiuſſoribus.

Vtrum nudo pacto permittens aliquod factum ex cauſa donations, conueniri poſsit condictione ex lege, ſi quis argentum.C.de donationibus Barrolus tenet quod non,in l.iuriſgentium. §.quinimo.ff.de pactis. Sed contrarium tenet glo. cum qua Bartol.in l.ſi cum mihi.ff.de dolo.& Barto.in l.qui ſaxum.ff.de donationibus.

Source : BIU Cujas

Contrarietates Bartoli.

Vtrum ſi hoſpes proteſtatur ante ingreſſum hoſpitij, quod ingredientes illud res ſuas eorum periculo cuſtodiant. proſit, ſibi hæc proteſtatio. ſi illi tacuerint. Barto. tenet quod ſic in l. fin. §. item ſi prædixerit. ff. nau. caup. ſtabul. Sed contrarium ipſe tenet in l. non ſolum. §. morte. ff. de noui operi. nunciat. & in l. pacta nouiſsima. C. de pac.

Vtrum proteſtatio declaratoria actus præcedentis ex ſola voluntate proteſtantis, & non tertij facta ſimpliciter, trahatur, ad actum poſt ea ex interuallo factum. Barto. ſentit quod ſic, in l. pacta nouiſsima. C. de pactis. & in l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de legatis tertio. Sed contrarium ipſe tenet. in l. qui aliena. §. fin. ff. de acquirenda hæreditate.

An pactum nudum factum poſtquam contractus fuit habitus a patribus pro facto & abſoluto intra modicum tempus antequam ad alia diuertatur, veſtiatur cohærentia contractus Bartolus tenet quod ſic, in l. bona fide. C. de pac. Sed contrarium videtur tenere in l. iuriſgentium. §. quinimo. ff. de pactis, & in l. 1. in fin. ff. de ſolu.

Vtrum, ſi aliquis poſt delictum cõmiſſum ante actionem propoſitam facit pactum de non accuſando reum, valeat pactum. quoad hunc finem, ille paciſcens ab accuſando. repellatur. Bartolus in lege tranſigere. C. de tranſac. tenet quod ſic. Sed contrarium ipſe tenet in l. maritus. §. ſi negauerit. ff. de adulterijs.

An, ſi reus calumnioſe ſe defendit, valeat tranſactio ſecum facta. Bartolus tenet quod non, in l. in ſumma. §. primo de cõdictione indebiti. ſed contrarium tenet ipſe in l. ſub prætextu. la prima. & in l. ſiue apud acta. C. de tranſa. nam ibi diſtinguit inter actorem & reum.

Vtrum teneat iudicium, quod maior vigintiquinque annis, ſuſcipit tanquam defenſor alterius. Bartolus tenet quod ſic in l. exigendi & in l. licet. C. de procura. ſed contrarium tenet ipſe in l. minor. ff. de procura.

An in caſu l. fœminę. ff. de procuratoribus. ſit neceſſe, quod mulier beneficio Velleiani renuntiet. Bartolus tenet quod nõ in l. alienam, C. de procuratoribus. ſed contrarium tenet ipſe. ff. de appellationib. l. 1.

An interdictum unde ui concurrere poſsit cum actione de dolo. Bartolus tenet quod ſic, in l. ſecunda. ſed contrarium ipſe tenet in l. fin. ff. de dolo.

An prima lectura in gloſa. In verbo, dolo malo. in l. ſecunda. C. de fideiuſ. minorum. ſit bona. Bartolus ibi tenet quod ſic. ſed Bartolus eam reprobat in l. in cauſę. la ſeconda. §. Pomponius. ff. de minoribus.

Vtrum per ſententiam, qua minori conceditur reſtitutio contra ſuam promiſsonem, tollatur ipſo iure ciuilis obligatio. Barto. tenet quod ſic, in l. vbicunque. ff. de fideiuſ. & in l. Stichum. §. fi. de ſoluti. ſed contrarium ipſe tenet in l Iulianus, verum debitorem. ff. de cond. indeb.

An minor poſsit petere reſtitutionem contra obligationem, contra quam tantum tutus eſt ope exceptionis de iure communi. Bartolus tenet quod non, in l. ſecunda. C. de filiofam. mili. & in l. tertia. §. ſed vtrum. ff. de minoribus. contrarium ipſe tenet in l. ſecunda. C. de fideiuſ. mino. & in l. in cauſæ. la ſecunda. ff. de minorib.

An ſi ſtatuto cauetur, quod nullus audeat contrahere cum minore ſine præſentia duorum ſuorum conſanguineorum, teneatur minor ſeruare iuramentum, ſi iurauit non venire contra contractum, quem fecit ſine illorum præſentia. Bartolus tenet quod non, in authentica ſacramenta. C. ſi aduerſus vendi. Contrarium tenet Barto. in l. ſi quis pro eo. in verſiculo quinto prohibetur. ff. de fideiuſ.

An tranſactio ſuper alimentis relictis, firmetur iuramẽto. Bar. tenet quod ſic, in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ. contrarium ipſe tenet in l. cum hi. ff. de tranſactio.

Vtrum poſt elapſum biennium, poſt quod excluditur exceptio non numeratæ pecuniæ naſcatur naturalis obligatio. Bartolus tenet quod ſic, in l. finali. in quibus cauſis in integrum reſtitutio. non eſt neceſſaria & in l. etiam ei. ff. de minorib. contrarium ipſe tenet in l. cum quis. C. de iur. & fact. ignor. & in l. prima. ff. de condictio. indebit. vbi tenet, quod tam ante biennium, quàm poſt illa ciuilis habet effectum, quem habet naturalis, & ciuilis ſimul.

Vtrum hæc ſit bona argumentatio, hæc res alienari non poteſt, ergo non poteſt vſucapi. Bartolus tenet quod ſic, in l. vbi lex. ff. de vſucapio. & in l. ſecunda. §. ſi a pupillo. ff. pro emptore. ſed contrarium ipſe tenet in l. finali. C. in quibus cau. reſtitutio in integrum non eſt neceſ.

Item Barto. in l. quod hæres. C. de teſtamento milit. approbare videtur opinio. Bald. ibi poſita m, ſed in l. ab hoſtibus. §. ſed ſimpliciter. ff. ex quibus cau. maio. illam opinionem reprobat, & ponit aliam nouam opinionem.

In qua forma ſit neceſſe fieri reuocationem procuratoris generalis extra iudicialis conſtituti ad contrahendum cũ omni perſona de mundo. ſcilicet an ſit neceſſe publice fieri, ita quod veriſimiliter perueniat ad notitiam omnium cum quibus iſte poterat contrahere procuratorio nomine, d Bar. tenet quod ſic, in l. non ſolum. §. morte. ff. de noui operis nuntiatione. & in l. qui hominem. §. Titium. ff. de ſolutionib.

Item Bart. in l. prima C. de dilatio. approbat dictum Innoc. in capit. vltimo. extra de probati. quod tantum ipſe alibi reprobat, ſcilicet in l. finali. ff. de ferijs.

Vtrum, quando pater emit rem nomine filij, in eius poteſtate, conſtituti, quam ſibi non tradidit, præſumatur tantum, nomen filij in inſtrumento accomodaſſe. Bartolus tenet quod ſic in l. filius. C. familię erciſcundę. & in l. ſecunda. C. ſi quis alteri vel ſibi. Sed contrarium tenet ipſe. ff. de pecu. lega. & in l. ſi pater. ff. de dona. vbi videtur tenere quod pater hanc rem filio in peculium concedere videatur.

Vtrum ſi in ſententia ſic dicatur. Titium abſoluo a pactis, & victum victori in expenſis, earum taxatione nobis ſeruata, valeat hæc ſententia, quo ad expenſas. Bartolus tenet quod ſic in l. prima §. fi. ff. de hæredis inſtituendis, ſed contrarium ipſe tenet quod non in l. præſes. ff. de ſen.

Vtrum ſi in criminalibus petita, ſit ſecunda dilatio a reo, & conceſſa, poſſit accuſator ea uti inuito reo. Barto. tenet quod ſic, in l. poſt mortem. § finali. ff. de contratab. Contrarium tenet Bartolus in l. petendæ. C. de in integ. reſtit. & in l. ſi iudex circa conuentus. ff. de mino.

Vtrum dicta teſtium examinatorum redacta in inſtrumentis, per tabellionem, ſed non publicata poſsint, per alium iudicem publicari, cum quo noua inſtantia eſt inchoata, Bartolus tenet quod ſic, in l. ſecunda. ff. iudi. ſol. ſed contrarium ipſe tenet in l. fi. ff. de re iudicata.

Vtrum in actione perſonali in rem ſcripta, prout eſt actio, qđ metus cauſa debeat executio incõtinenti fieri ſicut in actio reali. Bartolus tenet quod ſic, in l. finali. C. de executi. rei iudi. Sed contrarium ipſe tenet in l. ſi cum exceptione. §. quod ſi homo. ff. quod metus cau.

An ſi iudex, a quo eſt appellatum, abſoluit reum a petitis. & iudex, ad quem pronuntiauit bene appellatum, & male iudicatum, teneat ſententia, ita quod reus videatur condemnatus in petitis. Barto. quod ſic in l. eos. C. de appel. Sed contrarium tenet ipſe in l. ſi filius. ff. de minor. & in l. cum apud. ff. iudica. ſo. & in l. 1. §. fi. ff. de appellat.

An procurator conſtitutus poſt litis conteſtationem a domino poſsit conſtituere procuratorem ad aliquos paraticulres actus iudiciarios. Bar. tenet quod ſic in l. nihil. & in l. nulla. C. de procuratoribus. Sed contrarium ipſe tenet in l. ab executione. §. fina. ff. de appellatio.

An ad hoc citatus peremptorię ad ſententiam, appellare non poſsit, quando citatio ad eius notitiam peruenit, requiratur quod fuerat in dolo, ſcilicet quod fecerit in contemptum, iudicis. Barto. tenet. quod ſic, in l. fi. ff. de in integ. reſti. Sed contrarium ſcilicet, quod ſufficiat lata culpa, tenere uidetur in l. ex conſenſu. §. fi. ff. de appel.

An ab interlocutoria, qua deciditur quaſi tota cauſa, appellari poſsit de iure ciuili, licet tale grauamen reparari poſsit per appellationem a diffinitiua Bartolus tenet quod ſic. in l. ante ſententiæ. C. quando appellatio. non recipiuntur. Sed contrarium ipſe tenet in l. ſecunda. ff. de appellatio. reci. & in l. intra vtile. ff. de mino.

Vtrum ſi pater deceſsit condito teſtamento, in quo vnum filium in poteſtate præterijt, & alium emancipatum inſtituit, poſſit iſte emancipatus adire hæreditatem ex teſtamento de iure ciuili. Bartolus tenet quod ſic in l. ſi duo. ff. de legat. 1. ſed contrarium ipſe tenet in l. poſthumo. C. de bono. poſſeſ. contratab. quam præ libe. poſi.

Vtrum inſtitutus in teſtamento raſo, vel cancellato, in loco non ſuſpecto poſſit vti remedio. l. finali. C. de edicto diui Adriani tollen. Bartolus ſentit quod non, in lege ſi unus. de teſtament. ſed contrarium tenet gloſa, & Bartolus. in dicta lege finali.

Vtrum pro re teſtatoris legata mihi competat rei vendicatio, ac etiam actio hypothecaria pro illa eadem re. Bartolus tenet quod non, in lege prima. C. communia. de legatis. ſed contrarium tenet ipſe in l. prima. & in l. finali. C. de ſacroſanctis eccleſijs.

Vtrum caſus ſingularis. l. cum pater. §. filius matrem de legatis ſecundo. habeat locum quando teſtator non iurauit, ſed hæredem mandauit iurare. Bartolus ſentit quod non, in l. ſecunda. C. communia. de legatis. ſed contrarium tenet in dicto §. filius matrem.

Vtrum leges concedentes priuilegium militibus armatæ militiæ, debeant extendi ad milites cœleſtis militiæ, id eſt clericos. Bartolus tenet quod ſic, cum gloſ. in l. miles. in principio. ff. de re iudicata. ſed contrarium videtur tenere in l. 1. de iuris, & factis ignorat.

Vtrum,

Source : BIU Cujas

Vtrum, ſi teſtator mihi fundum legauit, ſi hæredi ſuo dederim decem facta ſolum oblatione per me dicatur purificata conditio, licet non interuenerit depoſitio, & conſignatio? Bartolus ſentit quod non in l. tertia. ff. de conditio. inſtitu. Sed contrarium tenet ipſe in l. cui fundus. ff. de conditio. & demonſtratio. & in l. cum quidam. de conditio. inſer. & in l. acceptam. C. de vſuris.

An, l. ſub conditione. ff. de hære. inſtituen. habeat. locum in cõditione, ex cuius implemento alteri cõmodum applicatur? Bartolus ſentit quod non. in l. 1. §. pro ſecundo. de cad. tol. ſed contrarium ipſe tenet in d. l. ſub conditione. & in l. quæ conditio. ff. de conditio. & demon.

Vtrum alij præter matrem, & auiam, qui tenentur petere tuto rem pupillo, vt ſubſtitutus pupillariter, & agnati & cognati habeant ad hoc ſpatium anni intergrum? indiſtincte Bartolus tenet quod ſic, in l. ſecunda, ff. qui pet. tuto. contrarium tenet ipſe in l. ſecunda, §. confeſtim. ff. ad Tertul. & in l. ſciant C. de legit. here.

Vtrum. l. ſciant. C. de legiti. hæred. habeat locum in his agnatis uelcognatis, qui ab alijs præcedebantur in gradu? Bartolus tenet quod non. in l. ſecunda qui petant tuto. in fine, apparatus. Sed contrarium ipſe tenet in lege nepotibus. Cod. qui pera. tuto.

Vtrum debitor qui obligauit Titio omnia ſua bona, & conſtituit ſe eius nomine precario poſſidere, & ſic præſumitur ſibi reſtituiſſe naturalem poſſeſſionem, an tunc in dubio ſi poſtea alteri vendidit & ei tradidit vere vel ficte vnam ex ſuis rebus, ex hoc ſit priuatus Titius ſua ciuili poſſeſſione. Barto. ſentit quod non, in l. celſus. ff. de vſucapi. Contrarium ipſe tenet. in l. creditores C. de pig.

Vtrum iuri offerẽdi productio actionis pignoratitię poſſit præſcribi longiſſimo tempore? Bart. tenet quod non, in l. pignori, de uſucapioni. & in l. cum notiſſimi. circa princi. C. de præſcript. triginta annorum. Sed contrarium ipſe ſentire videtur in l. prima ff. de condi. ex lege. in ratione, quam ibi ponit. Sed tamen ibi clare non loquitur.

Vtrum actio perſonalis competens pro ſeruitute reali, vel perſonali imponenda nondum creata, tollitur ſpacio decem uel viginti annorum. Barto. ſentit, quod ſic, in l. corruptionem. C. de uſufru. Sed contrium ipſe tenet in l. ſi pactum. ff. quemadmodum ſerui. amittatur.

Vtrum actor renuntians liti motæ ſuper actione reali, perdat ipſo iure dominium rei, quaſi illam videatur habere pro derelicto. Bar. ſentit quod ſic. in l. non ſolum. §. ſi liberationis verba. ff de libe. lega. Sed contrarium ipſe tenet in l. naturaliter. §. nihil commune. in ſecunda lectura. ff. de acquir. poſ. & in l. poſtquam liti. C. de pac.

An in illo caſu quo actor agit petitorio, & reus reconuenit eum poſſeſſorio pro eadem re, vel e contra procedi debet ſecundum formam reconuentionis in illis caſibus, in quib. in poſſeſſorio requiritur litis conteſtatio, Bart. tenet quod ſic. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poſſ. in penul. quæſtione. Sed contrarium ipſe uidetur tenere in auth. & conſequenter. C. de ſenten. coniuncto eo, quod ipſe alibi notat omnia iudicia poſſeſſoria, eſſe ſummaria. quo ad probationem, & quo ad breuitatem dilationum, prout ipſe notat in l. prima. C. quorum bonorum. & in lege ſecunda. C. vbi in rem actio.

Vtrum. l. meminerint, §. 1. vnde vi. habeat locum, quãdo tutor fecit violentiam animo colludendi. Bar. ſentit, quod ſic, in l. ſi patre, ſi quis ius dicendi non obtempe. Sed contrarium tenet ipſemet in d. l. meminerint.

Vtrum ſponſa in bonis ſponſi habeat tacitam hypotecam. Bar. tenet cum communi, quod non habeat locum, in l. 2. §. fi. ff. de priuile. credi. Sed contrarium ipſe tenet in l. ſi cum dotem §. fin. ff. ſolu. ma. & in l. fin. C. qui po. in pig. ha.

Vtrum quando actor confitetur excemptionem rei quo ad factum, ſed eam impugnat ſolum quo ad iuris effectum, an per talem exceptionem videatur eſſe confeſſata actoris intentio. Bartolus ſentit quod ſic, in l. non vtique. ff. de exceptionibus Sed contrarium tenet in l. decima. in ultim. quæſtio, ff. de verborum obligationibus.

Vtrum ſi in epiſtola, quam tibi mitto vel in libro meo ſcripſi recipiſſe a te decem, una die, alia die uigintiquinque, & vigin alia die, in qua uel quo etiam ſcripſi me reddidiſſe tibi quinque tali die, & decem alia die, poſſes tu acceptare talem epiſtolam vel librum inquantum facit pro te, & non inquantũ facit contra te, Bartol. ſentit quod ſic, in l. Aurelius. §. idem quæſijt. ff. de liber. legat. & ſic intelligitur l. Publia. in fine. ff. depoſi. Sed contrarium ipſe videtur ſentire in l. quædam. §. fin. ff. de edendo.

Vtrum auth. litigioſa. C. de litigi. habeat locum, quando vendicatur ius vſufructus. Bartolus tenet quod ſic. in l. prima, §. primo. ff. de litigioſis, ſed contrarium ipſe tenet in dicta authentica litigioſa.

Vtrum reus conuentus actione perſonali pro aliqua re, ſit prohibitus poſt litis conte. ipſam alienarè, vt litigioſam. Barto. ſentit quod ſic, in l. prima §. primo. ff. de litigioſis. & l. quanquam. ff. de acqua pluuia arcenda. ſed contrarium tenet Bart. in l. ſecunda. C. de liti.

Vtrum extraueus. in quem res lirigioſa alienatur, lite pendente ignorans eius pendentiam, poſſit inchoare eam vſucapere. Bartol. ſentit quod non, in l. finali. C. de litigio. Sed contrarium ipſe ſentit in l. 1. C. de præſcr. lon. temp. & in l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquir. poſſ.

Vtrum exceptio diuiſionis, ex epiſtola diui Adriani, poſſit poſt litem conteſtatam opponi. Barto. ſentit quod non, in l. inter eos. §. finali. ff. de fideiuſ. Contrarium ipſe notat in l. ſi dubitetur. in princip. eodem titulo.

Vtrum quando lex imponit plures pœnas alternatiuas in caſu dubij, ſit electio rei. Bartolus tenet quod ſic, in l. prima. ff. de effrac. Contrarium tenet in l. quicunque. Cod. de ſeruis fugitiuis.

Vtrum ſi quis non produxerit teſtes, vel inſtrumenta intra terminum ſibi datum a iudice, poſſit poſt illum elapſum, ſi vltra proceſſum ſit in cauſa, producere illos, vel illa, ſi nihil deperijt parti aduerſæ. Bartolus tenet quod ſic, in l. finali. ff. de ferijs. Sed contrarium ipſe tenet in l. mancipiorum. ff. de operi. libertorum.

Vtrum procurans, quod exbannitus extrahatur de banno, puniatur pœna, quæ imponitur præſtantibus fauorem exbannitis. Bartolus ſentit quod ſic, in l. quiſquis. C. ad legem Iuliam maieſtatis. Contrarium ipſe ſentit in l. forus. §. operi. ff. de ferijs.

Vtrum glo. in l. prima. C. de ſacroſanct. eccleſ. ſit vera, an ne? ſciendum eſt quod Barto. antequam repeteret illam legem, ſemper tenuit illam glo. quam etiam ſequebatur tunc temporis communis opinio docto. omnium, prout ipſe notauit in ſummaria lectura illius legis, ac etiam notauit in l. prima. §. item nunciatio. ff. de no. ope. nunc. ſed poſtea ipſe in repetitione illius legis tenuit contrarium.

Vtrum valeant relicta ad pias cauſas hæreditate non adita, nec facta aditione bonorum ſecundum formam tituli? inſtitu. de eo cui adijciuntur bona li. cau. Bartolus ſentit quod non, in l. eam, quam. C. de fideicommiſſ. & in l. prima. C. de ſacroſanctis eccleſ. & in l. tranſcurſoria. Sed contrarium ipſe tenuit in repetitio. illius legis.

Vtrum de iure libellus debet prius offerri iudici, antequam reus citetur. Bartolus tenet quod ſic, in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de damno infecto. ſed contrarium ipſe ſentit in rubrica. C. de in ius vocan. & in authent. offeratur. C. de lit. conteſtatio. & in l. ſi pluribus. ff. de legatis primo. & in extrauagan. ad reprimendum.

Vtrum ſi ſtatuto cauetur, quod exbannitus, vel vſurarius manifeſtus in iudicio non audiatur, poſſit iſta exceptio opponi poſt litis conteſtationem. Bartolus ſentit quod ſic, in l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de condictione indebit. Sed contrarium ipſe ſentit in lege Vranius. §. ſed cum duo. ff. de fideiuſſoribus.

Vtrum ſi petitio fuerit generalis, ſed proſecutio ſpecialis fuit, & facta eſt tranſactio generalis in omnibus in effectu, ſaltem ope replicationis, obſtaret exceptio, vel ſolum in his, quæ auctor fuit ſpecialiter proſequutus. Bart. tenet ꝙ ſic, in l. ſub prætextu ſpecierum. C. de tranſact. Sed contrarium tenet ipſe in l. tres fratres. ff. de pactis.

Vtrum ſi fuit actum contra Titium rei vendicatione ad certum fundum, & poſt litis conteſtationem compertum eſt iſtum Titium nõ poſſidere nec detinere iſtum fundum, nec retro poſſediſſe, dicatur hoc iudicium eſſe nullum, ſi ipſe Titius nunquam fuit interrogatus, an poſſideret neene? Bar. ſentit quod ſic, in l. ſi conſtante. §. fi. ff. ſoluto matrimo. & in l. 1. C. ſi aduerſus rem iud. Sed contrarium tenet Bart. in l. ſi ate. §. 1. de executione rei iudicatæ.

Vtrum conditio poteſtatiua in contractibus adiecta, habeatur pro defecta, ſi impleta non eſt, cum primum fieri potuit, ſicut in vltimis voluntatibus. Bart ſentit quod ſic, in l. ſi quis arbitratu. in verſic. quæro, quanto tempore. ff. de verborum obligationibus. ſed contrarium ipſe tenet in l. hęc conditio. la picola. ff. de conditio. & demonſt.

Vtrum ſi accuſatur aliquis coram poteſtate Bononienſi de delicto per eum commiſſo in villa Sancti Martini, procedat libellus præſuppoſito quod ſub iuriſdictione talis poteſtatis eſt ſolum vna villa ſancti Martini, quamuis in alijs dioceſibus ſint aliæ villæ ſic vocatæ. Bartolus ſentit quod ſic, in l. liberorum. de accuſ. ſed contrarium ipſe notauit in l. qui ſub conditione. §. fi. ff. de cond. & demonſt.

Source : BIU Cujas

Contrarietates Bartoli.

Vtrum. l. ſecunda. C. vbi in rem actio habeat locum, quando agitur iudicio poſſeſſorio, vel actione perſonali, aut interdicto de tabulis exhibendis. Barto. ſentit quod non. in l. locum. § ſi tabulę. ff. de tabulis exhibendis. Sed contrarium ſentit ipſe in d. l. ſecunda.

Vtrum ſi dominus fundi emphyteotici illum vēdicat ab alio, quam emphyteota, debeat in illo iudicio conſequi etiam reſtitutionem naturalis poſſeſſionis, ita quod non poſſit teus excipere de iure tertij, Bartolus. ſentit quod ſic, in l. prima, §. quod autem ait. ff. de ſuperficie. Sed contrarium ipſe tenet in l. indebiti. §. fin. ff. de condictio indebiti. & in l. ſecunda. ff. de exe. rei iudi.

Item Barto in l. fin. C. de iniurijs. ſequitur communem opinionem. gloſ. & docto. citramontanorum, & aliam opinionem. In contrarium poſuit in l. penultima. §. ad crimen. ff. de publicis iudicijs.

Vtrum in iudiciis poſſeſſorijs ad hoc, ut actor victoriam obtineat, ſufficiat probatio ſemiplena, Barto. ſentit quod ſic, in l. prima. C. quorum bonorum. & in l. ſecunda. §. fina. C. vbi in rem actio. Contrarium ſentit Bartolum. in extrauaganti. in verſiculo, ſummarie. ibi, non eſſent. & ita fauorabiles. ubi pulchra verba ponit.

Vtrum hæres adeundo. hæreditatem, dicatur. quaſi contrahere cum creditoribus hęreditarijs, & ſic eis obligari ex quaſi contractu, ſicut obligatur legatarijs? Bart. ſentit quod non, in l. de eo ff. de iudi. Sed contrarium ipſe ſentire videtur in l. apud Iulianum. §. fina. ex quibus. cauſis in poſſeſſio. cartur. & hoc ibi tenet Dominus Angelus, de Peruſio. & hanc, partem puto veriorem per illum textum, & per l. mores. ff. de acquirenda hęreditate.

FINIS.

ALBERTI

Source : BIU Cujas

ALBERTI BRVNI ASTENSIS, I. C. CLARISS.

Elegantes, ac percommodi Commentarij, Super Statutis,

EXCLVDENTIBVS FOEMINAS ET COGNATORVM LINEAM, A SVCCESSIONIBVS.

Proœmium, & Operis partitio.



INterpretaturus municipalia iura, fęminas & cognatos a ſucceſſionib. excludentia, & normam a communi iure in ſuccedendo traditam immutantia, diuino prius ac glorioſiſſimę virginis Marię nominibus, & prędidio inuocatis, totum opus in 15. articu. principales diuidendum putaui, ut ſingulæ quæſtiones ſub p^rop^rio articulo, ac in propria ſede collocatæ, facilius inueniri poſſint.

Primus articulus eſt, an valeant ſtat. excludentia fęminas a ſucceſſionib. pp maſculos ſeu agnatos, vel alias perſonas.

Secundus articulus eſt, de origine talium ſtatutorũ & iuriumfęminas a ſucceſſionib. propter maſculos excludentiũ.

Tertius articulus, ex qua ratione facta ſint talia ſtatuta.

Quartus articulus eſt, qualia ſint talia ſtatuta, & an ſint fauorabilia, uel odioſa.

Quintus articulus eſt, de generali & extraordinaria taliũ ſtatutorum interpretatione.

Sextus articulus eſt, quæ perſonæ per talia ſtatuta intelligantur excluſæ.

Septimus articulus eſt, quibus caſibus & per quam diſpoſitionem intelligantur fęminæ excluſę vel admiſſæ.

Octauus articulus eſt, a quorum & quibus hæreditatibus, ſucceſsionibus, rebus, & bonis intelligantur excluſæ.

Nonus articulus eſt, inquantum vigore talium ſtatutorũ intelligantur fœminæ uel aliæ perſonæ excluſæ.

Decimus articulus eſt, qualiter & quamdiu intelligantur fœminæ, vel aliæ perſonæ excluſæ.

Vndecimus articulus eſt, quale ius habeat fœmina vel alia perſona excluſa in eo. quod ſibi a ſtatuto vel teſtatore reſeruatur, vel reſeruatum eſſe intelligitur.

Duodecimus articulus eſt, propter quas perſonas intelligantur fęminæ, vel alię perſonæ excluſæ.

Decimus tertius articulus eſt, qualiter, & inquantum admittantur, & vocatę intelligantur perſonæ, propter quas fęminæ uel aliæ perſonæ excluduntur.

Decimusquartus articulus eſt, de prouiſionibus & remedijs contra dicta ſtatuta.

Decimusquintus articulus eſt, de iudicialibus & modo agendi in prædicta materia.

SVMMARIVM.

1 *An valeant ſtatuta excludentia fœminas a ſucceſſionibus propter agnatos.*
2 *An hæreditas ſeu ius ſuccedendi in genere ſumpta, ſint de iure gentium, an de iure ciuili.*
3 *Datur hæreditas de iure naturæ.*
4 *Succedendi, teſtandique facultas, inuentione eſt de iure gentium, ſolennitate vero & forma, de iure ciuili.*
5 *Statutum non poteſt in totum tollere legitimam, & priuare filiam iure alimentorum.*
6 *Licet ſtatuto tolli non poſſit legitima, minui tamen, vel augeri, aut mutari poteſt.*
7 *Filia diues vel aliunde habens alimenta, poteſt in totum excludi a ſucceſſione, propter agnatos.*
8 *Valet ſtatutum aliquid filiæ præſeruans, quamuis id minus ſit legitima.*
9 *Valet ſtatutum differens petitionem legitimæ, vt puta in tempus nuptiarum eam reijciendo.*
10 *Statutũ excludẽs filias a ſucceſſione ſimpliciter, quamquã rigoroſum, valet.*
11 *Trebellianica tolli poteſt, & minui.*
12 *Ex conſuetudine Italiæ valent ſtatuta propter maſculos fœminas excludentia, etiam a legitima.*
13 *Valet ſtatutum excludens in totum ſecundogenitos, dummodo non tollat alimenta, præferendo primogenitos.*
14 *Valet iudęorum conſuetudo, qua vir ſuccedit vxori excluſa filia.*
15 *Valet ſtatutum, quod vir lucretur totam dotem, excluſis liberis prioris matrimonij.*
16 *Matrum legitima in bonis filiorum per ſtatutum tolli poteſt cum non ſit iure naturali debita.*
17 *Ratione publicæ vtilitatis poteſt iuri etiam naturali derogari.*
18 *In conſeruatione agnationum & dignitatum verſatur publica vtilitas.*
19 *Alimenta, ſunt quid diuerſum a iure ſucceſſionis.*
20 *Cauſa ſubſiſtente, in totum tolli poteſt legitima.*
21 *Eſt conſtitutio Florentiæ, quod mulier excluſa propter perſonas expreſſas, etiam ratione legitimæ, non poſſit inſurgere.*
22 *Legitima non eſt de iure naturæ, ſed de iure ciuili, naturali operante.*
23 *Maior ratio fauet filio in bonis parentum, quam parentibus in bonis filiorũ.*
24 *An excluſa a ſucceſſione, & a iure petendæ dotis, poſſit alimenta petere.*
25 *Filio diuiti, vel induſtrioſo, vel alias non indigenti non tenetur pater alimenta præſtare.*
26 *Pater denegans alimenta filio, patriam perdit poteſtatem.*
27 *Quod præſeruatur filiæ, an ſuccedat loco legitimæ.*
28 *An valeat ſtatutum prohibens mulierem ad ſecunda vota tranſeuntem ſuccedere filio.*
29 *Non valet ſtatutum, etiam Imperatoris, vel legis ciuilis, quo indirecte coerceatur libera contrahendi matrimonia facultas.*
30 *Valet ſtatutum laicorum circa accidentia matrimonij, vt ſunt dotes & ſucceſſiones.*
31 *Non valet ſtatutum priuans mulierem relicto ſibi per maritum facto, vel filij ſucceſsione, propter tranſitum ad ſecunda vota.*
32 *Quid iuris, vbi mulier extra iuriſdictionem ſtatuentium nupta excluditur a ſucceſsione.*
33 *An valeat ſtatutum excluſiuum fœminarum, tam ab inteſtato, quam ex teſtamento.*
34 *Vbi in aliquibus rebus remanet libera teſtamenti factio, ſtatutum non dicitur contra bonos mores.*
35 *Vbi cauſa efficiens eſt inhabilis, nullus poteſt ſequi effectus.*
36 *Non patet ſucceſſio his, qui non ſunt de eodem territorio.*
37 *An valeat ſtatutum, quòd non liceat aſcendentibus relinquere extraneis plus tertia parte bonorum.*
38 *Quid ſi ſtatutum diſponat mulierem habentem filios, non poſſe diſponere de bonis ſuis vltra 10. procentenario.*
39 *Mediola. ſtatutum valet, diſponens quòd non liceat maritis ſuis vxoribus relinquere vltra quartam partem.*
40 *Valet ſtatutum, quòd maritus lucretur dotem in præiudicium filiorum anterioris matrimonij.*
41 *Statutum, vt valeat, fieri debet a perſonis habilibus, & poteſtatem habentibus.*
42 *Modus neceſſario ſeruandus pro ualiditate ſtatutorum.*
43 *Communitas Principi ſubdita, non poteſt valida condere ſtatuta cauſarum deciſiua, abſque principis licentia.*
44 *Vbi concurrunt genus, & ſpecies, & ſunt incompatibilia, ſemper ſpecies deciſiua rogat generi.*
45 *Statuta ſunt magis facti, quam iuris.*
46 *De natura clauſulæ, non obſtante aliqua conuentione, ſupra ſcripta, aut infraſcripta.*
47 *An illa verba, ſeruentur iura, intelligantur de futuris & ſuperuenientibus iuribus.*

Articulus Primus.

1 

CIrca primum articulũ, ţan valeãt ſtatuta excludentia fœminas a ſucceſſionibus, maxime propter agnatos, Conſiderandum eſt, ꝙ aut loquimur de illis fœminis, quibus nulla debetur legitima. & certũ eſt, ꝙ ſic, quia talis ſucceſſio eſt de iure ciuili. l. lege obuenire. ff. de verbo. ſigni. l. tutelas. in prin. ff. de capi. di. & c. ius quiritũ. j. diſt. tex. in §. fi. inſti. de vſu & habi. gl. in l. j. ff. de ac. re. do. & patet inſti. de legi. agna. ſuc, ĩ prin. & inſti. de ſuc. cog. in prin. & toto ti. ff. & C. de legi. hær.

2 & de ſuis & leg. hęre. & inſti. C. & ff. ad Ter. licet ſit dubiũ, ţan hr̃ditas ſeu ius ſuccedẽdi ſumpta ĩ gn̄e, ſint de iure ciuili vel gẽtiũ, propterea quia videmus ꝙ ẽt ſm teſtm̃ vetus defereba tur hæreditas vel ſucceſſio, vt patet Nume. 27. c. & Gene. 121. tranſumpto 32. q. 4. c. dicat aliquis. & c. omnis. q. 2. & patet ẽt de Iſaac, qui fecit Iacob ſuum hęredem vniuerſalem, & Eſau frater excluſus fuit a ſucceſſione, & in quam pluribus alijs locis teſtĩ veteris, & patet in l. cũ rõ. ĩ prin. ff. de bo. dam. & in l. fi. C.

Source : BIU Cujas

3 fi. C. quo. bo. †vbi dicit, de iure naturæ hereditatem dari, & in auth. de hær. & fal. §. primum. Bal. in l. qui contra. C de inceſt. nup. ita ꝙ dicendum ſit, ꝙ eo ipſo ꝙ gentes eſſe ceperũt, diſponebant de bonis ſuis poſt mortem, & videmus oẽs gentes
4 hoc iure vti. Propter quod doc. †magis cõiter cõclud unt ſuccedendi & teſtandi facultatem, eſſe de iure gentium inuentione & introductione, licet ſolemnitate, & forma ſiue modo ſit de iure ciuili, vt p̃ Bar. & doc. in l. interdum. ff. de cond. inde. Fulg. & Ro. in l. teſtm̃, C. de teſta. & Ro. in l. fi non ſpāli. eo. tit. Ant. de Bu. & cõiter Cano. in rub. de teſta. Mar. de lau. in tracta. de primoge. vbi pulchre & late loquitur. & Alex. in Rub. ff. de acq. hær. vbi Cu. tenet ꝙ ſit de iure gentium, impugnando Bar. qui ibi & in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. tenet ꝙ ſit de iure ciuili. quod ẽt voluit Ro. in l. admonendi. in 25. col. ff. de iureiu. de qua materia habetur per Moder. in l. 3. ff. de teſt. per Bar. in l. qui a latronibus. in prin. eo. tit. & per Ful. & Mod. in d. l interdũ. & ita intelligenda eſt l. 3. §. de illo. ff. p̃ ſocio. quæ vult ſucceſſionem ab inteſt. eſſe actum legitimũ. & §. j. inſti. de hær. quæ ab inteſt. defe. vbi dr̃ deferri hæreditatem filijs ex l. 12. tab. quæ eſt pars iuris ciuilis. l. 2. ff. de ori. iur. Cum itaque ipſa ſucceſſio talium fœminarum, quibus non debetur ltĩa, ſit de iure ciuili poteſt per ſtatutum tolli. l. oẽs populi. ff. de iuſt. & iur. & c. ius ciuile j. diſt. iuncto. §. fi. inſti de leg. agna. tutel. & l. eas. ff. de cap. di. & quod hr̃. in c. quæ in eccleſiarum. & c. eccleſia S. Mariæ. & c. j. de conſti. & prædicta maxime procedunt in ſtatuto excludente fœminã a ſucceſſione ab inteſt. qa de ea, quæ ex teſtõ defertur j̃. e. art. ſpecialius dicẽ. Si vero loquimur de his mulieribus, quibus debetur legitima, ſcilicet filiabus & ceteris deſcendentibus. [Eſt qõ dudum diſputata, & dicit Socy. conſi. cl. j. vol. ꝙ doc. circa veritatẽ huius qõnis pugnarunt a ducentum annis citra, vt ibi per eum multos doctores antiquos & modernos referentem, & eam hẽt pro dubia Corn. conſi. 207. incip. in hac. 2. vo.]in qua qõne quidam diſtinxerunt, ꝙ aut ſtatutum illis
5 nihil reſeruat, & tunc non valet, †quia non põt in totum tollere ltĩam & priuare filiam iure alimentorum, quod eſſet p̃ legem diuinam & ius naturale ac oẽm æquitatẽ, & eſſet nutritiuum peccati. l. j. §. ius naturale. & quod ibi no. Bal. ff. de iu. & iu. & inuitaret ad necandum, iuxta. l. necare, ff. de li. agno. & quia ltĩa eſt debita filijs de iure naturæ. l. cum rõ. ff. de bo. dã. l. ſcripto. in fi. ff. vñ lib. quod ius tolli non põt. §. ſed naturalia. inſti. de iur. nat. gen. & ciui. & prout latius per eos hr̃. Aut ſtatutum aliquid filiæ fœminæ reſeruat, puta dotem, & tunc
6 valeat, †quia licet legitima per ſtatutũ tolli non poſſit, poteſt tñ minui vel augeri vel mutari, vt probat tex. in c. Raynu. de teſta. quem vltra ibi dicta ad hoc dicit. Bal. meliorem de iure in l. filium quem habentem. ver. ſed adhuc quero. C. fam. erciſ. facit quod no. Dy. quem ibi ſequitur Io. And. in mercu. in regu. indultum. in 6. & iſtam opi. ſeu diſtinctionem tenuit Ric. malum. quem refert Cy. in l. ſancimus. C. de nup. Ro. deci. 18. alias. 21. incip. Item fuit dubitatum. in nouis, & ſecundum ordinem rubricarum eſt ſub rubri. de conſue deci. j. ma
11 xime in vlt. addi. & eam refert & ſequitur Card. in conſi. 2. in prin. Ioa. An. in rub. de ſta. mona. in addi. Spe. uer. ſcire debet ꝙ Rich. Alb. de Ro. in l. qm̃ in prioribus. C. de inof. teſta. vbi examinat qõnem Ric. Mal. & dicit ꝙ cõis opi. etiã vltramõtanorum eſt, ꝙ ſtatutum poſſit minuere legitimam, non autem tollere. ſequitur Ro. in rub. C. qui admit. Bal. in l. fi. §. ipſum aũt. C. de bo. quę lib. vbi plus dixit, ꝙ ſtatutum non põt intantum ltĩam filiorum minuere, vt non habeant alimenta. Eandem diſtin. ſequitur Sal. in authẽ. nouiſsima. in 9. q. C. de inof. teſt. Pau. in d. c. Raynu. Idem inuenio fuiſſe conſultũ inter conſilia Bal. conſi. 131. incip. circa prædicta in 2. parte, ſecundum vltimam ſtampam, eſt nu. 292. Sequitur Alex. in cõ ſil. 54. incip. viſo tit. qõnis. circa fi. 2. vol. vbi dicit, ꝙ Cano. cõiter tenent ꝙ legitima in totum tolli non poſsit per ſtatutum ſed minui. & dixit Cy. in propoſito in l. ſancimus. ꝙ cum hęc quæſtio, de qua loquimur, de filia in totum non excludenda Bononię diſputaretur, fuit ita de æquitate deciſum. & hanc opi. ſequitur dom. Fran. Cur doctor Mod. Papien. in conſ. ſuo 80. inci. recte p̃ſatis. in fi. & in cõſi. 16. incip. clarus vir. vbi dicit hanc opi. eſſe magis cõem. Idem dixerunt aliqui moderni in d. auth. nouiſsima. iſtam concluſionẽ, ꝙ filia non poſsit in totum per ſtatutũ excludi p̃ p̃ agnatos, tẽperat Pau. in d. c. Ray.
7 nutius. vt procedat qñ filia nõ hẽret aliunde alimenta † nam ſi eſſet diues vel aliunde haberet alimenta, putat in ea valere ſtatutum. & dicit ibi Ant. de Bu. ꝙ vbi filia in alimentis enormiter lęderetur, non valeret de æquitate cano. ſtatutum eã excludens. Sed Io. de Imo. in l. Titio centũ. §. Tit. gño. ff. de cõdi. & dem. dixit, ꝙ cõis opi. eſt, vt valeat ſtatutum quando filia in totum non excluditur, vbi aũt ſtatutũ in totũ tollit legitimã, & priuat eã ſucceſsione, nõ audet firmare quæ ſit cõmunis opi. Dñs autem And. Sicu. in d. c. Raynutius. cum multis ſeq. verſicu. modo ſunt videnda. vbi late examinat hunc articulum, & in cõſ. 14. incip. illud afferam in mediũ. i. uolu.
8 tenuit ꝙ ſta. non ſolum non poſsit tollere legitimã, ſed nec minuere, per iura ſatis debilia. In hac qõne dicẽdum eſt, †ꝙ valeat tale ſtat. indubitanter, vbi filiæ aliquid præſeruat, quãuis ſit minus legitima, vt patet in locis prædictis, quia ſtat. poteſt ſine dubio minuere legitimam, & ita etiam voluit Old. in quoddam libello ſuo, quem refert & ſequitur Bar. in cõſ. 71. incip. ex facto proponitur. Alb. de ro. in 2. parte. ſtat. q. 102. incipiem. item quæro, cõiter eſt ſtatutum. & idem Old. in cõ ſi. 135. incip. factum tale, quidam nomine. G. & idem Alber. vbi s̃. q. 3. Cy. in d. l. ſancimus, & poſt eum Bal. ibi. Ia. Bu. in authen. unde ſi parens. C. de inof. teſtam. Bar. & Imol. & ſcribentes in d. §. Titio genero. Pau. de Caſt. & communiter legiſtæ in d. auth. nouiſsima. & cano. in d. c. Raynutius. Bald. in l. fi. C. de fru. & li. expen. in 2. col. & in l. 1. C. de dotis promiſ. & in d. §. ius naturale. in fi. comen. & in c. in de conſu. & in c. 1. de feu. cog. ubi dicit, ꝙ tale ſtat. eſt tolerabile & uſu probatum, dato ꝙ nõ ſit rarionabile, ſequitur Bal. in conſi. 407. incip. in quæſtione, quæ vertitur. & 104. incip. uiſo teſtamento. in fi. 8. uol. Ang. in conſi. 349. incip. conſultatio, ubi dicit, ꝙ hæc opinio eſt vera de mero rigore. Ro. in conſ. 16. incip. viſo themate. in fi. & 114. incip. pro declaratione. in prin ubi loquitur in ſtatuto Triuiſij. Ful. in conſ. 95. incip. quidam. V. Pau. de Ca. in c̃ſ. 172. incip. prẽſens caſus. in vol. antiquorum conſi. fm primã impreſsionem. Cu. in conſ. 89. poſt medium. Alex. in. conſi. 55. & 151. incip. viſo themate. in prin. 2. vol. Fran. de Aret. in conſi. 43. incip. cũ cõcor. de quibus in ſeq. membro. Hãc opi. ꝙ ſtat. poſsit minuere legitimam, ſequitur Maria. in cõſi. 30, incip. quamuis, poſt dominos ultramon. inferens ꝙ ſit tanquam humanior ſequenda, eo quia in dubijs benignior opinio eſt ſequenda. & Socy. cõſ. 150. 1. uol. Item hanc opi. ꝙ ſtatutum poſsit minuere legitimã, firmat pro indubitata Corneus conſi. 86. incip. dñus Petrus, poſt Pet. de vbal. 1. vol. & idẽ Corneus, dicens, ꝙ omnes ita tenent, conſi. 107. inci. in hac. 2. vol. & 110. incip. vr̃. circa fi. eo. uol. & conſi. 123. incip. licet. 3. vol. Sequitur Maria. conſi. 30. incipien. quamuis. 2. dubio. Et valet ipſum ſtatutum, ſiue minnat legitimam re ipſa, ſi-
9 ue in tpe, vt †quia differat eius petitionem, prout facit, quando vult præſtari dotem cum filia maritabitur, ſecundum Bar. & doc. in d. §. Titio genero, licet Panor in conſ. 92. incip. illud indubitati. 2. uolu. aliter uideatur ibi tenere per fundm̃ quod tollitur ex dicendis in ſequenti membro. Vbi autem ſtatutum in totum priuaret filiam ſucceſsione, ſtãtib. agnatis, tunc eſt diſtinguendum, quia aut priuat filiam ſucceſsione ſimpliciter. aut ſucceſsione, dote, & alimentis ſimul. Pri-
10 mo caſu, †vbi excludit a ſucceſsione ſimpliciter, teneo cõmunem opinionem eſſe ꝙ valeat, quamuis hæc opinio ſit rigoroſa, & ita uolunt Dy. & Io. An. in mercu. in d. regula, in dultum. & Cy. in d. l. ſancimus. Bar, recte intuenti in d. §. Titio genero. licet aliqui eũ aliter intellexerint & Lap. allegatione centeſima, incipien. in ciuitate Florẽtiæ. Io. An. in aditio. Spe. in rub. deſucceſ. ab inteſt. poſt modium, ubi dixit idẽ in †Trebellianica. vt minui poſſit vel tolli. Bal. in d. l. 1. §. ius naturale. in commen. ff. de iuſ. & iure, vbi dicit, quod ſaltem tunc dẽntur alimenta, & in c. 1. de conſue. vbi dicit quod va
12 let, & eſt æquũ, & in d. l. cũ lege. C. de epiſ. & cle. ubi dicit ꝙ cõſuetudo totius Italiæ ſeruat, vt valeant talia ſtat. excludẽtia fœminas propter maſculos, etiam a legitima, quã credit valere, ſicut valebat lex 12. tab quæ excludebat matrem, & hr̃ditatẽ deferebat agnatis. inſti. ad Tertul. in prin. & media iuris predẽtia. quæ filias ad certam partem coarctabat. l. maximum vitium. C. de libe. præte. Idem vult Io. Andr. in d. c. Raynutius. vbi Anto. de But. præſupponit hanc opinionem eſſe apud legiſtas communem, licet ipſe, ut dixi in præceden ti membro, aliter teneat de æquitate canonica, & eſt de mẽte Pau. ibi, qui dicit ideo non valere ſtat. prædictum, quia filia excluderetur ab alimentis, & fatetur ualere, quando filia haberet aliunde alimenta, & non aduertit, quod quamuis in totũ excludatur filia a ſucceſſiones, nõ tamen excluditur ab alimentis, ut dicam j̃. in 9. articu. princ. in 2. q. Idem tenet Bal. in repe. l. in ſuis. ff. de lib. & poſthu. & Ang. in conſil. 455. incip. ſtatuto ciuitatis Mantuę. inſerto in tertia parte conſiliorum Baldus. ſecundum vltimam impreſſionem, & idem Angel. in auth. de hær. & fal. in fin. commen. Oldra pulchre & per pulchras rationes in conſi. 106. incip. circa ius municipale. Rayn. de Forli. in conſil. 68. inſerto inter conſilia domi. Signo. de homode. ubi dixit hoc eſſe indubitatum, ita ꝙ de hoc contendere, ſit diſputare de lana caprina. Hoc idem cõ probat & plene do. Signo. in conſi. 37. incip. factum ſic præſupponitur, & in conſ. 69. inci. in queſtione Blandiſiæ, & cõſ. 210. incip. ſtatuto cauetur. Io. cal. in conſ. 34. in ti. de teſtam. Ang. in conſ. 104. incip. hic videnda ſunt duo. in fi. primi du dubij Pau. de Caſt. in conſi. 75. incip. viſo puncto in antiquis. fm primam impreſſionem, dicens ꝙ ſi legitima non poſ-

ſet

Source : BIU Cujas

set tolli pariter nō posset minui.l.quod de bonis.§.fi.ff.ad legem Falc.& ibi de hoc per Ang.idem sentit Pau.de Castr.in d.§.Titio genero,& Ioan.de Ana. in consi.3.incip.visis statutis, & hoc est de mente Bal.in l.1.in 10.col.in fi.versi. deinde
13 quęro. C.de sum.tri.dum dixit † valere statutum excludens secundo genitos in totum, præferendo primogenitos,dummodo nō tollat alimenta.quod sequitur Marti.de lau.in tracta.de primogeni.vers. quæro, an valeat consuetudo,& alij, quos refert ibi, & idē est de mente Anto. de rosel. in arbore,
14 vbi tenet†valere consuetudinem Iudęorum,quæ obseruat, ꝙ vir succedat vxori exclusa filia, quāuis Rota in d. decisio. incip.Item fuit dubitatum aliud,velit Pet.de Anch.in repetitio c.canonum stat.in fi.de const.ubi tenet cum Dy.in d.c. indultum.& Ang.Are.in §.sed hæc quidem. instit. de exhęr. lib.prædictam opinionem etiam tenēt quidā Moderni in d. auth.nouissima,in 16.q.prin. Alex.in consi.75.incip. visis & diligenter considerati. 1.vol.vbi adducunt fundamenta ad vtranque partem, & Bal.nouel. in tractatu dotium.6.par.& prædictam opinionem dicunt cōem, Rota in loco s̄.allegato in additionibus,licet ibi aliter decidatur,& Salyc.in d.authen.nouissima. in 11.q.& ibi etiam Pau.de Ca.& in consilio 346.incip.præsens casus.in volumine antiquorum consiliorum,secundum primam impressionem, & in l.1. C.de inof. dona.Imo.in d.l.quod de bonis. §.fi.Alex.in consi.68.incip. circa præmissam consultationem,quarto uol.do.And.sicu. in d.c.Raynutius,& in d.consi.24.& doct.in plerisq; ex locis supra allegatis,& quamuis hanc opinionem in proposito & generaliter,ꝙ legitima per statutū possit in totum toli,rigo ri iuris dicat consentaneam.Maria.in dicto consi.30.& nihi lominus dicens ꝫrium tenendum , & dicit ꝙ contraria opinio est verior & communior,Sequitur Curt. iun. consil.10. cir fi. tamen ipse Maria. in consi.5. in princ. dicit istam opinionem , ꝙ legitima in totum tolli possit per stat. esse apud docto.magis communem,& ita etiam tenent dominus Decius.in cons.87.incip.pro resolutione,& in prin.& in cōs.19. in 2.dubio,post Bal. in l.1.2.q.& ibidem Pau.de Ca. C. de in-
23 off.do. volentes†valere statutum, ꝙ maritus lucretur totam
15 dotem exclusis liberis prioris matrimonij, licet, vt ipse etiā dicit ex hoc necessario legitima non tollatur, cum possit mī alia bona habere.Hanc opinionem etiam firmat Corn.tan quam cōem,consi.210.incip.in hoc 2.vol.& Socy.cons.288. versi.primū probatur. 1.vol.& idem dicit in statuto & consuetudine.Corn.consi.111.incip.vī.circa fi.2.vol.& eam etiā dicit communem ipse Corn.consi.155.incip.circa.prę̄sentē in 2.uol.ubi plene loquitur,& late in consi.115.incip.in hac 3.vol.& in consi.123.incip.licet. eo.vol. Et quod opinio ista. ꝙ statutum possit tollere legitimam , sit communis, etiam firmat Corn. consi.150.incip.hanc quæstionem.in fi. 1.uolu. quam multis comprobat authoritatib.dicens quod in legitima debita filijs in bonis maternis & aliorū hæc opi. maxime procedit,per no.per Bal.in l.1.§.ius naturale. ff.de iure.natu. gen.& ciui. ubi dixit, ꝙ licet ſm eum legitima filiorum nequeat omnino tolli per statutum , tamen secus sit in legitima matris quæ iure naturæ non debetur, sed Bal. ibi de ma-
16 tre hoc non dicit, sed econuerso, amatrum legitima in bonis filiorum tolli possit , cum non sit debita de iure naturæ, ſm eum,& insuper Bal.ibi dum loquitur de statuto tollente filijs legitimam, loquitur qū statutum filiæ omnino denegaret, videlicet dotem, legitimam,& alimenta,quia vt hic dico,& ꝫ.9 arti princi.2.q. bene loquitur Bal. & idem in bonis matris,& ex materna linea,vult ipse Cor.consi. 107.incip.in hac.2.uol.& consi.c.⅔,uolu.incip.non caret.Et licet sit dubitatio in illo ar. indefinite sumpto,an statutum possit tollere legitimam, vt patet ex prædictis, tñ in proposito nostro se-
17 cus est,quia†rōne publicę vtilitatis potest etiam iuri naturali derogari.l.1. ff.de vsuc. l.ita vulneratus.ff.ad leg. Aquil.& statuta excludentia fœminas ꝑꝑ agnatos masculos, cōiter
18 mouentur ex causa publicæ vtilitatis, ſ.† seruandæ agnationis & dignitatis familiarum , in quo versatur publica vtilitas,vt dicam ꝫ.in 3.artic.princ.& idcirco Ioan.de Imol.in d. §.Titio genero licet loquatur sub dubio forte,dixit,ꝙ quamuis sint opiniones in illo,articulo,an possit legitima filorum in totum tolli per statutum , tñ posset pro concordia distingui , quod si nulla ex causa vel saltem rōnabili moueatur , non valeat tanquam irrationabile,& contra rōnem naturalem.d.l.cum ratio,cum de esse legis sit,ꝙ sit rationalis & honesta.c.erit autem 4.di.& c.vt consuetudo 1. distin.si autem moueatur ex aliqua causa,vt quia disponat,ꝙ fœminæ succedant extantibus masculis,etiam si non exprimat,ꝙ dēant
24 dotari,vel ali, adhuc valebit, quia per hoc non excludit ab
19 alimentis,† quæ sunt quid diuersum a iure successionis,nec exludit a dotibus, quia alias alia cōmode viuere non posset arg.l.verbo victus. ff.de ver.sig.& dicit Pau.in cons. 75.inci. primo est vidēdū.in ul.col.1.vol.ꝙ licet sint opiniones in arti.prædicto,vtrum in totum possit ltīa tolli tñ cōior opin. est ꝙ sic existente causa,& secundum eum dī subesse causa , qū filiæ fœminæ,& mater excluduntur fauore agnatorum.& ꝙ
20 cōis opi.sit vt saltem†subsistente causa possit legitima in totum tolli,etiam attestatur Alex.in d.l.quod de bonis.§.fi. Et Curt.iunior consi.20.circa fi.& per to.& hæc opi.in terminis nostris vī comprobata ex dispositione iuris diuini, vt patet Numeri 27.c.de quo dicam in 2.arti. princ. Istam opin. dicit
21 cōem Socy.consi.150.1.col.& Maria.in consi. 5.in princ.† & est constitutio expressa Florentię, ꝙ mulier excluſa ꝑꝑ personas nominatas,non possit etiam ratione legitimę insurgere, vt per Socy.consi.288.incip.circa primam q.in fi.vbi idem tenet,quod vult etiam statutum nostrum Astense,quo casu sumus in certo,& hanc opi.etiam tenet Maria consi.84.incip. visa.in'prin. & Cor.consi.123.incip.licet 3. vol. Ad iura in ꝫrium adducta per doct.breuitatis gratia paret respōsio ex no-
22 tatis in locis prædictis,vbi inter cetera dñt doct.† ꝙ legitima non est de iure naturæ,sed de iure ciuili,naturali iure cooperante,& etiam patet responsio ex his duobus vltimis fundamentis,ſ.quia publicæ vtilitatis rōne iuri etiam naturali derogatur,& quia de iure ēt diuino masculi fœminis prę̄ferebātur,quod ius diuinum,& naturale conuertuntur.§.sed naturalia.instit.de iur.nat.gen.& ciui.& no.in l.ex.hoc iure.ff.de iusti.& iu.& prædicta conclusio minus dubie procedit in fęminis ascendentibus exclusis in totum a successione filiorū seu descendentium,quia eisdem ascendentibus de iure naturali alimenta non debentur,secundum Bal.in d.l.1.5.& vlt. q. ff. de iust.& iur.Bal.in consi.336 incip.præmittendum est 2.vol. & Ang.in d.con.104.& 210 incip. statutum supradictum. & 151.incip.statuto bon.Pau.in d.consi.75.incip. primo est videndum.Io.de Ana.in d.c.consi.4.Pau.de Ca.in d.consi.316. & Alex.in d.consi.119.4.vol post Ioan. in additio. ad Spec.in d.rubr.de succ.ab intest.Idem vult de matre, do.Benedictus Capra in cons.161.inci.subscripsi &c. Nec enim subscriptio est ita debita ascendentibus,sicut descendentibus,l. nam &
23 si parentibus.ff.de inof.test.l.rescripto.ff.vnde liberi.† maior enim ratio fouet filium in bonis parentum,quam parētes in bonis filiorum,vt ibi voluit Cor.consi.150.inci.circa presentem 2.vol.plus hī in locis prędictis, ꝙ ēt si mater excludatur extante sorore,valeat statutum.facit l.de emancipatis.& qđ ibi no.Bal.C.de legi.hære.& hæc vera sunt,quamuis reperiat inter consilia Bal.in consi.93.in 5.vol.consultum, ꝙ tale statutum non valeat tanquam iniquum,quasi parentibus ēt de iure naturę ltīa debeatur,quod consilium non fuit Bal.vt patet in cons.seq.& ꝫ illam decisionem est tex.in d.l.scripto.in fi.Sed est aduertendum ad illam rōnem, ꝙ parentibus de iure naturali alimenta debeantur,quia non est sine dubio,vt ꝑ Albe.in j parte statu.q.40.& aliquid dicam ꝫ.hac ea.q.Ex prædictis apparet, ꝙ statutum priuās in totum successione, multomagis valet in fœminis collateralibus, quia eis nullo mouente iure naturali,sed ex sacris tantum constōnibus fuit legitima constituta.l.fratres.C.de inof.test.& §.soror.inst.eo.& de iure naturæ eis alimenta non debentur , sed de mero iure ciuili.l.qui filium.ff.vbi pupil.edu.de & quod dixit Bar.in l.si quis a liberis.§. vtrum ff.de lib.agn. Alio aūt casu, qū statutū excludit fœminas,ita ꝙ non possint habere recursum ad hæreditatem seu bona,a quibus excluduntur, non tñ rōne successionis,verum ēt rōne dotium & alimentorum est distinguendum, ꝙ aut sunt tales fœminæ,quibus debentur de iure naturę alimenta,sicut filiæ d.l.1.§.ius nāle.cū ibi no.ꝑ Bal.in 5.q.ff.de iusti.& iur.& inst.de iur. nat.gen.& ciui.ī prin.& tūc non valet statutum. §.sed naturalia.insti.eo.titu. & quod no. Bar.in l.oēs populi.in 3.q.prin.ff.de iust.& iur.& gl.Bar.& alij in l.fi.C.si contra ius vel vtili.publi.& ita concludit Albe. in 1.parte statutorum q.40.post Iaco.But.in l.si quis a liberis.in prin.vbi etiam Alb.ff.de lib.agno.& post Galeo.in tit. de alimentis,versi.pone qōnem,pater emancipauit & Spec.& ibidem Ioan.And.in addi.in tit.qui filij sint legi.versi. sed pone quidam, vbi idem vult Spe. etiam si statutum esset iuratum. Facit secundum eos.c.fi.de consue.& c.cum quidam. de iure iur.& §.fi.insti.de legi.agna.suc.Idem ēt voluit Bald.in d.l.cū lege.C.de epis.& cleri.& Pet.de Anch.in d.repe.c. canonum statuta.in 11.q.prin.versi.quæro,an valeat statutum, quod pater non teneatur alere filium,de consti. ꝙ est de mente But. & Pau.in d.c. Raynutius in loco supra alleg.ac aliorum doc. tenentium,quod ltīa filiorum non possit in totum tolli, dū se fundant ex eo,quod tunc filij fraudarentur alimētis, licet male,vt dicam infra in 9.articu.prin.in 2.q. vbi tradam late,
24 †an excluſa a successione paterna,etiam quo ad ltīam,& a iure petendi dotes,possit petere,alimenta, vbi autem personis exclusis alimenta non debētur,valet statutum, per prædicta & voluit Panormi.in d.c Raynutius.puta,quia sit filius diues
25 vel aliunde habens illa,secūdum eum,†filio enim diuiti vel industrioso, vel alias non egenti non tenetur pater præstare

ali-

Source : BIU Cujas

alimenta d.l.ſi quis a liberis.§.ſi filius.& l.j.& ibi Barto. C. de men.vali.lib. 10.Item nec filio,qui commiſit aliquam ex cauſis ingratitudinis,ex quibus poteſt quis exhæredari.gl.& Bar. in d.l.ſi quis a liberis.§.idem iudex & gl in §.ſiue igitur.in authē.ut cum de appel.cog.glo.j.& ibi.Bar.in l.ſi.C.de alen.lib. Bar.in l.diuus.ff.ad leg.Pom.de pari.vbi dicit vnum ſtupendum dictum,& in tracta.& de alimen.Ant.de But.& Pau.in c.cum haberet.de eo qui du.in vxo.quam polu.per adult. Et
26 eſt aduertendum,quia †pater denegans alimenta filio,perdit patriam poteſtatem,ſm gl.in l.nec filium.C.de pa.pot.quam ſequitur Pau.in c.ſi.de conuer.infide.An aũt de iure naturali parentibus per filios alimenta debeantur, fuerunt opiniones.nam Iac.de Are.in d.l.ſi quis a liberis.§.parens.& Bald.in d.§.ius naturale 5.q tenuerunt quod non.ſed Albe.in d.q.44. eſt in ꝯria ſnĩa.Sed prima opi.vr̃ mihi verior,& eã tenet Bar. in d.§.parens.quod latius attingere hic no.i curo.Sed hic dubitatur,an retenta pro cõi opinione prædicta, quod ſtatutũ poſſit legitimam ſolummodo minuere,maxime ex cauſa,ꝓ ut ſupra,poſſit diminui ad enormem leſionem, Do.Sign. in conſi.150.j.volu.tangit hanc qõnem,poſt Rotã.in d.dec.18. alias.21.incip.item fuit dubitatum.& Ant de But.in c. Rayn. de teſt.ita quod iſta enormis leſio conſiſtat in arbitrio iudicis fatetur tñ ipſe D.Socy.quod ſi ipſi filiꝙ excluſꝙdos præferue
27 tur,valebit ſtatutum illam priuans legitima,quaſi †præſeruatum ſuccedat loco legitimæ, & ſic in effectu reſidet in opinione quam hic teneo.An aũt ſuccedat loco legitimæ dicã infra in 11 articulo principa.in 2. quæſt.

Quæſt. II.

28 Iuxta Prædicta quæro,†an valeat ſtatutum prohibẽs mulierem tranſeuntem ad ſecunda vota ſuccedere filio. Bal.in conſi.215.incip.quæritur vtrum 3. vol. præſupponit quod ſic.& loquitur in terminis ſtatuti Maſij, & idem in terminis ſtatuti Aſten.quod incip.deteſtanda, præſupponit D.Signo.de Homode.in conſi.37.incip.factum ſic.verſic.venio ad tertium.hoc eſt ad ſecundam diſpõnem,& in conſil. 69 incip.in quæſt.Blandixiæ,maxime in vlt.col. Idem prætupponit Rayn.de Forli.in conſil. ſuo 68.incip.quædam mulier. maxime in verſi.in tertia parte. inſerto inter conſilia Signo. & ipſe Do.Ray,in conſi.vlti.inſerto inter dicta conſilia, maxime in ver.demum venit.& ita tenet & concludit Alex.in d.conſ.68.incip.circa præmiſſam conſultationem.in fi.4.vo.
29 Nec ob.ſi dicatur, †quod non videatur ualere tale ſtatutum, tanquam per illud ſindirecte tollatur ſeu coerceatur facultas contrahendi matrimonia,quę debet eſſe libera.l.Titia.cũ ibi traditis.ff.de verb.obli.c.gemma.de ſpon.qđ non eſt in poteſtate Imperatoris vel legis ciuilis,vt no.Io.And.in c.ſtatutum de hære.in 6.quia ſecundum Inn'Io.And. & ſcribentes cõiter in c.fi.de ſec.nup.diſpoſitio iuris ciuilis priuantis mulieres ad ſecunda vota tranſeũtes relicto, ſeu alio emolumẽto, valet, quaſi non ſit facta odio contractus matrimonij, vel in pœnam contrahentis ſecundum matrimonium, ſed in prouiſionem filiorum,licet ſecus ſit in pœnis impoſitis mulieri tranſeunti ad ſecunda vota intra annum,quia ille impo nuntur odio contractus,& vt mulier non feſtinet ad ſecundum matrimonium propter incertitudinem prolis, & ſanguinis turbationem,vt in l.liberorum,in prin.ff.de his q not. infa.vel ne ſuſpicio oriatur marito ex feſtinatione,vt in §. verum.alias vtrum in auth de reſti & ea quæ parit, & ita etiam voluit Bar.& alij.in l.1.C.de ſecũ. nup. & in d l.liberorum.in prin.Bal. in l.ſi qua mulier,C.ad tertu.But.in c.1.de ſpon.in 2. col.Pet.de Anch.in repe.d.c.canonum ſtatuta.uer. quædam uero leges.de conſti.& in conſi.98.incip. ex prædicto thema te.in prin Bal.in l.decreto.in fi.C.de infa.Ang. in auth. de nõ eligen.ſecundo nub.Gemi.in c.placuit 32.diſt.Bal d.pulchre
30 in rub.extra de conſtitutio.in fi.comme.vbi dicit † valere ſtatutum laicorum circa accidentia matrimonij, vt ſunt dotes, & ſucceſſiones.vnde prædictum ſtatutum tanquam principaliter factum fauore agnatorum, vt dicam infra i 3.arti. prin. & clarius in quarto prin.non debet dici in odium ſecundarum nuptiarum.Ad prædicta etiam facit quod voluit glo.in c.cum ſecundum.in verbo,certoque eaſu,de hær.in 6. quod ſi lex ciuilis imponat mulieri contrahẽti matrimonium certo modo pœnam priuationis lucri a lege ciuili delati, bene valet in terris non ſubditis eccleſiæ.Cum qua glo.tranſeunt ibi mod.& But.in d.c.1.de ſpon & Alex.in conſi.ſupra.alleg. facit quod not.Bal.in c.clerici.de iud.& in rub.extra de conſti.& in c.tenor.in fi.de re iud.& in l.oẽm. in fi. C. ad Tertull. Gaſpar Cal.in c.2.de clan.deſpon.Lapp.Abb.& Do.de Sanc. Ge.in c.ſtatutum de hær.in 6.quamuis ibi Io.And.contrariũ tenere videatur,ſed loquitur,vbi odio contractus matrimonij infligeretur damnum amiſſionis bonorũm mulieri contrahẽti.ſecundum Ale.in conſi.ſupra alle.de cuius paſſus veritate,remitto me ad no.in locis prædictis.Verũ quia Pau. in d.ca.ſi. de ſecun.nup.dicit ꝙ negari non põt,quin mulieres reddantur timidiores per excluſionem a lucris legalib. & id circo dicit ꝙ ſi liceret vti audacia,teneret cõtra cõem opi.ꝙ tales pœnæ non valerent. & eſſent ſublatæ,& ipſe Panor.in c.eccleſia.ver. quintus caſus.de conſti.expreſſe tenet illã ſuã opinionem,ꝓꝓ quod conſuluit.D. Philip.cor.conſil.2.incip.
31 vr̃.1.vol.†non valere ſtatutum priuans matrem relicto facto ſibi per maritum, vel filij ſucceſſione ꝓꝓ tranſitum ad ſecũda vota.Et eſt aduertendum,quod in terminis dicti ſtatuti. Aſt.quod inci.deteſtanda,poſiti in 16.colla. ſtatutorum Aſt. c.91. ſm D. Sign in conſilijs s̃ alle. Illa excluſio matris a ſucceſſione filiorum,non põt dici odioſa,ꝓpea quia illud ſtatutum ex rõne,quę ex præfatione colligitur, eſt inductũ principaliter in fauorem ipſarum, quia corrigit leges ciuiles imponentes pœnas mulieribus tranſeuntibus ad ſecunda uota, ſl.1.& 2.3.4 & 5. C.de ſecun.nup. & uult ꝙ poſſit de ſibi relictis et am per primum maritum, & de dotibus, & cęteris bonis diſponere in ſm maritum, excluſis liberis primi matrimonij,& licet excludat eas a ſucceſſione filiorum primi matrimonij. Iſtud cauſatur ex æqualitate ſeruãda, & ſuadente ęquitate, ne contingeret filios primi matrimonij,quibus magis debetur materna hæreditas, iuxta. d. l.ſcripto. ff. vnde lib & l.nam & ſi parentib.de inof teſt.excludi a maternis bonis,& etiam ab his quæ in matrem a patre eorum ꝓuenerunt,ꝺ.l.fœminæ,& l.cũ alijs,& l.generaliter.C.de ſecun. nup.& marrem poſſe ipſis filijs ſuccedere,quod eſſet iniquũ imo ipſum ſtatutum tollit filijs primi matrimonij prouiſionem l.hac ædictali.C.de ſe nup.& in hoc matrem honorat. de cuius ſtatuti efficacia & proniſione qñque latius dicam,
32 ſ.in 6 art.prin.in.4.memb.in 27.q.Ex prædictis apparet,† qd iuris ſit, vbi excluditur a ſucceſſione mulier nupta extra iuriſdictionem ſtatuentium, de quo aliquid in ſeq. q. dicetur. In qua quæſtione etiam concluditur, quod valet ſtatutum, & infra in 6.artic.prin.in 3.memb.in 23.q. de quo per Alex. conſi.151.incip.viſo themate. 2.vol.

Queſt. III.

33 Tertio Quæro,†an valeat ſtatutum prædictum excluſiuum feminarum,ſi eas excludat tam exteſtõ quam ab inteſt. Bal.in l. fi.ver.ſed pone in quibuſdam C.de pac.dicit quod non, licet ſub dubio tanquam ſit contra bonos mores,cum auferat liberam teſtĩ factionem.argum.l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.ob.niſi ipſum ſtatutum excludat a certis tñ rebus;puta quia dicat,ꝙ mulier nupta extra territorium nõ ſuccedat in immobilib.uel in fundis uel domib.ex teſtõ,vel ab inteſtato,per l.1 C.non li.habi.
34 met.lib. 11.& l.certa forma.C.de iure.fi.li. 10.quia †vbi in aliquibus rebus remanet libera teſtĩ factio, ſtatutum non dr̃ ꝺ bonos mores, argum eius, quod dr̃ de donatione, vt ibi docto.in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta,ſed idem Bal. in conſi.41.incip.quidam Mediolanẽ. in 1. vol. loquendo in terminis ſtatuti Mediolani, quo cauetur quod nulla mulier nupta extra iuriſdictionem Mediolani ſuccedat alicui de iuriſdictione Mediolani etiam ex teſtõ,arguendo ꝙ non valeat hoc ſtatutũ, tanꝙ non poſſit nõ ſubditis legem imponere,iuxta l.cunctos populos.C.de ſum.trinit.& l.fin.ff.de iuriſdict. om.iud.dicit,ꝙ de cõi conſuetudine ſeruatur, ut ualeat tale ſtatutum, & poſſet etiam dici,ꝙ non valeat, quia teſtm̃ eſt inuentione & introductione de iure gentium, ſiue de iure naturali ſecundario,vt traditur in l.ſi teſtm̃. C. de teſta.& in l.ex hoc iure.ff.de iuſt. & iur.& dixi in 1.q.huius primi artic. prin quod ius eſt immutabile.§.ſed naturalia.inſt. de iur. na. gen. & ci.in tm̃ vt principis reſcriptum contra teſtm̃,non ualeat l.ſi teſtm̃ & ibi in propoſito Fulgo.Ro. & Mod.C.de teſt. ſed Bart. in d.l.fi.C.de pact.tenet tale ſtatuutm valere,& hoc etiam uult Bal.in l.2.C vt in poſſ.leg.& in dicta l.cunctos populos.ver.dixi de ſtatutis.& Pet.de Anchar. in repe.capit.canonum ſtat.in verſ.quæro ergo,vtrum ſtat.de conſtitut.ſequitur Ro.in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta,& ibi.Alex. in 11.col.& Alex.in conſi.151.viſo themate.2.vol.ubi loquitur in terminis ſtatuti Lauden.volentis mulierem cum hæreditate ex teſtõ vel ab inteſtato nubere non poſſe extra iuriſdõnem cõis Lauden.& talem hæreditatem deuenire ad proximiores agnatos.Idem etiam uoluit Alex. in l.ſi conuenerit. §.ſi nuda.in apoſtil.in fin.ff.de pig.act.& in l.1.§.veteres.ff.de acq.poſſ.poſt.Cu.& hoc etiam eſt de mente Bal.in l.ſi matre. C.de ſuis legi.& Bal.conſi.355.inci.nulla mulier.1.vol.ſm ulti.impreſſionem,& Pe.Anch.in repe prædicta,in uer.ſed pone per ſtatutum,& Cu.ac.Ro.in l.hæres per ſeruum. ff.de acqui.hær.ſequitur do.prẽcep.meus in d.l.fi.C. de pact.& dom. Bap.de S.Seuer.in repe.l.oẽs popu.§.de iuſti.& iur. Nec eſt uerum,ꝙ hoc ſtatutũ tollat liberam teſtãdi facultatem,per.l. cum ita legatum ff.de cond.& de. Nec eſt bonum fundm̃, ꝙ hoc ſtat. non poſſit ligare forenſes. Tum quia afficit bona, ut late dicam.j̃.in6.art.prin.in 1.q.Tum quia ſm Bal.in d.l 2. C. ut in poſſ.le.magis dr̃ ſtatutum afficere diſponentem, hoc

eſt

Source : BIU Cujas

35 est testatorem,& †vbi causa efficiens redditur inhabilis, nul lus potest sequi effectus.l.j.§.si filius.ff.de leg.3.Item secundū
36 Bal in consi.357.alibi videmus,q̄ †non patet successio his,q̄ non sunt de eodem territorio. l.j.C.non li.hab.met.li. 11. Ad illud q̄ testm̄ sit de iure gentium,sed de iure naturali secundario respondetur istūd esse verum, vt dixi, introductione, sed solennitate & forma,est de iure ciuili,vt dictum est supra in prin.huius arti.quo casu recte appellatur,ēt de iure ciuili. l.ius aūt ciuile.ff.de iu.& iu.& pp hoc nō infertur necessario, quin possit aliquibus personis interdici successio ex testō per legem ciuilem,vt patet in l.si qua pœna.ff. de his,qui sunt sui vel alie.iu.& in l.1.C.de hæ.inst.& in §.causas. in authē.vt cū de appel.cog.& in personis enumeratis per gl.in §.legari. insti.de leg.q̄m etiam ius naturale seu gentium vel diuinum p̄ ius ciuile vel statutum limitatur & restringitur,vt per Bar.in repe.l.oēs pop.in 3.q.prin.in prin.ff.de iust.& iu.Pet.de Anch. in repe.c.canonum statuta.in 18.arti.prin.Bar.& doc.in l.fin. C.si ꝯ ius vel vti.pub.Albe.in j.parte statu.in 8.q.& plene per modernos,in c.quæ in ecclesiarum.de consti.& quod dī principem non posse rescribere ꝯ testm̄,fateor quantum ad priuandum aliquem iure delato, non tm̄ per hoc sequitur quin possit legem condendo prohibere testari inter aliquas personas,per ea quæ hm̄r in locis prædictis,maxime in d.l.1.ff.de cō sti.prin. & ī l.rescripta.& in l.quotiens.C.de preci.Impe.of.& in d.c.quę in ecclesiarum.item ſm Bal.in l.lege 12.tab.C. de leg.hær.saltem successio ex tectō est creatura iuris ciuilis, vt ibi per eum, de quo dixi supra.in 1.quæst.an autem valeat statutum priuans nubentem extra territorium ab hęreditate iā delata & agnita,dicam infra.in 6.articu-principa.in 4. membro.in 22.quæstione cum seq.

Quæst IIII.

37 **Quæro** Quarto subsequenter, † an valeat statutum, q̄ non liceat ascendentibus, puta patri vel matri seu aīs,relinquere extraneis personis nisi tertiam partē bonorum.per prædicta apparet q̄ sic.& in specie hoc firmat D. Bap.de S.Seue.in rep.l.oēs pop.ff.de iust.& iu.vbi refert Bald. ita consuluisse in quodam suo consi.nu.19.inci.in quæstione quæ vertitur intantum q̄ si fuerit plus tertia relictum ecclesiæ vel pio loco,non valeat relictum pluris. & hoc sequitur Cald.in consi.15.sub rub.de constit.cum cōcor. de quibus p̄ Mar.in consi.48.inci.in præsenti.Nec hoc statutum dī secundum eos iniuriosum pijs locis, quia legitima potest augeri p̄ statutum, vt patet in authen.nouissima.C.de inof.testa.& ex his,quæ dixi supra eo.ar.1.q.& sic censetur ltīa facta de bene, idest,de duabus tertiis, in quibus filij intelligūtur creditores supple vel quasi,sicut de iure dicimus in tertia vel semisse,vt per gl.cum ibi not.per doct.in l.3.C.de iur.& fac.ign.cum cō cor.quę ad hoc adducam j̄.in 11.art.prin.2.q.in addi.& in 13. art.prin.in 8.q.circa fi.licet Mar.in d.consi. 48. dicat hoc statutum esse odiosum,faciunt quæ dicam infra proxi.& sic nō ob.no.per Bal.in l.gñalis.C de sac.san.ecc.& per Pet. de Ancha.in rep.d.c canonum statuta.in 11.q.ver.dicit ēt Bal.de cō sti.cū concor.traditis per Ale.in consi.105.inci.viso ac diligē
38 ter.cum seq 4.vol.†Quid aūt,si statutum disponat, q̄ non liceat mulieri habenti filios disponere in vltima volūtate vel aliquo tpe inter viuos de bonis suis, nisi 10. pro centenario, ēt pro anima.an valeat Pet.de Anch.in cons. 24.inci.videret prima facie,dicit q̄ sic,quia hoc statutum est factum in fauorem filiorum,quibus non præfertur pia causa,iuxta glo.in l.si quis ad declinandam.C.de epis.& cle.& quia statutum ex cā bene potest restringere potestatem dominorum disponendi de rebus suis,& alicui dominium rei sue auferre,vt ibi per eū & ita etiam consuluit Cald.in consi.20.sub rub.de constit.licet in ꝯrium faciat,quod notatur ibidem in consilio vlt.& p̄ Bal.in d.l.generali,cum concordan.supra alleg.Item quæro, an valeat statutum, quod non liceat patri relinquere filiæ in gressæ monasterium,vel expresse excludens personas ecclesiasticas vel forenses,dicam plene in 6.ar.prin.in 1.memb.in
39 1.& 2.q.†Quid de statuto Mediola. quod maritus non possit vxori relinquere vltra quartam partem,certum est quod valet,quia vī factum,ne mutuo amore se spolient, vt per Bart. in repe.l.cunctos popu.6.q.ver.vel pone,statutum est, quod vir non possit legare vxori.C.de sum.tri.& per Albe.de ro.in 2.parte statu.q.111.incip.statuto cauetur.& Ro.consi.39.inc. in proposita quæstione.& Alex.consi. 37. incip. prospectis 2. vol.& consilio 41.incip.visis.5.vol.& Barba.consi.12.1.volu.
40 & Do.Decium consi.96.incip in casu,in prin.† Sic etiam valet statutum,quod maritus lucretur dotē in præiudiciū filiorū anterioris matrimonij,vt p̄ Bal.in l.1.in 2.q.vbi ēt Pau. de Cas.C.de inof.do.& dicam j̄.in 6.art.prin.in 4.memb. 27.q.

Quæst. V.

41 **Quinto** † Est aduertendum pro validitate dicti statuti quod fiat a personis habilibus & potestatem habentibus,vt per Bar.Bal.& repetētes in l.oēs pop.ff.de iust. & iur.in j.q.prin.Pet.de Anch.in d.c.canonum statuta.Albe.
42 de Ro.in 1.parte statu. cum cōcor.late per eos allegatis,† vbi etiam tradunt modum,qui necessario seruandus est pro validitate statutorum.Item est aduertendum,quod fiant super bonis,& circa personas,in quibus statuentes habeant iurisdictionem,de quo late ad propositum dicam in 6.artic. principa.in primo membro,& in 8.articu.princip. circa 9. q. Et hic annecti potest quæstio in qua consuluit Bal.bis,cū casus fuisset sibi diuersimode transmissus,primo scilicet in consi.34.incipien.inter illustrem.1.vol.secundum penul.stampam,& secundo,cum casus fuisset sibi secundum veritatem reformatus in consi.160.incip. verba pactorum,eod.vol.videlicet cōmunitas. Saluiani quæ est in patria pedemontana. conuenit cum principe Archaiæ D. Sabaudiæ,quod ī successionib. ab intestato seruentur iura quauis consuetudine,& pactione suprascripta,& infrascripta non obstante,& per aliud capitulū conuenit quod consilium prædicti cōis possit qncunque ad suam liberam voluntatem capitula & ordinamenta minuere,augere,& mutare ad suam propriam voluntatem,& quę fecerint,valeant & teneant,quantum consilio placuerit &c. Postmodum dicta communitas seu consilium fecit quoddā statutum positum sub rubrica, quod nulla fœmina postquā fuerit nupta,possit aliquid petere,aut qōnem aliquā mouere alicui fratri,seu nepotibus suis,occasione alicuius successionis patris,aut matris,seu fratris.Demum accidit casus, quod decessit frater relictis fratre,& nepotibus,& sorore nupta, q̄ volebat succedere de iure cōi,non obstante ordinatione in ꝯrium per populum vel statutum facta,quam dicebat nō valere,tanquam ꝯ conuentionem cum principe factam existeret.in qua qōne Bal.concludit dictam ordinationem seu statutum non valere,& quod soror posset succedere.motus,qa
43 †cum ipsa communitas Sauil.esset subdita & peculiaris principis Achaiæ non potuit condere statuta valida ad causarū decisionem sine principis confirmatione,vt notant Bar.& repetentes in d.l.oēs populi.j. q. prin.Nec per illa verba indefinita,quod cōe possit ad suam liberam voluntatem condere statuta,intelligitur concessa licentia condendi prædictū statutum.quia per illam conuentionem, quod in successionib.
133 quotidie poteſt occurrere. Trigeſimoſexto † ſtatuta prędicta extenduntur, vbi alias non poſſunt operari, vt infra in 7. arti culo prin. prima q. vbi fit eo caſu extenſio per argumentum a contrario ſenſu. Dixit tamen. Soc. conſi. 207. incip. in cauſa 1. vol. quod ſi poſſunt operari pro parte, non fit extenſio, pro ut etiam dixerunt Ant. de But. Imo. in c. cauſam, quæ, de reſcri. Debet enim taliter interpretari, vt minus lædat ius cõe, quam fieri poſſit, vt infra in 8. artic. prin. 20. q. & ſ. co. uerſi. 2. Plura alia ad hunc articulum pertinentia, in diſcurſu huius tractatus incidenter tanguntur, quæ curioſus lector per ſe ipſum inueniet, & alibi traduntur ordinarie perſcribentes, ita ut ſuperfluum putauerim hic inſerere.

SVMMARIVM.

1 *Quæ perſonæ intelligantur per ſtatuta excluſiua feminarum, excluſæ.*
2 *An ſtatuta excluſiua fœminarum, vendicent ſibi locum in perſonis forenſib. ſeu fœminis forenſibus.*
3 *Quis in ſucceſſionibus ſit conſiderandus locus, an originis defuncti, an mortis an bonorum.*
4 *Qui non ſunt ſub protectione loci, & incolæ qui munera ibi non ſubeunt, non gaudent beneficijs loci.*
5 *Aduertendum eſt qualiter prolata ſint verba ſtatuti, an in rem, an in perſonam.*
6 *Licet ſtatutum non poſſit afficere perſonam propter rem, quę eſt in territorio ſtatuentium, poteſt tamen rem ipſam afficere.*
7 *Statutum imperſonaliter loquens in delictis, comprehendit omnes perſonas & mandatorem, non tantum facientem.*
8 *Ad effectum vt ſtatutum imperſonaliter loquens comprehendat clericum vel forenſem, refert an ſtatutum loquatur in perſonam vel in rem.*
9 *In ſucceſſione inteſtati attenduntur ſtatuta loci, vbi ſitæ ſunt res.*
10 *Vbi non agitur de perſona, ſed de acquiſitione, inſpici debet rerum acquirendarum locus.*
11 *Statutum factum in commodum populi ſtatuentium, valet & porrigit effectum ſuum contra extraneos.*
12 *Statutum poteſt non ſubditum ecxludere ab acquiſitione bonorum in ſuo territorio ſitorum.*
13 *Licet verba prolata a iure peritis, intelligantur ſecundum interpretationem legalem, prolata tamen ab idiotis, intelliguntur prout in idiotam cadunt.*
14 *Statutum de dote lucranda, non habet locum in præiudicium liorum alterius matrimonij, qui non ſubſint ſtatuto.*
15 *Conſuetudo immediate compulſiua vel prohibitiua, aut pœnalis, non extenditur ad forenſem.*
16 *Statuta, non ſunt leges publicorum iudiciorum, ſed priuatorum in ſuo populo tantum.*
17 *Statutum poteſt inducere quaſi contractus incognitos.*
18 *Statutum prohibendo, contrahi, ſiue loquatur in rem, ſiue in perſonam, non trahitur ad actus iuratos.*
19 *Delinquendo ſicut quis ſe ſubijcit iuriſdictioni ſtatuentium, ita extrahendo, vel tranſeundo per illorum territorium.*
20 *An ſtatuta loci, in quo ſunt res, ligent forenſes, etiam ratione ipſorum bonorum, cum bona ſequantur perſonam, & illi adhæreant.*
21 *An ſtatuta ligent ſubditum extra territorium, vt quod mulier non poſſit teſtari ſine conſenſu viri.*
22 *An comitatenſes, & illi, qui ſunt de caſtro ſeu villa exiſtente intra territorium & diſtrictum ſtatuentium, dicantur forenſes vel ciues.*
23 *An incolæ, vel qui ex forma ſtatuti habeantur pro ciuibus, & generaliter qnis dicatur forenſis.*
24 *Stante ſtatuto alicuius villæ ſubditæ ciuitati, quod mater forenſis non ſuccedat filio, nihilominus ſuccedet mater, quæ eſt de alia villa ſubdita dictæ ciuitati, quia non dicitur forenſis.*
25 *An licentiatus a ciuitate, rebellis vel bannitus deſinat eſſe ciuis.*
26 *Et ſi ſtatutum dicat, quod forenſis non ſuccedat, mulier originaria de loco, nupta extra territorium, nihilominus ſuccedet.*
27 *An dicatur extraneus, qui habet domicilium in alia ciuitate.*
28 *Originarius nulla bona poſſidens, licet alibi habitet, poteſt ſuccedere quia ex hoc obligat ſe ad onera,*
29 *Quid de viduis & tranſeuntibus ad ſecundum matrimonium, et de concubinis & inhoneſte viuentibus, cuius territorij cenſeantur.*
30 *Quid, ſtante ſtatuto in ciuitate aliqua, quod maritus non poſſit legare vxori, quo ad proprietatem, an in loco, vbi nõ ſit tale ſtatutum, poterit legare.*
31 *Non attenditur domicilium viri in lucro dotis, quando bona remanſerunt in ciuitate vxoris.*
32 *An ſtatuta per laicos condita, ligent perſonas eccleſiaſticas.*
33 *Non valet ſtatutum, quod filiæ monaſterium ingreſſæ, pater non poſſit relinquere, niſi certum quid.*
34 *Verba contractus debent intelligi ſecundum tempus, quo ſuam efficaciam conſequuntur.*
35 *An ſtatutum diſponens, quod moniales non ſuccedant extantibus maſculis, indiſtincte valeat.*
36 *Stante ſtatuto, quod monachi non ſuccedant, etiam monachi facti poſt ſtatutum, non ligabuntur ſtatuto.*
37 *An ſtatuta generaliter loquentia & indiſtincte, nulla de perſonis eccleſiaſticis facta mentione, comprehendant perſonas eccleſiaſticas.*
38 *Statutum laicorum non poteſt ſubijcere iam quæſita eccleſiæ collectis. Secus in quærendis, quæ cum onere impoſito tranſibunt ad eccleſiam.*
39 *Statutum generaliter loquens, non trahitur ad illicita, nec in dubio videntur diſponentes ſtatuere in non ſubditum.*
40 *Non refert, an in ſpecie, an verbis generalibus aliquid exprimatur.*
41 *Clericatus ſuperueniens ius alteri quæſitum tollere non poteſt.*
42 *Quando quæritur de iure concernente perſonam, attẽdi debet qualitas perſonæ cohærens.*
43 *Priuatio præſupponit habitum.*
44 *Priuſquam hæreditas deferatur, de perſonæ conditione inſpicitur.*
45 *Religionem ingrediens, ingreditur cum toto ſuo iure, ſatiſque ſibi eſt, quod per ingreſſum non fiat deterioris conditionis.*
46 *Ius ciuile non tollitur per ſtatutum, niſi quo ad perſonas, in quas poteſtatem habent ſtatuentes, cum eius ſit tollere, cuius condere.*
47 *Clericatus vel religio ſuperueniens, non ſe extendunt ad caſus qui virtutem ſuam ante clericatum ſortiuntur.*
48 *Superueniẽtia clericatus, non impedit cauſam prius inchoatam coram iudice ſeculari.*
49 *An ſtatutum inducens valere præſcriptionem. 10. an ſuper debito ex negligentia creditoris, noceat clerico ſucceſſori creditoris, contra quem fuerat inchoata præſcriptio, non tamen completa.*
50 *Teſtamentum factum minus ſolenniter a pagano, poſtea facto milite, ex eo ſolo non ſuſtinetur, quod factus ſit miles.*
51 *Statutum excludens fœminas, ligat etiam forenſes.*
52 *Limitatio ampla, vt non comprehendantur religioſæ perſonæ in ſtatuto laicorum.*
53 *Quæ dicantur perſonæ religioſæ, quæ eccleſiaſticæ, & de clerico tonſurato ab epiſcopo, qui non potuit. Et quid de clamydatis.*
54 *An ſtatuta fœminarum excluſiua, habeant locum inter Iudęos, & eorum filios & filias.*
55 *Iudęi dicunt inter ſe ſeruari ex conſuetudine, vt ſecundum diſpoſitionem legis Moſaicæ ſuccedant.*
56 *Iudæi habent ex conſuetudine, vt maſculus ſuccedat, excluſis fœminis, & quod niſi mulier iuret ſe nihil habere de bonis mariti, tantum præſumatur ſubtraxiſſe, quantum valet dos ſua.*
57 *Inter Iudæos an locum habeat diſpoſitio legis Moſaicæ.*
58 *Iudæi non ligantur diſpoſitionibus eccleſiaſticis.*
59 *An Iudæi ſubijciantur legibus Romanis.*
60 *An ſtatuto ligentur Iudæi, & plurima de Iudæis, in progreſſu totius quæſtionis.*
61 *Iudæi, qui fiunt Chriſtiani, non perdunt agnationem, nec ius ſucceſſionis.*
62 *Iudæi facti Chriſtiani, debent alia parentibus, et econtra, et tales legitimam in vita patris petere poſſunt, quod alias non potuiſſent, quia conuerſi eſſe debent melioris conditionis, quam erant antea.*
63 *Statutum Chriſtianorum commodum inducens de infidelibus in dubio non videtur ſentire.*
64 *An ſtatutum fœminarum excluſiuum, excludat naturales tantum in eo caſu, quo poſſent ſuccedere.*

Quando

Source : BIU Cujas

65 *Quando statutum tractat de commodo filiorum in dubio non videtur de naturalibus sentire.*
66 *An per statutum fœminarum exclusiuum excludatur filia legitima.*
67 *An talia statuta fœminarum exclusiua excludant filias vel sorores domi norũ & principum, vbi possent alias in bonis de iure cõmuni succedere.*
68 *An statuta ligent statuentes.*
69 *Pro legibus & statutis recurrimus ad caput, quando membra non habẽt proprium statutum, nec specialem legem.*
70 *Statutũ, quod viget in ciuitate, pariter dẽt vigere in villis & castris eius*
71 *Statuta simpliciter excludentia fœminas, an intelligãtur de filiabus primi gradus, vel neptibus ex patre prædefuncto, an vero intelligantur de bis, quibus nulla debetur legitima.*
72 *Quæ personæ generaliter ligantur statuto, vel consuetudine loci.*
73 *Quando considerantus statuta excludentia certam lineam seu gradum fœminarum, vt ascendentium vel descendentium, seu collateralium.*
74 *Statutum excludens ascendentes per lineam fœmininam, an videatur etiam excludere descendentes per eandem lineam.*
75 *An si statutum excludat lineam maternam, & vocet agnatos, videatur excludere fœminas etiam agnatas.*
76 *Cum statutum disponit contra ius commune, & vocat agnatos, per masculinum non comprehenditur fœmininum.*
77 *Essentia statuti consistit in mente statuentium.*
78 *An bona sit consequentia, quòd exclusa vna linea scilicet materna vel cognatorum, intelligatur exclusa alia linea scilicet feminina agnatorum.*
79 *Statutum excludens matrem & alios cognatos a successione filij non excludit sororem simul cum patre, cum sit agnata.*
80 *Exclusus a successione patris, non intelligitur exclusus a successione fratris, etiam si frater non habeat nisi bona a succeessione patris ad eum peruenta.*
81 *Statutum excludens matrem & descendentes per lineam maternam, nõ excludit auiam paternam.*
82 *An statutum excludens descendentes ex fœmina existentibus masculis, ipsam etiam fœminam excludat.*
83 *An statutum excludens cognatos, propter agnatos videatur excludere matrem, & omnem lineam maternam.*
84 *Statuto præferente cognatos. qui sunt ex parte patris, illis, qui sunt ex parte matris, an filius sororis excludatur per filium fratris patruelis.*
85 *Intentionem statuti destruere non debemus.*
86 *An statuto excludente lineam fœmininam, vel vocante hæredes de masculina linea comprehendatur filia masculi.*
87 *Quando statutum excludit certas personas simpliciter & sine aliqua qualitate, quæ fœminæ videantur exclusę.*
88 *Statutum simpliciter aliquas personas excludens, non est generaliter intelligendum.*
89 *An statutum fœminarum exclusiuum, excludens ab hæreditate personã vnam, videatur excludere quosuis descendentes ab illa, etiam masculos*
90 *Nepcs ex filia excluditur a feudi successione, sicut & ipsa filia.*
91 *Non debet esse melioris conditionis neptis, seu nepos ex filia, quã ipsa filia*
92 *Statutum excludens materteram, excludit etiam filium materteræ.*
93 *Id, quod statutitur in causa proxima, censetur statutum in causa remota, quæ per illam, & ex illa descendit.*
94 *Tacita interpretatio nunquam fit contra illum, cui successio defertur.*
95 *Si statutum excludat filiam dotatam, an nepos ex ea, vel neptis non dotatæ intelligentur exclusæ.*
96 *Vbi qualitas non adest tempore mortis eius, de cuius successione agitur, cessare debet statutum.*
97 *Statutum excludens matrem transeuntem ad secunda vota a successione filiorum primi matrimonij, non excludit filios secundi matrimonij.*
98 *Statutum excludens filiam dotatam extantibus fratribus, vel sororibus non dotatis, non excludit neptes ex filia non dotatas, quando filia dotata viuo patre prædecessit. Itaque neptes in bonis aui poterunt legitimam petere.*
99 *Licet statutum excludat matrem existente patruo, non tamen excludit eius filios.*
100 *An statutum excludens vnam personam, videatur excludere omnes ascendentes per illam.*
101 *Illa verba, stantibus agnatis, habent nou solum virtutem exclusiuam matris, sed etiam virtutem inclusiuam agnatorum.*
102 *Quando aliquis remouetur a lucro, contemplatione alterius, illi applicatur cuius contemplatione remouetur.*
103 *Excluso proximiore in gradu, alij sequentes videntur excluſi.*
104 *Limitatio ad regulam, si vinco vincentem te, &c.*
105 *Sicut exhæredatio hominis non porrigitur ad eum, de quo non est facta mentio, ita nec exclusio legis.*
106 *Baldus non erubuit sententiam mutare, vbi alium vidit melius sentire.*
107 *An exclusa matre, censeantur etiam exclusæ auia, amita, & aliæ personæ coniunctæ per matrem.*
108 *Statutum excludens vnam personam, an videatur excludere omnes de illa linea, etiam si non sint coniuncti per illam personam.*
109 *Caput inclusiuum non est potens ad excludendum alios in verbis statuti non comprehensos.*
110 *Statutum excludens matrem & auiam, extantibus agnatis masculis, nõ excludit amitam, quando nec mater nec auia superest.*
111 *Si excluditur fœmina proximior in gradu propter agnatos, multo fortius excludi debet remotior.*
122 *Non est minus tutum adhærere decisionibus, quæ reperiuntur in individuo, quam regulis propter ipsarum varietatem.*
113 *Statuto excludente matrem propter agnatos, an intelligentur etiam exclus: omnes cognati.*
114 *Statutum excludens matrem a successione, excludit omnes coniunctos mediante matre.*
115 *Statuto excludente matrem propter fratres & sorores, an soror consanguinea tantũ excludet matrẽ, & vterinos fratres descendentes ab ea.*
116 *Statuto excludente matrem a successione filiij transeuntem ad secunda vota, si adsit soror defuncti ex parte patris tantum, an agnatus matrem & sororem excludet, etiam si in alia parte statuti soror tali agnato præferatur.*
117 *Stante statuto, quòd excludatur mater propter agnatos, si contingat extare patruum, matrem & sororem defuncti ex vno latere tantum, an patruus ambas excludet.*
118 *Satuto excludente matrem propter consanguineos vtriusque sexus, an videatur exclusus frater vterinus per amitam.*
119 *Statuto excludente matrem propter proximiores consanguineos, si contingat supereſſe matrem, auiam paternam, & agnatos masculos remotiores an auia omnibus præferetur.*
120 *Statuto præferente agnatos transuersales filiabus fœminis, si contingat aliquem decedere relicta filia ac patre, & agnatis transuersalibus, an filia sola succedet.*
121 *Vbi concurrunt personę, quæ de iure communi & statutario præferuntur, inspicitur persona, quæ de iure communi præfertur.*
122 *Superexistentia personę non nominatæ, tollit nominate obstaculum.*
123 *An persona nominatim exclusa per statutum, excludat de iure communi aliam non nominatam, de qua est dubium, an etiam censeatur a statuto exclusa.*
124 *Statuto excludente filiam dotatam a successione dot antis, & descendentis ab eo, an si quis decesserit relicto fratre & sorore dotata, & nupta vtrinque coniunctis, & matre, talis filia succedat.*
125 *An frater masculus, cuius contemplatione soror dotata excluditur, habeat duas portiones, scilinet suam virilem, & illam, in qua de iure communi dotata successisset, an vero mater æqualiter secum succedat.*
126 *Si statuto cauetur, q̃ soror non succedat frati extantibus fratribus ex eodem patre, si continget aliquem decedere relicto fratre ex patre tantum & relicta matre & sorore ex vtroque parente, an soror admittetur.*
127 *Statuto excludente auum maternum existẽte patruo, & extent auus maternus, auia & patruus, an auus & auia admittantur excluſo patruo.*
128 *Quando mater per statutum extante patruo excluditur, si supersit soror defuncti vtrinque coniuncta, an sit locus statuto, ita quòd tunc patruus ncn succedat, sed mater & soror.*
129 *Stante statuto, quòd existente patruo mater non succedat, si extet mater & soror defuncti ac patruus, mater & soror, excludent patruum.*
130 *Statutum excludens matrem & cognatos, non excludit neptẽ ex fratre.*
131 *Stante statuto, quòd hæreditas defuncti deuoluatur ad fratres suos, & filios fratrum, si sint, vel ad patruos, & eorum filios, exclusis auunculis, an si adsit amita cum fratribus patruelibus defuncti, & auunculis, sit locus statuto.*
132 *Statutum excludens matrem & lineam maternam, locum non habet, volente auia paterna, cum materna succedere.*
133 *Statuto excludente filiam dotatam propter patruum. si supersit filia non dotata, dotata admittetur ad successionem, una cum alia exclusa patruo*
134 *Persona semel exclusa, semper exclusa censetur.*
135 *Casu, quo dotata admittitur benefitio non dotatæ, uel alterius personæ, tenetur dotem conferre.*
136 *Statuto excludente filiam maritatam, seu quæ olim maritata fuerit, existentibus fratribus uel filijs, &c. si contingat cum maritata superexiſtere non maritatam, & fratrem, an erit locus statuto.*
137 *An persona a statuto nominatim exclusa, quæ alterius beneficio admitti tur, teneatur expectare, quod illa, cuius beneficio admittitur, adeat. & quid sit ea repudiante.*
138 *An statutum patruum excludens, porrigatur ad amitam.*
139 *Statutum excludens auum maternum, an censeatur excludere auiam maternam.*
140 *Statuto excludente matrem propter patruum, an excludetur soror. & an excludente auunculos propter patruos & filios patruorum, intelligetur exclusa matertera.*
141 *Statuto excludente matrem propter patruum non fit locus statuto, si adsint auia paterna, & auus, & auia materna, matre prædefuncta.*
142 *Statutum excludens filiam existente filio masculo, non excludit neptem ex filio masculo.*
143 *An dispositum in filijs trahatur ad nupotes in materia statutaria.*
144 *Statutum excludens materteram, an uideatur excludere materteram magnam.*
145 *An & quando tam in dispositione legis, quàm statuti, ille, qui est remotior me, excludit cum, qui excludit me pariter excludat me.*
146 *Statuto vocante proximiores agnatos, ubi contingit quem decedere absq; descẽdẽtibus ex latere patris, exclusa, matre et ascendẽtibus ex linea materna, si contingat quem decedere relicta matre, auia paterna,*

&

Source : BIU Cujas

& agnatis collateralibus remotioris gradus, an mater excludetur.

147 Statuto exeludente sororem extantibus fratribus etiam consanguineis tantum, extante fratre consanguineo tantum, & sore vtrinque coniuncta mortua matre, vel si superstit repudiante, an sit locus statuto.

148 Declaratio regulæ, si vinco vincentem te, &c.

149 Stante vno statnto, quod fœmina non succedat extante masculo, & alio, quod extante fratre, etiam consanguineo tantum soror non succedat, an si mater superstit, prosit sorori vt succedat.

150 Statutum excludens matrem existente auo paterno vel auia paterna, an locum habeat, si cum matre superstit amita.

151 Persona, quæ facit non esse locum statuto repudiante, seu portioni suæ renuntiante, nihilominus statuto sit locus.

152 Si persona exclusa nominatim, quæ potest venire mediante non nominata, vocetur in aliquo a statuto, an sibi prosit non nominata.

153 Si statutum disponit, quod agnati excludant cognatos excepta quarta, & supersint fratres patrueles, amita, & soror vterina defuncti, vterini succedant in quartam, & fratres patrueles in reliquo exclusa amita.

154 Stante statuto quod si quis decesserit sine filijs ab intestato succedant proximiores ex latere patris, vsque in quartum gradum, & quod mater solum succedat in quarta bonorum, si contingat supereſſe matrem, amitã et agnatos remotioris gradus, mater succedat in quarta, & agnati quamuis remotiores amita, in reliquo, exclusa amita.

155 Si ex forma statuti filij patrui excludunt matrem, & concurrunt filius patrui, mater & soror consanguinea tantum succedet agnatus, non obstante quod iure communi excludatur a sorore, consanguinea tantum, et illa a statuto expresse non excludatur.

156 Statuto Bononiensi disponente, quod patruus succedat in proprietate, & mater in vsufructu, existente in medio sorore consanguinea tantum defuncti, an sit locus statuto, cum soror de iure cõmuni patruo præferatur.

157 In perplexitatibus debet recurri ad coniecturas,

158 Si sint duo statuta, quorum vnum disponat matrem succedere cum fratribus patruelibus, alterum quod mater succedat cum fratrib. vterinis & contingat supereſſe matrem, fratres patrueles, & fratrem vterinum succedet mater, & frater vterinus exclusis patruelibus.

159 Persona excludens debet succedere in locum exclusæ.

160 Stante statuto vno, quod frater consanguineus tantum excludat sororem vtrinque coniunctam, & alio stante statuto, quod filij eiusdem matrimonij excludant matrem, si decesserit frater relicto fratre consanguineo tãtum, matre & sorore vtrinque coniuncta, mater & soror prædicta succedent exclusofratre consanguineo tantum.

161 An valeat argumentum, a coniunctione duorum statutorum.

162 Persona media non nominata, esto quod non excludatur ex capite exclusiuo, potest excludi ex capite inclusiuo agnatorum.

163 Stante statuto, quod proximiores ex parte matris succedant in matrimonio, & ex parte patris in patrimonio, ita tamen, qd semper masculi feminis præferantur, si contingat extare matrem et masculos coniunctos per matrem personæ defunctæ, an mater ab illis excludetur.

164 An stante statuto, quod extantib. agnatis mater non succedat, nec etiam soror, sit locus statuto, si concurrant mater & soror simul.

165 An sub utroque simplicium cumprehendatur casus mistus.

166 Statuto excludente fœminam propter masculos in numero singulari, si adsint plures fœminæ vel econtra in plurali, et adsit tantum vna fœmina an locum habeat statutum.

167 Si statutum disponat quod frater & soror inuicem succedant, an mater videatur exclusa.

168 Non debemus discoperire vnum altere, vt aliud coperiamus.

169 An ex generalitate verborum censenda sit mater exclusa a successione filij puta, si statutum excludat fœminas extantibus agnatis vel fratrib. vel lineam maternam, & vocet paternam.

170 Statutum cognatos excludens, matrem excludit, cum et ipsa sit cognata.

171 An statutum excludens masculum, puta, auum paternum, excludat fœminam, puta auiam maternam.

172 Stante statuto, quod dotata non succedat dotanti, vel alij ascendenti, an habeat locum, quando auus dotasset neptem, ita quod eam excludat a successione patris vel aui.

173 Quando non potest reddi ratio diuersitatis inter matrem & auiam, statutum in matre porrigitur ad auiam.

174 Constitutio excludens sororem dotatam a successione fratris, licet debeat intelligi, quando fuit dotata a fratre, & de eius bonis, an nihilominus locum habebit, quando fuit dotata a patre communi, auo vel proauo.

175 Ex tacitis coniecturis, quæ ex verborum interpretatione non proueniunt non debet induci legum correctio.

176 Statutum loquens generaliter de dotata ab vna persona, locum sibi non vendicat, vbi non ab illa, sed ab alia dos est data.

177 Statutum excludens dotatam ab auo & patre propter fratres filiæ, et patruos, an locum habeat, quando dotata ab auo tractaret de succedendo patri.

178 Statutum loquens de dotata ab auo, locum non habet, nisi agatur de successione aui, qui dotauit.

179 An dotata ab illo dicatur, cuius contemplatione a quouis alio notata fuit.

180 An generaliter filia dotata ab auo, censeatur dotata a filio.

181 In statutis, quæ sunt contra ius commune, prouisio facta in casu vero, non trahitur ad casum fictum.

182 Statuta disponente quod debitor per instrumentum guarentigiæ, in quo est expressus certus terminus, vt est Florentiæ, capi possit ad voluntatem creditoris, an locum habebit, si terminus non est expressus, licet pro expresso haberi debeat.

183 Statutum disponens fieri posse pacem de omni delicto, præter quam de homicidio, non intelligitur excipere cundemnatum de homicidio propter contumaciam, & habitum pro confesso.

184 Si extraneus patris contemplatione filiam dotauerit, an a patre dotata censeatur.

185 Si statutum permittat debitorem incarcerari, hęres debitoris comprehendetur sub statuto.

186 Statutum loquens in faciente, locum habet in mandante.

187 Statuto simpliciter excludente dotatam a successione patris, extenditur ad successionem aui.

188 Statutum dotatam excludens, an locum habeat in ea, quæ fuit dotata ab auo, ipsa nepte nondum concepta.

189 Neptis ab auo dotata, contenta esse debet dote, quæ succedit loco legitimæ sibi debitæ ex persona patris sui.

190 In statutis communis vsus ioquendi attenditur, qui est potior omni significatu.

191 Prætore per statutum banniente aliquos, & eorum filios & nepotes, non intelligentur banniti nepotes concepti post mortem aui.

192 Cui non conueniunt verba statuti, non etiam conuenit statuti dispositio.

193 Statutum excludens dotatam, an liget posthumam, infantem vel impuberem, quibus sunt dotes constitutæ vel relictę.

194 Statutum loquens de excludendo maritatam vel nuptam, non habet locum in impubere. si disponsa de futuro.

195 Stante statuto, quod verba statuti proprie intelligantur, an nihilominus excluditur pupilla. cui dotes in testamento constitutæ sunt, cum proprio dici non possit dotata.

199 Statutum de lucro dotis, non habet locum in dote promissa.

197 Dotis appellatio non refertur ad ea matrimonia, quæ consistere non possunt, aut ubi matrimonium non subest.

198 Statuto excludente dotatam, seu desponsatam per verba de præsenti. dicto seu, stat ampliative, ita quod excludat vtranque, videlicet desponsatam per verba de præsenti, & dotatam.

199 Verbum, dotata, importat matrimonium & traditionem dotis.

200 Statutum excludens dotatam, an locum habeat in furiosa, cui sunt dotes constitutæ.

201 Statutum excludens dotatam, casu, quo monialem comprehendit, an locum habeat in ingrediente monasterium, cui pater offert aliquid, vel ponit super altare.

202 Mulier, quæ profitetur, contrahit matrimonium spirituale, & nubit Christo.

203 Stat. disponens aliquid contra cognoscentem nuptam an locum habeat in cognoscente monialem.

204 Non potest dos dari citra crimen simoniæ, pro spirituali matrimonio contrahendo.

205 Vtrum executores deputati ad virgines maritandas, possint dare illam quantitatem monasterium ingredientibus.

206 Per stat. fieri potest declaratio, quomodo intelligatur aliqua esse dotata, ita quod clamidata non comprehendetur in statuto.

207 Relictum dotis quando sit in testamento, an debeat fieri titulo institutionis stat. excludente dotatam a successione.

208 An dotata illa dicatur cui relinquitur dos in testamento nullo.

209 Stat. dotatam excludens, an locum habeat in ea, quæ semel fuit nupta, & habuit dotes suas, & tempore mortis eius, de cuius successione agitur, est vidua.

210 Quomodo intelligenda sint iura dicentia dotem non constare sine matrimonio.

211 An statutum Senarum dìsponens, quod mulier non possit testari in præiudicium filiorum, etiam pro anima, nisi de quarta parte suæ dotis, habeat locum in vidua.

212 Quousque mulier stat in viduitate, censetur stare in priore matrimonio.

213 Stat. excludens dotatam, an locum habeat in ea, cui dotes sunt constitutæ vel promissæ, etiam nullo subsequuto matrimonio.

214 Filia dicitur dotata, in qua pater actum dotandi exercuit, quantum in eo fuit.

215 Stat. excludente dotatam, licet pater sit in mora soluendi dotem, locus ne sit statuto.

216 Vt stat. dotatam excludens locum habeat, an sufficiat dotem offerri quandocunque ante sententiam.

217 An sit differentia, si statutum excludat dotatam, an uero. si simpliciter excludat, & mandet dotari.

218 An dicatur dos ex sola promissione, & ante traditionem sequutam.

219 Pactum de donando, seu promissio, non est donatio. Nec pactum seu promissio de vendendo, est venditio.

220 Stat. prohibens iudicem ultimo mense sui officij absoluere, non intelligitur prohibere, quod pronuntiet absoluendum.

221 Verba statutorum intelligi debent cum effectu.

222 Dotis promissio uel relictum, si in tempus ętatis nubilis cõferantur, filia non dicitur proprie dotata ante conditionis euentum.

Si

Source : BIU Cujas

223 Si stat. exigeret dotem esse datam, vel probari donationem, an filia dicetur dotata si de hoc non constat.

224 Quid si dos promissa fuit arbitrio alicuius, & ante arbitrium subsequutum hæreditas vxori deferatur, an tunc excludetur.

225 Quid si dos fuerit sub conditione vel in diem certã constituta, vel relicta, seu promissa, vel onus fuerit adiectum doti, vel pater illam sibi fuerit stipulatus reddi, an sit locus statuto.

226 Stante stat. quod filia debeat dotari vt non succedat, an tutores adeundo insolidum pro infante dicantur se obligare ad dotes ad effectum, vt filia excludatur.

227 Statuto excludente dotatam, si contingat aliquam esse maritatam, & non appareat de dotibus, an præsumetur dotata ex eo solo, quod sit maritata.

228 Volenti excludere mulierem dotatam, incumbit onus probandi quod illa sit dotata, & de bonis patris a cuius successione excluditur.

229 An per confessionem mariti solam, confitentis se dotem recepisse, probetur quam esse dotatam, ita quod excludatur a successione.

230 Si statutum velit constare de dotibus per instrumentum publicum vel protocolum, est necesse quod ita constet, vt tanquam dotata excludatur.

231 Si rubrica simpliciter excludat dotatam, & in nigro dicatur intelligi dotatam quando constat de numeratione, vel confessione, aut promissione restituendæ dotis, attenditur declaratio statuti.

232 Et si stat. præsumat, quod maritata post vigintiquinque ann. præsumatur fuisse dotata, tamen illa, quæ intra ipsum tempus decessit, non præsumetur dotata, etiam lapso tempore.

233 Vbi constat aliquam esse dotatam, sed nescitur per quem, quis præsumatur illam dotasse.

234 An stat. excludens dotatam, liget illam, quæ fuit dotata in matrimonio præsumpto, vel inualido, seu putatiuo.

235 Stat. excludens dotatam, an excludat illam, quæ de proprijs facultatibus dotata est.

236 Verba intelligi debent de iure, non de facto.

237 Si pater instituat filiam in dotibus maternis, & nihil aliud sibi relinquat ti. institutionis, an valeat institutio.

238 Dotata in communi de bonis communibus, non excludetur per statutum excludens dotatam, nisi stat. hoc expresse caueatur.

239 Dotanda de bonis patris vel matris, non excludetur, si eis mortuis de eorum bonis dotetur.

240 Si administrator bonorum paternorum, filiabus, dotes dedit, præsumitur de isse de bonis paternis.

242 Mulier præsumitur dotata a patre seu fratribus, quando bona, quæ hæbet nomine dotis, fuerunt antea per eos possessa. Idem est, si fama sit in vicina, quod dotata sit ab eis.

243 Quid si apparet, quod frater aut pater dederit. x. sorori vel filiæ, nec apparet quod data sint titulo dotis, an illa dicetur a fratre vel patre dotata.

244 Quid probandum sit, ad hoc vt aliqua dicatur dotata.

245 Sta. dotatam excludens, an eam excludat, quę nunquam fuit dotata, nec dotari requisiuit.

246 Vasallus non dicitur in mora præstandi seruitium domino, nisi requiratur.

247 An sta. excludens fœminam dotatam, habeat locum in ea, quæ non vult dotari, ad finem, ne excludatur.

248 Minori mulieri dotem recipienti datur in integrum restitutio, vt ad successionem admittatur, si sit læsa.

249 Sta. excludẽte dotatam, an oporteat quod sit dotata tempore successionis delatæ, an vero possit excludi, si postmodum dos offeratur.

250 Sta. dotatam excludens, an locum habeat in ea, cui legatę sunt dotes, si legatum velit repudiare.

251 Pater cogi potest etiam inter viuos dotem præstare filiæ.

252 Sta dotatam excludens, an locum habeat in ea, quæ tempore quo dotatur, reseruat sibi ius succedendi, saltem interueniente patris consensu, vel eius, de cuius successione agitur.

253 Non valet pactum cum filia per patrem initum, quod cum masculis æqualiter succedat.

254 Pater potest filium naturalem legitimari facere inuitis his, qui ab intestato vocantur, aut in testamento disponere, quod possit legitimari, & ad successionem admitti.

255 Sta. dotatam excludens, an locum habeat in ea, quæ fuit aliquando dotata, sed dotem amisit.

256 Sermo indefinitus, verificatur & intelligitur in primo actu, seu prima vice.

157 Sta. dotatam excludens, an locum habeat in ea, cuius dos data fuit marito eam perdituro, & in malos vsus consumpturo.

258 Statutum dotatam excludens, an excludat eam, quæ incongrue dotata fuit.

259 Statutum dotatam excludens siue maritatam per se, aut coniunctim, an locum habeat in illa, quæ tempore conditi statuti iam erat dotata, vel maritata.

260 Statutum non trahitur retro, cum natura legis sit respicere casus futuros.

261 Stante statuto, quod vxore præmoriente in matrimonio maritus lucretur certam partem dotis, an locum habeat in dotibus ante statutum datis.

262 Statutum prohibens ingredientem monasterium, disponere de bonis suis, locum non habet in his, qui ante tale statutum iam ingressi erant.

263 Quid si statutum omnino vellet habere effectum etiam in præteritis casibus, an ab hæreditate delata ante conditum statutum excludatur dotata.

264 Quid si tempore talis conditi statuti in præteritum effectus suos trahentis litigaretur super hæreditate delata, an ad illam porrigatur stat.

265 An pendentia in iudicio decidenda sint expressa legis prouisione, secundum legem superuenientem, an vero secundum anteriorem.

266 Stat. dotatam excludens, an locum habeat in illa, quæ fuit dotata post delatam hæreditatem, siue sit adita, siue non.

267 Qualitas adiecta verbo, regulatur secundum tempus verbi.

268 Stat. dotatam excludens, excludit extraneam dotatam ante aditam hęreditatem, licet esset iam delata ex morte defuncti.

269 Si stat. etiam dotatam ex testamento excludat, quod tempus inspicitur, quo debeat esse dotata.

270 Stat. Mediolani disponens q illa, quæ nubit extra territorium, non succedat in territorio Mediola. locum non habet in ea, quæ post hæreditatem agnitam nupsit extra territorium.

271 Limitatio, quod sta. prædictum Medio. locum habeat in dotata post hæreditatem delatam, puta quia stat. expresse vel tacite se referat ad tempus post aditam vel agnitam hæreditatem.

272 Stat. de dotata extra hæreditatem paternam vel ex paterna hæreditate, habet locum in dotata post agnitam hæreditatem.

273 Quis dicitur hæres ante petitionem, cum hæreditas solo animo adeatur.

274 Sta. excludente filiam uel sororem, eamque dotari mandante per fratrem, aut aliam personam excludentem, quæ persona excludens decedat adita hæreditate, an facultas dotandi. vt excludatur filia, transmittatur ad hęredes.

275 An valeat sta. Mediolani prohibens mulierem nubere extra territorium cum hæreditate.

276 Si pater filiæ nuptæ extra territorium Medio. maternam hæreditatem nomine dotis dederit, an ipsi filiæ præiudicet.

277 Statutum priuans dotatam materna hæreditate, an locum habeat, quando talia bona in dotem dantur.

278 Sta. dotatam excludente, si contingat aliquam dotatam fuisse tempore statuti, quod postea reformatum fuit, an attendamus tempus prioris statuti, an vero tempus reformationis.

279 Stat. excludens maritatam, an liget impuberem desponsatam, vel maiorem sponsam de futuro.

280 Statutum excludens an habeat locum in matrimonio inualido, vel præsumpto.

281 Sta. excludens simpliciter maritatam, an locum sibi vendicet in simpliciter dotata quasi sit destinatione maritata cum dos præsupponat matrimonium.

282 Statutum de lucro dotis, loquens, de maritata, non habet locum in impubere sponsa.

283 Dispositio de facto, locum non habet in re destinata ad factum.

284 Sta. maritatam excludens, an requirat, quod etiam dotata sit.

285 Statutum excludens maritatam, an ita demum locum habeat, cum sequuta fuerit copula, non ante.

286 Cum stat. non distinguit, nec nos distinguere debemus.

287 Sta. maritatam excludens, an locum habeat in vidua.

288 Viduæ an censeantur esse in matrimonio defuncti in his, quæ sunt eis fauorabilia, vel odiosa.

289 Sta. maritum excludens, an locum habeat in ea, cuius maritus statim mortuus fuit.

290 Sta. disponens q maritus vxore mortua lucretur partem dotis, locum habet etiam si matrimonium momento tantum durauit.

291 Si pater substituit filio si sine liberis decesserit si filius decessit relicto filio, qui paulo momento superuixit, deficit substitutio.

292 Emphyteota et vasallus alienantes rem emphyteoticam vel feudalem, cadunt a iure suo, licet statim facta alienatione rem ipsam redemerint.

293 Statutum maritatam excludens, an locum habeat in ea, quæ maritum habet inutilem.

294 In dubio non est a verbis statuti & a propria eorum significatione recedendum.

295 Sta. excludens maritatas extra territorium a successionibus an locum habeat in successionibus iam delatis, seu acquisitis.

296 Stat. prædictum an locum habeat in maritata extra territorium, quæ uidua remansit.

297 Quotiens qualitas infert in causa finali, quæ non est causa essendi, sed fiendi, sufficit illam semel extitisse.

298 Sta. excludens nuptas extra territorium uel forenses, an trahatur ad filias primi gradus.

299 Non est bona argumentatio de exclusione stat. ad exhæredationem, cum exclusio fiat ad publicam utilitatem, exhæredatio ob culpam.

300 Statutum excludeus transeuntem ad secunda uota a successione primi mariti, an uideatur pariter excludere filios primi mariti, a successione talis matris.

301 Exclusa matre a successione filiorum primi mariti, an etiam filij nati ex primo matrimonio uideantur excluſi a successione filiorum natorum ex secundo matrimonio, & contra.

302 Culpa matris non debet obesse filio.

303 Si mulier paulo post primum maritum mortuum, nubat, & ante. nonum mensem.

Source : BIU Cujas

mensem completum, vel statim post pariat, cuius mariti, an primi, an secundi præsumetur partus.

304 *Statutum excludens mulierem transeuntem ad secunda vota, a successione filiorum primi mariti, an locum habeat in viduv inhoneste viuente.*

305 *Sicut propter adulterium commissum in vita mariti mulier priuatur dote, ita propter stuprum per viduam commissum,*

306 *Limitatio ad regulam quæ dicit, quando duo casus al. antiqua æquiparantur, lex noua superueniens in vno, &c.*

307 *De intellectu statuti Astensis, quod incipit, detestanda &c positi sub 16. collatio.*

308 *An ex sola dotis constitutione vel traditione, facta, secundum statuta ciuitatis Astensis, filij primi vel vlterioris matrimonij excludantur a successione materna, ita quòd liberi secundi matrimonij eos excludant. Et an maritus lucrētur dotem stante statuto, quòd mulieri liceat contrahere de bonis suis in dotem dare vel aliter disponere exclusis filijs prioris, vel alterius matrimonij, stante etiam alio statuto Asten, quòd soluto matrimonio sine liberis, maritus lucretur dotem, & præsuppositio quòd vxor decesserit superstite secundo viro nullis ex eo relictis liberis, sed relictis ex priore tantum.*

306 *Gerundium, agendo, significat actum in fieri, non substantiam & effectum actus.*

310 *Vbi tractatur de fauore irrogando propter liberorum existentiam, intelligitur de liberis ex eis susceptis.*

311 *Connexa & inseparabilia debent pro vno haberi.*

312 *Quando dicatur argumentum ab indefinita procedere.*

313 *Vbi agitur de duobus, & vnius magis interest, quam alterius, plus iuris habens, debet præferri.*

314 *Statutum de dote lucranda si mulier sine liberis decesserit, non verificatur in ea, quæ decessit relictis liberis ex anteriore matrimonio, licet non ex secundo.*

315 *De intentione statuti Astensis incip. detestanda.*

316 *Lex corrigens, debet intelligi secundum legem correctam.*

317 *Stantibus supradictis Asten. statutis si mulier decedat in secundo matrimonio sine liberis ex illo relictis, relictis tamen ex primo matrimonio, ac secūdo marito, & patre mulieris, ad quem spectabit dos.*

318 *Si mulier nupserit in loco non subdito ciuitatis statuto, illique filios susceperit, postea in ciuitate Astensi matrimonium contrahat, an filij prioris matrimonij cum filijs secundi matrimonij succedant non obstante dicto statu. incip detestanda.*

319 *Statutum Astense, incip. detestanda. an locum tantum habeat, quando existens in viduitate dat secundo viro antequam cum eo contrahat, an etiam si dederit post contractum matrimonium.*

320 *An virtute dicti statuti mulier transiens ad secunda vota, non reddita ratione administratæ tutelæ, præseruetur a pœnis authen. eisdem. C. de secund. nup. cum simi.*

321 *Quando statutum excludit mulierem propter plures qualitates, an sit necesse eas omnes concurrere.*

222 *Statutum disponens bannitum & condemnatum posse impune offendi, vtrunque copulatum requirit, & bannitum, & condemnatum esse. & plura de hac materia.*

323 *Statutum excludens cognatos propter agnatos, an excludat filiam, seu filium sororis propter patruum vel alium agnatum masculum.*

324 *Filij sororum iura agnatorum consequuntur, & largo modo dicūtur agnati.*

325 *Quid, si statutum excludit ductas ad domum mariti, sine voluntate patris,*

Articulus VI.

1 CIrca sextum Articulum principalem videndum est, †quæ personæ intelligātur per talia statuta exclusiua fœminarum exclusæ. Quem articulum in quatuor membra principalia diuidendum putaui. Nam quandoque talia statuta considerantur tanquam generaliter & indefinite feminas excludentia. quandoque vero tanquam excludentia certū gradum seu lineam fœminarum, puta ascendentium, descendentium, uel collateralium, qnque tanquam simpliciter excludentia certas personas, qnque vero tanquam certas personas excludentia sub aliqua qualitate, puta, quia sint dotatæ vel maritatæ, vel extra territorium nuptę, vel aliter. Primo, casu contingit de infrascriptis quæstionibus ad præsens
2 dubitari. Et primo, †an talia statuta vendicent sibi locum in personis forensibus seu fœminis forensibus, præsupponendo prout verum est, quod statuta excludentia forenses a successione, valeant, secundum Bal. in l. 2. circa finem. vt in posses. leg. & notatur in l. dudum. C. de ꝓhenda emp. in l. si ita quis. §. ea l. ff. de ver. obli. de statuto prohibente forensem acquirere, voluit Pet. de Ancha. in consi. 214. incip. pro isto tempore Bald. in consi. 357. incip, nulla mulier. 1. vol. secundum vltimam impressionem. Et dixi in 1. arti. prin. & patet ex his q̄ dicam infra in 6. arti. princ. in 4. q circa quam quæstionē prę missam redeundo ad propositum posset annecti alia quæstio
3 †an in successionibus sit attendendus locus originis defuncti, & ius ibi vigens, an uero locus, in quo mortuus est is, de cuius successione agitur, an vero locus aditæ hæreditatis, an vero locus statuti, & vbi bona sunt sita, quam examinabo. ꝯ. in 8. artic. princip. in 24. q. & hic solum tractabo, an fœminæ forenses excludantur per tale statutum a bonis sitis intra territorium statuentium, præsupposito ꝙ attendendum sit ius ibi vigens. in qua quæstione dicendum puto, ꝙ aut statutum expresse declarat quas fœminas velit excludere, sicut facit statutum Astense, quod excludit fœminas, quæ sunt de districtu, iurisdictione, vel virtute Asten. & tunc aliæ forenses non excludentur, arg. l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. & l. si cum dotem. in prin. ff. sol mat. & l. maritus. C. dē procura. & l. cum prætor. in princ. ff. de iudi. Et si expresse statutum excluderet forenses, & alios non, vel excluderet tam forenses, quam non, res esset clara. l. ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3. Et pro prædictis facit quod voluit Bal. in consi. 315. incip. quæritur vtrum 3. vol. secundum penultimam stampam, quod statutum excludens a successione mulierē, quæ sit de terra Masij, non trahatur ad aliam forensem. Facit notabilis doctrina Bar. in repe. l. de quibus. ff. de legi. vbi dicit, tunc non attendi quod sit par ratio excludendi forensem, vult Bart. in repet. l.
5 1. versi. mihi autem videtur. C. de sum. trini. Quid autē si sint originarij alibi habitantes, dicetur. ꝯ. in fi. huius quæstio. Aut vero statutum simpliciter loquitur, & tunc aut masculus de cuius commodo agitur, & fœmina de cuius exclusione tractatur, sunt ambo forenses, & eo casu cum masculi, de quorum commodo tractatur, non subeant munera loci, in quo viget statutum. nec quo ad onera sub dispōne statutorū includantur, non debent gaudere beneficijs & fauoribus statutorum. & multo magis hoc procedit, vbi soli masculi essent forenses. Ita colligitur ex verbis Bar. in tracta. ad reprimē. in 1. q. v. prin. & vult Pau. de Ca. in l. oēs popu. in fi. cōmen. ff. de iust. & iure. in lectura Padu. Ang. in consi. 73. secundum meā impressionem incip ꝙ d. actio. Ro. in consi. 224. incip. ista captura. vbi ad hoc allegant plura iura. Fiunt enim municipalia iura in fauorem subditorum non forensium l. 1. & in epistola liquet. C. de sum. tri. & fide catho. & l. 1. ff. de leg. & l. imperialis. C. de nup. & hoc voluit Gui. de Suza. in qōnibus suis statutorum, in q. incip. sed pone, ꝙ statutum non tenet, & in q. incip. quæstio talis est Bono, conuentus, &c. Vbi vult ꝙ statutum non comprehendat forensem, nec quo ad hoc, vt ei prosit, nec quo ad hoc, vt ei noceat. De cuius dicti veritate continget infra dicere in hac ea q Idem pulchrē voluit in terminis Bal. in consi. 460. incip. Ioan. de Albingana. in prima parte secundum vltimam stampam, vbi dubitat de recepto in ciuem, seu ad plenissimam ciuilitatem, an statutum illi ꝓ sit, vt fœminam excludat, quam de iure cōi nō posset excludere. Facit, quod vult ipse Bal. in l. si non spāli. C. de test. & qđ not. Signo. in q. incip. statuta ciuitatis. inserta inter eius consilia nu. 167. ver. præterea. Facit ēt, quod dixit in auth. sed omnino. versi. venio ad personam iudicis. C. ne vxor ꝓ mar. vbi
4 dat regulam, quod †illi qui non sunt sub protectione loci, & incolæ. qui munera ibi non subeunt, non gaudent beneficijs loci, quia non sunt pars illius corporis, hoc est reipu. cuius cōtemplatione emanauit beneficium. Si vero masculus nō est forensis, sed tantummodo fęmina, quæ vellet succedere, tūc variæ fuerunt opiniones, & ꝑm Bar. in d. l. cūctos populos. in
5 vlti. q. 7. prin. ver. sed posset dubitari. Et † aduertendum qualiter sint verba statuti vel consuetudinis concepta, an in rem, an in personam. Si in rem, puta ꝙ bona non deuoluantur ad fœminas, siue quod ad masculos deuoluātur, vel exemplificando, prout exemplificat Bar vbi supra. in ꝯsuetudine Anglię, q̄ vult primogenitos tm̄ succedere, & ꝙ bona deueniāt ad primogenitum, fœminæ ēt forenses excludūtur, per text. in sili in l. rescripto. §. fi. ff. de mu. & ho. cum ibi not. per glo. & Bar. & in l. iubemus nullam. & in l. placet. C. de sac. san. eccl. facit l. & an in totum. C. de ædifi priua. & quod not. Inno. Io. An. in noucila. Panor. & Cano. in c. postulasti, de foro comp.
6 Imo. in c. cum olim. in fi. cōmen. de cle. cōiuga. † Licet enim statutum non possit afficere personam propter rem, quæ est in territorio statuentium, potest tm̄ afficere rem ipsam d. l. rescripto. §. fi. cum iuribus. supra alleg. Facit quod dixit Bart. in d. l. cunctos populos in 4. q. 5. princip. Si autem verba concipiantur in personam, puta ꝙ fœminæ non succedant extātibus masculis, tunc quia afficitur persona mulieris, & inhabilitat fœmina forensis, cuius persona est subiecta iurisdictioni statuentiū non excludit d. l. rescripto. §. fi. & l. libertrs. §. sola. ff. ad municip. & quod notant Inn. & Cano. in d. c. postulasti. cum concord. supralle. & ad hoc vt inspiciatur, an dispositio sit in rem vel in personam concepta, facit. ff. de contrah. emptio. l. fi. in fi. Et prædictam distinctionem sequitur Franc. de Ramp. in consi. suo incip statuto ferrariensi. posito in vol. consiliorum Cald. sub rubrica de testa. nu. 33. alias 34. quem refert & sequitur Ale. in consi. 44. incip. vī prima facie 5. volu. vbl alleg. Imo. in terminis. in c. quod clericis. de fo. comp. qui dicit se ita consuluisse, & notata ibidem per Ant. de But.

dum

dum dicit filiam monachã non cõprehendi, eo quia nõ eſt, de iuriſdictione, de qua. q. ſ. dicã, & fuit originaliter diſtinctio Petr. prout refert Cyn. in dicta l. cunctos populos. & Alexand. in conſil. præallegato idem etiam voluit. Pau. de Caſt. in conſilio 124. incipiente. circa primum queſitum. in volumine antiquorum conſiliorum ſecundũ primam impreſſionem, & Marti. de laude in tractatu de primogenitura. ver. quæro ſi ſtatutũ ſit in Anglia. cum ſeq. Adducens ad hoc, ꝙ ponderanda ſunt verba ſtatuti, an loquantur in rẽ, an in perſonã. l. aut qui aliter. §. fi. ff. ꝙ vi aut clã. Idem dixit Pa. de caſ. in conſ. 42. incip. circa primũ. in uol. antiquorum conſiliorũ ſm vltimam ſtãpã. ſed Pet. de anch. in repe. c. canonum. ſtatura. in 12. ar. prin. ver. ſed remanet forte dubiũ. & in uerſi. eſt tñ dubiũ, non facit vim de prædicta diſtinctione. An ſtatutũ loquatur in rem, an in perſonã, licet videatur dubitare, an forenſis ſub tali ſtatuto comprehẽdatur, & quod referat, an ſtatutũ loquatur in rem vel perſonam. vide Bal. in l. 2. prope fi. commen. ff. de legi. inſerentem ad ſtatutum prohibens peti a principalibus debitoribus communis, an habeat locum in fideiuſſoribus. Et dicit Bal. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu-
8 re, ꝙ † ſtatutũ inperſonaliter loquens in delictis, cõprehẽdit, omnes perſonas & mandatorem, non tñ facientem. Et dicit Bal. ibi in ver. ſed nunquid, quod ſi ſtatutum loquitur in rem comprehendit etiam perſonam fictam, puta ſi dicat, ꝙ debitum nõ petitum. intra annum, amplius peti non poſſit. Secus ſi in perſonam loquatur, puta, ſi quis nõ petierit debitum intra annum amplius petere non poſſit, quia non comprehendet ciuitatem vel villam aut hæreditatẽ iacẽtẽ. Itẽ refert, an ſtatutũ de turbata poſſeſſione loquatur in rẽ vel in perſonã, vt ꝑ Bar. in l. 1. §. nõ aũt. ff. ſi quis te. li. eſſe iuſ. fue. in fi. cõmen. & ad effectũ, vt cõprehẽdat clericũ vel forenſem, refert, an ſtatutũ loquatur in rẽ vel perſonã, vt per Inn. in capitulo ꝙ clericis. de foro cõpetẽ. Simile dicimus de ſtatuto inducẽte præſcriptionem erga debitũ nõ petitũ, quia refert, an loqua
13 tur in perſonam, vel rem, vt per Paulum de caſtro in l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſuca. & Modernos in l. nemo poteſt. ff. de legat. primo. Simile uidemus in inſtantia præfixa a ſtatuto, quia refert an verba dirigantur iudici. an ſint in rem, vt per Bar. & alios l. properandum. in princip. C. de iudi. item refert an prohibitio legis vel ſtatuti prohibentis ꝯhi, ſit in rem vel perſonam ut actus poſſit iuramẽto firmari. ſm Bart. in auth. ſacramenta pube. C. ſi ad uer. vend. & in l. ſi quid pro eo. 5. caſu. ff. de fideiuſ. quod reprobat Imo. in c. cum contingat. 3. ar. princi. de iureiuran. vbi etiam Panor. & D. Iaſo. in d. auth. ſacramenta puberum. in fi. commen. Idem no. Pet. de Ancha. in prẽdicta quæſtio. 12. in ver. quæro iuxta prædicta. magis au dacter loquendo concludit communem opinio. eſſe, ut tale ſtatutum comprehendat forenſem, ſiue loquatur in rem, ſiue in perſonam. & loquitur in terminis ſtatuti Tudertini diſponentis, quod mater non poſſit ſuccedere filio niſi in octaua parte. & dicit, qđ mulier de vrbe Veteri, matrimonio copulata Tuderti, & mortuo viro relicto ex ea filio maſculo, ad naturale domicilium, & locum originis reuerſa, ita vt quo ad locum Tuderti eſſet forenſis, non poſſet illi fillo defuncto ſuccedere in bonis, quę habuit Tuderti, niſi in octaua parte, iuxta diſpoſitionem dicti ſtatuti Tudertini, ſubdens commu
9 nem opi. eſſe vt in † ſucceſſione inteſtati attendãtur ſtatuta, loci, vbi ſitæ ſunt res, quaſi tacita alienatio ſit per d. ſtatutum in matrem prohibita, præterquam in octaua parte arg. l. codicil. §. penul. ff. de le. 2. & ita dicit conſuluiſſe. Bal. in conſ. inc. in nomine domini &c. punctus talis eſt, quãuis Bart. vt ipſe dicit. voluerit fieri differentiam. an ſtatutũ loquatur in rem vel in perſnam, quod conſilium Baldi non inueni. & illud ẽt ſe non inueniſſe dixit Alexã in dicta l. cunctos pop. in apoſt. ad Bart. circa illam vltimam. q. 7. princip. Prædictam opin. ꝙ non ſit facienda talis diſtinctio, & quod ſtatutum liget forenſes in bonis ſitis in territorio ſtatuentium. ſequitur Bal. in d. l. cunctos populos. verſi. uenio ad ſecundum, ſcilicet ad ſuc-
10 ceſſionem inteſtati. quia † non agitur de perſona, ſed de acquiſitione. Ideo debet inſpici locus rerum acquirendarum, & hæc opinio apud antiquos fuit communior. cum qua trã ſiuerunt Iacob. de rauenn. Dyn. Gui. de cuneo, & Cyn. in d. l. cũctos pop. Pro qua facit quod voluit Bar. in l. relegatorum.
11 §. interdicere. ff. de inter. & releg. vbi uoluit † ſtatutum factũ ad commodum illorum, qui ſunt de populo ſtatuentium, valere & porrigere effectum ſuum contra extraneos, ſeu forẽſes, ẽt ſi ipſius ſtatuti effectus redundet in pœnam ipſorũ extraneorum, per. l. mercatores. C. de commer. & mer. l. fi. in fi. ff. de decre. ab ordi. fac. quod dictum ſequitur Pau. in d. c. poſtulaſti. de foro comp. Et Corneus conſi. 147. incipien. conſtat. 4. uolumine. dicens quod eſt communis opinio. Sic ergo & in caſu noſtro cum hoc ſtatutum fiat fauore maſculorũ, & in publicam vtilitatem cedat, licet concernat odium forenſium, tenere deberet. ſed quidã Doc. cuius dicta referun-
15 tur in d. conſ. 34. inſerto in volumine conſiliorũ Cal. ſub ru. de te. cuius verba refert & ſequitur Alex. in d. conſ. 44. & idẽ Ale. in conſ. 16. incip. viſo titulo quæſtionis. 1. vol. Sub dubio tamen forte, aliter locutus fuit. Dicit enim, quod diſpoſitio, ſtatutorum prædictorum priuatiua, directo relata ad perſonam, ſi excludat a bonis, comprehendit non ſubditum, ꝙa tunc ſtatutum conſiderat ſolum effectum acquiſitionis, qui oritur intra territorium ſtatuentium, de quo potuerunt ſta-
12 tuentes diſponere, & quod † ſtat. bene poteſt non ſubditum excludere ab acquiſitione bonorum in ſuo territorio ſitorũ. l. certa forma. C. de iu. fiſ. li. 10. & C. de commer. & mer. quaſi per totum. Si aũt ſtatu. excluderet ab hæreditate, tunc ſm eũ ſubeſt dubium difficile. & dixit quod ſi aſſumimus hæreditatem pro bonis, prout aſſumit gl. in l. 1. §. fi. ff. de re. diui. & in l. 3. in prin. ff. de bo. poſ. Idem dicendum eſſet, quod qñ excludit a bonis. Sed ſi aſſumpſerimus hæreditatem pro quodam intellectuali, ſeu pro quodam iure, quod appellatur ſucceſſio in vniuerſum ius, quod vocatur hęreditas. l. nihil aliud. ff. de ver. ſig. & l. hæreditas. ff. de acq. re. do. & l. mortuo. ff. de fideiuſ. Quod quidem ius eſt illud, quod per additionem acquirimus, quo quæſito repræſentamus perſonam defuncti, ſicut ipſa hæreditas primo, & ante additionem repræſentabat, & tunc, quia tale ius intellectuale non clauditur loco, ita ꝙ de eo tanquam de re exiſtente intra territorium iudicare non poſſumus, non poteſt ſtatutum diſponere, niſi in præiudiciũ ſubiecti, vt patet ad ſenſum ſm eum, quia cum perſona non eſt ſubiecta, pariter non eſt ius intellectuale, quod in eo loco non eſt. l. Caius. ff. de leg. 2. l. vxor. §. legauerat. ff. de leg. 3. Iura enim incorporalia vbique ſunt. l. fin. C. de præſcr. lon. tem. & ſecundum eum in dubio talia verba loquentia de hęreditate, eſſent capiẽda, prout hęreditas eſt quid intellectuale, per iura prædicta, niſi conſuetudo aliter ſe hꝫet, quæ eſſet probãda. l. Labeo. ff. de ſupel. leg. Vel niſi talia verba eſſent prolata
13 ab idiotis. nam † licet verba prolata a legis conditoribus, ſeu a iure, prius intelligantur ſm interpretationem legalem. Si tñ proferantur ab idiotis, intelliguntur ſm quod in idiotam cadunt, l. quod ſi nepotes. & quod ibi no. Gl. & Doct. ff. de teſta. tutel. & l. 1. C. de contrahen. & com. ſtip. Idem dicit præfatus doct. vbi ſtatutum priuaret ſucceſſione, quia ſucceſſio & hęreditas ſunt ſynonima. d. l. nihil aliud. & l. hęreditas. ff. de regu. iur. & ſunt eadem, natura & ſubſtantia, vnde debet eſſe idem effectus, vt ſtat. in vno, intelligatur ſtat. in alio, ſm Dy. in reg. ſine poſſeſſione. de reg. iu in 6. Et ita dicit præfatus doctor ſe intelligere no. ꝑ er Bar. alias per Iac. But. in d. l. cunctos pop. & per Io. An. in addi. Spe. in ti. de inſtru. edi. §. compẽdio ſe. ver. quid ſi conſuetudine alicuius loci. Et aperte ſentit ꝑfatus Doct. quod ẽt ſi ſtat. loqueretur in rem, non cõprehenderet forẽſem, qñ loqueretur de hęreditate vel ſucceſſione, dum vult, quod quia ſunt quid intellectuale, & ꝯñr non poſſunt dici eſſe intra territorium ſtatuentium, non poſſint ſtatuentes diſponere, niſi in præiudicium perſonæ ſubditæ. Cuius contrarium voluit Bart. in d. l. cunctos pop. in 7. q. circa fi. ſ̃ alleg. Et dum dicit, quod quando ſtatutum loquitur in perſonam, & de bonis, non autem de hæreditate, comprehẽdit forenſem. Etiam dicit contra theoricam Bart. & Doct. in loco ſ̃. alleg. Sed pro opinione, ꝙ forenſis nullatenus comprehendantur ſub talibus ſtatutis, ſiue ſtatutum loquatur in rẽ, ſiue in perſonam. facit, quia quem ſortiri forum in aliquo loco, & legibus, & ſtatutis eius ſubijci, a pari procedunt, vt no. glo. 7. diſtin. c. quæ contra mores. & in c. illas. 12. diſtin. Et docto. in rubr. de conſu. & Io. Cal. plene in diſpu. incip. quidam Florentinus. ſed fœmina forenſis non ſortitur forũm, maxime ante acquiſitionem bonorum & hęreditatis in loco, ubi ſunt ſita bona. Ergo legib. & ſtat. illius loci non ſubijcitur. facit ad idem quod determinat Gui. de Suza, in quæſtionib. ſtatu. q. incip. ſed pone, ꝙ ſtatutum non tenet. vbi concludit ſtatutum nunquam comprehendere forenſem, quo ad hoc vt nocere poſſit. d. l. cunctos popu. Et propterea Pau. de Caſt. in
14 conſil. 387. incip. præſuppoſito. 2. vol. Dixit, ꝙ † ſtatutum de dote lucranda, non habet locum in præiudicium filiorum alterius matrimonij, qui non ſubſint ſtatuto. Et per hoc dicit Guil. quod etiam ſtatutum non comprehendit forenſem ad hoc vt ei proſit, argum. l. fi. C. de fru. & lit. expen. & l. pen. in fi. C. commu. de leg. l. in ſacris. C. de proxi. ſacro. ſcri. li. 12. quia iniquum eſſet, quem habere commodum ex ſtatuto, ex quo læſionem habere non compellitur, argumen. l. prima. §. pro ſecundo. in fi. C. de cad. tollen. cum alijs iuribus per eum allegatis. Et dicit idem Guil. in alia q. ſtatu. incip. qõ talis eſt, Bonon. conuentus. poſt Vber. de Bobio. ſtatutum debere ſemper ita interpretari & arctari, ꝙ extraneus ſiue forenſis non contineatur. alleg. l. 1. §. fi. ff. quod quiſque iur. & d. c. illas. 12. diſtinct. & c. cum veniſſent. de eo, qui mit. in poſſeſ. cauſa reiſer. Ad idem facit, quod dixit Bal. in repe. l. de quibus. vertic.
15 quarto quæritur, an conſuetudo. ff. de legi. & vbi dixi, † quod

Source : BIU Cujas

conſuetudo immediate compulſiua vel prohibitiua, aut pę-
nalis non extenditur ad forēſem, ſed mediante aliquo facto
vel delicto per ipſum forenſem interritorio perpetrato, forē
ſis bū ligaret, qa faciēdo vel delinquendo, vr̄ ſe ſubijcere ſta-
tuto, vel conſuetudini. allegat. §. quia vero veriſimile. in au-
the. de non alie. quod not. in Spec. in tit. de conſtit. §. 1. verſi.
& no. per Inno. & Io. An. in rubrica de conſue. Ad idem facit
quod dicit Spe. in tit. de ſen. prola. §. qualiter. verſ. Item pone
quidā flandrenſis. & Bar. in d. l. cūctos populos. in 4. q. 3. prin.
Et ibidem Bal. in ver. nunc. e cōtra de inhabilitate. & inver.
dixi de ſtatutis per miſſoriis, quorum opinio eſt communis,
vbi uolunt, ꝙ ſi ſtatutum diſponat impediendo perſonam,
puta quia ſtatutum diceret, ꝙ vir non poſſit inſtituere vxorē,
ſi forenſis teſtetur in loco ſtatuti, & vxorem inſtituat, valebit
inſtitutio, per. l. 1. in fi. & l. 1. ēt cum gl. ff. de tu. de cu. da. abhis
& qa opponi poſſet, ꝙ prædicta deciſio nō loquitur, qñ forē-
ſis haberet bona in loco ſtatuti. reſpondetur ex his, quę dixit
Pe. de Anch. in repe. c. canonum ſtatuta. in 12. q prin. ver. quę
10 vlterius circa iſta ſtatuta permiſſiua. allegando Bal. ita te-
nere, quod ſtatutum habilitans vel inhabilitans perſonā ali-
cuius, non vr̄ habilitare vel inhabilitare forēſem, etiam quo
ad bona ſita in territorio ſtatuētium, qa bona veniūt potius
acceſſorie ad perſonam vbicunq; ſita ſint, & non ad bona,
vt dixit Cy. in l. 1 C. vbi pe. tu. Et conſequenter ratione bono
rum non fundatur iuriſdictio ſtatuendi in forē ſem. d. l. liber
tus. §. ſola. ff. ad municipa. & l. reſcripto. §. fi. cum concor. ad
hoc. s̄. allegatis Et no. Inno. in c. paſtoralis de priuileg. Ad idē
facit, quod no. Old. in conſ. 248. incipien præſuppoſita cōſue
tudine. in 2. arti. illius conſilij. Sequitur Corneus conſi. 94. in-
ci. circa ſecundo dubio. 2. vol. quamuis aliter dicat in d. con
ſil. 147. incipien. conſtat. 2. vol. Ad idem facit etiam, quod di
cit Cy. in l. 1. in fi. commen. C. quæ ſit long. conſue. poſt Iaco.
de Are. & Old. quem refert Alb. de roſi in d. l. cūctos populos.
in verſi. ex prædictis colligunt. quidam volentes, quod ſi Bo-
non habet prædium in territorio Imo. & Imolæ fiat ſtatutū,
ꝙ nullus poſſit extrahere granum de diſtrictu Imolæ, tale ſta
tutum non comprehendat nec liget Bonon. forenſem. l. mu
nerum. §. prætercа. ff. de mu. & ho. iuncta. l. 1. ad mun. per quę
iura, ita diſputando tenuit Iaco. de Are. prout dicit Floria. in
l. ſi pendentes. §. ſi quid cloacarij. ff. de vſufru. cum qua ſnīa
vr̄ tranſire Alex. in conſilio. s̄. allegato. 44. Facit ad idem ꝙ
dixit Bal. in rub. C. q accu. non po. verſ. ſed quæro an vigore
iſtius ſtatuti vbi dixit quod ſtat. diſponens, quod quilibet ad
mittatur ad accuſandum de aliquo facto ſeu delicto, ſi eo ca
ſu de iure communi non ſit prę̄miſſum accuſare, puta qa de
iure communi, non ſit delictum vel publicum crimen. tale,
ſtatutum non includit forenſem volentem accuſare bñficio
16 illius ſtatuti. qa † ſtatuta non ſunt leges publicorū iudiciorū
ſed priuatorum in ſuo populo tantum. vnde accuſatio popu
laris, per legem municipalem forenſibus non datur, arg. l. ſi
non ſpeciali. C. de teſta. & ꝙ non excludatur forenſis, tenuit
D. Signo. de homo. in diſpu. inci. in Statuto ciuitatis Mediola
ni. inſerta inter eius conſilia, nume. 157. & Petr. de Ancha. in
conſi. 158. incip. viſo puncto. in fi. dicens hoc maxime verū
eſſe, ſi verba ſtatuti concipiantur in perſonam. In hoc diffici
li, tenerem illam opi. ꝙ talia ſtatuta ligent fœminas forēſes,
volentes ſuccedere extantibus maſculis ciuibus. ita vt fęmi-
næ excludantur non habita illa diſtinctione, an ſtatutum
loquatur in rem vel in perſonam. Quam opinionē dixit Pet.
de Anc. prout retuli fuiſſe communem, & quam cōiter ſecu
ti fuerunt Doc. antiqui, & moueor per iura & fundamenta, s̄.
allegata, dūm referem doctores, qui eam tenuerunt, & ma-
xime, quia prout dicit Cy. in d. l. cunctos populos. in fi. Iſta ſta
tuta, ac talis conſuetudo directe & indirecte diſponūt de bo
nis, qualitercunq; verba ſint cōcepta, & prout dixi. s̄. poſt Bal.
& Pe. de Anch. & no. in illo conſ. 33. inſerto in uolumine cō-
ſiliorum Cal. ſub rubrica, de teſta. Ipſa ſtatuta diſponunt in
effectu de acquiſitione bonorum, quæ cauſatur in terrtorio
ſtatuentium, qualitercunq; verba ſint concepta. Vnde non
mirum, ſi debent ligare forenſes quo ad diſpoſitionem, quæ
eſt proprius effectus eorū. Facit in ar. tex. in l. 1. §. fi. ff. de inter-
di. vbi dr̄, ꝙ licet interdicta in rem ſcripta ſint, tñ quia eorū
effectus & ius eſt in perſonā, propterea quia perſona obliga-
tur ad id quod concernit interdictum, dicuntur perſonalia.
Sic ergo econtra in caſu noſtro, licet perſona mulieris afficia
tur, dum a ſucceſſione excluditur, tñ quia effectus eſt in rem
& reſpicit bona, iudicabimus de talibus ſtatutis, ac ſi eſſent
in rem ſcripta. Facit in arg. d. l. ſeruo legato. §. ſi teſtōr. ff. de le
ga. 1 & l. cum pater. §. donationis. ff. de lega. 2. & c. tanta. de ex
ceſ. præla. Hinc dixit. Io. An. in addi. Spe. in tit. de conſtit. §. 1.
ver. pone ergo ꝙ ſtatutum prohibens extrahi granū extra ter
ritorium, ligat forenſes, quia licet non poſſit ligare perſonā.
l. neq; C. qui. da. tu. poſ. & l. ius dandi. ff. de tu. & cu. da ab his,
& d. l. cūctos popu. & l. 1. §. fi. C. de no. C. confir. & l. 1. C. de co-
lo. pal. li. 11. & l. reſcripto. §. fi. ff. de mu. & ho. Tñ poteſt ligare
rem. l. an in totum. C. de ædi. pri. & l. pupillo. ff. de tu. & cu. da
tis ab his. & l. 2. de excu. tut. & l. cum vnus. §. is, qui. ff. de bon
au. iu. poſ. ad idem facit quod dixit Paul. de Caſt. in d. l. inter.
debitorem. ff. de pact. dum voluit, ꝙ licet ratione rerum nō
poſſit collecta, quæ afficit perſonam, imponi forenſib. d. l. re
ſcripto. §. fi. cum ibi no. & d. l. libertus. §. ſola. cū concor. s̄. al.
Tamen valebit impoſitio ſi in effectu non afficiat perſonā,
ſed rem, puta ꝙ niſi ſoluatur fructus ſeu res ipſa capi poſſit,
& ita intelligit ipſa iura. Et ita dixit de conſuetudine ſeruā-
ri. ꝙ etiam voluit Bal. in l. ēt. C. de execu. rei iud. & ita limita
tur. d. l. reſcripto. §. fi. & d. §. ſola. quæ iura ēt limitat. Bal. in l.
1. C. de ſen. quæ pro eo, quod intereſt. vt non procedant, qñ
ſtatu. obligaret ad collectam perſonam forenſis, poſſidentis
prædium in territorio ſtatuentium, ꝑꝑ aliquod ſuū factum,
vt ſi diceret, omnes, qui colunt vel coli faciunt in territorio
ſoluant collectam, quia tunc valeret ſtat. ēt in forenſes, ſicut
valet ſtat. ꝙ omnes ingredientes portā, ſoluant aliquid. nam
17 ex eo ꝙ colunt vel ſeminant, quaſi cōtrahere vñr. Et † ſtatu-
tum poteſt inducere quaſi contractus incognitos, ar. l. oēm.
ff. de iud. Facit quod dixi s̄ poſt Bal. in l. de quib. verſi. quarto
quæro. ff. de legi. & ad hoc, ꝙ non ſit facienda differentia, an
ſtatutum loquatur in rem vel in perſonā, facit quod uolunt
But. Io. de Ligna. Imo. & Panor. in c. cum contingat. de iure-
iur. Salv. & Fulg. in Auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer.
vendi. Cuma. & Pau. de Caſt. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ.
18 & alibi ſæpe doct. legendo & conſulendo, volentes † quod ſi
ue ſtatutum prohibeat contrahi, loquendo in rem ſiue in ꝑ-
ſonam, non trahatur ad actus iuratos, reprehenſa opinione
Bar. in d. l. ſi quis pro eo. in verſi. tertio dixi, qui diſtinguebat,
an ſtatutum loqueretur in rem, vel in perſonam. Ad cōtra-
ria reſpondetur, & primo ad l. fi. ff. de contrahen. empt. & ad
no. in l. 3. §. opus. maxime per Bar. ff de alie. iudi. mu. cau. fa. &
in l. fi. ff. de oper. no. nu. cum concor. ibi ſignatis, quod ibi de
perſona obliganda, & non re expreſſe agebatur, & in illa ma
teria eſt dare effectum differentem, ſ. in obligatione, quę po
teſt eſſe realis & perſonalis. Sed in propoſito ſecus eſt dicere,
quod ſtatutum prohibendo fœminas ſuccedere, nō velit di-
ſponere de reb. ſed de perſonis, eſt abſurdum, & effectus eſt
indiuiſibilis, idcirco non eſt talis differentia facienda quo-
modo verba concipiantur. Ad d. l. reſcripto §. fi. & ad d. §. ſo-
la. patet reſponſio ex prædictis, quia ibi perſona, non res affi-
ciebatur. Et ex prædictis etiam patet reſponſio ad d l. aut qui
aliter. §. fi. & quod ibi not. Bart. & Bald. in l. adeo. ff. de iuriſd.
om. iud. & quia per hoc, ꝙ verba ſunt in rem vel factū ſcri-
pta, non definit, quominus de perſonis diſpoſitum eſſe cēſea
tur. Nec enim obſtat, quod no. Bart. in l. prætor. §. ſi plures. ff.
de ſepul. vio. & in l. 1 § ne autem. in fi. commē. ff. ſi quis teſt.
liber eſſe iuſ. fue. vbi ad alios effectus fit differentia, an verba
legis ſint in rem vel in perſonam concepta, quia ſolutio col
ligitur ex prædictis, & patet alibi multoriens, quod non ſit ta
lis dr̄ia facienda, maxime in l. Caius. ff. de annu. leg. & in l. 1.
ff. ad Velleia. quas leges ponderat Io. de Imo. in d. c. cum con
tingat. in verſ. non omitto. Ad illud, quod dicebatur de ſta-
tuto prohibente extrahi granum extra territorium ſtatuen
tium, vt non comprehendat forenſes ibi habentes prædia, re
ſpondetur, ꝙ verior opinio videtur eſſe in contrariū, prout
dixit Albe. licet loquatur ſub dubio forte in d. l. cunctos po.
in verſ. ex prædictis colligunt quidam, Io. An. in addi. Spe. in
tit. de conſt. §. 1. verſ. pono ergo. vbi declarando & ſequendo
verba Spe. idem in terminis noſtris tenentis, dicit ꝙ hoc ca-
caſu ſtatutum non ligat perſonam, ſed rem, alleg. l. 1. C. quæ
ſit lon. conſue. & l. an in totum. C. de ædi. priua. Idem voluit
Ray. de Forli. in addi. ad Cy. reprehendendo ipſum Cy. in d.
l. 1. C. quæ ſit lon. conſue. Idem voluit Floria. in l. ſi pendē-
tes. §. ſi quid cloacarij. ff. de vſufr. licet ſoleat diſtingui in. Ilo
qui emit frumentum extra territorinm, & portat per territo
riū, in quo adeſt ſtat. ad alium locū, an dicatur ꝺ̃uenire ſtat.
vt per Iac. de Are. Cy. & Ray. in l. ſi quis poſthac. C. de ædi. pri.
ua. & Pet. de Anch. & Imo. in c. 1. de cle. coniuga. Ang. & Pau.
de Caſt. in l. certa. §. ſed & ſiquis. ff. de leg. 1. cum concord. de
quib. ibi per Ale. & in conſ. 86. incip. viſa inquiſitione. 4. vol.
& Firmi. in tract. gabel. in 8. parte, in princ. & do. Bap. de San-
cto Seueri in repet. d. l. cunctos popu. circa 2. q. 1. prin. ibi ta-
ctæ per Bart. in quibus locis Docto. cōiter concludunt ligari
illum, qui alibi emit frumentum, qñ ſtatu. vetat tranſitum,
alias ſecus. Item in d. ſtatuto adeſt alia ratio hoc ſuadens, qa
19 ſicut † quis delinquendo facit contra ſtat. & ſubijcit ſe iuriſ-
dictioni ſtatuentium, ita extrahendo vel tranſeundo, vt per
Cy. in d. l. ſi quis poſthac. & per Bal. in d. l. de quibus. verſicul.
quarto quæritur. & quod ſolet notari in authen. qua in pro-
uincia. C. vbi de cri. agi oportet. facit quod not. Albe. in pri-
ma parte ſtatu. quæſtione 15. & in ſecunda parte. quæſt. pri.
& pro dicta ſententia ſolet allegari text. in d. §. ſi quid cloa-
carij.

Source : BIU Cujas

carij.qui dum indiſtincte loquitur in quolibet poſſeſſore, videtur loqui etiam de forenſe, quamuis cõtrarium tenentes dicant illum non loqui de forenſe. Ad illud autem, quod dicebat † ſtatuta loci, in quo ſunt res, non ligare forenſes etiam ratione ipſorum bonorum, & quia bona ſequuntur perſonam, & illi adhærent, reſpondetur quod contrarium patet ex prædictis, cum ipſa bona affici poſſint per ſtatutum, vt p̃dixi. & probatur in d. §. ſi vero quis. & in l. forma. §. argu. ff. de cenſi. & in l. 1. C. de muli. & in quo loco. li. 10. & in l. iuriſperitos. §. cum oriundus. ff. de excuſ. tut. iunctis not. per Bar. in d. l. pupillo. ff. de tut. & cur. da. ab his. & quod no. Nellus in trac. banni. in tertia parte ſecundi temporis, in 71. in fi. Illa autem diſtinctio, quod ſit aduertendum, an ſtatutum prohibeat mulierem ab hæreditate vel ſucceſſione, an vero a bonis, eo quia nomen hæreditatis, vel ſucceſſionis, cum ſit quid intellectuale, loco non clauditur, non placet, quialicet eſſe poſſit quid intellectuale, tamen comprehenſa ſub eo ſunt de territorio, vt latius patebit ex his quæ dicam infra in 8. arti. principio. in 23. q. vbi tangam, an talia ſtatuta comprehendant incorporalia, & nomina debitorum, an reliqua, patet de ſe reſponſio. Et ſi quæramus econtra, † an ſtatuta ligent ſubditã extra territorium, vt quod mulier non poſſit teſtari ſine conſenſu viri, & contingat illam teſtari ſine dicto conſenſu eẽ territorium. Et ſi quæratur an teſtm̃ ſit nullum, ſaltem quo ad bona ſita in territorio ſtatuẽtium, non eſt materia noſtra, ſed late examinatur in l. cunctos pop. C. de ſum. tri. per Bart. & alios, & multa dicit Corneus conſil. 241. incip. de duobus. 2. vol. & quia dixi maſculos forenſes non gaudere beneficio talis ſtatuti, eſſet videndum, qui dicantur forenſes. & Bal. in d. l. de quibus. ver. quarto quęro. s̃. allegato. remittit ſe ad tex. in §. ſi vero. in auth. de quæſto. Et † an comitatenſes & illi qui ſunt de caſtro, ſeu villa, exiſtente intra territorium & diſtrictum loci ſtatuentium, dicantur ciues, vel forenſes, no. Alb. in rubr. C. quæ ſit lon. conſue. in ver. ſed an conſuetudo ciuitatis. vbi dixit iſtos comprehendi ſub ſtatuto, per nota. in l. ex ea cauſa. ff. de poſtul. Facit l. inſulæ. ff. de iud. & l. qui ex vico. iunctis no. per Bar. in l. 1. ff. ad munici. l. 1. ff. de vſufru. l. diuus. ff. de tut. & cur. da. ab his. l. nulli. in fi. C. de epiſ. & cle. Bar. in l. 1. §. cum vrbem. ff. de offi. prefec. vrb. & plenius in l. 2. C. quæ ſit lon. conſuet. Et Cor. conſ. 213. incip. circa prin. 2. vol. Pet. de Anchar. in conſ. 214. incip. pro iſta patre, vbi loquitur de medico conducto ſeu ſalariato, do. Tho. Doctius, & D. Bapt. poſt eum in repet. d. l. cunctos populos. vbi idem dicunt in rectoribus ciuitatum & eccleſiarum ſtipendiarijs, & cõductis in loco durante officio, & ſcholaribus, licet ſint forenſes, per not. per Bar. in d. l. 1. & in l. municipes. §. fi. ff. ad muni. Et plenius per Bar. in tract. repreſa. in 1. & 5. q. prin. & in 3. q. princ. verſ. ad tertium. cum trib. ſeq. De qua materia, & † an incolę, vel qui ex forma ſtatuti habentur pro ciuibus, comprehendantur ſub talibus ſtatutis. Et an vbi eſt dubium, an quis ſit forenſis vel ciuis, & generaliter quis dicatur forenſis, habet̃ per gl. in c. 2. in ver. eiuſdem. de reſcr. in 6. & in cap. ſtatutum. §. cum vero. eo. ti. Bal. in rubr. C. qui accu. nõ poſ. & in c. 1. de for. fideli. & in l. cunctos pop. in lect. verſic. circa quæ quæro. Pet. de Anch. in conſ. incipien. quęſtio, quæ uertitur inter ſer Paulum. Paul. de Caſt. in conſil. 193. Panor. in capit. conqueſtus. in prin. de foro competẽ. cum concor. adductis p̃ Ang. in tractatu malefi. in ũerbo de Bononia. Et ibidem per Do. Auguſti. in addi. Nellum in tractatu banni. in 66. q. ſecundę partis ſecundi temporis. & per Do. Fed. in c. Rodulphus. ver. ſecunda concluſio, & verſi. quarta concluſio & per diſcurſũ de reſcrip. & in c. qm̃. de offi. ordinarii. Et dixit Bal. in authẽ. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi. opor, quod non dr̃ forenſis qui ſubeſt eidem foro. Inferens ad homines ſubditos caſtro epiſcopatus, vt non teneantur ad gabellam vigore ſtatuti diſponentis, quod forenſes teneantur. Ex quo infertur, quod † ſi ſtatutum alicuius uillę ſubditæ ciuitati, diſponat q̃ mater forenſis non ſuccedat filio, bene ſuccedat mater, quæ eſt de alia uilla ſubdita dictę ciuitati, quia non dicitur forenſis, vt per Corn. conſi. 147. incip. pro deciſione 3. uol. quod eſt intelligendum, quando ambæ uillæ ſunt de eodem territorio, & in territorio ciuitatis, iuxta l. pupillus. §. territoriũ. ff. de uer. ſigni. ut eſt in territorio noſtræ ciuitatis Aſtẽ. in quo ſunt undecim uillæ, quæ non habent p̃prios fines. & ſunt immediate ſub iuriſdõne Ptãtis ſeu prętoris noſtri. ſecus aũt eſſet ĩ uillis dn̄orum uaſallorum & capitaneatus nr̃i Aſtẽſis, quę ſunt plures, & in notabili quantitate, & habẽt p̃priũ & ſeparatũ territorium a territorio ciuitatis, & p̃priã ac ſeparatã iuriſdictionẽ, & p̃prios ac ſeparatos iudices, nec ſunt ſub iuriſdõne p̃toris Aſtẽſis, licet p̃ſes ac gubernator ciuitatis, illis p̃ſit, ita q̃ ſint ſub gubernio. Nam ille q̃ eſt de una ex dictis uillis, eſt in alia forenſis, qm̃ non concurrit origo uel domicilium, cũ ut ſupra apparet, quis poſſit eſſe ciuis uel incola duorum locorum. l. aſſumptio. §. iuris. cum concor. ff. ad munic. † An autem licentiatus a ciuitate, rebellis, uel bannitus, deſinat eſse ciuis, tradit Bal. in aut. ſed omnino. uer. de perſona iudicis. C. ne filius pro patre. & in l. uoluntas. C. de fideicõ. & Nellus in tract. banni. in 450. q. primæ partis ſecundi temporis. Et ſi ſtatutum dicat, q̃ forenſis non ſuccędat, mulier originaria de loco, nupta extra territorium, nihilominus ſuccedet, p̃ not. per Bar. in l. fi. §. item reſcripſerunt. ff. ad munic. Sequitur Modernus bon. in tracta. dot. in ultima parte q. 71. incip. quid ſi in loco. licet Do. Signo. de Homo. in diſpu. ſua 166. incipien. Statuto ciuitatis Mediolani, inſerta in ſuis conſiliis, teneat iſtam mulierem appellari debere forenſem. Et propterea nõ excludi per ſtatutum loci originis, diſponens ſimpliciter fœminas extantibus agnatis non poſſe deſcendentibus ſuccedere ĩ bonis ibi ſitis, & male, p̃ ea quæ late dicta ſunt hac ea. q. Et contra Sig. conſuluit Cor. conſ. 202. incip. circa præſentem. 2. vol. & pro ueritate huius deciſionis, videri põt, quod dixit Bal. & Mod. in rub. ff. ſol. ma. & Pau. de Caſt. in l. rei iudicatæ. §. 1. ff. eo. tit. & in conſi. 95. incip. poſſet quis dicere. Cyn. & Bal. & Ang. in l. 2. C. de iuriſd. om. iud. poſt gl. in l. origi. C. de muni. & ori. li. 10. Bal. in l. cum quædam puella. ff. eo. ti. in princ. Et ibi late D. Alex. cum concor. alleg. per eum, iunctis no. per Bal. in conſ. 358. incip. nulla mulier. in fi. primo vol. ſecũdum vlt. impreſſionem, vbi ẽt tangit, † an dicatur exterus, qui habet domicilium in alia ciuitate. & Maria. conſ. 30. iunctis his, quæ dicam ĵ. in 8. art. prin. 24. q. Et quod † originarius nulla bona poſsidens, licet alibi habitet, poſsit ſuccedere, q̃a ex hoc obligare ſe ad onera, videatur. Soc. in rub. ff. ſol. matr. verſ. dicebatur. nam ligatur ſtatutis. Corn. conſ. 201. 2. volu. late. Econtra autem, ſi ſtatu. excludat illas, quæ ſunt de loco Maſij, an comprehendentur ibi nuptæ. Bal. in d. conſ. 215. incip. quæritur, vtrum. in 3. volu. ſecundum penult. ſtampam, ſenſit q̃ non, quaſi ſtatutum põderet originem, niſi vlterius progrediatur loquendo de ibi ſtantibus & habitantibus. Sed veritas patet ex his, quæ traduntur in locis prędictis, & maxime ex tex. & notatis in d. §. item reſcripſerunt. † Quid aũt de viduis & tranſeuntibus ad ſecundum matrimonium, & de concubinis ac viduis inhoneſte viuentibus, de quo territorio cenſeantur, tradit Alex. in d. l. pen. ff. de iuriſd. om. iu. An autem dicatur forenſis, quæ tempore delatę ſucceſsionis nõ eſt forenſis, ſed tempore teſtamenti? videatur Bar. in l. fin. ff. de reg. catoniana. Bal. in l. cũ ſecundũ. C. de leg. Pau. de Caſt. in l. cętera. ff. de leg. primo. & in conſil. 340. primo volumine ſecundum primam impreſsionem. & Alexand. in conſi. 40. primo volumine. Et alibi dicam. facit quod dicam infra eodem, artic. in quarto membro. in 6. & 20. quæſtio. † Quid autem, ſi adſit ſtatutum in aliqua ciuitate, puta Papien. quod maritus non poſsit legare vxori quo ad proprietatem, an ſi quis mutet domicilium in loco, vbi non ſit tale ſtatutum, poterit legare. Sal. in l. 1. C. de ſumma tri. & fi. cath. tenuit, q̃ ſic, vbi dicit ſe ita conſuluiſſe, & obtinuiſſe, quia attendi debet ſtatutum domicilij, quod quis habet tempore mortis. Sed Roma aliter tenuit in conſilio trigeſimonono, incip. in propoſita q. notabilis viri. & Alber. in dicta l. prima. quos ſequitur ibi Dominus præceptor meus, eo quia attendi debet domicilium loci originis, vt ibi per eum. Quod puto intelligendum, niſi legaret de bonis ſitis extra territoriũ loci originis, per ea, quæ latiſsime dicam infra in 8. articulo princ. in 24. q. princ. Et per notata per Angel. in l. exigere dotem. ff. de iud. dum vult † non attendi domicilium viri in lucro dotis, quando bona remanſerunt in ciuitate vxoris. De qua materia etiam tradit Fely. in c. 1. de ſponſa. vbi etiam tradit de eo, qui habet plura domicilia. Secundo quæro, † an talia ſtatuta per laicos condita, ligent perſonas eccleſiaſticas. Et primo eſt videndum, quando expreſſe loquuntur in eis, & eas excludunt. Quo caſu Bar. in l. fin. C. de pactis, diſtinxit, q̃ aut ſtatutum diſpoſuit per talia verba per quæ comprehendit perſonam eccleſiaſticam, antequam fiat, & ſit eccleſiaſtica, puta, ſi ſtatutum dicat, q̃ ingrediens monaſterium, vel ſi qs intret monaſterium, non ſuccedat, vel ſit priuatus iure ſuccedendi, & tunc tale ſtatutum ligabit perſonam eccleſiaſticam, & valebit, quia non diſponit circa clericum, ſed circa laicum. nam ingrediens monaſteriũ, ingreditur laicus, ſicut viuens moritur. Gl. in l. qui duos. ff. de ma. teſta. Si vero ſtat. confert verba ſua in tempus, quo quis iam eſt ingreſſus monaſteriũ, vel factus clericus, & ſic diſponat de iã ingreſſo, puta, ſi dicat ſi quis ingreſſus fuerit monaſterium, tunc nõ valet ſtatutum, quia nõ põt clerico auferre ius ſuum, & eſſe ꝫ libertatem eccleſiæ, & hoc modo intelligunt Bar. auth. caſſa. C. de ſacroſan. eccle. & l. Deo nobis. vbi Pau. de caſt. C. de epiſ. & cle. & §. ſed hoc præſenti. in auth. de ſanctiſ. epiſ. allegant ad hoc in argu. l. Stichus ſeruus. ff. de ma. teſta, facit, lex prima, & l. quod ſponte. C. de dona. ante nupt. Nec obſtat ſecundum eum ad primum membrum auth. niſi rogati. C. ad Trebel. quia ibi rogatur & grauatur, ſi monaſterium ingre-

ditur. Sed in propoſito lucrum aufertur, non aũt in ſibi quæ ſito iure grauatur. & facit quod dixit Bal. in lege, ipſis. C. vt
33 in poſ. lega. Vbi voluit † non valere ſtatutũ, quod filiæ ingreſ ſę monaſterium, pater non poſſit relinquere niſi certũ qd, tanquam hoc ſtatutum ſit religioni contrarium, per dictã legem Deo nobis motus per eadem fundamenta, maxime, per dictam legem Stichus. in ratione ſui. & per legem Are thuſa. ff. de ſtatu. homi. & quod notatur inſtit. de his qui ſunt ſui vel ali. iur. in principio, in quæſtione de puncto. de qua p Bart. in lege ſi poſt mortem in princ. ff. de legatis primo. ſub dit Bal. quod ſimilem diſtinctionem facit Inn. in c. prętерea, requiſiti. de appella. Nec eſt verum ſecundum eum, quod hoc ſtatutum diſponens de ingrediente, ſit contra libertatẽ eccleſiæ, ga ex quo principale eſt pmiſſum, ſcilicet prouidere de conſeruatione domus & agnationis, iſtud quod venit, incidenter & ſecundario, non intelligetur prohibitum. argumentum in l. 1. ff. de autho. tut Et inſtitu. de teſtamen. §. legatarijs ſed alię ſolutiones ſunt ſuſtentabiliores, quia ſm iſtã ualere deberet ſtatutum diſponens etiam de ingreſſa. Cuius contrarium uoluit ipſe Bald. & non eſt uerum quod non ſit contra eccleſiaſticam libertatem. ut infra dicam Prædictã opinionem ſequitur. Petr. de Ancha. in repe. capitu. canonũ ſtatuta. in vndecima quæſtione princi. ver. ad idem queritur ſm ſtampam meam, de conſtit. Sed idem Bal. in dicta l. fina. C. de pactis. ſecutus eſt Bart. cum modificatione. Dicit enim quod ſi ſtatutum loquatur de ingrediente, ſiue conferat effe ctum diſpoſitionis in tempus, quo perſona excluſa nondum eſt eccleſiaſtica. valebit. præterquã in legitima. quia illa nõ defertur vt lucrum ſed vt debitum. ut eſt gl. & ibi notatur, in lege ſecunda. C. de iur. & fac. igno. & in ea videtur ceſſare fundamentum Bart. qui dicit predictam deciſionem procedere ex eo, quia non agitur de iure aliquo quæſito perdẽdo, & adducit Bal. aliud fundamentum ad validitatẽ huius ſtatuti, vt id, quod poſſet patẽr facere teſtando, poſſit idem ſuperior facere ſtatuendo. Sed hoc vltimum fundm̃ non placet, quia eo attento valeret ſtatutũ diſponentẽs in ingreſſo. Cuius contrarium ipſe uoluit, prout eſt ueritas, ut. j̃. dicam. Panor. autem in dicto capitulo quod clericis, de foro comp. poſt Anto. de But. ibi refert Ia. But. in d. l. Deo nobis dubitaſſe circa ſtatutum, excludens ingreſſam monaſterium a ſucceſ ſione, ne foret contra libertatem eccleſiaſticam. Et dicit ſe noluiſſe aliter decidere, cum quæſtio penderet de facto, & concludit, quod tale ſtatutum non valet, etiam ſi conferat, verba in tempus, quo perſona excluſa nondum eſt eccleſiaſtica, eo quia eſt contemplatiuæ uitæ retractiuum, ſeu impeditiuum. §. ſed hoc præſenti, in auth. de ſanctiſ. epiſ. & quod in ſimili notatur, per Bartolum. in authen. niſi rogati. C. ad Trebellia. & plene per eundem. Panor. in capi. in prę ſentia. vbi etiam Moderni, de proba. quod limitat, niſi in omnem euẽtum filia fœmina excludenda eſſet a ſtatutaria diſpoſitione, extantibus maſculis puta, ſi diceret ſtatutum, extantib. maſculis filia fœmina non ſuccedat, etiam ſi monaſterium ingrederet. tũc enim cum in omnem euentum foret excludẽ
36 da, tale ſtatutum non impedit religionis ingreſſum. Et ideo valere debet. attento etiam quod afficit ipſam perſonã, ante quam moneſterium vel religionem ingrediatur p ſupradicta. Et idem dicit Pano. eſſe in quibuſcunq; ſtatutis inhabilitantib. aliquẽ ad ſucceſſionẽ ex certa cauſa, per no. per Lap. allegatione. 168. alias centeſimaprima, incipiente, in ciuitate Flo. & ita dicit fuiſſe conſultum per Petrum de Anch. & Anto. de But. quod etiam ibi atteſtatur idem Ant. de But. & iſta opinio eſt communis vt atteſtatur D. Bapt. de Sancto ſe.
37 in repe. l. omnes populi. in fi. dominus Fely. in d. capitu. eccleſia ſanctæ Marię. cum ſequen. ver. ſexto. quęro de conſi. & dominus præceptor meus. dominus Iaſon in lege fina. C. de pactis, qui adducunt plures authoritates ad hoc, & maxime ſolenne in hac materia conſilium domini Paul. de caſtro in conſi. 339. ſm ordinem meum, quod incipit, primum dubiũ, verſi. ſupereſt tertium dubium, in uolumine antiquorum, conſiliorum, ſecundum primam ſtampam, vbi adducit ad hoc, cp ex quo filię per tale ſtatutum redderentur timidiores ad ingrediendum monaſterium, uel ſumendum habitum religionis, dicitur cõtra eccleſiaſticam libertatem, argumẽ. legis primæ. §. quæ onerandæ. ff. qua. re. ac. non da. & qa facit tales pſonas deterioris ꝯdõnis pp aſſumptionẽ habitus religionis, & ingreſſum monaſterij, quã forent, ſi manerent in ſeculo & ſeculares, quod eſſe non debet. dicta l. Deo nobis. Et ſi dicitur, ſtatutum eſſe contra eccleſiaſticam libertatem. qñ aufert priuilegia eccleſiaſticis perſonis a principe indulta, p quam ablationem efficiuntur deterioris conditionis, ſecundum Innocen. in c. nouerint. de ſenten. excom. & Legiſtas in authen. caſſa. C. de ſacroſ. ecc. Multo magis hoc eſſe debet, quando aufert eis beneficium iuris communis. & quia talis priuatio infertur in actum, quem ſubſecuturus eſt ſtatim ingreſſus, & aſſumptio religionis. Proinde hñda vr̃ ac ſi poſt, in greſſum conferretur, & ſic tanq̃ factum in fraudem canonicæ ſanctionis valere non debet. d. c. eccleſia ſanctę Marię. & c. quæ in eccleſiarum. de conſti. & c. fi. de reb. eccle. nõ alie. & l. ſi ventri in fi. ff. de priui. credi. & d. auth. caſſa. & authent. item nulla cõitas. C. de epiſ. & cle. & c. graue. de ſent. exc. cũ concor. ibidem allegatis. Idem tenent ipſe Pau. in l. ſi quis id, quod. ff. de iuriſ. om. iu. Ang. in diſputatione ſua, incipiente, nobilis quidam genere. in uerſi. ad unum tñ diligenter. Matheſi. in notabili. 150. Gemi. poſt Imo. in c. quamuis. de pa. in 6. Roma. in l. ſtipulatio hoc mõ concepta. ver. circa illud vero exemplum. & ibidem Imo. & poſt eos Ale. ff. de verb. obl. Panor. in repe. d. c. eccleſia ſanctæ Marię. in uerſi. circa iſtum caſum. Et Nico. de vbal. in tractatu de ſuc. ab inteſta. in vlt. parte, circa prin. Angel. in d. l. fi. C. de pac. dicens de hoc eſſe caſum in d. l. Deo nobis. recte intelligendo, dum ibi quis nõ poteſt inhabilitari a iure, antequam ingrediatur religionem & dũ habet ſolã uoluntatem ingrediendi. Et ſequitur ibidẽ
34 Fulg. ea ratione, quia † verba ſtatuti debent intelligi ſm tempus, quo ſuam efficaciam conſequuntur l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxa. ſed eo tempore, quo defertur hæreditas, de qua per ſtatutum diſponitur, reperitur hæreditas delata, ergo &c. quod fundamentum adducetur. j̃. in oppoſitum. Idem uoluit Bal. in l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iure, & Matheſi. in notabili 146. Pet. de Ancha. in conſi. 107. inci. in paucis verbis Et ſatis ample hoc comprobat D. Lauren. in repe. §. ceterum. inſtit. de leg. agna. ſuc. quamuis D. Ioan. campe. in tracta. Do. in quinto articulo princi. in trigeſimaſecunda qõne. videatur dubitaſſe de hac deciſione, dum tranſit cum ea, ſub dubio, forte. De veritate autem prædictæ limitationis data per Panor. videantur, quæ dicam infra proxime, ver. nũc, & ſecundo. Et ita debet intelligi quod in hoc paſſu firma pro communi opinione. Mari. conſilio 81. incipiente. in prę ſen-
35 ti. in fine. Dum dicit, † quod ſtatutum ſpecifice loquens de monialibus. quod non ſuccedant extantibus maſculis, indiſtincte, non ualet ſm opinionem communiter approbatam quam etiam firmat Soci. conſilio. 291. incipien. circa. 1. volu. Vbi autem fœmina antequam factum eſſet ſtatutum fuiſſet perſona eccleſiaſtica, res eſt clara, vt non comprehendatur, ſub tali ſtatuto, quia ſtatutũ nunquã potuit extendere vires ad eam, cum ab initio conditi ſtatuti nõ eſſet de ſua iuriſdictione. vt per Iaco. Bu. & Bal. in d. l. Deo nobis. Anto. de But. Imol. & Panor. in d. c. quod clericis. & Paul. de caſtro, in conſilio præallegato, & Panor. in conſilio 111. incipien. in cauſa Catharinæ. in ſecundo dubio. 2. vlu. Vbi hoc dicit eſſe verum etiam ſi ſtatutum diſponeret, quod traheretur ad caſus præteritos, præſentes, vel futuros. Et hoc non habet dubium, per prædicta, & nota. per Bartolum in d. l. fi. & facit quod no. Io. an. in regula ſine culpa. de regu. iur. in 6. & tex. in d. l. Deo nobis. c. cum M. ferrarienſis, & c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitutionib. & c. bene quidam. 16. diſt. cum ſimi. Et plenius de tali materia dicere continget infra. hoc cod. arti. in 3. mem-
36 bro. in quæſtio. Ex his, patet, quod † ſtante ſtatuto, quod monachi non, ſuccedant, etiam monachi facti poſt ſtatutum, non ligabuntur ſtatuto, vt innuit Bal. licet non bene firmet, in lege, omnes populi. in uerſic. ſed quid ſi ſtatutum dictet. ff. de iuſtitia, & iure. Item ex prædictis patet non ualere ſtatutum, quod filiæ ingreſſę monaſterium nihil poſſit relinqui, per patrem. ſm D. Baptiſt. in loco. ſ. allegato. allegat. Bal. in l. ipſis. C. vt in poſ. leg. & Pet. de Anch. in repe. capit. canonum ſtatuta. de conſti. in 11. artic. princip. dixi. hac ea. q. Nunc & ſe-
37 cundo uidendum reſtat, † an talia ſtatuta excluſiua fœminarum comprehendant perſonas eccleſiaſticas, quando generaliter & diſtincte loquũtur, & nullam de perſonis eccleſiaſticis mentionem faciunt, vt quia ſimpliciter dicant, cp extã tibus maſculis fęminę non ſuccedant, & tunc ẽt ſunt opiniones. ſed magis vera & communis eſt ſententia, quod fęminę quæ tempore conditi ſtatuti non erat eccleſiaſticę, ſed factę ſunt, poſtmodum, p tale ſtatutũ a ſucceſſione, pp maſculos excludantur, quia tunc ceſſat ratio, per quam videãtur timidiores reddi ad ingrediendum religionem, vt declarat Panormi. in d. c. quod clericis. poſt Lap. in d. allegatione. 108. Et ibidem Antonius de But. qui dicit ſe ita conſuluiſſe cum Per. de Ancha. Et ibidem etiam Imo. & Paul. de caſtro. plene proſequitur & confirmat in dicto conſilio 339. & Maria. late d. conſilio 81. & Soci. in conſi. 241. uol. 1. & ſequitur Marti. de laud. in trac. de primo ge. in verſi. pulchrum dubium. & Ale. ſi bene ponderentur uerba ſua, in conſilio 40. 2. incipiente, uidetur prima facie. in uerſiculo. & ſic manifeſtæ. 5. volumine & domi. Signo. de homod. in conſilio. 6. incipiente. Titius in infantili. in fin. licet moueatur alia ratione minus bona, & quæ ſibi ipſi implicat contraritatem, ſi bene videatur. Item tenet domi. Fely. in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. in verſiculo, ſexto quæro, poſt Panor. ibi in fi. de conſtit. vbi alleg. quandã

deciſ.

Source : BIU Cujas

decis. Rotæ, quæ hoc non dicit. Sed loquitur in terminis qñ consuetudo excluderet iam ingressum monasterium, & D. Lau. in repe. d. §. cæterum. instit. de legi. agnat. succe. Pro hac opinione facit illud quod post longam distin. firmat Io. An. in Mercu. in reg prædicta, sine culpa, de re. iu. in 6. Dum vult ꝙ stat. vel consuetudo excludens secundo genitum a successione regni, existente primo, excludat ipsum secundo genitum etiam factum clericum, eo quia ante clericatum statutum cepit in eo hr̃e vires, quod sequuntur Bu. Pano. & Imo. in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. vbi etiam do. Feli. de consti. Ad idem facit, quod tenet Bar. in l. rescripto. §. fi. ff. de mu. & hono. & in l. fi. C. de exac. tri. & in l. placet. vbi plene per D. præceptorem meum D. Ias. C. de sacrosc. eccle. Bald. in d. c. quæ in ecclesiarum. de consti. Pet. de Anch. in cons. 298. inci. habet statutum communis Pistorij & Ange in cons. 24. incipien. ec
43 clesia tenetur ad munera. cum concordan. traditis per dominum prꝫceptorem menm in d. l. placet. & do. Felv. in d. c. ec-
38 clesia sanctæ Mariæ. vers. quinto quæro vbi volunt, ꝙ † ecclesia non potest subijci ad collectas per statutum laicorũ pro prædijs iam quæsitis. licet secus in quꝫrendis, faciendo omnia prꝫdia tributaria quia transibunt in ecclesiam cum illo onere. prꝫdictam conclusionem limitat Bal. in l. cunctos populos. in repe. quem refert & sequitur ibi do. Bapt. de Sancto Seueri C. de sum. trin. & fide catho. procedere, vbi verba statuti forent in rem concepta, puta, ꝙ hꝫreditas deueniat ad masculos, vbi extant, & non ad fœminas, vel ꝫquipolenter. Secus autem si verba dirigerentur in persona, puta ꝙ existentibus masculis, fœminæ non succedant, quia tunc persona, quæ reperitur ecclesiastica, cum non sit subiecta statuentibus, non potest per eos excludi. quꝫ limitatio & differẽtia non videtur procedere. per ea, quæ dixi in præcedenti quæstione, dum conclusi per talia statuta excludi fœminas forenses, siue loquantur in rem, siue in personam, & tenui contra Bar. Bald. & sequaces talem differentiam esse verbalem. Vnde tenendum puto prꝫdictam conclusionem siue prædictã limitationem, quamuis contraria opinio sit iuribus, & authoritatibus fulcita. nam Bald. in consilio 330. incipiente, quidam Lellus de Fulgineo. in quarto volumine, secundum penultimam stampam posito in consilio per secundum ultimam impressionem, tertio volumine tenet quod per tale statutum non excludatur monialis, per textum, in dicta lege. Deo nobis & Cuma hoc idem, uoluit in consil. 84.
45 incipiente præsuppositio casu. in vltimis verbis, per notata in authentica, cassa. C. de sacrosanctis ecclesijs. & per Innocentium in capitulo nouerint. de sententia excommu. in quam
46 sententiam inclinat Pet. de Anch. in d. consilio 106 incipien. in paucis verbis. motus illo fortiori fundamẽto, quod vt credo possit pro hac parte allegari, scilicet, quod quia nõ potuissent statuentes excludere expresse mulierem ecclesiasticam per supradicta, & tanquam non sit de sua iurisdictione, vt in c. decernimus. de iudi. & c. cum laicus. de reb. eccl. nõ alie. & c. cum causa de iureiu. Non potest nec videtur statutum ipsas sub generalitate includere, argumento capituli, in gñali. de reg. iur. in 6. Facit l. quamquam. fi. de ritu nuptia. & l. Luc. §. penultimo. ad municipa. & l. 1. §. huius rei. et quod ibi notatur in glo. in versiculo, argumentum triplex. ff. de officio eius, cui manda est iurisdictio. & quod notat Bart. in l. si quis
47 sub conditione. ff. de conditio. instit. Dum notat † statutum
39 generaliter loquens, non trahi ad illicita. Nec in dubio vidẽtur statuentes disponere in non subditum, capit. a nobis. de sententia excommu. & c. 2. de constit. in 6. & habetur in d. l. cunctos populos. Nec videntur velle disponere de impossibilibus d. c. a nobis de sẽn excommunica. c. tua de deci. c. ecclesia. vt lit pen. c. fi. de consti. in 6. Bar. in l. si quis sub conditione. ff. de condi. instit. Bal in l. fi. §. in computatione. C. de iure deliberan. & l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. Hostien. But. & alij in c. quod clericis. de foro competen. Panormi. in c. cum venissent. de eo, qui mit. in pos. causa rei ser. idcirco. Saly. in d. authenti. cassa. versic. & ex his infertur. aperto ore, concludit, fœminas religiosas per tale statutum non exclu-
40 di, quia † non refert, an in specie, an verbis generalibus aliqd exprimatur l. Lucius. ff. de vulga. & pupilla. & lege precibus. C. de impub. & aliis substitu. & l. in testamento. C. de test. mili. & secũdum eum eadem ratio esse debet, quod specialiter excludantur vel per verba generalia, subdit fuisse in facti cõtingentia, cum statuto caueretur, quod extãtibus agnatis vsque ad secundum gradum, cognati licet sint intra illum gradum, non succederent, quod clericus in sacris cõstitutus nõ foret excluſus, & ita fuisse determinatum per valentissimos Doct. in persona episcopi tunc Imolensis, quamuis secundũ eum, aliter dicẽdum foret, si factus fuisset clericus post mortem eius, de cuius successione ageretur, qa † clericatus superueniens ius alteri quꝫsitum tollere nõ potest, l. nec auus. C. de emancipatio. libe. l. 2. §. si quis a principe. ff. ne quid in lo. publico. cum concordan. per eum alleg. & merito D. Franc. de Aret. in d. c. quod clericis. in fi. commen. dubitauit in simi libus terminis de prædicta conclusione, quã feci, motus illo fundamento, quia si attenditur qualitas excludendi a successione, quæ inest tꝑe, quo defertur successio, vt traditur in l. si cognatis. ff. de reb. dub. quo tꝑe mulieres ecclesiasticæ habent qualitatem, ꝑꝑ quam non ligantur statuto laicorũ, ꝙñr
42 a successione excludi non debeant. † Qñ enim quæritur de iure concernente personam, attendi debet qualitas personæ cohꝫrens. c. porro. de pri. & c. 1. de iurepatron. in 6. Nec vr̃ verum, quod dicatur statutum afficere personam, antequã fiat ecclesiastica, & a successione excludere, cum talis exclusio fieri non possit, antequam hꝫreditas deferatur. Sicut nec potest prius hꝫreditas repudiari, l. qui superstitis. ff. de acqui. hꝫr. & † priuatio præsupponit habitum, l. decem. cum si. ff. de
44 verb. obl. Item ista exclusio fit propter alterius inclusionem, vt per Bar. in l. 2. §. videndum. ff. ad Tertullia. Et dicam infra in penult. art. princ. sed masculi, quorum contemplatione fꝫminæ excluduntur, non possunt dici incluſi, antequam successio sit delata, cum viuentis non sit hꝫreditas, d. l. qui superstitis. cum cõcordan. ibi signatis. nisi spe, & destinatione, quꝫ spes & destinatio non habent causam de præterito, secundum Bartol. in l. potest. ff. de acq hꝫr. † Nec priusquam hꝫreditas deferatur, de personæ conditione inspicitur. l. nõ oportet. ff. de leg. secundo. & l. interuenit. ff. de leg. prꝫstan. cõtratab. & propterea secundum Aret. prꝫdicta conclusio per me facta de iuris subtilitate non procederet. sed istis non obstantibus adhuc puto prædictam conclusionem tenendam, & esse pro ea magis communem opinionem, & maxime ex eo, quod dicitur de primogenito, qui ex statuto vel consuetudine in successione prꝫfertur, vt excludat secundogenitum, etiam clericum secundum magis communem opinionem, prout etiam dicit D. Franc. Are. vbi supra. & ad fundamenta. s̃. proxime in contrarium relata, respõderi potest ex his, quꝫ dixit Paul. de Castr. in cons. 339. in vers. sed generaliter. cuius dicta tacito authore refert & sequitur do. Laurent. in loco s̃. alleg. quod in loco, vbi est tale stat. censẽtur sublatũ & abolitum ius commune quod pariformiter masculis & fœminis defert successionem, ita quod ius succedendi quo ad tales personas. ex toto efficiatur municipale, l. ius ciuile. ff. de iust. & iure. Et consequenter non potest dici hꝫreditas fœminis deuolui, nisi de iure municipali, vt in l. 1. ff. vt ex leg. senatus
49 ue. consult. bonorum possessio detur. † Et sicut habens potestatem succedendi a iure communi limitatam, ingreditur
46 religionem cum illa potentia succedendi, † & satis sibi est, quod per ingressum non fiat deterioris conditionis, d. l. Deo nobis. & ar. in l. Caius. in fine. ff. de ma. & quod no in authen. ingressi. C. de sacrosc. eccl. de illo, qui habebat emphyteosim, vel vsumfructum, & in c. nuper. de donatio. inter virum, & vxo. Ita habens potestatem succedendi a iure municipali limitatam, ingredi debet religionem cum illa qualitate, ar. l. Satius. §. Cornelio. ff. de iure fisci. & l. peto §. prædium. ff. de leg. 2. alias sequeretur, si fieret lex imperialis faciens differentiam in modo succedendi inter masculos, & fœminas, prout facit statutum, ꝙ per illam non excluderentur nec ligarentur personæ, postea factæ ecclesiasticę quod est absurdum, se
47 cundum eos. Sed posset ad hoc responderi, ꝙ † ius ciuile non tollitur, nisi quo ad personas, in quas habent potestatem statuentes, cum eius sit tollere, cuius est condere. l. 4. ff. de re iu. sed quo ad clericos non possent statuentes aliquid præiudiciale condere. d. c. ecclesia Sanctæ Mariæ. & d. c. quæ in ecclesiarum. cum concor. supra alleg. Ergo quo ad eos ius cõe remanebit incorrectum, Nec obst. quod dicitur de lege imperiali, quia illa bene ligat clericos, nisi de eis expresse loquat. c. 1. de ope. no. nun. &. c. si in adiutorium. 10. distinct. & plene habetur in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. maxime per Modern. aliter concludentes in statuto, quam in lege imperiali. Vnde secundum Cald. in dispu incip. statuto ciuitatis. quem se-
288 raliter. cum si. C. de epi. & cle. †Viduæ. n. cēsentur esse in matrimonio defuncti in his, quæ sunt eis fauorabilia, nō in odio sis, vt hr̄ in locis prędictis, maxime per Bal. in d. l. voluntas. & Nellū. vbi. s̄. pro hoc etiam facit illa trita regula, ꝙ qualitas adiecta verbo regulari debeat ſm tps verbi. l. in delictis. §. extraneus. ff. de noxa. l. Titius. & ibi Bar. ff. de te. mi. & ꝑ eūd. Bar. in l. ex facto. in prin. ff. de vulga. & pup. & l. præcipimus. §. sane. C. de appel. & per Nellum in tractatu banni. in 21. q. secundę partis. 21. tpis cum si. & nulli est dubium, quin in terminis statuti prędicti verbum maritata, veniat ad determinandum verbum importans actum successionis, siue verbū non succedat, prout ēt di. s̄. in 16. & 17. quest. Nec obstat no. ꝑ doct. in l. si quis hæredem. C. de insti. & sub. & in l. in substitutione, maxime per Ang. Imo. & Alex. ff. de vulg. pupill. dum ibi concluditur sufficere constitutionem seu qualitatem semel extitisse, licet non duret, per illa, iura, cum concor. ibi allegatis. Quia rñdetur vt per Bar. in d. l. ex facto. ver. 3. casu. Itē ad. l. fi. C. de bo. ma. iunctis, his quæ dixit Pau. de Castro in d. l. sororem. patet responsio ex præctis, & secundum Alexan in d. l. sororem. illa decisio. Pau. de Castro non tenetur, & eā etiam impugnat dominus præceptor meus in l. fideicommissum. C. de fideicom. de qua materia solet tradi in l. rei iu. §. 1. ff. de re iud. per Ang. in tractatu malef. cū additio, ibi posita. & pro vberiore cōmento huius. q. possunt videri. quæ dixi

289 supra eo. in 11. quęstio. Vigesimoprimo quero, †an statutum excludens maritatam siue eam, quæ olim fuit maritata, pro ut facit statutum Astense, habeat locum in ea, quę maritum habuit, qui statim mortuus fuit, decisio huius q. pēdet ex no. in l. non tm̄. maxime per Bal. Ang. & Moder. C. de lega. dum

290 loquuntur de †statuto disponente, ꝙ uir lucretur partem dotis mortua vxore, ut procedat etiam si matrimonium momento tantum durauerit. Pro quo adducitur. l. 2. C. de posth. hære. insti. vbi sufficit posthumum præteritū vixisse momento, ad hoc vt rumpat testamentum, & quod notat Bal. in c. 1. §. cum etiam. in titu. episco. vel abba. in usi. feu. ubi dicit, qd̄

291 †si testator fecit substitutionem filio, si decesserit sine liberis & pater moriatur cum filio, qui momento tantum uixit extincta est substitutio, iuxta l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebellia. Ad idem adducitur, qd̄ dixit Bal. in §. in nouissimo. C. de cadn. tollen. ubi uult, quod filius infrans, qui post mortem patris non uixit, nisi per horam, ex potentia suitatis transmittat hę reditatem patris non agnitam. Facit etiam, quod dixit Bald. in l. fi. uer. unum tm̄. C. commu. utri. iudi. & quamuis ꝯ prædictam decisionem de lucro dotis do. præceptor meus uideat dubitare in d. l. non tantum. eo quia statutum deferens lucrū

do-

Source : BIU Cujas

dotis marito, uidetur moueri ratione oneris, quod ſupportat maritus. Tñ prædicta conſideratio in propoſito noſtro nõ attenditur, quia ratio excluſionis ſemper militat, ſiue mulier diu ſteterit in matrimonio, ſiue non, ex quo tollitur illa conſideratio quam faciebat Imo. in l. in ſubſtõne. in fi. commẽ. ff. de vulga. & pup. dicendo, ꝙ relictum factum alicui ſi nupta erit, forſam non debebitur, ſi contingat illam nubere. & ſtatim diuertere, quaſi matrimonium cenſeatur non contractum, argu. l. ſi ventri. §. eorũ. cũ ibi not. ff. de priui. credi. & l. qui ſic. ff. de ſol. & c. officij. de elec. cum ibi ẽt not. & quod notat Bal. in c. cum cauſa. de re iudi. & Ang. in l. voluntas. C. de fideic. ꝙ dominium momentaneum nõ ſit dominium, adeo vt prohibitus alienare extra familiã, poſſit alienare cum pacto, quod vni ex familia ſtatim reddat̃ ſeu alienetur per illũ, qñ ſufficit in dubio momentanea veritas, vt not. in d. l. ĩ ſubſtitutione. & ibi hoc notat. Imo. in 1. nota. & ad hoc poſſet ad
292 duci, ꝙ dicimus de† emphyteota & vaſallo alienãtibus rem emphyteoticam vel feudalem, vt cadant a iure ſuo non obſtante, quod ſtatim ſequuta alienatione rem ipſam redimãt. c. 1. quid iu. ſi poſt ali. feu. vaſ. illud recu. & quod notat Bart. in l. ſequitur. §. item Labeo. ff. de vſuca. & Alb. in l. fi. C. de iure emphyteo. cũ cõcor. ibi copioſe traditis, per dictum p̃ceptorem meum, & prędicta maxime procederent in terminis ſtatuti Aſten. quod excludit maritatã olim vel tpe delate ſucceſſionis. eoipſo quod maritata ſit, vel fuerit. & pro vberiore commento huius qõnis videri poſſunt, quæ dicam ĵ. in no no articulo principali, in quæſt fi. Vigeſimo ſecundo quæro,
293 † an ſtatutum excludens maritatam, habeat locum in habẽte maritum inutilem. circa quod vĩ dicendum idẽ in ea, qđ in vidua, cum æquiparentur in his, quæ ſunt ipſis fauorabilia, vt eſt glo. in l. fi. C. de plagi. per quam Bal. ibi dicit illam, q̃ hẽt maritum inutilem, puta damnatum ad perpetuum carcerem, vel in metallum, & nõ tñ illam, cuius maritus defunctus eſt, eſſe viduam, inferens ex hoc, quod priuilegia conceſſa viduis, militant in iſtis inutiliter nuptis. l. 1. C. qñ imper. in pu. & vi. & c. ſignificantibus. de offi. deleg. licet quantum ad fedus matrimonij non ſint viduę. l. patre furioſo. ff. de his, q̃ ſunt ſui vel alieni iur. & l. ſi cum dotẽ. §. ſinaũt in ſæuiſſimo. ff. ſol. mat. vbi traditur de furioſo, quem conſtat eſſe maritũ inutilem, & tũ matrimonium tpe ſanæ mentis p̃ctum cũ eo tenet, furore ſuperueniente non obſtante. & nemini eſt dubium. quin ſit fauorabile habenti maritum inutilem, vt nõ comprehendantur ſub ſtatuto prædicto. Breuibus puto dicẽdum, quod aut ſtatutum excludat maritatã, conſiderãdo nudum factũ, ſeu actum verbi, prout facit ſtatutum Aſtẽſe, qđ excludit maritatã eoipſo quod maritata ſit uel fuerit, & tũc res ſit clara vt etiam habens maritum inutilẽ excludat̃. Si vero ſimpliciter excludat maritatam, idem puto, ſiue in ea poſſit militare ratio ſtatuti, quam dixi ſ. eo. in 19. queſ ſiue non, ꝓpea quia ita demum qñ duo caſus a l. antiqua æquiparãtur, fit extenſio de vno æquiparatorum ad aliud, ſi reperiantur æquiparati in illa materia in omnibus & per oĩa, vt alias dixi poſt Ro. in conſi. 126. in verſ. 3. rñdetur. & Mareſi. in tra. exten. & dominum præceptorem meum in auth. quas actio. C. de ſac. ſan. eccl. & cum æquiparatio fiat in actu tñ fauorabili, dẽt ceſſare extenſio, maxime qa ſucceſſio põt eſſe oneroſa
294 & ſine emolumento. † Item in dubio non eſt a verbis ſtatuti & a propria eorũ ſignificatione recedendum. l. ſi ſeruus ſeruum. §. non dixit. ff. de acq. hęr. l. 1. §. ſi is, q̃ nauẽ de exer. cum uul. Nec enim talis põt dici vidua, ſecundum propriam ſignificationem, nec etiam ſm impropriam, licet viduæ quo ad quid æquiparentur. l. malũ. §. vidua. ff. de verb. ſign. & c. vidua 24. di. & quod tradit Pa. in c. ex tenore. in fi. de iudi. & notatur in l. 1. C. qñ impera. inter pupil. & vidu. & cõis vſus loquendi repugnat, vt talis iudicetur vidua, per nota. per Pan. in d. c. ex tenore. & aliud eſt eſſe talem, aliud haberi pro tali. gl. in l. mercis. la 2. ff. de ver. ſig. Bar. in l. ſi maritus. la 2. §. 1. ff. de adul. & in repetitione. l. ſi quis pro emptore. ff. de uſu. cum concordan. alias allegatis, maxime ſupra in 18. q. Vigeſimo
295 tertio quæro, de† ſtatuto excludente mulierem nuptã extra territorium ſeu iuriſdictionem ſtatuentium, ſeu diſponente quod mulier non nubat cum hęreditate extra territorium, prout eſt Mediolani & in ciuitate Lauden. an habeat locum in hæreditatibus iam delatis ſeu acquiſitis, dixi ſupra in 16. q. & ibi etiam an excludat a ſucceſſione data in dotem filiæ a patre puta materna, & an habeat locũ in bonis datis ſub alio titulo, quam hæreditatis in dotem. dixi ĵ. in 8. arti prin. in 24. q. in fine. Et an ubi mulier nupta extra iuriſdictionem ſuccedat in terminis ſtatuti Mediolani, filij eius excludantur dixi
296 etiam. in ſupra allegat. 16. quæſtion. Sed nunc quæro, † an habeat locum in muliere nupta extra territorium, quæ remanſit uidua. Videtur dicendum, quod non per ea, quæ dixi ſupra eo. in 20. queſtio. quoniam iſtud ſtatutum uidetur duo ſimul requirere, ſcilicet, ꝙ aliqua ſit maritata, & extra territorium, arg. l. Celſus. in fi. iũcta. l. ſeq. ff. de arbi & l. fulcinius. §. cum autem, iunctis ibi pulchre notatis per Barto. ff. ex qui. cau. in poſ. ea. Vnde alterũ nõ ſufficit. l. ſi hæredi plures. ff. de condi. inſti. & d. §. cũ autẽ. vnde quia in uidua deficit illa qualitas, quod ſit nupta, vt dixi in ſ. alleg. q. 20. non debet habere locum ſtatutum, quia cui non conueniunt verba, nõ etiam conuenit ſtatuti diſpoſitio. l. 4. § prætor ait. Et ibi Bar. Roma. & Alex. ff. de dam. infe. cum concor. ſæpe allegat. In contrarium facit quia ſtatutum vĩ effectualiter conſideraſſe. quod nuptæ extra territorium fiant de aliena iuriſdictione p̃ nuptias. l. fœminæ. ff. de ſena. l. fi. § pe. ff. ad muni. cum ſim. Licet non deſinant eſſe de agnatione & genere patris. l. 1. ff. ad muni. & l. 1. §. fi. ff. de iniu. Et illas potius excludiſſe, quia forent de aliena iuriſdictione, quę conſideratio, & qui effectus bene cadit in vidua alias extra territorium nupta. l. filij. §. vidua. ff. ad muni. & d. l. fœminæ. & l. fi. C. de bo. mater. vnde ſatis eſſe debet, ſi habemus effectum. l. ſi mater. cum ibi notat. C. de condit. inſti. Et quod late traditur in l. Gallus. §. & quid ſi tantum ff. de lib. & poſth. Nec intereſt ſtatuentium, an mulier effecta de aliena iuriſdictione ſit nupta vel nõ. argum. c. gaudemus. de diuor. & illud verbum nupta, cum ſit participiũ præteriti perfecti, verificarur etiã in vidua. l. 1 § hęc aũt verba. ff. quod
297 quiſque iur. Et† quotiens qualitas infert in cauſa finali, quæ nõ eſt cauſa eſſendi ſed fiendi, ſufficit illam ſemel exxtitiſſe, vt dixit Bal. in l. ſi quis hæredem. C. de condi. inſtitu. Prędicta intelligo, niſi talis mulier eſſet ad domicilium originis & ſtatuti reuerſa, prout etiam voluit Petrus de Anch. in repetitione c. canonum ſtatuta. in 12. in q. in uerſi. quæro iuxta prædicta. de conſtitu. & videantur quæ dixi in 6. artic. prin. 2. mem
298 bro. primæ quæſtionis in fi. Vigeſimoquarto quæro † an tale ſtatutum excludens fœminas nuptas extra territorium vel forenſes, trahatur ad filias primi gradus, Imola in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff de verb. oblig. tenuit quod non, motus. quia tale ſtatutum ſapit naturam exhæredationis, & filij ſeu filiæ primi gradus debent nominatim exhæredari. l. 1. & 2. ff. de lib. & poſthu. Et idem eſſet ꝓñr dicendum in neptibus, quarum pater prædeceſſiſſet. §. poſthumorum. Inſti. de exhære. li. & l. Gallus §. 1. ff. de lib. & poſthum. Et vidi relatum, ꝙ ita conſulit. d. Bene. capra. ꝙ filiabus primi gradus, facit. l. iubemus. cũ ibi no. per Bal. & Pau. de Caſt. C. ad Trebe. Sed contrarium credo verius attentis verbis ſtatuti, quę ſunt indefinita, & cõprehendunt etiam tales fœminas, a quibus in dubio non eſt recedendum. l. non aliter. ff. de leg. 3. Et etiam attenta ratione ſtatuti, quæ eſt generalis. l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de le
299 gat. 2. l regula. § qui ignorauit. ff. de iu. fac. igno. † Nec eſt bona argumentatio de excluſione ſtatuti ad exhæredationem, cum excluſio fiat ad publicam vtilitatem, & exheredatio ob culpam, vel delictum, ſm Bal. in l. maximum uitium. C. de li
300 be. præte. & alibi dico. Vigeſimoquinto quęro, de† ſtatuto excludente mulierem tranſeuntem ad ſecunda vota. Et primo an ſi excludat illam a ſucceſſione filiorum primi mariti, videatur pariter excludere filios primi mariti a ſucceſſione talis matris ad ſecunda vota tranſeuntis, deciſio huius queſtio
301 nis patet ex his, quæ dicam in articulo ſeq. in 3. q Sed an† tũc excluſa matre a ſucceſſione filiorum primi mariti videãtur excludi filij nati ex primo matrimonio a ſucceſſione filiorũ natorum ex ſecundo matrimonio, & contra, puto diſtinguẽdum, ꝙ aut ſtatutum inducit iſtam priuationem principaliter in pœnam ſecundo nubentium, quod in dubio præſumerem, ut patet fere per totum tit. C. de ſec. nup. & in l. his ſolis, & quod ibi dixit Bal. C. de reuo. do. & tunc filius natus ex ſecundo matrimonio, non prohibeatur ſuccedere filio nato
302 ex primo matrimonio, quia† culpa matris non debet obeſſe filio, ſm Bal. in l. ſed ſi hac. §. patronũ. el 1. in lectura antiqua, per illum tex. ff. de in ius voc. Multoq; magis idem erit dicẽdum in filio primi matrimonij, vt ſuccedat filio nato ex ſecundo matrimoio, cum in eo ceſſet ratio excluſionis, quæ in filio ex ſecundo matrimonio uidebatur procedere, aut uero ſtat. non inducit hoc in pœnam, ut facit ſtat. Aſt quod incipit, de teſtanda, prout dicam. ĵ. eo. 27. q. Et tunc quia uis deciſionis reſidere uĩ in hoc paſſu, an excluſa radice uideant̃ excludi deſcendentes ab illa. Remitto ad ea quæ dixi. ſ. in hoc eo. artic. 1. mem. 2. & 3. q. & in 2. me. in 1. q. in fi. & in 2. & in 3. q.
303 Sed an ſi mulier mortuo primo uiro tranſeat ad ſecunda uota intra biduum uel triduum, uel breue tps, & pariat filium in 7. 8. 9. uel 10. menſe, præſumetur filius primi mariti uel ſecundi. Iſta queſtio eſt multum dubia, & eam tangunt Bar. & doct. in l. Gallus, in prin. ff. de li. & poſthum. & Bal. in l. ſi a matre. C. de ſuis & leg. cum concor. ibi allegatis, ad quorum dicta habeatur recurſus. Vigeſimoſexto quæro, † an prędictum
304 ſtatutum excludens a ſucceſſione filiorum primi matiti mulierẽ in tranſeuntem ad ſecũda uota, habeat locum in uidua inhoneſte uiuente, uĩ dicendum, ꝙ ſic, quia pœnę iuris, impoſitæ ſecundo nubentibus, militant in viduis inhoneſte viuenti-

Source : BIU Cujas

uentibus, ſm Bar. Bal. & doc. in l. his ſolis. C. de reuo. do. per illum tex. Facit tex. in auth. eiſdem & ibi Alb. Bal. & doc. C. de ſecun. nup. Et iccirco ſm Spe. in ti. de tut. §. nunc dicendum ver item excipitur contra matrem, vidua inhoneſte uiuens, ita amittit tutelam filiorum, ſicut tranſiens ad ſecunda vota Sed hæc iura loquuntur de peccante inter annū luctus. Alias autem ſequeretur, ꝙ melioris conditionis eſſet vidua inhoneſte viuens, quam tranſiens ad ſecunda vota, quod eſſet abſurdum, quia melius eſt nubere, q̃ meretricari. Pro quo etiã facit, quod dixit Bar. in l. pe. C. de adul. & poſt eum Pa. de Ca.
305 in l. ſororem. C. de his quib. vt indi. Volentes, ꝙ †ſi ꝑ adulterium commiſſum in vita mariti mulier priuatur dote, ita ꝑ ſtuprum per uiduã cõmiſſum, quia duráte viduitate mariti offenditur. Vnde ſm Bal. in d. l. his ſolis per illum text. qñ ratio ſtatuti in vno caſu eſt eadem in alio, etiam in correctorijs fit extenſio, ſi extenſio dici poteſt. Sequitur Bal. in l. maximum vitium. C. de libér. præte. Et dixi late. ſ. in 3. artic. princ. Sequitur Alex. in l. pen. in prin. ff. de iuriſdi. om. iud. Cum igitur ſm Bal. in d. l. his ſolis, tranſire ad ſecunda vota, & plura matrimonia appetere, ſit quædam ſpecies impudicitiæ, prout etiam atteſtatur Valerius maximus in libro de conſtitutioni. anti. & talis offendat filios primi mariti, multo magis offendit uidua inhoneſte viuens, quæ multo magis laborat vitio impudicitiæ, & niſi ſic diceremus ſequeretur quod minor exceſſus grauius puniretur, q̃ maior, ⁊. l. qñ multa C. ad l. Iul. de vi. In ⁊rium facit, quia in pœnalib. non fit extenſio etiam ex identitate rõnis. l. fi. C. de inter. ma. & l. cum quidam. ff. de lib. & poſthum. Facit regula iuris, in pœnis. de regul. iur. in 6. & gl. in c. 1. in ver. Italiæ. de temp. ord. in 6. ꝑ qđ dicebat Alex. in d. l. ſororem, ꝙ mulier vidua non amittit dotes ſicut nupta ꝑ adulterium. Item in correctorijs etiam ex idẽtitate vel maioritate rõnis non fit extenſio, niſi rõ ſit expreſſa, vel vnica poſſit aſſignari, vt multotiens dixi, maxime in 3. arti. prin. notatur in l. illud, & in auth. quas actiones, vbi plene Modernі. C. de ſacroſ. eccl. per Ale. in l. ſi conſtante, ff. ſol. mat. cum concor. ibi tradi. Et ſi dicatur, ꝙ ſaltem debet
306 fieri extenſio ex vi illius †regulæ, quæ dictat, quod qñ duo caſus a lege antiqua æquiparantur, lex noua ſuperueniens in vno trahitur ad aliud, vt l. ſi quis ſeruo. C. de furtis & ſer. cor. iuncta. l. vt tñ. ff. eod. cum ibi not. Reſpondetur, quod ut dixi multotiens iſta extenſio non fit, vbi ius cõe corrigitur, niſi iſta ęquiparatio ſit vſis vel in indiuiduo in materia de qua agitur, ſed in propoſito non reperio talem æquiparationem in indiuiduo vel vſiter. Imo procedit dicta æquiparatio in his, quæ tantummodo ſunt talibus viduis in honeſte uiuentibus odioſa, vt dixit Bal. in d. l. his ſolis, & poſt eum Alex. in d. l. pen. Pro concluſione puto aduertendum ad verba ſtatuti, an, ſ. appareat de eius mente & rõne, quod cauſa impudicitiæ & libidinis refrenandę inducat, quod in dubio præſumerem, vt dixi in præceden. q. & tunc ſtatutum etiam ſibi uendicet locum in vidua inhoneſte viuẽte, ꝑ rationem expreſſam vel habitam pro expreſſa, vt dictum eſt. Alias puto ſtandum verbis ſtatuti per prædicta. vnde in ſtatuto Aſten. quod incip. deteſtanda, quia vt ex eius præfatione & uerbis appareret, nõ mouetur rõne libidinis, ut dicã in q. ſeq. dicẽdũ erit, ꝙ non habeat locum in vidua inhoneſte viuente, per prędicta.
307 Vigeſimoſeptimo quæro, †de intellectu ſtat. Aſt. quod inci. deteſtanda. poſiti ſub 16. collatione in vol. ſuorum ſtat. cuius verba in fine huius. q. ſubijciã in eo, ſ. dũ dicit, quod liceat mulieri viduæ de dote ſua, & bonis qbuslibet ad eã ſpectãtibus ẽt ex prioris viri legato agere, contrahere, ordinare, dare & tradere in dotẽ. Et alio quouis mõ ſecũdo vel ulteriori ui-
308 ro excluſis liberis primi uel ulterioris matrimonij, †an ex ſola dotis cõſtitutione uel traditione facta ſm ſtat. ſeu uſum & cõſuetudinẽ ciuitatis Aſt. uideantur filij primi uel ulterioris matrimonij excluſi a ſucceſſione materna & maternæ dotis maxime ⁊ſiderato alio ſtatuto Aſt. uolẽte ꝙ ſtat. dictæ ciuitatis debeãt intelligi, ꝓut ſcripta ſunt, & ut litera ſonat, ita ꝙ uel liberi ſecũdi mr̃imonij alios excludãt. uel ſi cõtingat mulierẽ in ultimo matrimonio mori ſine liberis habitis ex ipſo mr̃imonio, maritus lucretˇ dotẽ excluſis liberis alterius mr̃imonij, ſtante alio ſtat. Aſten. ꝙ ſoluto mr̃imonio ſine liberis maritus lucretur dotẽ Poteſt enim ſtatutũ in prędiciũ filiorũ primi matrimonij derogare diſpoſitioni. l. hac edictali. ut late ꝑ Socy. cõſi. 52 inci. ſuꝑ 2. uol. Et modernos in auth. præterea. C. uñ uir & uxor. & Deciũ late cõſi. 19. cũ cõcor. ꝑ eos allegatis, circa qđ reperio fuiſſe magnã cõtẽtionẽ inter Ray. de for. & d. Sig. de homo. qui dũ occurriſſet caſus in facto in hac ciuitate Aſt. cõſuluerũt diuerſimode, & uterq; cõſilio alterius replicauit & rñdit, adeo ut quodammodo ad cõtumelias prorũperẽt. Et d. Sig. in conſi. 37. incip. factum ſic propoponitur, dicit conſiderãdũ eſſe in dicto ſtat. incip. deteſtãda. primo & ante omnia principiũ, ex quo colligitur rõ dicti ſta. ordinata ad corrigẽdũ ius ciuile, qđ principiũ ſeu exordiũ, licet ipſe non dicat, ſumptũ reperio ex c. deteſtã. de ꝓceſ. ꝓb. 6. eo. ſ. quia circa pœnas impoſitas mulieribus tranſeuntibus ad ſecunda vota, & circa prouiſiones quæ fiebant a iure ciuili ſuper ſucceſſionibus & tutelis, & bonis præſeruandis filijs natis ex priore matrimonio, contingebat iurgia inſurgere. Et illis prouiſionibus homines abuti, & debito mõ non gaudere, adeo vt æquum fuerit viſum ſtatuentibus prouidere, prout in ipſo c. continetur. & eſt clarum in iure, ꝙ ex præfationibus colligitur mens & ratio ſtatuti vel diſpõnis l. fi. ff. de hære. inſti. Et ibi Bar. Bal & Imo. l. cum hi. in prin. & ibi Bart. ff. de tranſ. l. regula. §. ſi quis. & ibi etiam Barto. ff. de iur. & fa. igno. no. Bar. in l. ambitioſa. ff. de decre. ab ordi. fac. Et Bal. in 1. conſt. C. in prin cum ſi. Et ſic ſecundum leges, D. Signo. ratio dicti ſtatuti tendit ad corrigendum ciues, quæ eſt attendenda. l. adigere. §. quamuis. ff. de iurepa. l. nominis & rei. §. verbum. ff. de ver. ſigni. Ita vt intantum intelligatur ſtatutũ corrigere, quantum ſe protendebant prouiſiones a iure ciuili inductæ, cum eatenus extendatur correctio, quatenus protendit, ſeu extenditur extenſio, vt in auth. de fil. ante dot. inſtru. na. ſumendo ibi interpretationem, pro correctione, iuxta l. 1. in prin. ff. de ope. no. nun. & l. 3. §. ſi titio. ff. de adi. leg. & l. ſi vnus §. pactus. ff. de pac. no. Cyn. in auth. quas actiones. C. de ſac. ſan. ec Secundo dicit D. Signo. conſiderãdam eſſe primam partem diſpoſitionis ipſius ſtatuti, in qua tractatur de excluſione liberorum, quæ durat vſque ad verſiculum. eadẽ æquitatis ratione, per quam corriguntur leges ciuiles, quæ puniebant mulieres tranſeuntes ad ſecunda vota intra tempus luctus, vt in l. 1. & 2. C. de ſecun. nup. & quæ, muliere tranſeunte ad ſecunda vota poſt tempus luctus, præſeruabant ipſo iure filiis prioris mariti oĩa, quæ ipſa mulier ⁊ſequebatur ex legato vel aliqua diſpoſitione ipſius prioris mariti, vt in l. 3. 4. & 5. C. de ſecun. nup. & per quas leges ciuiles nõ licebat mulieri tranſeunti ad ſecunda vota in maritum dotis nomine, vel alio liberali titulo de bonis ſuis plus conferre, quam vni filiorum prioris matrimonij minus habenti contuliſſet, vel conferret. l. hac edictali. in prin. C. eo. tit. de ſec. nup. Vnde ſm D. Signo. cum ratio & præfatio ſtatuti tendat ad corrigendum leges ciuiles, quæ portionem filijs prioris mariti præſeruabant aduerſus ſecundum maritum d. l. hac edictali diſpoſitio ipſius ſtatuti intelligeˇ ipſas leges corrigere, adeo, vt ex ſola dotis ⁊ſtõne, ſeu traditione facta in ſecundum maritum, filij prioris mariti intelligantur ab eius ſucceſſione excluſi, ẽt ſi talis mulier aliter non diſponat, & ſecũdum eum hoc ſonat prædicta prima diſpoſitio ſtatuti dum in ea dr̃ ꝙ liceat mulieri ⁊here, & in dotem dare, vel alio quouis modo ſecundo vel vlteriori marito, &c. excluſis liberis primi vel vlterioris mariti ipſo facto, & ipſo iure, omni iuris & facti interpretatione ſubmota &c. Nam ſm eum, primus actus eſt ĩ poteſtate mulieris, quia in eius poteſtate confertur, dum dr̃, liceat mulieri de dote ſua, &c. l. non quicquid. ff. de iud. & l. ſæpe. ff. de offi. præſi. Secundus vero actus excludẽdi liberos nõ ponitur in poteſtate mulieris, imo hr̃ pro diſpoſito, miniſterio ſtatuti. Vnde fruſtra requiritur factum mulieris. l. de pupillo. §. ſi his. ff. de ope. no. nun. & l. quæ ſub cõditione §. fi. ff. de condit. inſtit. & hoc ſm eum colligitur ex illo participio, excluſis. iuncta l. ſi proponas. in fi. & l. ſi non mortis. §. fi. ff. de inoffi. teſta. Nam talia participia denotant rem ineſſe perfectam, vt patet in l. tutelas. in fi. ff. de ꝯapi. dimi. & in l. 2. §. exactis. ff. de origi. iur. Et denotant rem adeſſe ſeu adfuiſſe abſq; miniſterio hominis, vt notatur in l. ſi quis maior. cum glo. in verſ. priuatus. C. de tranſa. & l. 1. cum glo. in ver. afficerent. C. vt lit. pen. & quod not. in l. ſi quis miſſus. ff. ne vis fiat ei. & in l. is cui. §. miſſus. ff. vt in poſſ. legat. & in l. ſi mulier. §. ſi metu. in ver. admittitur. quod met. cau. Talia enim participia formantur a prẽterito ſui verbi, quod prẽteritum ſignificat rẽ in eſſe perfecto, non in fieri l. 1. §. hęc autem verba ff. quod qſ que iur. Et pro tanto ſimiliter talia participia, vt probaˇ in l. ſi quis id quod. in prin. ff. de iuriſd. omn. iudi. & in l. 1. §. 1. ff. de ope. no. nun. l. 2. ff de dã. infe. l. 1. §. hęc autem actio ff. de aqua plu. ar. & quod not. in l. 3. §. hęc verba. ſuper verbo, moritur. ff. de neg. geſt. & in l. ſi cum dies. in prin. ff. de arbi. & l. nulli. ſuper verbo, oritur. C. de epiſ. & cle. Vnde verbum excluſis, ſumit effectum ipſo iure & ſine alio facto mulieris ex eo ſolo, ꝙ dos eſt data. Et idem intelligi poteſt de promiſſione dotis ꝑ verbum, ⁊here, vel ordinare. Nec enim dicit ſtatutũ, poſſit ⁊here in dotem dare &c. excludendo filios primi mariti, ſeu per terminum excludendo, quia tunc excluſio ſeu actus excludendi bene penderet a facto mulieris. l. ſi cum duas. in prin. in verb. tradendo & §. ſi quis. & l. ſi in uẽditione. ff. commu. prę. & l. uim facit. ff. de ui & ui arma. & in rub. ff. de eden. iuncta l. 1. §. edere. eo. tit. & in rub. ff. de poſtul. iuncta l. 1. §. poſtulare eo. tit. & quod not. Iaco. But. Inſtit. de actio in prin. Et ibi etiam alii dum dr̃, quod ideo in rubrica dr̃ de actionib.
309 & non de agendo, quia gerũdium, agendo, ſignificat actum

in

Source : BIU Cujas

inſieri, non ſubſtãtiam, & effectum actus. De quo ẽt late hr̃ in d. rub. de edẽ. Sic ergo ex ſola dotis traditione uel promiſſione filij primi mariti excluduntur, ut in ipſis dotibus nõ ſuccedãt. Nec etiam ſuccedunt in alijs bonis de quibus mulier ꝺxerit vel diſpoſuerit. Pro quo etiam adducit. D. Signo. aut. matri & auiæ. C. qñ mulier tu. offic. fun. poteſt vbi probatur, quod qñ primus actus ſubijcitur poteſtati mulieris, & ſubſequitur verbum vel participium denotãs perfectionem, ſi poteſtas mulieris deducatur ad actum, intelligitur actus in eſſe perfecto. Tertio ſecundum D. Signo. ad corroborationem p̃ dictorum, facit ſecunda diſpoſitio dicti ſtatu. per quam mater excluditur a ſucceſſione filiorum primi mariti. Nam ſtatutum mouetur eadem ęquitatis ratione, vnde nulla debet eẽ diſparitas, inęqualitas, vel claudicatio l. ratas. C. de reſcin. ven. l. fi. C. de fru. & li. expen. l. 1. ff. de diuer. re. §. illud inſti. pro ſoc. & quod not. Iac. de Are. in l. 1. §. item nũtiatio. ff. de oper. no. nun. Et prædicta æquitas, de qua fit mentio, in ſtatuto prę dicto vr̃ ſumpta ex iure ciuili, qđ diſpoſuit ſicut matres, admittebãtur ad ſucceſſionem filiorum, ꝙ etiam filij deberẽt admitti ad earum ſucceſſionem. Inſti. ad ſenatuſcon. Orphi. in prin. vt eꝺ, ſicut filij excluduntur a matris ſucceſſione, pariter mater excludatur a filiorũ ſucceſſione, Tunc enim ſubeſt æquitas, & ſtatuti diſpoſitio in ęquitate fundatur l. ſi negotia ff. man l. altius ff. ſi ſer. ven. l. cũ in eo ff. de pac. & l. 1. ff. qđ quiſque iur. Et ita in ſimili econuerſo. l. diſponit. in l. meminimus. C. de legiti. hæredib. Vnde ſicut mater ſine aliquo facto filiorum primi mariti excluditur ab eorum ſucceſſione, ita eꝺ eſſe debet. Nec eſt nouum, quod ſequentia declarent p̃cedentia. l. quotiẽs. C. fa. er. & l. ea tñ adiectio. de le. 3. & l. legatũ. ff. de ſuppelle. leg. Et pariter nõ eſt nouũ, ꝙ vna particula declaret aliã. l. ſi ſeruus pluriũ. §. fi. ff. de leg. 1. l. hæredes palam. §. ſed ſi notam. ff. de teſta. cum corcord. ibi alleg. Et ſic p̃ textu capituli, deteſtanda. filij primi vel vlterioris matrimonij, ſecundum D. Signo. matribus, quę tranſeunt ad ſecunda vota, non ſuccedent. Nec obſtabunt vltimo marito, quominus lucretur dotem, ea ſine liberis ex eodẽ matrimonio decedente, ꝓp aliud ſtatutum Aſten. quod diſponit, vt præmoriente vxore in matrimonio ſine liberis, maritus lucretur dotem, quia licet ſm cõem opi. ſtatuta ſint intelligenda, prout litera iacet, vt notat Dy. in l. 1. ff. de ver. ſig. Et ipſe D. Sign. in repe. l. Ceſar. ff. de publi. Tñ recipiunt interpretationẽ declaratiuam l. vt gradatim. §. & ſi l. ff. de mu. & ho. Sed ſic eſt, qđ pactum inter virum & vxorem de lucrãda dote uel parte dotis per exiſtentiam liberorum, intelligitur de liberis ex eodẽ matrimonio. l. ſi inter. ff. de pact. do. Ergo idem debet eſſe in ſtatuto prædicto, vt non intelligatur de liberis ex alio matrimonio, maxime, quia valet arg. de pacto ad ſtatutum, vt notat gl. in rub. C. de decu. lib. 10. Præterea ſecundum eum ſtatutum dicit, ſi contingat vxorem præmori ſine liberis, & nõ dicit mulierẽ, vnde qualitas vxorationis eſt attendenda. Sed habito reſpectu ad primum & anterius matrimonium, talis mulier non dicitur vxor, ſed olim vxor. l. viro. cum gl. ff. ſol. ma. & l. diuortio. in prin. ff. de nego geſt. Facit qđ notant Bar. & alij. in l. eius. ff. ſi cer. pe. Et cum tpe deceſſus mulieris reperiatur vxor vltimi viri, filij anterioris matrimonij. non pñt dici filij vxoris l. 1. §. fi. & quod ibi not. per Dy. ff. de publi. Nec enim per reſpectum ad vxorationem priotis mariti poſſunt dici filij vxoris, cum ſit finita. l. virilis. §. fi. cum l. ſequen. ff. de leg. præſtan. l. item leg. §. parui. ff. de leg. 3. l. 2. ff. de auro & arlega. Nec per reſpectum ad ultimam vxorationẽ, quia ſunt ante nati, arg. notatorum. in l. imperalis. C. de nup. & in l. ſenator. C. de digni. li. 12. Licet ergo talis mulier ex alio matrimonio habeat liberos, non tñ eos hẽt, vt vxor, ſeu tanquam vxor, quod eſt in ꝓpoſito neceſſarium, quia qñ lex diſponit ſub nomine qualitatis, habet locum arg. de tanquam l. item eorum. in prin. ff. quod cuiuſ. vniuer. & l. 3. §. ſi quidem. ff. iudi. ſol. & l. nam & Titium. ff. de hære. inſti. Ita dicit D. Signor. in conſi. 68. ubi tenet hanc concluſionem. Item comprobat, quia ſtatutum ꝙ maritus admittatur ad lucrum dotis, eſt introductum in fauorem maritorum, vt probatur in l. ab hoſtibus. §. 1. ff. ſol. ma. & in l. in eum. cum l. ſe. ff. de reli. & ſum. fu. & in l. ſi conuenit. & in l. ex morte. & in auth. ibi poſita. C. de pac. conuen. Et† vbi tractatur de fauore irrogando ꝓp libero
310 rum exiſtentiam, intelligitur de qualitate perſonarum inter quas diſponitur, & de liberis ex eis ſuſceptis d. l. inter. & l. cũ vir. & l. ſi uir. cum l. ſeq. ff. de condi. & demon. unde ut fauor amplietur in caſu ſtatuti prædicti. l. cum quidam. ff. de lib. & poſth. & c. odia. de reg. iur. in 6. non intelligemus prædictum ſtatutnm de omnibus liberis, ſed de liberis tantum ex eodẽ matrimonio. Ergo uerum eſt dicere, ꝙ eis non obſtãtibus talis uxor dicatur ſine liceris deceſſiſſe. Et prędicta conclu. procedit ſecundum eum, eliam ſi mulier ſit ſtipulata ab ultimo uiro dotem ſibi & hæredibus ſuis reddi, ſm uſum & conſuetudinem ciuitatis Aſt. cum talia uerba perinde operentur, ac ſi uſus & conſuetudo ciuitatis. Aſten. eſſent in dicta ſtipulatione expreſſa l. iſta inſtitutio. & l, aſſe toto. ff. de hær. inſtit. & filij alterius matrimonij non poſſint eſſe hęredes, ut dictum eſt. Vnde cum in eis non uerificetur qualitas iſta. non proderit eis ſtipulatio. l. quæſitum. §. præſenti. ff. de le. 1. & l. ſi in diẽ in prin. ff. de conditioni. & demonſtrationi. Et ita reſidet do. Signoro. in conſiliis. ſup. allegatis. Contrarium conſuluit D. Ray. de forli. in conſil. 17. incip. quędam mulier. inſerto inter conſil. D. Signo. & in conſil. vlt. eod. volum. vbi vtrobiq; impugnat prædicta conſilia do. Signo. Et reſpondet ad eius fundamenta, ubi cõcludit, quod prætextu ſtatuti prædicti, deteſtanda. filii anterioris matrimonii non intelligantur excluſi a ſucceſſione matris, & bonis ſuis dotalibus ob ſolam dotis conſtitutionem uel traditionem factam vltimo marito, & cõſequenter, quod ultimus maritus non lucrabitur dotem, quamuis pręmortua ſit uxor ſine liberis ex ipſo matrimonio procreatis. Sed quod filii anterioris matrimonii maritum excludant, mouetur quia ſtatutum prędictum deteſtanda, in ſui exordio, non corrigit leges ciuiles, niſi quo ad potẽtiam, dando. ſ. mulieri facultatẽ excludendi liberos anterioris matrimonii. & idem facit, ſecundum eum in prima parte diſpoſitionis ipſius ſtatuti, in qua tractat de poteſtate mulieris, qa dat mulieri poteſtatem excludendi per contractum uel aliter, non autem uult ipſos liberos intelligi excluſos, niſi præcedat diſpoſitio mulieris excluſiua. Sed ſic eſt, quod ſola promiſſio dotis, uel traditio, non eſt de ſui natura excluſiua liberorum, vt patet in d. l hac edictali. & ibi Bald. Ergo niſi accedat alia mulieris diſpoſitio, filij ſuccedent, Nec licet arguere de potentia ad actum ſecundum eum, cum aliud ſit eſſe in actu, aliud in potentia l. Labeo. ff. de ſtatu liberorum. l. Titia. §. fi. & quod ibi traditur, de dictione, niſi. ff. de ma. teſta. l. 1. in prin. cum ibi notatis. ff. de aqua plu. arcen. Et quod notatur ẽt de dictione niſi, in l actione. C. de tranſ. An & qñ ponat actũ, & qñ potentiam. vnde extenſio talis ſtatuti correctorij legũ ciuilium, intelligitur eſſe intra terminos potentiæ, hoc eſt, vt poſſit mulier, ſi velit tales filios excludere, & iſta concluſio, cum ſit conſecutiua primæ potentię, ſecũdum illam debet intelligi. & non effectualiter, ſeu ipſo iure l. hęres meus. §. duæ ſtatuæ. & l. quęſitum. §. illud. ff. de leg. 3. & l. ſi ego. §. idẽ ait. ff. de præuari. & l. adeo. §. cum quis ff. de acq. re. do & l. qcquid. & l. in rem. §. ſi quis rei. eod. ti. Hoc etiam ꝓbat alio fundamento, quia extrema per ſuam cauſam debent vniformiter determinari. l. ſi legatarius. §. fi ff. de leg. 2. l. Lucius. & l. iã hoc iure. ff. de uul. & pupil. l. hęreditatem. & l. quamuis. C. de impu. & ali. ſubſti. Sed in predicto ſtatuto, vt ſ. declarato, ille ablatiuus abſolutus, excluſis liberis, reſoluitur in conditionem. l. cuictis. ff. de vſur. l. Thais. §. libertatem. & §. hæredib. & §. fi. ff. de fideic. liber. l. a teſtatore. ff. de condi. & demon. Et conſequenter nihil ponit in eſſe, nec diſponit, quoniam ea q̃ ſunt in conditione, non ſunt in diſpoſitione. l. ſi quis ſub cõditione dandorum decem. ff. ſi quis obmiſ. cau. teſt. Vnde neceſſario ſequitur, ꝙ iſta excluſio pendeat a facultate & poteſtate mulieris, & in hoc ſtatutum corrigit diſpoſitionem l. hac edictali. quæ non permittebat ſimpliciter dari in dotem ſecundo viro, & liberos primi uel anterioris mariti excludi. Ad idem adducit, quia ſtatutum actum dotis dãdę, & excludendi liberos inſeparabiliter coniungit. Vnde ex quo actus dotis dandę eſt poſitus in poteſtate mulieris, pariter eſſe dẽt
311 poſitus alius actus excluſionis, connexus, quia† cõnexa & inſeparabilia debent pro uno haberi. l. eum actum. & l. at q natura. §. ſecuta. ff. de neg. geſt. & l. ſi finita. §. ex hoc edicto. ff. de dam. inefec. Item deber vniforme in prædicto ſtatuto ſecundum matris potentiam limitari, ne vna res duplici iure cenſeatur, contra. l. eum, qui ædes. ff. de vſucap. & no. in l. in quartam. ff. ad leg. Fel. Vnde ſecundum D. Ray. concludẽdum eſt ꝙ filij anterioris matrimonii, qui expreſſe a matre non reperiuntur excluſi, ſuccedãt, non obſtante dote tradita ſecundo marito. Nam poſtquam mater eos non excluſit, hoc in mente non geſſit l. 1. §. ſinautem ad deficientis. C. de cadu. tollen. l. ex his. ff. de excu. tu. Nec obſt. ſecundum eum, ſi dicatur, ꝙ intelligendo, vt excluſio liberorum ſit conditionalis, neceſſarium ſit, ꝙ mulier prius excludatur, quam dotẽ det, eo qa veritas conditionis debet præcedere conditionatum. l. cedere diem. ff. de verbo, ſignifi. l. eas cauſas. & l. qui heredi. §. fi. & l. a teſtatore. ff. ce cond. & demon. Quia reſpondetur ſecundum eum hoc non eſſe verum, & quod ſufficiat mulieri qñcunque tales filios excludere, cum ſpectandũ ſit tempus binubij & ſecundarum nuptiarum. §. quia uero attentis. in authen. de nup. Item, cum no ſit limitatum tempus excluſionis nos determinare non debemus l. falſo. C. de diuer. reſcrip. l. ſirem, quam. §. 1. cum ibi nota. ff. de euic. Ad iura allegata per D. Signo. ſigillatim reſpõdet D. Ray. & in ſumma dicit. ꝙ in aliquibus eorum lex diſponit ipſo iure ſuper actu & effectu. Non ſic in ſtatuto prædicto, & in aliquibus eorum verba de-

nota-

Source : BIU Cujas

notabant actum perfectum, & secus est in proposito, secundum eum, & in aliquibus eorum materia subiecta, & ratio absurditatis euitandæ exigebant, vt dispositum intelligeret etiam super actu non tantum super potentia. Et secus esse dicit in proposito. Nec etiam obstat secundum D. Ray. 3. dispositio seu pars statuti in qua tractatur de exclusione matris, dū dicitur, ꝙ similis & vniformis debet esse ratio & modus excludendi, adeo vt sicut mater excluditur ipso iure a successione filiorum anterioris matrimonij, idem debeat esse ecōtra, quia respondetur, secundum eum, ꝙ statutum in matre expresse prouidit, vt ipso iure excludatur, ibi, penitus denudato. ex quo infertur, ꝙ si idem voluissent statuentes, in successione matris, pariter prouidissent, & ex quo non prouiderunt, sit secus dicēdum d. l. 1. §. sinautem ex his. C. de cadu. tol. & d. l. ex his. ff. de excu. tu. Nec ob. prę allegata paritas rationis cum hæreditas matris sit magis debita filijs quam econtra. l. rescripto. in fi. ff. vnde libe. l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. testa. Ex qua disparitatis ratione dicit Ray. respōsum esse ad alia ar. D. Sign. facta ex dicta 3. parte statuti. Item, ad statutū disponens vxore præmoriente sine liberis maritum lucrari dotem, respondet D. Ray. ꝙ non dicitur sine liberis decedere, quæ ex alio matrimonio liberos habet, quia dispositio in defectum liberorum cessat in casu ipsorum extantium. l. si inter. & l. inter ff. de pac. dot. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. l. filiusfa. §. cū quis. ff. de leg. 1. l. 1 C. de condi. inser. & l. non est sine liberis. ff. de verb. sig. & l. seq. Et impossibile est talē dici sine liberis decessisse iuribus prædictis, & l. fœminę. & l. gñaliter. & l. cū aliis. & l. hac edictali. & ꝑ totū titulū. C. de secun. nu. Et ꝙ tale statutum debeat intelligi de liberis ex quo cunq; matrimonio procreatis, suadet natura indefinitæ, quę æquipollet vniuersali. l. si. pluribus. ff. de le. 2. l. 1. §. cum vrbē. ff. de offi. pfec. vrb. l. si necessario. §. sed omnia. ff. de pigno. act.
312 l. hoc lega. & l. si plures. ff. de leg. 3. Et sit dicatur, ꝙ arg. de hac indefinita procedit, vbi subest eadem ratio omnium particularium comprehensorū sub indefinita, per nota. per Dyn. in ru. de re. iur. in 6. Et ꝙ alia debet esse ratio in filiis prioris matrimonii, alia in aliis, quia filii vltimi mariti illū excluderēt. Respondet D. Ray. ꝙ ista obiectio facit, ꝙ filii anterioris matrimonii, qui cum fuerint iniuriā passi ꝑ aliud mātimonium, multomagis debent maritū vltimū excludere d. l. cū aliis. & l. fęminę. & l. generaliter. & l. si quis prioris C. de secū. nup. Et hæc maioritas comprobatur, quia filii eiusdem mātimonii licet excluderent directo, & per prius vltimum maritū a proprietate, non tn excluderent ab vsufructu bonorū materno rum, & sic pater per indirectum, & per posterius admitteret ad partem, nec in totum excluderetur. l. 1. & per totū. C. de bo. ma. & l. 1. 2. & 3. ac. l. cū oportet. & fi. C. de bo. quæ lib. Sed filij alterius matrimonij excluderent etiā ab vsufructu. vn quia horū exclusio est perfectior, maior in ea ratio est habēda, ar. l. quæritur. & l. in seruitutem. ff. de bon. lib. & l. Iulia. & l. fi. §. fi. C. de vsufr. Certum est aūt, vt ēt vult Philo. quod vbi aliquid dr̄ de duob. de vno per prius, & de alio per posterius, simpliciter prolatum debet intelligi de eo, quod est ꝑ prius. l. legatis. ff. de leg. 2. l. hoc legatum. ff. de leg. 3. l. quintus. ff. de au. & arg. leg. l. 2. § qui in perpetuum. ff. si ager vect. pe. l. minor. §. si seruus. ff. de euict. & quod no. in l. si mater. §. eadem.
313 in fi. ff. de excep. rei iudi. Item, † vbi agitur de duob. & vnius magis interest, quam alterius, plus iuris habens debet præferri. l. in bello. §. si quis seruum. ff. de cap. & postli. re. cum si. Sed magis interest filiorum alterius matrimonij excludere vitricum, quia eius successionem non sperant l. vitrico. C. commu. de succes. quam primum filiorum vltimi mariti, q eius successionem sperant. l. nam & si parentib. ff. de inoffic. test. l. cum ratio. ff. de bo. dam. l. scripto. ff. unde libe. Isti ergo filij alterius matrimonij maiori ratione fouentur, & idcirco fortius eum excludent. l. fi. C. de edi. diui Adria. tol. Ad idem adducit, quia negatiua generalis plura includit, quam affirmatiua, vt patet in dicto affirmatiue promisso, quod de primo debet intelligi. l. boues. §. hoc sermone. ff. de ver. sig. l. hęc conditio. la prima. ff. de cond. & demon. Dictum vero negatiuum omnia iura cuiuscunque temporis comprehendit. l. hoc genus. cum ibi notatis. ff. de cond. & dem. unde stat. loquens de liberis non extantibus, negatiue, debet intelligi de omnibus, & ex quouis matrimonio procreatis. & alia fundamenta adducit ad hoc Do. Ray. quæ omitto, quia parum vn̄ stringere. nec ob. fm D. Ray. illa consideratio, ꝙ cum hoc statutum loquatur de vxore præmoriente, debet uerificari in liberis ex ea, quę est vxor, non quæ fuit, & ex his liberis, qui de pn̄ti hn̄t eam qualitatem, quia secundum eum in dicto stat. fit mentio de vxore respectu mariti, quod patet, quia hęc determinatio, quod vxor nominetur respectu mariti est necessaria, cum non possit esse vxor sine marito, in auth. de nup. in prin. & Inst. de pa. po. l. j. ff. de ri. nu & l. 1. & 2. ff. re. amo. & l. aduersus. C. de cri. expil. hęr. Alia vero determinatio respectu liberorum est contingens, quia pōt esse uxor & non habere liberos. l. si pater. & l. inter. in prin. & per totam. l. ff. de pac. dot. l. 1. & l. ēt. & l. si dotali. ff. so. ma. Ergo prima determinatio fieri debet. non secunda. argu. l. neq; natales & l. non epistolis & l. non nudis. C. de proba. Cum enim prima determinatio sit certa. & secūda dubia & incerta, debemus certam amplecti. l. cogi. §. si sermo. l. qui ea in prin. ff. ad Trebel. Et ex hoc, dicit D. Signoro. maxime dum allegabat. l. imperialis. & not. per Dynum. l. 1. §. familiæ. ff. de publica. quia hic dispositio de vxore ponitur respectu mariti. Et si diceremus fm dominū Ray. quod maritus lucretur dotem in prę iudicium filiorū, alterius matrimonij, sequeretur, qđ mulier nō posset illis relinquere, nec de ea disponere, contra. l. 1. C. de sacrof. eccl. & l. si duobus. §. idem respondit. ff. pro soci. & l. ex facto in prin. ff. de uulg. & pup. Ad idem adducit aliud statutum Ast. disponens statuta debere intelligi prout litera sonat. nam litera sonat de filiis cuisuis matrimonii, dum non distinguit de quibus facit. l. quod constitutum. ff. de testa. milita. l. constitutionibus. ff. ad muni. l. non dubium. C. de legi. l. 1. §. si is, qui nauē ff. de exerci. Alia fundamenta & alias responsiones ranquā, non necessaria omitto. & si quis vellet videre responsiones & replicationes per dominum Signorolum, & dominū Raynal. hincinde factas, quas lōgum & superfluum puto referre discurrat inter consilia domini Signoro. consi. 68. & 69. & fi. & opinionem domi. Signo. firmabat quidam solennis doct. Pergamen. vt dicit domi. Ray. in d. consilio fi. sed pro opinione domini Rayn. reperio fuisse consultum in terminis statuti prædicti per Paul. de Cast. in consilio. 237. incipi. suprascriptus dominus consultor. in uolum. antiquorum consiliorū, secundum primam impressionem alias, est in cōsilio. 388. in uolumi. nouorum consiliorum, secundum ultimam impressionem, vbi concludit quod statutum prædictum, detestanda. nō excludit filios anterioris matrimonii, etiam si extent filii ultimi matrimonii ex sola dotis traditione facta ultimo marito, nisi mulier eos per aliam dispositionem excludat. Et quod extantibus liberis anterioris matrimonii cesset dispositio statuti prædicti de dote lucranda, mouetur ex fundamētis supra allegatis. Quia statutum, detestāda. uult filios excludi eo casu, quo mulier de bonis suis in præiudiciū filiorum, primi matrimonii disponat, quo casu statutum uult talem dispositionem valere derogando. l. fœminę. cum pluribus aliis iuribus supra allegatis C. de secundis nup. Nec obstat se-
314 cundum eum † statutum de lucro dotis vxore prędecedente sine liberis, quia non dicitur sine liberis decessisse extantib. liberis ex anteriore matrimonio, per iura sup. ad hoc allegata. l. iubemus. C. ad Trebell. Et pro hac sententia faciūt multa quæ dixit D. Franc. curtius senior in simili statuto Papiensi consilio. 78. incipien. domina Franciſca. dum dixit quod sola facultas dandi dotem secundo uiro non tollit successionem uel lucrum filiis prioris matrimonii, & in fine subdit ꝙ minus præiudicaret in dote præsumpta secundo nubendo, non facta mentione dotis. Subdit Paulus de Castro consilio præallegato quod si extant liberi ex secundo matrimonio, non præterea ab eis excludentur liberi ex primo, quia, non obstat statutū, detestāda. vbi mulier alias non disponit. nec etiam statutum de lucro dotis dum dicit, sine liberis, quia illi liberi positi in conditione negatiua, non intelliguntur vocati secundum communem opinionem traditā in l. Lucius la. 2. ff. de hęredibus instituendis. & per Bal. in l. cum acutiss. C. de fideicommiss. & Ioann. Andreas in additio. Speculatoris in titu. de test. §. in primis. in addition. quæ incipit. in hac quęstione accedit. Et est casus fm eum in l. ex facto in primo casu. ff. ad Trebellia. Nec obstat secundum eum quod notat Bar. in l. 2. §. uidendum. ff. ad Tertullia. Vbi uult agnatos positos in conditione intelligi vocatos, quia ibi ponebantur in conditione affirmatiua, & nisi uocati intelligerentur, frustratoria posset reddi dispositio, cum possent adesse cognati proximiores agnatis positis in conditione, qui eos excluderēt, vt ibi per eum. Pro solutione ꝯcludendum puto, quod tenēda sit opinio domini Ray. & Paul. de Ca per eorum fundamenta, quam sententiam probo noua consideratione. quæ vr̄ necessaria, & omnino applaudere verbis & menti statuentium
315 † Intendit enim statutum, quod incipit, detestanda. in prima dispositione prouidere circa personam mulieris, ut ei liceat quod alias non licebat. Item prouidere maritis vltimis & filijs ex secundo matrimonio natis, dum dicit ꝯ secundū uel vlteriorem uirum liberos eius &c. Item remouere obstaculum liberorum ex anteriore matrimonio, vt patet ad literā. Sed sic est, quod bene licet de iure cōi mulieri dare in dotē secundo uiro uel ulteriori simpliciter & sine alio pacto, vt no. in d. l. hac edictali. in principio, quę dum prohibet dari in dotem in prę iudicium filiorum primi matrimonii, declaratur, quando tradit cum pacto de lucrando & acquirendo marito, vt per Doctores maxime Bald. ibi in uersi. ibi nec dotis,

Source : BIU Cujas

poſt Audream de Piſo. & Cy. qui ita conſuluerunt.alias autē,poteſt.l.ſi liberis. C. de donation. ante nuptias. Nec enim per dotis conſtitutionē ſeu nudam ac ſimplicē traditionē ac quiriī ius marito, niſi durante matrimonio.l. dos a patre. C. ſoluto mr̄imonio.&.l. 1.§.accedat.& p̄ totū. C.de rei vxoriæ actio.cū ſimilibns.Vnde poſito,quod excluderentur filij primi matrimonij, non tñ foret conſultū marito ex tenore dicti ſtatuti,deteſtanda,vt illa cōcluſio ſibi prodeſſet,ſi mulier habeat agnatos vel cognatos ſeu parentes, qui marito p̄ferūtur, cum maritus ſit vltimus ſucceſſor,vt in.l.prima.C.vn de vir & vxor.Et tunc ceſſarent verba & mens ſtatuti, qđ nō intēdit ſimpliciter tales liberos anterioris matrimonij exclu dere.Sed ita demū, vt marito p̄deſſe poſſit excluſio, ſcilicet ſi diſpoſitio mulieris rendat ad acquirendū marito. Inſuper præfatio & verba ſtatuti tendūt ad corrigendū ius commune,vt fuit late probatum.Sed ipſum ſtatutum,dum loquitur de dote lucranda,non poteſt corrigere legē, hac edictali.niſi p̄ſupponamns adeſſe cum dotis traditione pactum de lucranda dote, vel ſubſequaī alia diſpoſitio mulieris tendens
35 Secundo membro principali, †quando filia eſt prætérita, nō inſtitutis agnatis, ſeu his, quorum contemplatione excluditur, ſed alijs perſonis inſurgit maius dubium, & multum difficile. In quo paſſu ſecundum Ange. in. d.l. Gallus. §. & quid ſi tantum. eſt dicendum, quod fęmina admittatur ad rumpendum teſtamentum. Et licet eo rupto & reducta hæreditate ad ſucceſſionem inteſtati, nō admittatur propter ſuperexiſtentiam agnatorum, qui ex forma ſtatuti ei preferuntur tamen intereſt ipſius filię habere ipſum ius rumpendi uenale, ut in ſimili patet in l. filium.§.erit. de bonorum poſſeſſione contrata. Et ſic uidetur præſupponere Angel. quod teſtamentum ſit validum, quia ꝙ nullum eſt amplius rumpi non poteſt.l.nam & ſi ſub cōditione ff.de iniuſt.rupt.& irri.teſtam. Item præſupponit quod nullatenus filia ad ſucceſſionem admittatur, ſed quod ſibi tātum proſit in gratificando cui velit, & in habendo beneficium venale. Adeo ꝙ ſit in ſua facultate impugnare uel non impugnare teſtm̃. Quam conſiderationem ante Ang.fecit Bal.in d.§.& quid ſi tātum licet loquatur, quādo erant inſtituti venientes ab inteſtato, quo caſu poſſet talis conſideratio fieri, ſi vni foret plus, quā alteri relictum, Imo.autem in d.§.& quid ſi tātum reprehēdit Ange.in deciſione, & ratione decidendi, quamuis Alex. & alij uideantur eos aliter intelligere. Et mouetur, quia in d.§.erit.ille.qui habebat beneficium uenale, erat hæres inſtitutus, & certum eſt, ꝙ ipſum beneficium illi cōpetebat, cū indubitanter eſſet in facultate ſua adire, uel non adire, & eo modo uel facere locū cauſæ teſtati uni, & uni prodeſſe, uel cauſę inteſtati, & alteri prodeſſe. Sed in caſu noſtro non eſt certum filiæ tale beneficium competere, cum non ſit determinatum, imo dubiū in iure, an poſsit admiti ad impugnandum teſtamentum, quæ facultas impugnandi cauſat beneficium uenale. Et ipſammet deciſio. Ang.reprehendit Pau.de Ca.in conſ.347.incip.ſuper primo puncto quęritur. in volu. antiquorum conſiliorum, ſecundum primam impreſsionē
36 per rationem ſupradictam. Et quia† ualiditas uel inualiditas teſtamenti non poteſt eſſe in pendenti, ſed uel ſtatim teſtamentum eſt nullum, uel ſtatim ualidum l.fi.in fi. ff. comm. prædio. unde ſecundum Io.de Imo.in loco præallegato, dicendum eſt, quod filia non poteſt impugnare teſtamentum per ius dicendi nullum, cum ei nulla legitima debeatur, & ab inteſtato non ſucceda t, per iura in præcedenti membro ad hoc allegata. ſed bene poſsit uenire per bo.poſ. contrata. maxime ſi filia ſit emancipata, & prætérita cum cauſa, quia per bono.poſſeſ.contratab, res non reducitur ad cauſam inteſtati ſimpliciter l.ſi exduobus.ff.de bono.poſ.contratabu. & d.l.ut l.liberis.C.de colla.& §.ſunt autem.inſtit. de bono. poſ.propter quod mens & ratio ſtatuti, quod ab inteſt.loquitur non repugnant. Eſt enim dictum remedium aduocatorium, non autem ſimpliciter aparitiuum cauſæ inteſtati, ut dixit Imo.in d.l.filius, qui in poteſtate.ff.de libe.& poſthu. Et voluit ſentire Glo.ſecundum eum in d.l.ſi pater filium. ff.de inoffic.teſta.propter quam rationem idem eſt dicendum ſecundum eū & ſi filia emancipata fuerit prętérita ſine cauſa, vel ſi fuerit in poteſtate. Et ſic ꝯcludit Imo. ꝙ filia ſiue emācipata, ſiue prætérita in terminis ſtatuti prædicti, non poſſit dicere teſtamentum nullum, ſed per bono.poſ.contratabu. quæ ex teſtamento defertur ad ſucceſſionē admittatur, non autem habeat beneficiū venale. Pro quo adducit, quia mēs & ratio ſtatuti etiam non repugnant, quia ſtatutum excludit filiam fauore agnatorum, qui in caſu iſto non ſuccede-
37 rent, quia† pater non habet iure proprio, quod poſſit filiam prætérire, ſed fauore agnatorum. Vnde ceſſante ipſo fauore non debet poſſe impune prætérire. l.filio.§. mater. ff.de adi. leg.l.Titia.§. vſuras.ff.de leg.2. Et licet non interſit filiæ dicere teſtm̃ nullū, quia eo modo reduceretur res ad cauſam inteſtati, & tunc agnati ſuccederent. Et non ipſa, tamen intereſt ſua contratabulare, vt ſic ipſa ſuccedat, non ab inteſt. Nec ob.ſecundum Imo.ſi dicatur, ꝙ is, cui legitima non debetur, non admittatur ad rumpendum per prædicta, ꝙa hoc procederet ī eo, cui nullo iure legitima debetur, ſcilicet nec de iure ſpeciali, nec de iure cōi. Secus autem in eo, cui de iure communi legitima debetur, vt in propoſito, ſecundum eum. Et hanc opinio. Imo. ſequitur Roma.in d.l.ut liberis.& Aret.in d.§.& quid ſi tantum. necnon & modernus Senen. dicens ſecundum illam fuiſſe conſultum per d.Maria genitorem ſuum.& per alios aduocatos Senen.& per aduocatos Florentinos, maxime d.Saluſtium.& d. Benedictū de Acoltis.& hæc opin.eſt multum æqua, ſecundum Ale.& Modernos Senen.in d.§.& quid ſi tantum. Pro qua opi.adducit modernus Senen.in d.§.& quid ſi tantum. quoddam conſilium Nelli de S.Gemi.vbi uoluit, ꝙ ille gxcludatur a iure contratabulandi, qui generaliter, & omni iure excluditur a ſucceſſione inteſtati, non autem, qui certo modo a ſucceſſione ex forma ſtatuti excluditur, prout filia, quę excluditur propter agnatos, ar.l.ſi filius.ff.de bo.lib & l.1.§.quibus.ff. de ſucceſ. edi. Pro quo facit, ꝙ dicam j̃.in 12.artic.prin.in 7.q. Vbi tan-
38 go, †an filia excluſa per ſtatutum fauore agnatorum, intelligatur excluſa, ſi non ſuccedant agnati. quia paria ſunt, non extare, & extare, & non ſuccedere d.l.1.§.filium.ff.de cōtratabu.l.ſi necem.§.ſi deportatus.& l.ſi ex modica.§.ſi filius.ff. de bo.libe.§.ſed noſtra.inſtitu.de ſuc.lib. Et hoc maxime verum eſt, ſi dicamus talem filiam æquiparari exheredatę, vt notaui ſupra eod.in 3.q. Cum exhæredati habeantur ꝓ mortuis l.1.§.emancipatus.de conium.cū emanci.libe. Vbi idem dicitur in aliter excluſis, & ibi dicitur in §. ſi pater. ꝙ nepos ex filio exheredato admittitur, ac ſi pater nunquam fuiſſet. Plus voluerūt aliqui moderniores in d.§.& quid ſi tantum. poſſe attentari, cōſideratis rationibus prædictis, maxime ex ratione & mente ſtatuti, quod talis filia prætérita nō ſolum poſſit venire ad ſucceſsionem per bono.poſſeſ.contratabu
39 Verum etiam per ius dicendi nullum, quia† teſtator prouidendo aliter, quam diſponat ſtatutum, facit vt a prouiſione ſtatuti intelligatur receſſum, ita ꝙ ſucceſsio ſecundum ius com-

Source : BIU Cujas

commune deferatur, cum prouiſio hominis tollat prouiſio nē legis. l. ſi. C. de pac. conuen. l. ſi cū dotē. in prin. & ibi doc. ff. ſo ma. Quo caſu filia ab inteſtato ſuccedet, non obſtante ſtatuto, quia talis receſſurus durat, quamuis prouiſio hominis effectum non habeat, vt videmus in ſimili, q̄ per dationem ſubſtituti vel cohæredis extranei, tollitur ſuitas. quamuis talis datio vel ſubſtitutio effectum non ſortiatur. l. ſed ſi plures. §. fil. æ. Et ibi moderni. ff de uul. & pupil. & l. ſi mater. §. 1. & quod notat Alex in l. ſi quis filium. eo tit. iunctis, quæ late habentur in l. apud Iulianū. §. idem Iulianus. ff. ad Treb. Et pro iſta opinione multa adducit Do. Soci. in dicto conſil. 150 quam ibi dicere videtur cōem 1 vol Et hanc opin. vī ſe qui Do. Lauren. in repe d. § ceterum. cum tribus ſeq̄ inſti. de legi. agna. ſuc. allegando ad hoc Bal. in conſi. incipiē. ſtatuto ciuitatis Periſij cauetur, q̄ mulier. & Panor. in d. conſ. incip. idem in effectu arbitror. & do. Salu. in præalleg. conſil. incip. præſens conſultatio. eo fundamento, quia teſtator agendo contra mentem ſtatuti, uidetur ab eius diſpoſitione receſ-
40 ſiſſe. Nam † vbi conceditur aliquid contra ius ex aliqua cā, durat illud conceſſum ad limites cauſæ, qua ceſſante ceſſat conceſſio. c. Deus, qui. de vi. & hone. cle. l. generali. C. de epiſ. & cle. & l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2. Et hoc probat D. Lauren. per alias generalitates. Item ſm do. Salu. ſi filia rū pat teſtm̄, quamuis ſibi principaliter non aperiat viam ſm opi. aliquorum. Sed agnato, cuius contemplatione excludit tn̄ hoc poterit ſibi prodeſſe, ſi agnatus non adeat hæreditatē & prędicta opi. Imol. & ſequacium ampliatur ex dictis per Pau. de Caſt in d. conſ. 347. in vol. antiquotum conſiliorum, ſecundum primam impreſſionem, vt procedat, etiā ſi agnatis, quorum contemplatione filia excluditur, foret aliquid relictum, vel fuiſſent in aliqua re ſeu parte hæreditatis inſtituti, quia ſtatutum hoc caſu non ſortitur effectum, cum excludat filias, vt faueat agnatis, vt patet ex not. per Bar. in l. 2. §. nunc videndum. ff ad Tertul. Et dicam latius ſ. in 13. arti. princi. 1. q. & dixi s̄. in 3. artic. princi. De cuius ampliationis veritate dicam ſ. in 12. arti. prin. in 6. q. in prin. Item opportune ad prędicta accommodatur, quod conſuluit Pau. de Ca. in conſ. 293. alias 296. incip. puto ſine dubio. in volu. nouorū conſiliorum, ſecūdum vltimam impreſsionem. vbi voluit
41 q̄ † tali filiæ debeatur legitima ex teſtamento, ſi in aliquo ſit inſtituta quod ſit minus legitima, quando non ſunt inſtituti agnati, quorum contemplatione excluditur, etiam ſi inſtituta ſit mater filiæ allegat no. per Bar. poſt Nico. de Matare. in l. penul C. de impu & al. ſubſtit. in penulti. q. verſi. quid ergo in caſu. illius l. & l. fi. in fi. C. de inſti. & ſubſti. ſub condi. fa. Vbi ſubſtitutus, qui excluditur propter matrem, ſi matri nō fauetur, quia moriatur ante euentum conditionis nō excluditur. & idem, ſi eſſet incapax, vel hęreditatem pupilli repudiaret, ſecundum eum poſt Barto. in l. centurio. ff. de vulg. & pupil. Et idem etiam tenuit Do. Benedi Capra in conſil. 151.
42 incip. ſubſcripſi. Dicens, q̄ † ſtatutum excludens matrem a ſucceſsione filij extante fratre, non excludit eam a petitione ſupplementi legitimę quando frater defuncti, nō fuit ab eo inſtitutus, ſed alius, forte vxor defuncti, per nō. per Bal. in d. l. emancipati. & Bal. Ang & Imo. in d. §. & quid ſi tantum. cum concor. De quo continget dicere in 12. arti. princ. in 6.
43 q. in prin. Alia fuit opi. q̄ † filia excludatur a ſucceſsione, ſiue per ius dicendi nullum, ſiue per bono. poſſeſ. contratabu. Licet aliæ perſonæ ſint inſtitutæ, quam hę, propter quas talis filia a ſtatuto excluditur, & inter cęteros, ita tenuit Bar. in l. 1. §. ſi pater. ff. de coniun. cum emanci. libe. & in conſi. 201. incipien. viſo teſtamento Mimmi. de S. Quirico. & diffuſe Pa. de Ca. in d. conſ. 347. inci. ſuper primo puncto quęritur. in volu. antiquorum conſiliorum, ſecundum primam impreſsionem. Ex quo infert Bar. in locis s̄ allegatis q̄ ſtante ſta. Senarū, q̄ mater non ſuccedat ab inteſta. filio ſuo extantibus fratribus ipſius filij, vel filijs fratrum, mater pręterita per talem filium habentem fratres, quos non inſtituat, non poterit impugnare teſtamentum. Mouetur, quia licet ſtatutum intendat excludere matrem ab inteſtato fauore fratrū defuncti, vel nepotum ex fratre, tn̄ adeuntibus ipſis extraneis inſtitutis, fratres, vel filij fratrum perfecte a ſucceſsione excluduntur, & eorum excluſio confirmatur, ſicut dicimus de exhęredatione, quæ ex additione hæreditatis ſumit effectū. l. filiū. §. ſi exhæredatus. ff. de leg. præſtan Credo, q̄ uoluerit allegare. l. filium. §. ſed cum exhæredatio. ff. de bono poſ. contrata. Vnde ſecundum eum non peterunt dici iſti fratres, vel filij fratum tempore mortis defuncti excluſi quo tempore mater non ſuccedebat & ꝑñr pręterita non habebat ius quęrendi teſtm̄. Ad quod facit ſecūdum eum, quod dicimus de nepote ex filio exhæredato, qui non dicit teſtamentum nullum, licet ſuccedat filio in iure querelandi, quod filio competebat l. ſi quis filium. C. de inof. teſta. l. 3 § ſi emancipatus ff. de contratab. l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium cum ibi tradi tis. ff. de lib. & poſthū. et eſt ratio, vt ibi patet, quia ante aditā hæreditatem nepos ſupra dictus non poterat obtinere primum locum, cum pater illum præcederet. Vnde idem in propoſito videtur, quia mater cum non teneret primum locum in ſuccedendo, non poterat dicere teſtm̄ nullum, & idē in filia excluſa per eaſmet rationes. Præterea, ſecundū Bart. quando non eſt neceſſaria exhæredatio, ſi per teſtatorem poteſt illud, quod ad alterum pertinet, alteri aſsignari, is, qui ad talem aſsignationem admittitur, ita impedit alios ſuccedere, ſicut ſi ipſe ſuccederet. l. 1. §. fi. ff. de aſsigna. libe. per quem tex. Bar. in d. l. 1. §. ſi pater. verſ. ex hoc excludo. ff. de coniun. cum eman. libe. Facit vnum corollarium, quod quotieſcūque ille, qui me impedit in ſucceſsione, quia a iure in ſuccedendo præfertur, excluditur iudicio teſtatoris, ſi actus tranſlationis in alium de portione, quæ tali impedienti debebat, & actus priuationis eſt vnus, & idem, ille excluſus a teſtatore me impedit, ſicut ſi excluſus non eſſet. Ibi enim ſ. in d. §. fin. erant duo patroni vnius liberti, quorum vnus habebat duos filios, & habens duos filios aſsignauit libertum alteri ex eis, & cum alias liberto ſuccederetur per dominos in capita. Iccirco filius priuatus ex pñna aſsignatione faciet partē ad validitatem fratris in detrimentum filij alterius patroni. Propterea, quia facto patris facta fuit excluſio, & actus excluſionis vnius, & excluſionis alterius, fuit vnus & idem, adeo, vt ille cui facta fuit aſsignario habeat duas partes ſucceſsionis. Sic ergo idem eſt dicendum in propoſito, ſecundū Bart. & clarius Pau. de Caſt. in d. conſ. 247. cum actus excluſionis a teſtatore factus de agnatis, propter quos fœmina excluditur, & actus incluſionis extraneorum inſtitutorum ſit unus & idem. Ad idem facit ſecundum Pau. de Caſt. quia ſi talis filia tanquam pręterita vellet uenire, vel per ius dicendi nullum, uel per contratabu. non poſſet. ergo &c. Item ad prędictam deciſionem facit, ſecundum Bar. in conſ. ſupra al leg. auth. licet. C. de nat. lib. Prout loquitur de uxore, quæ licet non ſuccedat, excludit filios naturales. & hanc opi. dicit de iure veriorem Alex. in d. l. filiæ dotem. & in d. §. & quid. ſi tantum. allegando Ang. in conſ. 32. Sequitur Cor. in conſil. 100. incip. hanc q. 1 volu. vbi conſuluit in ſimili caſu, in quo D. Bened Capra. s̄. pro contraria opin. relatus. Et ita ēt eſt de mente Bal. in l. maximum vitium. Ad contraria, & maxime ad d. §. ſed noſtra. inſti. de ſuc. lib. cum concord. patet reſponſio ex prædictis, & maxime ex inductione. d. l. 1. §. fi. ff. de aſsigna. libe. quæ diuerſificat unum caſum ab alio, & conſequēter ius diuerſum inſurgit. Nec etiam obſtat, ſi dicatur, prout dicebant quidam moderni, in d. §. & quid ſi tantum, ſ. quod non uideatur tuta illatio. Bar. & tenentium cum eo, quæ fit ex tex. d. §. fi. quia eo modo ſequeretur, q̄ ſi quis inſtitutis vſr extraneis & matre in modica re, præteriret fratres, ipſi fratres facerent partem matri in legitima, ita q̄ mater non haberet integram legitimam, cum actus excluſionis fratrum, & incluſionis extraneorum ſit vnus & idem, & excluſio iudicio teſtatoris. quod eſſet contra cōem opi. ſecundum Ale. in l. plane. §. ſi duob. in fi. commen. poſt Ang. et Ioā. de Imo. ibi. ff. de leg. 1. & Old. in conſ. 123. incipien. Quidam potuit. & Fulg. in conſ. 35. incip. proponitur, q̄ mater. & Saly. in auth. nouiſſima. C. de inoffi. teſta. quia reſpondetur, quod fratres, qui excluduntur iudicio teſtatoris, non impedirent matrē, ceſſante tali iudicio in legitima, quia ab inteſtato non debetur, ſed condito teſtō. Vnde cum ceſſante excluſione facta per teſtatorem, non fuiſſet impedita per excluſum a teſtatore, non debet per incluſum, & ſic per extraneos inſtitutos impediri. His itaque opinionibus ſic relatis, patet iſtum paſſum eſſe difficilem, ita q̄ attentare poſſem vnamquanque opi. ſuſtentare, reſpondendo fundamentis tenentium cōtrariam ſententiam. Verum, quia fieret nimium compendioſus ſermo, & quia intendo vnam concluſionem tantum proponere, & vni opinioni adhærere, iccirco omitto quæ ad eam opinionem neceſſaria non putaui. Et breuibus arbitror opi-
44 nionem Bart. quam vltimo loco retuli veriorem, per rationes & iura pro ea allegata, & maxime † quia licet ſtat. non videatur præciſe excludere fęminas, tamen maſculos illis pręponit & illos primo uocat, vt dixi in q. præceden. in fine. & ſi maſculi ſint tales, qui poſſint impune præteriri, uel a ſucceſſione excludi ex teſtamento, adeo vt exhæredatio non ſit neceſſaria. l. quidam cum filium. ff. de verb. obl. multo magis filiæ fœminę, quæ poſt eos uocantur, præteriri poſſunt, ar. l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium. ff. de lib. & poſthu. cum concor. ſupra alleg. propter quod ut etiam ſentit Bar. non puto competere bono. poſ. contrata. ipſi filiæ, quamuis ſimus in caſu in quo ex teſtamento ſuccederet per rationes ſupra allegatas, & maxime, quia talis bon poſ. datur præteritis, ita demū ſi ſint tales perſonæ, quibus competeret ius dicendi nullum. d. l. illud. §. primo. ff. de contratab. cum concor. ſup. alleg. & ſi ſint perſonæ, quæ poſſent ab inteſtato ſuccedere, ut prædixi,

quod

Source : BIU Cujas

quod etiam ſentit Bartol.in l.fin.§.fi.ff.ad Tertul.& pulchre Pau.de Caſt.in conſi.247,dicens iuxta theoricam Bart. in d. §.ſi pater. ꝙ tunc inſtituti ingrediuntur locum eorum, qui vigore ſtatuti filiabus præferuntur,argu.l.æquiſſimum.ff.ad Tertul.in quam ſententiam etiam videtur inclinare domi. Philip.Corneus in d. l.filiæ dotem.in vltimis verbis. Et prædicta procedunt,quando ille,qui vigore ſtatuti præfertur filiabus,non eſt de perſonis,in quibus erat neceſſaria inſtitutio, vel exhęredatio.alias autem ſecundum Pau. de Caſt. licet non competeret filię ius dicendi nullum,vel bono. poſ. contratabu.poſſet tamen competere querela inofficioſi teſtamenti,quæ oritur poſt aditam hęreditatē per l.3.§.ſi emā cipatus.ff.de bono.poſ.contrata.& d.l.j.§.ſi pater.ff. de coniun.cum eman.li.quando ſcilicet filius fuiſſet rite exhæredatus,& hæreditas adita,iuxta d.l.filium.in prin.ff. de cōtrata. propterea quia tunc actus priuationis maſculi ex exhęreda tione inſurgens, & translationis in alium, qui ex inſtitutione inſurgit,eſſent diuerſi.De qua materia hī in d.l.pater filiam.ff.de inoffi.teſt.& in d.l.ſi quis poſthumos.§.ſi filiū. vbi
45 Alex.dicit cōem opin.eſſe,ꝙ†exhæredato eo,qui præcedit in gradu,ſequens in gradu habet ex ſua perſona querelam, ſi ſe reperit præteritum,quando eſt talis perſona, quæ neceſſario fuiſſet,non exiſtente primo,inſtituenda vel exhęredāda,& Alex ibidem dat ad hoc limitationes, ꝑ quas iſte paſſus,pōt reſtringi,& declarari,quem alibi examinabo latius. Vbi aūt filius in poteſtate fuiſſet ſimpliciter præteritus,quo caſu teſtm̄ eſt nullum.l.ſi filius,q in ptāte.ff.de libe.& poſth. inſti.de exhęre.li in prin.iunctis not in l.filio præterito.ff. de iniuſt. rup.Vel ſi filius emancipatus foret ſine cā pręteritus, quo caſu pariter teſtm̄ eſt nullum,vt per glo.in §. exhæredatos.in auth.de hęre.& fal.& not. in d.l.filio præterito.talis filia per querelā non admitteretur,quia competit, vbi teſtm̄ valet.Itē quia,filius eā ab inteſtato excluderet, ſi vellet ſuccedere,vt ſentit Bar.in d.§.ſi pr̄. verſi.ex hoc ꝯcludo. Si aūt filius nollet tunc ſuccedere, & approbaret teſtm̄,in quo extraneus eſſet inſtitutus,& filia præterita,vī dicendum, ꝙ filia nō ſuccederet,per no.per Bal.poſt Iac.de Are.in d.l. filio pręterito.& ibidem Pau.de Ca.& Bal.in repe.l. in ſuis.ff. de lib.& poſth.in 11 op.& Ale.in l.poſthumo.in ver.ſed pone,
46 ꝙ extraneus.C.de bo.poſ.contrata.vbi volunt,ꝙ†filius præteritus poſſit approbare teſtm̄ in præiudicium ſequentis in gradu,quem expugnādo teſtm̄ poterat excludere.Item prędictam ſententiam & ꝯcluſionē,quam ſupra firmaui, vt filiæ non cōperat,nec ius dicendi nullum,nec bo.poſ.contra tab.limitat Ale.In d.§.& quid ſi tm̄,& plenius in d.l.filię dotem.vt ꝑcedat in filia in ptāte pręterita. quo caſu regulariter teſtm̄ eſt nullū,& res reducit ad caſum inteſtati. In quo filia non ſuccedit,ꝓp ſtatutū. Vel in filia emancipata ſine cā pręterita,quo caſu regulariter ēt teſtm̄ ſolet eſſe nullum,& reducitur res ad cām inteſtati,per no.per gl.in d. §. exhæredatos.vel ſi hæreditas eſſet repudiata ꝑ hęredes ſcriptos, ꝙa tunc ab inteſtato ſucceditur.l.1.ff.de iniuſto,rupto & irri.fa. teſtamento & d.l.filium.in prin.ff.de contratabu.& intti.de
47 ſucceſ.ab inteſtato.in prin.Sed†ſi filia eſſet emancipata, & præterita cum expreſſione cāæ,& hęreditas eſſet adita, tūc ſm Ale. procederet opinio doc.tenentium,quod filia poſſit ſuccedere,intentando bo.poſ.contrata.eo quia teſtm̄ valet, & res non reducitur ad cām inteſtati, vt patet ex not. in d.l. illud.in prin.iunctis his,quæ habentur in d. §. exhæredatos. cum concordā.ſupra allegatis. Nec tunc obſtat ſecundum Alex.quod habetur per Bart.& ſequaces in d.§.& quid ſi tā tum.ꝙa ibi erat inſtitutus filius emancipatus,cuius contemplatione nepos ex eo in poteſtate retentus excludebat. Nec etiam ob.d.l.1.in fi.ff.de aſſi.libe.& quod per illam dixit Bar to. in §.ſi pater.cum concord.ſupra allegatis, quia ibi ceſſabat ratio ſuadens,ꝙ lex excludēs,reſtringeret ſe ad cauſam inteſtati,& ꝙ propter bonorum poſ. contrata res non eſset in cauſa inteſtati,propter quod etiam ceſſat illa regula, qđ qui non ſuccedit ab inteſtato,nō admittat̄ ad rumpedum, cum iſtud eueniat,ꝓpea quia rupto teſtō non admitteret rū pens excluſus ab inteſtato.& Bar.ēt loquit,qñ ſtatutum ſimpliciter excludebat matrē,ita ꝙ in caſu Bar.ſi mater admitteretur,res reduceretur ad cauſam inteſtati,vel per ius dicē di nullum,vel per querelam.Item filia vel mater ab inteſtato non eſt excluſa.niſi fauore agnarorū,& in caſu prædicto, vbi inſtituti.ſunt extranei ceſſat fauor, & ſic pariter ceſſat mens & rō ſtatuti. Quā limitationē ſi eſset vera,putarē ꝑcedere ī quacūq; filia,ſiue in ptāte,ſiue emācipata, ꝙa cū ab inteſt.non ſuccedat,nō poteſt per ius dicendi nullū, vel ꝑ bon. poſ.contratabu.ante aditam hęreditatem intentatā,venire, ꝙa vt prædictum eſt,tunc reduceret̄ ſucceſſio ad cauſam inteſtati,a qua filia ſiue in ptāte,ſiue emancipata reperit exclu ſa per ſtatutum. Si aūt expectaret,quod hęreditas eſset adita,pariformiter cōpeteret filiæ in poteſtate bonorū poſ. cō-
trata.quæ nō deduceret rē ad cauſam inteſtati,& hoc eſt qđ voluerunt Ang. in d. l.filiæ dotem,& ſequaces.s̄.allegati. & hoc ēt ibi voluit poſt Ang.D.Phil. Cor. Sed dubito de hac limitatione,ꝙa filię quæ ab inteſtato nō ſuccedit ſiue in ptāte ſiue emācipata, ſiue cui de iure ciuili nō ſolet competere remediū iuris dicendi nullum,prætor nō uī concedere remediū bo.poſ.contrata.vt prædixi.Et ſtante concluſione,quam ſupra feci,credo ꝙ hæc limitatio nō ſit tenenda.Item illud,
48 qđ dixi de†ſtatuto excludente matrem a ſucceſſione filij ꝓp fratres,vt etiam ꝑcedat,ſi frater defunctus inſtituiſſet extraneum,ſecundum Bartolum in d. §.ſi pater, & in conſilio ſupra allegato, limitatur ſecundū eum,niſi extraneus eſſet turpis perſona,& rō eſt in promptu,ꝙa tūc fratres præteriti poſſent quærelare teſtamentum.l.fratres.C.de inoffic.teſtam. & §.ſoror inſtit. eo. & eo caſu fratres admitterentur ad ſucceſſionem,nec tunc procederet quæſtio Bart. Poſtremo dubitari poteſt,an prædictæ concluſiones factæ tā in caſu, ubi ſunt inſtituti hi,ꝓp quos ſtat.fœminas excludit,q̄ ēt ubi extranei, & alię perſonę ſunt inſtitutę,procedant,etiam ubi ſta. aliqd
49 filię reſeruat.†An vero ſit tunc neceſſe ad hoc,vt nō dicatur præterira, nec poſsit infringere teſtm̄,quod illud reſeruatū ſibi tit. inſtitutionis relinquatur,iuxta. §.aliud quoque capitulū, in auth. ut cū de appel.cog. In hac qōne Bal in l.maximum vitium, in ver.ulterius quæritur. C.de libe.præt.quem ſequuntur Pau.de Caſ.in auth.nouiſsima.de inof.teſta.& in l.fi.§.in computatione.in fi.commen. C.de iure delib.& Roma.in conſi.399.incipien.vt pręſens conſultatio,in ver.vltimo non eſt dubiū,tenuit qđ tali filię ſufficiat relinquere pręſeruatum a ſtatuto,quoquo relicti tit.Mouetur,ꝙa hoc†ſtatutum habet ſe derogatiue ad ius commune.Et ideo non recipit interpretationem ab ipſo iure communi,ſed debet ſimpliciter intelligi,ꝑut iacet, quia uerbis ſtat. nihil addere uel detrahere debemus.l.prima.§ hunc ergo.Cde iuſti.codi.confir.& arg.in l.prima,in prin.C.de lati.lib.toll.& in l.in cōuentionalib.ff.de ver.obl.& in c.Raynutius.de te.ubi ſufficit ſtatutariam portionem quoquo relicti tit.relinquere.Ad idē facit,quod dixit Bal.in c.cum non liceat.de præſcri.vbi voluit ꝙ ſtante ſta.ꝙ actionibus perſonalib.pręſcribatur ſpacio 10. annorum,cum de iure communi exigantur.30.anni,ſi cōtin
50 gat ante finitam dictam ſtatutariā præſcriptionem,litē ſuꝑ actione perſonali cōteſtari,actio ipſa non perpetuabitur ad 40.annos,iuxta.l.fi.C eo.ti.quia hoc ſtatutum venit derogatiue ad ius commune,ar.l.qui cū uno.§.qui poſt deſertionē. ff.de re milita facit quod dixit plene Bal.in l.ita pudor. C.de adult.& Ange.in l.non poſſunt,circa fi.ff.de legi. ꝙ ſtat non recipiat extenſionem a iure communi,maxime, quando eſt contra ius commune. Et circa prędicta eſt aduertendum ad
51 dictū Pa. de Caſ.in d.auth.nouiſsima.dū dixit,ꝙ†ſta.augēte legitimam,poteſt relinqui quouis ti.& loquitur in terminis, ubi ſtatutū ſentit præſeruatū ſubrogari loco legitimę, & in propoſito ſtatuti triuiſini,& Bar. in d.l.maximum vitiū loqtur in terminis ſtat. diſponētis patrē teneri relinquere quintam partem filijs,ſtante,alio ſtat,ꝙ teſtamentum,in quo nō relinquitur filijs integra legitima,ſit nullū ipſo iure.Contrariam opinionem ſentit Richar. malum.quem refert Cy.in l. ſancimus. C.de nup.& Alber.in l.quouiam in priorib. C.de inof te.dum uoluit tale pręſeruatū.ſuccedere loco legitimę & ſapere eius naturam.De quo plene dicam in ar.ſeq.in 2.q. & expreſſe contrarium tenet Ro.in l.ſi quis priore. ff.ad Tre. dicens ſe apud Valentiam ſecundū hanc ultimam opi. cōſuluiſſe,& ſe credere,ꝙ bene conſuluerit,quam opinionem ēt ibi Ale.dicit ſe credere veriorem. Mouetur.Ale. quia nō eſt verum,ꝙ ſtatutum veniens derogatiue ad ius cōmune, non debeat ſecūdum illud interpretari,imo recipit paſsiuā interpretationem a iure communi.l.1.§.lex Falc. cum ibi not.per Bar.& Imo.& doc.ff.ad l.Fal.cū concor.ibi traditis.& niſi ita teneremus,ſequeretur ſm eum,ꝙ ſi filius fa.ex forma ſtatuti poſſet teſtari,quod eſt contra ius cōmune.l.qui in poteſtate ff.de teſta.l ſenium.C.qui teſta.fa poſ.non requireretur,ꝙ teſtes eſſent in tali teſtō rogati ad eius ualiditatem, aut quod eſſent ſeptem teſtes,nec in eo haberet locum Fal.cōtra.no.ꝑ Bar.& omnes in d.l.lex Falcidia&. no. plene per Alex.in l.2. ff.de leg.1.facit,qđ uoluit Bal.in rub.de cau.poſ.& proprie.qđ ſi ſtatutum venit ad ampliandum ius cōe, idem erit in ampliante,quod in ampliato,arg.l.inter ſocerum. §.cum inter. de pac.dota.Pro quo facit etiam quia ſtatutum bene recipit interpretationem declaratiuā a iure coi.c.cum dilectus, de conſue.l.2.C.de noxa.& traditur in d.l.fi.§.in computatione C.de iure deli. facit etiam quod no.Bar.& copioſe poſt eum Ale.in d.l.2. ff. de leg.1.qđ iura diſponentia ſuper habilitatę ſeu facultate teſtandi, trahūtur ad codicillos, ut per eoſdē. Facit etiam tex.cum gl.in auth.offeratur.C.de lit.conte.ubi diſpoſitio illius auth. correctiue & generaliter loquentis,diſtingui debet per antiqua iura,ſ.pet l.Iciendum.ff.qui ſatiſd.

cogan.

Source : BIU Cujas

cogan.& quod per ipsa iura dixit Ioan. de Imo.l.si vero. §.de viro.in primo membro.ff.sol.matri.& quod traditur in l.nō est nouū.ff.delegi. facit ēt quod dixit Bal.in l.milites agrum. C.de test.mili.Et ad corroborationem suæ opiniones Ale.in d.l.si quis priore,adducit decisionem quasi in terminis D.Io
52 Calderi.in cons.32.sub rubrica,de testamen.vbi uult,qđsi legitima filiorum augeatur per statutum,habebunt tunc locū iura communia disponentia de legitima, ita qđ filius in tali legitima non poterit grauari,sicut nec secundum ius cōmune potest.l.quoniam in prioribus.C.de inoffic.testamen.Mouetur etiam per tex.in d.§. lex falcidia, & sic ex prædictis ur̄ secundum doc.præallegatos concludendū, qđ filia in eo.qđ sibi præseruatur,sit instituenda ad ualiditatē testamenti,nec sufficiat quoquo relicti tit.sibi relinqui. In qua opinione ēt fuit Bal.in consi. suo incipiente, cōsiderandū est,qđ testator fecit duas substitutiones,quem refert,& sequitur d.Fabia.de monte in rep.authen.nouissima.in 1.q.15.prin.per d. §.aliud quoq;capitulum,quasi tunc filia non sit incognita,sed attenda sit forma a iure cōmuni tradita, qa quod non mutat̄, cur stare ꝓhibetur.l.sancimus.C.de test.præcipimus.C.de appel. & ita etiam tenuit dominus præceptor meus Do. Iaſ. in d.auth.nouissima.in versic.quarto fallit,quando statutū &c. Bal.autem in l.non sine in fi.commen. C.de bo.quæ li.loquēdo in terminis statuti excludentis dotatā, videtur sentire,qđ nō sit necesse talē filiam in dote p̄seruata instituī, nisi simus in casu, in quo contingeret ipsam filiā ita priuari dote,qđ eā ad hęredes transmittere nō posset,puta si legetur dos infanti, forte cum nupserit, quia tp̄e mortis suę,cū tale legatū sit conditionale,inuenit se præteritam. Et ideo consului,vt tali filiæ aliquid relinquatur iure institutionis Sed est aduertēdū qa Bal.innuit, qđ dummodo hr̄e possit rem prę̄seruatam, ēt alio ti.quam institutionis,puta legati,satis sit, quod si hr̄e nō possit,vt in præmisso casu,non vult qđ prę̄seruatū iure institutionis relinquatur,sed aliqd aliud modicū, ex quo talis in
53 fans non est capax dotis. † His peroratis in prædicta difficultate puto distinguendum , quo pacto statutum aliquid filiæ præseruet. Nam si velit filiam in alia certa re, vel summa,ab intestato succedere,illud non diceretur sua legitima,nec habebit instar legitimæ,cum legitima ab intestato non debeatur,sed sit pars eius in quo quis posset ab intesta.succedere,ut alias dixi,& plenius dicam in arti.sequen. vnde non est idem ius censendum. Aut statutum disponit,quod pater,vel similis persona non possit ex toto filiam priuare, sed ei teneatur certam partem relinquere, quæ forsan erit minus legitima de iure communi debita , vel forsan plus, & si illud debetur ad instar legitimæ,quod quando sit, dicam in artic.sequen. 2. quæstione, tunc necesse sit filiam illud habere tit. institutionis, dummodo alias ab intestato foret successura,quia legitima correspondet successioni ab intestato, vt late dixi. supra in 8. artic. princip. 1. quæstio.tunc enim militant fundamenta adducta supra,pro hac opinione, nisi forsan in statuto adsint uerba aliter sonantia, alias aūt credo sufficere relinqui quoquo relicti titulo,per fundamēta pro alia parte allegata,& prædicta procedunt,vbi filia potest habere rē p̄seruatam a statuto,alias autem est instituenda, secundum Bal. in d.l.non sine in fi.commēti.Et rō est in promptu, quia tūc cessat dispositio statuti,& remanemus in terminis iuris cōis vt dicam in artic.seq.in 3.q.secundum quod ius commune, filia debet institui.d. §. aliud quoq; capitulum. Item in casu Bald.est alia difficultas,an statutum excludens dotatam habeat locum in infante.de qua dixi. s̄.in 8.artic.princ.in quar-
54 to membro,in tertia quæstione.Ex prædictis infertur,†an filia quæ exeluditur ab intestato possit donationem inofficiosam dicere,& dicendum est qđnō,vt per dominum Soc.cōs. 288.incip.circa primum versic. tertio, quia magister, primo volum.quia excluſa a successione non habet querelam inofficiosi testamenti.l.sciri.ff.vnde lib.Barto. in l.Gallus.§.& qd si tantum.ff.de libe.& posthu.& est casus in l.fi.C.de inoffic.
55 dona. Quid autem erit si in† loco conditi statuti,in quo filia est pr̄terita,testator habeat bona,& etiam alibi,ubi nō adsit tale statutum,sed vigeat ius commune,an quo ad oīa bona valebit testamentū,& quomodo in eis filia p̄terita,succedet decisio huius.q.pendet ex his,quæ dixi in 8.artic.princ.in 22. q.ubi incidenter de hac.q.dixi & licet nō occurrat mihi nūc doctor,qui hanc quæstionē in specie, seu in indiuiduo examinauerit, tamen veritas eius colligi potest ex no. per Barto.in repe l.cunctos populos.in 7.q. C.de sum.trin.& posset argui, quod valeat testm̄ etiam extra territorium,per ea,quæ ibi late no.Bar.dū dicit,quod qn̄ per sta.tollitur obstaculum solennitatis testamēti,puta numeri testium, uel aliter, prout dici potest in proposito, qa in loco stat. filia potest præteriri, testamentum valet, & ex eo potest adiri hæreditas, qua adita locum habet etiam extra teritorium statuentium. Nam sicut actio competēs pōt alibi proponi, q̄ vbi sit fundus, ita etiam dispositio potest alibi fieri, q̄ vbi est res.l. fi.C.de præscrip. lō.
56 temp.†Item circa solennitatem actus inspicitur locus , vbi geritur.l.1.in fin.ff.de ven.inspi.& pro hoc videtur casus in l. omnium.in fi.C.de testa. vbi potest adiri hereditas ex testō facto coram vno iudice,coram quo minor solennitas requiritur,quæ additio habet locum vbilibet. Ad idem adducit Bar.l fi.C.de testa.vbi testamentum ruri cum minore solennitate factum habet effectum vbique,& hanc opi.prout refert Bar.tenuit Iaco.Bu.per l.si non speciali.C.de testa.& l.2. ff.quemad.testa.ape.& Pet.Gui.de cu.& Cyn.in addi.Bal. in d.l.si non speciali.cum concor.ibi per Alex.allega.Quæ opinio est communis,prout etiam no.do.præceptor meus in repet.l.si arrogator.ff.de adop & in l.cunctos populos.circa fi. quamuis Cyn.& alij,quos refert Bart.vbi supra alias p̄rium
57 tenuissent.†Sic etiam videmus, q̄ interdictio bonorum trahitur ad bona sita extra territorium,per not.in l.is cui bonis ff.de ver.obli,iuncta l. Iulianus.ff.de cu.fur.& acta facta corā vno iudice,faciunt fidem coram alio l.is apud quem. C. de eden.l.nec cās.& l.a proconsulibus.C.de appellatio.l. ne in arbitris.C.de arbitris.Facit quod notat Bal.in l.hac. C.de dona.dum loquitur de testamento condito Venetijs , vt alibi sit validum.Et pro hoc facit quod dixit dominus Bartholomeus Soc.consi.288.incipien.circa primam.vers.2.quia magister.cum seq.1. volu. vbi voluit dispositionem factam in vno loco, in quo fęminæ certo modo excluduntur, regulari secundum statuta illius loci, etiam quo ad bona alibi sita.
58 Et fortius subiungit, q̄ †si in loco,in quo fœmina est excluſa pater bona fratri,qui eam virtuti illic excludit,nō possit agi alibi,nec quo ad alia bona, querela inofficiosæ donationis, eo quia quo ad personam contrahentes, & p̄ctus decisionē inspicitur locus cōtractus,vt in l.si fundus.ff.de euic. etiam si alibi sita sit res soluenda ,vt per Bar.in l.cunctos populos. vers.veniamus nunc ad glo.C.de sum. trini. Et quia qn̄ agit de rescissione contractus,inspicienda sunt statuta loci, vbi causata est læsio,secundum Bartolum in d.l. cunctos populos loco præallegato. Quæ materia examinatur per me primo vol.statutorum.in articu.quas personas & res ligent cōstitutiones & statuta &c.Sed is non obstantibus,puto quod tale testamentum solum valeat intra territorium statuentium, quia alias sequeretur inconueniens, scilicet quod præ textu talis statuti & testamenti,filia excluderetur a bonis sitis extra territorium statuētium,vbi ab intestato de iure cōi succederet, contra ea,quæ dixi in prę̄allegata q.24. supra in 9.arti.princ.maxime.quia quod filia præterita nō posit impugnare testamentum,insurgit ex eo,quia ab intestato non succedit, vt dixi s̄.hac ea.q.vnde in his bonis,in quibus ab intestato potest succedere, præterita debet posse dicere testm̄ nullum.Et pro hac decisione facit,quod dixit Bart.in l.cunctos populos.in loco supra allegato,quod † quādo statutum
59 tollit obstaculum personæ,abilitando aliquem, non porrigit effectum extra territorium, & vbi viget ius commune, & vbi talis persona non solet esse habilitata.Nam idem debet esse, vbi talis persona inhabilitatur in totum , vel certo modo,arg.l.pupillo.ff.de tuto.& curato.da.ab his. & l. non solum.§.qui in testamento.cum ibi notatis.ff.de excusatio. tuto.& l.Titius §.tutorem.ff.de administr.tut.simplex enim dispositio non intelligitur nisi de bonis,quæ sunt in territorio disponentium.l.si vnus. §.is,cum concor.ff.de bon.au.iudi.pos.Facit ad idem,quia legitimatio facta per papam,non trahitur ad bona sita extra iurisdictionem eius.c.per venerabilem.qui filij sint legiti. Hinc dicebat Cyn. in d. l. cunctos populos.in lectu.post lac.de Are.& post eos Bald.in d.l.si arrogator.& Ful.quod testamētum factum in vno loco, cum minori solennitate ex permissione statuti, non trahitur ad bona alibi sita,licet communis opinio sit in contrarium,vt dixi.Nec obstat huic conclusioni,si dicatur q̄ ea attenta testator decederet pro parte testatus,& pro parte intestatus, p̄ l.ius nostrum.ff.de reg.iu.quia ex legis potestate hoc licet.sicut videmus in milite.l.miles & l.si miles ita.ff.de testa.mil. facit quod habetur in l.1.C.de sec.nup & declarat Bart.in d. l cunctos populos.in loco supra alleg.reprehendēdo Guliel. de cun.qui dixit q̄ non est bona ratio,si dicatur, quod testamentum in vno loco conditum cum minori solennitate, ex permissioue statuti porrigat effectum suum vbique , per quandam consequentiam,licet statutum,in bona sita extra territorium,directo disponere non possit,cum plura liceāt in consequentiam,quæ directo non licent l.3.§.1. cum similibus.ff.de legi.tu.Nam ſm Bar.hoc est verum, qn̄ consequētia est necessaria l.is,qui duos.ff.de lib. lega. l.athletas. §.liue aūt.ff.de his,qui no.infa.& quod habetur per Dyn. in l.1. ff. de auth. tut.Nec enim est de necessitate ad validitatē testa-
60 ti,quod institutus habeat bona sita etra territorium. † cum ex legis potestate quis possit,vt dixi , decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.Ad quod facit , quia ad vnam plu-

Source : BIU Cujas

pluralitatem qñque aliquid ſequitur, pp quod in perplexis fallunt regulæ.l.ſi pater.ff.de hæredib.inſtit.& quod not.in l. ſi ita ſtipulatus.ff.de verb.oblig. Sic ergo hoc facit diuerſitas iuris militantis in diuerſis locis. Simile alias videmus in diuerſitate patrimonij, d.l.ſi arrogator.cum ibi no. Nec etiam obſtat, quod dicitur de teſtamento cum minore ſolennitate, puta numeri teſtium in vno loco facto ex forma ſtatuti, vt porrigat effectum extra territorium, ſecundum opi. cõmunem, quam ſ.retuli, qa eo caſu non ſequitur inhabilitatio vel excluſio alicuius, nec inſurgit diſpoſitio ſuper bonis principaliter, ſicut fit, quando filia præteritur.nam primo caſu ſtat.principaliter & ꝓñr reſpicit actus ſolennitatem. Secũdo vero caſu, & in propoſito noſtro ſtatutum principaliter reſpicit actum, & inducit diſpoſitionẽ ſuper bonis. pro qua differentia facit, quod dixit Bar.in d.l.cunctos pop.in q.ſ. all. & illa regula, ꝙ inſpiciamus id, quod principaliter agitur. l. ſi quis nec cãm.in prin.ff.ſi cer.pet.l. 1.in fi.cum concor.ff.de au.tut.ad quod facit quod dixit Bal.in conſ.215.inc.quæritur
61 vtrum.3.vol.ſm penult.ſtampam, ꝙ† ſtante ſtatuto loci Maſſij, ne mulier tranſiens ad ſecũda vota poſſit ſuccedere filio, vllo modo, vel ingenio, propter quod ſecundum eum vĩ ex teſtamento prohibita ſuccedere, talis mulier poterit inſtitui in bonis ſitis Aſtenſ. vel in alio territorio per filium, quãuis cõtingat eum decedere pro parte teſtatum & pro parte nõ, per rationem prædictam, Eſt tamen aduertendum, quia prima opi. poſſet procedere qñ in loco cõditi ſtatuti filia excluderetur a ſucceſſione aliquo ſibi relicto quouis titulo, iuxta dicta ſ. hac ea.q.& in alio loco, vbi ſunt bona pariter excluderetur, ea tñ lege vt in aliquo inſtitui deberet, ꝙ non eſſet minus ſumma ſeu re per aliud ſtatutum præſeruata, quia ſĩ in loco conditi teſtamenti non inſtitueretur, ſed ei alio titulo relinqueret, nihilominus valeret teſtm̃, ẽt in loco, in quo diſponeretur quod filia eſſet in aliquo inſtituenda, quia tũc ageretur ſolum de ſolemnitate actus, nec vigore ſtatuti in quo conditum eſſet teſtm̃, ſequeretur excluſio. Quinto q̃ro,
62 † ſi filia per ſtatutum excludatur, quouſq; ſuperſint maſculi, an tunc preterita poterit dicere teſtm̃ nullum ſtatim mortuo teſtatore: An vero ita demum ſi eueniat caſus, ꝙ hęres inſtitutus decedat, non ſuperexiſtentib. maſculis liberis ſuis vel alijs. Et prius q̃ attingam hanc quæſtionem, oportet aliã
63 examinare, ſ.† an deficientibus maſculis, propter quos fœmina ex ſtatuto excluditur, poſſit filia a prin. excluſa venire ad ſucceſſionem defuncti, in qua q Bar.in l.fin.§. 1.ad Tertul. & Bal.& Ang.in l.gallus.§.& quid ſi tantum. ff.de lib.& poſth. & in locis infra allegandis, diſtinxerunt duos caſus. nam aut ſtatutum ſimpliciter excludit feminam propter maſculos, vel aliquem ex eis, aut vero diſponit tẽporaliter, puta quod donec, & q̃diu, vel quouſq; ſuperuixerit maſculus, filia fęmina non ſuccedat. Primo caſu vera & cõis ſententia eſt, quod fęmina omni tpe ſit excluſa, ſm̃ Bart.Bald.& Ang. in locis ſ. alleg.& Bal & cõiter ſcribentes in cap. 1. §. quinetiam. in tit. epi. vel Abb. & Bal.in auth. ſed & ſi quis in l.in quib. C.de ſecun.nup.& in l.ſi Pontionilla.C. quando di.leg.ce.& in conſil.21.inci.ſint contente. 3.vol.ſiñ vlt.impreſs. & in conſ.415. inc. Verba legis municipalis. 1.vol.ſm pe.ſtam. & in ꝙſ.277. inci.ad conſeruationem 2.vol.ſm eã.impreſs. Pan.in ꝙſ.92. inc.illud indubitati iuris 2.vol.& Ale.incidenter in ꝙſ. 29.in fi. 1.vol.Soc.ꝙſ.296.incip.in pñti.& per totum 1. vol. Pro qua
64 opi.facit ſecundum doc. ſ. allegatos, quia † in ſucceſſione ab inteſtato ille admittitur, qui eſt proximior tpe mortis. §. ita demum.inſti.de hær.quæ ab inteſta.defe.& l.2.§.proxime.ff. de ſuis & legi.& l fi.cum ibi not.ff.de cond.inſti. Vnde cum talis fęmina tpe mortis defuncti non ſit proximior, ſed maſculus, qui ei præfertur ex forma ſtatuti, merito talis fęmina
65 non ſuccedet. † Vbicunq; .n. loquimur de prælatione alicuius alteri facienda, inſpicimus tempus, quo ſucceſſio acquiritur, adeo quod ille qui tunc præfertur, efficitur perpetuus hæres,& tranſmittit,& alterum ſemper excludit,inſtit.de legi.agna.ſuc. §. proxime.& l.fi.ff.de ſuc.edi. Ad idem facit, qa poſtq̃ hæreditas patris fuit per filium adita cępit eſſe hæreditas filij ſiue alterius adeũtis.l.ſed & ſi plures.§. filio. ff.de vul. & pup.& no.in l.1.§.veteres.ff.de acq.poſ.& dixi ſup.in 6. art. prin. in q. adeo, vt poſtquã filii facti fuerunt hæredes, non ſit amplius de patris hæreditate tractandum. & poſito quod ſta. excludat fęminam extantibus maſculis, adeo quod illi ablatiui abſoluti, in conditionem reſoluantur, iuxta l.euictis. ff. de vſur.& l.a teſtatore. ff.de cond. & demonſt. tamen reſoluuntur in conditionem momentaneã, adeo vt ſufficiat maſculum ẽt momento hæredem extitiſſe.l.pen ff.de teſt.tu. Et vult Ant.de Bu.in conſ.20.inci.æquitas.& facit l.2.& 3. cum ibi no.C.de poſthu.hęre.inſti. iunctis traditis per Modern.in l.ſi quis.in 2. C.de cond.inſti.& quod dixi ſupra in 6.ar.prin. 4.membro.11.qõ. Item ſemel & ſimpliciter excluſus perpetuo cenſetur excluſus.d.l.in quib.& qđ ibi dixit Bal. poſt gl. ꝙ qñ aliquid deſcendit ab aliquo, ita ꝙ ad aliũ peruenit, excluſio, cenſetur perpetua Vult.Cor.conſ.12.inci.in hac.in fi. vol.1.Pro quo facit ꝙ traditꝰ late in l in ſubſtitione.ff.de uul. & pup.& in l.ſi quis.maxime per do.præce.meum.C.de cõd. inſt.ꝙ ſufficiat aliquid puta conditionem, ſemel fuiſſe impletam, licet non duret implementum, & alia iura & fundamenta adducit Bal.in d.conſ.415.quæ quiſq; a ſeipſo videre poterit,& hæc ſunt ẽt de mente Cyn.in l.1.in fi.C.de adulte. & Io.An.in add.Spe.in rub.de ſuc.ab inte.quamuis vt ipſi referunt Iac.de Are.& Vber.de bobi.aliter ſenſerint, volentes ſi ex forma ſtatuti filius excludat filiã a ſucceſſione patris,& contingat filium adita patris hæreditate decedere, relicta filia, ꝙ illa filia nepotis nõ excludat amitam, quaſi tunc ceſſet ratio ſtatuti,& per alia iura, quę ſ.referam in 12.ar.princi.in 4.q.Et quamuis etiam aliter uideatur velle Bal.in l.imperatores.ff.de man.teſt. dicens ſtatuto excludente filiã a ſucceſſione ſuperſtite maſculo, ꝙ deficiente maſculo filia ſit admittenda, quãuis maſculus diu poſſederit bona, quia iſte eſt magis quidam ordo ſuccedendi, q̃ ſit inhabilitas. licet ẽt ꝓ hac opinione & contra communem conſuluerit D.Franc. caput liſtæ. ciuis Pataunus, quem refert.d.Lau in repe. §. ceterum. inſt.de legi.agna.ſuc.cum quo ipſe D.Laur.videtur tranſire, qa illa, uerba, extantibus maſculis ſuut conditionalia, & reſoluuntur, ſi & quatenus, ac donec, quouſq;, & quandiu extabunt maſculi. Nã hæc verba, ſi extabunt, bñ poſſunt, ſm eos, exponi quatenus extabunt.arg. l.Stichum, qui meus erit.ff. de leg.1.& eius, ꝙ dicimus de clauſula codicillari, qa ſi quęritur, an illa confirmet legata in teſtamento relicta, in quo filius ſit ꝑteritus licet videretur dicendũ, ꝙ non, ex quo confirmãtur, per Auth.ex cauſa.C.de lib.ꝑter.tñ aliter concludit quia intellr ꝙ firmare conditionalr, ſi qua ſunt quę ꝓ illam auth non confirmẽtur, & illa conditio dictæ clauſulę codicillaris, ſi nõ valet iure teſtamenti, exponitur quatenus, vel donec, vel quouſq; nõ valet.arg.d.l.Stichũ. & probatur ver. vtrum aſit. ff.de teſta.mi.& in l.poſthumorũ.§.ſi paganus. ff. de iniu.rup.& traditur per Bart. in l.1. ff. de iure codi. & hoc ẽt fuit de mente Ang.& Imo.in l.ei qui ſoluendo.ff.de hære. inſti.qui ſenſerunt, ꝙ non ſit differentia ſiue ſtat.dicat, ſupuiuente maſculo, ſiue donec ſuperuixerit maſculus. Pro qua parte, ſiñ quam conſuluit dictus d. Fran. etiam adducit Bal. alia fundamenta, in dicto conſ.415. quibus reſpondet. Et ſupradictũ fundamentum ꝙ ipſe D.Fran.faciebat, & alia ꝓ eo facientia eliduntur ex iuribus adductis pro contraria ſnĩa, quam teneo,& etiam quia aliud eſt dicere, ſi maſculus ſuperuixerit, quo caſu nulla ſignificat acquiſitio extinctiua. Aliud aũt, ſi dicatur donec, uel quouſq;, quia tunc talis acquiſitio, ſignificatur ut per Bar.in l.1.in 2.q.prin.ibi,& quęro de dictione quoad,& douec,& quouſq;. ff.de cond. & demon. Iſtud, autem ꝙ perpetuo, ſit excluſa illa, quæ ſemel fuit excluſa, ꝓcedit.ẽt ſi maſculus inſtituat extraneum. uult Mari. conſi.5. in prin.ver.ſecundo loco.& in fi.d.Deci.conſ.87.inci.pro ſolutione.& Soci.conſ.1.inci.uiſo teſtamento.2.vol.& habetur in locis pręalle. Aliquando tamen non eſt perpetuo excluſa ex reſeruatione legis, vt quia pater ſuccedat filio excluſa filia ex forma ſtatuti, qui pr̃ tranſeat ad ſecunda uota, ex quo ſecundo matrimonio habeat maſculum. Nam filia non obſtante ſtatuto pręferente maſculos fęminis, redibit ad bona fratris mortui, quę præſeruant filijs prioris matrimonii ex legis ꝓuiſione, vt dixit Saly.in l. fęminę, §. illud. in fi.cõmẽti. C.de ſec.nup.& dixi latius ſ.in 8.arti.prin.in 15.q.in additio-
66 nib. Alio & ſecundo caſu,† qñ ſtatutũ tpaliter filiam excludit, vt quia dicat, donec,& quouſq; maſculus ſuperſit, argui poſſet ſm Bar.in d.l.fi. §. 1. ff.ad Tertul. ꝙ ẽt tunc filia perpetuo ſit excluſa, propter plura ex fundamentis.ſ.relatis.& maxime, quia inſpicitur quis ſit proximior tpe hæreditatis delatæ & mortis teſtatoris, & quia poſtq̃ hæreditas eſt adita non amplius dicitur hęreditas patris defuncti, ſed eius qui factus eſt hæres. Nec illa verba, quouſq; q̃diu, vel ſimilia importãt, ut filia poſt tempus poſſit eſſe hęres, per textũ.in l. imperatores.ff.de ma.teſt.& in l.pe.ff.de excu.tu.& l.3.§.ꝙ ſi quis. ff.de ſuſpec.tu.& ꝙ dixit Inn.in c.cum bonæ.de ęta.& qua. Et hãc opi. viſus fuit tenere Bar.in conſ.19.inci. Factum ſic ſe habet quidam.d.Iaco.vbi allegat dictum Imo. in d.c.bonę. qui uoluit, ꝙ dictio, quouſq; vel ſiles non reſoluant mero iure niſi noua prouiſio ſuperueniat, ex quo infert Inn. ꝙ ſi clericus eſt ſuſpenſus, quouſq; ſatisfaciat, non ceſſet ſuſpenſio ſecuta ſatisfactione, niſi de nouo ſuſpenſio reuocetur,& ꝓñr vĩ quod non ſubſiſtente, in propoſito alia prouiſione, filius maſculus, qui ſemel adeundo factus eſt hæres, acquiſierit ius ſtabile, niſi fuerit aliter reuocatum.& prout refert Bal.in l.2.circa medium commen. C.de libe.præte. Idem conſuluerũt in terminis ſtatuti Peruſini Ray.de forli.& collegium Senenſe, eo maxime quia cum tpe mortis patris & aditæ hæreditatis filia inueniat ſe excluſam,& hæreditatẽ fuiſſe alteri applicatã

Source : BIU Cujas

non pōt redire ad ius dicendi nullum, nec de iure ciuili, nec
67 de prætorio, ar. d. l. in quib. C. de ſecund. nup. †Nullitas. n niſi
inſit tpe mortis, cōfirmatur teſtm̄ inexpugnabiliter. l. ſi quis
filio. in prin. ff. de iniu. rup. & irri. fa. teſt. & ideo in tota. l. Gal-
lus. ff. de lib. & poſthu. non conſideratur, niſi quis prędecedat
tpe mortis teſtatoris, quo caſu ſi tunc reperitur teſtm̄ valere
inexpugnabiliter, valet vt dictum eſt. & certum eſt q̄ viuen
te maſculo filia non pōt dicere ſe pręteritam, vt dixi in 4. q.
huius art. Quam ſnīam fortius comprobat ipſe Bal. licet de-
cidat in l. ſi quis poſthumos. § 1. ff. de lib. & poſthum. & in l. ſi
quis filium. in ver. extra quæritur. C. de inof. teſtam. & in hac
opin. videtur reſidere. d. Laur. in repet. d. §. cæterum. Pro qua
ēt conſuluit collegium Paduanum, vt refert Ang. in d. l. ei, q̄
ſoluendo. ff. de hær. inſt. Et iſtam cōem opi. ſequitur Bar. con
ſil. 11. inc. Proponitur. & 44. incip. Super prędictis. & Bal in c.
1. §. 1. epiſcopum vel Abb. & Ale. in d. auth. C. de lib prætę. &
in l. ſi quis poſthumos. § ſi quis filium. ff. de li. & poſthum. &
pro iſta opi. multa fundamenta, & iura & multas authorita-
tes doc. adducit Maria. in conſ. 63. incip. in cauſa vertente in-
ter D. Catharinam copioſe vſq; in fi. vbi dicit q̄ legendo, &
diſputando eam teneret, licet conſulendo habeat hanc qō.
pro dubijſſima. In contrarium tamen eſt communis ſenten
tia ſcribentium, & contrarium voluit ipſe Bar. in d. l. fi. §. fi. ff.
ad Tertul. motus, quia illa verba, quouſq;, donec, q̄diu & ſi-
milia, ſignificant quod maſculo non ſuperſtite, ſeu filio, filia
poſſit admitti, quaſi defunctus in parte delata maſculo non
habeat hæredem, niſi dum ſuperuixerit maſculus, vt probat̄
in l. 5. §. fi. ff. de ven. in poſſ. mitten & l. ſine. §. tam diu. ff. de cō-
di. fur. & in l. in delictis. §. ſi detracta. ff. de noxa. & in l. 1. ff. de
cur. furioſi. facit quia permiſſum ad tempus, intelligitur poſt
tempus prohibitum, & econtra. l. imperatores. ff. de poſtulā.
l. ſtatuliber a cæteris. ff. de ſtatu. Ita q̄ conſequenter tempo-
68 ralis excluſio non ſit trahenda ad perpetuam, & †poteſt ſtatu
tum ſicut & miles facere, vt quis ſit hæres alicuius, dum vixe
rit, & poſt mortem deſinat eſſe hæres, & alius directo ſucce-
dat, vt patet in l. in fraudem. §. hære. & in l. miles ita. in princ.
ff. de teſtam. mili. & in authē hoc amplius. C. de fideicom. &
ibi no. facit inſtit. de eo, cui liber. cauſa bona addicun. in fi. &
eſt caſus in l. ex facto. §. Iulius Longinus. ff. de vulga. & pup. &
no. Ang. in l. fi. §. fi. eo. tit. & Bal. in propoſito in d. l. 2. C. de lib.
prætę. & in d. l. ſi quis filium. & hoc fundamento ſecundum
Bal. in d. l. ſi quis filium. & in d. l. 2. hāc partem ſuſtinebat col-
legium Florentinum, quod fundamentum dicit Bal. eſſe ve
rum in l. extraneum. C. de hære. inſtit. Idem tenuit Bal. in d.
l. in quibus. dicens q̄ iſta eſt veritas, motus, quia ſtatutū intē
dit hæreditatem defuncti ſuſpendere, magis, q̄ fœminā præ-
ciſe excludere, arg. § Gregoriana. in auth. de non eligen. ſecū
do nubē. & §. quoniam infirmas. in auth. de nupt. & l. Titius.
ff. de mil. teſta. & l. cum alijs. de cur. furio. Idem tenuit Bal. in
d. l. Pontionilla. & Bal. & Ang. in d. §. & quid ſi tantum. Bald.
in d. l. extraneum. Bal. Sal. Ale. & moderni in d. l. 2. Ang. in §.
ſi quis autem. in auth. de hæredi. & fal. Bal. Imo Pau. de Caſt.
& Are. in l. ſi quis poſthumos. §. 1. ff. de libe. & poſthu. Ang. &
Imo. in d. l. ei qui ſoluendo. Ang in l. ſiue pars. per illum tex.
quem dicit meliorem de iure. ff. de pe. hęr. Bal. in conſ. 426. in
cip. A ntiquum ſtatutum. 3. vol. vlt. ſtampa. & in conſ. 69. in-
cip. Cum ſtatutum. primo vol. ſecundum eandem impreſ.
Pau. de Ca. in conſ. 348. ſecundum numerum aliquorū Pet.
de Anch. late in conſ. 221. inci. hæc quæſtio. vbi recitat Gul.
de peru. generum Bar. Pan. in d. conſ 92. Alex. in conſ. 13. in-
cipien. Circa primum dubium. 3 uol. vbi dixit, q̄ ſi tunc filij
maſculi fiant fratres minores, quo caſu habentur pro mor-
tuis, vt ibi per eum, hæreditas ad filias deuoluetur. Franc. de
Are. in conſ. 144. incip. Viſa conſultatione. vbi dicit hanc eſ-
ſe cōem opi. & D. Benedictus Capra in conſ. 71. incip. pūctus
deceſſit. &c. vbi pulchre & breuiter loquitur. & in conſ. 39. &
69 in conſ. 76. inci Quidam Ant. vbi dixit q̄ †mortuo maſculo
filia poterit agere ad ſupplementum congruæ dotis, quæ eo
viuente non poterat. & ita ēt tenuit Moder. Bonon. in tract.
dotium, in vlt. par. in 23. q. Et hanc ſententiam tenuit Franc.
Tigri. de Piſis vt refert Bal. in d. l. 2. C. de libe. prætę. & pro hac
ſententia conſuluit collegium Bononienſe vt dicit Ang. in
d. l. ei, qui ſoluendo. & Pet. de Ancha. in dic. conſ. 221. & hæc
opinio eſt tenenda, quam late comprobat Corn. conſ. 126.
incipien. principale. 2. volumine. quamuis, vt dicunt Bald. in
d. l. ſi quis filium. & in d. l. 2. & Ang. & Imo. in d. l. ei, qui ſoluē
do. dum hæc quæſtio occurriſſet in facto Ray. de Forli. Bart.
Bald. & plures alii doctores ac collegium Senen. Paduæ, Bo-
noniæ, & Florentinum diuerſimode conſuluerint, ita ut pro
ut dn̄t Ang. & Imo. in d. l. ei, q̄ ſoluendo audiēte ipſo Ang. &
præſente, propter varietatem opinionum fuerit ſuper cauſa
tranſactum. Et iuxta hæc conſuluit Soc. conſ. 92. incip. circa
primum. eodem volumine, quod filia excluſa per ſtatutum
exiſtentibus fratribus, ſi moriantur ſine legitimis hæredibus
deſcendentibus, non eſt pręciſe excluſa, ſed conditionaliter
& per modum ſuſpenſionis, quia dictio, ſi, iuncta verbo futu
ri temporis, importat conditionem. l. ſi Titio. ff. quando dies
lega. ced. l. 1. C. de donatio. quæ ſub modo no. Bar. in l. 1. verſ.
videamus, per quæ verba inducatur conditio. ff. de condi. &
70 demonſtratio. & †conditionis natura non eſt, ſtatim induce-
re, ſed ſuſpendere actum in euentum, vel defectum condi-
tionis, tam in conditione expreſſa, vt habetur in d. l. 1. ff. de
conditionibus & demonſtratio. quam in tacita, vt habetur
in l. item quia. ff. de pactis. ita quod ſecundum Soc. filiarum
excluſio ſit conditionalis, & ſic in ſuſpenſo, quamuis vt præ-
dictum fuit, interim maſculus ſit hæres ex diſpoſitione & po
tentia ſtatuti. Quod dicit procedere, etiam ſi adſit in ſtatuto,
ſalua teſtamentaria diſpoſitione patris. vel fratris, vt ſ̄. in 8.
artic. princ. 6. q. Et cum iſta ſententia, quam dixi cōem, tran-
ſit Ale. conſ. 33. incip. uiſo thema. 3. uolum. q̄ hæc opinio ſit
communis, atteſtatur Maria. d. conſ. 63. & Do. Dec. conſ. 71.
incip. in caſu. et Corneus conſ. 74. incip. de duobus. 1. vol. uo-
71 lens q̄ † temporalis excluſio in una parte ſtatuti, extendatur
ad aliam excluſionem ſimpliciter factam, maxime in qua
ſit maior ratio, ut ibi. Ad contraria reſpondetur ſecundum
Bar. in d l. fi. §. fi. ff. ad Tertul. et primo ad iura, quæ dicunt in-
ſpici debere tempus mortis, et aditæ hæreditatis, et q̄ hære-
ditas ſemel acquiſita, acquiritur irrecocabiliter, q̄ non ſu-
mus in illis terminis, quia in caſu noſtro ſtatutum defert hæ-
reditatem maſculis non ſimpliciter, prout in illis iurib. facit
ius cōe, ſed temporaliter, propter uerbum, donec, quouſq;,
vel ſimilia, quæ hoc operātur. An aūt teſtm̄ interim valeat,
& hereditas ſit applicata maſculo, an vero ſtet in ſuſpenſo,
dicam in x. art. 5. q. licet ſuperius aliquid incidēter dixerim.
72 Item ad obiecta de †dictione, donec, quouſq;, & ſimilibus,
reſpondet Bar. q̄ ſi apponantur actui habenti limitationem
circa tempus, faciunt magis diem ſeu quandam ſuſpenſio-
nem, quam conditionem ſuſpenſiuam, alias ſecus, vt in pro-
poſito nr̄o. & ita intelligit Bar. l. 3. § ſi quis tutor. ff. de ſuſpe.
tu. & l. pe. ff. de excu. tu. & l. fi. §. donec. C. de iu. deli. cum iuri-
bus ſ̄. alleg. ad dictum Inno. in c. bonæ. reſpondet Bart. q̄ lo-
quitur in verbis prolatis per iudicem, qui debet eſſe certus
de futuro euentu, quæ certitudo non præſumitur, niſi ſecuta
iudicis declaratione. Eſt enim poſſibile, q̄ ſuſpenſus quouſq;
ſatisfecerit, dicat ſatisfactum, & alius non, prout dicit Inno.
Simile videmus ſecundum Bar. vbi ſup. in l. 1. ff. de cura. fur.
vbi dicitur, q̄ prodigus & furioſus tandiu durant in cura,
quouſq; ad ſanos mores redierint, quia prout dicit Ia. de are.
intelligitur. ſi hoc fuerit p̄ iudicem manifeſte declaratū. ad
l. imperatores. ff. de ma. teſt. reſpondet Bar. q̄ ibi hoc p̄tingit,
quia teſtator poteſtatem ad tempus conferre non potuit. l. li
bertus. eo. ti. Et idcirco ex defectu poteſtatis diſponentis, illa
verba operantur extinctionem libertatis. & licet idē ſit in hę
reditate, quæ ad tempus conferri nō poteſt. l. hæreditas. cum
concor. ff. de hęr. inſti. tamen lege permittente hoc fieri poſ-
ſet, vt prædictum fuit. Prædictam concluſionem in terminis
73 ſta. Tudertini ampliat Paul. in d. cōſ. 92. vt procedat, † ſi ſtatu
tum dicat, q̄ ſuperſtite uel extante maſculo filia fęmina nō
ſuccedat, nec audiatur agendo, vel excipiendo, quamuis ibi
non adſit dictio, donec, quandiu, uel alia ſimilis ſuſpenſiua,
uel reſolutiua. motus, quia illud uerbum, non audiatur, adie
ctū in prędicto ſtat. præſupponit q̄ maſculo nō exiſtēte poſ-
ſit audiri, ar. l. ſi prętor. in prin. ff. de iudi. & l. maritus. C. de p̄-
cu. Et quia in ſtatutis habet locum ar. a. p̄rio ſenſu, ſm Bar. in
l. omnes pop. in 6. q. prin. ff. de iuſt. & iu. & Bal. in l. conuenti-
culam. C. de epiſ. & cle. & alias late dixi. Item mouetur, quia
74 †qualitas adiecta uerbo, reſtringit diſpoſitionem ad termi-
nos & tempus uerbi. l. ex facto. in prin. ff. de uul. & pup. l. in de
lictis. §. ſi extraneus. ff. de noxali. l. præcipimus. C. de appell.
Bal. in l. generaliter. C. de epiſ. & cle. gl. in c. ſtatutum. in uer.
75 canonicis. in fi. de reſcrip. in 6. attento q̄ illi † ablatiui abſolu
ti, ſuperſtite maſculo, faciunt conditionē, quaſi ſit ſenſus, q̄
mulier non audiatur ſuper ſucceſſione fratris, dum ſupereſt
maſculus. & hoc uidetur ſentire Ang in d. l. ei, qui ſoluēdo,
.ſ. q̄ non ſit differentia dicere, ſuperſtite maſculo, uel donec
maſculus ſuper uixerit. Sed iſta ampliatio mihi nō placet, q̄a
non eſt dn̄ia, an adſit uerbum, audiatur, uel non, & hæc fun-
damenta militant, etiam ſi non adſit uerbū, audiatur, & nō
ſunt de iure ualida, per ea, quę dixi in primo membro huius
q. tangendo quid iuris ſit, q̄n̄ non adeſt dictio, donec, uel alia
ſimilis ſuſpenſiua, uel reſolutiua. Propter quæ confunditur
dictum Ang. & Imo quo ad iſtam partem, & ēt iſta conſide-
76 ratio de uerbo, audiatur, in tantum, ut etiam † ſi dicatur, pro-
ut dicebat Paul. q̄ poſt mortem maſculi filia poſſit redire
ad domum patris, & ibi percipere alimenta, iſta uerba nō ad
miniculentur, ut ſuccedere poſſit, imo innuunt p̄rium, quia
ſtatutum uidetur ei nō ſuccedenti prouidere de alimētis Itē
prædictam concluſionem limitat Fulg. in conſ. 98. incipien.

vilis

Source : BIU Cujas

77 visis petitionibus, vt non procedat, †si statutum dicat, ꝙ fœmina dotata non succedat ab instato defunctę per sonę, donec sit masculus, qui succedere possit & velit, quia illa verba casum & tempus successionis nondum quęsitę significant, vt. s. mulier admittatur eo casu, quo masculus adsit, qui nō succedit, vel quia nolit. vel qa nō possit, & illo succedēte, excluditur, & eo tpe & perpetuo. Nec obstat tunc illa dicti. donec. vel quandiu, quia solutio ſm eum patet ex tex. in l. q̄diu. ff. de acq. hær. vbi apparet, ꝙ quadiu institutus potest succedere, substitutus non succedit, & tñ certum est, ꝙ instituto adeunte nusquā locus est substitutioni. l. post aditā. C. de impu. & al. substi. sic patet in l. 1. §. si nemo. ff. ad Tertu. Nā quandiu filius vult & potest matris hęreditatem ex Officiano accipere, consanguinei, & agnati a mortuæ successione excluduntur, & tñ filio mortuo postquam matri hęres extinerit, agnati nō admittuntur ad talis mulieris successionem. Sic is, est sermo ſm eum in l. inter agnatos. §. quandiu. ff. vnde leg. & facit. l. 2. §. 1. ff. de bon. pos. contrata. In quibus iuribus licet Iurisconsultus vtatur verbo, quādiu, illo tñ, qui primo vocabatur succedente, sequens perpetuo remanet exclusus. Ad no. per Bar. & doct. pro conclusione. s̄. allegata respondet Fulgo. ꝙ procedunt, qñ verba statuti dicunt, quandiu vixerit filius masculus, fœmina dotata patri intestato non succedat, eo quia tunc ipsa verba comprehendunt ipsum filium, siue sit hæres, siue non. Sed in proposito, vt fuit dictū verba statuti, excludunt filiam, casu quo filius sit hæres, & casu quo nō velit, vel nō possit filius succedere, dimittunt filiam in termi nis iuris cōis. Sed hanc limitationem non credo tutam, quia nō vī in effectu differre, siue dicatur donec sit masculus, vt, in casu. Ful. vel donec vixerit, vel superuixerit masculus, vt in casu Bar. & aliorum per iura & authoritates. s̄. alle. & illa, adiectio, qui succedere velit vel possit, licet argui posset, ꝙ veniat restrictiue. l. ea tñ adiectio. ff. de leg. 3. l. omnes populi. cū ibi no. in textualibus. ff. de iustit. & iu. tamen significat, ꝙ per solam superexistentiam masculorum statutum non velit fœminas excludere, & ponetur gratia dubitationis tollē dę, ne si stat. illam non posuisset, dubitari potuisset, an expectanda fuisset mors filii, etiam adire nolentis, quamuis vt dicam. j̄. in 12. ar. prin. in. 7. q. paria sint, etiam vbi statutum simpliciter loquitur, vel quod masculus non sit, vel ꝙ adire non velit. Et sic illa adiectio solum ponetur restrictiue ad personā masculi, nec restingit tps existentiæ, seu quo sit masculus 82 ad tps aditæ hęreditatis seu adeundę, & hæc opinio vī magis applaudere menti statuentium, & minus lędit ius commune in exclusione filiæ, ad. l. quandiu. & alia iura per Fulg. allegata posset responderi, quod non bene concludunt pro opinione Ful. & ꝙ in eis dictio, quandiu. & similes, non operantur resolutionem vel suspensionem, quia lex vltra procedit, declarando, ꝙ aditione semel facta per eum, quem uult prę ferri, sequēs ppetuo remaneat exclusus. subtilis tñ est inuestigatio Fulgosii. Et ex prædictis apparet, quod non bene sentiunt doct. qui dicunt, ꝙ ēt si statutū excludat filiam simplr, intelligit excludere donec masculus supererit, ꝓut dicebat. d. Laur. in repeti. d. §. cæterum. & dicam. j̄. Item prædictam cōem conclusionem limitabat Ale. d. cons. 84. incip. viso the
78 ma. 3. uolumine. & latius Maria. cons. 63. ut †procedat, si ista mulier a tpe, quo defuncto masculo, potuit admitti. nō fuerit passa labi annos. 30. iuxta. l. licet C. de iure delib. vt ibi latius per eos, & per doc. in d. l. licet. & ita etiam transit do. Bar. Soc. cons. 121. inc. visa contingentia. 1. uol. & ante eum. Ale. cons. 4. inci. videretur. in prin. ver. insuper potest. 2. uol. & dicā. j̄. 13. art. 8. q. in fi. Item ista conclusio limitatur. nisi filia renuntiasset successoni, sibi, deficientib. masculis, deferendæ, vt per Corneum, cons. 80. inci. placet. 4. vol. vbi consuluit in casu illo renuntiationem non prę iudicare, aut saltem peti posse absolutionem a iuramento. An autem, quod dī de filia temporaliter exclusa, habeat locum in nepte ex ea, dicetur,
79 j̄. in fi. Deueniendo nunc ad quæstionem propositam, an †adueniente casu, quo filia admittatur, qñ temporaliter excluditur, si fuerit præterita, rumpat testamentum. Communis, opinio doct. est quod sic, & ita tenuit Bar. in d. l. fi. §. primo, vltima. q. ff. ad Tertul. & Bal. in locis & consiliis supra allegatis & infra allegandis. Pet. de Anchara. in d. cons. 221. Bal. in cōsil. 68. incip. proponitur, quod patet. cum sequenti. primo uolumi. secundum ultimam impressionem. & in consil. 43. incipi. domina Marganda, secunda par. eadem stampa, & in dicto cons. 426. inci. antiquum statutum. secundo volumine, eadem stampa, & dominus Benedic. capra in consilio 60. incipiente, punctus &c. quidam nomine Antonius. cum concordan. allegandis in articulo sequen. circa nonam quæstionem vbi tangam, an fœmina talem partem transmittat, & iuxta hoc dixit Bar. in d. §. primo. quod testamentum dū viuit masculus, est in pendēti. sicut videmus in filio posthumo præterito. l. si posthumus. & l. posthuma. ff. de lib. & posth. & ꝙ dixit ibi Bar. & in l. prima. §. totiens. ff. de vent. in possess. mit. Nam viuente masculo nō potest filia impugnare testm̄, cum non posit ab intestato succedere. l. 1. §. penul. ff. de j̄ta. cum concor. allegatis supra hoc eo. art. in 4. quæstione. & si dicatur, quod imo interim masculus institutus est hæres ex testamento. per legem miles. in prin. ff. de testament. milita.
80 s̄. hac eadem quęstione alleg. respondet Bar. ꝙ †illud verum esset si ſtātutum aliquid disponeret circa testamentum, puta quod filia nupta si sit præterita, non posit rumpere testamentum, quousq; masculus superuixerit. Tūc enim interim bene valeret testm̄, & eo mortuo rumpetur, iuxta. d. l. miles. sed qñ statutum nihil disponit circa testamentum, sed tantum circa successionem filię, illam excludēdo, quousq. masculi supersint, tunc qnia possibile est, ꝙ aliquo casu filia reperiat se preteritam, & se posse succedere, testameutum stabit in pendenti, sicut dictum fuit de posthuma. & patet in filio qui captus fuit ab hostibus. l pen. ff. de lib. & posthu. quasi hæc filia ad instar postliminii succedat. l. Gallus. §. si eius. ff. de libe. & posthu. & no. Bar. in cons. 43. inci. super prædictis. & p̄dicta sententia est omnino tenēda. Sequit̄ Cor. cons. 126. inc.
81 prin. 2. volu. Sed difficultas circa hoc insurgit †an filia impugnet testamentū, vt ex retro. 1. ex tempore mortis patris, an vt ex tempore, quo succedit, quia vt infra dicam ex hoc diuersi insurgunt effectus, & secundum quod dixi. s̄. referēdo verba Bar. in dicta. l. fi. patet eum voluisse, quod testamentū, impugnetur, vt ex retro, quasi antea filius masculus non fuerit factus hęres ex testamento. & idem tenuit ipse Barto. in consilio 11. incip. proponitur, quod pater filiam. & in dicto cons. 43. inci. super prædictis. Et hoc comprobat Bar. quia certū est, ꝙ statutum uult posse nunc per filiam testamentum dici nullum. quo casu est necesse dicere, ꝙ hoc non sit possibile, nisi dicatur nullum, vt ex retro, cū ille demū præteritus dicat nullū, qui tempore mortis testatoris debebat instituī, d. l. siquis filio exhæredato. in princ. ff. de iniu. rup. Et si diceremus testamentum viuente masculo, & a princip. valuisse, & nō fuisse necessarium filiam institui, nec nunc rūperetur per illam legem. Ad idem facit secundum Bartolum. gl. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. dum uult, ꝙ si filius deportatus post mortem patris restituatur, non dicit testamentum nullum, nisi restituatur ex causa, quæ retrotrahatur, & sic ista filia, quæ incipit esse habilis ad succedendū,
82 non succedet, nisi vt ex retro. Ad idem facit secundum eum quia †ex testamento ꝙ speratur rumpi, non potest adiri hæreditas, nec suus hæres existere. l. 2. §. expectandi. ff. de bono. possess. secundum tab. & l. ventre. & l. cum quidam. §. ꝙ dicitur. ff. de acqui. hæred. cum si. Vnde testamentum est nullum a princi. saltem attento, quod non fuit ex eo hæreditas adita. Et quia nullus hæres extitit, ad idem adducit tex. in proposito vrgentem in l. æquissimum. §. primo. ff. de bon. possessio. secundum tab. vbi dicitur, quod quandiu supereſt aliquis, qui posit venire per bono. possessio. contra tab. si talis sit exclusus morte, vel alio modo, instituti veniunt per bono. possess. secundum tab. non quod ex tunc confirmetur testamentum, sed ex eo, quod retro valuerit, licet tunc instituti venire non possent. Sic ergo & in proposito filia veniet, non quasi nunc, seu de prę senti testamentum annulletur, sed quasi retro fuerit nullū. & sic Bar. uult duo. Vnum, quod vis testamēti fuerit in pendenti. & ꝙ filius ex eo non fuerit hæres, nec hęreditatē adire potuerit. Item aliud, quod ipsum testamentū annulletur, & impugnetur, tanquā a princip. & retro fuerit nullū. & in hac opin. fuit Bal. in cons. 68. inci. Proponitur ꝙ pater. primo volumine, ſm vltimam impressionem. ꝙ cō silium non credo fuisse Bal. quia contrarium dicitur in cōsilio seq. Et ad hoc ēt facit, quod dixit Bal. in cons. 43. inci. domina Marganda, secundo volumine, eadem impressione, vbi uoluit, qđ si pater decesserit intestatus, filius debeat conferre dotem hęredib. filij, tanquam vt ex retro succedatur. & opi. Bar. dicit sustentabilem Alex. in l. 2. C. de liber. præte. dum examinat prędictā q. & demum transit cum ea ibidē in penul. q. dum loquitur de clausula codicillari. Sed Bal. in d. l. 2. & in d. l. siquis filium. in vers. extra quæritur. C. de inof. testa. tenet cōtra Bar. uolens, quod filia impugnet testm̄ seu dicat nullum, vt ex nunc, non autem ex retro. & quod filius in eius vita fuerit hæres, mouetur, quia absurdum & contra mentē statuti esset dicere, ꝙ interim filius nō esset hæres, & qđ interim agere nō posset vel cōueniri, uel posito ꝙ posset conueniri, per l. fi. C. de pe. hęre. tamen agere nō posset, ut ibi notatur. & l. j. §. apud Iulianū. ff. depos. Itē adducit Bal. quia ſm Franci. ti. qui in materia consuluit, & pariter collegium Florentinum, ista filia est hęres anomala, in qua non seruantur regulæ iuris cōis pp statutum quod ipsas regulas excludit, filiam ad tempus vitæ fratris excludendo, & redintegrādo ad ipsam successionem. ar. d. l. statu liberum. §. Stichum. ff. de leg. 3. & d. l. imperator. cum concor. allegatis. propter ꝙ

Source : BIU Cujas

in tempore, quo filia excluditur, filius uocatur, iuxta no. per Bartolum in l. 2. §. videndum. ff. ad Tertul. cum concor. alias allegandis, ita vt dicendum ſit, ꝙ filius durante eius vita vere fuerit hæres, & teſtamentum valuerit, licet mortuo filio redeat ad cām inteſtati ex defectu præteritionis. Quo fit, vt cauſa fi. medio tpe obſtiterit mulieri, & amplius non obſtet ar. l. ſed & militis. in fi. ff. de excu. tu. propter quod dicendum ſit, ꝙ teſtiñ, vt ex nunc, ſit nullum. Nec ſm eos eſt inconueniens, ꝙ ex diſpoſitione. l. unus incipiat, & alter deſinat eſſe hæres. d. l. in ſubſtitutione. ff. de uulg. & pup. & inſt. de eo. cui liber. cauſa bo. addi. in fi. cum gl. Ex quo concluditur ſm eos, ꝙ filia pro parte dimidia euincet hæreditatem, quæ portio iure communi, niſi affuiſſet ſtatutum, debita fuiſſet ipſi filiæ præteritæ, vſq; a prin. & dixit Pau. de Caſ. in l. ſi quis poſthumos. §. 1. ff. de liber. & poſt. quod iſta filia ſuccedat ad inſtar exhæredatę q̄ uocat dimidiam firmo manēte teſtamento, in alia dimidia, iuxta. l. circa. ff. de inof. teſt. & pro corroboratione opinionis prædictæ, ꝙ filius poſſit hæreditatem adire inſolidū, non obſtāte ꝙ teſtiñ ex filiæ præteritione poſſit annullari, adducunt moderniores in d §. & quid ſi tantum, fun-
83 damentū, ꝙ †vbicunq; pñs ſtatus non tendit ad annullationem, tunc poteſt intetim adiri hæreditas, licet ſecus, ſit, vbi tendit ad annullationem, vt in poſthumo p̄terito, & exiſtēte apud hoſtes. Nā eſt veriſiſe, ꝙ poſthumus naſcat, & exiſtēs apud hoſtes, reuerratur ex coniectura a lege approbata, per no. per Bar. in d. l. æquiſsimum. in prin. facit. l. nec nos. & l. pe. C. de ca. & poſtli. reuer. Non ſic eſt ueriſiſe, ꝙ filius moriatur, & ſine prole maſculina. pro quo fundamento adducitur doctrina Bar. poſt Old. in l. Iulianus. ff. de cond. ind. vbi dicit, ꝙ vbicunq; pñs ſtatus tendit ad excluſionem, ſed dubiū eſt, an in futurum excluſio inducatur, habetur pro excluſione perpetua. l. ſufficit. eo. tit. de condi. ind. Si uero non tendit ad excluſionem, tunc nō habet vim perpetuæ excluſionis l. ſub conditione. ff. de aſſi. libe. & l. ubi autem. §. Marcellus. ff. de in di. addict. & quod dixit Bal. in l. illud. circa fi. C. de ſacroſ. ecc. ſed hoc fundamentum concernit perpetuam excluſionem, de qua ſupra dixi hac eadem quęſtione & quamuis paſſus, iſte reputetur a doctoribus multum dubius, tñ hæc ſecunda opinio videtur magis communis. P10 qua ut dixit Bal. iñ d. l. 2. C. de lib. præte. & in d. l. ſi quis filium conſuluit Fran. Tig. & collegium Florentinum. & cum Bal. tranſeunt Salyce. & Pau. de Ca. in d. l. 2. & eandem opi. tenuit ipſe Bal. in c. 1. §. 1. in ti. epi. vel ab. Ang. in d. §. ſi quis aūt. in auth. de hęre. & fal. Imo. in d. l. ei, qui ſoluendo. Pau. de Ca. & Are. in d. l. ſi quis poſt humos. §. 1. ff. de li. & poſth. & Aret. in conſi. 169. inci. longa, eſt iſta conſultatio. in fi. & hæc opinio ſecundum Are. in d. l. ſi quis poſthumos. §. 1. applaudet menti, & verbis ſtatuentiū, qui, cum propter filium, fęminam excluſerint a ſucceſsione, uiuente filio uniuerſaliter voluerunt filio hæreditatem deferre, non autem illam ſtare in ſuſpenſo, quia hoc non eſſet fauor filii facit. l. cum emancipati. §. ſi duo. ff. de colla. bono. & ꝙ dixit Bar in d. l. 2. §. videndum. ff. ad Tertu. & hanc ſentē tiam dicit communem D. Lauren. in Repe. d. § ceterum. vbi plene dicit iuxta hunc articulum. Nec dicatur, quod ſtat. filiam, condito teſtamento non excludat, ſed teſtator, qui illā præterit, vt dixerunt quidā moderniores Papien. ſeu Papiæ cathedrantes, in d. §. & quid ſi tantum. allegando Pa. de Ca. in conſil. 390. incipien. ſuper primo quæſito. & Bald. qui hoc non dicit, in d. l. prima. C. de ſuis & legi. propter quod inferūt
84 quod †licet teſtator fauore maſculi filiam ex teſtamento excluſerit, non tñ facere potuit, quod pendentibus viribus tementi, hæreditas, contra regulas iuris communis, adiretur. l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. quod ēt uoluit Barto. in dicta. l. fi. §. 1. in prima quæſtione. ff. ad Tertul. reſpondendo ad. l. miles. in princip. ff. de mili. teſt. quem ſupra retuli, quia reſpōdetur,
85 quod †ſtatutum excludens ab inteſtato, dat facultatem patri ex teſtamento illam præterundi, alias ſequeretur quod imputandum eſſet patri, cur teſtatus deceſsiſſet, contra l. poſthumus. in princip. & §. 1. ff. de inofficio. teſtamen. & late, dixi. ſ. in quæſtione præcedenti. & conſequenter quo ad acquirendam hæreditatem filio tollit obſtaculum filiæ ad tempus vitæ filii, & ſi tunc obiiciatur quod hæc rñſio non concludit, prout dicunt ipſi moderniores in dicto. §. & quid ſi tiñ. nam exiſtens apud hoſtes vel poſthumus, ab inteſtato non ſuccedunt, & tñ impediunt inſtitutum adire ex teſtamento, rñdetur, ꝙ in illis iuribus non prohibetur inter pares in gradu aditio, pro parte tangente inſtitutum, ſeu filium, ut patet in l. cū quidā. §. ꝙ dī. & §. ſuū. ff. de acq hær. licet prohibeat in parte, quæ obuenire poterat poſthumo, vel exiſtenti apud hoſtes, & hoc. ideo eſt, quia tales erāt pares in gradu ſuccedēdi. Sed in propoſito filia pp ſtatutum non eſt in pari gradu cū maſculo. ſed in poſteriore, vt dixi. ſ. hoc eo. art. in 3. queſtione. in fi. h anc conſiderationē inueni confirmatam per Imo. in d. l. ei, qui ſoluendo, in ultimis verbis, & ſic iura, quæ uolunt ꝙ quandiu validitas teſtamenti poteſt eſſe in pendenti, vel aliquis poteſt admitti prēter, ac cōtra teſtamentū, inſtitutus nō poſsit ex eo hęreditatem adire. loquuntur, qñ ille, pp quem validitas ſtat in pendenti, eſt in pari gradu cum inſtituto. Itē rñderi poſſet, prout. ſ. dixi poſt Bal. in d. l. 2. & Fran. Tig. ac collegium Florentinum, quod cum hęc ſucceſsio ſit anomala contra regulas iuris cōis, non debet ſecundum illas regulari. ēt ex paſsiua interpretatione. Item dici poteſt, quod ſtatutum ſatis prouidet in cā teſtati, quo ad facultatē filiā prętereundi, viuente filio. citra prēiudicium nullitatis teſtameti, qñ illam ab inteſtato excludit, cum talis nullitas rſet, ſecundum quod filia poſſet ab inteſtato ſuccedere, ut plene dixi. ſ. eo. arti. in præceden. quæſtione. Ad. l. æquiſsimum. quæ eſt. l. 2. §. 1. ff. de bono. poſ. ſecundum tabu. dum ibi ſuſpēſus a ſucceſsione, vt ex retro ſuccedit remoto obſtaculo, licet ex præ dictis appareat ſatisfactum, tñ poteſt aliter reſponderi ſecūdum Aret. in d. l. ſi, qui poſthumos. §. 1. quod ibi ſemper competiit ius hæredibus ſcriptis in teſtamento, cum inſtitutio, hæredis eſſet ipſo iure valida de iure ciuili & prætorio, licet poſſet per cōtratab. expugnari Idcirco non mirū, ſi remoto, obſtaculo inſtituti, vt exretro ſuccedunt, non ſic in filia, quæ uiuente maſculo excluditur, quia eo uiuente nullū ius cōpetiit ei in paterna hr̄ditate, & ꝙñr ius filię cum non eſſet in eſſe, non poterat filio obſtare, non tñ propter hoc ſecundum Aret. potuit ius filię dici fuiſſe extinctum, ſed ſtare in ſuſpenſo, per textum in ſimili in §. ſi ab hoſtibus. in fi inſti. quib. mo. ius patri. poteſta. ſolui. Item reſpondet Are. quod ideo in d. l. equiſsimum. fit retrotractio. ne contingat, quod quis decedat pro parte ſtatutus & pro parte inteſtatus, contra. l. ius noſtrum. ff. de reg. iur. Quę ratio ceſſat in propoſito, attenta mē te ſtatuti, vt prędictum fuit, quæ reſponſio comprehenditur in aliis reſponſionibus ſupradictis. Nec dicatur ſecundum Are. in d. §. ſi filium. quod filius poterit ſibi conſulere intentando bono. poſ. ſecundum tabu. cum inſtituti non expectēt præteritos, qñ ſunt in pari gradu cum illis. ſecundum Bar. in dicta. l. equiſsimum. in princip. ff. de bono. poſſeſ. ſecundum tab. & in d. l. ſi duo. ff. de legatis prēſtandis, quia recte inſpiciēti hoc non ſatisfacit. Nam ut dicit tex. in d. l. ſi duo. in fi. inſtitutus pro ſui parte tantum, ſuccedit petendo bono. poſſeſ. ſecundum tab. & patet in dicta l. cum quidam. §. primo. iunctis notatis in §. ſuum. ff. de acquiren. hæreditate. & hoc mō efficeretur proculdubio filius deterioris cōditionis, ſuccedēdo ex teſtamento, & ſecundum patris uoluntatem, quā ab inteſtato, ꝙ iura alias allegata. Nam ut dicit glo. in d. l. equiſsimum. §. 1. & Bart. in §. ſeq. qui incipit, ſi ſub conditione. tūc bene competeret filio ſucceſsio per vnde liber. de qua materia etiam habetur in l. plane. la prima. §. ſi coniunctim. ff. de legatis primo. Item illud dictum Bartoli in dicta. l. æquiſsimum. in prin. ſupra relatum, communiter non tenetur, ſecundum Imo. in l. prima. ff. de iniu. rup. & irr. facto teſt. & in l. ventre. ff. de acqui. hæredi. Pau. de Caſt. & Alexan. in l. poſthumo. ff. de bonorum poſſeſsio. contratab. & Areti. in l. ſi filius, qui in poteſtate. ff. de libe. & poſthu. Præterea, vt declarat Bar. in d. l. æquiſsimum. in principio. etiam præſuppoſito pro vero, quod vbi adeſt paritas gradus, inſtitutus non expectet præteritum, quominus poſſit intentare bono. poſſeſsio. ꝙtab. Iſtud non habet locum, vbi expectaretur triſtis euentus, vt quod filius præmoriatur, & ſine prole maſculina, per l. illud. §. 1. ſecundum intellectum Bar. ff. de contratab. Nec dicatur, ſecundum Aretinum in d. l. ſi quis poſthumos. §. 1. quod imo filia retro fingatur præterita, & teſtamentum fingatur retro fuiſſe nullum, cū lex hoc facere poſſit, iuxta plene tradita in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de uſucap. & in l. lex Cornelia. ff. de uulga. & pupil. & in ſimili in d. l. uentre. quod nobis ſuadet mens ſtatuti, quæ videtur fauere uelle filiæ, maſculo deficiente. Pro quo facit in argu. text. in d. §. quoniam iufirmus. in authen. de nuptijs, ubi alienatio facta per traſeūtem ad ſecunda vota, de lucro donationis propter nuptias, ita demum irritatur, ſi aliqui ſuperſint filii tempore mortis alienantis. & dicit ibi tex quod iſta irritatio retrotrahitur, ut plenius filiis conſulatur. Pro quo etiam facit text. in lege fina. §. ſinautem ſub eōditione. C. commu. de lega. ubi patet, quod alienatio facta per hæredem grauatum fideicommiſſo ſub conditione, irritatur adueniente conditione, ut exretro, tanquam a principio non ualuerit ad fauorem fideicōmiſſarii. Nam reſpondetur ſecundum Aretinum, quod in prædictis locis non erat cauſa media impediens alienationem, ſicut in propoſito erat filius impediens filiæ ſucceſsionem. Item, ſecundum ueritatem ſtatutum non intendit fauere filię fęminę, dum mortuo filio maſculo ſine prole maſculina illā admittit, licet non intendat ei, eo caſu nocere, p
86 ea, quę late dixi ſupra in arti. 3. Ex prædictis apparet de † multiplici effectu qui poteſt inſurgere, an filia ſuccedat, ut ex retro, an ut ex nunc. Primo uidelicet in modo adeundi hæreditatem,

Source : BIU Cujas

ritatem, & illam masculo acquirendi, & vt sciri possit. quis agere possit contra debitores hæreditarios, & quis conueniri iuxta prædicta. Item in modo transmittendi, ut late dicam in ar. seq. circ. 10. quęstionem, ubi tradam, an in filia ius suita tis, suspendatur, an uero in totum tollatur vel eneruetur. Itē in modo conferendi, quia secundum Baldum in dicto consi lio 43. incip. domina Mangarda. secundo volumine secundum ultimam impressionem, si succeditur, vt ex retro, habeat locum collatio alias autem videtur, velle, quod nō. sed credo, quod quouis casu habeat locum collatio, cum semper militet, & duret eius causa, & ratio. Sed hic cadit alia
87 difficultas, † an si ista temporaliter exclusa a successione, puta patris, decedat uiuo masculo. qui eam temporaliter excludit, & relicta vna filia, talis filia exclusa, mortuo masculo admittatur ad successionem aui ab intestato, vel ad impugnādum testamentum, sicut fuisset eius mater admissa. Bar. in l. fina. §. fi. ff. ad Tertul. uult, quod sic, quando talis neptis, fuit viuo auo concepta, alias non. Quod ego late examino in seque. articulo nona quæstione. cum tribus sequentibus. ver
88 siculo quid autem, si statutum. Sexto, quæro, †an filia exclusa donec masculus superuixerit possit petere cautionem a masculo, qui addmittitur de non dissipandis bonis defuncti, & de hæreditare sibi pro sua portione restituēda, si casus, aduenerit, in qua quæstione Bar. in l. fi. §. primo. ff. ad Tertul. reliquit cogitandum. sed Bal. in l. si quis filium. versiculo, tertio quæritur. C. de inofficio. testamen. dixit, quod potest peti cautio, si masculus incipit dilapidare, vel est suspectus, per legem imperator. ff. ad Trebel. & l. inter omnes. ff. qui satisda. cogan. & in hac opinione est domi. prœcep. meus domin. Iaſ. in dicta lege, inter omnes. fortius voluit Imol. in l. ei, qui solu endo. ff. de hæredi. instituen. versicul. circa quintum, quod indistincte possit peti cautio de hereditate restituenda, & consequenter. de bonis non dissipandis, quæ in illa includitur, quia de parte hērditat. paternæ, & non de hæreditate, filii cautio petitur, iuxta ea, quę leguntur & notantur in l. secunda. §. cęterum. & in l. cohęredi. §. cum filię. ff. de uulgari & pupillari. Sed idem Bal. in lege extraneum. circa finem comm. sub dubio tamen forte dixit, quod masculus non tenetur satisdare, cum sit prælatus & non grauatus, argumen. dictæ. l. inter omnes. Est enim filius in eius vita hæres, secundum eū cum statutum possit hoc facere. De quo plenius dixi in quę stione prędecenti. & interim idem masculus omnia administrabit, bona fide secundum Baldum ibidem. argume. l. quotiens. ff. de acquiren. hæredita. & l. in integrum. ff. de in inte. restitutio, maxime in iudicio. l. prima. §. denuntiari. ff. de vē. insp. puto tenendam opinionem Bald. in d. l. si quis filium. vt scilicet non teneatur masculus ad satisdationem, nisi superueniat iusta causa, vel incipiat dilapidare, & quia masculus vere est prelatus, & non grauatus. vt dixit Bald. in dicta l. extraneum. facit. l. Paulus. not. ff. de prēt. stipula. quę uult non præstari cautionem per eum, qui antecedit in gradu. Nec ob stat. d. l. inter omnes. quia cum sit exorbitans, non est trahenda ad consequentias. l. quod vero contra. ff. de leg. propter q̄ secundum Specu. in titu. de testa. §. penul. versiculo, quid si quis est sub conditione institutus. illa. l. inter omnes, non debet habere locum ab intestato, licet Pau. de Castr. ibi aliter dixerit. Item respondetur ex decisione. dictę l. Paulus. nota.
89 Septimo quæri, posset, †an filiæ exclusæ licet non admittantur ad partem, faciant tamen partem ad commodum masculorum vocatorum, de hoc clare dicam infra intertiode-
90 cimo articulo principali. Octauo quæro, † an stante statuto, quod fœminę ab intestato non succedant cum masculis, si contingat patrem instituete filias in modica re, & filios hęredes vniuersales, & demum substituere inuicem, intelligantur etiam filię ad substitutionem uocatę & quid in institutis. dixi late, supra. 5. articulo. princi. in 12. quęstione. Nono
91 sistāte statuto, quod mulier dotata sit contenta dote sua, & quod filii ex filia non possint succedere auo materno extantibus masculis ex auo materno, sed debeant esse contenti, dote materna, tale statutum præsupponit, quod dos filię nō debeat redire ad patrem, sed remanere ipsis filiis filiæ, secundum consuetudinem Martini, vt per Maria. consi. 9. De quo
92 in articulo sequen. tertia q. Decimo quęro, †de statu. dispo nente, quod filia dotata teneatur refutare hęreditatem, quia le ius habet filia in hęredita. Corne. consi. 109. incip. placet, 1. vol. dicit, quod est hæres meo iure, sed non in effectu subiungendo quod mortuo eo, cui est facta renuntiatio posset succedere, quod est intelligendum secundum prædicta.
93 Vndecimo quęro, †an stāte statuto, quod filia non suceedat sed debeat dotari, sufficiat illam esse a quocunque alio dotatam. dominus Iaſo. in l. de alimentis. in fine commen. C. de transact. tenuit quod non. & quod dotata ab alio possit petere dotem a fratribus, uult Alexand. consilio 7. incipiente. vi-
94 sis. secūdo uolumine. Duodecimo quęro, †an si masculi proximiores vocentur per statutum ad bona mobilia, & immobilia, & supersint personæ ꝯiunctæ, mater & patruus, ipsa mater aliquid habebit. Cor. consi. 113. incipiē. circa primum. quarto volumine, tenuit quod patruus habebit bona mobilia, & immobilia, & quod mater erit hæres vniuersalis, habens iura, & actiones, ac nomina debitorum, quæ non veniunt appellatione bonorum mobilium & immobilium, vt ibi per eum. Facit quod dixit Bar. in l. centurio. versiculo, vel quid si dicatur. ff. de vulgari & pupillari. dum dixit, quod substitutus in bonis mobilibus & immobilibus, non expresso, iuribus & actionibus, dicitur in re certa, & non vniuersaliter substitutus. Ad quod possunt videri nota. per Paulum de Castro, & Alex. in l. nam quod liquidæ. §. non omnis. ff. ad Trebellia. & Pau. de Cast. consi. 347. incip. viso suprascripto. in antiquis. & Salyc. Pau. de Cast. ac Corn. in l. ambiguitates. C. de testamen. & Alexan. consi. 25. primo volumine, de clausula testamentaria. In omnibus autem bonis suis mobilibus
95 & immobilibus &c. Vltimo quæri posset, †an stante statuto, qđ fęminę teneantur stare ordinationi patris, pater possit eis directo substituere post pupillarem ætatem, Barto. in l. centurio, cum quo ibi transit Alexand. ff. de uulg. & pupillari. & in l. Marcellus. §. quidam. ff. ad Trebellianum. tenuit ꝙ sic. & eum sequitur Bald. in textualibus in capitulo, si pater. de testamen. licet Ioann. de Imo. in d. l. centurio. & in dicto capitulo Raynutius. aliter dixerit. cui respondeti potest, prout respondet Alex. in d. l. centurio.

SVMMARIVM.

1 *Quale ius habet filia in eo, quod sibi a statuto reseruatur, aut quod de iure communi sibi reseruatum intelligitur.*
2 *Qua actione petatur dos filiæ per statutum reseruata.*
3 *Quando quis excluditur ab emolumento contemplatione alterius commodi agendo, agi videtur ex illa dispositione, quod commodum debeatur.*
4 *Quando pro dote possit iudicis officium implorari.*
5 *Dos a statuto præseruata, petitur condictione ex lege, seu statuti.*
6 *Quomodo de iure communi dos petatur, & an detur actio contra patrem, an vero officium iudicis transitorium ad hæredes.*
7 *Quod præseruatur per statutum filiæ exclusæ ab vniuersali successione, an censeatur eius legitima, vel succedat in locum legitimæ legalis.*
8 *Si fœmina excluditur contemplatione dotis datæ, vel dandæ, talis dos succedit loco alimentorum.*
9 *Quando statutum filiam a successione excludens, mandat illam dotari, vult dotem succedere loco legitimæ, & esse patrimonium mulieris, & statim peti posse.*
10 *Si statutum excludat filiam a successione, & quatenus non sit dotata, mandet sibi prouideri arbitrio propinquorum, tale præseruatum quantumcunque incertum, ante sequutum arbitrium, succedit loco legitimæ.*
11 *Si statutum velit matrem in vsufructu tantum succedere, ille vsusfructus loco legitimæ subrogatur.*
12 *Legitima nihil aliud est, quam portio taxata legis arbitrio, & appellatur debitum bonorum subsidium. Dosque dicitur subsidium mulierum. ibidem.*
13 *Dos filiæ a statuto præseruata, non defertur sibi iure successionis, adeo quod pro illa non faciat partem in legitima filij, quia in re certa seu pecunia non cadit hæreditas.*
14 *Dos præseruata per statutum, debetur vt æs alienum.*
15 *Verbum, Falcidia, ex necessario intellectu, intelligitur de legitima.*
16 *Dos debita per statutum filiæ exclusæ a successione, succedit loco legitimæ, retinendo tamen naturam dotis in tempore.*
17 *An id, quod a statuto præseruatur filiæ, debeatur insolidum, & tam ab intestato, quam ex testamento.*
Et an id loco legitimæ legalis habeatur, & eius naturam adsumat. Et quæ ad hoc cognoscendum considerandæ sint. & plura de legitima. ibid.
18 *Statuta etiam correctoria iuris communis, bene recipiunt interpretationem a iure communi.*
19 *Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, quando ad idem met non ad diuersum subrogatur.*
20 *Stante statuto, quod filia dotata non succedat, an poterit illa dotem petere, antequam nubat.*
21 *Communi errore nostræ ætatis doctores, in multiloquio scientiam iuris arbitrantur.*
22 *Quare introducta sit legitima.*
23 *Si extraneæ fœminæ, vel si filiæ pro dotibus vltra bonorum debitum subsidium relinquatur, impleta demum conditione, videlicet tempore matrimonij, relictum valet, & peti poterit, non ante.*
24 *Sicut statutum potest minuere legitimam in quantitate, ita etiam potest in tempore, differendo eius præstationem.*
25 *Relictum dotis, quid conditionale est, ideo dos relicta statim peti non potest.*
26 *Conditio in dote, non modo apponi, sed etiam tacite inesse potest.*
27 *Sicut pater potest prætextu statuti quantitatem legitimæ minuere, ita potest modum, & formam relicto adijcere.*
28 *Qui non potest minuere, non potest modum, nec formam adijcere.*
29 *An & quando alimenta prestita filiæ dotandæ, antequam nuberet, recompensentur cum mora medij temporis, ita ut præter habita alimenta, relicta*

Source : BIU Cujas

quantitatem habeat integram.

30 Statuto mandante filiam dotari per hæredem, & donec nuptui tradatur, ali, actus dotis constituendæ est purus, actus vero dotis exigendæ & soluendæ, est conditionalis, & insertus in matrimonij tempus.

31 Quomodo differunt mulierem dotatam esse, & esse dotem.

32 Dos assignata seu relicta non transmittitur, si filia ante contractum matrimonium decedat, nisi hæres fuerit in mora.

33 Fructus dotis assignatæ, non tamen præstitæ propter moram præstare debentis, arbitrio boni viri taxandi erunt, & præstandi.

34 Illa verba, quod extante filio masculo, filia fœmina non succedat, in Statuto quid operentur, & quomodo intelligi debeant.

35 Relictum pro dote, an sit purum, an vero sub conditione, & sic conditionale.

36 Filia non dicitur dotata, etiam si sibi sint dotes pure relictæ, nisi deuentum sit ad actum puræ traditionis ipsius dotis.

37 Quomodo intelligi debent verba illa statuti, quod dotata non succedat, siue quod debeat esse contenta dote sibi relicta.

38 Non dicitur dotata illa, quæ conditionaliter est dotata, ante conditionem impletam, & hæc qualitas adesse debet tempore successionis delatæ.

39 Attento communi vsu loquendi, illa dotata dicitur, cui sunt dotes simpliciter relictæ.

40 Vulgares secundum eorum vsum loquendi eam dicunt dotatam, quæ quandocunque relictam dotem etiam non sequuto matrimonio exigere potest, impropriando verbum dotis.

41 Cessante communi vsu loqudndi, sumus in terminis iuris communis.

42 Statutum disponens excludi dotatam, conditionale est, s. quod filia non succedat, si fuerit dotata.

43 An & quando legatum dotis sit purum, conditionale, vel modale. & quid si relinquatur pro filia maritanda.

44 Statuto excludente filiam dotatam, nec disponente quo tempore dos peti possit, non potest testator disponere, quod non petatur ante tempus nuptiarum. Sed post annum potest.

45 Licet communis vsus loquendi faciat dici dotatam sine matrimonio, non tamen operatur circa dilationem dandę dotis, matrimonio secuto.

46 Statuto non prohibente statim dotem peti posse, seu deberi, si testator relinquat illam sub conditione, vel in tempus nuptiarum, an dies vel conditio reijciatur.

47 Filia, cui dos sub conditione relinquitur, tanquam non dotata, & consequenter tanquam in statuto non comprehensa secundum dispositionem iuris communis succedit, sicut masculi.

48 Quid sit in modo, & onere appositis doti, vel rei præseruatæ, an sustineri, aut reijci debeant.

49 Filia per Statutum dotatam excludens, non excluditur, si pater adijciat modum, quod dos sibi restituatur soluto matrimonio, ita quod dos ad hæredes filiæ non transeat.

50 Quando pater reliquit dotem filiæ instituto filio masculo hærede, non potest filius dotans sororem apponere pactum, ꝙ dos sibi restituatur.

51 Non dicitur dotata, quæ non est libere dotata, nisi grauamen remittatur.

52 Filia non computat sibi in legitimam dotem, quam pater stipulatus fuit sibi reddi, si sine liberis decesserit, nisi hæredes remittant illi stipulationem hanc.

53 Vt aliqua dotata sit, dependet a facto dotantis, ideo non sufficeret hæredes onus, vel grauamen per defunctum doti impositum remittere, quia tempore delatæ successionis non potest dici libere dotata.

54 Qui habet actionem ad rem, licet rem habere videatur, non tamen vere rem habet.

55 Statuto excludente dotatam, si contingat illam præmori patri, qui post dotem, quam sibi restituendam stipulatus fuerat, exigat, filij filiæ non excluduntur a successione paterna, eademque auita.

56 Non licet apponere onus vel modum in dote per statutum præseruata. Idem dicendum est in alia re præseruata filiæ exclusæ.

57 Non licet apponere onus, nec minuere dotem præseruatā, maxime quando statutum excludit competenter dotatam, quia tunc non excluditur incompetenter dotata.

58 Si statutum velit filiam stare testamento patris, pater potest apponere dilationem doti petendæ. Et si velit, ꝙ dotata ad supplementum legitimæ agere non possit, illa non potest conqueri de onere impositio.

59 Conclusio, quod non liceat apponere onus rei præseruatæ, procedit, etiam si tale præseruatum filiæ sit plus, quam legitima.

60 In parte præseruata filiæ per statutum, non potest illi substitui per fideicom. pure, vel conditionaliter, vel in diem, nec in vita filiæ vel post mortem aliquid præiudicari.

61 An pater posset alias in dote substitutionem fideicommissariam facere, remissiue.

62 Cum relictum dotis potest esse conditionale, quod erit tempus dotis petendę, an tempus præparationis matrimonij, an nuptiarum, an vero nubilis ætatis.

63 An valeat institutio filiæ in dote sola, siue iam data, siue etiam danda sit.

64 An possit filia rem sibi præseruatam per statutum propria authoritate capere.

65 Vbi præseruatum, iure directo præseruatur, quamuis simus in casu, in quo succedit iure legitimæ, nihilominus videtur, quod capi non possit authoritate propria, sicut nec legitima.

66 Quarta, quę debetur curialibus de successione alterius curialis defuncti, non potest propria authoritate capi.

67 Legitima potest capi authoritate propria, tanquam iure directo debita. secus in alia re certa.

68 Stante statuto, quod mulier habens filios vel descendentes, non possit alijs vltra quartam suorum bonorum relinquere, si illa plura faciat legata, an ille tres partes sint sine onere legatorum.

69 Qualiter diuidantur debita & credita inter filiam, cui aliquid ex statuto præseruatur, & masculos, qui vniuersaliter succedunt in tota hereditate.

70 Stante statuto, ꝙ proximus ex parte patris debeat succedere in bonis immobilibus, & ex parte matris in bonis mobilibus, debita diuiduntur pro rata bonorum;

71 Debita facta contemplatione alicuius partis patrimonij, illam tantum partem respiciunt. Quod intellige, quando defunctus tempore mortis suæ diuisum habebat peculium vel patrimonium.

72 Vbi statutum non assignaret nec præseruaret certam partem hæreditatis filiæ, sed illam mandaret dotari, an dos supportare debeat onus æris alieni.

73 Dos data non dicitur amplius in patrimonio patris, sed per eius mortem consolidatur in filiam.

74 Statuto excludente filiam dotatam, an legatum dotis patietur defalcationem Falcidiæ.

75 Dos capitur vt æs alienum, & non iure hæreditario.

76 Res per statutum filię exclusæ debita seu præseruata, Falcidiam nō patitur.

77 Filia fa. an in re sibi præseruata, forte dote, possit hæredē instituere et testari.

78 Si filia fam. de rebus sibi præseruatis vel dotibus per statutum testetur, post mortem patris, indubitanter valebit dispositio.

79 Filia, quæ dotari debet ex statuti dispositione, an transmittat ad hæredes suos ius agendi ad dotes, seu illarum exactionem.

80 Relictum dotis filiæ factum, cum nupserit, vel in tempus nuptiarum, ad hæredes non transmittitur, si ipsa priusquam nubat, moriatur. Quod limita, vt ibi.

81 Relictum dotis vel præseruatum per statutum filiæ, vbi euidenter, vel iuris interpretatione, purum est, filia moriens ad suos transmittit hæredes.

82 Relictum, præseruatumve conditionale, sicut est dos, moriens non transmittit. Item nec relictum vel præseruatum sub modo vel ob causam, puta matrimonij, ante impletum modum vel causam sequutam.

83 Statuto dotatas excludente, & non dotatis ex arbitrio propinquorum prouidente, an pupilla moriens ante factam prouisionem arbitrio propinquorum, transmittat ius prouisionis tanq̄ purum, an tanquam conditionale.

84 Filia minus congrue dotata, per stat. exclusa, an transmittat ius agendi ad supplementum congruarum dotium, eo maxime casu, quo dos fuit vel censetur pure relicta, aut modus, vel conditio purificata sunt.

85 Lucrum dotis delatum ad maritum ex forma statuti post mortem mulieris transmittitur ad hæredes, etiam si non fuerit per defunctum agnitum.

86 Si statutum defert dotem matris filijs, an illam transmittant, posito quod non agnouerunt. & an illam tanquam hæreditatem deferre intelligatur, & quomodo. ibidem.

87 Trebellianica licet fuerit acceptata ꝑ defunctū, nihilominus transmittitur.

88 Stante statuto quod bona homicidę debeant applicari filijs defuncti, illi morientes ea transmittunt ad hæredes.

89 Alimenta quæ debentur filiæ exclusæ per statutum, tanquam personalia, nō trasmittuntur ad hæredes filiæ, seu eius liberos.

90 Præseruatum a statuto pure & non conditionaliter, an & quando transmittatur siue iure successionis debeatur, siue non.

91 Matre exclusa a successione filij per statutum, an hæreditas filio delata trāsmittatur ad matrem ex priuilegio matris.

92 Statuto disponente ꝙ quousque vel quandiu vixerit masculus fœmina non succedat, si contingat filiam post mortem patris decedere superstite fratre masculo, qui demum decedat sine liberis, an talis filia transmittat tale ius succedendi post mortem fratris.

93 Persona quæ non impeditur in prosequutione propter defectum sui iuris, sed propter defectum extrinsecum alterius personæ, quæ hoc ius differt & suspendit, ius ipsum interim moriens transmittit.

94 An statuta exclusiua fœminarum, donec supersint masculi, earum suitatis iura suspendant, an vero penitus eneruent.

95 Iura, quæ competitura sunt alicui per mortem alterius, siue sint vniuersalia, siue simpliciter particularia, non transmittuntur.

96 Hæres institutus si moriatur antequam sibi deferatur hæreditas, quę impedītur deferri per posthumum nasciturum, non transmittit hæreditatem non delatam, nisi in omnem euentum sit successurus.

97 Quando aliquis impeditur adire ex voluntate legis, vel testatoris, quia alius eum præcedit. nunquam fit transmissio.

98 Ius conditionale regulariter non transmittitur.

99 Quando aliquid ex legis prouisione communi, vel speciali debetur, taliter, quòd non possit tolli vel auferri per illum, a quo debetur, transmittitur, etiam si nondum sit delatum. Quæ concluſio qualiter & quando procedat ibidem.

100 Filia monacha an transmittat ius succedendi in monasterium.

101 Si cum nepte ex filia præterita adsit alia filia præterita testatoris, ista neptis admittetur mediante persona amitæ dicentis testamentum nullum.

102 Filius filiæ per statutum exclusæ, an possit ex sua persona ad hæreditatem venire, quando fuit viuo ouo conceptus, vel natus.

103 Non est eadem ratio admittendi ad rumpendum testamentum filium ex filia, & ipsam. & quare.

104 Nepos licet succedat in gradu paterno, non tamen succedit ex persona patris, sed ex ua propria.

Successo-

Source : BIU Cujas

105 *Succeſſorium edictum locum non habet in iure dicendi nullum.*

106 *Regula de iure communi eſt, ꝙ nepos ſuccedat loco filij in rumpendo, & in iure dicendi nullum.*

107 *Nepos, an ex ſua perſona ſuccedat in iure dicendi nullum, quod matri non competit.*

108 *Statutum excludendo filiam ad tempus, videtur illam poſt tempus velle admittere, quaſi ceſſet excluſio ſtatuti. Ideo ſicut filia, ſi viueret, admitteretur, ſicut admitteretur eius filius.*

109 *Mater ſi excludatur a ſucceſſione filij propter fratrem ipſius filij, vel patruum, præterquam in quarta, ſi non petierit pupillo tutorem, etiam illa quarta priuari poterit.*

110 *Matre propter patruos excluſa, præterquam a quarta, quo caſu etiam cenſetur auunculus excluſus matre mediante coniunctus, an matre non extante, auunculus in illa quarta matri præſeruata ſuccedet, ita quod etiam ſit debita his, qui veniunt mediante matre.*

Articulus XI.

1 NDecimo Articulo prin. videndum eſt, †quale ius habeat filia in eo, quod ſibi a ſtatuto vel teſtatore reſeruatur, aut quod de iure cõi reſeruatum eſſe intelligitur. Circa quem articulum pulcherrimę, & ad totum tractatum neceſſariæ accommodantur qõnes. Et primo quęro, †qua actione petat̃, 2 dos filiæ per ſtatutum reſeruata, Pau.de Ca.in conſ.131 incip. licet iſta domina. Lixa in prin.in uo.antiquorum conſiliorũ ſm primam impreſſionem, dixit ꝙ petitur cõdictione ex ſtatuto per l.fi.uer.poſtquam.in fi.C.de petitio.hære. de quo per Bar.in l.1.ff.de cond. ex leg. & in repetitio.l.omnes populi.in 7.q.prin.ff.de iuſt.& iu.& l.1.in prin.circa fi.commen.cũ concor. ff.ad leg. Falcidi. idem in alia re per ſtatutum maſculis præſeruata.vt dixit Ale.in conſ.55.inci.conſideratis verbis. 1.uo.poſt.Bar.in l.ſi duo patroni.§.ſi quis iurauerit.ff.de iure iur.& in l.de quibus in fi.commen.ff.de legi. cum concor.s̃. allegatis.plus dixit Pa.de Ca.in l.ſi ſocer.§.Lucius.ff.ſo.mat. ꝙ & ſi ſtatutum expreſſe non mandet filiam dotari, ſed illã, excludat a ſucceſſione, diſponendo ꝙ debeat ſtare dote contenta, adhuc poterit dotem condictione ex ſtatuto petere, 3 quia excluditur ab hęreditate propter dotem, quia †qñ quis excluditur ab emolumento, contemplatione alterius commodi, uidetur agi ex illa diſpoſitione, ꝙ commodum debeatur, per gl.& no.in dicto.§.Lucius, & probatur in l.emptor.§. fi.ff.de rei vend. habetur per D.Iaſ.in l.de alimentis. in fi.cõmen.C.de tranſact. poſt Ale.in conſ.7.inci.viſis. 2.uo.vbi di-4 cit, †quando pro dote poſſit officium iudicis implorari. Et ꝙ 5 †dos a ſtatuto præſeruata petatur cõdictione ex lege, ſeu ſtatuto, tenuit do. Soci. licet non audeat bene firmare pedem, in conſi.150.uerſi.illud tamen.1.uol.propterea, quia multi tenuerunt, ꝙ debeatur, ut ſucceſſio vel legitima, ut in q.ſeq. dicetur, & firmat Soci. conſi.288.verſi.confirmatur iſta con-6 clu. eo.uol. † De iure autem communi quomodo dos petatur, notatur in l.fi.C de do.promiſ.per Gl.& doc.in l.ſi ſocer. in prin. ff.ſol.matrim.per Bar.in l.obligamur. §.leg. ff.de ac. & oblig.per Alex.in l.mulier.§.cum propeneretur. ff.ad Trebellia. vbi tangunt an detur actio contra patrem, an vero of-7 ficium iudicis tranſitorium ad hęredes. Secundo quęro, †an illud quod prę ſeruatur per ſtatut. filiæ excluſę ab vniuerſali ſucceſsione, puta dos, cenſeatur eius legitima, vel ſuccedat in locum legitimę legalis. Iſta eſt pulchra. & antiqua quęſtio in qua uidetur dicendum, ꝙ ſic, ſecundum Rychar.Malum. in quæſtione per eum diſputata, quam refert Cyn.in l.ſancimus.C. de nup.& Bar.in l.Titio.centum.§.Titio genero.ff.de condi.& demonſtra.& hanc partem tenuit Ioan. An. maxime ſi aliter non prouideatur de alimentis. in addi. Specu.in titu.de ſtatu monac.ſuper rubri.poſt medium. verſ.ſcire debes. Bal.& Saly.in dicta.l.ſancimus.& Alberi.in l.quoniam, in prioribus.C.de inoffi.teſtamen.ubi plenius cęteris examinat quæſtionem Richar.Malumb.Mouentur maxime, quia hoc eſt pars filię, quę ſolet legitima appellari, cum legitima filii ſua pars appelletur, in l.ſancimus.2.reſponſo. C.de inof. teſtamen.quæ legitima aliis etiam modis a iure nuncupatur vt nõ.Ioan.An.in rubri.ſupra allega.Eandem etiam opinio. tenuit.Bal.conſ.498.inci.factum, ſuper quo conſilium petitur.prima parte, ſecundum ultimam impreſsionem.& in authen.res, quæ.verſicu.ſecundo quæro.C.commu.de leg.& in conſi.218.incip.ſint contentę.1.uo.ſecundum penul.impreſ ſionem.repetito in conſi.304.2.vol.ſecundum eandem im-8 preſsionem.& incipit, Anno domini, ubi dicit, ꝙ †ſi fœmina excluditur contemplatione dotis, datæ, vel dandę, talis dos ſuccedit loco alimentorum, & idcirco filia habet legitimã, ſibi in dote taxatam, quæ verba conueniunt verbis Richar. Mal. prout ea refert Cy.in d.l.ſancimus, qui etiam voluit, id quod datur pro legitima ſuccedere loco alimenrorum. Eandem opi.inuenio.teneri in deciſionibus nouis Rotę, ſub rub. de conſuę.dec.j. in fi.alias eſt ſecundum ordinem antiquũ deciſio.38.& incipit, item fuit dubitatum, hoc idem uult Panor.in conſ.92.inci.illud indubitati.circa medium.ibi præ-9 terea.&c. ſecdndo uolum.vbi.dixit, quod †quando ſtatutum filiam a ſucceſsione excludens, mandat illam dotari.uult dotem ſuccedere, loco legitimæ, & eſſe patrimonium mulieris, & ſtatim peti poſſe. Idem uult Bal.poſt Iaco.Bu.in d.l.quoniam in prioribus.ver.2.queritur.ubi dixit, ꝙ ſtatuto diſponente ꝙ filia ſit contenta quãtitate, quam pater ei relinquere volet, quantitas per patrem relicta, quantuncunq; ſit modica, ſuccedit loco.legitimæ, quod ſequitur ibi Saly.& Pa.de Ca.& Imo.in l.fratri.ff.de cond.inſti. Cu.in d.§.Titio genero quem incidenter ſequitur Ale.in conſ.13.incip. circa primã 2.vol.& dixit Bal.in l.maximum.vitium.in fi.verſic.ulterius quæritur.C.de liber.præte. qſtante ſtatuto, ꝙ pater teneatur relinquere filiis quintam partem, illa qnta pars ſuccedet loco legitimæ legalis. Plus uoluit Ba.in conſi.184.incip.prę ſup-10 poſito ꝙ ſtatutum.1.uol.ſecundum ulti.impreſsionem, ꝙ †ſi ſtatutum excludat filiam a ſucceſsione, & quatenus non ſit dotata, mandet ſibi prouideri arbitrio propinquorum, tale præſeruatum, quantuncunq; incertum, ante ſequutum arbitrium ſuccedat loco legitimæ. Idem uoluit in conſ.419.inc. ad euidẽtiam.4.uol.ſm eandem ſtampam. & credo ꝙ ſit idẽ caſus. Idem uoluit Pet.de Ancha.in conſi.422.incip. præmit-11 tendum eſt, †ꝙ ſtatuta, uolens ꝙ etiam ſi ſtatutum velit matrem in vſufructu tantum ſuccedere. ille vſusfructus loco legitimę ſubrogetur, & hanc ſnĩam expreſſe firmat Pa.de Ca. in conſ.112.inci.ſubſtitutio prædicta.in fi.& in conſ.ſe.in uo. antiqnorum conſiliorum ſecundum primam impreſsionẽ, & Ale.in conſ.150.inci.uiſo. titulo ver.ſecundo caſu.& ver. ſupradicta fortificantur, & uer. cum illa.2.uol. Et ſiñ Pau.de Ca.in conſ.245.ſupra allegato. Hanc opi. tenuerunt Ant.de Peru.conſulendo, & Fulgo.in qua opi.reſidet Medern.Bononien.in tract. dotium, in quinta parte.in.17.q.inci.an ualeat ſtatutum, motus, quia ſtatutum arbitratur dotem eſſe con-12 gruam portionem mulieris dotatę, & †legitima nihil aliud eſt, quam portio, taxata legis arbitrio, & appellatur debitum bonorum ſubſidium, & dos dicitur ſubſidium mulierum. l.1.C.unde vir vxor. Idem tenuit Cor. conſ.48.inci. de plurib. in prin.& 2.uol.& in conſ.40.3.uol.& in conſ.199.inc.in hac 3.uol. Contrariam opinionem uidetur tenere Cyn.in d.l.ſancimus.in fi.commen.& Bar.in d.§.Titio genero.in antepen. q.& ibidem Pau.de Ca.& clarius ipſe Pau.in auth.nouiſsima C.de inof.teſt.& in conſ.78.inci. viſo dicto puncto. & in cõſ. 108.inci.ſuper eo, de quo quæritur in uol.antiquorum conſil. ſecundum primam impreſsionem maxime quãdo tale præſeruatum non debetur tempore ſucceſſionis, ut quando ſtatutum mandat filiam dotari, & expectandum ſit tempus nubilis ętatis. Quod an, & quãdo ſit, dicam in q.ſeq. Idem dixit ipſe Pau.de.Ca.in conſ.110.inci.ſuper primo quæſito. in ver. ad ſecundum.& in conſ.120.inc. ſi dicta Cornelia. & in cõſ. 232.inci.pro pleniore.& in conſ.ſeq.& in conſ.108.inc.ſuper eo, quod quæritur, clara & indubitata, vbi loquitur in dote. eadem met ſtampa, & conſil.255.alias.224. incip. ſuper primo dubio.in ver.ſuper tertio & vlti.primo volu.ſecundum, ultimam impreſſionem. Card.conſ.152.inci.quod autem.in 13 fi.Cu.in conſ.35.inc.ſtante ſtatuto Vincencię.vbi uoluit †dotem filiæ a ſtatuto præſeruatam non deferri ſibi iure ſucceſſionis, adeo ꝙ pro illa non faciat partem in legitima filii, eo, quia in certa re ſeu pecunia non cadit hæreditaria ſucceſſio, l.1.§.ſi ex fundo.& l.quotiens.§.hęredes. ff.de hęredib. inſtit. & l.quotiens.C.eo.tit.ita ut filii maſculi ſuccedant in totum cum onere præſtandi illam certam rem. Idẽ & latius uoluit ipſe Cu.in conſ.123.inci. D.Anto.de Verona. & hoc ẽt aperte teſtatur Ale.in conſ.179.inci.uiſo proceſſu cauſę vertentis.3.uol.& eſt de mente Bal. in l.non ſine.in ultimis verbis. C. de bonis, quę liber. ſi bene conſiderentur verba ſua. & dixit Bal.nouel.in tractatu dotium, 6.parte. ꝙ dos magis dicitur ſuccedere loco legitimæ, quam alimentorum, & ego.j. 24 13.articu.principa.teneo, ꝙ †dos præſeruata per ſtatutum, debeatur vt æs alienum.& pro ſententia facit, quia legitima eſt portio eius, quod ab inteſtato debetur, l.cum quęritur. & l. parentibus.C.de inof.teſtamen. Ergo ipſum prę ſeruatum nõ eſt legitima. Eſt bene uerum ſecundum Pau.de Caſt.in dict. conſi.245.quod ſi ſtatutum non excludat fœminas a ſucceſ ſione ſed dicat, quod debeant ſtare contentę his, quę fuerint ſibi relicta pro dote, quod tunc talis dos videbitur ſubrogata loco legitimæ.& prædictam ſecundam opinionem tenui conſulendo. Franciſ.de ram.prout dixit Pau.de Caſtr.cui opinioni conuenit illud, quod dixit Maria.conſilio.30 incipien. quamuis.3. dubio dum dixit, quod ſi ſtatutum diſponat, quod filia dotata vel dotanda ſit contenta dote, & eo, quod ſibi pater dederit, vel promiſerit, nec vltra illud petere poſſit. nec fratres, uel patruos ſuos inquietare occaſione Falci-15 diæ, tunc dos ſuccedat loco legitimę, propter illud †verbum

Source : BIU Cujas

Faleidiæ,quod ex neceſſario intellectu, intelligitur de legitima,vt per Moder in auth.nouiſſima. C.de inof.teſt.quod ſecundum Mari.fortius procedebat in caſu ſuo, ſtante alio ſtatuto Ferrarienſi,quod ſi intra tempus ibi determinatum frater ſororem nō dotauerit,duplicari debeat legitima,ſeu Falcidia, tanquam ſit ſenſus, quod in primo ſtatuto legitima minuatur,& in alio data negligentia duplicetur. At dominus Philip.Cor.conſ.107.incipiente,in hac.in finalib. verbis.
16 ſecundo vol.concludit,quod † dos debita per ſtatutum filiæ excluſæ a ſucceſſione,ſuccedat loco legitimæ, retinendo tñ naturam dotis in tempore. & idem voluit in conſil.centeſimo,incip.non caret.3.vol. Sed idem Cor. conſ.32.inci.licet. 4.vol.dicit quod dos non ſuccedat loco legitimæ ſaltem, ut aſſumat naturā legitimæ, & inter cæteras rationes aſſignat rationem,quia cōmunis opinio eſt,lqđ excluſa filia dotata, legitima maſculi ſit maior, quam de iure communi, & qđ dos cenſeatur tanquam æs alienum, vt late dicetur infra. in 13.artic.3.quæſtione.& ſi dos ſuccederet loco legitimæ,filia concurreret in legitima, & legitima filii maſculi, uel filiorum non eſſet maior,'quam de iure communi.contra communē opi.d.autē Bar.Soc.fuit varius in iſto art. nam in conſil.288. incip. circa primum. ibi adducit.2.loco.1. volum. & in multis aliis locis,quos referam infra in d.13.art.3.q.tenuit ꝙ dos & alia præſeruata filiæ excluſæ per ſtatutum.non ſint legitima,nec loco legitimæ ſuccedant. Et ibi in d.conſ.288. ver.confirmatur iſta concluſio dicit,ꝙ dos cenſetur filię prę ſeruari iure ſucceſſionis. & in multis locis, quos referam in preall.13.art.3.q.tenuit, ꝙ dos tali filiæ debita vel præſeruata,ſit tanquam æs alienum. Et in conſ.150. ver.illud tamen. 1.volu.ipſe Do.Barthol.Soc. refert quoſdam tenuiſſe,ꝙ dos prædicta, ſeu tale præſeruatum debeatur iure legitimæ, & quoſdā alios tenuiſſe,ꝙ debeatur iure inteſtati,& ſucceſſionis ab inteſtato,& quoſdam tenuiſſe,ꝙ debeatur,vt quoddā proprium extrinſecus patrimonium.& refert Ant.de But.in conſ.41.qui in ſua iuuentute fuit vnius opinionis,& alterius in ſenectute, dicens, ꝙ hæc difficultas fecit vacillare plures magnos Doct.tangendo etiam ibi in verſ.7.confirmatur, an talis dos,uel tale prę ſeruatum debeatur,ut ſucceſſio.Iſte paſſus apud me eſt difficilis, & niſi intelligatur, non poſſunt decidi plures quæſtiones in hac materia.In quo duo ſunt con-
17 ſideranda.Primo,† an id quod a ſtatuto præſeruatur filiæ debeatur inſolidum,& tam ex teſtō,q̄ ab inteſtato.Demū an id quod debetur,habeatur loco legitimæ legalis,& eius naturā aſſumat. Circa primum conſideranda ſunt primo uerba ſtatuti,an loquantur tam ex teſtō,q̄ ab inteſtato,an uero ab inteſtato per ſe,an uero ex teſtō per ſe. Nam ſi loquantur utroque caſu,ſ.tam ex teſtō,q̄ ab inteſtato, clara eſt diſpoſitio,cū in omnem caſum prouideatur.Si uero loquuntur ab inteſtato tantum, puta quod extantibus maſculis filia non ſuccedat,ſed dotetur,uel non ſuccedat, niſi in certa re, & contingat,ꝙ quis decedat inteſtatus,adhuc res eſt clara,quod totū id quod ei præſeruatur, ei debetur. Vbi aūt contingit quem decedere teſtatū relinquendo filiæ minus, quam ei ab inteſtato per ſtatutum præſeruatur, eſt difficultas, propterea qa
21 filiis qui de iure communi ab inteſtato ſuccedunt in tota hę reditate,pōt pater per teſtm relinquere tertiam aut dimidiā eius, ꝙ ab inteſtato habituri fuiſſent, non aūt tenetur eis relinquere totum id,in quo ab inteſtato ſuccedunt. d auth.nouiſs.& in corpore unde ſumitur.& l.parentib.& l.cū quærit. C.de inof.teſt.& l.Papinianus.§.quarta.ff.eod.ti.unde ſimile dici uidetur in eo, quod ab inteſtato per ſtat.præſeruatur,cū
18 pater non teneatur id totum relinquere, cum † ſtatuta ēt correctoria iuris cōis bene recipiant interrpretationem a iure cōi,auth.offeratur.C.de litis conte.iuncta l.ſciendum.ff.qui ſatiſd.cogan.& ita conſuluit Pet.de Anch. in conſ.322. inci. præmittendum eſt. De quo late dixi ſup.in nono artic.princ. 1.qō. & ad ibi dicta me remitto.& eo caſu quo tota portio a ſtatuto ab inteſtato præfixa, non debetur ex teſtamento, nō poteſt dici ipſa tota portio eſſe legitima, quia eſt pars eius, non aūt totum id, ꝙ ab inteſtato debetur, iuribus præalleg. idem eſt dicendum,ubi portio præſeruata in totum, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato debetur, per rationem prædictam. propter quod melius ſenſerunt illi, qui dixerunt qđ præſeruatum filiæ ab inteſtato, non eſt legitima, nec ſubrogatur loco legitimæ. Et ad clarius habendum intellectum prædictorum pōderanda ēt ſunt uerba ſtatuti, an uelint prę ſeruatum capi de manu maſculorū,& nō iure directo, & an præſtari in pecunia,& non de ſubſtantia defuncti,iuxta l.ſancimus.§.repletionem.C.de inof.teſ.& no.plene per Alc.in l. in quartam.ff.ad leg.Falc. an uero p̄ſtari poſt tp̄s, & non tpe delatæ ſucceſſionis,iuxta l.qm̄ in priorib.C.de inoffi.teſtam. quia eo modo indubitatum uidetur,quod ſtatuentes noluerunt illud præſeruatum ſuccedere loco legitimæ, propter
19 naturam contrariam legitimę. nam † ſubrogatum tūc ſapit naturam eius,in cuius locum ſubrogatur, qñ ad idemmet, nō ad diuerſum ſubrogatur.l.ſi.in fundo.§.ſi fundus.ff.de iure dotium. vbi aūt ſtatutum taxat filiæ aliquid ex teſtamento, diſponendo ꝙ pater nō poſſit ex teſtō minus relinquere, vel quod filia non poſſit plus petere,ſi exiſtant maſculi, tunc ſi illud taxetur ſub nomine quotæ, vt quia dicat de decima, parte vel duodecima,tenendum in dubio,eſt quod tale præſeruatum ſuccedat,loco legitimę,quaſi ſit ſenſus,quod filia partem decimā vel duodecimam eius,ꝙ habitura fuiſſet ab inteſtato petere poſſit & non plus,nec poſſit pater minus relinquere,iuxta no.per gl.1.& 2.in auth.nouiſſima.& oīa iura de legitima loquentia in iſta parte locum habebunt,ut in locis prædictis,& per Cald.in conſi.32.ſub rub.de teſt.facit.l.1. §.1.ff.ad.l.Fal.Sed ſi præſeruatur certa ſumma,vel res, nō puto ꝙ ſuccederet loco legitimę legalis,per prędicta,& qa iſtę res nondebentur habita ratione ęris alieni,& impenſę funeris, ſicut debeē legitima.d.§.quarta.& §.ſe.& ꝙ declarat Bar. in l.ex facto.la grande. ff.de hęre.inſti.iunctis notatis.per do. maxime Bal.& Modernos in l.quotiens.C eo.tit.Vbi autem ſtatutum ab omni ſucceſſione filias excludit, & a legitima, nihil eis reſeruando,tanto magis eſt.dicendum,quod dos nō ſuccedit,loco legitimę,vt per Roma. conſi.134.inci.pro declaratione.circa prin. Quid autem,ſi ſtatuto caueatur,quod mater habens filios vel filias, nō poſſit relinquere extraneis vltra quartam partem, an tres quartæ dicentur legitima filiorum,& filiarum,& legitima iuris communis fuiſſe per ſtatutum aucta ad tres quartas. Maria. conſ.84.inci.viſa. circa fi.& Soci.conſ.116.inci.non potes. & 30.inci.viſo teſtamento.1 vol.tenuerunt quod ſic. Ad quod Mari.in d.cōſ.84. & Soci.d.conſ.230.allegant multas deciſiones,quæ eſſent hic traſportandę. Sequit̄ idem Barth.Soci.conſi.150.præalle.& ſecūdum doct.præalle.iſta legitima ita aucta regulatur, prout legitima iuris communis, nec in ea poteſt apponi grauamen, prout etiam tenuit Calde.conſi.31.incip. an ſi ſtatutum. ſub rubri.de teſta.de quo latiſsime dixi,ſupra. in præced. ſeu.10. articu.princ.3.q.uerſi.poſtremo. & ſecundum hic & ibi dicta per me,iſta opi.videtur.uerior.& quod dicatur aucta legitima, etiam tradidi ſupra in 1.arti.princ.4.q Et ex prædictis,
20 deciditur alia quæſtio,& conſequenter tertio quæro,† an ſtāte ſtatuto, quod filia dotata non ſuccedat,poterit filia petere dotes antequam nubat,etiam ſi teſtator eas relinquat,quam quæſtionem late diſputauit Richar. Malum.quem latius ceteris refert Alberi.de Roſa. in 2.parte ſtatu.q.103.inc.adhuc ex eod.themate.& in l.quoniam in prioribus.vbi vtitur. eiſdem verbis.de inof.teſta. & Cy.in l. ſancimus.C.de nup.vbi magis ſuccincte refert quæſtionem prædictam. & Bar.in d. l.Titio centum.§.Titio genero.ff.de cond.& de.vbi breuius loquitur ſm morem ſuum,quia ex multiloquio antiquorū, excerpebat iura ad caſum ſpecialius facientia,& in ꝓpoſito qōnis magis conferentia,non ignorans, ꝙ volentibus ambulare p̄ generalitates & ſimilia. pateret proceſſus,in infinitū & iſte fuit mos legislatorum & Iuriſconſultorum,quorū interpretationes ſunt nobis pro l.traditæ.Nā ſub uno vel duo-
21 bus fundamentis qōnes decidebāt,† licet ętate noſtra docto res cōi errorem ducti,arbitrentur in multiloquio eſſe ſcientiam.& prout referunt.Cy.& Alb.poſt Richar.malumb.iſta q.dependet a præcedente.ſ.an talis dos vel aliud prę ſeruatū mulieri a ſucceſſione excluſę,cenſeatur eius legitima,ſeu loco legitimę.ſuccedat,& poſito ꝙ ſic,voluerunt eandem dotē deberi,non expectata tpe matrimonii, vel nubilis ætatis ſi relinqueretur impuberi, propterea quia legitima non recipit diē nec cōditionē,ut eſt tex.in d.l.qm̄ in priorib.& ſuccedit in locum alimentorum, & a iure naturæ fundamentum trahit,ita vt appelletur debita iure naturæ.l.1.§.ius naturale. ff.de iuſt.& iu.& in auth.de trien.&ſemiſ.§.1.in fi.& §.& hoc prohibemus.& l.cum ratio.in prin.ff.de bo.damna.&.l.quiſquis.§.ad filios. C.ad.l.Iul maieſt.Debetur.n.propter coniūctionem patrts ad filium,& eō.d.§.primo.ibi,nam &c.& qa
22 ꝓp eam pietas quæ eſt inter patrem & filium,excuſat a verecundia,quam pater incurreret, filio,nihil dādo, ut innuitur in §.cum aūt.inſti.de inof.teſtamen. † Nam ſicut in uita pater tenebatur alere filium,congruum fuit,vt lex filio ex bonis paternis certam partē aſſignaret, ex qua poſſet poſt mortem patris ali.d. §.1 & d.§.& hoc prohibemus.cum iurib. all. Nec ob.ſi dicatur, iſtam legitimam minui non poſſe per ſtatutum, cum ius naturale ſit immutabile. §.ſed naturalia.inſti.de iu.nat.gen. & ci.quia cum legitima poſſit minui per legem,attento ꝙ ius naturale illam non taxauit,ſed ius ciuile, vt plene dictum fuit in primo art. prin. 1.q.poterit etiam per ſtatutum.l.omnes populi. ff.de iuſt. & iur.quod ſtatutum dicitur minuere, & non tollere dotes loco legitimæ ſubrogando.Et hanc opinio.tenent,prout vtrobique refert Alber. Vltramontani & communiter Doct. cum qua ipſe vtrobique
23 tranſit,dicens quod † ſi fęmina eſſet extranea,vel filię pro dotibus

Source : BIU Cujas

tibus vltra debitum bonorum ſubſidium relinqueretur, qđ impleta demum conditione, videlicet, tempore matrimonij, tale relictum peti poſſet. l. qui hæredi. §. fi. ff. de conditio. & demon. l. 1. §. ſinautem ſub conditione. C. de cadu. tollen. l. cedere diem. ff. de verb. ſign. Tale enim relictum eſt conditionale. l. cum ita legatum. §. videamus. ff. de cōdō. & demō. & l. quod pupillæ. ff. de iure dotium. & cōfertur in euentum matrimonij, cum dos non poſſit eſſe ſine matrimonio. l. fin. C. de do. ante nup. & in l. in poteſtate. ff. de ſpon. & l. tali ſtipulatione. ff. de iure dot. & prædictam opinio. Richardi Malū. refert & ſequitur Io. And. in additio. Spec. in tit. de ſtatu Mo. in rubri. verſic. ſcire debes. poſt medium. & etiā tenuit Bald. in l. ſancimus. C. de nup. dicens, quod ſi expectaretur tempus matrimonij, videlicet nubilis ætatis, qñ relinquitur impubes ri, poſſet filia fraudari dote & legitima, & toto patrimonio patris, ſi interea moreretur, quod eſſet iniquū, ꝓ quod im-
24 pugnat deciſionem Bar. quam j. referam, dicentis quod † ſicut ſtatutum poteſt mínuere legitimam in quantitate, ita ēt poteſt in tempore, differendo eius præſtationē. Et iſtam opi. etiam tenuit Pet. de Ancha. in conſ. 232. inci. ſubtiliſſime. & Panormi. in conſ. 92. incip. Illud indubitati iuris 2. vol. per rationem Bal. & Alex. in conſ. 55. incip. viſo titu. maxime verſ. ſupradicta fortificantur 2. vol. & Ang. Areti. in §. fuerat. inſt. de act. vbi voluit, ꝙ etiam ſi interim prouideatur filię de alimētis per ſtatutum vel teſtatorem, nihilominus dos ſtatim
25 & pure debeatur. Bar. autē in d. §. Titio genero. dixit ꝙ † dos ſtatim peti non poteſt, cum tale relictum dotis ſit quid conditionale, vt dictum fuit. Nec obſtat, quod legitima non recipiat diem nec conditionem d. l. quoniam in prioribus. qa ſecundum Bar. iſta dos non ſuccedit loco legitimę, & poſito ꝙ ſuccederet, ſtatutum poteſt tollere legitimā. & poſito ꝙ non poſſet, poteſt ſaltem minuere. Vnde ſecundum eum ſi ſtatutum poteſt minuere in quantitate, poteſt ēt minuere in tpe, arguendo de re ad tempus, iuxta nota. plene. in l. vinū ff. ſi cer. pet. per illum tex. & l. miles ita. ff. de mili. teſta. & hāc opi. ſequitur Pau. de Caſt. in d. l. qñ in prioribus dicens ſe ita pluries conſuluiſſe, & in auth. nouiſſima. C. de inof. teſta. & in conſ. 232. inci. pro pleniore. in volu. antiquorum conſilio
26 rum, ſecundum primam impreſſionem. vbi dixit † condōnē non modo poſſe apponi, ſed etiā tacite ineſſe. Idem voluit ipſe Pau. de Caſt. in conſi. 293. alias 277. in vol. nouorum conſiliorum, ſecundum vltimam Impreſſionem. & Cum. in cōſil. 127. incip. menghus. & in conſi. 124. inci. D. Anto. de Verona poſt medium. vbi dicit, ſi ſtatutum dicit filiam nō ſuccedere, ſed debere eſſe contentam eo, quod ſibi pro dote re-
27 linqueretur. quod † ſicut pater poteſt prætextu ſtatuti quantitatem legitimæ minuere, ita poteſt modum & formam relicto adijcere, arg. l. videamus. §. penul. ff. de in lit. iurā. & eius
28 quod dicit Bar. in d. §. Titio genero. ſicut econtra, † qui non poteſt minuere, nō poteſt modum nec formam adijcere d. l. quoniam in prioribus. & l. omnimodo. C. de inof. teſt. adeo ut poſſit pater dans dotē, alijs filijs ſtipulari, mortua filia dotata ſine liberis, de quo dicam in q. ſeq. Idem uoluit Franciſ. de Are. in conſ. 43. incipien. placet m ihi concluſio. & Dom. Benedictus Capra in conſilio. 72. incipien. quidam Michael. domi. præcep. meus in d. l. quoniam in prioribus. circa fi. cōmen. & dixit Pau. de Caſt. in conſi. 120. incip. ſi dicta Cornelia. in volum. antiquorum conſiliorum, ſecundum primam impreſſionem, quod de relicto per patrem facto fœminę dotatæ per ſtatutum excluſæ a ſucceſſione, conditio non reijcitur, quia loco legitimę non ſucceditt. Et hanc opin. tenet Bal. nouel. in trac. dotium. in 6. parte, ubi ſatis late attingit hunc paſſum, ſequitur Cor. conſ. 310. incip. in hac. in fi. 1. uolu. & 48. incippien. de pluribus. in princip. ſecundo uolu. Eſt enim aduertendum, quia Cyn in dicta. l. ſancimus. uidetur obſcure loqui, adeo, ut Bart. ī d. §. Titio genero. dicat Cy. fuiſſe ſuę opi. & Bal. in d. l. ſancimus. dicat eum fuiſſe contrariæ opi. ſed Saly. eum intelligit fuiſſe opinionis, quam ſupra tenuit Bat. & in prædicta ſententia uidetur etiam fuiſſe Bar. in l. qui negotiationē. §. pupillo. ff. de admi. tut. dum ſe remittit
29 ad dicta per eum in d. §. Titio genero. Sed Saly c. in d. l. ſanci mus. † diſtinguebat, quod aut teſtator relinquens dotem filiæ diſpoſuit illam debere alimentari, antequam maritaret de bonis ſuæ hereditatis, & tunc uideatur compēſaſſe dicta alimēta cum mora dicti tpis & dilationis, quaſi talia alimēta ſuccedant loco interuſurij medij temporis, ita ut in hoc uerſetur commoditas & fauor filiæ, quia interim alimenta biī, & quantitas ei relicta deperire nonpoterit, ſubdit idem eſſe, ſi ſtaturū diſponeret filiā debere alimentari, qa tūc ceſſat rō d. l. qm̄ in prioribus. ſed ubi non eſſet prouiſum mulieri de alimentis, tunc ſequit opi. Richar. Malū. de qua Bal. ēt
30 meminit in l. generaliter. C. de epiſ. & cle. Ang. uero in conſ. 349. inci. conſultatio, dicit quod † ſi ſtatutum mandat filiam dotari per hæredem, & interim anteq̄ tradatur nuptui, alius actus dotis conſtituendæ eſt purus, & actus dotis exigendę & ſoluendę eſt cōditionalis, & in tempus matrimonij ac incertum, habēs implicitam conditionem, ſi matrimoniū ſequetur, per iura ad hoc allegata, dicens quod filia pōt petere cōſtitutionem dotis ane matrimoniū, & etiam infans, & quod matrimonio contracto, ſeu quando vult cum effectu nube-
31 re, poteſt exigere. Nam ſecundū An. † differunt mulierē eſſe dotatam, & dotem eſſe, quia ſola dotis aſſignatio pro matrimonio non contracto, ſed contrahendo, facit vt aliqua dicatur dotata. l. ſi quis priore. §. cæterum. C. de ſecun. nup. nō tñ, quod ſubſit, niſi matrimonio ſequuto. Ideo ſecūdum eū uulgo dicimus, quod puella nubilis eſt dotata, ſi dos ſibi ſolū eſt
32 aſſignata. Et dicit Ang. ſequendo Bar to. ꝙ † dos iſta aſſignata ſeu relicta non tranſmittitur, ſi filia ante matrimonium contractum, decedat, cum deficiat cōditio, ſub qua debetur, dos ſequēdo in hoc ſnīam Bar. ſ. relatam, quod dicit uerum, niſi hæres fuerit in mora, vt quia puella nubilis volēs nubere, interpellauit hęredē maſculum, ut dotē aſſignaret, traderet, & ille non tradidit, ꝓ quod matrimonium non eſt ſequutum, quia conditio habetur pro impleta. ex quo ſtetit per hæredē l. iure ciui. ff. de condi. & demon. iunctis his, quæ dixit Bar. in d. §. Titio genero. in fi. com. volens dotem dari etiā ante matrimonium, vt matrimonium ſequi poſſit. Et tunc ſm Ang.
33 etiam † fructus dotis arbitrio boni niri taxandi erunt præſtandi, arg. eius, quod dicimus de fructibus legitimæ, qui ſunt prę ſtandi poſt morā prout etiā conſuluit Alex. conſi. 7. in 2. uol. & 69. & 180. 1. vol. Et ſic Ange. tranſit in effectu cum opinione Bar. ſumpta maxime occaſione communis vſus loquēdi, Pa. autem de Caſt. in d. §. Titio genero. licet fateatur ſtatutū poſſe minuere legitimā tempore & cauſa, put dicebat Bart. tamen aliter loquitur, & ſubdit ſe pluries in caſu cōſuluiſſe,
34 & milites interrogatum fuiſſe. Dicit enim ꝙ aut † ſtat. diſponit, ꝙ extante maſculo filia fęmina nō ſuccedat, ſed dēat dotari, & tunc procedat opinio Bart. quia non excluditur, niſi ꝓ exiſtētiā maſculi, & ꝙ ſubiicitur, ꝙ debeat dotari, nō operatur, vtetiam propter dotes intelligatur excluſa, ſed illa uerba debent intelligi, ſi contingat filiam nubere alias enim dotatio non eſſet neceſſaria, & quia tunc filiæ legitima non dētur, cum ab inteſtato nō ſuccedat, etiā ſi pater nihil pro dote eidem conſuluiſſet, ſi pater ei, pro dote relinquat, non cenſetur relinquere pro legitima, ſed tanquā extraneus, & relictū pro dote, cenſebitur conditionalle in tps nuptiarū. Aut vero ſtatutum loquitur, quod fœmina dotata non ſuccedat, prout figurat Bar. in d. §. Titio genero, & tunc dicit Pa. de Caſt. ꝙ
35 Bar. nonbene dicit, & ꝙ † relictū pro dote, eſt purū, alias non diceretur filia dotata, ſi intelligeretur cōditio ineſſe, uel ſub ꝺdōne dotes relinquerentur, quia relictum ſubꝺdōne, nō dī ineſſe, nec efficaciam habere ante conditionis euentum. d. l. cedere diē, & hoc modo Bar. in d. §. Titio genero. implicaret ſibi contrarietatem, volēdo ꝙ filia dicatur dotata, ꝙ relictū ſit conditionale. Nam vel eſt neceſſe dicere ꝙ dos pure dēatur, vel ꝙ talis filia non dicatur dotata, & ꝙñr non ligetur ſtat. attēto maxime, ꝙ excludit filiam propter dotem, & ſic vult ꝙ illam habeat, arg. l. qui volebat. ff. de hær. inſti. ſubdit Pa. de Caſt. ꝙ ſua diſtinctio eſt ipſa veritas. Eandem opinionem & diſtinctionem ſequitur ipſe Pa. de Caſt. in conſi. 108. inci. clara & indubitata, & in conſ. 76. inci. uiſo dicto puncto in uol. antiquorum conſiliorum ſecundum primam impreſſionem, concordans hoc modo opinionē Rich. mal. & ſequacium, vt ſ. opinio Rich. procedat in ſtatuto diſponēte filiā dotatā non ſuccedere, & opinio Bar. procedat, quando filia ſimpliciter excluditur, & mandatur dotari. Idem ēt voluit ipſe Pa. in conſi. 233. inci. ſuper eo, quod quæritur, an dicta domina Io. licet quo ad reiectionē ꝺdōnis diſcrepet ab his, quæ alibi dixit. De quo dicā. j. hac ea. q. Et cum dictis Pa. de Caſt. tranſit Soci. conſi. 288. incip. circa perſonam, uer. ſecundum decidit & 92. etiam incip. 1. uol. & Corn. conſil. 32. incip. licet quarto vol. & videtur cōmunis opi. & modernorum. Et hāc diſtinctionē etiam firmat Cum in d. §. Titio genero, uolens
36 fortius, in caſu Bar. † non dicatur filia dotata, cui ſunt dotes pure relictę, niſi deuentum fuerit ad actum pure traditionis ipſius dotis. De quo dixi. ſ. in 6 arti. princ. in quarto membro in 7. q. ſubdit Cum, quo poſito quod talis poſſet dici dotata. cui ſunt dotes relictæ, dicendum ſit tale relictum eſſe purum, & pure dēri, quia ſuccedit loco legitimæ, & eius naturā ſequi debet, iuxta. l. ſi eum §. qui iniuriarū. ff. ſi quis cau. & l. emptor. §. ancillam. ff. de rei uendi. & in hac opinione uī perſiſtere Alex. in conſi. 13. incip. circa primum dubium, tertio volumine. Et Corneus conſil. 40. incipien. circa hanc, rertio volumine, plus voluit. Alexand. in conſilio 55. incip. uiſo titulo quæſtionis, ſecundo uolum. quod ſiue † ſtatutum dicat,
37 quod fęmina dotata non ſuccedat, ſiue quod debeat eſſe cōtenta dote ſibi relicta, ſtatutum intelligi non debeat, ut uelit poſſe relinqui dotem in tempus nuptiarum, uel cōditionali

ter.

Source : BIU Cujas

ter. Sed quod velit ſolũmodo ipſam dotem minuere in ſubſtantia & quantitate, per nota, per Iac.Bu.in d.l.quoniam in prioribus, & Io.de Imo.in l.fi. ff.de condi.inſti.cum ſtatutum non diſponat de die vel dilatione. De quo plenius dicam in quæſtione ſequenti. Ad no.per Bar.in d.§. Titio genero rñdet Alex.vel quod verior ſit ꝯria opin.vel quod loquitur, qñ ſta. vlterius procedit, dicendo quod dotata nõ ſuccedat, nec poſ
38 ſit teſtiñ impugnare. Sed iſta ſaluatio. Alex. & concordia non eſt bona, vnde teneo Pa. de Caſt. in ſua diſtinctione de mero iure bene dixiſſe. per rõnes ſuas, quia † nõ dr̃ dotata illa ſaltẽ quæ cõditionaliter eſt dotata ante conditionem impletã, vt prædictũ fuit, & quia iſta qualitas debet adeſſe tpe ſucceſſionis delatæ quę adeſſe non poſſet pendẽte conditione, an dos debeatur, vt dixi ſupra in ſexto articulo princ. quarto membro, in ſeptima, & tertia, quęſtione. Puto tamen prædictã opi
39 nionem Bartoli poſſe procedere, † attento communi uſu loquendi, ſecundum quẽ illa dicitur dotata, cui ſunt dotes ſimpliciter relictæ. prout dixit Ang dicto conſil. 349. & latius tetigi in ſexto articulo principali, quarto mẽbro, in ſeptima, & tertia, quęſt. Ita quod tunc talis fęmina, cui ſunt dotes in teſtamento relictæ ligetur ſtatuto, & non poſſit dotem ſtatim petere, ſed matrimonio ſequuto, vel inuento marito, coniungendo communem vſum loquendi, cum diſpoſitione iuris, hoc modo, videlicet, quod dos dicatur ꝑꝑ matrimonium, & ꝯñr quod peti nõ poſſit ante matrimoniũ, per iura ſupra ad hoc allegata per Bartolum, & Ang. cum concor de quib. ſupra eodẽ. Et quod nihilominus attento communi vſu loquẽdi dicat dotata illa, cui ſunt dotes relictæ, quia eſt deſtinatione, licet nõ actu dotata, vt in d.7. & etiam.3.quæſtione, debebit tamẽ, vt dixi in d. 7.quæſtione cõſtare de iſto cõmuni vſu
40 loquendi, & clare, quia † multi vulgares ſecundũ eorũ uſum loquendi dicunt illam dotatam, cui ſunt dotes relictæ, quan docũq; ẽt mr̃imonio non ſequnto põt exigere dotes, impropriando verbum dotis. Et prædicta opinio Pa.de Caſt. quam dixi ueriorem mero iure, & circunſcripto cõi uſu loquendi, procedere etiam, ſi in ſtatuto diceretur, quod mulier relictũ petere debeat debito tempore, & nõ vltra rõne cuiuſuis legitimæ, uel alia. non obſtante, quod contrarium dicat Benedi. capra in d.conſil. 72. nam talia uerba non operantur dilationem, quando alias non eſt. Vbi autem ſtatutum ſimpliciter
41 excluderet & mandaret dotari, † tunc quia ceſſat dictus communis vſus loquendi, & conſequenter ſumus in terminis iuris communis, minus dubiæ ſtandum erit deciſioni Pauli de Caſ. per rationes ſuas, quia filia excluditur ſimpliciter & dos exigit matrimonium, & tunc ſi legetur dos, in tps nuptiarũ ꝯdõ reijcietur, per prædicta, & notat etiam Pa.de Caſt.in cõſi.198.in volum.antiquorum conſiliorum in prin. ſecũdum primam impreſſionem, quod conſilium incipit, in caſu præſenti. Et hic aduertendum, quia diſtinguendum eſt, an ipſa diſpoſitio ſtatuti excludentis dotatam, ſeu volẽtis quod do-
42 tata non ſuccedat, ſit conditionalis, & an relictum quod fit in executionem ipſius ſtatuti. † Nam ipſum ſtat.bñ ſtat ꝯdõnaliter, ſ.ꝙ filia nõ ſuccedat, ſi fuerit dotata, vt dixi.s̃.in 6.ar. prin.4.mem.15.q.poſt d.meum Ia.in l.cum mota. C. de trãſa. Nõ ſic eſt in legato dotis, quia aliqñ eſt ꝯdõnale, aliqñ purũ, ſm Bar. & doct.in d.§. Titio genero. vbi Bar. dicit quod nullo extante ſtatuto legatum dotis eſt purum, quando legitima non relinquitur, quia pater alias eſſet relicturus. Et ſecundũ
43 Pau. de Caſ. ibi idem eſt quando dotata excluditur a ſtatuto, quia niſi legatũ eſſet purum, ſed conditionale, nõ diceretur filia dotata, & ſuccederet, cũ præſumatur teſtator uelle ſe cõformare voluntati ſtatuti, ut per Bart.in l.hæredes mei. §.cũita. ff.ad Treb.cum concor.adductis.s̃.in 6.arti.prin.11 q.ſequitur Corn.in conſil.32.inci.licet.4.vol.& in conſ.162.inci. primo aſpectu 2. uol. & alibi ſæpe cum concor. s̃.allegat. pro opi. Pa.de Ca. dicens, quod quia dotata excluditur a ſucceſſione propter dotem, eſſet abſonũ, quod excluderetur ab hr̃ditate & dote. Quod fieret, ſi legatum dotis eo caſu eſſet cõditionale, & filia ante matrimonium contractũ moreretur, iuxta prædicta. Quod intelligendum, niſi obſtet communis vſus loquẽdi, de quo conſtet. Si vero ſtatutũ ſimpliciter excludat filiam, & mandet eam dotari, tunc ſecũdum Pa.de Ca. & Corne. vbi.s̃.ac communiter modernos, legatum dotis erit cõditionale, per iura ſupra ad hoc allegata, quaſi ſit ſenſus ſtatuti quod dos dari debeat nõ propter ſucceſſionem, ſed propter
44 matrimonium, vt prædixi. † Generaliter autem loquẽdo qñ legatum dotis ſit conditionale, purũ vel modale. Et quid ſi relinquatur pro filia maritanda, tradunt Bar. & alij in d. §. Titio genero, & Cy. in dicta l.generaliter, ubi etiã Bal.C.de epiſco. & cler. Cyn. Bald. & Salyc. in d.l.ſancimus. C. de nuptijs. Bald. in l. fin. in penultima. quæſtio. C. de liber. præter. & in l. fi lia legatorum. C. de legatis, & in l.ſi plures. C. de conditionib. in ſer. & ib l. 1. in penult. C. de priui. dot. & in l. item quia. ff. de pactis. & in l. ſi pater, ubi ẽt. Ful. in repe. C. de inſti. & ſub. & in d.l.quoniam in prioribus. & per Ang. in diſpu inci. facti conſiſtorij &c. per Bar. in l. ſi diuortio. in fi. commen. vbi etiam per alios ff. de ver. obli. cũm concor. ibi traditis. Et late Socy. 92. incip. circa 3. 5. & 6. col. 1. volu. & Corneum conſ. 40. inci. circa hanc 3. vol. vbi tenet illud non eſſe condõnale, & trãſmitti qñ fit filię. de quo infra. in 9. q. Ex prædictis colligitur,
45 ꝙ quando † ſtatutum excludit filiam dotatam, non diſponẽdo quo tempore dos peti poſſit, non poſſit teſtator diſponere ꝙ peti non poſſit ante tempus nuptiarum, ſed per annũ poſt nuptias, etiam attento cõi vſu loquendi, de quo dixi, cũius velit illas ſtatim deberi, quia † eſto, quod communis vſus loquendi faceret dici dotatam ſine matrimonio, nõ tñ operatur circa dilationem dandę dotis matrimonio ſecuto. Facit. l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. & argu. in d. l. quoniam in prioribus. Secus autem, vbi ius ita non vellet, vt qñ ſimpliciter excludit, & mandat illam dotari, prout dictum fuit. Eſt tñ aduertendum, quia vbi ſtatutum non vr̃ prohibere dotem ſta
46 tim peti poſſit ſeu deberi, † & teſtator illã relinquat ſub condõne, vel in tempus nuptiarum, poteſt dubitari, an dies & ꝯ dõ reijciatur ſicut dicimus in legitima d.l. qñ in prioribus. an vero non habeatur pro dotata. Et Pau. de Ca. in d. conſil. 233. vult filiã haberi pro dotata, & ꝯñr excludi per ſtatutũ, reiecta condõne & tpe nuptiarum, non ex eo, quia dos ſuccedat loco legitimæ, ſed ex eo, quia filia propter dotem excluditur, ꝙ multo magis procederet, ſi teneremus iſtam dotem ſuccedere loco legitimæ, prout plures doc. s̃. allega. tenuetunt, per tex. in d.l. quoniam in prioribus. & tunc in eo, in quo excederetur a legitima de iure cõi debita, nõ reijceretur condõ, cum filia habeatur pro extranea, vt dixit Albe. in d.l. qñ in prioribus. & in d.q. 104. ſequitur Bart. in d.l. qui negotiatorem. § pupillo. & Pau. de Caſt. in d.§. Titio genero & ita videtur reſidere Do. Philip. Cor. d. cõſi. 49. in 3. vol. poſt Rich. Malum. & Bal. in d.l ſancimus. ac Cu. & Pau. de Ca. in d.§. Titio genero. Verum, quia tenui in præ.q. ꝙ dos non ſuccedat loco legitimæ, quod maxime dignoſcit, quia dos debetur in vita patris filię, ſecus in legitima l.1.§. ſed nec impuberis. ff. de colla. bono. facit quod dixi s̃. in 9. artic. prin. 2. q. ſequitur Pau. de Caſt. in conſ. 420. incip. viſis & ponderatis. in volu. nouorum conſiliorum ſecundum vltimam impreſſionem. & hoc ẽt renuerunt pleriq; doc. allegati s̃. in hac met.
47 q. † Item, quia vt alias dixi, ſtatutum ſimpliciter excludens dotatam, non ligat illam, cui dotes ſunt ſub condõne conſtitutæ, vt patet ſupra in 6. artic. princ. in 4. membro 16. q. Iccirco tenendum puto, quod tũc filia tanquam non dotata, & conſequenter tanquam non compreheſa ſub ſtatuto ſuccedat, ſicut maſculi ſecundum diſpõnem iuris cõis, per no. in locis prædictis, & per Pau. de Caſt. in d. conſ. 108. & Alex. in d. conſ 55. Ideo d. Philip. Cor. in d. conſ. 40. in 3. volu. dixit quod ambo Raphaeles Cu. & Fulg. & alij conſuluerũt quod in muliere, cui dotes ſunt ſub condõne, vel cum nupſerit relictę, non habeat locum ſtatutum, quod excludit dotatam, quia cum in articulo mortis ſit certum legi & naturæ, quod iſta non nubet deficit condõ, & ſucceſſiue qualitas, quod ſit dotata, ita quod dicatur indotata l. in illa ſtipulatione, ſi calendis. & l. hoc iure. ff. de ver. oblig. & l. fi. ff. de condi. inſti. cũ concor. de qua materia etiam dicetur in fi. huius q. Vbi aũt eſſet tale præſeruatum, quod ſuccederet loco legitimę, tũc
48 bene reijceretur condõ d.l. qñ in prioribus. † Quid aũt ſit in modo, vel onere appoſitis doti vel rei præſeruatæ, dicebat Pau. de Ca. in d. conſ. 232. incip. pro pleniore. quod pater põt modum reſolutiuum doti adijcere, vt ſcilicet mortua filia dos ad alium redeat, per l. 1. §. penul. ff. de leg. 2. quamuis pater teneatur filiam dotare. l. fi. C. de dote promiſ. & hoc etiã voluit Cum. in d. conſ. 124. inci. do. Ant. de Verona. poſt medium. reprehendendo Bar. in l. ſuus quoq;. in prin. ff. de hr̃. inſti. ſed Anto. de Bu. in conſil. 1. in 3. dubio tenuit ꝯrium. ſ.
49 quod † filia non excludatur. ſi pater adijciat modum, ꝙ dos ſi bi reſtituatur ſoluto matri. ita ꝙ dos ad hęredes filię non trãſeat. & ita voluit Do. Lau. in repe. § cęterũ. inſti. de leg. agna. ſuc. Bald. autem in l. ſi. in prin. in lec. noua. C. de dot. promiſ. voluit filiam excludi, dummodo modus doti adiectus ſeu ſtipulatio prædicta filia remittatur. Sequitur Maria. conſ. 9. dicens quod qñ ſtatutum excludit filiã a ſucceſſione, & vult illam eſſe dote contentam, debet talis dos dari filiæ trãſmiſſibilis ad hæredes, & ꝙ filia & eius filij pñt agere, vt eis remittatur ſtipulatio de reſtituenda dote patri, & eius hæredib. ſequitur Cor. conſi. 142. incip. primo aſpectu 2. volu. vbi dicit, quod dẽt tolli ſtipulatio, de qua s̃. Pro quo facit quod dixit ipſe Bald. in l auia. ver. ex hoc dicto gl. in lec. noua. C. de iu.
50 do. vbi dixit, ꝙ † qñ pr̃ reliquit dotem filię inſtituto filio maſculo hęrede, non poteſt filius maſculus dotans ſororem apponere pactum, quod dos ſibi reſtituatur, per ea quę dixit Ia co. de Are. in l. vxorem. §. pater naturalis. ff. de leg. 3. Idem dixit Bal. in conſ. 150. 5. vol. ſm vltimam ſtampam, alias autẽ

eſt

Source : BIU Cujas

est 444.incip.proponitur, quod quidam.in uersi.3.quæritur. secundum penul.stampam.volens ꝙ si talis filia fuerit grauata de restituendo dotes,in ea non habebit locum statutū
51 excludens dotatam,eo quia †non dr̄ dotata, quæ non est libere dotata, nisi grauamen remittatur d.§.pater naturalis. iunctis ibi not.per Iaco.de Are.& quamuis in eo. 2. volu. in consi. pen.reperiatur contrarium consultū,tamen non fuit consilium Bald.nam prout refert Cu.in d.§. pater naturalis.
52 Iac.de Are.dicit,ꝙ †filia non computat sibi in legitimā dotem,quam pater stipulatus fuit sibi reddi,in casu quo decesserit sine liberis,nisi fratres vel hæredes remittant sibi stipulationem.& hoc colligit ex glo.ibi, de qua materia traditur ibi per Bal.in l.1.§.videamus.C.de rei vxo.ac. per Dy.& doc. in l.pen.§.filia.& latius in l.post dotem.& ibi etiam Ale. ff. sol.ma.& ita vr̄ transire Bal.nouel.in tract.dot.6.parte.sequitur d.Bap.de S.Seue.in repe.l.omnes populi.in versi.22.ff.de iust.& iu.Plus dixit Bal.nouel.in trac.prædicto,in 1.parte, vidisse cū sultum,& ita fuisse conclusum,ꝙ si pater stipulatus sit dotem filiæ sibi reddi soluto mat. & pater dotem exigat viro mortuo sibi genero,& demum decedat filia existente vidua,quod nihilominus filia excludetur per statutū excludens dotatas;ex quo filię remanet actio petendi dotem contra filios & hæredes patris,vt possit congrue renubere, cum ius illammet dotem integram pro alio marito destinet, authen.sed quamuis.& quod notat Cy.in l.1.§.videmus. C. de rei vx.act.Facit l.fi.C.com.vtr.iud.& quod not. Bar.in l. post dotem.& in l.si marito.§.1.ff.solu.mat.& in terminis statuti Ang.de Are.in §.fuerat.ūersi.adde tu.insti.de actio.Sed quia
53 in terminis statuti,ꝙ †aliqua sit dotata,dependet a facto dotantis,credo in puncto iuris,quod non sufficeret remissio hęredis,quia tempore delatæ successionis non potest libere dici dotata l.in delictis.§.si extraneus.ff.de noxa. cum concor. & tunc nō habebit locum in ea statutum,etiam si hæres velit facere remissionem,& in hoc sequor opi. Ant.de Bu.licet forsitā durū foret in practica hoc obtinere, & ꝓñr minus tenendum erit dictum Bal. nouel.proxime relatum, dote iam per patrem exacta,quia etiam alia quęuis habet actionē ad
54 dotem,ꝰ patrem.& tamen non dr̄ dotata,& †quia hēt actionem ad rem,licet rem habere videatur,non tn̄ rem vere habet,vt in regula,qui habet.ff.de reg.iur.Facit l.1.§. deiecisse ff.de vi & vi arma.dum vtitur verbo,videtur.quod est fictionis.& contra hoc facit,quod dixit Pau.de Ca.in l.qui superstitis.in fi.comm.ff.de acqui.hęr.post Ia.But.in q.inci. quidā
55 nomine.ꝙ †statuto excludente dotatam,si contingat filiam præmori patri suo,dote iam per patrem exacta,vt quiā eam sibi dari fuerat stipulatus,vel quia essemus ī loco,vbi nō seruatur ꝓsuetudo Martini,sed ius cōe,de quo in l.dos a patre. C.sol.ma.filij filiæ non excludētur a successione paterna,eademq; auita,quia statutum excludit filiam non tantum fauore masculorum,sed etiam contemplatione dotis, quam habuit.& si est ad patrem reuersa,cessat,ratio exclusionis.er
56 go &c.Ex prædictis patet,quod †non liceat apponere onus, vel modum in dote per statutum præseruata.Idemq; dicendū est in alia re p̄seruata filiæ exclusæ, ēt si indubitatū sit talem rem succedere loco legitimæ,ſm Bal.Sal.& Pa.de Cas. post Ia.Bu.in d.l.qm̄ in prioribus.& Imo.in d.l.fi.antepe.q.ff. de condi.insti.Ale.in d.consi.55.incip.viso tltulo quæstionis & Fran.de Are.in d.consi.43.incip.placet mihi.quod probatur secnndum eos quia licet l.omnino.C.de inoffi.testamento. prouideat in quantitate,legitimę,non tamen erat prouisum in onere.Ideo successit dispositio l.quoniam in prioribus.per quam l.statutum passiue declaratur,& secūdum eā
57 determinatur.Maxime autem,nō licet apponere onus, nec minuere dotem præseruatam, quādo statutum excludit cō petenter dotatam, qa tunc non excluditur incompetenter dotata,vt per Cor.consi.202.incip.circa præsentem.in fi. 2. vol.vel debet saltem dos reduci ad competentem quantitatem ſm ipsum Cor.consi.172.incip.quod respectu.eo. uolu.
58 quorum alterum an sit verum, dixi s̄. loco suo,quod † si statutum uelit filiam stare testamento patris,tunc pr̄ potest apponere dilationem,secundum Cor.consi.210.inci. in hac 1. uol.uel si uelit,quod dotata ad supplemētum legitimę agere non possit, quia tunc nō pōt conqueri de onere, ſm Cor. consi 115.incip.in hac 2.vol.quod dependet ab his, quę dixi in 9.arti.1.2. & 3. q. de excluſa a successione an possit agere ad supplementum legitimæ,uel congruę dotis.Quod etiam tangit Cor.consi.107.incip.in hac 2.uolu.dicens quod statu
59 tum excludens dotatam,debet intelligi quod congrue dotetur Et prædicta †conclusio,ꝙ nō liceat apponere o nus rei præseruatæ, procedit,etiam si tale præseruatum filiæ,sit plus quam legitima,quia in illo etiam augmento & pluri nō poterit filia grauari, per ea,quæ dixit Cal.in consi.31.inci. an si statutum sub rub.de testa.& late Soc.in ꝓs.241. inci.crca 1. uol.ubi ita tenet,ēt si onus apponatur in beneficium pię cau sæ,de quo etiam dicetur.ſ. in 13.artic.8.q. sic etiam ecōtra,si statutum minuat legitimam,secundū Soc.in l.cēturio.ff.de vul.& pup.quia si testator relinquat filię legitimam iuris cō munis,non poterit apponere onus,quod non examino,quia non est præsentis speculationis.Ad prædicta facit quod dixit Pau.de Cast.in consi.245.alias 224.incip.super 1.dubio.in uolum.nouorum consiliorum secundum primam impressionē
60 quod †in parte præseruata per statutum filiæ,non potest substitui filię, per fideicommissum pure, vel cōditionaliter,vel in diem,nec in vita filiæ vel post mortem aliquid præiudicari,alias de facili posset re prę seruata fraudari. Allegat ad hoc Ang.de Peru.in terminis sta. Triuisani volentis nō posse per ascendentem,cum liberos habet,relinqui personę extraneę vltra tertiam partem,& ꝙ reliquum applicetur venientibus ab intest.Ad idem allegat Fran.de Rampo.qui dicebat, ꝙ in fructibus illius tertiæ præseruatæ, poterant descendētes grauari fideicommisso,quod intelligit Pa.de Cast procedere in fructibus iudicio testatoris perceptis.l.mulier.§.si hæres.ff.ad Treb.de quo nunc aliter non dico.subdit.Pau.de Cast.quod in tali re prę seruata pōt fieri substitutio pupillaris,vel exemplaris,vt ibi latius per eum,sequitur Corn.consi.32.incipien. licet in princi.quarto volum.quod est clarum, cum in bonis pupillorū & filiorū fieri possint tales substitutiones,& ex his patet Pau.de Cast.non bene dixisse in consil.181.incip. super eo.in fi.secundum primam impressionem,dum vult in dote præseruata filiæ per sta.posse dari filiæ substitutum per fideicommissum.Mouetur,quia cum dos nō succedat loco legi-
61 timæ,non habet in ea locum. d.l.qm̄ in prioribus. Et †an pater posset alias in dote, substitutionē fideicommissariam facere,vltra prædicta videri possunt no.per doc.in l.pe.alias fi. §.filiæ.ff.de le.2.per Saly.in d.l.qm̄ in prioribus.& per do.in d. l.mulier.§.cum proponeretur,ꝙ declarādū est,vt per Bar.in d.§.filiæ,vbi maxime vult,quod filia agnoscēte sibi relictū vltra dotem teneat grauamē. de quo alibi in hoc tractatu,ſ.in 9.artic.princ.3 q.dico. Et in isto puncto dixit Cor.consi.32.inci.licet.4.uol.valere substitutionē vulgarē & fideicommissariam super dote, quæ est per statutum præstāda filiæ exclusæ a successione,quatenus relictum dotis excedit legitimam de iure communi,subiungendo,ꝙ si legatum dotis est in tempus nuptiarum,debet deduci quantum minus valet ꝓp dilationem, cū in eo potuerit onus & dilation apponi. Sed tunc
62 †cum relictum dotis potest esse conditionale, dubitatur, qm̄ adsit tps petendæ dotis, an tps nuptiarum, an procinctus, & præparatio matrimonij,an vero tps nubilis ętatis,siue relinquatur pro maritādo,siue pro dote,vel in tps nuptiarum.Circa quod videatur Bar.in d.§.Titio genero.in fin. commen.ꝰ quem tenet ibi Pau.de Cast.& Bal.in d.l.fancimus.C.de nup.
63 & in d.l generaliter. C.de episop.& cler.† An autem valeat institutio filiæ in dote sola,siue iam data sit,siue danda,nota. Moder.late,maxime dom.Iasi.in auth.nouissima.C.de inoff. test.& ibidem dominus Fabianus in primo artic.prin.in 1.q. quod dubium procedit, vbi filia est instituēda, de quo dixi.s̄.
64 in artic. præ.in 3.quęstione.Quarto successiue quæro, an possit filia rem præseruatam per sta.propria authoritate capere Breuiter ex mēte Pa.de Ca.in cōs.403.alias 483.inci.iure cōi, in uolum. antiquorum consiliorum, secundum ultimam impresionem,est distinguendum,an stat.vtatur uerbis obliquis,anverbis directis,quia si utitur verbis obliquis,puta,detur assignetur,quę verba sunt obliqua.l.fundi.Trebatia.ff.de vsufruc. lega.& quod no. Bar.in l.centurio in 2. quęst.princ. ff.de vul.& pup.Et tunc nō licet capere authoritate propria. sed capiēda est res præseruata de manu alterius,ſ.hęredis,iuxta nota.in l.inter omnes.ff. qui satisdare cog.& in d. l.centu-
65 rio. Sed est aduertendum quia etiam † ubi prę seruatum iure directo,prę seruatur, quamuis simus in casu,in quo succedat iure legitimę,nihilominus videtur ꝙ capi non possit authoritate propria,sicut legitima,secundum Bart.in l.2. C.quando & qui quar.pars debe.lib.10.per illum tex. qui vult,quod
66 quarta, †quę debetur curialib. de successione alterius curialis defuncti,non possit propria authoritate capi,& dicit Bar. ibi, ꝙ quia nescitur quanta sit legitima, & quia in qualibet parte prædij non debetur,& quia non est determinata ratione ęris alieni,& impensę funeris,quę sunt primo deducenda si quis capiat illius possessionem authoritate propria, nihil facit, nec sibi acquirit possessionē l.3. §.incertę.& l.locus. ff. de acq.pos.& ita tenet ēt Ale.in cōs.pe.4.vol.sed Bal.in l.si qs
67 in suo in 1.q.C.de inof.te.post Guil.de Cu.tenuit posse ltīmā capi authoritate propria tanquam debita de iure directo. licet secus sit in certa re debita,in qua certa re ꝓcedit dispositio.l.non dubium.C.de leg.puto opinionem Pa.de Cas.uerā.
112 Agnatus potest dici exclusus facto testatoris, si testator extraneum instituat. & quid de filio, cui datur substitutus pupillaris.

113 Statuto dicente, quòd intestato vel intestabili succedat proximior agnatus de iure vel ex forma statutorum succedens, an substitutus pupillaris tali præferatur. & quid si mulier excludatur propter masculum infantem, cui datus est vulgaris substitutus, quando nullus nomine infantis adiuit. ibidem.

114 Masculo exclusa facto suo, puta quia nolit succedere, vel quia hæreditati renuntiauerit, quia velit secum filiam admittere, an sit locus statuto fœminarum exclusiuo.

115 Frater exclusas pacto, quia aliquid habuit, promisitque non venire ad hæreditatem, facit partem alijs, aliosque excludit, ac si totaliter succederet & facit partẽ in cõputatione legitimæ. Et stante statuto quod excludãtur

sorores

fororesˉ extantibus fratribus, tanquam existens illas excludit.

Si talis frater foret præteritus a fratre, non instituta turpi persona, non rumperet testamentum. ibidem.

116 *Frater volens omnino succedere, vt quia hæreditati simpliciter renuntiauit, sororem non impedit.*

117 *Quid iuris, si masculus nolit vti beneficio statuti, sed velit secum feminam admittere ex forma iuris communis, an sit locus statuto.*

118 *Mater excluſa propter maſculos, octaua parte excepta, maſculis repudiantibus ex iure accreſcendi ad totum admittitur.*

119 *Maſculus ſi decedat hæredirate delata, non tamen adita, an fœminam excludat, & an excludendi ius ad hæredes tranſmittat.*

120 *Maſculus an. 25. minor, ſi ſemel repudiauerit, itaq; quod fœmina ad ſucceſſionem admittatur, vel ſecum illam admittat, vlterius non auditur volens in integrum reſtitui.*

121 *Si duo fuerit maſculi, quorum vnus repudiet, alter non, repudiantis portio, non repudianti accreſcit.*

122 *Quid iuris, ſi maſculus non ex eo quia non ſit de iure ſucceſſibilis, non ex facto teſtatoris, nec facto ſuo ſit excluſus, ſed quia infans decedit hæreditate non adita, an admittatur fœmina.*

123 *Femina an excludatur per eum, qui ſtatim deceſſit, vel momento fuit hæres.*

124 *Fœminæ an excludantur propter maſculos ſucceſſibiles, qui non poſſunt iura agnationis conſeruare naturaliter vel accidentaliter, vt quia ſunt caſtrati, vel aliter impotentes ad generandum, vel votum continentiæ emiſerunt.*

125 *Attendi debet communis hominum natura, non autem ſpeciale alicuius vitium. Communi naturæ adhærent legislatores, abſque ſpeciali exceptione vitii ſingulorum. ibidem.*

126 *Naturale, non accidentale vitium attenditur, quomodo intelligatur illud fundamentum.*

127 *Hereditas ſemel agnato quæſita, non poteſt ab eo abdicari.*

128 *Statuto excludente matrem vel cognatos propter agnatos, an intelligãtur etiam excluſæ tales perſonæ propter fœminas agnatas.*

129 *Verba ſtatuti debent impropriari, ad finẽ, vt quis non intelligatur excluſus propter fœminam agnatam.*

130 *Stat. excludens matrem propter agnatos, non excludet propter amitam Quod intellige, aliud non diſponente.*

131 *Statuto excludente cognatos propter agnatos, amita non excludet vterinum.*

132 *Statuto excludente matrem propter coniunctos de linea paterna, vſque ad quartum gradum, fœmina agnata intra illum gradum matrem non excludet.*

133 *Statuto diſponente, quod proximiores ex parte patris, patri ſuccedant, & proimiores, ex parte matris, matri, verbum, proximiores, an intelligatur de maſculis tantum, ita, quod hincinde per fœminas non excludantur.*

134 *Statuto excludente matrem extantibus ſucceſſoribus maſculis, vterinus illam non excludet, nec auus maternus, nec alius de linea materna, & qui non ſit de linea paterna.*

135 *Stante ſtatuto florentino, quod nulla mulier poſſit ab inteſtato ſuccedere filijs vel filiab. extantib. ex perſona defuncti aliquo filio vel nepote ex patre, auo paterno, fratre vel patruo, ſi contingat aliquem decedere relicta matre, & ſolo fratre vterino tantum. mater per talem patruum non excluditur.*

136 *Soror germana non excluditur vigore talium ſtatutorum per fratrem vterinum.*

137 *Stat. excludens fœminas propter maſculos deſcendentes habet etiam locum in hæreditate materna.*

138 *Stante ſtatuto, quod filia dotata non ſuccedat, talis filia dotata excludetur per filiam non dotatam.*

139 *Conſtitutio Siciliæ excludens ſororem dotatam a ſucceſſione feudi fraterni, operatur vt ſoror non dotata, et eius filii ſororem dotatam ſeu amitam vel materteram excludant.*

140 *Statuto ciuitatis Aretii excludente matrem exiſtente fratre vel ſorore defuncti, vel filijs ipſorum, vel patruis, vel fratribus patruelibus defuncti, ſoror patruelis excludet matrem a ſucceſſione defuncti, quamuis in ſtatuto hoc non dicatur.*

141 *Item in dicto ſtatuto ita mater excluditur per ſorores agnatas, ſicut per fratres germanos.*

142 *Stat. excludẽs matrem propter proximiores agnatos, eam etiam propter auiam paternam excludit.*

143 *Licet fœminæ non intelligantur uocatæ in caſibus prædictis ad excluſionem aliarum, ſi tamen ponantur in conditione propter earum exiſtentiam, poterit ceſſare prouiſio ſtatuti.*

144 *Stante ſtatuto, quod dotata non ſuccedat cum fratribus, ſi eis fuerint legitimi hæredes, filia fratris dicitur legitima hæres, per cuius exiſtentiam filia dotata excludetur.*

145 *Perſona ſemel excluſa, perpetuo erit excluſa.*

146 *Mater per ſtatutum præciſe excluſa a ſucceſſione filii, excluditur per amitam, ſi in alia parte eiuſdem, vel alterius ſtatuti uocentur proximiores, ex parte patris. Et quid ſi proximiores illi non ſucceſſiſſent, an mater excluſa fuiſſet.*

147 *An propter filiã ex filio matre uel patre ſuo prædefuncto excluditur filia defuncti aui, patris, vel matris, & cuiuſuis nati ex ipſa filia, ſiue maſculi ſiue fœminæ, a ſucceſſione ipſorum. ſ. patris matris, & auorum.*

148 *Filij appellatio, de iure communi porrigitur ad nepotes, quando profertur ſimpliciter.*

149 *Iſta qualitas, quod extantibus maſculis excludantur fœminæ, debet ſupereſſe tempore, quo defertur hereditas.*

Quod tempus eſt poſt mortem eius, de cuius ſucceſſione agitur. ibidem.

150 *Statutum excludens matrem propter parentes maſculos ex parte patris, debet intelligi ſi ſint nati ex maſculis.*

151 *Stante ſtatuto, quod parentes maſculi ex latere patris vſque ad quartum gradum incluſiue ſuccedant defuncto ab inteſtato in trib. quartis, excluſa matre, quæ ſuccedat in quarta reliqua, mater non excludetur per maſculum nepotem ex ſorore, ſicut nec mater huius nepotis, defuncti matrem excluſiſſet.*

152 *Statutum, quod parentes ex ſobole vel progenie paterna vſque ad certum gradum excludant matrem vel feminas, intelligitur de agnatione, vel de cognatione.*

153 *Statuto excludente filiam fœminam propter fratres, ſi ſuperſit frater conſobrinus, filia per illum non excludetur.*

154 *Stat. excludens matrem propter nepotes defuncti, intelligitur de nepotibus ex filio ſeu fratre, non ex filia vel ſorore.*

155 *Vbi tractatur de ſucceſſione materna ſeu lineæ femininæ, non attenditur ratio agnationis.*

156 *Statuto diſponente, quod filiæ fœminæ debeant maritari de bonis patris & contentari dote, filij vero maſculi in totum ſuccedere, ſi contingat aliquem decedere relicto filio maſculo, & filia fœmina, maſculumque decedere, priuſquam ſoror maritetur, an ſoror eademque amita per neptem, ſeu filiam fratris excludetur.*

157 *Quid ſi deceſſerit poſt mortem patris, ſcilicet eius, de cuius hæreditate agitur, ſeu quid ſi ius eſt iam quæſitum in perſona filij maſculi.*

158 *Sufficit ſemel hæreditatem veniſſe ad caſum, quo amita deberet eſſe dote contenta, vt ſtatuto locus ſit, & ſufficit ſemel factum fuiſſe hæredem, ad hoc, vt per illum, & eius hæredes fœmina perpetuo intelligatur excluſa.*

159 *Statuto excludente dotatam a patris ſucceſſione, ſi contingat patrem vxori ſecundæ plus relinquere, quam filiæ, illud plus non irritabitur, & ſic filia excludetur per talem uxorem ob illis bonis ita relictis.*

160 *Statutum fœminas excludens propter agnatos vel maſculos, an eas excludat propter hermaphroditum.*

161 *In virilitate non tantum ſexus, quàm agilitas corporis, & exteriores actus conſiderantur, per quę apparet, quod aliquis ſit magis vir, quam fœmina.*

162 *An ad feudum ſit admittendus, qui ſolum teſticulos, & vnum foramen habet, per quod admittat vrinam, in agilitate autem corporis actus viriles agat.*

163 *Minor, qui neſciat diſcernere in quo ſexu pręualeat, an ad portionem minorem tanquam fœminis debitam admittetnr, an vero expectabitur tempus pubertatis. Et an in iudicio medicorum, an vero mulierum committatur hæc diſcretio. ibid.*

164 *Monſtruoſi & prodigioſi maſculi, vel maſculorum apparentiam habentes, an fœminas excludant.*

165 *An vigore ſtatuti fœminarum excluſiui, excludantur fœminæ propter agnatos clericos.*

166 *Clericos comprehendit priuilegium laicis in genere conceſſum.*

167 *Clerici & monachi religionum ſaltem non mendicantium, iure conſanguinitatis de iure communi ſucceduut, non obſtante religione.*

168 *Iura ſanguinis diſpoſitione ciuili non mutantur.*

169 *Lex quantuncunque dura ſit, ſeruanda eſt.*

170 *In fauorabilibus diſpoſitionibus non minus cenſendum eſt comprehendi minus meritos, quam magis meritos.*

171 *Statuta & leges extenduntur ad non ſubditos, in concernentibus eorum fauorem.*

172 *Statuta laicorum priuilegiata ſi materia eſt communis, & indifferens, ſunt apta etiam comprehendere clericos.*

173 *Clerici licet non ſupportẽt onera, gaudent tamen beneficio ſtatutorum. Sufficit enim quod ſubeant onera ſpiritualia.*

174 *Clerici an poſſint vti ſtatutis per laicos editis. etiam eis multum fauorabilibus, non tamen per Papam approbatis.*

175 *Agnatus, qui ex forma ſtatuti fœminam excludit, illam non excludet, ſi ſit clericus, quia onera non ſuſtinet.*

176 *Fœmina an excludatur propter agnatum forenſem. & quid de originario vel de eo, qui aliquando domicilium habuit in loco ſtatuti, & illud poſt mutauit.*

Et quid de eo, qui plura habet domicilia. ibid.

Item quid de iudæo, hæretico, vel infideli, aut vſurario agnato, an mulierem excludat. ibidem.

177 *Statuto diſponente, quod extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, ſi vnus tantum ſupereſt maſculus, an locus ſit ſtatuto, attento, quod per pluralia verba loquatur.*

178 *Quod de pluribus dicitur, de vno tantum eſt dicendum.*

179 *Dictio, ſine, & dictio, abſque, requirunt omnimodam carentiam.*

180 *Si ſtat. apponat pœnam producenti falſos teſtes producens vnum tantum teſtem falſum, ligatur ſtatuto.*

Source : BIU Cujas

181 *Stat. dotatam excludens ſtantib. ſororib. & neptib. non dotatis, non exigit qđ adſint ſorores, & neptes ſimul non dotatę, ſed altera earũ ſufficit.*

182 *Par eſt ratio excluſionis fęminę, ſiue vnus tantum ſit maſculus, ſiue plures ſint.*

183 *Statutum, quod frater ſuccedat fratri carenti filio & filia, locum non habet, ſi defunctus altero tantum caret.*

184 *Teſtator poſtumos vniuerſales hæredes inſtituens, ſ. plures ex pregnan vxore naſcerentur, ſiue vnus tantum, & ſi cum maſculo naſceretur filia illam dote contentari iuſſit ſubſtitutis ſuperuiuentibus poſthumis morientibus ſine liberis, qui ſi ſic omnes morerentur, ſorores æquis portionib. ſubſtituit, an nato poſtea poſthumo in pupillari ætate motuo a ſucceſſione excludetur mater propter ſubſtitutionem amitarum.*

185 *Stante ſtatuto, quod aſcendentes per lienam maſculinam vna cum fratribus vtrinque coniunctis, ſuccedant defuncto, ſi adſit ſolus pater cum vxore defuncti, an ſoror per patrem excludetur.*

186 *Statutum fęminam excludens porpter maſculos ſibi locum vendicat, pluribus etiam extantibus fęminis, & e contra.*

187 *Pluralitas in ſingularitatem tribus caſibus ſolet ſolui, remiſſiuę.*

188 *Statutum fęminarum excluſiuum propter agnatos ſeu maſculos, an intelligatur eas tantum excludere propter eos, qui ſunt in pari gradu, non autem propter exiſtentes in vlteriori.*

189 *Veriſimile, non eſt ſtatuentes voluiſſe vlteriorem agnatum prę ferre fœminæ exiſtenti in priore gradu.*

190 *Statutum excludens fęminam propter eum, qui de iure communi ſuccedere poteſt, intelligitur de eo, qui eſt in pari gradu, ita vt filia per filium, & ſoror per fratrem excludatur, non aliter.*

191 *Filia dotata excluſa, ne in bonis dotantis ſuccedat cum fratribus & alijs hæredibus, an intelligi debeat, de alijs, cum quibus poſſet ipſa concurrere, & non de his quibus alias prę fertur.*

192 *Fauor maſculorum ita militat in ulterioribus in gradu, ſicut in exiſtentibus in pari gradu.*

193 *Conſuetudine Alexãdriæ ſtante quod filia vel ſoror dotata a patre vel fratre, nihil amplius requirat a patre, vel a fratre, vel ab eorum filijs ſoror dotata a fratre excluditur non tãtum ſi adſint fratres ſuperſtites, vel ex eis filij, ſed etiam per patruum, & vlteriorem agnatum.*

194 *Statuto excludente filiam nuptam, vel dotatam exiſtente maſculo hærede, an ſit verum dicere, quod de maſculo tantum eiuſdem gradus intelligatur.*

Flius per iuris interpretationem eiuſdem gradus eſt cum patre, quia iure communi patris ſui locum ſubintrat. ibi.

195 *Maſculorum hæredum appellatione deſcendentes proprie veniunt, non collaterales, ſecundum communem opinionem.*

196 *Statutum excludens fœminas propter agnatos de aliqua linea, an intelligatur eas etiam excludere propter agnatos de alia linea.*

197 *Statutum excludens filiam fęminam propter maſculos, videtur etiam excludere neptem ex filia.*

198 *Statutum excludens matrem fauore agnatorum, videtur etiam excludere materteram tanquam remotiorem.*

199 *In ſtatuto per collaterales fœminam excludente, aſcendentes comprehendi, quomodo intelligatur, & quando procedat.*

200 *Veriſimile non eſt ſtatuentes voluiſſe fœminas excludi, per collaterales & non per aſcendentes, qui poſſent ſimul ſuccedere, vel qui eas excluderent de iure communi.*

201 *Stante ſtatuto, quod agnati a ſucceſſione matrem excludant non per hoc filius ſororis matrem excludet.*

202 *Statutum excludens fœminas per unam perſonam, an trahatur ad aliam & eſt triperita diſtinctio.*

203 *Beneficium datum filio porrigitur ad nepotes ex iuris communis diſpoſitione.*

204 *filius ſicut excluderet ſororem ſuam, ita debet eã excludere filius ex eo.*

205 *Filij appellatione, proprie nepos non continetur, cum non ſit facienda extenſio de perſona ad perſonam. ibi.*

Et an ſtatutum loquens de filio, locum habeat in nepote. ibi.

206 *Quod concluſum eſt de nepote ex filio, vt excludat amitam, an etiam procedat in nepote ex fratre, ſeu ex filio fratris, vt excludat amitam vel ſororem patruelem.*

207 *Stante ſtatuto, quod extantibus fratribus ſorores non ſuccedant, an per tale ſtatutum frater patruelis excludet ſororem patruelem.*

208 *Statutum exorbitans loquens in vno caſu, extenditur ad alium, qui ſublata ſignificatione comprehenditur.*

209 *Statutum loquens de fratribus ſimpliciter, an de de fratribus primi gradus intelligatur tantum.*

210 *Statutum excludens matrem propter patruum defuncti, an intelligatur de patruo magno.*

211 *Stat. interpretandum eſt, vt minus lędat ius cõmune, quam fieri poſſit.*

212 *Fratris appellatione maxime in ſtatutis de carnali, & non de conſobrino intelligitur.*

213 *Statuto excludente filiam dotatam propter fratrem defuncti an filius fratris ſimul cum patruo excludente, ſuccedet.*

214 *Statutum excludens fratres, intelligitur etiam excludere remotiores ac patrueles. Sed quando admittit fratrem, intelligitur de fratre primi gradus. ibidem.*

215 *Si filia dotata propter fratrem filiæ vel patruum excluſa ſit, non excludetur propter filium patrui.*

Regulariter ſtatutum excluſiuum vſq; ad quartum gradum propter agnatos vel agnatas, dum includit has perſonas, cæteras videtur excludere ibidem.

216 *Excluſa propter fratrem & patruum, non excluditur propter filium patrui. Et quod habenda ſit ratio agnationis preſeruandę, quomodo intelligi debet.*

217 *Soror vel filia extante patruo excluſa, multomagis excludetur extante patre.*

218 *Filia ſi patrem, auum, & proauum excludat, pariter excludit patruum vel fratrem, qui non attinent perſonæ defuncti, niſi mediante perſona patris, aui, vel proaui.*

219 *Si mater vel auia excludatur propter fratrem patruelem, ſeu filium fratris, multo magis excluditur propter ipſum patruum.*

220 *Si ſtatutum excludit matrem, filiam, vel ſororem, propter patruum, & adſit frater germanus, vel alias proximior, uel in pari gradu ſuccedendi, ſicut patruus, in quo ſit tanta vel maior ratio, an mater per eum excludetur.*

221 *Ratio præſeruandę agnationis in ſtatuto habetur pro expreſſa. Et non tam dicitur fieri extenſio, quam ſubeſſe interpreratio intelleƈtiua ſeu declaratiua. ibidem.*

222 *Stat. excludẽs matrem propter patruos & filios patruorum, multomagi excludit propter fratres conſanguineos tantum. Et ſtat. excludens matrẽ & lineam maternam propter auiam maternam, multomagis excludit propter ſororem conſanguineam tantum. ibi.*

223 *Stat. perſonas excludentes fœminas limitando, puta vſque ad quartũ gradum, vel dicens, propter fratres primi gradus, vel ſi dicant, volentes fauere fratribus primi gradus, an ex identitate rationis ẽt expreſſe licita ſit extenſio, & quid ſi adſit dictio taxatiua tantum. ibidem.*

224 *Dictio taxatiua tantum, non excludit caſus ſimiles, vel ſimilem rationem habentes.*

225 *Stat. excludens fęminam propter aliquem agnatum, excludet etiam illam propter agnatum remotiorem expreſſo, ex iden titate rationis.*

226 *Ex conſuetudine ſcripta Alexandriæ, filia vel ſoror a patre vel fratre, dotata contentari debet neque quicquam amplius a patre vel fratre vel eorum filijs requirere poteſt.*

An illa ſic dotata excludetur non modo propter frątrem & eius filios, ſed etiam propter patruum vlteriorem agnatum.

227 *Ad hoc vt ſtatuti diſpoſitio locum habeat eius verba non tantum in perſonis, ſed etiam in caſu ſucceſſionis verificari debent.*

228 *Perſona proximiore, vel qua mediante remotior eſt coniuncta, non excludente fœminam, minus excludet perſonas coniunctas, per illam.*

229 *Stat. excludens matrem propter patruum, an intelligatur etiam illam excludere, propter patruum magnum.*

230 *Verba indifferenter prolata debent intelligi per prius, & ſic de proximiore, & non per poſterius, ideſt, de remotiore.*

231 *Stat. excludens nouercam ſeu materteram, non comprehendit nouercam magnam, ſeu materteram magnam.*

232 *Si ſtat. excludat fœminas extantibus fratribus vel filiis fratrum, aut patruis vel eorum ſiijs, ſoror non excludetur a ſucceſſione fratris, nec mulier propter filios patrui magni, quæ nec per ipſum patruum magnum, fuiſſet excluſa.*

233 *Limitatur prædicta concluſio, quod fęmina non excludatur per patruum magnum.*

234 *Stat. excludens filias propter filios, an etiam excludet neptes propter nepotes ex filio maſculo.*

235 *Nepos ex filio maſculo, ita excludit filios ex filia, ſicut excludit ipſam filiam.*

236 *Stat. fęminas excludens fratribus extantibus de quibus fratribus intelligitur, an defuncti, an fęminę excluſę, an vero de utriſq;.*

237 *Stante ſtatuto, quod dotata extantibus fratribus vltra relictum nihil poſſit petere, etiam ratione legitimę, an talis fęmina excludatur a petitione ſupplementi, etiam extantibus patruis non tantum fratribus.*

238 *In dubio non eſt ſumenda interpretatio, quod tranſuerſalis excludat filias & deſcendentes.*

239 *Stat. fęminas excludens per collaterales, intelligi debet de illis qui ſunt paris, vel primi, ſeu poſterioris gradus, & habentibus ſimilitudinem, cum excluſa.*

240 *Stat. uel diſpoſitio loquens de fratribus, intelligitur de primis, non autem de ſecundis vel ulterioribus.*

241 *Verba ſtatutorum debent intelligi ſecũdum qualitatem perſonæ ad quam diriguntur.*

242 *Statuentes unum tantum ſenſum, & non duplicem habuerunt, nec uarietatem aut diuiſionem uoluntati eorum licet aſſumere. ibidem.*

243 *Una determinatio reſpiciens plura determinabilia, debet ea uniformiter determinare.*

244 *Si ſtat. excludat filiam propter agnatos primi gradus computando gradus ſecundum ius cano. non intelligitur de agnatis primi gradus perſonę defunctæ, ſed de agnatis, qui filiæ ſint in primo gradu.*

245 *Excluſa propter eos, qui ſunt ex parte patris coniuncti, intelligitur de coniunctis ex parte patris defuncti, non ipſius filię excluſæ.*

246 *Si ſtat. excludat fęminas propter nepotes, de quibus intelligemus, an de filiis filiorum, an de filijs fratrum, an de his omnibus.*

Stante

Source : BIU Cujas

247 Stante statuto, quod præferat in successione fratres, patrui, & nepotes, non comprehendetur nepos patrui, sed filius filij, qui est proprie nepos. & filius fratris, qui aliquando etiam ex communi vsu loquendi nepos appellatur.

248 Stat. excludens fœminam propter agnatum, vel masculum, qui de iure communi succedere potest, non excludet illam propter remotiorem, sed propter eum tantum, qui est in pari gradu.

249 In dubio statutum sic debet intelligi, quod non contingat fœminam per masculum vel agnatum remotiorem excludi.

250 Stat. excludens sorores extantibus fratribus, an intelligatur de fratribus vtrinque coniunctis, an vero de consanguineis, an de vterinis tantum.

251 Statu. fœminam excludens extante fratre carnali, non intelligitur de fratre carnali tantum.

252 In materia statutaria appellatione fratrum non veniunt vterini.

253 Stante statuto, quod filia dotata non succedat patri neque matri, filia ex primo matrimonio non excludetur a materna successione propter natos ex secundo matrimonio.

254 Si extantibus masculis ex priori matrimonio vxor defuncti ex secundo matrimonio fœminas concipiat: istæ fœminę dotatæ a patre non excludentur a successione earum matris, propter masculos prioris matrim. Quid si certum sit, quod statutum omnino velit fauere masculis. ibid.

255 Statu. Aretij excludens matrem, propter sororem, intelligitur etiam de vterina.

256 Statuto disponente, quod mater non succedat existente fratre vel sorore personæ defunctæ, bene quidem excludetur per fratrem, vel sororem vterinos tantum, quando per statutum linea materna excluditur, etiam per patruos, & eorum filios, ac etiam per auiam maternam.

257 Frater consanguineus tantum, an excludat sororem vtrinque coniunctã, stante statuto, quod vxores non succedant fratribus stantibus.

258 Lex noua communis si generaliter loquatur, potius est distinguenda per veterem distinctionem, quam sit putandum, quod lex vetus distinguens per nouam indistincte loquentem penitus abrogetur.

259 In bonis, quæ prouenerunt a matre, vel linea materna, sorores & fratres ex matre tantum, coniuncti, solent succedere. Nec soror vterina excludetur per germanum tantum, quo ad ipsa bona. ibid.

260 Si adsint soror & frater vtrinque coniuncti, & germanus tantum, an intelligatur germanus vocatus ad exclusionẽ simul cũ vtrinq; cõiuncto.

261 Differentia, an quis sit coniunctus ex latere patris, vel matris, an ex vtroque, non cadit inter patruos.

262 Diligenter aduertendum est sub quibus nominibus inclusorum fauore excludantur fœminæ, de quibus hic quamplurima vide, vt scias qui masculi intelligantur inuitati.

263 Appellatione illorum de progenie, qui veniant. Et qui dicantur de generatione. & qui de linea masculina in hac materia, & qui de eorum descendentia. & qui dicantur de linea paterna, & qui coniuncti ex parte patris. & an patruus dicatur de linea paterna. Et a quo illa incipiat. & qui dicantur de linea materna.

264 Si stat. loquatur de descendentibus masculis, an veniant masculi nati ex fœminis. Et si stat. vocet hæredes ex linea masculina, an vocentur filiæ masculorum.

265 Qui dicantur de generatione, & quomodo intelligatur statutum disponens quod illi de domo vel generatione succedant. & quid si dicatur de natis in domo, vel ex linea masculina, quomodo sumatur tota hæc oratio:

266 Si dicatur, quod mater excludatur propter parentes ex progenie vel sobole paterna, an filius excludet matrem.

267 Nuptę extra familiam, an appellatione illorum de domo, vel de cipo domus veniant.

268 Si statutum excludat fœminas propter homines, quomodo intelligatur verbum illud, homines.

269 Vbi statutum vocat proximiores consanguineos, filia patrui præfertur filio amitæ. Et an filij amitę dicantur attinere, vel esse coniuncti ex parte patris. ibid.

270 Maiorum suorum, vel de domo, appellatione qui veniant.

271 Statuto excludente fœminas stante hærede masculo non continebuntur, nisi filij vel nepotes, qui filiorum locum subintrant.

272 Mater per statutum excluſa propter parentes ex parte patris non censetur excluſa propter nepotem ex filia.

273 Parentes, verbum hoc, quomodo interpretetur. Et si stat. inuitet paretes ad successionem defuncti, de quibus intelligatur.

274 Statuto excludente fœminas propter masculos proximiores ex parte matris, non censebitur mater excluſa propter masculos ex eius parte coniunctos.

275 Naturales vel spurij tantum, an veniant sub talibus statutis de proximioribus loquentibus.

276 Filia excluſa a successione patris, matris, vel fratris, existente aliquo masculo de progenie patris, matris, vel fratris, an excludatur a successione omnium, si extet masculus de progenie vnius horum solius.

277 Statuto disponente quod ad successionem decedentis ab intestato sine filijs, veniant proximiores ex linea patris, seu nati in domibus patris, deinde mulieres proximiores, patruus matrem defuncti non excludit, nec cum illa concurrit.

Alia est linea aui, de qua dicitur patruus, alia patris, de qua patruus esse non dicitur. ibi.

Dictio, seu nati in domibus patris, ponitur augmentatiue, in tantum, quod oportet, quod masculi sint de linea patris, & nati in domibus patris. ibid.

278 Consuetudo Papiæ volens agnatos vel cognatos masculos vel fœminas, ex latere patris prius succedere & demum eos, qui sunt ex latere matris, facit, quod filius fratris præferatur filiæ natæ ex sorore defuncti.

Dictio vel ponitur, pro ideſt, aut pro siue. ibidem.

279 Statuto excludente dotatam a patre, vel matre, vel fratre, a paterna, materna, vel fraterna successione, nec dicat propter quos. Quæ personæ in dubio intelligentur vocatæ in locum excluſarum.

280 Contemplatione personarum similium ex expressis intelligitur factum statutum.

281 Statuto excludente dotatam, non dotata succedit in toto residuo.

282 Quando fœminæ excluduntur vsque ad certum gradum, an gradus computetur secundum ius ciuile, an vero secundum ius canonicum.

283 Si statutum in prima parte vocet agnatos tenentes primum gradum, secundum ius canonicum, non tamen propter hoc est in alijs partibus statuti eiusdem facienda computatio, secundum ius canonicum, vbi ex hoc induceretur iurium correctio.

Clausula apposita in vno capitulo ad qualificandum dispositionem, non refertur ad aliud. ibidem.

284 Si statuta fuerint condita a vulgaribus, qui non habeant peritiam iuris, an intelligenda sint secundum eorum communem vsum, & an probandus sit ille communis vsus fuisse tempore quo fuit conditum statutum. ibidem.

285 Si statutum dicat, ꝙ filia excludatur stante filio, & quod dictum est in filijs, habeat locum in fratribus, patruis, & auunculis. Intelligendum est tale statutum singulariter singula singulis referendo, hoc est, quod frater excludat sororem, patruus amitam, & auunculus materteram.

286 Persona agnati a statuto nominata, semel excluſa, propter aliquem non excluſum, remanet excluſa mortuo excludente.

287 Sinigaliæ statutum excludens filiam stantibus masculis descendentibus vel collateralibus, de quibus collataralibus intelligatur.

288 Si filia excludatur per aliquem collateralem, seu collaterales & eius filios, debet intelligi de primis filijs, qui locum patris subintrant.

289 Ex modo prædilectionis apparentis in statuto, vel inimicitiæ, possumus cõiecturare, an masculus remotior possit fœminam excludere.

290 A mente statuentium alienum est, quod patruus, qui virtute statuti concurrit cum matre & cum sorore, excluderet virtute eiusdem statuti in totum filiam a paterna successione, & quod filia concurrens cum auo & pro auo eos excluderet.

291 Statuto requirente plures qualitates in masculis fœminas excludentib. an necessarius sit concursus omnium illarum qualitatum.

292 Statuto excludente fœminam propter masculum, qui de iure communi succedere possit, & cum effectu succedat, filia non excludetur propter patruum.

293 Stante statuto Fulginatensi, quod dotata a patre, matre, vel fratre non succedat in bonis paternis, maternis, vel fraternis tam dotantis, quam non dotantis, si masculi supersint an sufficiat quod ex altero istorum superſit, vt a successione omnium, & cuiusuis nominatorum excludatur. An vero statutum debeat intelligi, quod supersint descendentes ex eo, de cuius hereditate agitur.

294 Statuto excludente filiam dotatam a bonis patris vel matris, vel fratris extante aliquo masculo de progenie patris, matris vel fratris, intelligitur de masculo de progenie illius, de cuius successione agitur.

295 Verbum a prædictis, intelligitur in huiusmodi statutis ab eo, de cuius successione agitur.

296 Fœmina non excluditur per masculos affines, cum in eis non sit dare successionem.

297 Stante statuto quod mulier dotata non succedat, an filia ex vxore præmortua excludatur a successione materna per filium ex secunda vxore.

298 Ex capite affinitatis non datur successio. & affinis affini non succedit.

299 Statutum nullo modo interpretandum est, quod intendat filiabus proprijs præferre natos ex secundo matrimonio in bonis primæ vxoris, nec filias excludere per priuignos, & qualiter sint statuta interpretanda. ibidem.

300 Statutum excludens a successione, non excludit a successione iam quæsita.

301 Persona in vna parte statuti nominata, an possit in alia parte repeti, vt aliam personam excludat.

302 Dictum in vna parte legis, in alia censetur repetitum, & in alio capitulo non multum distanti.

303 Fœmina excluſa propter masculos, intelligitur propter eos, qui sunt in natura, tempore delatæ successionis.

304 Excluſa propter aliquos masculos & eorum hæredes, an excludatur extantibus quibuſuis heredibus, tam de agnatione quam extraneis.

305 Stante statuto, quod existente masculo, fœmina non succedat, eo saluo, quod si non adsint heredes, fœmina tunc ad successionem admittatur, nisi masculus ex se masculos relinquat, fœmina admittetur.

306 Excluſio verisimiliter fieri debet propter personas similes expressis, & in quibus sit par ratio excludendi.

Source : BIU Cujas

307 *Si Statutum excludens filias dotatas, vocet suos hæredes masculos, intelligitur de filiis, non de aliis agnatis, vel cognatis, minusque de extraneis.*

308 *Multas & quam plurimas alias quæstiones inuenies incidenter tractas discurrendo articulum hunc.*

Articulus XII.

1 DVodecimo Artic. principali videndum est, †propter quas
2 personas intelligantur fęminæ excluſæ. Et primo quęro, † an excludãtur propter arrogatos. & iſta quæſtio habet duo capita. nam poteſt eſſe dubitatio, an arrogatus excludat illas quę ſunt de agnatione patris naturalis. Item an excludat eas, quæ ſunt de agnatione patris arrogantis, propterea quia dando ſe in arrogationem, mutãt familiã patris naturalis, & deſinũt eſſe de illius agnatione. §. fi. inſti. de legi. agna. tut. & §. minima. inſt. de capi. dimi. & l. tutelas. in prin. ff. eo. ti. & §. 1 inſti. de acq. per arroga. & in eo ceſſat ratio, qua mouentur ſtatuentes, vt agnatorum ſalua ſit dignitas, & diuitiæ in familia, & agnatione præſeruentur, iuxta ea quæ dixi in 3. art. prin. quaſi ſtatutum velit preferre filiabus, illos maſculos, qui ſunt agnati. & hanc partem tenet Mod. Bonon. in tract. do. in vlt. art. princ. in 27. q. incip. an illud ius. motus etiam ex notatis per Bal. in d. l. tutelas. Sed in contra-
3 rium facit, quia †arrogatus, quamuis patiatur minimam capitis diminutionem, nihilominus ſuccedit, ſicut alij agnati patri naturali, ſi erat emancipatus tempore arrogationis, qa alias in filium f. non caderet arrogatio, iuxta §. 1. inſt. de ado. aut aliis de agnatione, ſi pater erat defunctus, & coniuncti per patrem naturalem pariter illi ſuccedunt, iuxta nota. per gl. in §. mortuo. inſti. de acq. per arrog. & ibi Ang. & in §. præced. & gl. in auth. in ſucceſſione. C. de ſuis & legit. & gl. in verſiculo, poteſtatis, in auth. de hæredit. quæ ab inteſtato defe.
4 §. primo. facit. §. nullam. eod. tit. vbi patet, †quod in ſucceſſionibus æquiparantur agnati cognatis, propter quod videtur quod iſta capitis diminutio non ſit attendenda, cum ſtatuta recipiant interpretationem paſſiuam. l. 1. §. 1. ff. ad leg. Falcid. cum ibi nota. per Imo. & Alex. & per Bartol. in l. omnes populi. in 6. q. princ. ff. de iuſt. & iu. cum concord. alias
5 allegatis. & quia † quando duo caſus a lege antiqua æquiparantur, lex noua ſuperueniens in vno, extenditur ad alium. l. ſi quis ſeruo. cum ibi nota. C. de furtis. iuncta l. intantum. ff. eodem tit. & pro hac opinione facit tex. in dicta l. tutelas. dũ vult ſucceſſiones ex nouis legibus, & præter legem duodecim tabula. delatas, non tolli minima capitis diminutione, cui textui concordat. §. ſciendum. inſtitu. ad ſenatuſcoſ. Orfician. & hanc opinionem videntur ſequi Ioannes Faber & Ang. Are in d. §. finali. inſtitutio. de legitima agnatorum ſuc-
6 ceſſione. vbi volunt, quod †beneficia ſtatutorum, præferentia in ſucceſſionibus ac tutelis, agnatos cognatis, non tollantur minima capitis diminutione per textum in dicta l. tutelas, quæ opinio maxime procedere videretur, ſi ſtatutum vteretur nominibus naturalibus, & non ciuilibus nec præferentibus ius agnationis, puta quod frater excludat ſororem, vel maſculus fœminam, quia hæc nomina ſunt naturalia. nam non eo minus quis deſinit eſſe frater, quod arrogetur vel capite minuatur, nec eo minus deſinit eſſe quis maſculus per notata per Bar. in d. l. tutelas. vbi etiam Bal. & Bar. in l. hos ac
7 cuſare. §. omnibus. ff. de accuſationib. † Puto concludendũ, quod attendenda ſit ratio ſtatuti, quæ ſi ſit expreſſa in fauorem agnationis, res eſt clara, vt arrogatus, qui non eſt agnatus, fœminam non excludat. quod ſi nõ ſit expreſſa, & ſimus in caſu, in quo fauor agnationis & familiæ paternæ, minime præſumatur, iuxta ea, quæ dixi in tertio articulo, tunc ceſſante agnatione per capitis diminutionem. & quia per arrogationem mutatur familia, non puto fœminam excludi, quia ceſſante ratione legis & cauſa. ceſſat lex & effectus cauſæ. l. adigere. §. quanuis. ff. de iure patronatus. niſi hęreditas eſſet iam delata, quia in ea capitis diminutio non operatur, ut dixit Bar. in l. tutelas. in fine commẽtariorum. & ad hoc me mouet dicta l. tutelas. dum loquitur de. l. duodecim tabula. & aſſignat rationem, quia dicta l. duodecim tabula. hęreditatem deferebat agnatis, qui per capitis diminutionem de-
8 ſinunt eſſe tales. & † ſubdit, quod ſucceſſiones per nouas leges delatæ non tolluntur capitis diminutione minima, eo quia non tanquam agnatis ſolent deferri, ſeu plerunque nõ deferuntur, ſed ſecundum ordinem, & terminos naturæ, prout naturaliter perſonæ deſignantur, nõ tamen negat ibi iuriſconſultus, quin in caſu, in quo noua lex ſub agnationis nomine, aliquem vocaret, ſucceſſio capitis diminutione tolleretur. & ita ſentiunt ibi Bartolus & Baldus & aliter dicendo tex. implicaret ſibi contrarietatem, & illa lex, cum ſit interpretatiua, reperietur ſine ratione, quare magis in l. duodecim tabula. operaretur minima capitis diminutio, quam in aliis, ubi ſub ciuili nomine quis vocaretur. quod eſſe non debet, vt habetur in l. non omnium. ff. de legi. & vere ille text. non reperietur ſine difficultate, iuncto dicto §. ſciendum. inſtit. ad Orficianum. Quod autem hæc ſucceſſio, quæ maſculis defertur, excluſis fęminis, dicatur deferri ex iure ſtatutario, patet quia præter iuris ciuilis formam ſuccedunt, per ea, quæ habentur in l. ius autem ciuile. ff. de iuſtitia & iure. Facit quod dicam infra in decimotertio articulo principali, in ſecunda quæſtione, in fine. Secundo vero caſu, quando quę-
9 rimus, † an arrogatus excludat fęminas, quæ ſunt de agnatione patris arrogantis, diſtinguendum eſt, quia aut ſtatutum loquitur de agnatis legitimis, & naturalibus. & certum eſt, quod non comprehenduntur arrogati, qui ſunt
10 legitimi tantum, propterea, quia † quando ſtatutum exorbitans requirit plura, debent omnia interuenire, tanquam de ſubſtantia & forma, iuxta notata per Baldum in l. 1. ff. de liberis & poſthumis. & textus cum ibi notatis. in l. ſi hæredi plures. ff. de conditio. inſtitut. & in capitulo ſecundo, de reſcriptis. & per Baldum in authentica iubemus. C. de iudi. Nec poſſet comprehendi arrogatus, niſi per ſubauditos intel-
11 lectus. & †certum eſt, quod per ſubauditos & tacitos intellectus nõ debet induci legum correctio, ſm gl. vulgarem, & communiter approbatam, in capitulo, cupientes. §. quod ſi per. 20. in verbo, petere, de electionibus. in 6. & ſi ſecus dicere mus, ſequeretur quod legitimus, tm̃ haberet plus iuris, quam filia legitima & naturalis, quod eſſet abſurdum, ſecundum gl. in §. cum autem. in verſicu lo, bonorum. inſti. de adoptio-
12 ni. & eſt indubitatum, quod †nulla diſpoſitio ita intelligi debeat, vt inducatur abſu rdum, capit. quemadmodum. de iureiurando, capitulo, dudum. cum ibi not. de prębendis in 6. l. diuortio. in princip. ff. ſoluto matrim. & notat Baldus. in l. conuenticulam. C. de epiſcopis, & clericis. & pro prædictis faciunt aliqua iura. quæ adducentur in quæſtione ſequenti. vbi dabitur reſponſum ad aliqua contraria, quæ hic opponi poſſent. Et in hoc propoſito ita conſuluit Ioannes de Ana. p iura prædicta in conſilio. 27. incipien. viſo caſu mihi propo-
13 ſito. †Aut vero ſtatutum non exprimit de legitimis & naturalibus, ſed ſimpliciter loquitur, puta quod filius filiam excludat, vel frater ſororem &c. & tunc adhuc non comprehẽditur arrogatus, quia non eſt proprie nec vere filius, iuxta diſtinctionem l. filium diffinimus. ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni iuris. & no. in capitulo, res tuas. de probation. & in ca. Michael. de Fil. presbyterorum. Nec uere frater. §. per adoptionem. inſtitu. de legi. agnato. ſucceſſio. ſed dicitur filius & frater fictus, vt ibi. & l. filio, quem pater. ff. de libe. & poſthumis, & no. doctores maxime Imo. & Cuma. in l. ſi ita quis. §. fi. de legatis ſecundo, & ita conſuluit Bald. in conſilio 24. incipiẽ. ſtatuto ciuitatis. Primo uolumine, ſecundum ultimam impreſſionem. Idem eſt de mente Rom. in l. ſi is, qui pro empto re. ff. de vſucapio. & hoc firmauit Ioannes de Ana. in conſil. præallegato, quem ſequitur ibi domi. Ludoui. in additio. & dominus præceptor meus in l. cum filiusfa. ff. de legat. primo & latius in l. quicunq;. §. prætor ait. ff. de in ius voca. alias eſt, l. patris adoptiui, cum ſequen. & in l. generaliter. §. fi. C. de cõ-
14 ditio. inſtit. †vbi adducunt etiam, quod in ſimili dī de legitimato, qui non excludit filiam, in terminis ſtatuti noſtri, de quo. ꝯ. dicam, quia plus eſt eſſe filium legitimum, quam eſſe arrogatum ſeu adoptatum. licet vterq; dicatur filius legitimus tm̃, vt tradit Bal. in l. ſi te parens. C. de ſuis & legitimis.
15 Iccirco Ale. in dicta l. adoptiuum, dixit, †An in ſtatuto faciẽte mentionem de filio, intelligatur vocatus adoptiuus ſeu arrogatus eſſe, deueniendo ad illam materiam, an prouiſio ſtatuti in caſu vero, trahatur ad fictum, de qua traditur per Barto. in l. omnes populi. in ſexta quæſtione principali. ff. de iuſtia. & iure. cum concordan. adductis per Alexan. & Modernos in lege Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liberis, & poſtumis. & in l. prima. §. lex Falcidia. ff. ad legem Falcidiam. & dixi ſupra in ſexto articul. princip. in prima quęſtione quarti membri. & communiter concluditur quod non. & ad hoc facit tex. in l. fideicommiſſum. ff. de conditionibus. & demõ. & in l. ſi ita quis. §. fi. ff. de legatis ſecundo. & in capitulo adoptiuus, in titulo, ſi de feudo fuerit controuerſia inter domi. & agnatum. & quod dixit Speculator in titulo de locа. §. nũc aliqua ver. 83. & doctores. in l. fi. C. de his, qui veniam ętatis,
16 imperauerunt, vbi dicunt inter cætera, †quod in conceſſione emphyteoſis facta alicui pro ſe & filiis, non veniunt filii adoptiui. Ad idem facit, quia verba debent in dubio naturaliter, non autem ciuiliter intelligi. l. fin. C. de his, qui veniam æta. impetrauerunt, & ibi traditur. & attendimus magis naturam, quam accidens. l. qui habet. in principio. ff. de tutelis. l. ſi quis. poſthumos. ff. de liberis. & poſthumis. & capitulo. requiſiſti. de teſta. Et iccirco Bal. in l. ſi arrogator. ff. de adoptio.
17 dixit, quod † licet filius legitimus & naturalis detrahat duas quartas, non tamen hoc habet locum in filio arrogato.

Item

Source : BIU Cujas

Item ſecundum quod exponitur textus per Cynum. Angelum, & etiam Modernos in dicta l.generaliter. §. cum autem diſpoſitio. l. cum acutiſſimi. C. de fideicommi. & l. cum auus. ff. de conditionibus. & demonſtrationibus. non habet locũ, in filio adoptiuo ſeu arrogato. Item dixit Angel. in l. cum in
18 adoptiuis. C. de adoptionibus. quod licet † in ſtatuto diſponẽte, quod de hęreditate alicui obuenta ſolui debeat gabella, non comprehendatur filius a ſuo patre hæres inſtitutus, per notata in l. in ſuis. ff. de liberis & poſthumis. vbi Imola. & in l. prima. C. de imponenda lucr. deſcriptione. libro decimo bene comprehẽdetur filius adoptiuus a patre adoptiuo inſtitutus hæres, per gloſſam in dicta l. cum in adoptiuis. & ita dicit ſe in quęſtione facti conſuluiſſe. Simile etiam aperte dixit Bald. in authentica, niſi rogati. C. ad Trebell. quod filius ſpiritualis babtiſmi non excludit ſubſtitutum, quia non eſt filius quantum ad ſuccedendum, quod dictum eſt aliquantulum extra propoſitum. & dixit gloſſa in authentica de trien. & ſemiſ. §. primo. quod hodie non intelligitur aucta quarta, quæ debetur filio adoptiuo, ſicut illa, quę debetur filio legitimo & naturali, de quo per Bartolum & doctores in dicta l. ſi arrogator. quæ iura partim refert dominus Andreas ſiculus, in repetitione capituli. Raynaldus. ver. ſed unum ponderat. de teſtamentis. vbi etiam concludit idẽ eſſe generaliter in ſtatutis. quorum verba ſunt ſtricte & proprie intelligenda. l. prima. §. ſi is, qui nauem. ff. de exercito l. tertia. ff. de nego geſtis. cum ſi. quamuis Modernus Bononiẽſis in tractatu dotium, in ultima parte, in 60. quęſtione, inci. quid in filio, videatur tranſire tanquam dubius. Ex quibus,
19 rationibus omnibus, & fundamentis prædictis puto quo † ẽt ſi ſtatutum dicat, quod extantibus maſculis fœminæ nõ ſuccedant, intelligendum fore de maſculis naturalib. etiã coniunctione coniunctis. & facit quod dicam ſ. de legitimatis. Item eſt aduertendum, quod nõ licet paſſim arrogare. l, nec enim §. præterea. ff. de adoptionibus. Et ex his patet non obſtare quod arrogatis defertur hęreditas patris arrogantis, vt habetur per ſcribentes, inſtitu. de adoptionibus. in §. primo. & inſt. de acquiſit. per arrog. & §. in noſtra. inſt. de hæreditatibus, quę ab inteſtato deferuntur, & inſtitu. de legiti. agnatorum ſucceſſio §. per adoptionem. & dicta. l. ſi arrogator. cũ ibi notatis. & l. prima in fine. & l. ſecunda. §. patrui. ff. de ſuis. & legitimis. in tantum, vt ſecundum Bartolum. in l. prima. in principio ff. de legitimis tutoribus. etiam ad eos ſpectet, onus, reprobata gloſſa ibi. Et etiam non obſtat, ſi dicatur, qđ
20 arrogatus † ſit ſuus hęres patri arroganti, & eius familiæ aggregatur, vt dicit textus in l. penultima. in fine C. de adoptionibus. & quod etiam edictum de in ius vocãdo habeat in eo locum. l. patris. cum. l. adoptiuum. in principio. ff. de in ius vocando. quia proprie non ſunt filii, ſed impropriẽ, & ciuiliter tantum. Nec eſt par & ſimilis per omnia ratio inter arrogatos & legitimos & naturales, vt dixit gloſſ. in dicta l. fidei com. quod patet, quia fortius eſt vinculum naturale & ciuile, quam ciuile tantum, vt dictum fuit, & patet in dicta. l. penultima, & in § ſi uero. inſtitu. de adoptionib. facit dictum. §. affinitatis. inſtitu. de nuptiis, cum gloſa. Licet ad hoc poſ-
21 ſet reſponderi, qđ primo † arrogatus prefertur vlterioribus in gradu, & ſuccedit cum aliis in pari gradu, quamuis habeant duplex vinculum, vt patet in iuribus. s̃. allegatis. Item in tu-
22 tela aliud eſſe dicendum eſt, quam in hoc ſtatuto, quia † rõ deferendæ tutelæ fundatur in eo, quod qui habet commodum ſucceſſionis, debeat habere onus tutelæ. § finali. inſtit. de capitis diminutione. Nec ſumus in materia ſtricti iuris & correctoria, nec ibi inſurgeret aliquod abſurdum, ſicut hic inſurgeret. Propter quod nec etiam obſtat, quod dicitur de edicto, de in ius vocando. Ex hæc quę ſupra dicta ſunt intelligi debent in arrogatis, ac in adoptiuis, qui arrogati non dicuntur cum remanent in poteſtate patris naturalis, & non tranſeant in familiam patris adoptiui, niſi vbi daretur nepos in adoptionem auo materno, vel nepos ex filio emancipato, daretur in adoptionem auo paterno. iuxta dictam legem penultimam. C. de adoptionibus. & §. primum, cum ſequentibus. inſtitutionibus, eodem. clarius eſt quòd non excludant filiam patris adoptiui, per ptædicta. Sed bene excludant filiam patris naturalis, cum in eius familia remaneant & iura ſuitatis non amittant. dicta. l. penultima. & §. ſed ea omnia. in fine. de legitima agnatorum ſucceſſione quod notabiliter limitat dominus Corneus conſilio ſexageſimo quinto incipiente, plura. tertio uolumine, niſi iſti adoptiui ſint de agnatis excludentibus filias, quãuis habentes alios agnatos anteriores, vt ibi per eum. Secundo quæ-
23 ro, † an propter filium emancipatum excludatur filia a ſtatuto excluſa a ſucceſsione, cum p emancipationẽ videatur filius ius agnationis amittere. §. final. inſtitut. de legitima agnatorum tutela. et §. minima. inſti. de cap. dimin. & l. tutelas. in principio. ff. eodem. titulo. & §. pręterea. inſtitut. quibus modis ius patriæ poteſta. ſol. & §. emancipati. inſti. de hæredi. quæ ab inteſtato. deferuntur. & l. fratres. C. de inoff. teſt. Habeo hanc quæſtionem pro difficili, quando ſtatutum nõ intendit ſimpliciter præferre maſculos, ſed agnatos fœminis. Quod in dubio præſumitur, vt dixi ſupra in tertio artic. princip. & quod non excludantur fęminæ per filios emancipatos, voluit Ang. de Peruſio in repetitione. l. qui ſe patris. C.
24 vnde liberi. † quia emãcipatio tollit filio ius agnationis, per iura prædicta, licet quo ad perſonam patris emancipantis, ſe cus ſit. §. fi. inſti. de legitima agnatorum ſucceſſione. & l. fin. C. de emancipatio. libe. Salyc. autem in d. l. qui ſe patris. aliter dixit, ſ. quod filius emancipatus, & nepos ex eo cõceptus. poſt mortem aui fœminas excludant tanquam agnati. motus poſt Iac But. quia aut conſideramus agnationem reſpectu facti, & nedum hodie, ſed nec olim deſinebat filius eſſe agnatus, inſti. de legitima agnato. ſucceſſione in princip. aut conſideramus reſpectu iuris effectus, & tunc cũ effectus eius, nihil aliud eſſet, quam vt coniuncti per lineam maſculinã, retinentes nomen agnationis, præferentur coniunctis per lineam fœmininam in ſucceſſionibus, & iſte effectus ſit ſublatus, per §. nullam. in authentica de hæreditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur. ſequitur quod nec illius reſpectu deſinit filius emancipatus eſſe agnatus. Et hoc maxime procedit,
25 quia illud † non dicitur prorſus extinctum, quod in priſtinũ ſtatum reuocari poteſt. l. qui res. §. Arcam. ff. de ſolutionib. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verborum obligationib. ſed per ingratitudinem poteſt filius reuocari in poteſtatem. vt C. de ingratis liberis per totum. ergo &c. Subdit Salycetus forte dici poſſe, quod attendendus ſit communis vſus loquendi ſtatuentium & vulgi appellationem, iuxta le. vel uniuerſorum. ff. de pignoribus. & l. cum delanionis. §. aſinam. de fundo inſtructo. quod dictum non habet dubium. l. librorum. § quod tamen Caſſius. ff. de legatis tertio. & quod no. in l. ſtipulatio. §. hoc quoque. ff. de verborum obligationib. & pro opinione Salyceti facit ex mente Romani in dic. l. qui ſe
26 patris, quia † quando diſpoſitio iuris communis vult per omnia idem eſſe in caſu ficto, quod in caſu vero, tunc diſpoſitio municipalis ſimpliciter loquẽs in illa materia, habet etiam locum in caſu ficto, capitulo ad audientiam. & capitu. cum dilectus. de clericis non reſidentibus. & vtrobique notatur per canones, & per Ioannem Andream, & alios in capit. fin. de conſuetudinibus. in ſexto. & per Bar. Imo. & Moder. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthumis. quę æquiparatio probatur ex. l. meminimus. C. de legitimis hæredibus. & eſt text. in dicto §. nullam. ubi eſt expreſſum, † quod
27 nulla eſt differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis in ſuccedendo. Angelus autem de Aretio in §. finali. inſtitu. de legitima agnatorum ſucceſſione. diſtinguit quod aut loquimur in fratre & filiis fratrum, in quibus ceſſat quo ad ius ſucceſſionis & tutelæ amiſſio iuris agnationis per emancipationem, ſeu in quib. a iure agnatio præſeruatur, ut in l. fratres. C. de legitimis tutoribus. & ibi gloſſa. & authentica ceſſante. C. de legitimis hæredibus. & gloſſa in dicto §. finali. inſtitu. de legitima agnatorum tutela, cum ſimilibus. & tunc admittantur ad excluſionem fœminarum. alias ſecus, inferẽs ex hoc ad ſtatutum quod agnati præferãtur cognatis in ſucceſſionibus, in quibus perſonis verificetur tale ſtatutum. Et hanc opinionem puto tenendam, maxime per notata in ſimi. in d. l. qui ſe patris. per Bald. Rom. Pau. de Caſt. Alexand.
93 teſtate. ff. de coniun. cum eman. lib. q̃ † ibi filius erat poſitus in condõne. vnde non attenditur ſuccedat vel ne, quia ſufficit, q̃ ſit filius, cum in condõnibus merum factum ſimpliciter & ſine effectu conſideretur l. Meuius. & l. in condõnibus primum locum. ff. de condi. & demon. Sed in propoſito ſtatuti, maſculi & eorum exiſtentia non conſiderãtur per modum condõnis ſimpliciter, ſed ad finem vt ſuccedant, vt dicam in q. ſeq. & in arti. ſeq. 1. q. & dicta reſponſio tenetur per
94 Bar. & doc. in d. §. cũ quis. † Dr̃ etiam inhabilis ex diſpoſitione legis, quando adeſt ſtatutum, q̃ qui non ſubeũt onera cõmunis, non gaudeant beneficijs ſtatutorum, vt per Corneũ conſ. 61. incip. licet 4. vol. qui agnatus excludere valens fœminam, non admittitur, ſi non ſubit onera communis, quãtumcunq; clericus, vt ibi, de quo dicam j̃. eo. 11. q. Prædicta concluſio, dum locutus fui de bannitis, eſt limitatiua ſecundum ea, quæ dixit Bart. in l amiſſione. §. qui deficiũt. in fi. cõmen. ff. de cap. dimi. & per Bal. in d. §. & quid ſi tantum. iunctis notatis per Pau. de Ca. & modernos. in d. l. 1. C. de hære. inſtitu. & illam aliqui etiam limitarunt, vt nõ procedat, vbi bona banniti ſunt fiſco applicanda, quia fauore fiſci fęmina excludetur, quaſi bannitus excludat ſororem, & ei tanquã ab indigno bona auferuntur, per not. per Bal. in l. 3. §. vtrum ad Sylla. qui hoc non dicit, nec hæc limitatio videtur vera. prout etiam vult Lau. de Fano. in l. in quorum. C. de manu, Faciunt not. per Saly. in l. quiſquis. §. filij. ff. ad l. Iul. maieſta..
95 Siue igitur † ſtatutum dicat, q̃ extantib. filijs ex eodem patre, fœmina non ſuccedat, vel q̃ ſoror non ſuccedat fratri extãtibus fratribus ex eodem patre, ſtat firma concluſio, q̃ ſi nõ ſint habiles & ſucceſſibiles tales filij vel fratres facto legis ſtaturi, uel conſuetudinis, per eos fęmina nõ excludatur, ſecundum Bar. in d. §. quidam filium. per prædicta iura. Sequi-
96 tur Cor. conſ. 134. inci. eleganter. in prin. 2. vol. † Quid autem erit, ſi papa hęreditate iam delata, diſpenſet cum fratre minore, vt quia ei concedat ingredi religionem capacem ſucceſſionis, Bal. in d. auth. ingreſſi. in fi. tenet q̃ ſi hæreditas ſit agnita, non admittatur, quaſi hęc diſpenſatio tunc retro nõ fingat. Alias innuit ſecus eſſe. ſed ueritas huius dubietatis pẽ det ex nota. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthu. dum tangunt, an bannitus reſtitutus admittatur ad bona & hæreditates iam delatas, vel acquiſitas. Et dixi in præce. q. 5. limitatione. Vbi autem contingeret iſtos maſculos eſſe habiles ad ſuccedendum, ita q̃ cum eis eſſet teſtamenti factio, ſed impedirentur in caſu occurrenti ſuccedere ex diſpõne legis, vel ſtatuti, puta quia ſtantibus ſtatutis prædictis q̃ ſoror non ſuccedat fratri extantibus fratribus ex eodem patre, contingat aliquẽ decedere relicto fratre ex patre tñ & matre ac ſorore ex utroque parente, quo caſu mater præfertur fratri, an ſoror prædicta poſſit cum matre ſuccedere, non obſtante tali ſuperexiſtentia talis fratris excluſi a matre ſibi nouerca, & quidem Bar. in d. §. quidam habebat. dixit q̃
97 ſic, quia † licet regulariter ablatiui abſoluti, ſicut ſunt illi, extantibus fratribus, vel filijs, reſoluantur in condõnem l. euictis. ff. de uſur. l. a teſtatore. ff. de condit. & demon. Tamen in propoſito faciunt diſpõnem, vt ſcilicet frater ſuccedat, & ſorori prę̃feratur, quaſi fauore fratris factum ſit ſtatutum, vt alias dixi. & dicam in artic. ſeq. Pro quo facit. l. ſeruo legato

§. ſi

Source : BIU Cujas

§.si testator.ff.de leg.1.& l.fideicommissi.§.cum esset.& §.interdum.ff.de le.3. Propter quod apparet, ꝙ soror excluditur a fratre, tanquam ad habente potius ius, & ideirco fratre excluso a tali matre, soror admittetur cum matre l.2.§.si sit ꝙ sanguinea ff.ad Tert.de qua materia plenius dixi in 6.artic. princ.in 3.membro, circa tertiam q.idem vult ipse Bar.in d. §.sed si sint sui. vbi generaliter loquitur de masculis non succedentibus, vt non excludant fœminas, dicens ꝙ statutū excludens fœminas extantibus masculis intelligitur de succedere valentibus, per d.§.si sit consanguinea. & l.siue.§.fi. ff. de iure pat.& l.si ex modica.§.fi.ff.de bo.libe. & alias cōcor. dedi.s̄ hacmet.q.& uult Ro.in d.l.1.in 3.col.C. qui admit. Et
98 ex his colligitur, †quid iuris sit quando supersit persona, quę vincit excludentem, vel concurrit, & non est exclusa, an sit locus statuto, de quo plenius dixi in d.3. q. & si contingeret, quem excludi a successione propter non petitum tutorem impuberi, dixi s̄.in 5.arti.prin. Et prædicta inducebam ad intellectum statuti Asten. disponentis ꝙ filia maritata a patre vel fratre, non succedat cum fratre vel fratribus in bonis paternis vel maternis, vt si contingat patrem ꝫxisse duo matrimonia, & ex prima vxore habuisse vnam tantum filiam, & ex secunda vxore habuisse masculos, ꝙ nō excludat filia primi matrimonij a successione matris propter filios secundæ uxoris, qui primę vxori sunt extranei, & nullatenus succedere pñt, quia filia non excluditur ꝓp masculos non successibiles. & qa bona matris peruenirent ad alias personas, quā ad
99 filios secundi matrimonij, ꝫ mentem statuentium. † Et qa statutum censetur sensisse de filijs & fratribus eiusdem matrimonij, iuxta l.cum vir. vbi ita tenet D.Soc.ff.de condi. & demon. & per no.ꝓ Bar.in d.§.sed si sint sui. Sequitur Marianus cons.84.incipiente, visa.& Cor.cons.314.incip. videtur 4.vol.& 242.inci.circa 2.volu.& Soc.cons.263.1.volu. & Decius cons.87.in fi.post Salycetum in l.femine.§.illud.C.de secun.nup. Et dixi latius s̄.8.arti.15.quæstione. Et etiam dicetur ꝫ.cod.30. q. magis ad propositum statuti nostri Astensis,
100 quam alibi. †An autem ea quæ non excluditur propter non successibiles, excludatur propter alios remotiores, dicetur
101 in q.seq. †Quid autem erit, si statutum expresse excludat fœminam propter eum, qui de iure communi succedere pōt, an intelligetur de eo, qui succedere potest exclusa fœmina, & tenet primum locū ea exclusa, puta patruo, qui ea exclusa reperitur proximior defuncti. an uero de eo, qui est paris gradus cum exclusa, puta de fratre, cum quo de iure cōmuni soror ad successionem, non existente statuto, cōcurreret. dominus Philip.Cor.cons.125.incip.alias 4.volu. dicit intelligi debere de agnato vel masculo, qui est in pari gradu cum exclusa, ne contingat eam per masculum remotiorem excludi. De qua materia dicetur ꝫ eo.in 14.& 16.q.ac vigesima.
102 Et ad ibi dicenda me remitto. †Et ista decisio facit ad hoc ꝓpositum, quando is, qui est paris gradus, non esset ex dispositione iuris successibilis, quod tunc fœmina non excludatur cum per masculos disparis gradus non censeatur fœmina
103 exclusa. Sexto quæro, †quid si masculi, quorum contemplatione fœminæ excluduntur, non succedāt facto testatoris. in hac quæstione est distinguēdum, quod aut testator excludit masculum pro parte tantum, vt quia pater instituat filiū in re certa, & extraneum hæredem faciat vniuersalem, & tunc secundum Bar.in l.1.§.quidam filium. in 4. quæstio. ff. de contratab. filia fœmina excludetur, quia talis partem habens facit alijs partem, & alios excludit, ac si totaliter succederet l.1.§.si aduersus. ff.si quid in frau.pa. Et facit partem in legitima, & impedit alios succedere, tanquam existēs, vt ibi loquitur Paul.de Cast. in consilio 347.infra allegando Fran. de Aret.in consil.49.incip. libenter, &c. Et Corneus consil. 125.incip.alias & 169.incipien.multę 4.uolu. Et aliqua dixi supra.in 10.artic.princip.in 4.q versicu.& prædicta. Aut vero masculus in totum excluditur, vt quia si est filius, aut nepos, quem nemo præcedit, sit exhæredatus. vel si est frater, sit præteritus a fratre, non instituta turpi persona. Et tunc dicit Bar.in l.1.§.si pater in potestate.ff de coniun.cum eman. li.loquendo in exhæredato considerandum esse, ꝙ exhæredatio assumit effectum post aditam hæreditatē, ita vt hæreditate non adita pereat exhæredatio.l. filium. §. sed cū exhæ
104 redatio.ff.de bo.pos. ꝫta. Et tunc †quod dr̄ exhæredatum haberi pro mortuo, iuxta tex.in d.§.si pater. procedit, cum hæreditas est adita, & exhæredatio confirmata. Et idcirco si nepos, quem filius exhęredatus præcedit, velit uenire per ꝫta. quæ oritur ante aditam hæreditatem, iuxta l.illud. in princ. ff.de contratab. vel vellet dicere testamentum nullum, non potest, cum eo tempore, quo tale ius oriri debet, pater exhęredatus, q filium præcedebat, non habetur pro mortuo, d.§. si pater.& l.si quis filio exhæredato in princ. ff.de iniust.rup. & irr.fac. testa. Sed si nepos vult uenire per querelam, quæ oritur post aditam hæreditatem, bene potest. Et pater exheredatus sibi non obstat, cum habeatur pro mortuo.d.§.sed cum exhæredatio. Facit.l.si proponas, & l.si pater. ff.de inoff. testam.cum ibi not.& quod plenius dixi.s̄. & secundum præ dicta est intelligendum, quod dixit Corneus.consi.126. inci. principale.in fine.& 134.incip.eleganter, ver. sed dicti nepotes.2.uol.& consi.42.incip. videtur.ver.nec obstat huic interprætationi.4 vol. Dum dicit, quod non tantum propter non successibiles modis prædictis, & de quibus in seq q. fœmina non excluditur, sed nec ēt per remotiores, qui ea exclusa ni-
105 hilominus non admitterentur. Ad quod facit, quia †agnatus non succedens, eo, quia alius agnatus eum præcedat, nō excludit fœminā, vel personam de iure communi succedētē, vt dixi late in 6. artic.princ.tertio membro 3. q. & vult Cor. consil.10.incip.transeamus, & per totum.3.vol.& 313.incip. circa primum 2.volu. Quibus præmissis, adiunctis aliquibus iuribus ad corroborationem prædictorum in proposito p̄sen
106 tis. q.. † dicit Bartol. ꝙ aut exhæredatio est annullata aliquo modo, vt quia non fuit rite facta, iuxta.l.non putauit. §.non quæuis, cum concor.ff.de contrata. Vel quia hæreditas ex testamento non fuit adita, iuxta. d. §.sed exhæredatio, & tunc perinde est, ac si facta non esset, & fœmina exclusa per statutū non succederet, cū exhęredatus tunc nō succedat. Aut uero filius masculus fuit rite exhæredatus, ita ꝙ nō potest rumpere testamentum, & tūc aut filia vult succedere tanqua sua, & non potest, quia tempore mortis defuncti filius masculus p̄cedebat, cum nō deberet instituī. d.§. si pater, & d.l.si qs filio exhæredato, in prin. Aut vult venire ꝓ querelam, quæ oritur post aditam hær editatē, & eo tempore, quo exhæredatio est confirmata, & tunc exhęredatus habetur pro mortuo, & pōt tunc filia succedere, per iura.s̄. de nepote allegata. Et hoc ēt tenuit. Bal.in l.fratres.in fi. C.de inoff.testam. De illo autem passu, an per tale statutum fœmina amittat iura suitatis, dixi late.s̄. in 10.artic.prin.in 3.q. Et prædicta conclusione præsupposita pro vera, esset limitanda, secundum Barto.in d. §.si pater, vt nō procedat, quando actus priuationis masculi, & trā-
107 slationis in alium esset vnus & idem, †puta si extet statutum quod mater non succedat filio habēti fratres carnales ex patre, & contingat fratrem decedere fratre præterito, ac matre etiā prærerita, & extraneo non turpi persona hr̄de instituto. Propterea quia frater priuatur facto defuncti, & actus priuationis non præcedit actum translationis hæreditatis in aliū, siue in illum extraneū. sed est vnus & idem actus. Et idcirco, qa licuit defuncto auferre vni, & dare alteri, ille frater impediet matrem sicut si succederet. secundum eundem Bart. qui idem voluit in consi. 191.incip. viso testamento, & sequitur Pa.de Cast. in consi.347. incip super primo puncto, secundū primam impressionem, & Alex. in l. Gallus. §. & quid si tantum, in versi.circa secundum casum. ff.de lib.& posth.& ibidem Franc.de Are. & dom. Fabia.in repe.auth.nouissima in 15.q.princ.C.de inoffic.testamen Sed si talis masculus, cuius fauore fœmina excluditur, esset filius vel descendens, tenens primū gradū, aut alia p̄sona, quam foret necesse instituī, vel exhæredari, non procederet dicta limitatio, secūdum Pa.de
108 Cast.in d. consil.347. quia †quando interuenit exhæredatio, actus inclusionis & exclusionis, nō sunt vnus & idē, sed sunt duo actus separari, vnus scilicet exclusionis talis p̄sonæ exhęredatæ ex expressa exhæredatione insurgēs, alius inclusionis extranei instituti, ex expressa institutione insurgens. Et ita ēt decidit Paul.de Cast.in l.1.ff.de inoffi.testam. Licet alia ratione moueatur, & propterea Barto.in d.§.si pater, figurauit casum in fratre præterito, qū non fuit turpis persona hæres instituta, qui potuit impune prętermi.l.cum fratres.C.de inoff. testam.& §.soror.institu.eod.tit. Sed si actus inclusionis & exclusionis secūdū fictionem essent diuersi, & separati, & secūdum veritatem forent vnus & idē, eo casu idem est dicēdū, ac si secundum veritatem essent diuersi, secūdum Bar.in d.§. si pater, puta si is, cuius contemplatione fęmina excluditur, esset talis persona cuius prętertitio pro exhæredatione hr̄etur iuxta.§.mater.insti.de exhære.liber. Quo casu actus exhæredationis subintelligitur, & ad hoc facit secundum Bar.in l.si patronus.in prin. ff. de bo.libe.& §.sed nostra.uer.sed cum testamentum. Insti.de succes. lib.inducendo, vt ibi per eū. Sed contra prędictam limitationem tenuerūt aliqui, quos refert & sequitur Pau.de Cast.in consi.347.incip. in puncto quæritur, in vol.antiquorum consiliorum, secundum primam impressionem, volentes quod quando facto testatoris excluditur masculus, qui præfertur fęminæ per stat, sit locus indistin
109 cte statuto. Eo quia † statutum est factum fauore masculorum, quo cessante nō debet esse locus statuto, nec excludi debet fęmina, quæ in consequentiam ad vocationē masculi excluditur, arg.l.filium.§.sed cum exhæredatio ibi, vt testamētum per omnia irritum. ff.de contratabu.facit.l.si iure.in rōne sui.ff.de le.3.& l.seruo legato.§.1. cum ibi notatis per Bar. & doct.ff.de leg.1.& per Barto.in l.2.§.fi.ff.de colla.bon.& cū

hac

Source : BIU Cujas

hac opi.tranſit Alex.inconſi.69.incipien.ſuper 1.uolum.ubi allegat Pau.de Caſ.in d.l.1.ff.de inof.teſt.& Ang.& Imo.in l. Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſth.Et. Ro.in l.ut liberis.C.de colla.& deciſio.Barto.de qua in d.§.ſi pater.uidetur confundi,ex his,quæ dixit ipſe Bar.poſt Cyn.in repe.l.pater filium.ff.de inof.teſtam.cum concor.traditis per Ale.in l.
110 plane.§.duobus.in fin.ff.de leg.1. Dum volunt,ꝙ ſi† teſtator inſtituat extraneum nō turpem perſonam matrem in re certa, fratrem vero prætereat, legitima matris ſit triēs,& fratres non faciant partem,licet excludantut per eundem actū& facto teſtatoris.Et iſta opinio videtur æquior,& comprobatur ex his,quæ latius dixi.s̄.in 10.in art. prin.4.q.2.& in ver.2.mē
111 bro principali.† Et hæc limitanda ſunt, niſi verba ſtatuti ſua deant, vt etiā per maſculos excluſos facto teſtatoris fęminæ intelligantur excluſę, vt in caſu in quo conſuluit Bal. in cōſ. 421.incip. ſuper eo. in 3.uol. ſecundum ultimam impreſſionem. Et prout eſt, quando caput excluſiuum eſt præciſum, non connexū cum incluſiuo,nec illum reſpiciens,prout dixi in præceden. q. Vt ſi ſtat.dicat. quod mater nullo modo filio ſuccedat,ſed ſit penitus a ſucceſsione excluſa,& aliunde vocet proximiores ex parte patris, ut per Corn. conſi.95.incip. hac.2.uolum.Facit quod uult idem Cor.conſ.98.etiam inci.
112 in hac. eo.nolum † Poteſt enim agnatus dici excluſus facto teſtatoris, ſi teſtator inſtituat extraneum,de qua materia dixi late.ſupra.in 10.artic.4. quæſtio.Vel ſi detur ſubſtitutus pu
113 pillaris filio.De quo dixi.ſupra.in 11.artic.3.quæſtio.in fi.† Et ſi ſit ſtatutum, ꝙ inteſtato vel inteſtabili ſuccedat ꝓximior agnatus de iure vel ex forma ſtatutorum ſuccedens,an ſubſtitutus pupillaris,tali præferatur,Corneus conſil.205.incip. quanquam.4.volum. Et ſi mulier excludatur propter maſculum infantem,cui datus eſt vulgaris ſubſtitutus,quando nullus nomine infantis adiuit,ultra ea,quæ dixi.in prędce.ſeu 11. art.3.q.circa fi.Poſſunt videri,quæ dixit Pet. de Anchar.con ſil.25.& quæ dicentur latius. ſ̄.in 13.artic. 6.q. Septimo quæ-
114 ro, † quid ſi maſculus ſit excluſus facto ſuo, puta quia nolit ſuccedere,vel renuntiauerit hæreditati,aut quia velit filiam ſecum admittere, Bart.in l.1. §. quidam filium in 4.quæſtio.
115 ff.de contrata.dixit,quod ſi† frater ſit excluſus pacto,quia aliquid habuit,& promiſit cum iuramento nō venire cōtra hæreditatem,facit partē alijs& alios excludit, ac ſi totaliter ſuccederet,vt in l.1.§.ſi aduerſus.ff.ſi quid in frau.pa.& facit partem in cōputatione legitimæ,& alios impedit ſuccedere tanquam exiſtens,quādo ſtatutum vult extantibus filijs vel fratribus,filias vel ſorores excludi. Et ſi talis frater foret prætitus a fratre,non rumperet teſtū,non inſtituta turpi perſona, quia inſtitui non debet.§.ſoror.Inſti.de inof.teſtam.& l.cum fratres.C.eo.tit.& ꝙ filius,qui mediante certa re,hæreditati renuntiauit,ita excludat filiam, ac ſi vīr ſuccederet, tenuit Franc.de Aret.in conſi.49.incip.cum tenuiſſet.motus ex præ dicta deciſione Bar.Pro quo faciunt quæ latius dixi.in prędce.
116 q.Vbi autem maſculus nollet omnino ſuccedere, vt quia renuntiaſſet hæreditati ſimpliciter,dixit Bart. in d.§ quidam filium.in 5.q.ꝙ non impedit ſororē,per tex.in d.l.2.§.ſed ſi ſint ſui.& ibi etiam Bar.ff.ad Tert.Sequitur Maria..conſi.85.inci. viſo.in fi.& Soci.conſi.116.inci.non poteſt.verſ. nec tunc 1. vol.Cor.conſi.141.1.vol.Nec ob.tex. in l.filiusfa.§.cum qs.ff. de leg.1.quia ut dictum eſt s̄.eo.arti.in 5.q.filius,ibi nō impediebat alios,eo quia haberet potētius ius in ſucceſsione,ſed quia conditionē alterius faciebat deficere. Sed in propoſito maſculi excludunt fęminas,quia habent potētius ius in ſucceſsione.Et eandem opi.tenuit Bald.in l.maximum uitiū,& ibi Saly.in fi.commen.C. de li.præt.& in l.in ſubſtitutione.ff. de vul.& pup.& Paul. de Caſt. in conſ.390.incip. ſuper primo quæſito reſpondeo.in prin.& Fulg.in cōſi.102.inci.præſuppoſito ſtatuto. & D.Lau.in rep.§.cæterum. Inſti.de le.agno.ſuc. & Corn.conſi.48.in fi.2.vol.Et Corn. conſi.134.in 2. uolum.
117 & in conſi.32.incip. videtur.4.uol.† Et ad prædicta faciunt, quæ dixi late.s̄.in 10.art.prin in 2.q.vbi tetigi,quid iuris,ſi maſculus nolit vti beneficio ſtatuti,ſed velit fęminā ſecū ad ſucceſsionē admittere ex forma iuris cōmunis,& cōcluſi ꝙ poteſt. Sequitur Soc.in conſi.153.inci.pulchra. 1.uol.ver.ſed ad hanc.Facit etiam, quod dixit Bal.in l.1.in fi.commen.C.de ſe
118 cun.nup. ꝙ† ſi mater non poteſt ſuccedere ex forma ſtat.propter maſculos, niſi in octaua parte,prout eſt ſtat. in ciuitate Tuderti,& maſculi repudient illud,applicabit ex iure accreſcendi matri.De quo latius dixi.s̄.in 9.arti.prin.in 10. q.Si autē filius ſeu maſculus deceſsiſſet in vita defuncti,hoc nō haberet difficultatem,quia eſſemus in meris terminis iuris cōmunis, ſecūdum quod filio nullum ius eſſet quæſitum.Et in propoſito notat.Salycer.poſt Vgolinum de Fontana,in l.1.C. de adul.Et Rom.in conſi.162.incip.ſuper puncto.uerſic.cæte
119 rum, & Soci.conſi.296.incip. in præſenti. primo volum† Sed ſi deceſsiſſet hæreditate nondum adita,ſed iam delata,an ꝑ cum fęminax ecluderetur, an vero ius excludēdi tranſmitte ret ad ſuos hæredes,dicam in arti.ſeq in 6.q.Facit quod dixi s̄.in 6.arti.prin.in 4 membro, circa 23.q. Vbi autem ſtatutū diſponeret,ꝙ quouſque ſuperuixerit maſculus,fęmina non ſuccedat,an ex morte maſculi ſine liberis,qui factus fuit hæres,fiat locus fœminę in ſuccedendo,dixi late.s̄.in 10. artic. prin.in 6.q.† Et ſi maſculus minor 25.annorum ſemel repu-
120 diet,ita vt fęmina admittatur, vel illam ad ſucceſſionem ſecum admittat,non audietur,volens in integrum reſtitui, ſecundum Bal.in l.non pro numero.in lect.antiqua.C. ad Orfi.Cuius.opi.eſt communis,vt per Soc.207.inci. in cauſa. in
121 fi.1.volu.† Quid autē,ſi ſint duo maſculi,quorū vnus adeat, & alter repudiet,dico ꝙ portio repudiantis accreſcit maſcu
122 lo adeunti,vt in præce.arti.† Sed hic quæro,quid iuris,ſi maſculus non ſit excluſus,non ex eo,quia non ſit de iure ſucceſſibilis,nec facto teſtatoris,nec facto ſuo ſit excluſus, vt quia ſit infans,qui decedat hæreditate non adita, an fœmina admittetur,Breuiter,aut fuit prouiſum de ſubſtituto, vt dictū fuit in q.prędce. videlicet 6.Aut nullus fuit ei datus ſubſtitutus,& tunc eſt materia,an dictus infans ius ſuum trāſmittat ad hæredes. De quo late dicam in art. ſequen. in d.6.q.Et aliquid tangit etiam Decius conſil. 87. loquens de infante,cui non ſit de ſubſtituto prouiſum, quia virtute ſtatuti præferē in materia ſucceſſionis ſorori,qui infans hæreditate non adita decedat.† Et ſi dubitetur,an fœmina excludatur per eum
123 qui ſtatim.deceſſit,vel momento fuit hæres,tangit Ant. de Bu.in conſ.20.incip.equitas.& vt dixi in 10.ar.1.q.videtur ꝙ ſic,in eo,qui fuit momento hæres.& faciunt no.in l.quod dicitur.ff.de libe.& poſthu.& in l.2.& 3.C. eo.vbi aliqui diſtinguunt,an is,qui ſtatim deceſſit, potuiſſet ſecundum naturā uiuere,an non, vt quia ſit natus in 6.vel 8.menſe.Quod ſi nō fuit hæres, eſt materia tranſmiſſionis, de qua ſupra. Octauo
124 quæro,† an fœmina excludatur propter agnatos ſeu maſculos ſucceſſibiles,qui non poſſunt iura agnationis conſeruare naturaliter vel accidentaliter,vt quia ſunt caſtrati vel eunuchi,vel aliter impotentes ad generandum,vel votum cō tinentiæ emiſerunt.Hanc q.decidit Bald.in conſi.280.incip. Martinus Ioannis de Florentia.inſerto inter conſilia Ange. ſecundum meam impreſſionem.dicens,ꝙ propter tales,fœ
125 mina excluditur,quia† debet attebdi communis hominum natura,nō autem alicuius ſpeciale vitium,cui communi naturę adhęrent legislatores,abſque exceptione vitij ſingulorum l.ſi quis poſthumos.in prin.ff.de lib.& poſth.& l.iuſto.§. non mutat.ff.de vſucap.& l.nam ad ea.ff.de legi. & in auth. vt matres debi.& creditri.§.quia vero.& ita tenet Lap. allegatio 101.inci.in ciuitate Floren.vbi dixit ꝙ talis hæreditas ita defertur fratri ſeu agnato apto ꝓductioni prolis,ſicut inepto,quia defertur infanti & cuiuſuis ętatis exiſtēti,& in mortis articulo conſtituto,quem conſtat non poſſe generare,& tam volenti continere, quam volenti vxorari,ac clericis & religioſis.de quibus dicam ſ̄.eo.artic.11.q. Et ita ſecundum eum obſeruat cōſuetudo,alias fieret nimis magna reſtrictio
126 Et de infante dixi s̄.in 8.arti.prin.in 15 q.in fi.† Itē mouetur quia naturale non accidentale vitium attenditur. quod fundamentum eſt intelligēdum de communi natura,prout dicebat Bal.facit l.2.ff.de adop.Facit quod dī in l.1.ff. ſo.ma.de muliere ſterili, vt gaudeat priuilegio dotis, quaſi ſola ratio ſtatuti non fuerit,bona remanere in agnatione,quia alias ſequeretur,ꝙ agnatus qui fœminam excludit, non poſſet bona alienare, ſed teneretur ſeruare filijs ſuis, quod eſt abſurdum,& aliter de conſuetudine ſeruatur. De qua ratione dixi s̄.in 3.artic.princip.Item ſequeretur,ſecundum eum alia abſurbitas,ꝙ ſi decederet frater ſine filijs,hæreditas deberet ad filiam redire,quia finita cauſa beneficij,finitur benificiū l.Titia Scio.§.vſuras.ff.de leg.2.Sed hoc non eſt verum, qa
127 † hæreditas ſemel acquiſita agnato,non poteſt ab eo abdicari,vt dixi s̄.in 10.art.5.q. Et cum prædicta ſentētia tranſit D. And.Sicu.in c.in præſentia.de proba. Et credo ꝙ hæc ſit veritas,quamuis quidam Doc.in conſ.222.inci.ex inaduertentia ſtatuitur.in fi.inſerto inter conſilia Ange.aliter ſenſerit, ſub dubio tñ forte,dicens,ꝙ ſi ſimus in caſu,in quo agamus de præferendo agnatum, qui teneret vltimum locum agnationis, fœminæ,forſitan non haberet in eo locum ſtatutum, quia tendit ad finem,vt bona in agnatione durent,vt prædictum fuit. & ad prædicta faciunt,quæ dicam in q.ſeq. Vbi autē ſtatutū præferret ſimpliciter maſculos fęminis, quia tunc ratio ſtatuti non reſpiceret fauorem agnationis,vt dixi in 3. arti.princip. iſta quæſtio non haberet dubitationem. Nono
128 quæro,† an ſtatuto excludente matrē vel cognatos propter agnatos,intelligantur etiam excluſæ tales perſonę propter fœminas agnatas, Bald.in conſi.290. incip. Martinus Ioannis de Florentia.inſerto in conſilijs Ange ſecundum meam impreſſionem,tenuit ꝙ non,quia communis opinio doc.eſt vt mens ſtatuentium ſit excludere fęminas propter agnatos mares,in quib. effectus dicti ſtatuti operatur,tam in pu-

blicę

Source : BIU Cujas

blicæ vtilitatis augmentum,quam commune, tam viuentium,quam morientium, quam etiam debitam & rationabilem oneris,& emolumenti compensationem. In fęmina enim non perpetuatur,sed finitur memoria agnationis l.,pnuntiatio.§ fi.cum l.sed.ff.de verbo.signific.& l.liberorum. in fi.eod.tit.& § fi.insti.qu. mo.ius pa.pot.sol.& ex hac ratione dixit Bal.vbi s. cp† verba statuti debent impropriari, ad finem,vt quis non intelligatur excluſus per fœminam agnatam. Quod etiam est de mente Bald.in consi.252.incip.statuto cauetur. circa medium.Sequitur Cor.cons.11.in princ. & 74.incip.de duobus.in fi.& 335.incipien.primum 1. volu. & in consi.270.incipien. de hac 4. vol. dicens cp tunc masculinum non concipit fœmininum,prout late dixi s.in 5. artic. princip.in 13.q & idem tenet Corn.consil 224.incipien.non sequendo 2.volu.dicens,cp†statutum excludens matrem ,ppter agnatos,non excludet propter amitam. Quod est intelgendum,nisi essemus in casu claro l.ille aut ille.§. cū in uerbis.ff.de lega.3. cum simi.Puta si statutum excludat matrem propter collaterales vtriusque sexus. Nam tunc etiam excludetur vterinusper amitam,secundum Ioan. And.in addi.Spec.in rub. de succes.ab intest.de quo late dixi s.in 6.artico.princip.in 3.membro 1.q. † Et si statutum excludit cognatos propter agnatos,amita non excludet vterinum, secundum Franc. de Are.prout aliqui referunt in consi. suo incip.super punct o mihi transmisso.licet aliter dixerit,secundum eos Bar.in consil.suo incip.viso puncto siue dubio,&c. Et si statutum excludat fęminam,puta matrem propter fratrem,non etiam excludit propter sororem,secundum Pau. de Cast.in consi.341.incip.hæreditas ptędicta.in volu. antiquo.consilio.secundum primam impressionem. Vult Corn, consi.74.incipien.de duobus.in fi.1. volu. vbi allegat consilium Bald de quo ibi,& ipse Cor.d.consil.271. in fi. Et si excludat filium stante hærede masculo,non excludet propter filiam filij.Pau.de Cast. consi.93.incip.proponitur.in vol.antiquorum consiliorum,secundum primam impressio.Facit quod de hoc dicam s. eo.in 18.quæst.in fi.† Hinc si statutum excludat matrem propter coniunctos de linea paterna,usque ad quartum gradum,fœmina agnata iutra illum gradū matrem non excludet, quia statutum habet prædictum respectum ad conseruandum bona in agnatione, secundum Do.Signo de Homo.in consi. 227. incip. in quæstione comprehensa,quæ opinio comprobatur , etiam quia in statutis correctorijs iuris communis,masculinum non concipit fœminum.vt per Dy.in l.1.ff.de ver.sig.& Bar.ibi & in l. si qs in tantam.C vnde vi.& in l.si quis id,quod ff.de iurisd. om. iud.Et per Archi.in c.si quis suadente 17. q.4. & in terminis per Do.Sign.in consi.154.inci.quæstio talis est,verum est. & in consi.s. alle.& ita etiam dixit Cor.d.consi.271.inci. de hac circa prin.4.volu.& d consi.74.incip.de duobus 1.uol.vbi dicit,cp ita consuluerunt Joan.de ligna. Ioan. de Fantu. & Richar.de Saly.sequitur idem Corn.consi.158.incip.de duabus. 2.volu.Quicquid in contrarium dixerit Alex.consi.115. incip.circa dubitationem.ante fi.2.uolu.Cum quo transit dns meus Jas.in l.si quis id,quod ff.de iurisd.om.iud.Quorū opi. uerba statuti Imo.quod non uidi,forte possent tolerare. lō secundum Cornеum consi.224.incip non sequendo 2. uol. †Statuto disponente, cp proximiores ex parte patris succedant in patrimonio,& ex parte matris in matrimonio, verbum,proximiores,intelligetur,hincinde,de masculis.intantum cp per fęminas hincinde non excludentur,quod intelligo,qñ constaret ex verbis vel mēte, cp fauore masculorum emanasset tale statutum,nō fauore lineæ agnationis.vel cognationis.de quo latius dixi s.in 5 arti.prin.13.q Hinc bene dixerunt Bal.& Moder.Peru.in l.1.C.de colla.quod statutū excludens matrem propter patruum, non etiam excludat propter amitam,& secundum Io.de Ana.in consi.4.Statutū excludens lineam maternam,& vocans agnatos,non videtur vocare velle fœminas agnatas.Ad idem facit, quod no. D.Fran.Cur.in consi. 9.inci.Ticinensi statuto.cum alijs concor.traditis per me.s.in 5.arti.prin.in 13.q.Vbi tetigi,an in talibus statutis masculinum concipiat fęmininum. Et si statutum præferat matri agnatos in successione,multominus excludet matrem filius sororis,q ęquiparat agnatis,secūdum Bal.in l.meminimus.C.de legi.tu.& Pau.de Ca.& Bal.in l.lege 12.tabu.C.eo.tit.& Pau.de Ca.in l.fi.§.in computatione. C.de iure delibe.in fi.commen.& do.Bapti.de Cacialu.in repe.l.om.popu.ver.item limita.ff.de iust.& iur.Maxime,quia in statutis non habet locum fictio,vt ibi.Et idcirco do. Ale. in l.maximum vitium.C.de lib.præte.Dixit, quod † statuto excludente matrem extantibus successoribus masculis,vterinus illam non excludet,nec auus maternus,nec alius de linea materna,& q non sit de agnatione patris.Et dixit Bal.in consi.85.inci.statuto ciuitatis Florentię.1.vol.secundum pe nul. impressionem. †Quod stante statuto Florentino, quod nulla mulier possit ab intestato succedere filijs vel filiab.extātibus ex persona defuncti aliquo filio vel nepote, ex patre, auo paterno,fratre,vel patruo,si cōtingat aliquem decedere relicta matre, & solo fratre vterino tm̄, mater per talem patruum non excludetur,quamuis proprie sit patruus,vt nota. Io.gl.quam communiter sequuntur doct in l.1. C.de succes. edic.quamuis secundum eum Pla.& Cyn.& quidā alij aliter tenuerint.Et hoc maxime verum est,secundum Bal.in cōsi. s.allegato in terminis prædicti statuti Florētini,in quo nominantur plures personæ agnatæ tantum, per quod apparet de mente statuti.l.fi.§.cui dulcia.ff.de vi.tri.oleoq; leg. Hoc idē voluit Ange.in consi.281.incip.Subtiliter & diffuse, per germanum meum,in fi.cum seq. deciditur. cp† soror germana non excluditur vigore talium stat.per fratrem vterinum,per rationem prædictam vt tale statutū extendatur ad personas mares agnatorum. Sequitur latissime Maria. consil.84.inci. uisis. Et dicam late.s.eo art.18.q. Nec prædictis obstat,quod dixit Pau.de Cast.in d.consil.271.incip.præsens casus,in fi.in volum.antiquorum consiliorum,secūdum primam impressionem,cp†si statutum excludat fœminas propter masculos descēdentes, habebit etiam locū in hæreditate materna, qa descendentes ex filijs masculis fęminarum dicuntur descendere ex linea masculina ipsarum,&sic non attenditur illa rō agnationis,quando verba sunt apta tam ad masculos,quam ad fœminas,vt per Alex.dicto consil.115.circa fi.quia hoc dependet ab his, quæ dixi s. in artic.8. a quorum & quibus successionib.&bonis fœminæ intelligantur excluſæ,in 2.q. Quę rō agnationis bene attenderetur, quando verba essent apta ad agnatos tantum, prout est, quando statutum præferret agnatos fœminis, quia tunc filius sororis non excluderet amitam,vt per Bal.in c.1.in ti.an agn.vel fi.defun.in vsi.feu. Et dixi in 3.artic.circa fin.Reliqua de vterino,dicam s. in 18. q.Nec etiam obstat ad prædicta decisio Bal.in l.si viua matre in princi.commen.C.de bo.ma.vbi dixit,quod †stante statuto, ne filia dotata succedat, talis filia dotata excludetur per aliam nō dotatam,cui decisioni concordat, quod dixit An. de Iser.in c.1.in prin.in uer.idem,si fuit dotata a sorore,de na. suc.feu.Vbi vult† constitutionem regni Siciliæ excludētem sororem dotatam a successione feudi fraterni, operari, vt soror nō dotata,& eius filij & filiæ & neptis non dotata, sororē dotatam seu amitam vel materteram excludant, quia hoc non facit sexus,nec rō agnationis ex mente stat.sed qualitas differentialis filiarum,super qua se fundat stat. quæ insurgit ex eo,cp aliqua sit dotata,vel non.Nec etiam ob.cp no.Bal.in consi.322.incip.factum tale est.in 4.par.fin pen.impressionē alias est in consi.48.5.vol.Vbi tenet,quod †stat.ciuitatis Aretij excludens matrem existente fratre, vel sorore, defuncti, vel filijs ipsorum, vel patruis,uel patruelibus defuncti,quod soror patruelis excludet matrem a successione fratris patruelis defuncti,quamuis in stat.hæc non dicātur,quasi stat.respiciat agnationem,& alia rō non possit reddi, & quia talis fœmina ben e sit agnata,ita quod in ea par sit rō,quæ in masculo,& consequenter idem ius.l.his solis.C de reuo.don.qa appellatione fratris soror cōtinetur.l.Lucius.§.quęsitū. ff.de le. 3.& l.tres fratres.ff.de pac.Et masculinum,concipit fœminum,secundum regulas iuris cōmunis.d.l.1.ff.dever.sig.& d. l.si quis id,quod, quia respōdetur, quod in volumine statutorum Aretij extat aliud statutum,disponens quod masculinū in quolibet capitulo concipiat fœmininum, si congrue pōt adaptari,prout etiā extat in hac ciuitate Asten.De quo passu late scripsi.s.in 5.artic.prin.13.q.† Item in dicto statuto pariformiter excluditur mater.per sorores agnatas, sicut per fratres germanos.Nam præcedentia declarant sequētia,vt in l. hæredes palam. §.sed si notā. ff.de te.& in l.si seruus plurium §.fi.ff.de leg.2. Licet posset hæc vltima solutio forsitam morderi, ex eo, quia in prędcedentib. pariformiter vocantur masculi & fęminæ agnatæ, & in sequentibus vocantur solū masculi inferioris gradus.quasi sit signum.cp statutum noluerit in sequentibus personis fęminas agnatas uocare.l.1. §.sinaūt ad deficientis. C.de ca.toll.& l.si seruus seruum. §.non dixit. ff.deacq.hær.Et per hoc credo non bene dixisse dominū Benedictum capram,in consilio 91 dum, voluit† statutum excludens matrem propter cōsanguineos proximiores, etiam eam excludere propter auiam paternam, licet bene credam quod auia impediat agnatos, tanquam non excluſa per statutum,& quod faciat locum matri,vt dixi.s.in 6.artic. principip.in tertio,membro 3.q.Illud puto verum,† quod licet fœminæ nō intelligantur vocatæ in casibus prædictis ad excluſionem aliarum,tamen si ponerentur in cōditione, propter earum superexistentiam,poterit cessare prouisio stat.ut stat. vocet aliquos si contingat defunctū,de cuius hæreditate agitur,decedere sine ascendētib.ex linea paterna.Nam si supersit auia paterna,cessabit dispositio statuti,secundum Pau. de Cast.in consil.444.incip. visis statutis in uolum antiquorum con-

conſiliorum, ſecũdum vltimam impreſſionem. Et ita etiam tenet Soci. conſi. 121. incip. viſa contingentia. 3. volum. Dicẽs
144 quod † ſtante ſtatuto quod dotata non ſuccedat cum fratribus, ſi de eis fuerint legitimi hæredes, filia fratris dicetur legitima hęres, per cuius exiſtentiam filia dotata excludetur. Iſta enim de iure comprehenditur in conditione, vt patet in l. 1. C. de condi. inſer. & in l. iubemus. §. finautem is. C. ad Tre. Item, vt dixi. s̃. eo. poſt Bald. prædicta concluſio limitatur, quãdo ſumus in caſu claro, quod una fęmina etiam per aliã excludatur, prout etiam vult Alexand. in dicto conſilio. 115. prope fi. cuius deciſionem non fui in deciſione ſua ſecutus. Quæ cõcluſio etiam limitatur, vbi frater excludens vel alia perſona ſemel fuiſſet hęres, quiaſi decedat cum filia fęmina
145 nihilominus talis † pſona ſemel excluſa, perpetuo erit excluſa, vt late dixi ſupra in 11 artic. princip. quinta quæſtione, iunctis his, quæ dicentur infra eadem quæſtione. Item limitatur prædicta concluſio, quando caput excluſiuum directo non reſpiceret caput incluſiuum, ſed excluſiuum eſſet pręciſum,
146 vt quia † ſtatutum, præciſe excludat matrem, dicendo quod mater nullo modo ad ſucceſſionem filij admittatur, ſed qđ ipſius ſtatuti authoritate ſit penitus excluſa. Nam ſi in alia parte eiuſdem vel alterius ſtatuti vocentur proximiores ex parte patris, mater propter amitam excludetur, ut per Corneum conſi. 95. incip. in hac, & conſil. 133. incip. quamuis 2. volum. quamuis in caſu Cornei dicto conſ. 95. mater fuiſſet excluſa, ſecundũ eũ, etiã ſi proximiores non ſucceſſiſſent, & in præcedentib. diceretur de maſculo & fœmina ſuccedere valente in ſingulari numero, & caput excluſiuum cõtineret duas vłes excluſiones. Et faciunt aliqua, quæ dixi. s̃. ea. q Et ex prędictis infertur ad aliam quæſtionem, an ſtante ſtat. ciuitatis Aretij, per quod excluditur fęmina a ſucceſſione mr̃na, auita, & proauita, exiſtentibus maſculis agnatis, prout ſupra filius ex filia excludatur a ſucceſſione auiæ, propter filiã ex filio, qui deceſſit ſuperſtite auia, & pũctus quæſtionis ſtat
147 in hoc, † an pp filiam ex filio, matre, vel patre ſuo prædefuncto, excludatur filia defuncti aui, patris, vel matris, & q nati ex ipſa filia ſiue maſculi ſiue fœminæ a ſucceſſione, ſ. ipſorũ patris matris & auorum. In quo puncto concludendũ eſt, ꝙ non excludantur, vt in effectu volunt Cy. Alberi. Saly. & Ange. in lectu. Paduana, in l. publico. alias prima. C. de adul. poſt Vber. de Bob. Oldr. Iac. de Are. & Vgol. de Fontana doctorẽ Parmenſem. Mouetur, quia tunc ceſſat ratio agnationis, vt in ſuperioribus dictũ fuit, nec poteſt tunc neptis ex filio, amitæ vel eius ſoboli obijcere, ꝙ teneat locũ patris, iuxta. c. ſi qs in ius alterius, de reg. iur. in 6. & §. cum filius. inſti. de hær. quæ ab inteſt. defe. & l. ſi filius a patre. §. 1. ff. de lib. & poſth. quia licet hoc verũ ſit, tamen neptis admittitur, vt ipſa, & vt fęmina, non autem vt maſculus, arg. l. non tantum. §. ſi emancipatus. ff. de contrata. & l. ſi quis in fi. ff. de inoffic. teſt. & l. adoptiuum, & l. ſed ſi. §. fi. & l. ſe. ff. de in ius vo. & l. Titia Seio. §. uſuras. ff. de leg. 2. Et videmus ſępe iura priuilegiare maſculos. l. 1. ff. de iure immu. Et quod notatur. in l. in multis. ff. de ſta. homi. Et hanc opi. etiam ſequitur Io And. in addi. Specu. in rubrica de ſucceſ. ab inteſt. in uer. ſimilem queſtionẽ. & Bar. in proprijs terminis, in l. liberorum, in ver. quæro, pone retento eodem themate. ff. de verb. ſign. Motus non rõne agnationis quia ſecundum eũ hęcratio eſt perſuaſiua, licet aliter teneã
148 in 3. artic. princi. † Sed quia filij appellatio de iure communi porrigitur ad nepotes, quãdo profertur ſimpliciter ſub ea appellatione, quia filius, ſecus ſi reſpectu alterus qualitatis, ut ibi per l. vltimam. C. de natu. libe. Et in prędicto ſtatuto filius excludit fęminã, non quia filius, ſed quia maſculus. Ita vt in fęminam non tranſeat ſtat. diſpoſitio, nec teneat locũ patris Et ita etiam tenet Pa. de Caſt. in conſil. 47. alias. 97. incipien. proponitur in Carſto ante fi. in vol. antiquorum conſiliorũ, ſecundum primam impreſsionem. Et Pet. de Anch in cle. 1. de Baptiſ. & Franc. de Are. in conſi. 132 incip. viſo ſtat. cõmu
149 nis Aretij, per prędicta fundamenta. Et maxime, quia † iſta qualitas, ꝙ excludatur fęmina exiſtentib. maſculis, debet ſu pereſſe tempore, quo defertur hęreditas. l. ex facto. §. ſi qs autem. ff. ad Treb. Et notat glo. in c. cum vxori. C. quando di. leg. ce. quod tempus eſt poſt mortẽ eius, de cuius ſucceſsione agitur. l. ſi Titius. ff. de vulga. & pup. & notatur. in l. ex facto. §. ne aũt. eo. tit. & patet in l. ſi extraneus. §. in dilectis. ff. de noxa. Et pro hac deciſione adducit Fran. de Aret. text. in cap. 1. de eo, qui ſibi & hęr. ſuis maſcu. in vſi. feu. Dum ibi maſculus natus ex filio fęminę, ad quam erat deuolutũ feudũ conceſſum ꝑ maſculis, & fęminis, excludit fęminã natã ex filio alio ipſius fęminæ eius patruo qui tex. requirit talem inuitatum ſub ea qualitate, quia ſit maſculus, ſupereſſe tempore mortis eius de cuius ſucceſsione agitur. Se eſt aduertendum, quia Barto. in d. l. liberorum. in loco. s̃. allegato, ſi bene eius verba cõſiderentur, loquitur quando ſta. excluderet filiam extantib. filijs maſculis, ſed ſi ſtat. non exprimeret de maſculis, ſed ſimpliciter diceret, extantibus filijs, innuit Bar. ꝙ neptis ex filio maſculo defuncto, excluderet filiam ſeu natos ex ea; dum Bar. non uult attendi rõnem agnationis præſeruandæ, ſed vult inſpici qualitatem, ſub qua filius vocetur. ſ. quia maſculus. & ita eundem Bar. intelligit & declarat Bal. in l. Gallus. §. inſtituens. ff. de lib. & poſth. in fi. commen. Et idcirco teneo, ꝙ Bar. in hoc male loquatur, qũ ſ. ſtatutum loquitur ſimpliciter de filijs, per prædicta. Idem tenuit Pau. de Caſt. in conſil. 418. in volu. nouorum conſiliorum, ſecũdum ultimam im-
150 preſſionem. Vbi dixit, ꝙ † ſtatutum excludens matrem propter parentes maſculos ex parte patris, debet intelligi, ſi ſint nati ex maſculis. quod non habet dubium, quia non pñt dici nati ex fęminis parentes ex patre patris. §. fi. inſti. de pa. pote. Sequitur late Maria. in conſ. 30. incip. proſequendo. cum
151 duabus ſeq. Dicens ꝙ † ſtante ſtat. ſub rubrica de ſucceſſionibus ab inteſta. quod parentes maſculi ex latere patris vſque ad quartum gradum incluſiue, capiendo gradus ſecundum ius canonicum, ſuccedant defuncto ab inteſtato in tribus quartis, excluſa matre, quæ ſolum ſuccedat in reliqua quarta parte, mater non excludetur per maſculum nepotem ex ſorore, quia ſicut mater hũius nepotis non excluderet matrem defuncti a ſucceſſione, etiam non excludit filius ſoro
152 ris, quanruncunque maſculus. Et quia † ſtatutum, quòd parentes ex ſobole vel progenie paterna vſque ad certum gradum excludant matrem uel fœminas, intelligitur de agnatione nõ cognatione. Primum probatur, videlicet de progenie, ſecundum Maria. in l. fi. C. de do. promiſ. & in l. dedit dotem. ff. de colla. bono. Secundum de Sobole, probat in l. duo fratres. ff. de libe. cau. & in l. officiales. C. de epi. & cle. De quo etiam dicetur ſ̃. eo. 19. q. vbi allegabo cõcor. Et ita etiam trã ſit Cor. conſi. 57. 2. vol. & ꝙ uerbum, parentes maſculi, intelligatur de agnatis, vult Bal. in c. 1. quemad. feu. ad fi. perti. in materia talis ſtatuti. Facit quod vult Bal. in l. quotiens. C. de priui ſchola. li. 12. quem vide. & patet ex tex. in c. 1. de eo, qui ſibi. & hær. ſuis ma. & fe. & in §. œconomus. in auth. de alie. & emphy. notat Io. And. in add. Spe. in ti. de ſucceſ. ab inteſt Et ex hoc apparet bene dixiſſe Bal. in c. 1. in fi. commen. de feu.
153 mar. Vbi refert ſe conſuluiſſe, ꝙ † ſtatuto excludente filiam fęminam propter fratres, ſi ſuperſit frater cõ ſobrinus, filius ſororis, filia per illum nõ excludetur, licet ipſe alia ratione mouea tur. nã ſi illa deciſio intelligatur de fratribus patruelibus, male diceret. Prædictam opi. ſequitur Saly. in l. 2. C. de
154 ſuc. edi. Dicens ꝙ † ſtatutum excludens matrem propter nepotes defuncti, intelligitur de nepotibus ex filio, ſeu fratre, nõ ex filia, uel ſorore, qa mens ſtatuti eſt ſucceſſionẽ nõ uelle tranſire in cognationem. ſequitur Ale. in d. l. maximũ uirium. C. de lib. præt. Et quia prædicta cõcluſio procedit, quãdo maſculus, qui præfertur ex forma ſtatuti, prædeceſſit, uiuẽte eo, de cuius ſucceſſione agitur, dubitari poſſet, quid ſi deceſſiſſet poſt illius mortem nondum adita hæreditate. ſed
155 de hoc dicẽ in fi. huius q. † Itẽ eſt aduertẽdũ, ꝙ vbi tractatur de ſucceſſione materna ſeu lineę fęmineę nõ attẽditur ratio agnationis, vt dixi s̃. in 3. art. princ. circa fi. Et ex prędictis fundamentis infertur ad deciſionem quæſtionis, quam formaliter ponunt Cy. Saly. Albe. & Ang. in d. l. publico. alias, prima
156 ꝙ † ſtante ſtatuto diſponẽte, ꝙ filię fœminę debeant maritari de bonis patris, & contentari dote, & filij maſculi in totũ ſuccedere, ſi cõtingat aliquem decedere relicto filio maſculo, & filia fęmina, & maſculum decedere relicta filia fœmina, priuſquam ſoror maritetur. In qua qõne dicendum ur̃, ꝙ ſoror & amita per neptem ſeu filiam filij nõ excludetur, qa in ipſa nepte ceſſat ratio ſtatuti. & quia nõ ſuccedit niſi tanquam fęmina, prout ſupra dictum fuit. Quam opinionem etiam ſequitur Pau. de Caſt. in d. conſ. 97. Pro quo facit, quia priuilegia perſonalia perſonam non egrediuntur. l. priuilegia. ff. de reg. iur. & c. priuilegium perſonale. eo. tit. l. qa tale. ff. ſol. mat. & l. ex pluribus. ff. de admi. tut. & qa, ut dixi in multis, melior eſt ꝙdõ maſculorum. Sed hęc deciſio ſecundum Cy. Albe. Saly. & Ang. in loco ſupraalle. & Io. And. in d. rub. de ſuc. ab inteſt. & Pau. de Caſt. in conſi. proxi. allegato. & late Soc. conſ. 296. incip. in præſenti. prope fi. r̃uolu. procedit,
157 qñ filius maſculus, ut dictum eſt, uiuo patre deceſſiſſet. † ſecus autem. ſi deceſſiſſet poſt mortem patris, ſcilicet eius, de cuius ſucceſſione agitur, quia cum eſſet ius iam queſitũ in perſona ipſius filij maſculi, illud tranſmittit in filiam ſuam l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. l. 1. C. de his, qui ante aper. tab. l. 1. §. in nouiſſimo. C. de cadu. tol. & quia hęreditas eſt ſucceſſio in uniuerſum ius. l. nihil aliud. cum ſimi. ff. de uerb. ſigni. & quia ſufficit ſemel ius fuiſſe conſtitutum. l. ui-
158 deamus. ff. quod met. cau. † Facit, quia ſufficit ſemel hęreditatem ueniſſe ad caſum, ꝙ amita deberet eſſe dote contẽta l. cuius bonis. ff. de cur. furio. & quod notatur in d. l. ſi qs hac. & quod dixi s̃. in 10. arti. 5. q. ubi tetigi, an ſufficiat quem ſemel factum fuiſſe hæredem, ad hoc ut per illum & eius hæ-

redes

Source : BIU Cujas

redes fęmina perpetuo intelligatur excluſa. Et ita dicebat Vgoli. ſe de facto obtinuiſſe. & p̄dicta ſimpliciter refert Albe. in 2. parte ſtatu. q 103. inci. Item quæro, communiter, eſt ſtatutum, vbi dixit Bar. qui ſcripſit ſuper Lōgobarda, tenuiſſe q̄ amita ſuccedat æqualiter, & de qōne iſta tetigit Gui. de Suza. in quæſtionibus ſtatutorum in vlti charta ver. ſed pone ſtatutum vel conſuetudo eſt &c. prædicta opi. Vgol. cum ſua declaratione cōmuniter tenerur. & cum illa tranſit Moder. Bonon. in tractatu dotium, vt vlt. art. princ. in 22. q. inci. ſtatuto & iure Longobardo. & de illius veritate clarius patebit in art. ſeq. in 6. q. vbi tangam, an facultas excludendi filiam tranſmittatur. & ita alias conſului in hac ciuitate Aſt.
Poſtremo in materia huius quæſtionis eſt notandum dictū
159 Ange. in auth. de nup. col. 4. in § optime. vbi dixit, †quod ſtā te ſtatuto q̄ filia dotata patri non ſuccedat, ſi contingat patrem ſecundæ vxori plus relinquere, quam filiæ, illud plus non irritabitur, & conſequenter filia per talem vxorem excludetur ab illis bonis ita relictis. Mouetur Ange. per illum textum, qui probat, quod filius ingratus non poteſt tale relictum irritare, & conſequenter nec talis filia, quæ patri inui-
160 to ſuccedere non poteſt. Decimo quæro, † an ſtatuto excludente fœminas propter agnatos, vel maſculos, excludantur propter herm aphroditum. Bal. in l. quæritur. ff. de ſta. ho. dicit eſſe diſtinguendum in quo ſexu prævaleat. hermaphroditus. Nam ſi prævaleat in maſculino excludetur. ſi autem in fœmino non excludetur, rationes ſunt in promptu ex his, quæ dicta fuerunt in quæſtionibus præcedentibus. ſ. 7. & 8. Et ſi talis hermaphroditus non incaleſceret magis in vno ſexu, quam in alio, vel eſſet dubium, tunc ex mente Ang. in l. de quibus. in ver. extra quæritur. ff. de legi. non excluderet fęminam, niſi cōſtare faceret ſe prævalere in maſculino ſeu
1 virilitate, †qa in virilitate nō tam ſexus, quam agilitas corporis & exteriores actus conſiderantur. per quæ apparet q̄ aliquis magis ſit uir, quā fęmina. quod ēt patet ex notatis p
162 Bal. in l. quotiens. C. de ſuis. & legi. de †eo, qui habet ſolum teſticulos, & vnum foramen per quod emitebat vrinam, & in agilitate corporis agebat actus viriles, concludendo q̄ talis tanquam maſculus foret ad feudū admittendus. & licet aliqui voluerit credendū eſſe, in quo ſexu prevalet ipſi hermaphrodito, vt refert Alb. de Ro. in d. l. quæritur. Iſtud eſt uerū, vbi non ageretur niſi de eius prouiſione. Subdit Alber. ibi q̄
163 †ſi ſit infans, qui neſciat diſcernere nec a ſeipſo cognoſcere, in quo ſexu prævaleat admittetur ad portionem, quæ eſt minor, & quæ fęminis tanq̄ minor debetur, & ſic conuenit cū opi. Ang. qñ eſt dubium, quod dictum non habeo pro indubitato, dū loquitur de infante, qa forſan melius dici poſſet expectandum tempus pubertatis, quo hoc diſcerni poterit, per no. per Bar. & doc. in l. plane. §. ſi coniunctim. ff. de leg. 1. & in l. 2. poſt gl. ff. ſi pars hære. pe. & l. illud. & l. antiqui. eo. ti. & no. in l. cū q̄dam. §. ſuū. ff. de acqui. hęre. & in l. ſed & ſi reſtituantur. §. fi. ff. de iudi. & an iudicio medicorum an mulie
164 rū hæc cognitio committat, rāgit ipſe Albe. ibidem. † Quid autem ſit in monſtruoſis & prodigioſis, an excludant fœminas, ſi ſint maſculi, vel habeant apparentiam maſculorū, diſtinguendū eſt, an habeant animam rōnalem perceptibilē & conſenſum ꝯhendi, licet aliquid habeant auctum vel diminutū a natura, vt qa quis habeat tres pedes, vel quatuor manus vel careat pedibus & manibus, & ſit boni & percepti bilis ſenſus, prout vidi unum Papiæ annis ſex vel ſeptem decurſis, dū ibi utranq; cenſurā profiterer. & eo caſu fęmina p talem excludatur per ptædicta. Si aūt nō habeat intellectū perceptibilem, tūc per eum fœmina non excluderetur, quia tales non ſunt filij, nec loco filiorum hñr, nec pręteriti rum punt teſtiñ l. non ſunt liberi. ff. de ſta. hominum. l. oſtentum. ff. de uerb. ſig. & l. quæret aliquis. eo. ti. & l. quod certarum. C. de poſth. hęre. inſti. & quod nota. in l. quod dī. ff. de lib. & po-
165 ſthu. Vndecimo quæro, †an vigore talium ſtatutorum fęmine excludantur propter agnatos clericos, habui q̄nque hāc q. in facto, & fuit de facto in perſonā d. Luppi abbatis de Sancto Miniato, qui ſcripſit ſuper 6. & Clementinis, vt refert domi. Cardi. Florentinus in repe. c. perpendimus. in verſic. octauo quęro, ſi conſtitutio laicotum. de ſen. excommu. & Pau. in c. quod clericis. de fo. compe. In qua quæſtione alius Lappus de Caſtellione late conſuluit in allegatione. c. alias 101. inci. in ciuitate Floren. vbi arguit ad partes, & tandem ꝯclu
166 dit q̄ ſic. Mouetur, quia †priuilegiū in genere laicis ꝯceſſum comprehendit clericos c. dilecti. cum ibi notatis, de fo. cōp. Item quia ſtatuta recipiunt intellectum a iure communi l. 2. C. de noxa. l. 1. §. 1. ff. de act. & obl. Bar. in l. fi. ff. de legi. & q̄d hr̄ in l. nam & poſteriores. eo. tit. & in l. fi. §. licentia. C. de iu-
167 re. deli. ſed †clerici & monachi religionum ſaltem nō mēdicātium, iure cōſanguinitatis, de iure cōmuni ſuccedunt, nō obſtāte religione l. Deo nobis. & ibi no. C. de epi. & cle. §. nullam. in authen. de ſan. epiſ. & 18. q. 1. c. ſtat 18. q. ulti. c. penul.

Vnde idem eſt dicendum in ſta. vt ius commune imitemur, ita vt non ſit difformitas, per iura ſ. alle. & l. ex facto. ff. de uul. & pu. & l. ſi ita fuerit, ad fi. ff. de ma. te. & l. Labeo. ff. de ſtatuli. & hoc maxime verum eſt, quia verba ſtat. quib. deſeruire debemus, niſi cōſtet de mente contraria. l. non aliter ff. de le. 3. l. 1. §. in reigitur dubia, cum ſim. ff. de exer. ita admittūt agna
168 tum clericum, ſicut alium laicum, †cū iura ſanguinis diſpoſitione ciuili non mutentur. l. ius autem agnationis. ff. de pa. Item per aſcenſum ad dignitatē, agnatio vel ciuilitas non debet amitti. l. pe. ff. de ſena. l. filij. ff. ad munici. l. ad inuidiam. C. quod met. cau. & clerici aſſequuntur dignitatem, vt in auth. de mona. in prin. & in auth. conſti. quæ de digni. nec dēmus verba legis in dubio reſtringere l quicquid aſtringendæ. ff. de
169 verb. ob. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3. †quantuncunq; lex ſit dura, eſt ſeruāda. l, proſpexit. ff. qui & a qui. Item cum ſtatutum nō diſtinguat inter tales perſonas, nec nos diſtinguere debemus. l. de pretio. ff. de publi. l. 3. in fi. ff. de offic. preſidis. l. ſi rem, quam mihi. § fi. ff. de eui. l. qui fundū. ff. de cō tra. emp. & l. in venditione. §. de tēpore. ff. de bo. aut. iudi. poſ. cum ſim. Item conieciurādum, eſt q̄ ſtatutum nō minus voluerit fauere clericis ſeu religioſis, quam laicis, qm̄ magna eſt ratio, quæ pro religione facit, quæ nunquam in ambiguis rerum diſpoſitionibus ſolet omitti. l. ſunt perſonæ. ff. de reli. & ſump. fu. & nō minus ſunt meriti reipu. ac fauorabiles Deo
170 ſeruientes, quam ſeculo. l. ius publicū. ff. de iuſti. & iure. & †in fauorabilibus diſpoſitionibus non minus cenſendum eſt cōprehēdi magis meritos, quam minus meritos. l. Lucius. ff. de leg. 3. & l. cum pater. §. rogo. ff. de manumiſ. & prædicto cōſil. domini Lappi plures docto. ſe ſubſcripſerunt, vt patet in allegatione prædicta in fi. Idem conſuluit in d. caſu dom. Lappi. abbatis D. Io. de ligna. prout refert d. Car. Floren. in loco præallegato, qui tranſit cum prædicta opi. motus inter cętera, qa quilibet poteſt dare priuilegia eccleſiæ ſuper pertinentib. ad
171 & quia †ſtatuta & leges extenduntur ad non ſubditos in cōcernentibus eorum fauorem. l. 1. cum gl. & ibi notatur. C. de eman. de cuius fundamēti veritate patet ex his, quæ dixi ſ. in 6. arti. princ. in primo membro, in 1. q eandem opi. poſt Bu. & Io. de ligna. ibi tenuit Pa. in d. c. quod clericis. in lectu. in ver. hæc ſunt vera, de foro compe. & in repe. in ver. ſecūdus caſus & in c. cōſtitutus. de in inte. reſti. per tex. ibi in d. c. dilecti. Idē voluit Bald. in l. cunctos populos. in lectu. in ver. ſed hic vlterius quęritur. C. de ſum. tri. allegat tex. in c. ſi adiutoriū. 10. di. Et idem Bal. in conſi. 208. incip. Martinus Ioannis de Florentia. inſerto inter conſilia Ang. & in conſi. 30. incip. præſuppoſito. in ver. quæritur vtrum, vbi pulchre loquitur in 3. uol. ſecundum pen. impreſſionem. Facit quod dixit in propoſito Pau. de Caſt. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. & quod dixit Ro. in ſing. 439. incip. capitulum, vbi refert Lapum in locis. ſ. allegatis, & quod dixit ibidem paulo a e in ſing. 437. & Alexand. in conſi. 210. incipien. ponderatis his maxime. in ver. ad id quod notat. 2. uol. & in terminis in conſi. ſeq. vbi dicit cō
172 munem opinionem eſſe, † q̄ ſtatuta laicorum priuilegiata, ſi materia eſt communis & indifferens, ſunt apta etiam cōprehendere clericos, & hoc eſt de mente Ioan. An. in c. fin. in princ. de offic. eelega. in 6. per illum text. & ibi clarius Gemi, & cū hac ſententia tranſit. D. And. Sicu. in repe. rubricæ. C. q̄ admitti. vbi refert ſe alias ita conſuluiſſe, & allegat Pan. in repe. c. eccleſia S. Mariæ de conſtit. & Saly. in auth. caſſa. de ſacroſ. eccl. Sequitur D. Lau. in repe. §. cęterum. inſti. de legiti. agna. ſuc. & D. Fely. in c. eccleſia S. Mariæ. in 7. q. & hęc opi. eſt communis prout etiam dicit Soc. conſi. 241. inc. circa. 1. vol. vbi multa hic relata, allegat, & quædam alia, quæ opin. procedit, niſi ſpecialiter loqueretur de clericis, quia non valeret, per tex. in d. c. eccl. S. Marię. Nam debet, ad hoc vt valeat, ſimpliciter loqui, & per verba apta comprehēdere clericos. Nec eſt mirum ſecundum Bal. in d. conſi. 30. ſi cōferantur pręmia his, quibus grauamina inferri nequeunt, per not. in l. quotiēs C. vbi ſena. vel clariſ. & in l. nemo, qui condemnare. ff. de re-
173 iur. & † licet clerici non ſupportent onera, tamen gaudent beneficijs ſtatutorum, quia ſufficit, q̄ ſubeant onera ſpiritualia, vt dixit Pa. de Caſt. conſi. 296. inci. ad primum dicendum. in vol. antiquorum conſiliorum, ſecundum primam ſtampā quem refert D. Fely. in d. c. eccl. S. Mariæ. in 8. q. Facit quod dixit Bar. de epiſcopo. in l. 2. in fi. ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iur. & ab hac opi. non eſt recedendum, quamuis aliqui do. ꝯrium voluerint, ſ. Pet. de Anch. in repe. c. canonū ſtat. in uerſ. hic etiam quęro, de conſtitu. & Matheſi. in notabi. 113. incip. nota vnā lucroſam, p. text. in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ, & in c. bene quidem. 96. di. & per regulam poſitā in c. fi. de ſol. quā
174 etiam firmat Imo. in d. c quæ in eccleſiarum, ſ. quod †clerici non poſſint vti ſtatutis editis per laicos, etiam ſi eis ſint multū fauorabilia, niſi ſint approbata per Papam, quod dicit Mathe. procedere nedum in foro eccleſiaſtico, ſed ſeculari, & ēt in terris eccleſię, vt eſt Bonon. In qua opinione ſub dubio tamen

Source : BIU Cujas

men fuit etiam quidam doctor in conſi.272. inci.in aduertẽ tia ſtatuentium in fi.inſerto inter conſilia Ang. motus, quia ratio ſta. quæ fuit perpetuitatis, & conſeruationis generis maſculini & agnatorum, ceſſat in clerico presbytero, ſeu ad ſacros ordines promoto. Quam opi. etiam tenet & nititur defendere D. Andr. Sicu. in d.c. quod clericis, pro quo poſſent adduci plura fundamenta relata per Lappum in alleg. præalle. quibus patet reſpõſum ex prædictis reaſſumptis ſimul hic rñ ſionib. Lappi, pręter illam in qua dicit aliam rõnem nõpoſſe dari in talibus ſta. niſi perſuaſiuam, quia ad hoc ſolutio patet ex his, quæ dixi s̃. in 3.artic q.1. Et prædicta procedunt in clericis capacib. ſucceſſionis. Nam per non capaces, vt ſunt fratres minores, cle. exiui. de paradiſo. de verb. ſigni. fęminæ nõ excluduntur, vt dixi. s̃. eo. arti. q.5. Et an clerici in minorib. cõſtituti ligentur ſtatutis laicorum, Alex. conſi. 210. incip. ponderatis, 2. vol & dominus Nata in propoſito in trac. quem fecit in hac materia 3. parte. 16. q. & Fely. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ, uerſic. 4. ſcias de conſtitu. Et in hac materia poſuit
175 vnam notabilem limitationem Corn. conſil 61. incipien. licet 4. uolum. cp ſi adſit. in volum. ſtatutorum, cp qui nõ ſubſti nẽt onera communis, non gaudeant beneficijs ſtatutorum, †agnatus qui ex forma ſtatuti excludit fœminam, illã nõ ex
276 cludet, ſi ſit clericus, qui onera non ſuſtinet, vt ibi latius per eum, quod dictum alibi Deo dante tangam. Duodecimo† videndum eſſet, an propter agnatum forenſem fœmina excludatur, de quo dixi ſupra in ſexto, articulo principio. in primo membro in quæſtio.1. Et ibi circa fi. apparet, an excludatur p originarium, vel eum, qui aliquando habuit domicilium in loco ſtatuti, & poſtea illud mutauit, vel per eum, qui habet plura domicilia. Item videndum eſſet, an per agnatum Iudæum vel infidelem, & hæretium, & an per agnatũ vſurarium, de quibus, dixi s̃. n prædicto. 6. artic. princip. in primo, membro 2. & 3. quæſtio. & in 8. artic princip. Decimotertio
177 quæro, †an ſtante ſtatuto, quod exiſtentibus maſculis fœminæ non ſuccedant, ſit locus ſtatuto, ſi vnus tantum adeſt maſculus, attento, quod verba ſtatuti loquuntur pluraliter, & de pluribus maſculis. Bald. in l.1. C. de cond. inſer. per illum tex. dixit quod ſic, motus, quia naturalis ratio attenditur, potius, quam pluralis locutio. Et quia pluralis numerus reſoluitur in ſingularitates, id eſt in clauſulas ſeparatas abſque modo coniunctionis. l. falſa. §. fi. cum concord. ibi traditis. ff. de conditio & demonſtratio. Facit in propoſito l. iubemus. §. ſinautem. ff. ad Trebell. & l. cum vxori. C. quando di. lega ced. & l. non eſt ſine liberis. ff. de ver. ſig. & quod no. in cle. pleriſq;. de
178 cle. Facit, quia† quod de pluribus dicitur, de vno tantum eſt dicendum. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. l. prætor ait §. homines. ff. vi bo. rap. l.3. §. negotia. ff. de ne. ge. & ecõtra. l. 1. § quamuis. ff. de aſſig. lib. l.1. §. item hoc ędictum. ff. qđ fal. tut. aut eum ſimi. Et hanc opin. ſequitur D. And Sicu. in rep. c. Raynaldus. inverſi. & pondera. de teſt habens hanc deciſionem pro mirabili, attento cp tale ſtatutũ eſt exorbitãs, & concipit verba in plurali numero, qa videretur nõ debere ultra illum caſum extendi. l. ſi ſeruum §. non dixit prætor. de acq. hæred. cui fundamento reſpondetur, quod naturalis, rõ, quæ præponderat, hoc operatur. Et propterea dicebat Bald. in d. l.1. C. de cõditio. inſer. quod ſtante ſtatuto, quod vir lucretur
180 dotẽ vxore prædecedẽte ſine filijs, ſi uxor prædecedat cũ vno tantum filio, maritus dotem non lucrabitur. Mouetur etiã,
179 quia† dictio ſine, & dictio, abſq;, requirunt omnimodam carentiam, ſecundum Butri. in d.l.1. hinc dicimus, cp † ſi ſtatutum apponat pęnam producenti falſos teſtes, ſi vnus producat vnum tantum falſum teſtem, nihilominus habebit locũ ſtatutum. d.l.3. §.1. ff. de nego. geſt. vbi Iac. But. Bart. & alij, & Bar. in l. prætor ait. ff. vi bo. rap. & in l. Stichus, qui. ff. de lega. 1. facit tex. in c.2. requiris. de app. vbi tex. loquitur de arbitris eligendis, & gl. illum tex. exponit in arbitro in ſingulari, cũ qua glo. tranſeunt ibi doc. Facit ad idem tex. cum gl. in l. accepta. eo. tit. tex. in c. prudentiã. §. adijcimus, de offic. deleg. & quod voluit Bald. in c. mandatum, de reſcrip. & quod habetur in c. quotiens, maxime per Pa. de teſti. per Archid. in ſuis reportatis in c. accepimus, de ęta. & quali. quẽ refert Gemi. in c. quãuis. de præb. in 6. & quod voluit Pet. de Anch. in c. relatũ. ubi de materia per D. Andr. Sicu. de teſta Et iuxta prædicta dixit
181 Cor. conſi. 116 incip. difficultas, ſecundo, vol. † ſtatutum excludens filiam dotatam ſtantibus ſororibus & neptibus non dotatis, non exigit quod adſint ſorores & neptes ſimul nõ dotatę, ſed ſufficit quod altera ex eis adſit, per iura pereũ allegata. Hinc ſecundum Bald. in l.1. C. de priuile. dot. emphyteoſis conceſſa pro marito, uxore & eorum liberis, intelligitur etiã pro liberis nõ cõmunib. ſeu alterius eorum. Ad prædicta facit, quod no. Anto. de But. in c. fi. in 4. membro, ver. fallit nono de conſue. & prædictam concluſionem ſequitur D. Fely. poſt multa ſimilia. in c. oẽs leges. 1. diſtin. referens Maria. in c. ſuper eo. de condi. appoſi. qui dicit ſe vidiſe conſultum in ꝯ-
rium, ſcilicet, quod vnus maſculus fœminam non excludat propterea quia cum ſtatutum loquatur in plurali, & ſit correctorium, odioſum, irrationabile, & accuſatorium naturę l. maximum vitium. C. de libe. prętę. debet ſtrictius intelligi l. ſi vero. §. de viro. ff. ſo. ma. Et quia iſte caſus de vno maſculo eſt a ſtatuto omiſſus, relinqui debet diſpoſitioni iuris cõmunis. c. ſuſceptum. de reſcri. l. ſi extraneus. ff. de ꝯdi. ob cau. l. ſi cum dotem. in prin. ff. ſol. mat. Nec obſtat ſecundum illũ conſultorem l.1. C. de condi. inſer. & d.l. non eſt ſine liberis. ff. de verbo. ſign. quia loquuntur de verbo liberorum. quod non habet ſingulare. Et hanc rõnem ſecundũ eum aſſignat d.l. non eſt ſine liberis, ſed verbum, filius, declinatur tam in ſingulari, quam in plurali, ſecundum eandem ſignificationem. ſed D. Maria. ſecundum quod refert D. Fely. dicit cp vidit ſeruari contrarium, & cp noluit ſe ſubſcribere illi conſil. Et iſta reſponſio ſecundum veritatem non ſatisfacit ad com
182 munem rõnem, traditam. in d.l.1. C. de cond. inſer. & cõfunditur quia† par eſt ratio excluſionis fœminæ, ſiue vnus tm̃ ſit maſculus ſiue plures, quo caſu fit extenſio etiã in correctorijs l. his ſolis. C. de reuo. dona. & late dixi in 3. arti. prin. Item poſſet ꝯ prædictam concluſio. opponi de eo, quod dixit Bal.
183 in c.1. circa. fi. de duobus fra. a capi inue. vbi dicit, cp† ſtatutũ cp fratrer ſuccedat fratri carenti filio, & filia, non habet locum, ſi frater defunctus careat altero tãtũ. Sed ibi hoc ideo eſt, propter copulam, quæ requirit carentiam vtriuſq; extremi, vt ibi per eum. Poſſet etiam ꝯ prædictam concluſionẽ adduci, quod dixit Io. And. in addi. Spe. in titu. de teſt. in §.1.
184 in additio. vltı. in 4 q. vbi dixit, cp † ſi teſtator habens vxorẽ prægnantem, ſic dicat, ſi naſcãtur poſthumi mares, tm̃ vnus, vel plures, illos vniuerſales mihi hæredes inſtituo, & ſi cum vno vel pluribus naſcatur fœmina, iuſſit illam in certa quãtitate dotari, ſubſtituendo poſthumos ſuperuiuentes, vnum vel plures morientibns in pupillari ætate, vel alias ſine liberis, & ſi omnes morerentur ſubſtituit a. & b. ſorores ſuas æqs portionibus, & cõtingat mortuo teſtatore naſci poſthumũ, qui moriatur in pupillari ætate matre ſuperſtite, non excludi matrem propter ſubſtõnem amitarum, quę fuit cõcepta in caſum plurium poſthumorũ, qm̃ vbi vnus tm̃ natus fuit poſthumus, eſt caſus omiſſus, qui debet haberi pro omiſſo l. commodiſſime. ff, de lib. & poſth. Facit d.c. ſuſceptum. cum cõcor. ibi aſſignatis ſuper gl. quinta de reſc. quæ omnia probant omiſſum debere haberi pro omiſſo, licet eadem verſet æquitas in omiſſo, quæ in expreſſo. quod fortius procedere dicit Io. And. vbi in extendendo verſatur odiũ, ſicut qñ mater excluditur a luctuoſa filij hęreditate, ꝯ l. ſi C. de condi. inſtitu. & l.1. §. ſed & ſi incertum. ff. de ven. in poſ. mit. Et ita dicit fuiſſe iudicatum. Sed ad hoc patet reſponſio ex dictis ibi per Io. And. dum vult, cp illa pluralitas non reſoluatur in ſingularitates, nec verificentur in ſingulari ꝓpea, quia in præmiſſo caſu erat dictio vniuerſalis & collectiua, omnes, quę ex propria ſignificatione in vno intelligi, & ſeruari non poſſet, & non admittit reſolutionem in ſingularitates, vt probat. l. cum ita. alias incipit, legatorũ. §. eum, qui. cum ibi notatis. ff. de leg. 2. Item poteſt reſponderi, cp æquitas, ne mater excluderetur a luctuoſa filij hæreditate, hoc ſuadet, iuxta d.
185 l. ſi. cum ibi traditis. Dixit tamen Corn. conſ. 1. 2 vol. † cp ſtante ſtatuto, quod aſcendentes per lineam maſculinam vnà cum fratribus vtrinque coniunctis, ſuccedãt defuncto, ſi adſit ſolus pater cum ſorore defuncti, ſoror per patrem, non excludetur, quia eſt caſus a ſtatuto omiſſus, quod dictũ habeo pro dubio. Sed quid econtra, ſi ſtatutum excludat filiam extante maſculo, an habebit locum, ſi plures adſint maſculi, dicendum eſt cp ſic, per prędicta, & per ea, quę no. Butr. in d. c. fi. in 4. membro. in d. ver. fallit nono. de conſue. Facit quod dixit Bal. in c. quęſtioni. de appel. cp ſi ſtatutum puniat detinentem vxorem alterius per vnum memſem, habeat locũ
186 in detinente per duos menſes. † Et ex prædictis patet, cp ſi ſtatutum excludat fœminam propter maſculos, ſibi locũ vendicabit etiam ꝯ plures fœminas, & econtra, vt dixi in 6. art. princ. in 3. membro. in 6. q. Ad prædicta facit, quod dixit Do. Baptiſ. de S. Blaſio. in rep. rubricę decreti, cp ſtante ſtat. vt de omni pace vel concordia ſoluantur quinque, habeat locum ſtatutum ſi quis fecerit plures concordias. Non ſic eſt in ſubſtitutione facta vni, quia non refertur ad plures, vt per Fran. de Are. conſil. 156.1. & Cæterum in præſenti materia Ma-
187 ria. in conſ. 43. incipien. viſa prouiſione. ante fi. Ponit tres caſus, in quibus pluralitas ſolet in ſingularitates reſolui, quos quiſque videre poteſt, qui ſunt notabiles. Decimoquarto q̃-
188 ro, † an ſtatutum excluſiuum fœminarum propter agnatos, ſeu maſulos, intelligatur tantum eas excludere propter eos qui ſunt in pari gradu, non autem propter exiſtentes in vlteriori gradu. Paul. de Caſtro, in conſilio 346. incipiente, caſus præſens, in uerſic. cogitaui &c. in volumine antiquorum conſiliorum, ſecundum primam impreſſionem, & in

conſi.

Source : BIU Cujas

consi.28.incip. in puncto suprascripto eod.vol.secundum vltimam impressionem, tenuit quod non excludatur propter existentes in vlteriore gradu. Sequitur Alex. in l.si dotali.in
189 fine commen.ff.soluto matrimonio. Mouetur, quia † non est verisimile statuentes voluisse vlteriorem agnatum præferre fęminæ existenti in priore gradu. Et Moder.Bonon.in tract.dotium, vlt.par.in 47.q.incip.stante statuto,quod stantibus masculis &c.Refert Fulg.Rom. & Pet. de Ancha.consuluisse pro hac parte, quorum consilia non inueni. Et ita ēt transit Corneus consil.125.incipien.alias quarto volum.Di-
190 cens,quod † si statutum excludit fœminam propter eum,q̄ de iure cōi succedere potest, intelligitur de eo,qui est in pari gradu,non remotiore,ita quod filia per filium,soror per fratrem, non autem per patruum excludatur.ad quod facit,q̄d consuluit ipse Cor.consil.119. primo volumine, incipiente,
191 placet.quod † filia dotata excluſa, ne succedat in bonis dotantis cum fratrib.& alijs hæredibus, debet intelligi de alijs, cum quibus posset ipsa dotata concurrere propter verbum, alijs,& non de his,quibus præfertur. Sed contrarium tenuerunt plurimi Doct.volentes prætextu talium statutorum, excludi filiam propter nepotem ex filio. Et ita voluit Fulgo.in consi.78.incipien.suppositio statuto. & Pau.de Cast.in consi.
171.incip. præsens casus.in volumine antiquorum consiliorum, secundum primam impressionem. & Roma.in consilio 42.incipien. quatuor sunt.cum concordan. allegatis per Alexan.in consilio 97.incip. viso themate.maxime in secundo volum.& per me.infra 16.q. Et hanc contrariam opinionem dicit veriorem Moder. Bonon. in loco prælegato,dicens ita fuisse iudicatum Mantuæ de anno 1461.pro qua opi
192 nione facit, quia† ratio statuti & fauor masculorum ita militat in vlterioribus in gradu,sicut in existentibus in pari gradu. Et ita etiam sentit Fulgo.in consil.incip.tenor consuetudinis ciuitatis Alexandriæ. inserto inter consilia D. Franci-
193 sci Curtij, numero 34.Vbi voluit† stante consuetudine scripta ciuitatis Alexandrię, q̄ si pater dotauerit filiam, vel frater sororem, sit contenta dote pro paterna, & fraterna substantia , nisi pater uel frater aliquid reliquerit, nec amplius requirat a patre,vel a fratre,uel filiis fratrum, q̄ soror dotata a fratre, excludetur a fraterna successione, non tantum si adsint fratres superstites , uel filij fraterni, sed etiam per patruum & vlteriorem agnatum,ponderata ratione statuti,q̄ maxime secundum eum procedit,stante ibi alia ꝯsuetudine scripta,quod decedenti abintestato agnati præferantur cognatis.Concluendo breuibus veritas huius qōnis depēdet, ex his quæ dicam ꝯ,in 16.q.huius arti.& in decimaseptima. & omnino videantur, quæ dicam ꝯ.eo.in 20.q.Et præsuppositа pro uera ultima opinione est limitanda secundum Pau. de Cast.in consi. 97.incip. proponitur in Castro.in volumine antiquorum consiliorum,secundum primam impressionē,
194 vt †non procedat,si statutum diceret,q̄ filia nupta seu dotata non succedat patri,existente masculo hærede, quia tunc intelligeretur de masculo eiusdem gradus vere, vt quia sit frater eius, vel per iuris interpretationē, vt quia sit filius fratris,qui de iure communi patris sui locum subintrat, iuxta. §.posthumorum.instit.de exhære.libe. & l.gallus.in princip. & per discursum.ff.de libe.&posthu.& l.posthumorum.ff.de iniust.rup.& irri,fa.testa.& §.cum filius.instit.de hęre.quæ ab intest.defe.& auth.cessante.& auth.post fratres.C.de legi.hæ. Mouetur,quia alias sequerē q̄ agnatus decimi gradus, cui parum debita est hæreditas,excluderet filiam ,cui est multū debita.l.scripto. ff. vnde lib.& l.cum ratio.ff.de bo. dam. Q̄d esset inconueniens,argu.l.ex facto.§.fi.cum ibi notatis.ff.ad Trebel.Et hanc limitationem sequitur Modernus senen. in d.l.Gallus.§.etiam.versic.tertio limita. ff. de libe. & posthu. Sed cum supportatione militat ratio statuti in casu huius limitationis,siue ī ultimo agnato, sicut alias, Vnde credo hāc limitationem saluari,vt agnatus collateralis ulterior nō ex
195 cludat,†propterea quia illa verba masculis hæredibus,conueniunt descendentibns tantum, non autem collateralibus secundum magis communem opinionem, vt per Bal.in c.i. quali.olim feu.pote.alie.& in d.l.Callus. §.etiā.vbi late Ale. & Fran.de Are.ac scribentes cum concor ibi allegatis.Et ita recte intuenti sentit Pau.de Cast.in consil. 98. Decimoquin
196 to qnæro,†an si statutum excludat fęminas propter masculos de aliqua linea,intelligatur etiam excludere propter masculos de alia linea,puta si statutum excludat matrem propter superexistentiam masculorum collateralium, an auus paternus etiam excludat illam.Et quidem dicendum videtur,quod si agnatus collateralis remotioris gradus potest excludere talem fœminā. multo magis poterit excludere masculus ascendens de linea ascendentium proximior.ne deterioris sit condōnis ꝓximior,q̄ remotior.Ita dixit Ro,in consi. incip.visa municipali. versi. octauo &c.argu.l.si uiua matre. C. de bon. mater. Facit quod notat Bald. in l. uenia.C.de iuius voca.& in l.si vero.§.de uiro.ff.sol.mat.& in l.quod vero. ff.de legi. & Io.An. in addi.Spe.super rubrica de succes.abintest.cum concor.allegatis.s̄ in 6. artic.prin. tertio mēbro,
197 in 1.seu.2.Dum ibi dicūt, q̄ †stat.excludens filiam fœminā propter masculos,uidetur etiam excludere neptem ex filia, tanquam remotiorem.Facit q̄ dixit Bar.in l.2.§.videndum.
298 ff.ad Ter.dum uoluit,statutum †excludens matrem fauore agnatorum,videri ēt excludere,auiam maternam, tanquā, remotiorē.Ergo idē debet esse in proposito, maxime qa saltem ex parte masculorum hoc stat.reputatur fauorabile, & est ampliandum,vt traditur in l.venia.C.de in ius uocan.De quo dixi late,in quarto arti.princi.Et hanc opinionem sequitur Pau.de Ca.in consi.346.inci.præsens casus. in uolumine antiquorum consiliorum secundum primam impressionē, vbi loquitur in proposito illiusmet statuti.in quo consuluit. Rom.& mouetur eamet ratione,dicens hoc uerum esse, q̄n ille collateralis,qui est expressus in statuto non pōt venire ad successionem,nisi propter superexistentiam & cōiunctionē, talis ascendentis vt est patruus magnus,qui non nisi per coniunctionem aui paterni,ac eius personam pōt venire ad successionē nepotis,quia nisi auus generasset filium, ex quo natus esset talis nepos,patruus magnus ad eius successionē nō admitteretur,& quia omne ius debet esse potētius in causa, q̄ in causato.l.digna uox.C. de legib.& auus,vt dixi,est causa per quam patruus,contingit. & excludit fęminam . Facit ēt regula,si uinco vincentem te, ergo multo magis vinco te.l. de accessionib.ff.de diuer. & temp.præscrip. & c. authorita-
199 te de cōces.præb.Et late dixi.s̄.in 6.art.prin.†vnde cum stat. per collaterales excludat fęminam, & tunc comprehendat patruus magnus, multo magis comprehēdet auus paternus, ut matrem excludat.& si vellemus arguere de fratre defuncti ad auū,quasi maior sit ratio in auo,dicit Pa.de Ca.in cōs. prælegato, hoc verum non esse, quia frater utrinq; cōiunctus bn excludit auum,sed nō matrē.Vn fm eū melius est arguere de remotiore. ad illud de maioritate rationis, Rndet Pau.de Ca.q̄ quia sumus in correctoriis non fit extensio ex identitate vel maioritate rationis.l.illud & auth. quas actiones.cum ibi traditis.C.de sacros. eccl. Et prædictam conclusionem dicit Pau.de Ca.procedere,ēt si.adesset aliud statutū mandans verba statutorum intelligi ad literam,de quo late dixi.s̄.in 5.art.prin.in 27. q. Et cum hac sententia transit D. Lau.in repet. §.cæterum.insti.de legi.agna.succes.Vbi refert & sequitur prędictum consilium Pau.de Ca.Et pro prædicta opi. in terminis prędicti statuti Senarum consuluerunt Roma.& Pau.de Ca. ut concipere possum . & consuluit Panor.
200 in consi.75.incip.primo est uidendum.1.uol.Dicens†non esse verisimile statuentes voluisse fœminas excludi per collaterales,& non per ascendentes, qui possent simul succedere, vel qui eas excluderent de iure cōi.Mouetur ēt ex ratione statuti,quæ est in conseruanda agnatione,quæ militat in ascēdentibus de linea paterna. Sed fm veritatem in statuto excludente matrem,non cadit talis ratio,vt dixi s̄.in 3.ar.prin. Et in hac.q.puto transeundum cum sententia Pau.de Ca.in consi.prælegato ad vnguem, & cum sua declaratione, per ea,quæ dicta sunt. s̄.in 6.artic. prin.in 3.membro, maxime, in 1.q.& in 2.mēbro, & latius prædictorū veritas innotescet ex dicendis in sequen.q. Et prædicta procedunt,ēt si illi de linea non expressi æquiparentur a iure expressis, puta filius sororis,qui non est agnatus.l.2.§.1.ff.de suis & leg.& §. 1.instit. de leg.agna.suc. Nam vt dicitur in l.meminimus.& in l.lege 12.tab.C.de leg.hær.q̄ cēsetur agnatus, & habet iura agnato
201 rum. †Vnde si extet statutum, q̄ agnati a successione matrē excludant,non per hoc filius sororis matrem excludet, vt p Bal.in d.l. Meminimus.& Pa.de Cas.in d.l.lege 12.tabu.& in l.fi.§.in computatione.C.de iure deliber.& in l.in ambigua, ff.de legi.& D.Ias.in repe.l.omnes populi.in fi.commen.ff.de iust.& iur.Sed potest etiam dici,q̄ in his cessat ratio statuti,p ea,quæ dicta sunt supra in 9.quæstione. Decimosexto gene-
202 raliter quęro, † an statutum excludens fœminas per vnam personam,trahatur ad aliam. In hac.q.facio tres casus. nam quandoque persona non expressa in statuto venit mediante expressa,& quę fœminæ præfertur expressę, vt quia statutū, dicat,q̄ filia fœmina propter filios vel fratres masculos, excludatur, & præmortuo filio masculo cōtingat supervenire filium masculum natum ex eo,de quo dubitetur,an excludat amitam,& eo casu.Et in hoc exemplo secundum Bal.in l.venia.in fi.commen.C.de in ius uocan. quem ibi sequunt Saly. Pau.de Ca.Ale.& scribentes post eum, talis filius uel nepos, excludet amitam. Mouētur ex lata verborum significatione,iuxta.l.liberorum.ff.de verb.signi.& l.Luci.ff.de hære.instī.Quam opi.ante eos tenuit Bart.in d. l.liberorum. post Ia. de Aret.in quadam disputatione, vbi Bart.impugnat ratio-
203 nem prædictam. Et mouetur per alias rationes scilicet † qa beneficium datū filio,porrigatur ad nepotes ex eo,ex, dispo-

Source : BIU Cujas

ſitione iuris cõis, iuxta l. milites. & l. a diuo Marco C. de quæſtioni. & l. decurionum. ff. de pœ. & l emancipatum. ff. de ſena. & l. 1. C. de priuile. dot. Item, quia nepos ex filio, ſublato filio de medio incipit locum filij tenere. §. cum filius. inſtit. de her. quę ab inteſt. defe. & §. poſthumorum. inſti. de exhære. li.
204 cum ſi. † Vnde ſicut filius excluderet ſororem ſuam, ita dẽt illam excludere filius ex eo. Facit, quia ſubrogatum ſapit naturã eius, in cuius locũ ſubrogatur. l. ſi eũ. §. qui iniuriarũ. ff. ſi qs cau. l 1. §. hoc. ff. ſi quis teſta. li. eſ. iuſ ſue. Facit, quia ſtatuta bene recipiunt interpretationem extenſiuam paſſiue. l. 1. ff. ad muni l 1. §. 1. ff. ad leg. Fal. Et no per Bar. in l. omnes pop. in 6. q. prin. ff. de iuſt & iu. Item pro hoc adducebat Iac. de Are. in diſputatione. s̃. alleg rationẽ ſtatuti, quæ ita bene militat in nepote ex filio, ſicut in filio, licet hoc fundamentũ non placeat Bar. & male, vt dixi in 3. art. prin. eandem opi. tenuit Io. An. in addi. Spe. in rub. de ſucceſ. ab inteſt. & Bald. in l. ſcimus. C. de inof. teſta & in l. maximum vitium. C. de lib. prę. Vbi late examinat hunc paſſum, & Pau. de Caſt. in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſol. mat. Motus ex ratione ſtatuti, & in d. l. maximum vitiũ. & in conſ. 171. inci. præſens caſus. & in conſ. 338. alias 646. incip. etiam præſens caſus. in vol. antiquorum conſiliorum, ſm primam impreſ. & Fulg. in l. de quib. quem ibi ſequitur do. præceptor meus. ff. de legi. & idem Fulg. in conſ. 78. incip. ſuppoſito ſtatuto. & Ang. in conſ. 27. & Pet. de Ancha. in repe. c. canonum ſtatuta. verſ. tertio principaliter. de conſtitu. & in clemen. 1. de baptiſ. Panor. in conſ. 75. incip. primo eſt videndum. 1. vol. Alex. in d. l. maximum vitium. & in d. l. venia. & aliquid in l. illam. C. de colla. Et D. Iaſ. in l. 1. §. hoc autem. 2. lec. ff. ad Trebe. & Ang. Are. in §. 1. col. fi. inſti. de iu. na. gen. & Cy. & Lau. de Fano. & in repe. §. cæterum. inſtit. de legi. agn. ſucceſ. & do. præpoſitus in arbore conſanguinitatis poſito poſt. c. fi. de conſangui. & affini. cum concor. per eũ alleg. Et hæc opinio in tali nepote ex filio eſt cõmunis & tenenda, quamuis aliter ſenſerit Bal. in l. ſed & milites. in prin. ff. de excuſa. tuto. & in l. Gallus §. inſtituens. in fi. commen. ff. de li. & poſth. Et expreſſius in d. §. de viro. & Alex. in conſ. 104. incip. conſideratis verbis. 2. vol. & Barba. in conſ. 39. incipiẽ.
205 hac dubitatione. in 2. uol. Ex eo quia † filij appellatione proprie nepos non continetur, & quia non eſt facienda extenſio de perſona ad perſonam. Sed ex prædictis & no. per Bar. in d. l. liberorum. apparet ſolutio ad hęc fundamenta. Quãuis Imo. in d. §. de viro quærat ſaluare Bald. cum quadam diſtinctione, ſ. ꝙ aut ratio eſt expreſſa in ſtatuto, & tunc ſi concernit perſonas ſolummodo filiorum, vt quia dicatur, volentes fauere filijs maſculis primi gradus, nepos ex filio fœminam non excludet, ar. l. iubemus. C. ad Treb. Si vero dicatur in ſtatuto volentes fauere agnationi maſculorum, tunc vi rationis bene comprehendetur nepos ad excluſionem fœminæ, cum per rationem mens diſponentis colligatur. l. 1. C. quæ ſit lon. conſue. l. cum mulier. ff. ſol. matr. Si autem nulla ſit expreſſa ratio, tunc ſecundum Imo. quia ſumus in dubio, an ſtat. voluerit fauere agnato, an vero ſolis liberis primi gradus, & ſumus in materia correctoria iuris communis, interpretandum eſt ſtatutum, vt minus lædat ius cõe, quam fieri poſſit. Et idcirco non comprehendit nepotes. l. 2. C. de noxa. & c. cum dilectus. de conſuet. nam iſta conſideratio etiam confunditur per prædicta. Et maxime, quia ratio agnationis ſola reddi poteſt, & habetur pro expreſſa, vt in locis prædictis, & per do. præceptorem meum in l. de quibus. Et late dixi s̃. in 3. art. prin. Et prædictam concluſionem quam dixi tenendam, limitat Bal. in l. maximum vitium. procedere, niſi tale ſtat. ſit intelligendum ſm vulgarem & expoſitiuam interpretationem, vt quia ſtatutum expreſſe talem interpretationem prohibeat, vel adſit tale ſtatut. generale, diſponens ſtatuta debere ita intelligi, ad literam, quia nepos proprie, & ſecundum talem expoſitionem non dicitur filius, & tunc non attenditur ratio ſtatuti, quæ alias non intelligeretur prohibita, niſi expreſſe prohiberetur interpretatio, ex identitate rationis inſurgens, cum non dicatur extenſiua, ſed declaratiua, & intellectiua. De qua prohibitione & eius effectu, la
206 tius dixi ſupra in 5. art. in 13. q. † An autem, quod concluſum eſt de nepote ex filio, vt excludat amitam, etiam procedat in nepote ex fratre ſeu ex filio fratris, vt excludat amitam,
207 vel ſororem patruelem, ſtante ſtatuto quod extantib. fratribus, ſorores nõ ſuccedant, per prædicta apparet, quod ſic, & quod per tale ſtatutum fratres patrueles excludãt ſororẽ patruelem, voluit Ioan. And. in addi. ſpecu. in rubr. de ſuc. ab inteſta. ver. eſt ſciendum. poſt Iac. de Are. cũ quo tranſit Bal. in l. ſcimus in prin. C. de inof. teſta. & Ang. in conſ. 344. inci. totum dictum ſtatutum. Mouetur, quia hi, fratres appellantur. l. iuriſconſultus. §. cum autem. ff. de gradi. & §. 4. inſti. eo. tit. & l. ſi frater. C. qui te. face poſ. Saltem large, ut probatur in l. Lucius. §. quæſitum. ff. de leg. 3. & ſic verba ſtatuti conueniunt huic caſui. Item & mens, quæ eſt, vt agnatorum ſal-
208 ua ſit dignitas, vt late dixi s̃. in 3. art. prin. † Et ſtatutum exorbitans loquẽs in vno caſu, extenditur ad aliũ, qui large ſublata ſignificatione comprehenditur in expreſſo. l. filium habeo. ff. ad Maced. l. ſenatuſconſulto. ff. de rit. nu. No. gl. in l. 1. §. miles. in prin. ff. de re iudi. Cy. in l. 1. C. quæ ſit long. conſue Et Bar. in c. fi ff. de conſue. cũ concor. traditis per Modernos. in auth. quas actiones. C. de ſacroſ. ec. Et cũ hac ſententia videtur tranſire Ale. in conſ. 204. incip. conſideratis uerbis. ſecundo uolumine. Contrarium uero tenuit Bal. in l. iubemus
209 §. fina. C. ad Trebel. ſcilicet, ꝙ † ſtatutum prædictum intelligatur de fratribus primi gradus, vbi dicit ſe ita conſuluiſſe & in c. quæ in eccleſiarum. de conſti. Vbi reprehendit quendã magnum doctorem, qui aliter cõſuluit. & in c. 2. in fi. de feu. marchi. vbi ẽt dicit ſe ita conſuluiſſe. Motus, quia iſte eſt caſus omiſſus a ſtatuto, & per tex. in d. c. 1. & per no. per Iac. But.
210 in l. 1. C de ſucceſ. edic. Vbi uult † ſtatutum excludens matrẽ propter patruum defuncti, nõ intelligi de patruo magno, de quo. j. dicam. Idem volunt Roma. Ale. & Moderni. in l. 1. C. de ſuc. edi. Pet. de Anc. in repe. c. canonũ ſtatuta. in ver. dicto de filiis. de conſti. maxime qa uerba ſunt capienda in potiori ſignificatu. iuxta, no. per Dy. in l. 1. ff. de ver. ſig. & quia cõis
211 vſus loquendi ita ſe habet, & quia † ſtatutum eſt interpretadum ut minus lędat ius commune, quam fieri poſſit. idẽ cõſuluit Rom. in conſ. 42. incip. quatuor ſunt. & Ale. in cõſ. 47. incip. uiſo themate. 2. uolu. Vbi loquitur in terminis ſtatuti Imolæ, & in l. ſi dotali. ff. ſol. mat. & dom. præceptor meus in d. l. 1. C. de ſucceſ. edi. & in l. tres fratres. ff. de pactis. Et Modernus Bonon. in tractatu dotium, vltima parte. q. 38. inci. ſtatu
212 to cauetur, ꝙ fratres, † & ꝙ maxime in ſtatutis appellatione fratris intelligamus de carnali, & non cõſobrino, voluit Ange. in l. 1. per gl. ibi. ff. de inof. teſt. & in auth. matri & auiæ. C. qñ mul. tu. offi. fun. poſ. & in conſ. 221. incip. domi. Iordanus. & eſt generale in dubio in quauis materia, vt per Bar. in d. l. Lucius. §. quęſitum. & Imo. & Pa de Ca. ac Ale. in indiuiduo in d. l. ſi dotali. & Ang. in d. l. 1. & in locis. s̃. allegatis, & Bald. in l. vxor. C. qui accu. non poſ. Et ideo conſuluit Bal. in conſ. 30. incip. præſuppoſito ſtatuto, in primo uol. ſecundum ulti-
213 mam impreſſionem, † ꝙ ſtatuto excludente filiam dotatam propter fratrem defuncti, non ſuccedet filius fratris ſimul cum patruo excludente, quod dictum non habeo pro vero, per ea quę dixi late. s̃. in 6. art. prin. in tertio membro, in 3. q. Qñ concurrit perſona non excluſa a ſtatuto. Pro concordia harũ opi. dicebat dominus præceptor meus in d. l. 1. C. de ſuc-
214 ceſ. edic. ꝙ † qñ ſtat. excludit fratres, intelligitur ẽt excludere patrueles ac remotiores. Et ita intelligit Io. And. in dicta rubrica de ſucceſ. ab inteſta. & Ang. in dicto conſil. 344. cum concor. s̃. allegatis. Sed qñ admittit fratrem, tunc intelligit, de fratre primi gradus, & ita intelligit no. per Bar. in d. §. quæſitum. Sed Ale. in dicto conſi. 24. Cum quo tranſit do. Cur. iunior conſ. 5. Aliter ſaluat dictum Io. An. in rubrica allegata. volens ꝙ procedat qñ frater patruelis non tractat de excludendo illam perſonam, quam verus & proprius frater excludebat, videlicet amitam patris ſui ſororem, ſed quærit excludere ſororem patruelem. Et ita etiam ſentit in d. l. ſi dotali. & hoc ante uoluit Roma. in l. prima. C. de ſucceſ. edi. Mouentur, quia non eſt par nec tanta ratio in admittendo remotiorem ad excluſionem proximioris. Facit ꝙ etiam dicit Bal. in l. quod vero. circa fi. commen. ff. de legi. & Ale. in conſ. 97. ſecundo uolum. Alia concordia poſſet colligi ex no. per Imo. in l. ſi vero. §. de uiro. ff. ſol. matri. ſed illam concordiam. s̃. reprobaui. Breuibus, communis opin. eſt, ꝙ tale ſtatutum intelligatur de fratribus primi gradus, ſecundum ꝙ intelligit ius cõe. l. 2. C. de noxa. & c. cum dilectus. de conſue. Quã opi. ſequitur Cor. conſ. 57. inci. videtur. in fi. 2. uol. & in conſi. 160. incipiente. in conſiliis, verſi. & ſtatuta. 2. uolumi. & conſilio 169. incipiente. multæ. in fi. 4. volu. Et ita etiam late conſul-
215 uit Maria. conſi. 30. incipiente quamuis. Dicens, ꝙ † ſi filia dotata excludatur propter fratrem filię uel patruum, nõ excludetur propter filium patrui, videlicet fratrem patruelem Et eſt regulare, ꝙ quãdo ſtatutum excludit propter agnatos vel agnatas uſq; ad quartum gradum, dum includit has perſonas, cęteras uidetur excludere, vt per Corneum conſ. 115. incipien. in hac. 2. volumi. Hinc dixit Soci. in conſ. 9. incipiẽ.
216 viſo. 2. uolumi. quod † excluſa propter fratrem & patruum, non excluditur propter filium patrui. Et ſi dicatur quod ſaltem ex ui rationis, quæ verſatur in præſeruanda agnatione, debet intelligi ẽt de fratribus & ſororibus patruelib. cum habeatur talis ratio pro expreſſa, vt dixi s̃. in 3. art. pri. reſpondetur, quod aut præſupponimus, quod intelligatur de filio fratris ad excluſionem amitæ, & tunc non trahitur ad eum ſta. nec ex verbis, quia reſpectu amittæ, nullo mõ eſt frater. nec ex ratione, quia non eſt par uel tanta ratio in filio fratris, qui eſt remotior, quæ eſt in fratre, vt dixi, per ea, quæ dicã in ſeq. caſu. ver. ubi autem, ſed quando agitur de fratre patruele, vt

excludat

Source : BIU Cujas

excludat ſororem patruelem, non poteſt bona ſolutio accõ modari, iuxta ea, quæ in ſimili dixi ſ. in 6. art. princi. in tertio membro, in 3. q. Secundus caſus, eſt quando perſona expreſſa in ſtatuto eſt iuncta per non expreſſam, quæ uult fœminã
217 excludere, vt quia excludatur † ſoror vel filia extante patruo & tunc multomagis excludetur extante patre, per quem patruus defuncto coniungitur, ſecundum Pa. de Ca. in conſil. 346. inci. caſus præſens. in uolumine antiquorum conſiliorũ ſecundum primam impreſſionem. Vel quia excludatur ꝑꝑ filium fratris, nam multo magis excludetur propter fratrẽ, vt dixit Pau. de Ca. in conſ. 341. inci. hæreditas prædicta. eo. vol. poſt no. per Iac. de Are quem refert Io. An. in addi. Spe. ſ. allegata rubrica de ſucceſſ. ab inteſta. Cum volũt, ꝙ ſtatutum loquens de vna perſona, extenditur ad aliam, quę venit illa mediante. Et dixit Cor. conſ. 97. inci. quanquã. 5. vol.
218 † ꝙ ſi filia excludit patrem, auum, & proauum, pariter excludat patruum, vel fratrem, qui non attinent perſonæ defunctæ, niſi mediante perſona patris, aui, vel proaui. Et cum hac ſententia tranſit Soci. conſ. 9. inci. viſo. 2. uol. Facit ꝙ no. Bal. in l. illam. C de colla. Et dixi late in 6. art. prin. 3. membro 1. 2. & 3. q Quod maxime procedit, quando ex larga ſignificatione contineri poteſt perſona non expreſſa, quia tunc licet arguere a maioritate vel paritate rationis, de quo dictũ fuit in præcedenti membro. Facit quod dicam in ſeq. ſcilicet, ꝙ ex identitate vel maioritate rationis in terminis ſtatuti noſtri licita ſit extenſio, cum limitationibus quas ibi dicam.
219 † Ex prædictis infertur ꝙ ſi mater vel auia excludatur ꝑꝑ fratrem patruelem ſeu filium fratis, multomagis excludatur ꝑꝑ ipſum patruum qui eſt cauſa coniunctionis ipſius fratris patruelis, vt plene conſuluit Corn. conſ. 188. inci. in præſenti. 2. vol. Vbi idem dicit, ſi ſtat. excludat matrem propter fratrem patruelem, quia nihilominus patruelis excludet auiã, quæ venit mediante matre. Tertius caſus eſt, quando perſona maſculi non expreſſa in ſtatuto, de qua dubitatur, an excludat fœminam, non eſt cauſa coniunctionis expreſſe, nec
220 coniuncta per illam, puta, qa † ſtatutum excludat matrem, vel filiam, vel ſororem propter patruum, & adſit frater germanus, vel alia perſona proximior, vel in pari gradu ſuccedendi expreſſe, & in qua ſit tanta vel maior ratio. In quo caſu Pau. de Ca. in l. illam. C. de colla quem ſequitur Ale. in cõ ſil. 97. incip viſo themate. in prin. 1. uol. tenuerunt, ꝙ mater, per fratrem germanum non excludatur, propterea quia, in correctoriis ex maioritate vel identitate rationis non eſt licita extenſio. l. illud. & d auth quas actiones. cum ibi traditis. C. de ſacroſ. eccl. Et ideo ſecundum eos ſi talis frater ſit coniunctus ex latere patris tm̃ defuncto, mater ei prę fertur ex diſpoſitione iuris communis, cum ceſſet ſtatutum, auth. defũcto. & in corpore vnde ſumitur. C. ad Tertul. Sed p̃riam partem puto ueriorem, quia vt totiens dixi, & late cõcluſi in 3. art. prin. ſecundum veriorem, & magis communem ſenten
221 tiam, † ratio prę ſeruandæ agnationis habetur pro expreſſa in ſtatuto, quo caſu bene eſt licita extenſio, vt ibi dixi. & tradit̃ in l. quamuis. C. de fideicom. Cy. & Ang. in l 1. C de adulter. Pau. de Ca. in l. ſi vero ff. de viro. ff. ſo. matr. & per Bal. in l maximum uitium. C de lib. præte. ubi dixit, ꝙ tunc non dicitur fieri extenſio, ſed ſubeſſe interpretatio intellectiua ſeu declaratiua. no. Ale in l. ſi conſtante. in prin. ff. ſol. matri. & domi. præceptor meus in d. auth. quas actiones, ꝙ maxime procedit, quia tale ſtat. eſt fauorabile, maxime ex parte maſculorum, ut traditur in l. uenia. C. de in ius uo. Et late dixi. ſ. in 4. art. prin. Et ꝓñr eſt ampliandum, ut in regula, odia. de re. iur. & in l. cum quidam. ff. de lib. & poſth Faciunt ēt, quæ no. Pet. de Anc. in repe. c. canonum ſtatuta. de cõſti. Et quæ dixi ſ. in præce. quæſt. Et ita ēt tenet Cor. cõſ. 269. inc. cõſtat. 4. uol. Di
222 cens ꝙ † ſtat. excludens matrem propter patruos, & filios patruorũ multomagis excludit ꝑꝑ fratres conſanguineos tm̃, & quod excludens matrem & aſcendentes ꝑ lineã maternã propter auiam maternam, multo magis excludit propter ſo
223 rorem conſanguineam tantum. † Et prædicta ſunt intelligẽda, niſi perſonæ maſculorum eſſent limitatæ, ut quia ſtatutum excludat fœminas propter agnatos uſque ad talem gradum, uel propter fratres primi gradus, uel uolendo fauere, fratribus primi gradus, uel alio modo æquipollenter, ſecundum Baldum in conſilio 85. incip. ſtatuto ciuitatis Florentię 1. uolum. ſecũdum ultimam impreſſionem, & in conſil. 69. incip. Martinus Ioannis, inſerto inter conſilia Ang. & Imo. in d. §. uiro qui in hoc bene dicit, quia tunc ex identitate rationis etiam expreſſe non fieret extenſio, ſecundum Bald in d. auth. quas actiones. poſt Gul. de Cu. & Cy. ita. intelligentes tex. in authen. hæc conſtitu. inno. quos ibi ſequitur dominus prę ceptor meus in uerſicu. ſecundo limita. Facit, l. in agris. ff. de acqui. re. domi. ſcilicet, ꝙ limitata cauſa limitatũ dēat parere effectum. Idem eſſet, ſi adeſſet dictio taxatiua tm̃ ſecundum doct. in locis prædictis, & Sal. in l. illud. C. de ſacroſan. ec. vbi reſpondet ad gl. in l. ob ęs. C. de prædi. min. quæ al-
224 legatur, ꝙ † dictio taxatiua non excludit caſus ſimiles, vel ſimilem rationẽ habentes. Itẽ prædicta non procederent, vbi ceſſaret talis ratio, vt qa ageretur de ſucceſſione fœminę, vt late dixi ſ. in 3. ar. prin. circa fi. quia tunc procederet regula, ꝙ in correctoriis ex idētitate vel maioritate rationis nõ fiat
225 extenſio. † Vbi autem perſona agnati maſculi non expreſſa, q̃ uult excludere fęminã, eſſet remotior expreſſa, adhuc ſm aliquos dicendum eſſet fęminam exeludi, propterea qa in ea militat ratio ſtatuti, per iura prędicta. & ita voluit Fulgo. in cõſ. 33. inci. tenor conſuetudinis inſerto inter conſilia domini Fran. Cur. cui conſ. ſe ſubſcripſerunt alii non modicę
226 authoritatis Docto. vbi tenuit, ꝙ † ſtãte conſuetudine Alexãdrię in ſcriptis redacta, ꝙ ſi pater dotauerit filiam, vel frater ſororem cõtentam dote pro paterna & fraterna ſubſtantia, niſi pater uel frater aliquid reliquerit, nec amplius requirat a fratre vel a patre vel filiis fratrum, ꝙ ſoror dotata a fratre excludat̃ a fraterna ſucceſſione nõ tm̃, ſi adſint frater ſuppſtes vel filii fratrum, ſed etiam propter patruũ vlteriorẽ agnatũ, ponderata ratione ſtatuti, ꝙ maxime procedit ſm eum, ſtante ibidem alia conſuetudine ſcripta, ꝙ decedenti ab inteſt. agnati prę ferantur cognatis. Contrariũ credo verius qanon eſt par uel tanta ratio in remotiore, vt excludat fęminã, quę eſt in proximiore a ſtatuto nominatim vocato per ea quę in ſi'i dixi ſ. in 6. art. prin. 2. membro. 3. q. in fi. & dica in ſe. Plus ſenſit domi. Sign de homo. in conſ. 218. incip. in Themate
227 quæſtionis. ꝙ † non tantum in perſonis, ſed etiam in caſu ſucceſſionis debent verificari verba ſtatuti. ad hoc vt habeat locum eius diſpoſitio, & vt agnatis fęmine prę ferãtur. De quo alibi dixi, maxime in 8. art. prin. in ult. q cum præced. Cæte-
228 rum in hac materia eſt facienda regula negatiua, ꝙ ſi † perſona proximior, vel qua mediante remotior eſt cõiuncta, nõ excludit fœminã, minus excludat perſona cõiuncta, per illã proximiorem, ita ꝙ auunculus qui eſt coniunctus mediãte perſona matris, non excludat filiam, q̃n mater eã non excluderet, vt per Cor. conſ. 115. inci. in hac. 2. uolu. Idem uult ipſe Con. conſ. 90. inci. ſcrupuloſa. ver. & pro iſta 3. uol. Dicens, ꝙ vbi patrui nominati ſunt in ſtatuto excludente filiam, debemus talem ſumere interpretationẽm, ꝙ ſi parentes primi eã non excluderent, multominus excludat patruus, & faciunt, quæ dixi in 6. arti. prin. in tertio mẽbro. Incidenter iuxta prę-
229 dicta contingit dubitari, † an ſtat. excludens matrem ꝑꝑ patruum, intelligatur ēt excludere propter patruum magnum. Iac. But. in l. 1. C. de ſucceſ. edic. Cum quo ſimpliciter tranſit, Bal. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. & Ang. & Rom. in d. l. 1. & Rom. in conſ. 42 inci. quatuor ſunt, tenuit ꝙ nõ, motus quia patruus magnus eſt improprie & largo modo patruus, vt dicit gl. in d. l. 1. cum qua tranſeunt ibi Pe. Cy. Ray. & communiter antiqui. & in ſtatutis verba debent proprie, & ſtricte intelligi. l. 3. §. hęc verba. ff. de ne. ge. l. 1. §. ſi is, qui nauem, cum ſi. ff. de exerci. Et ita conſuluerunt multi Doc. Bononi. ſecundum Bal. in d. l. 1. ſed hoc fundam entũ impugnat Bal. Saly. Pau. de Caſt. Fran. de Are. Ale. & cõmuniter Mod. in d. l. 1. uolentes, quod patrus magnus ſit proprie patruus, qa illa dictio, magnus, nõ denotat improprietatem, ſed apponitur gratia differentię & demonſtrationis. Vnde ipſi idem tenẽt,
230 per alia fundamenta. ſ. † quia verba indifferenter prolata, debent intelligi per prius, & ſic de patruo proximiore, & non per poſterius, nec de patruo remotiore ſicut eſt patruus magnus. l. qui liberis. §. hęc verba. ff. de uul. & pup. Itẽ, quia ſtatuta ſunt ſtricti iuris, & ſunt ſtricte intelligẽda & reſtringẽda, vt minus hẽant abſurditatis. Nec ſm Bal per abuſiuum modum loquendi illiteratarum perſonarum ſiue uulgariũ. verbum prolatum a ſtatuto, inciuiliter extendi debet. Item prę ſupponit Bal. non debere hoc ſtat. late intelligi, tanquã ſit odioſum. c. o dia de reg iur. in 6. l. cum quidam. ff de liber. & poſth. Et cum prædicta opinione tranſeunt idem Bal. in l. iubemus. §. fi. per illum tex. C. ad Treb. & in conſ incip. in Chriſti nomine, ſi mater non extat. & Pe. de Ancha. in repe. c. canonum ſtatuta. ver. quid dices de patruo magno. de conſtit. Roma. in conſil. 18. incip. viſo themat. & Ale. in conſ. 97. incip. viſo themate. 2. vol. Et hæc opinio eſt cõis. Pro qua facit, quod dixit Bal. in l. quod vero. ff. de legi. & l hac edictali. ſup
231 ver. quã obſeruationem. C. de ſecun. nup. Quod † ſtatutum faciens mentionem de nouerca, ſeu excludens materteram non comprehendet materteram magnam, ſeu nouercam magnã. Ad idē facit ſm Bal. in d. l. ꝙ vero. & Roma. & Alex. in d. l. 1. C. de ſucceſ. edi. quia non eſt par, vel tãta rõ in admittendo remotiorẽ agnatũ, ſicut proximiorẽ ad excluſionẽ fęminæ, prout ēt dixi ſ. hac ea. q. in præced. co. Et cum iſta opi. tranſit dominus Maria. conſ. 30. incip. quamuis. Et pulchre, ac copioſe ſub verborum breuitate dominus Bar. ho. Socin. in conſ. 144. incipien. diligenter conſiderata. ante medium.
232 1. vol. Dicens, ꝙ † ſi ſtatu. excludat fœminas extantibus fratribus,

Source : BIU Cujas

tribus,vel filijs fratrum,aut patruis,vel filijs patruorū, ſoror non excludetur a ſucceſſione fratris, nec mulier ꝑꝑ filiā patrui magni,quæ nec per ipſum patruum magnum fuiſſet excluſa,quia ſtatutum de patruo non trahitur ad patruum magnum.Sequitur Cor.conſ.92.incip.uidetur.2.uolumi.ſed in contrarium arguit do.præceptor meus in d.l.1. Primo, quia hoc ſtatutum ſaltem ex parte maſculorum eſt fauorabile,& ideo extendendum,per ea quæ late dixi s̄.in 4.ar.prin.Secūdo ex ratione præſeruandę agnationis, quæ ita militat in patruo magno,ſicut in alio,per ea quæ dixi s̄.in 3.ar.prin. Item in contrarium facit ſecundum Ale.l.1.quod dixit Bar.&poſt eum Bal.in l.cui eorum.§.affinitatis.ff.de poſtu.& Bar. in l.ſi ſub conditione.ver.quæro quid in proauia.ff.de tut.& Bar.in l.Gallus.§.inſtituens.Cum quo tranſeunt ibi Imol. & Cu.ff. de li. & poſth. volentes per tex.in d.§.affinitatis.ꝙ diſpoſitio auth.matri,& auiæ.C.qñ mu.tu.off.fun.po. licet ſit correctoria loquens in auia,trahitur ad proauiam. Verum ex prædictis patet reſponſio,maxime,quia non eſt par,uel tanta ratio admittendi remotiorem agnatum ſicut proximiorem . Itē, quia uerba debent intelligi per prius & non per poſterius,ut atteſtatur Philoſophus.& facit in l.hoc legatum. & ibi Bar. ff.de leg.3.& l.legatis.ff.de lega.2.De aliis.n.fundamentis nō eſt curandum.Item ad no.in d.§.affinitatis.reſpondet Alex. in d.l.1.dupliciter,vt ibi per eum & per Mod. Peru. Vbi autē ſtatutum excluderet patruum, tunc bene excluderetur patruus magnus, in quo maior eſſet ratio, ut excluderetur, & quia vbi excluditur proximior in gradu, ſequentes etiam excluduntur.l.1.in prin.& ibi gl.no.in uerbo,fiſco. ff.ſi quis alitеſta.prohi. Statuta.n.recipiunt interpretationem per punctum rationis.vt dixit Bal.in c.1.de conſtit. Facit regula.l.de acceſſionib.ff.de di.& temp præſcri. Et quod dixi ſupra poſt Bal.in d.l.quod uero. Et quod dixi ſupra late in ſexto articu. prin.in 3.membro,in 1.2.& 3 q.Et quod dixit Ange.in conſ. 344.incip.totum prædictum ſtatutum de ſtatuto excludente fratres,ut intelligatur multo magis excludere fratres patrueles.Et ita tranſeundum puto, poſt dom.præcept.meum in d.
233 l.1.qui late examinat hanc quæſt.Inſuper. †Prędicta deciſio ꝙ fœmina non excludatur per patruum magnum, limitaī, niſi in ſtatuto excludente fœminam propter patruum fieret in aliqua parte mentio de patruo magno, taliter ꝙ poſſet cō iecturari dicta in vna parte, aliam partem declarare,uel niſi nominarentur in ſtatuto ad excluſionem fœminarum aliæ perſonæ,quæ non eſſent patruo magno proximiores, vt per dominum Barthol.Socin.conſilio ſuo 280.incip.conſidera
234 ta.1.volum.iuxta prædicta videndum eſt, †an ſtatutum excludens filias propter filios, excludat neptes propter nepotes ex filio maſculos. Hæc quæſtio habet duo capita. Primū eſt, an ſtatutum excludens filias,pariter excludat ſilios filiarum ſeu neptes ex filijs maſculis, quod iate examinaui.s̄.in 6.articu.principali,in 3.membro.1.q. in quo concluſi quod ſic. Aliud eſt,an ſtatutum excludens fæminas propter filios, pariter excludat propter filios filiorum. In quo etiam concluſi,quod ſic,ſupra hacmet.q.in principio.Ex quibus capiti
300 a ſucceſſione,non excludit a ſucceſſione iam acquiſita. Idẽ in ſtatuto excludente maritatam,quia non excludit ab hæreditate iam acquiſita,ut late dixi s̃.in 6.arti.prin cipa.4.mẽbro.in 16.q.Et cũ prædicta opinione,quod per filios ſecundi matrimonij,non excludatur filia prioris matrimonij,trãſeunt Maria.conſi.84.incip. uiſa p̃dicta. ubi plene examinat hunc paſſum & Soc.in l.cum uir.ff.de condõ. & demon. cũ multis concordan.alleg.s̃.eo.in 5.q.in fi. & hoc maxime ꝑcedit in terminis ſtatuti Aſtenſis,ubi dicitur, quod non ſuccedat mulier cum fratribus, & ſic loquitur ſtatutum noſtrũ in ſucceſſione fratribus delata,cum iſta nõ deferatur,vt ibi. & dicit Maria.ubi s̃.in 3.colum.quod ipſe exiſtens arbiter ſe mel iudicauit, & refert multos doct.qui idem conſuluerũt, de qua quæſtione etiam dixi s̃. eod. 18. quæſtione. Ad illud uerbum,quia non ſuccedat in bonis maternis cum fratrib. ex parte patris,poteſt dici,ꝙ non eſt ibi dictio tantũ,& quod hoc dicitur ad differẽtiam uterinorum tantum, quaſi ſtatutũ nolit de uterinis diſponere, ſi forte talis uxor fuiſſet alias nupta,cum de eis ſit diſpoſitum per aliud ſtatutum,quod incipit,deteſtanda.uel ꝙ illud uerbum intelligatur in hæreditate paterna.Trigeſimoprimo tangit Corneus conſi. 313.in
301 cipiente,uidetur 4.uolumine,† an perſona in una parte ſtatuti nominata, poſſit in alia parte repeti, ut aliam perſonã, puta agnatam,uel fœminam excludat. Puta ſi ſtatutum excludat dotatam,& deſcendentes ex ea ab hęreditate patris. & aſcendẽtiũ ex pr̃na, linea ſi ſuperſint fratres ipſius mulieris utrinque coniuncti,uel conſanguinei tantum.Et in alia parte, ſtatuti filia dotata ſimiliter excludatur ab hæteditate matris,& aſcendentium per lineam maternam,exiſtentib. fratribus utrinque coniũctis dictæ filiæ, an intelligatur quo ad ſucceſſionem matris repetitum,exiſtẽtibus etiam fratribus conſanuineis tantum,& arguit quod ſic,maxime extante rubrica generali,quod dotata nõ ſuccedat,per ea,quæ di-
302 xi.in 8.articu.principa.Tum quia† dictum in una parte legis in alia parte cẽſetur repetitum,& in alio capitulo multum non diſtant l.quemadmodum.§.fin.ff.ad leg.Aquiliam. ubi Bald.& Flo.& l.1.in princ.ff.de incen.rui.naufr.& l.prętor.la 2.§ erit.ubi late Barto.ff.ui bono.rapt.poſtea cõcludit Cor. nõ fieri repetitionem.Tum qa in prędicti capitulo legis reſpicientia narrationem facti,ꝙd eſt exiſtentia fratrum conſanguineorum tantum, non intelliguntur repetita,ut ꝑ Bar. in d.§.erit.Tum quia ubi eſt rõdifferentię,nõ fit repetitio,argu.l.1.in fi.C. de libe.preteri. & c.inquiſitioni. de appella. & eſt rõ differentię,quod fœminna excludatur per utrinq; cõiunctos & ꝙſanguineos tm̃,ut dixi s̃,eo. in 18.q.& in caſu, in quo ꝙſuluit D. Philip.Corn.erat multo maior rõ, ut dixi in præceden.ſeu 30.queſt. Et placeat aduertere, quod non fuit mihi otium examinandi additiones,quas feci primę impreſſioni huius operis,ideo plerunque ſicco pede pertrãſeo. Trigeſimoſecundo ex dictis in trigeſima quæſtione, inſurgit
303 deciſio alterius queſtionis, † quod fœmina excluſa propter maſculos,intelligitur excluſa propter eos,qui ſuntin natura tempore delatę ſucceſſionis,ſequitur Corneus conſilio 314. incipiente,videturverſic.poſtremo 4.volumine.Nam quali ras excluſiua poſt hæreditatem acquiſitam,nõ officit nec excludit, vt dixi late. s̃.in ſexto articulo princ.4.membro. q.9. cum concordan. de quibus ibi per Corn. Et quia conceptus & natus mortuo eo,de cuius ſucceſſione agitur,ei non agnaſcitnr,nec dicitur attinere.l.1.§.ſi quis proximior.ff.vnde cognati.l.Titius. ff.de ſuis & le.& l. Paul. ff.vi bon.rap.& dixi s̃.
304 Trigeſimotertio quæro, † an excluſa propter aliquos maſculos,vel agnatos & eorum hæredes excludatur extãtib. qbuſuis hæredibus tam de agnatione qꝫ extraneis,vt quia filia excludatur propter fratres & filios patuorum ac eorum hæredes deinceps, prout in decretis patriæ Montisferrati. Iſta eſt pulchra & quotidiana quæſtio,in qua ſæpe cõſului.Et ſecundum Bald.conſi.113.incipien.ſuper ijs in fin.4.volum.vltima impreſſione,ſubverbo,hæredum,hoc caſu ſolum comprehenduntur maſculi deſcendẽtes ex iſtis nominatis in ſta
305 tuto,ad fęminæ excluſionem,& loquitur Bald.† ſtante ſtat. quod exiſtente maſculo,fœmina non ſuccedat,eo ſaluo,qd ſi nõ adſint hæredes, tũc fęmina ad ſucceſſionẽ admittatur. Et dicit ꝙ niſi maſculus relinquat ex ſe filios maſculos, fœmina admittetur,& iſta eſt veritas,ne alias inſurgeret abſurditas & contrarius effectus menti ſtatuentium, per notat. per Bartol.in l Gallus §. & ſi parente. ff.de liber. & poſth. & doc.in cap.in præſentia,vbi moderni late.de proba.cum nõ ſit ſumenda cõiectura,quod ſta.voluerit præferre extraneos filiab.proprijs teſtatoris l.cũ acutiſſimi.in fi. C.de fideicõm. cum ſimili.& dixi multotiens, maxime in 6.articu. princ.9. & 16.q. & in 8.artic.6.& 8.q. contra l.ſi totas, & l. ſi liqueat. C.de inoffic.dona. facit tex.in l.ex facto.§.fi. ff.ad Treb.cum ibi notatis,& per Alexand.in l.1.§.hoc autem.eodem ti.iunctis his quæ dixit Feder.de Senis, conſil. 159.quod ſtatuto diſponente,quod bona homicide applicentur hæredib. occiſi, quod non applicentur tunc facto monacho, ſed filijs ipſius,
306 facit,quia† veriſimiliter debet fieri excluſio propter ꝑſonas ſimiles expreſſis,& in quib.ſit par ratio excludendi,ꝑ ea quę dicta ſunt s̃.in 15.queſtione,& per diſcurſum huius arti,& in quinto articulo princip.16.quæſtione.Et fortius procederet, vbi eſſet dictio,deinceps,deinde,vel ſimilis,ordinis deſignatiua,prout eſt in decreto Montisferati,per pulchrum text.in ſtitut.de fiduci. tutel.in princip. & quod notat. Bartol.in l. ſi quãdo.vbi dominus meus Laſ.in quinto notabili.C.vnde vi. & ita ſæpe cõſului & obtinui. De qua materia ẽt in propoſito tangit ſatis late D. Geor.nata, in tractatu quem fecit ſup
307 hac materia,quarta parte,21.quæſtione, quod† ſi ſtatutum excludens filias dotatas, vocet ſuos hæredes maſculos,intelligitur de filijs,non de alijs agnatis,vel cognatis,minuſq; de ex̃neis,vt ꝑ Soc.in d.l. Gallus.§.ẽt,tertia limitatione,ne cõtingat filiam excludi ab agnato remotiore,contra notata in dicta l.ex facto.§.fin.& notat.per Pau.de Caſt.conſilio 97.incipiente,proponitur in Caſt. in antiquis. Trigeſimoquarto,
308 multæ aliæ quæſtiones ad hunc duodecimo, articulum pertinentes quis inueniet incidenter tactas; quas diſcurrendo hunc articulum aut ſaltem illius repertoriũ facile inueniet. Et multas quis inueniet in remiſſionibus, quas feci in 19.quęſtio.præſentis aticuli.

SVMMARIVM.

1 *Qualiter & inquantum admittantur,& vocatæ intelligantur perſonæ, propter quas fœminæ excluduntur.*

2 *An prætextu ſtatuti fęminas excludentis maſculis extantibus intelligantur maſculi ad ſucceſſionem vocati.*

3 *Diſpoſitio alteriuscontemplatione facta, licet verba ad illum expreſſe non dirigantur,tamen ei competit actio.*

4 *Verba illa,extãtib. agnatis,vel filijs, reſoluuntur in duo præcepta,quorum vnum eſt affirmatiuum,& incluſiuum maſculorum,aliud autem eſt negatiuum,& excluſiuum fœminarum.*

5 *An & quando extant agnati,qui non ſuccedunt,ſed ſunt præteriti & excluſi,inſtitutis extraneis,fęminæ excludantur.*

6 *Caput excluſiuum non operanrur, vbi eſt ſpecialiter prouiſum vel expreſſum,quæ perſonæ excludantur,ultra,quam ſit prouiſum,Quod qualiter procedat,vide num.7.*

7 *Stat prohibente matri alienationem dotis vltra quartam,filij videntur vocati in tribus quartis, vel hi, quorum contemplatione fit prohibitio.*

8 *Quod maſculi etiam conditionaliter poſiti & nominati in ſtatuto,ſecundum communem ſententiam intelligantur vocati,procedit, quando eorum contemplatione fœminæ intelliguntur excluſæ.*

9 *Maſculi an intelligantur admitti ſeu vocari de iure ciuili an vero de iure prætorio,ſiue per ſtat.ſiue per decretum.*

10 *Stat.a populo,vel a prioribus populi nomine & vice totius populi factum, erit ius ciuile illius populi. De quibus autem intelligatur illud,a priorib. & vice totius populi, declaratur infra num.13.*

11 *Stat.& decretum principum. an cenſeatur ius ciuile, uel prætorium, & de quibus,& qualiter intelligendum ſit.*

Et

Source : BIU Cujas

Et quid de habentibus dignitates ecclesiasticas, vide, infra, nu. 13. vbi plene tractatur. & nu. 17.

12 *Necesse est successionem delatam per decretum Marchionis, Ducis, vel Præsidis, & aliorum magistratuum superiorem habentium, agnosci coram iudice, & hoc intra annum, vel centum dies.*

13 *Consuetudo inducens successionem deferri ad masculos ius ciuile est.*

14 *Præfecti ad tempus censentur prætores, habentes vero iurisdictionem perpetuam et iure proprio, multo plura possunt, & in eorum terris æquiparantur imperatori & regibus.*

15 *Rex in suo regno æquiparatur imperatori nec a sua sententia licet appellare, quia habetur pro lege ibi.*
Et quid de rege superiorem recognoscente, & tenente regnum in feudum ibidem.

16 *Rex in suo regno tantam vel maiorem potestatem habet, quam habeat imperator in suo imperio, quia hic imperium non transmittit, ille vero transmittit regnum hæredes.*

17 *Rex in suo regno plus potest, quam l. communis, vel consuetudo, & lex animata dicitur.*

18 *Masculus fœminæ prælatus per decretum, quod sit ius prætorium, an tam dicatur de iure prætorio in portione, in qua fœmine præfertur succedere, quam etiam in portione, quæ sibi ex toto & insolidum prætextu talis decreti deferatur, & qua actione petatur pars debita non exclusis. ibi.*

19 *An excluſæ faciant partem in legitima, & quanta tunc erit legitima non excluſorum.*
Si stat. dicat, quod stantibus masculis filiæ non succedant, & adsint quatuor filiæ & vnus masculus, quanta erit legitima masculi, an triens, tanquam fœminæ habeantur pro non existentibus, an vero semis, tanquam excluſæ faciant partem masculo. ibid.

20 *Stat. excludente dotatas, & sint tres dotatæ, & vna indotata cum masculo, an tunc legitima non excluſorum erit triens vel semis. satis longa disputatio, nec minus pulchra, quam difficilis.*

21 *Exhæredatio legis & hominis, æquiparantur, ita vt per quamlibet amittantur iura suitatis.*

22 *Exhæredatio legis, differt ab exhæredatione hominis, quia illa statim sortitur effectum, ista vero post aditam hæreditatem.*

23 *Dotatæ fœminæ per stat. excluſæ, an faciant partem in legitima portione ipsis per stat. vel legem reseruata.*

24 *Iura statuerunt legitimam esse trientem, vel semissem omnium bonorum.*

25 *Pater non tenetur filijs plus triente relinquere computatis dotibus & alijs quæ dat filijs in dicto triente.*

26 *In legitima omnium filiorũ computari debent dotes excluſarum, nec æquum videtur ex persona excluſarum plus peti posse, quam petere potuissent ipsę filiæ, si non essent excluſæ ibid.*

27 *An directo & iure proprio masculi succedant in triente vel semisse computatis dotibus excluſarum, an vero fœminę excluſæ faciant partem, ita quod reliquum vltra dotem leueniat ad masculos iure accrescendi.*

28 *Filiæ excluſæ, quibus præseruatur aliquid a lege vel sta. faciunt partem in legitima, perinde ac si non essent excluſæ, itaq; legitima non excluſorum non sit propterea maior, quam si excluſæ succederent.*

26 *Ius accrescendi non potest diuidi, cum nõ habeat locum nisi in portione omnino defecta.*

30 *Excluſi an & quando partem non excluſis faciant. Vide etiam quando procedat. num. 44.*

31 *An pars tertia vel dimidia dotis iuxta numerum filiorum sit loco legitimæ vel tertia vel dimidia rei a stat. præseruatę, remissiue.*

32 *Legitima est quota eius quod quis habiturus esset ab intestato.*
Et a causa intestati sumit initium, & secundum illam regulatur, ibid.

33 *Dos filiæ est onus & ęs alienum, & non subrogatur loco legitimæ, sed cum additamento, & augmento facto in personam non excluſorum. 34.*

34 *Filiæ excluſæ non numerantur in numero filiorum in minuenda legitima.*

35 *Quod præseruatum filiabus non imputetur in legitimam, qualiter intelligatur, quomodo & quando procedit.*

36 *Stante sta. q; filiæ non succedant extantib. masculis testator habens quatuor filias, & masculum vnum, si filiab. legauerit, illa legata imputabuntur in legitimam, quæ erit semis, nec censebuntur facta super alio semisse.*

37 *Exhæredatus licet habeatur pro mortuo, & non computetur in numerum, vt augeat legitimam, illamve faciat transire de triente in semissem, hoc verum est, quando nihil est sibi relictum alias secus.*

38 *Filiæ in aliquo agnitæ non dicuntur iura suitatis prætextu talium stat. amittere, saltem pro ea parte, pro qua sunt agnitæ.*

39 *Stat. expræsse præseruante dotem vel rem legatam, tunc legatum censetur factum in compensationem rei præseruatæ.*
Sicut non computatur in legitimam tale præseruatum, ita nec legatum. ibidem.

40 *Si testator legat filiæ excluſæ aliud, quam præseruatum sit illi per statutum, vel quia illi statutum nihil præseruat, an tale legatum in legitimam imputetur.*
Fœmina excluſa nullam habet legitimam. ibid.

41 *Dos non est legitima, nec ad eius instar.*

42 *Legitima masculorum detracta de toto patrimonio dote siue sit soluta, siue non soluta, tanquam ære alieno, capiatur integre super residuo.*

43 *Etilitates ex inuestigatione quanta sit legitima, non excluſorum a successione, multæ sunt, & quæ.*
Et an excluſæ faciant partem in legitima. ibid.

44 *In legitima aucta per statutum filius grauari non potest.*

45 *Si excludatur dotata stantibus masculis, & adsit masculus, & vna filia non dotata, & alia dotata, an legitima filij masculi sit maior, quam legitima filiæ non dotatæ, & an portio dotatæ acquiratur masculo longa quæstio, & opiniones variæ.*

46 *Portio filiæ propter dotem excluſæ, applicatur masculis, quorum contemplatione excluditur, & filia non dotata, & sic non excluſa illam tantum habebit portionem, quam habuisset filia excluſa succedens.*

47 *Si masculus nolit uti beneficio statuti, fœmina excluſa admittitur cum personis excluſis.*

48 *Astense statutum nolens dotem filiarum maritatarum excluſarum in calculanda legitima censeri æs alienum, & non computari in hæreditate, quo modo procedat.*

49 *Si filiæ excluſæ a successione per statutum legetur, dos non detrahitur vt es alienum, sed vt legatum.*

50 *Statuto excludente dotatam, pariter excludetur, & in totum per non dotatam, sicut per masculum.*
Et an portio repudiata per alterum ex masculis, accrescat fœminæ, sicut & alteri masculo. ibid.

51 *Portio, quæ applicatur masculo propter excluſionem fœminæ, quo iure ei debeatur,*

52 *Quando masculus succedit in parte dotatæ excluſæ, an onus dotium soluendarum seu non solutarum imputetur in tota hæreditate, & sic etiam in portione filiarum non excluſarum, an vero in portione masculi.*

53 *Onus soluendæ dotis, accedit portioni, quam excluſa de iure communi per statutum habitura fuisset, & sic concernit masculum, & non totam hæreditatem.*

54 *Si dos promissa excedit portionem legitimæ debitæ ipsi filiæ de iure communi, vel loci consuetudine, vel qualitate personarum, non erit illud supplementum dotis vltra legitimam portionem supplendum de portione filij.*

55 *Stante statuto, prout est in ciuitate Burgi, q; mater & soror non succedant ab intestato extantibus fratribus. si frater instituat matrem in legitima vel minus, non instituta turpi persona vniuersali hærede, vtrum in legitima matris calculanda habeatur consideratio fratrum.*

56 *Varijs in locis, ex causis varijs a successione excludentibus statutis, portio illius, quæ statutorum beneficio non gaudet, vt quia monialis, vel alia ex causa, computabitur secundum formam statuti pinguius prouidentis filijs & filiabus vtrinque coniunctis, propter quos excluditur, non autem secundum formam iuris communis in fauorem vterini.*

57 *Inspici an debeat persona, qua mediante acquiritur aliquid, an illa, cui acquiritur, & ad quam finale commodum deuenit.*

58 *Illi qui non fuit habilis ad succedendum, eo excluso nihil dicitur adimi.*

59 *Masculi an intelligantur vocati ad portionem excluſarum, iuxta ordinem & gradum succedendi iuris communis.*

60 *Si statutum excludat filias seu sorores propter fratres & patruos, & eorum filios an isti omnes eo ordine admittãtur ad successionem, quo per ius ciuile vocari solent, vt proximus quisque priori loco inuitatus videatur non simul & semel, non obstante copula.*

61 *Statuto vocante fratres & nepotes consobrinos defuncti, præferuntur fratres nepotibus, secundum iuris communis ordinem.*

62 *Statuto disponente, quod decedenti ab intestato succedant proximiores consanguinei ex linea paterna, an frater vtrinque coniunctus præferatur coniuncto ex linea paterna tantum.*

63 *Si statutum disponat, quod ad hæreditatem defuncti intestati vocentur primo descendentes, secundo ascendentes, tertio fratres vtrinque coniuncti, filius fratris nihilominus admittitur cum patruo, licet secus sit in fratre patruele.*

64 *Stante statuto, q; agnati excludant cognatos, frater vtrinq; coniunctus nõ excludet consanguineum tantum, sed simul succedent.*

65 *Posteriores in gradu, si quando concurrant de iure communi simul cum proximioribus, tunc si simul in statuto nominati sint simul admittentur.*

66 *Stante statuto, quod dotata non succedat existentibus masculis, sed ipsi filij hæreditatem possideant, si contingat aliquem decedere relicta filia dotata, & filio masculo, ac nepote ex alio filio prędefuncto, nepos concurret cum filio, etiam in portione, quæ debetur filiæ de iure communi.*

67 *Stante statuto, q; succedant agnati masculi seu cognati, prout sunt in gradu proximiores, vsque ad quartum gradum, filius fratris admittetur ad successionem cum patruis. Idem in testatore vocante proximiores ad successionem, vel fideicommissum.*

68 *Statuto vocante ad successionem agnatos masculos, prout sunt in gradu proximiores & concurrentes, qui vocati censebuntur.*

69 *Statuto perusino excludente filiam dotatam a successione etiam fratris, & vocante matrem & consanguineos fratres an mater succedet in dimidia totius successionis, an vero pro virili tantum cum fratribus cõsanguineis.*

70 *Stante statuto Bononiæ, quod mulier decedens sine ascendentibus & sine liberis, relinquat fratribus vtrinque coniunctis vel ex parte tantum tertiam bonorum suorum, quibus non extantibus eandem tertiam relinquat patruis vni vel pluribus pro dimidia, & pro alia dimidia filijs fratrum vni vel pluribus sed filijs fratrum non extantibus totam tertiam relinquat patruis, Decessit fœmina institutis fratribus hæredibus vniuersalibus, & filijs fratrum in modicissima summa. filius fratris succedet in tertia parte pro dimidia cum patruo suo, fratre defuncti, ad cuius tertiæ lucrum maritus non admittitur ex forma statuti prædicti.*

Mascu-

Source : BIU Cujas

71 *Masculi per statutum vocati, an intelligantur vocati in stirpes, uel capita.*
72 *Ex modo prędilectionis coniecturatur, an quis vocetur in capita uel stirpes & quantitas successionis.*
Ex modo prædilectionis patruus excludet sororem. ibi.
73 *Masculi, quorum contemplatione fœminæ excluduntur, an teneantr præseruare portiones, a quibus fœminas excludunt, agnatis, seu masculis subsequentibus, an vero possint de eis ad libitum disponere.*
74 *Hereditas defuncti adita per agnatum, desit esse hereditas defuncti, & facta est hærditas ipsius agnati.*
75 *Portio hæreditatis maternæ, in qua pater per mortem filij successit exclusa per statutum filia transeunte ipso patre ad secunda vota, debet ipsi filiæ præseruari.*
76 *Statutum q̃ filia fœmina non succedat, non impedit quin pater possit relinquere se cundæ vxori plus, quam tali filiæ.*
77 *Portio ad quam filius masculus admittitur, excludendo fœminam, an transmittatur non agnita ad quoscunque.*
78 *Priuilegium concessum ita demum effectum habet, si appareat acceptatum.*
79 *Vbicunque statutum excludit fœminas propter masculos, non fit transmissio hæreditatis non agnitæ ad personas, quæ non sint similes ipsis masculis.*
80 *Vbi adest statutum, quod a paterna successione frater excludat sororem, & quod mater filijs non succedat, hæreditas filio infanti delata ex testamento, & non adita, ad matrem non transmittitur, sed soror non instituta ab intestato succedit.*
81 *Beneficium transmittendi ad quoscunque, solum conceditur illis, qui sunt sui hæredes.*
82 *Quotiescunque aliqua portio de iure speciali defertur, tunc non habet locum transmissio.*
83 *Statutum deferens portionem filijs in potestate, cum recipiat interpretationem passiuam, ita debet interpretari, vt illa de iure communi ad quoscunque transmittatur.*
84 *Statutum excludens fœminas ab hæreditate, facit illas haberi pro mortuis. Et sic tota hæreditas defertur masculis iure suitatis, ac si fœmina non esset in rerum natura.*
85 *Portio relicta filio per testatorem, etiam non agnita, quanuis excedat legitimam, trasmittitur.*
86 *Ius substitutionis pupillaris annexum cum iure accrescendi transmittitur ad suos hæredes, quanuis alias secus.*
87 *Statutum disponens quòd extantibus masculis fœmina non succedat, operatur quòd quamprimum extitit masculus, filia fœmina intelligatur perpetuo exclusa.*
88 *Quid si masculus momento superuixerit, an sufficiat.*
89 *Portio, quam dat statutum filio, censetur sibi conferri, tanquam suo, sicut & portio, quæ sibi de iure communi confertur.*
90 *Filium post mortem matris an sufficiat paulo momento vixisse, ut matris hæreditatem transmittat.*
91 *Lex fingendo & per verba fictionis loquendo, in actu pendente a potestate legis vere facit, & non ficte.*
92 *Idem iuris esse debet de augmento, quod de principali.*
93 *Portio, a qua excluditur filia fœmina per masculum, non adita vel agnita per eum, tamen ad eius hæredes transmittitur, etiam si vnicam reliquerit filiam, quæ ex sui persona amitam excludere non potuisset.*
Hoc idem procedit in hæreditate materna. ibi.
94 *Filius, qui moritur apud hostes transmittit hæreditatem paternam, licet talis filius non sit proprie suus, sed ficte.*
95 *Lucrum dotis quod marito defertur vxore præmoriente, ad hæredes non agnitum transmittitur.*
96 *Posito q̃ agnitio bonorum possessionis necessaria esset, in hæreditate tamen descendentium transmittenda ad descendentes erit transmissioni locus.*
97 *In transmittendo de filio ad nepotem, non considerantur merita nepotis sed filij transmittentis.*
98 *Ad exclusionem filiæ per statutum exclusæ, masculis extantibus sufficit quod filius superfuerit tempore mortis defuncti.*
Item sufficit filiam semel exclusam fuisse, vt sit perpetuo exclusa. ibi.
99 *Quod dicitur beneficia legum non competere venientibus de iure speciali, quando procedat, & in quibus locum habeat.*
100 *Filia in potestate ex capite suitatis portionem sibi a statuto delatam transmittit ad quoscunque.*
Limita, nisi essent lapsi 30. anni, quibus hæreditas agnita non esset. ibi.
101 *Hæreditas materna & alterius ascendentis, etiam non adita, pro portione transmittitur per eum, qui non est suus, in descendentes.*
102 *Collaterales, qui & extranei appellantur, licet hæreditatem non transmittant, an saltem ius deliberandi transmittant.*
103 *Restitutio in integrum pro infante, qui non adiuit paternam hæreditatem, an, ad quos, & in quorum præiudicium transmittatur.*
104 *Si statutum excluderet fœminas extantibus masculis adeuntibus vel se immiscentibus, & vellet seruari ius commune, an erit locus transmissioni.*
105 *Transmissio an fiat sub consimili qualitate, & priuilegio, prout erat apud transmittentem. remissiue.*
Et an onus dotandi transmittatur per infantem. ibid.
106 *Si fœmina excludatur virtute statuti, quod sit ius prætorium, puta a recognoscente superiorem lati, an transmissio habebit locum in parte, quæ masculo debetur virtute statuti fœminam excludentis.*
107 *Bonorum possessio non agnita, non transfertur. fallit inter descendentes.*
108 *Sta. excludens dotatam vel nuptam, an videatur insolidum vocare non nuptam vel non dotatam, si nullus adsit masculus.*
109 *An de parte præseruata filijs masculis possit per eum, de cuius successione agitur, vel inter viuos, vel in vltima voluntate disponi.*
Et quid si ita præseruetur, quod alienari non possit ibid.
110 *Pater potest in vita sua dissipare bona & filium priuare legitima, non sic potest in re præseruata per statutum.*
111 *Tale præseruatum est simile lucro, quod alter coniungum lucratus est ab altero. Quod si transeat ad secunda vota, tenetur reseruare filijs communibus anterioris matrimonij.*
112 *Filij tenentur pro patribus præseruatis ad onera hæreditaria, acsi essent veri hæredes.*
113 *Mulier secundo nubendo, non potest in secundum maritum transferre bona lucranda per maritum virtute statuti.*
114 *Matre mortua ab intestato, filij possunt bona reseruata petere tanquam filij, & tanquam eis debita ex statuti dispositione, etiam si dicant se nolle esse hæredes matris.*
115 *Prohibitus res præseruatas alienare, etiam ex dispositione inter viuos, non potest de eis quicquam disponere, quod post eius mortem valeat.*
116 *Prohibitio alienationis præseruatorum, an intelligatur de voluntaria tantum, an vero etiam de necessaria, & propter exolutionem æris alieni personæ prohibitæ.*
117 *Mulier si habuerit bona a testatore, qui ei dedit facultatem disponẽdi, poterit disponere, non obstante præseruatione statuti.*
118 *Mulier in re præseruata filijs per stat. an possit. filio vulgariter seu per fideicommissum substituere piam causam.*
Et si potest, quando id licebit. ibid.
119 *Stat. Bononiensi disponente mulierem debere relinquere tertiam partem dotis suæ fratribus & filijs fratrum, an facta per mulierem alienatio in alias personas, teneat.*
120 *Filio impuberi agnato, cuius quarta pars censetur æs alienum, si illa alienata fuerit, competit reuocatio per legem Caluisianam, & faciam vtilem.*
121 *Alienatio in fraudem patrimonij quo ad ius recurrendi, & alienatio facta in fraudum creditorum, licet æquiparentur, in aliquibus tamen differunt.*
122 *Res præseruata alienata, an possit mediante pretij restitutione reuocari.*
123 *Præseruatum an donari possit ob bene merita, & an assertioni donantis credatur illa præcessisse, an vero aliter constare debeat.*
124 *In prohibitis regulariter et certo casu permissis non debet stari dicto asserentis casum permissum subesse.*
125 *Pars præseruata intelligitur de his, quæ supererunt seu extabũt tempore mortis eius, de cuius successione agitur.*
Idem est in legitima debita patrono de bonis defuncti. ibid.
Idem in legitima debita filio legitimo & naturali. ibid.
An idem sit dicendum de dote, si de ea stat. loquatur. ibid.
126 *Stat. expresse mandante relinqui certam partem de bonis quæ supererunt, an valebit alienatio, & quomodo intelligatur.*
127 *Statutum mandans, quod mulier non possit disponere in præiudicium filiorum vltra quartam, censetur augere legitimam filiorum ad tres quartas.*
128 *Stat. mandante certam quotam seu partem relinqui filijs masculis, an possit disponi in aliquos ex eis alijs exclusis.*
129 *Vbi statutum simpliciter excludit fœminas propter masculos, aliter non disponendo, videtur illa bona, a quibus fœminæ excluduntur, masculis præseruare.*
130 *Statutum intelligitur vocare masculos eo modo, quo a iure vocari solent. &c.*
131 *Stat. in dubio intelligitur vocare masculos ab intestato, etiam si aliter per defunctum dispositum non fuit.*
132 *Si vigore vnius sta. mater admittatur cum fratrib. vterinis, & vigore alterius admittatur cum fratrib. patruelib. defuncti. si concurrant mater, frater patruelis, & frater vterinus, an omnes simul admittentur.*
133 *Mater si tenetur filio relinquere duas partes ex trib. an lucrum q̃ capit ex lege, hac ẽ dicta li. C. de sec. nup. computetur in eis.*

Articulus XIII.

1 DEcimotertio Articulo principali, est videndũ qualiter & inquantum admittantur & vocatæ intelligantur personæ, propter quas fœminæ excluduntur. Et primo videndum † est,
2 an prætextu talis statuti excludentis fœminas extantibus masculis, intelligantur masculi ad successionẽ vocati, quam quæstionem plene examinat dominus meus Ias. in l. seruo legato. §. si testator. ff. de le. 1. In qua cõne. Bar. in l. 2. §. videndum. ff. ad Tertul. tenuit q̃ sic etiam si masculi sub ablatiuo absoluto nominentur, puta extantibus masculis, quasi tunc inducat talis ablatiuus dispositionem. l. fideicommissa. §. cum esset. ff. de legat. tertio, & l. in
3 ratione. §. tametsi. ff. ad legem Fal. Item, quia † qñ vna dispositio fit alterius contemplatione, licet verba ad illum expresse non dirigantur, tamen ei competit actio. d. l. fideicommissa. §. interdum, & l. seruo legato. §. si testator, & ibi Bar. Ang. Pa.

de

de Castr.Cu.& scribentes. ff.de leg.1. Item mouetur,quia qñ quis remouetur a lucro contemplatione alterius,lucrum debet illi applicari,cuius cõtemplatione alius remouetur,prout videmus in tutore, qui priuatur legato, si nõ gerat tutelã, & legatum pupillo applicatur, vt l.si post legatum.§.amittere.ff. de his,qui vt indi.& l.pen.C.de le.optime facit text.in l. cum emancipati. §.si duo , & ibi illum ad hoc ponderat Barto.ff. de coll bo.vbi hæreditas applicatur illi, cuius contẽplatione alteri aufertur.notat Bal.in l.si defunctus.C. de legi. hęre.vbi dicit esse casum formalem , in l.maximum vitium. C.de liber.præter.& in l.si vero §. de viro.ff.solut. matrim. & in l.1.C.de secund.nup.& in consi.67.incip.Marti.Ioannis de Florẽtia, inserto inter consilia Ang.notat.Ioan. Andr.in additio.in rubrica de succes.ab intestato.& Roma. in consi.32. incip.visa municipali,& dixit Bal.in l.quod vero versicu. sed
4 quid si verba.ff,de legi,quod†illa verba, extantibus agnatis, vel filijs,resoluuntur in duo præcepta, quorum vnum est affirmatiuum& inclusiuum masculorum seu agnatorũ,aliud autem est negatiuum,& exclusiuum fœminarũ,ita vt æquipolleant,ac si diceretur,q̃ masculi fęminas excludant. Idem tenuit Alex.in consi.114.incip.pro decisione.in prin.4.volu. cum concor.per eum allegatis,& per doctor. Andr. Sicul.in consi.50.incip.scribitur sapientiæ 1. volum. & hanc decisionem s̃. pluries firmaui, maxime in artic.præceden.5. q.cum
5 duabus sequen.dum tetigi,†an qñ extant agnati,qui non succedunt,sed subsunt patri,& per testatorem exclusi,institutis extraneis fœminæ excludantur,& hanc decisionem Bald.in consi.153.incip.stat.ciuitatis Parmę 1.vol.secundum penultimam,impressionem, dicit.non procedere,vbi ageretur de excludẽdo aliã personã,q̃ in sta. nominatã,& sequeretur absurditas vel legũ correctio , & eo modo ipse Bal. restringit d. Bar. in d.§.videndum.De cuius dicti & restrictionis veritate dixi s̃.loco suo,videlicet.in 6.art.prin.3.mem.1.q.& 3.q.& in
6 1.me.iunctis his,quæ ibi dixi in 8.q. vbi patet, q̃†caput inclusiuum nõ operatur,vbi est specialiter prouisum,vel expressũ quæ personæ excludantur, vltra quã sit expressum.vult Soc.
7 consil.207.incip.in causa in fi.1.vol.† Et statuto prohibente matri alienationem dotis vltra quartam,filij vidẽtur vocati in tribus quartis,vel hi,quorum cõtẽplatione fit prohibitio, vt per Maria.consi.85.incip.viso,& 84.incip.visa circa finem & Socin.consi.116.incip.non potest.1.vol.iunctis his, quæ dicam ſ̃.eo.in 9.q. Quod autem dixi caput inclusiuum agnatorum non operari vltra personas nominatim exclusas, prout etiam dicit Bal.in l.si defunctus.C.de legi.hære.procedit,nisi personæ nõ nominatæ veniant mediante ꝑsona nominata, q̃a excludũtur, sicut nominatim exclusa, vt dixi in d.6.art.3.
8 membro,in 1.2.& 3.q.declarando,vt ibi.Item prædicta decisio, q̃ masculi etiã conditionaliter positi& nominati in statuto,secundum communem sententiam intelliganturvocati, procedit qñ eorum contemplatione fœminæ excluduntur, quia bene possunt non successibiles,vel non tenentes primũ gradũ poni in ꝑdõne, taliter, q̃ per solam eorum existẽtiam absq; eo q̃ succedãt fęminæ excludentur,vt dixi in p̃ce.arti. 1.q.in prin.& in 6.q.ante fi.& s̃.in6.ar.prin.3.membro.3.q.3. casũ.Illud & bene verum & indubitatum est, q̃ vbi nulla fęmina excluditur,frustra tractatur de inclusione masculi.21.
9 q.Laus Deo.1500.Apri.Secũdo q̃ro,†an masculi intelligañt admitti seu vocari de iure ciuili an uero de p̃torio.distinguẽdũ est ex mente Bal.in rubri. C.qui admit.in 6.q.inter stat.po
10 puli vel priorum populi vicem gerentium,& decretum Marchionis vel Ducis,vel præsidis,aut alterius magistratus.†Primo casu dicit,q̃ si fiat statutum a populo, vel a prioribus populi,nomine & vice totius populi,licet cum præsidis authoritate erit tale statutũ ius ciuile, illius populi, ita q̃ successio intelligetur deferri de iure ciuili & hæreditas poterit perpe-
11 tuo adiri,scilicet iuxta.l.licet.C.de iure deliberan.†Secundo casu dicit tale statutum uel decretum dici ius prætorium, & ex eo hæreditatem deferri per bonorum possessionem,& per remedia prætoria,non autem de iure ciuili, vt per Bar.in l.1. in fin. ff.de bonorum possessione,titulo generali, subdit Bal. in d.rubrica,in 9 q.q̃ etiam vbi statutum est populi, & quod ius ciuile appellatur, potest hæreditas per remedia prætoria
12 acquiri & peti, quia prętor offert se,& sua remedia communicat,etiam hæreditatibus a iure ciuili delatis.l.1. ff.vt ex legi.sen.ve. consul. bon.poss. tanq̃ volens fauorem suum ampliare,cum omnis successio dicatur fauor, vt est secundũ eũ tex.notabilis in §.quos autem.insti.de bo. pos.& talis bo.pos. non eo minus dr̃ concessa de iure prætorio imitatione, licet vbi a iure tãtum prætorio defertur, dicatur inuentione cõcedi.Idem quod s̃.tenet etiam ipse Bal.in l.certum,versi. sequitur videre,de bo:poss.C.vnde cogna.Quod autem dixit Bald. de statuto vel decreto cõdito a Duce vel Marchione, etiam uoluit Bar.in d.l.1.in fi.idem esse volens in omnibus inferio
12 rib.inferens,q̃†est de necessitate de successione agnosci corã iudice,iuxta l.fi.C.qui admit.& intra annum vel centũ dies, iuxta.§.fi.instit.de bo.pos.& l.1.ff.de suc.edi.sequitur Ange. Are.in §.sed istæ.insti. de actio. & alios effectus colligere qs potest ex his,quæ tradunt Bal.in d.rubr.C. qui admit. in 6.& nona.q.& doc.in d.l.certum. vbi late loquuntur,& Do.Bap. de S. Seue.in repe.d.l.ommes populi.in 6.q.princ.in antepe. q.cum seq.ver.huic qõni annect.Bar. &c.sequitur ipse Ang.
13 Are.in §.quos aũt.instit.de bo.pos.†In consuetudine autem inducente talem successionem, dixit Bal.in d.l.certum.in loco præallegato,quod est ius ciuile.l.ex ea.in fi.ff.de postulan. & consequenter successio defertur secundum remedia & ꝓuisiones iuris ciuilis. Facit. §.ex non scripto. insti. de iure nat. gen.& ciui.Sed est aduertendum ad id,quod dictũ est de statuto condito a prioribus,nomine & uice totius populi , q̃a prout declarat Ale.in l.stipulationum.in prin.alias est l.5.ff. de verb.obl.debet intelligi de talibus prioribus & ancianis, qui ex statuto vel consuetudine habeant potestatem,quam habet populus, cum de mero iure talem potestatem non haberent,vt ibi per eum.Item quod dictũ est de ducibus , marchionibus,& comitibus,& alijs inferioribus a principe,videlicet Papa vel imperatore , vt eorum statuta vel decreta dicantur ius prætorium, intelligunt Ro.in d.rub.C.qui admit. in versi.nono &c. & Ale.in d.l.stipulationum.in princip. vt procedat,quando tales duces vel marchiones recognoscerent superiorem.Secus,si non recognoscerent superiorem, quia sua decreta habent vim legis ciuilis,vt ibi per eos,quorum dicta non curo transcribere.& hanc puto veriorem,& magis communem opinio. & si quis copiosius in materia videre vellet,posset recurrere ad ea quæ dixit Do.Andr. Sic. in d.rub.C.qui admit.cum pluribus sequentibus versi.Item dicit hic etiam Bald.&c.post Pau.& scribentes in c. fi. de of. le.& per Ale.& Moder. in d.l stipulatio.& D.Bap.in d.l. omnes populi.in loco præallegato.& ibidem traditur, maxime per D.And.Sicu.de statutis conditis ab habentibus dignitates ecclesiasticas,de quorum potestate in propo sito aliquid tradunt Moderni in c.1.ver.legatus de latere de rescrip. Sed est aduertendum,quia in ducibus & tales dignitates, perpetuas tñ habentibus, adhuc est dicendum , q̃ eorum decreta & constõnes dicantur ius ciuile,& non prætorium , & illud, quod s̃.dictum est,habeat locum in non habentibus dignitates & officia perpetua,ac non transmissibilia ad posteros, & eorum filios,& descendentes,quasi habẽtes ꝑpetua,habeant iure proprio,& non tanquam commissa simpliciter,& sine ullo iure reali,per no.per Ang.in d.l stipulationum.in prin. quod ibi sequuntur Cum.& Imo.Facit,quod dixit Bald.in l. receptitia.C. de consti.pecu.dum voluit, q̃ comes in suo comitatu magis assimiletur principi,quam præsidi.& per hoc dicit eius decreta esse ius ciuile,& non prætorium. Ad idem facit,quod notat ipse Bal.in l.programma.C. commina. vel epi.& Ange.in l.venditor.§.si constat. ff. commu. prædio. & Imo.in c.2.de translati.prælato.& iccirco dixit Bal. in l. more.ff.de iurisd.om.iud. q̃†præfecti ad tempus censentur
14 prætores, prefecti vero & habentes iurisdictionem iure proprio & in perpetuum p̃nt committere causas summarie, & alterare formam iudicij,quia cum habeant iurisdictionem iure proprio,plus p̃nt,de quo puncto tangunt copiose moderni. in d.c.1.ver.legatus de latere.de rescript.& Lanf.in cle.sæpe. de verb.sig.& d.Ias.in l.rescripta.C.de preci.imper.affe.& tales habentes administrationem perpetuam & iure proprio in eorum terris æquiparantur imperatori,& regibus.& sicut imperator potest uniuersalem legem cõdere, ita isti p̃nt particularem condere,etiam derogantem legi imperatoris ac superioris.Faciunt nota.per glo.in l.neque pignus. ff. de reg. iur.& in l.1.§.qui magistratum.ff.quod quis.iu.& not.Bal.in l.penul.C.de dona.inter virũ & vxo.dum dixit duces & marchiones nõ ligari eorum legibus , & eorũ s̃ctus habere vim legis,sicut principis.subdens quod Barto.ita consuluit inter duos barones.Idem quod s̃.conclusi, voluit ipse Bal.in §.ius autem ciuile.ver.quinto quæro.ff.de iust. & iu.& Ang.in cõsil.190.alias 193.incip.in causa accusationis. & in rege hæc sunt minus dubia,quia vt dixit Gui.de Cu.in d.§.qui magi-
15 stratum.& Bal.in proemio fforum.†Rex in suo regno æquiparatur Imperatori.Facit quod dixit Spec.in tit. de feudis.§. qm̃ de homagijs.versi.34.& secundum Inno.in c. cum p. tabellio.de fide instru.& Bal.in l.2.ff.de orig.iur.A sentẽtia regis non licet appellare,quia in suo regno habetur pro lege, & cum habeat supremam potestatem & iurisdictionem,nemo posset in melius reformare. Quod procedit,etiam si rex superiorem recognoscat, & regnum teneat in feudum.nã licet respectu totius regni & in vniuerso sit tñ vtilis dñs & directum dñium existat penes eum, qui recognoscitur c.1.per quos fiat inue.c.1.§.rei aũt.de inue.de re.ali.fa.& c.1.§.præterea.de capi.contra.Tamen respectu singulorum hominum regni ac iurium regni singulariter consideratorum,seu quo

ad

Source : BIU Cujas

ad ſingula generum habet plenitudinem poteſtatis,& directam iuriſdictionem,quam ſuo nomine exercet,& commoda iuriſdictionis acquirit pleno iure,ſecundum Bal.in dicto proemio ſforum.notat Andr.de Iſer. in c. imperialem. in 7. colum.de prohi.ali.feu.per Feder.& dixit And.de Iſer.in c.1.
16 in 3. col.de vaſ.decre.æta.quod †rex in ſuo regno habet tantam uel maiorem poteſtatem, quã imperator in imperio qui non tranſmittit imperium ad hæredes ſicut rex. c. licet. de voto.& aliqua de rege tractat idem And.de Iſer.in c.1.de no.for.fideli.& ſecundum Bal.in l.exemplo.C.de probat.& in d.proemio ſforũ.& in l.ea l.C.de condi.ob cau.rex in ſuo regno dicitur imperator regni,& poteſt iudicare & ſcripturam ſuo ſigillo roborare,cum in ſuo regno habeat ſupremã poteſtatem.& ſecundum Bald.in auth.hoc amplius. uerſic.
17 quæro,an filius regis.C.de fideicõ. † Rex in ſuo regno dr̃ lex animata,quia plus poteſt,quam lex communis vel conſuetudo.& qnod iſti duces & comites perpetui in eorum territorio cenſeantur,ſicut Imperator in vniuerſo & toto orbe, ꝑp dignitates perpetuo eis conceſſas,tenet Pau de Ca.in ꝯſ. 125.incip.ſuper primo dubio.in volu.antiquorum conſiliorum,ſecundum primam impreſſionem.quem refert & ſeqtur Ale.in conſi.2. 1.volu.& in conſil. 87.incip.viſis codicillis.verſi.quinimo plus reperio conſuluiſſe 2.uolu.& D.And. Sicu.inconſilio 24.in 2.volumi.loquentes de duce Mediolani,quem ducatum nunc tenet regia maieſtas Francorũ &c. ſeu Chriſtianiſſimus Rex Ludouicus.& fuit ſecõdo adeptus ꝑp captiuitatem Illuſtriſſimi domini Ludouici Sfortiæ,qui Maurus nuncupatur,de quo etiam per Ange.in d.conſi.113. vbi dixit,ꝙ comes virtutum dominus Mediolani cenſebatur ſupremus princeps, & poterat delegare de plenitudine poteſtatis omnem cauſam,ſicut Imperator,& omnia poterat quę ſibi placebant.ſequitur ipſe Ang.in l.1.C.vt lice.ſine iuſ.princi.Ex quibus puto magis cõiter ita eſſe tenendum,vt talium decreta & conſtitutiones dicantur ius ciuile & non prætorium,quamuis ſuperiorem recognoſcat,licet Ro.in d. rub. C.qui admit.in verſi.9.&c.& Ale.in d.l.ſtipulationum. in prin.aliter ſenſerint.& in hac ſententia vidi quoſdã modernos extitiſſe,& ita tranſit D.Bartho.Soc.conſ.153. incip. pulchra & ſubtilis.uerſi.tangit etiam 1.volu.di cens,ꝙ ſtatuta illuſtriſſimi domini Marchionis Mantuani, ſunt ius ciuile,& non prætorium, cum illa faciat iure proprio, & non tã quam vicarius alicuius principis,quẽ recognoſcat,quo caſu dñr ius ciuile,ut per Ang.Imo.& Moder.in d.l.ſtipulationũ in prin.& Bal.in d.l.receptitia. C.de conſtit.pecu.& Io. And. in titu.de inſtr.edi.§.porro.in additio.incip. hęc ſuſpicio. & fuit de mente Bart.in d repet. l.om.pop.in 4.q.primæ princ. Nec iura allegata per Ro.& Ale.in locis prędictis probãt eorum opinionem,ſcilicet gl.in c.1 in verbo,obſeruetur.in tit. ſi de inue.feu inter do.& uaſ.liſori.ſcilicet ꝙ talia ſtatuta facta per habentes iuriſdictionem iure proprio & tranſituram ad hæredes, ſint ius prætorium,& non ciuile,licet videatur æquiparare comites preſidibus,cum nõ declaret de eorum perpetua iuriſdictione vel temporali,& de ciuitatibus Venetiarum,& Florentię,& generaliter de qbuſuis principib.inferioribus a Papa,vel Imperatore non recognoſcentibus ſuperiorem,vt in ipſis ciuitatibus,& eorum principatibus oĩa poſſint,quę poteſt imperator in toto orbe,uideantur Bar.& Imol.in l.infamem.ff.de publi.iudi.& Barto.in l.hoſtes.ff.de cap.& poſt li.reuer.& in l.ambitioſa.ff.de decre.ab ordi.fa.& in l.quominus.ff.de flumi.& in l.3.in prin.ff.de mino.Bal.in l.1.in fi.C.de her.vel acti.ven.& in l.2.C.de ſen. quæ ſine cer. quan.Saly.poſt Bal.in d.l.ea lege.Ant.de But. & ſcribentes poſt eum in c.per venerabilem.qui ſil.ſint legi.Io.And.in addi.Spec.in tit.de inſtru.edi.§.porro.& in c.cum te.ubi etiam But.de re iudi.Imo.in cle.ne Romani.de elec.Pau.in c. cum contingat.de foro compe.& Ale. in d.conſi.15.uerſic. & ſatis eſt.quinto volu. additis omnino his,quæ dixit d.Felyn.in c.cum non liceat. verſ.cęterum &c.de re iudi.1500.In feſto S.Marci.die vigeſimo quinto Aprilis.Non tamen obliuioni
18 puto tradendum,quod †eo caſu quo maſculi excludant fœminas per decretum,quod forſitam ſit ius prætorium, non tñ dicẽtur de iure prætorio ſuccedere in portione,a qua fęminas excludunt,verum etiam in portione, quæ ſibi ex toto & inſolidum prætextu talis decreti defertur,propterea quia ius prætorium adijciens iuri ciuili facit illud cenſeri, & effici prętorium l.ius aũt ciuile.§.1.cum concor. ibi traditis. ff. de iuſti.& iure.& tũc attẽdemus remedia iuris prætorij. Sed ꝓ hoc vltimum tenet dominus Bartholo.Socy.in dicto conſil.153.1.volu.dicens,ꝙ portio, quæ defertur virtute ſtatuti, quod ſit ius prætorium propter unionem,quam habet cum portione,quæ defertur de iure ciuili. aſſumit ſibi naturam partis,quæ de iure ciuili defertur,vt ibi latius per Soc.in ver ſic.prætereа poſito, &c.quod licet poſſet procedere in caſu ſuo,videlicet trãſmiſſionis per alias rationes, & propter ius accreſcendi,iuxta,ea,quæ dicentur,ꝓ.eo artic.7.q. non tñ puto ꝙ per hoc ſit recedendũ a fundamento hic per me relato. Qua autem actione petatur pars debita perſonis non excluſis,patet ex prædictis,iunctis his,quę dixi ſupra in undecimo, articulo principali.prima q.& his,quæ dicam.ꝓ.in 8.quæſtio.
19 Tertio quæro,†an fœminæ excluſæ faciant partem in legitima,& quanta tunc erit legitima nõ excluſorum,puta,qa ſta. dicat ꝙ ſtantib.maſcu.filiæ fęminæ non ſuccedant & adſint quatuor filiæ fęminæ,& vnus maſculus. Nã dubitatur,an legitima maſculi ſit triens, tanquam fœminæ habeantur pro non exiſtentib.an vero ſit ſemis,tãquam excluſæ faciant partem maſculo,& computentur in numero filiorum ad calcu
20 landum legitimam,vel quia †ſtat. excludat dotatas ſiue maritatas,& adſint tres maritatę ſeu dotatæ excluſę,& vnus maſculus,vel duo,& vna non maritata, vel non dotata non excluſa,an tũc legitima non excluſorum erit triens vel ſemis, iuxta illud,quatuor aut infra dant &c.auth.nouiſſima. C. de inof.teſt.Iſta quæſtio eſt pulchra & difficilis,in qua pluries cõſului,& eã ſubtiliter & diffuſe examinat Ro quem non uidi in contingentia facti ab aliquo allegatum in l.1.in ver. exꝑdictis. C.quando non pe.par.& Fulg.in auth. nouiſſima.dixit dũ haberet caſum præmanib.ſe neſcire quid cõſulere, & ſuã dubitationem demonſtrauit in conſilio 26.incipiente,ſtante ſtatuto. Et in ea poſſet fieri duplex conſideratio. Primo,an augeant numerum filiorum,quando ſtatutum filiã ſimpliciter excludit, & in nihilo agnoſcit. Secundo,an pro parte ſibi ꝑ legem vel ſtat,præſeruata,forte dotibus,partem faciant in computatione legitimæ,vel aliter,& ꝙ augeant numerum, ita vt legitima ſit pinguior,quã ſi non eſſent,& ſit ſemis, vbi ſi non cõputarẽtur,foret triens,vt quando computatis maribus & fęminis ſunt quinq; filij,voluerunt Ang.in l.Pap.§.vnde ſi quis. ff.de inoffic.teſtam. & in l. 1. §.in primo.in fi.commen.& quod ibi not.Bal. C.de cadu.tollen.& idem Ange.in l.plane.§.ſi duobus.ff.de leg.primo.& Pa.de Ca.in l.huiuſmodi. §.ſi Titio eo tit.& in conſi.253.incip.quoniam fundamentum,in uol.antiquorum conſiliorum,ſecũdum primam impreſſionem,cum modificatione tñ, ſi aliqd ꝑſeruetur, puta, dos,alias ſecus.vt in col.præce.& ita conſuluit collegium.Paduanum,in conſilio infra allegando,quod voluit,quo adreliqua ipſas filias excluſas haberi pro mortuis,& extraneis. Pro quo facit.l.1.§.ex tribus. ff.de contratabu.vbi duo ex filijs exiſtentes apud hoſtes,& ſic ad ſucceſſionẽ inhabiles faciũt partem in legitima,vel hæreditatæ filio exiſtenti in ciuitate, & ſic habili.Sed poteſt rñderi, ꝙ ibi ſperabãtur illi filij ad partẽ admitti.Ad idem facit,quod not.Bald in d authent.nouiſſima.7.q.& quod copioſe dicit Ro. in d. l.1. in Contrarium tenuit Ang.in d.authent.nouiſſima.in fi. commen. & Imol.& Pau.de Caſtr.ac Franc.de Are.qui dicit hanc eſſe communẽ opin in d.§.ſi duobus. Pro quibus facit,quia qui non admittitur ad partem,nec admitti poteſt per ſe uel alium,partẽ non facit d.§.ſi duob. & d.§.Titio.& idẽ tenet ipſe Paul. de Ca.in conſi.458.incip.circa primum.in volum. nouorum conſiliorum ſecundum ultimam impreſſionem.Nec enim iſtis filiabus excluſis,debetur legitima cum ab inteſtato non ſuccedant.l.quæritur. C.de inoffic.teſt.& in illis ſolis legitima dẽatur,qui exhæredati querelam habent. l. quoniam in priorib. ibi qui ex antiquis legibus. &c.C.eo.tit.& qui præteriti rumpere, querelare, aut nullum dicere teſtamentum poſſunt. l. omnino, & l. ſi quis filium.eo.titu. & de his fundamentis latius dixi ſin 10.arti.prin.5.q.& in 11.art.in 2.q.Ad idẽ facit ſę
21 cundũ Ro.in d.l.1.quia †exhæredatio legis & hominis æquiparantur in tñ vt quilibet amittat iura ſuitatis ſm Bar.in l.1. §.ſciendum.ff.de ſuis & leg.ut dixi.s̃.in 10.artic.prin.3,q.in fi.
22 licet in hoc differant, quia exhr̃datio legis ſtatim ſortitur effectum.vt in auth.de nu. §. ſoluto.ſed exhæredatio hominis ſtatim adita hæreditate.l.filium. §. ſed cũ exhæredatio. ff. de ꝓtabu.& ſm ipſum Roma. poſt Bald. exhęredatus per hominẽ nullã facit partem in legitima,ergo nec hæc filia excluſa, quæ hr̃ pro exhęredata per legem municipalem. Sequitur Cardi.conſi.141.inci.quod autẽ. Et hanc vir.opi.credo verior ę̃,quanuis Ro.in d.l.1.ꝙ filia quia nõ intelligitur excluſa ab alimentis,& alimenta ſuccedunt loco legitimæ.l.quiſquis.§. ad filias. C.ad legem Iul.maie.tales filiæ facient partem, pro quantitate valoris alimentorum.Quod non placet, quia nõ eſt verum,ꝙ alimenta ſuccedãt loco legitimæ,quæ debetur poſt mortẽ,& diuiti, licet ſecus ſit in alimentis,vt dixi.s̃. Et huius membri veritas patebit clarius ex infra dicẽdis, vbi ad
23 ducẽtur iura & authoritates ad prædicta facientia. †Quo aũt ad ſecundam conſiderationem, an faciant partem in legitima pro portione reſeruata ipſis excluſis per legem vel ſta.forte pro dotib.datis vel dandis, ad quas pr̃ ex neceſsitate tenẽt, etiam ſi filia ſit dives,vel aliunde habeat bona,iuxta.l.ſi.C.de do.promiſ.alias argumentatiue dicebã videri dicendum, ꝙ faciant partem pro ea ſumma, vel ꝙ nõ excluſi ſuccedãt cũ

onere

Source : BIU Cujas

24 onere computationis,motus,† quia iuraſtatuerunt legitimã eſſe trientẽ vel ſemiſſem omnium bonorum.d.auth.nouiſſima & in corpore vnde ſumitur,& quia ſtatutum non tendit ad grauandũ patrem vltra diſpoſitionem iuris communis, ſed ad inuitandum maſculos,& ad excluſionẽ taliũ fęminarum,& alia interpretatio aſſumẽda non eſt,maxime, quãdo agitur de læſione & intereſſe tertij.l.2. C.de noxa.l.fi. §.in cõputatione.cum ibi plene traditis.C.de iure deli.Ro. & Alex.
25 in l.3.§.prætor ait.ff.de dam.infec.Sed ſic eſt,ꝙ †iure cõmuni pater computatis dotibus & alijs,quæ dat filijs in dicto triẽte uel ſemiſſe,non tenetur ultra filiis relinquere.l. omnimodo & l.qñ nouella.C.de inoff.teſt. & ſi filia excluſa non faceret partem pro dotibus,ſequeretur ꝙ pater teneretur ad dotãda talem filiam de ſuo proprio, & demum ad relinquẽdũ filijs,& filiabus,non excluſis, trientem vel ſemiſſem integrũ, & ſine alia imputatione dotis in legitimam, & fieret interpretatio in dãnũ pñis & ꝫ patrem inſurgeret tacita correctio ex quadã conſequentia contra.l. quod uero contra.ff.de leg. & duę ſpecialitates & correctiones ex eodem fonte inſurgerent ꝫ glo.in l.j.C.de do.promiſ.& not.per Bart. in repet. l. ſi is,qui pro empto.ff.de uſuca. vna, ſ. quo ad excluſionem filiarum & incluſionem ac inuitationem maſculorũ, ſeu nõ excluſorũ,alia vero quo ad grauandũ patrẽ ultra diſpoſitio-
3 præmissis esset denuo videndum, † an princeps possit tollere statuta ciuitatis, seu illis derogare, quam materiam non licet examinare, propterea quia in proposito fui consultus in casibus nondum decisis, sed pendentib. Sed vt detur materia cogitandi,possunt videri no.per Bal.in l.qui se patris.in vers.& scias. C.vnde li.& per Pau.de Cast.in cons.235.incip. primum dubium. in vol.antiq. consil. ſm primam impress. Bal.in l.fi. C.de transact.Butri. in c.in nostra.de iniu & dam. dato.Bart.in l.2.in fi.ff.de iu.immu. Panor.in c.nouit. in ver. quarta solutio.de iud.Rom.in cons.243. & 437. Ang.in consil.292.inci.in anno Domini.& in cons.300. incip.generosus miles.Alex.in cons.101.inci.visis testamentis. versiculo,pro hoc etiam. 1.vol. & in consil.193. & 218. secundo volum.& consilio vltimo,quarta parte, pulchre & plene per Barba.in c.primo.& ibi etiam per Do.Felyn.de proba. & per Barba.in consil.26.in secunda parte,cum concor.per eos allegatis.Se-
4 cundo quæro,† an per pactum initum cum defuncto fœmina dotata exclusa a successione, possit sibi ius successionis p̄seruare inscijs agnatis,qui ei ex forma statuti præferuntur.& an ualeat pactum saltem talibus agnatis consentientib. di

Source : BIU Cujas

xi ſupra in 6. arti. princip. in quarto membro, in decimatertia q. Tertiò quæro. † an ſtatuto excludente filiam ſeu fœminam dotatam poſſit mulier, cui dotes offeruntur, illas recuſare, ad finem, ne a ſucceſſione excludatur, aut dotes capiendo ſibi ius ſucceſſionis reſeruare, dixi ſupra in ſexto articulo principali, in quarto membro prin. in 12. quæſt. Quarto quæro, † an profit filiæ donare ius a quo excluditur alteri non excluſo, puta agnato remotiori. Romanus in conſi. 411. incip. quatuor ſunt, tenuit quod non, & bene, vt ibi per eum. Quinto quæri poſſet, † an talibus ſtatutis poſſit renuntiari. de quo dictum fuit 10. articulo principali, in ſecunda quæſtio. quod ſic, regulariter videlicet, vbi non ageretur de alterius præiudicio. De quo etiam per Barba. in conſi. 12. in primo volum. & in conſi. 39. ſecundo volumine. † Quia ſi minor nolit fœminam excludere, an reſtituatur in integrum, dixi ſupra in 12. artic. princi. 7. q. in fi. & ibi ac in quęſtionibus prędę. multa remedia. & in decimo artic. princ. in 2. q. & ad propoſitum prædictę renuntiationis quærit etiam Corn. conſi. 80. incipiente, placet. quarto volu. † an filia dotata excluſa donec ſuperſunt maſculi renuntiando maſculis, & eorum hæredibus omne ius ſibi competens & competiturum, cenſea tur renuntiaſſe iuri ſuccedendi maſculis deficientibus, Do. Philippus Corneus, vbi ſupra tenet quod nõ, quia filia mortuis maſculis non petet petitionem hæreditatis ab hæredib. maſculorum, tanquam ab hęredibus. & quia renũtiatio habet tacitam condõnem, rebus ſic ſtantibus, & quia † renũtiatio iuris de futuro non trahitur ad ius de futuro, habens dependentiam a iure de præterito, per iura ibi allegata, Quod depẽdet a notatis in l. 1. C. de pac. cum concord. ſubdit Corneus, quod ſaltem proderit abſolutio a iuramẽto, vt ibi. Sexto † fœmina, quæ excluditur, habet aduertere ad obſeruantiam, & ad validitatem ſtatuti, videlicet an ſit a ſuperiore ꝙ firmatum. Aut ꝙ non ſit vſu receptum, vel cõſuetudine approbatum, ſecundum Corneum in conſi. 171. incip licet. in fi. quarto volumi. Septimo quæri poſſet, † an conſueta interpretatio in talem ſenſum, quod ſtatutum fęminæ non præiudicet, vel minus præiudicet, quam ſonet ſenſus ſtatuti, ſecũdum interpretationem iuris cõmunis, profit fęminę, de hoc dicetur in ſequen. arti. Octauo etiam quæri poſſet, † an fęmina a tali ſtatuto poſſit appellare, ſaltem tanquam ab extraiudiciali grauamine, & an profit ſibi appellatio. Bal. in l. iudicibus. C. de appel. tenuit ꝙ non, & eſt de mente Bart. in text. l. omnes populi. in vltima q. quintæ principalis. ff. de iuſti. & iur. & Cano. in c. cum omnes. de conſtitut. vbi late tangunt, an a ſtatuto liceat appellare. & concludunt, quod non, niſi quando fieret odio certæ perſonæ, & ſecundum communẽ ſententiam iſtud ſtatutum dicitur fieri, non odio fœminarum, ſaltem principaliter, ſed fauore maſculorum, vt dixi late ſ. in 4. articu. princip. Nono † ſuccurritur mulieri, ſi maſculus non probat qualitates requiſitas a ſtatuto, vt dicetur in artic. ſequen. Decimo † poteſt maſculus excludi a portione ſibi delata per ſtatutum, prędſcriptione & ſpacio 30. anno iuxta l. licet. C. de iure delib. & faciunt, quę dixit Ale in conſ. 51. incip. viſo themathe. ſecundo vol. & 83. incip. viſo 5. volum. cum concord. adductis ſupra in 10. articu. 5. quęſtione. Vndecimo quęro, † an maſculus perdat partem, ad quam vocatur virtute ſtatuti, ſi non petat tutorem, Corneus conſil. 166. incipiente, minime. circa finem. 3. volu. & latius conſil. 113. incipiente, circa primum. per totum. & 84. incipien. in hac 4. volu. concludit quod ſic, & bene. Quod autem tangit ibi de matre, quod perdat rem ſibi a ſtatuto prędſeruatã, pp non petitum tutorẽ, etiam placet, ex quo poterat admitti ad tutelam, quanuis ſit ab vniuerſali ſucceſſione excluſa, vt dixi. 5. articu. in 30 quęſtione. & quia in re prędſeruata concurrit cum maſculo. Et quod dixit Corn. in d. conſilio 113. de matre, quę tranſiuit ad ſecunda vota, non petito tutore nec reddita ratione, vt admittat rem ſibi a ſtatuto prędſeruatam iuxta nota. in l. eiſdem cum concordan. C. de ſecun. nup. etiam placet prout etiam dixi ſupra in 6. articu. princip. quarto mẽbro 27. quęſtione, circa finem. quod latius nõ examino propter celeritatem impreſſorum mihi tempus aufferentium. Duodecimo poſſet quęri, † an ſit mulieribus ſuccurſum per ius prętorium, quaſi excluſe dicantur ſolum per ius ciuile, maxime, quando excluduntur per ſtatuta populorũ. de qua materia dixi ſ. in 13. articu. 2. quęſtione. & in decimo articu. primę q. Decimotertio quæro, † an filia agnoſcens relictum, in quo ſibi minus relinquitur, quam de iure & ex forma ſtatuti liceat, ſibi præiudicet, maxime quando in relicto adeſt clauſula, quod plus petere non poſſit, Pau. de Caſtro. in conſilio 259 incip. licet iſta domina Liſia. in volumi. antiquo. conſil. ſecundum ultimam impreſſionem, tangit hanc quæſtio. alias eſt in conſilio 131. eodem volumi. ſecundum primam impreſſionem. & dixi in nono arti. princip. 3. quæſtio. Decimoquarto quæro, † an maſculus qui adit hæreditatem ex teſtõ inutili, ſibi præiudicet, qñ ſta. excludit fœminã, quæ eſt proximior ab inteſtato ita ꝙ maſculus ab inteſtato amplius ſuccedere non poſſit, quaſi videatur ab inteſtato repudiaſſe? Bal. in conſi. 142. inci. quæritur, an frater, in 3. parte ſm vltimam impreſſionem, diſtinguit iuxta tex. in l. Clodius Felix. ff. de acq. hær. & vĩ concluderc, quod non, quaſi ex capite, quod ignorat, quis ſibi adeundo non præiudicet, & tangit ibidem, an taliter adiens tranſmittat, breuiter veritas colligitur ex traditis in d. l. Clodius Felix. & in l. fi. C. de codicil.

SVMMARIVM.

1 *De iudicialibus & modo agendi in materia ſtatutorum excludentium fœminas a ſucceſſione.*
2 *Si quis non intentet beneficium ſtat. an ſuccumbat.*
3 *Si prouiſio ſta. & beneficium apte narratur, & beneficium ſta. ſeu actio inepte proponatur, ſuſtinetur, petitio.*
4 *De clauſula, ius & iuſtitiam miniſtrari, multa & quid illa importet.*
5 *Actor ponens iſtam clauſulam, ius & iuſtitiam miniſtrari, uidetur interpellare iudicem ut poſſit ſupplere & ſuum officium impartiri, etiam ſi aliter non petatur.*
6 *Vbi adeſt illa clauſula, ius & iuſtitiam miniſtrari, intelligitur concluſum, prout ex narratis quomodocunque concipi poteſt.*
7 *Clauſula hæc adeo ſe reſtringit ad narrata, ut actio contraria narrationi non poſſit dici intentata.*
8 *Hæc clauſula facit, ut procedat libellus generalis.*
Idem eſt de clauſula, omni meliori modo, in concluſione poſita. ibid.
9 *An debeat fieri fides de ſta.*
10 *Conſuetudo excludens fœminas dotatas a ſucceſſione, quomodo uerificabitur.*
11 *Maſculus qui uult uti excluſuo fœminarum, ſta. an teneatur probare qualitates a ſta. in eo requiſitas.*
12 *Sta. excludente filiam a ſucceſſione inteſtati, propter maſculos, an ſit neceſſe probare, quod quis deceſſit inteſtatus.*
13 *Is pro quo laborat communis opinio, et ſana, habet præſumptionem iuris pro ſe, & transfert onus probandi in partem aduerſam.*
14 *Ei, qui innititur ex iure correctorio in præſenti materia, generaliter incumbit onus probandi, quod ſit in caſu legis correctiue.*
15 *Conſuetudo poteſt ſta. taliter interpretari, quod obſtet uel non obſtet filiæ, quæ dicitur excluſa.*
16 *Quid exigatur in probatione conſuetudinis.*

Articulus XV.



1 Decimo quinto, & vltimo artic. principali † videndum eſt de iudicialibus, & modo agendi in præſenti materia. Et primoquęro, † an ſi quis non intẽtet
2 beneficium ſtat. ſuccũbat, breuib. dicẽdũ eſt quod ſic, vt patet ex not. per Bart. in repetitione. l. oẽs populi. vlt. q. ff. de iuſtitia & iure, & in l. prima. ff. de condic. ex leg. cum concordantijs, ꝙ
3 † ſi prouiſio ſtatuti ac factum apte narretur, & beneficiũ ſtatuti, ſeu actio inepte proponatur, tunc ſecundũ communẽ ſententiam ſuſtinetur petitio, ſecundum Bartolum, Baldũ, & communiter ſcribentes in l. 1. in princip. ff. de eden. & in l. edita. C. eod. titu. ac Innocentius, Imola, Panormitanus, & communiter cano. in c. examinata, de iud. cũ cõcordan. vel
4 niſi cũ inepta actione ſeu concluſione quis ſubijceret † clauſulam, Ius & iuſtitiam miniſtrari, q̃ cauti ponunt aduocati, quia operatur, vt remedium de iure competens videatur imploratum, ſecundum Cardinalem, Panormitanũ, Antoniũ de Butrigario, & communiter doctores in capit. ſecundo, de ordin. cogni. poſt Innocentium ibi & Butrigarium Imo. Panorm. ac dominum Andream Siculũ in c. primo, in notabilibus, de officio delegati, & Butrigarius in c. eccleſia S. Mariæ, el primo, ut lite pendente, & ſecundum Panormitanum in
5 c. finali, in fine, de iureiurando. quando actor ponit iſtã clauſulam, vĩ interpellare iudicem, ut poſſit ſupplere & ſuum officium impartiri, etiam ſi aliter nõ petatur. Vult Panormitanus in c. finali, in fine commenti de iureiurando, & Alexan. in conſilio 91. in 5. volumine, & dixit Alexander in conſilio 61. incipiente, viſo proceſſu, & 67. incipiente, viſo themate,
6 ſecundo volumine. Quod † vbi adeſt talis clauſula intelligitur concluſum prout ex narratis quoquomodo concipi põt & quod actio intelligitur propoſita, quę magis poteſt adaptari, prout etiam dixit Alexander cõſilio. c. incipiente, attentis. quinto volumine, & Fely. in c. auditis. de præſcriptio, & ideo dixi dummodo factum ſeu beneficium ſtat. fuerit apte nar-
7 ratum, quia † hęc clauſula reſtringit ſe ad narrata, ut habetur in locis prædictis, adeo, vt actio contraria narrationi nõ poſſit dici intentata, prout declarat Alexand. cõſilio tertio, alias 111. incipiente. viſo proceſſu, primo, volumine & ſecundum
8 Angelũ in l. prima, in principio. ff. de edendo. † hæc clauſula facit, vt procedat libellus generalis, & idẽ eſt de clauſula, oĩ meliore modo, in cõcluſione libelli appoſita, qa operatur vt libellus ſuſtineatur eo meliore modo, quo fauorabilius iuuari poteſt intentio proferentis, per nota. per Antonium de Butri-

Source : BIU Cujas

trigario in c.literæ. de dila. & in c.examinata. de iud. iunctis his.quæ dixit Fel.in cap.cum ex officio.quarta conclusione. de præscr.& quæ operatur, ut illam ptoferens non uideatur se astrinxisse ad specificata tantum,secundum Bald. in l.vinum.ff.si certum petatur.& in c.si cautio. de fide instrumentorum.& Lanfran.in repetitione. c.quoniam contra.in uerbo,confessiones. de proba. & Ale. cons.6.incip. circa processum.2.col.& 113.incip.post redditũ2.uol.cum infinitis ꝙcor.

9 Secũdo quæro, †an debeat fieri fides de statuto. de hoc habetur per Bart.in repetitione.l.omnes populi. in fine commen. ff. de iustitia & iure ubi dominus Ioannes Bapti.iunctis notatis per Bartolum in rubrica. ff. de oper. no.nun. cum concordã. ibi allegat.ubi examinant hanc quæstionem in qua-

10 uis materia. Et si refricetur in dubium de uirib. consuetudinis excludentis fœminas dotatas a successione, quando uerificabitur ipsa consuetudo, tradit Signo.de ho.in cons.234. incip.in quęstionibus.circa fi.qui loquitur de consuetudine ciuitatis Alexandriæ.habetur in l.1.C.quæ sit lon.consue. ac in l.2.& per Bar.in d.l.de quibus.ff.de legi. per Anto. de Butr.in repe.c.fi.de consue. & quod dicetur.j.eodem,7.q. Laus Deo omnipotenti,qui trinus est & unus Deus, uerus & Deus noster,ac glorioſæ Virgini Mariæ,totique cœlesti curiæ triumphanti. Tertio quero,an a tali statuto appelletur,de hoc dixi

11 in articulo præcedenti.8.q. Quarto quæro†an masculus qui uult uti tali statuto,teneatur probare qualitates a statuto in eo requisitas.& dicendum est quod sic, ut dixi in quinto art. principali in trigesimatertia quæstione,ac in duodecimo articulo, in finalibus quæstionibus. Vult Corneus consilio 125.incipiente, alias. quarto uolumine, dicens quod qui se fundat in statuto, debet probare, quod uerificentur omnia uerba ipsius statuti,alias debet secundum eum succumbere.

12 Quinto quæro † an statuto excludente filiam a successione intestati propter masculos,sit necesse probare, quod quia decessit intestatus.Roma.in l.si emancipati.C de colla.uĩ uelle per illum textum, quod dicenti quem decessisse intestatum incumbat onus probandi. & ita transit Corneus in dicto cõsilio centesimo uigesimoquinto, incip.alias.quarto uolumine,nisi communis opin. & fama esset,ꝙ quis decessisset testa-

13 tus uel intestatus,quia†is pro quo laborat communis opinio & fama habet pręsumptionem iuris pro se,& transfert onus probandi in partem aduersam, vt per Bar.in l. is potest, ff.de acqui.pos.vbi alii,& Cor.cons.præallegato. Sexto generali-

14 ter est dicendum in hac materia, quod ei,qui nititur ex iure correctorio in pręsenti materia incumbit onus probandi,ꝙ sit in casu legis correctiuæ, ut late per Corneum consil.198.

15 inci.in proposita. uersi.accedat.3. uolu. Septimo†sciendum est,quod consuetudo potest statutum interpretari in talem sensum, qui obstet uel non obstet filiæ quę dr excluſa. l. si de

16 interpretatione.& l. minime.ubi Bal.& docto.ff.de legi. †& quid exigatur in probatione talis consuetudinis, tradit Corneus in d.consi.centesimo uigesimo quinto incipien.alias 4. uolumine.& Bal.in l.diutina. ff. de legi. & dixi supra eodem, secunda quęstione, & inter cætera secundum Corneum cõsilio præallegato.exigitur quod probentur tales actus.ex quibus concludenter seu uerisimiliter appareat consuetudinẽ, peruenisse in notitiam populi,uel maioris partis,ut ibi latius per eum. Finitum fuit hoc opus prima cõpositione an.1500. per me Albertum Brunum,qui sumpsi gradum anno 1496. pluresq; feci additiones nouas, addendo quæstiones & decisiones,quas perfeci de anno præsenti 1518.& hęc omnia Dei gratia & ad eius gloriam ac ad publicam utilitatem.Arbitrorque quod ij,qui hoc opus aliqua ex parte minus perfectum,putabant, propter codices post primam meam compilationem impressos, sententiam mutabunt.

FINIS.

CON-

Source : BIU Cujas

Alberti Bruni Aſtenſis De Stat.

CONSILIVM EIVSDEM ALBERTI BRVNI, IN hoc idem thema, quod hucusque Commentarijs ſuis illuſtrauit.

ARGVMENTVM.

Excluſa à ſucceſsione, an itidem cenſeatur a ſupplemento legitimæ.

SVMMARIVM.

1 *Stante ſtatuto, quod filia maritata fratres habens non poſſit patre vel matre ab inteſtato decedentib. hęreditatis partem petere, an filia inquinquaginta pro paterna benedictione,, & legitima inſtituta, poſſit legitimæ ſupplementum petere.*

2 *Stat. poteſt priuare filiam ſucceſſione ex cauſa, & legitimam minuere.*

3 *Statutum fœminam excludens, duo facit, & quæ.*

4 *Dotatio patris ſemper præſumitur congrua, niſi appareat de magno exceſſu.*

5 *Differentia eſt, ſi ſtatutum excludat filiam mediante dote ſimpliciter, an vero dotem taxet, vel alicui taxandam committat, ſeu ſi ad alterius taxam ſe referat.*

6 *Qualiſcunque ſit taxa patris ſtatuit filiam contentam eſſe, negatque ſupplementum legitimæ.*

7 *Verba geminata ſuperfluere non debent, ſed ita intelligi, vt aliquid operentur.*

8 *Excluſa a ſucceſſione, non eſt excluſa a petitione legitimæ. Fallit vbi ſtat. vult dotatam eſſe contentam, neque quicquam vltra petere poſſe.*

9 *Qui non poteſt ſuccedere ab inteſtato, non poteſt venire ex cauſa teſtati contra voluntatem teſtatoris.*

10 *Legitimæ ſupplementum, quare, & a quo inductum ſuit & quibus id petere permiſſum.*

11 *Relatum ſi quando deficit etiam ſe referens ad illud.*

12 *Correlatiuorum vno deſtructo, deſtruitur & aliud.*

13 *Proniſio facta in vno extenditur ad aliud, quando ſe habet reſpectiue ad alterum.*

14 *Statutum corrigens in ſucceſſione, cenſetur corrigere in tutela.*

15 *Quando duo caſus æquiparantur vel commenſurantur al. antiqua per modum regulæ, lex ſuperueniens in vno trahitur ad alium.*

16 *Ratio legis, eſt anima legis.*

17 *Lex quamtuncumque in ſuo dicto ſpecialis, generaliter intelligitur.*

18 *Lex ſemper loquitur.*

19 *Statuta dicuntur ius commune illius loci.*

20 *L. omnimodo etiam facta fuit fauore filiorum & in quo.*

21 *Teſtandi facultas reſtringi non debet, ſed eſſe libera.*

22 *Matrimonium cum plena libertate confici debet, nec poteſt per pœnas & metum amiſſionis bonorum reſtringi.*

23 *Prætoris edictum, non admittit contra teſtamentum excluſos ab inteſtato.*

24 *Interpretatio ſumenda non eſt, qua alicui imputatur, quare inteſtatus deceſſerit.*

25 *Interpretatio quæ inſurgit ex regulis iuris communis, ineſt ſtat. de illa materia tangenti.*

26 *Argumentatio de ſpecialibus, admittenda non eſt.*

27 *Facilius poteſt quis excludi ex teſtamento, etiam in legitima, quam ei poſſit ſucceſſio negari.*

28 *In dubio fertur ſententia pro reo.*
Item pro poſſeſſore. eod. num.

29 *Dos vt debite conſtituatur, quæ conſiderentur, & quæ non.*

30 *Stante ſta. q fœminæ in domibus non ſuccedant, domus non computabuntur in hæreditate ad augendam earum legitimam.*

31 *In re præſeruata fœminis, maſculi legitimam petere non poſſunt.*

32 *In quibus quis vt hæres ſuccedere non poteſt, in eis legitimam petere nequit.*

1 OMnipotentis Dei, & glorioſæ virginis Marię nominibus inuocatis, & præſidio, †viſo ſtatuto inclytæ ciuitatis Taurini, ſub rubrica, qa filia maritata habens fratres, non poſſit, patre vel mre ab inteſtato decedēte, partē petere &c. viſoq; teſtō Sēpronij ciuis Taurinē. in quo inſtituit tres filias in dotib. & in florenis 50. pro benedictione paterna, & pro legitima &c. Ita q plus ēt ex cā legitimæ, petere nō poſſint. Dubitat, an Lucretia altera ex dictis filiab. poſſit admitti ad petitionem ſupplementi legitimæ. Et licet prima facie ardua, & quodāmodo inſolubilis videatur hæc quæſtio in gñe ſumpta, ſeu ſimplr, vt late per Soc. cō ſil. 150. & D. Philippum Corneum conſi. 290. 3. volu. Tamen deueniendo ad iſtū caſum, & iſtud ſtatutum in indiuiduo, videtur quæſtio iſta reddi clara, quod agi non poſſit ad ſupplementum legitimæ. Et moueor, quia communis opinio eſt,

2 †vt ſtatutum poſſit priuare filiam ſucceſſione ex cauſa, ſaltē mediantibus dotibus, & minuere legitimam, vt in propoſito per Io. de Imo. in l. Titio centum. §. Titio genero ff. de condi. & dem. dicentem quod hæc eſt cōis opinio. Pro cuius cōprobatione, quod ſit uera & cōis, memini multas concordātias cumulaſſe in tractatu meo de ſtatu. excludentibus fęminas a ſucceſſio. 1. artic. 1. q. cum ttibus ſequentibus quas longum eſſet tranſcribere. Et hæc opinio eſt de iure diuino, vt patet numeri. c. 27. quia filiæ admittantur ad ſucceſſionem ita demum, ſi fratres non extent, & plus dicitur in c. fi. quod ſi ſuccedunt, debeant capere maritum de agnatione ſeu tribu. Et videmus, quod ita obſeruat conſuetudo totius Italiæ, prout etiam dicit Bal. in l. cum lege. C. de epiſco. & cler. & vltra allegata ibi idem tenet Ang. conſ. 399. incip. conſultatio. & Romanus 334. incip. pro declaratione. cum concordātijs

3 infra allegandis. †Et hoc ſtatutum duo facit. primo enim fęminam excludit a ſucceſſione extante fratre. ſecundo, taxat id quod vult filiam habere poſſe, determinando quod filia debeat extantibus fratribus eſſe contenta dote ſibi per patrē data vel conſtituta. Quo caſu ſecundum Bal. in l. fi. verſi. ſed pone dictat ſtatutum. C. de dot. promiſ. in lec. noua. non poteſt filia agere etiam ad ſupplementum legitimæ ſeu dotis. Quia tunc ſtatuentes confiſi fuerūt de taxatione patris, & illius iudicio illam commiſerunt. quod fieri licet, ſecundum Pa. de Caſ conſ. 110. inci. ſuper primo quæſtio circa ſeptimū dubium, in antiquis, & conſ. 196. inci. in puncto, ſecundo dubio, 1. volu. in nouis, & in. conſi. 420. incipien. viſis & ponde-

4 ratis. cum ſeq. in 1. vol. ēt. in nouis. Dicens, † q ſemper patris dotatio pręſumitur congrua, niſi appareat de magno exceſſu. & ſequitur Ale. qñ maſculi ſunt inſtituti. conſ. 83. 4. volu. Et Lauren. in repc. §. cæterum. 22. col. ver. reperio autem. in ſti. de leg. agna. ſucc. & d. Fran. Cur. ſenior conſ. 44. inci. ſtatuto. Et ita vult ēt generalius Bal. in auth. res, quæ uerſi. quæro ſtatuto cauetur. C. cōia de leg. cum cōcor. alleg. in prædicto meo tract. de ſtatutis excludentibus fœminas a ſucceſ. in 9.

5 arti. 1. q. maxime in noua impreſſione. †Eſt ergo differentia, an ſtatutum excludat a ſucceſſione filiā mediante dote ſimpliciter, quo caſu poteſt ſubintelligi mediāte dote, ſm taxā legalem vſque ad legitimam, retenta opinione eorū, qui dotem talem eſſe debere dñt. An vero ſtatutum taxet dotem p ſe, vel p alium, cōmittēdo patri vel matri taxationē, ſeu referendo ſe ad taxā patris vel matris, vt in ppoſito. Quaſi perinde ſit ac ſi ſtatuentes ipſi taxaſſent, vt in regula iuris, Qui per alium facit &c. Nam dū ſtatutum vult filiam debere eſſe contentam dote data vel cōſtituta per patrem, approbat taxam patris, quæ poteſt eſſe correſpondens, & nō correſpō

6 dens taxę iuris communis. & ſic qualiſcunq; †ſit ipſa taxa patris, ſtatutum vult filiam debere eſſe contentam. quo caſu ceſſat petitio ſupplementi legitimæ, quam ſtatutum excludit, qa data tali petitione, offenderentur verba & mēs ſtatuti volentis attendi taxam paternam, cum petendo plus dote per patrem conſtituta, euidens ſit, q non ſit contenta conſtōne patris, prout ēt conſuluit Pau. de Caſt. conſ. 160. inci. ſi ſtatutum. in nouis. & ſequitur Bald. nouel. in tractatu dotiū. 6. parte. 16. q. & patet etiam ex deciſionibus præallegatis.

7 †Cęterum geminatio & accumulatio aliorū verborū poſitorum in dicto ſtatuto videtur prædicta comprobare, nam ſtatutum non tm excludit filiam dotatā a ſucceſſione, ſed ſubiungit, q non poſſit partem petere, quæ verba, ne ſint ſuperflua, debent intelligi in parte, quæ non ſit ſucceſsio. Quo caſu cēſetur etiam expreſſe excludi a legitima, vt eſt de mēte etiam tenentium partem contrariam prout patet in d. cōſil. Soc. 150. in prin. verſi. pro cuius opinione & patet ex tex. in l. ſcimus. in prin. vbi Bal. & Saly. ac Do. meus Laſ. in 3. not. cū concor. ibi alle. C. de inof. teſt. dicentes ex hoc q relictum fi-

8 lio pro parte ſua, dicitur relictum pro legitima. †Ex his concludo, q data etiam pro vera opin. q excluſa a ſucceſſione mediante dote, nō ſit excluſa a legitima, nec a dote cōgrua, quæ non cenſentureſſe minor legitima, tamen hæc concluſio non procedit, vbi ſtat. vult dotem eſſe iuxta taxam patris, & q filia dēat ea eſſe cōtēta, qa ea plus petēte, nō eſſet cōtēta,

ta, ꝯ diſpo. ſta. Quod pōt minuere legitimā, maxime in tali caſu, ſm cōem ſententiam. Item non procedit, vbi non tm̄ excludit̄ a ſucceſſione, ſed etiam a parte, ita ꝙ non poſſit petere etiam partem. Item, multo magis non procedit, qm̄ hæc omnia accumulantur. Non obſtat, ſi dicatur, ꝙ ſtatutū loquitur ab inteſtato, & nos ſumus in cā teſtati, qa reſponde tur, ꝙ aut iſta filia vult venire ex teſtō, & ſm tenorem teſtī, & nō pōt petere ſupplementum legitimæ, qa teſtator expreſſe prouidit ꝯ eā, vt ēt rōne legitimæ vltra petere nō poſſit, aut vult venire ꝯ teſtm̄, beneficio. l. omnimodo, cum l. ſeq. per quas ſtatuitur, ꝙ ſi pater relinquat filiæ minus legitima, poſ-
9 ſit agere ad ſupplementum. Et non poteſt, quia †regula eſt ꝙ filia & alia perſona, quæ non poteſt ſuccedere ab inteſtato, non poteſt venire ex cauſa teſtati contra voluntatem teſtato ris. Ita ꝙ ei nō debeatur legitima. l. poſthumus §. ſi quis ex ijs, & in prin. ff. de inof. teſt. & l. maximum vitium, verſic. cum enim per contrata. C. de lib. præter. & l. cum ex filio. ff. de uul gari. & pup. & l. non eſt ambigendum. §. 1. cum ibi notatis. ff. de bon. poſſ. ti. generali. l. 1. §. vocantur. ff. de contratab. vult Bart. in l. fi. ff. ad Tert. & communiter docto. in l. Gallus. §. & quid ſi tm̄ vbi Ale. ff. de lib. & poſth. & Ale. conſi. 68 incip. cir ca præmiſſa in 4. vol. Et eſt cōis opi. quam tenuerunt præſtan tiores doc. videlicet Bar. Bal. Ang. & Pa. de Ca. Ale. & Pau. in locis alleg. per Cor. in conſ. 290. inci. ardua in prin. ver. hinc eſt 5. vol. vbi dicit hanc opin. cōiter teneri per doc. & ibid. in ver. & ſm, vbi dicit, ꝙ in via deciſiua ita trāſiret. & Soc. d. cōſ. 150. ver. in ꝯrium, & in ver. ſuccedit, cum concordantib. ibi allegatis. & alijs accumulatis in tractatu meo de ſta excludē ti. fœminas a ſucceſſione. 9. arti. princ. 1. q. & in 10. art. prin. 4.
10 q quas non refero, propter euitandam prolixitatem, † tum ēt, quia tex. in d. l. omnimodo, per quem fuit inductum legi timæ ſupplementum, declarat illud fuiſſe inductū, vt fieret debitū ijs, qui teſtm̄ querelare aut quouiſmodo ſubuertere poterāt, & ꝙr ab inteſtato ſuccedere. Tum quia ipſum ſup lementum legitimæ fuit inuentum, vt ſuppleretur proportionabiliter ad id, in quo ſuccedi pōt ab inteſtato. l. quæ nu per C. de inof. teſt. quæ eſt poſt. l. omnimodo. hoc eſt vſq; ad quartam eius, in quo talis perſona eſſet ab inteſtato ſucceſ ſura, vt ibi. ita ꝙ non ſit dare legitimam, nec legitimæ ſup plementum, ſecundum diſpōnem ipſius. l. omnimodo. quæ adinuenit ſupplementum, ac regulariter, ubi nō eſt dare ſuc ceſſorem inteſtati, eſto ꝙ alibi dari poſſet in caſibus ſpeciali bus, ex quibus non licet inferre. l. quod vero ꝯ. ff. de legi. Et quia d l. omnimodo. reddit ſe claram in propoſito, iuncta.
11 l. quæ nuper. † Et quia ſi deficit relatum, deficit etiam ſe referens ad illud l in teſtō. la 1. ff. de condi. & dem. & l. fi. C. de fal. cau. adie. leg. & no. Bal. in l. inciuile. ff. de legi. ſicut etiam nō
12 eſt dare filium, vbi deficit pater, † quia deſtructo vno correlatiuorum, aliud deſtruit. l. fi. ff. de accep. & l. fi. C. de indi. vid. tol. cum ibi not. vbi hr̄, ꝙ hoc procedit etiā in materia correctiua, ſic & unum correlatiuorum aliud declarat & deter minat, ſm Ale. in l. generaliter. §. cum autem in fi. ff. de con
13 di. inſti † Et qm̄ vnum ſe habet reſpectiue ad aliud, prouiſio facta in uno, extenditur ad aliud, vt per Bal. in l. quamuis. C. de adul. facit. §. illud. inſti. pro ſocio. Simile patet in dote & dona ꝓp nup. quæ ſunt correſpectiua. Nam ſtatutum, uel im mutatum, aut correctum in vno intelligitur in alio. §. eſt aliud. cum glo. inſti. de dona & in auth. æqualitas. cum ſeq. & in corpore vnde ſumitur. in auth. de æqua. dot. Simile eſt
14 in ſucceſſione, & tutela, quæ correſpectipe pertinent, † ꝙ ſta tutum corrigens in ſucceſſione. cenſetur etiam corrigere in tutela, ut per Bar. in l. 1. ff. de legitimis tuto. & facit in §. ex ijs. in auth. de hære. quæ ab inteſt. defe. dum ibi dr̄, ꝙ qa iura no uiſſima corrigebant antiqua & per ea agnati erant in ſucceſ ſione adæquati cognatis, ꝯ iura antiqua, manifeſtum reddi-
tur, quid ſit de tutela dicendum, quaſi idem cenſeatur in tu
15 tela ſtatutum. Facit quod dixit Bar. in l. illud. C de ſac. ſan. ec. ꝙ ſtatutum immutans in uno commēſuratorum, cenſetur in alio immutare, ſuper quo plura adduci poſſent. Quod ſi dicatur, prout aliqui dicebant, ꝙ l. omnimodo cum l. ſeq lo quuntur in ijs, qui poterant ſuccedere de iure cōi, & qui po terāt inpugnare teſtm̄, uel querelare, ſm iura antiqua. Et nos loquimur in ea, q̄ uirtute noui iuris & ſtatuti non ſuccedit.
15 Rn̄detur, ꝙ hoc nihil obſtat, quia qm̄ † duo caſus æquiparanr̄, uel cōmenſurantur a l. antiqua per modum regulæ, ut in l. 1. ff. de leg. 1. & in l. 1. ff. de bo. poſ. ti. generali, prout eſt petitio ſupplementi, vel querela, quæ cōpetunt alias ſuccedēt̄ib. ab inteſtato, ſm iura antiqua, iurib. præalle. & d. l. omnimodo. Et quod ſupplemēt̄ū debetur reſpectiue ad ſucceſſionē inte ſtati. d. l. quæ nuper. C. eo. ti. tūc lex noua ſuperueniēs in vno trahitur ad aliud, vt patet in l. ſi quis ſeruo. C. de fur. iūcta. l. vt tm̄. ff. eo. Bar. in l. 2. ff. de le. 1. & in l. Marcellus. in prin. vbi alij. ff. ad Trebell. Salyc. in l. 2. vlt. colum. C. de noxali. & habetur late in auth. quas actiones. C. de ſacroſanc. Eccle Et aliter te-
nendo oportere dicere, quod quia ipſa. l. omnimodo, & l. quæ nuper. ac ipſa iura. C. loquūtur de ſupplemēto legitimæ ſecundū iura antiqua non habeant locū in legitima hodie immutata, ſecundum iura auth. tanquam de illa non loquā tur, ſed de antiqua. Et ſic ipſę leges hodie redderent̄ inutiles, vnde iſta conſideratio eſt verbalis, & gratia diſputationis tā tum, meretur in medium adduci, & non deciſiue, vt etiam dixit Cor. d. conſi. 290. Cęterū ratio. l. eſt anima legis. l. adige-
16 re. §. q̄uis. ff de iure patronat. l. illud. ff ad l. Aquiliam, cum ſi. ſed ex tex. in l. omnimodo, apparet qđ illa lex facta fuit principaliter vt eſſet prouiſum voluntati teſtantium, ne teſtamē ta ſubuerterentur per eos, qui alias poterant ſubuertere. Igi tureſto quod lex iſta loqueretur de ſubuerſione, quę poterat fieri ſm illa tpa, quia tm̄ ratio eſt generalis, ne teſtamēta ſub-
17 uertantur ꝓp eos, qui poterāt ea ad cauſam inteſtati reduce re & ſuccedere, † merito debet lex, quantumcunque in ſui di cto ſpecialis, generaliter intelligi. l. regula. §. qui ignorauit. ff. de iuris & facti ignoran. l. cum pater. §. dulciſſimis. cū cōcor. ff. de legat. ſecundo. Vbi patet, quod ratio generalis maxime expreſſa ampliat dictum, & extendit ad limites rationis. Itē ſecundū textum ibi in principio, in uerbo, omnimodo, & in verbo, innumerabilem occaſionem, facta ſunt propter oēm modum, per quem poſſet fieri ſubuerſio teſtamētorum. Nā ita important ipſa verba, vt per Alex. in l. precibus. C. de im-
pube. & alijs ſubſtitut. vnde licet lex illa loquatur in ſubuer-
ſione illorū temporū, cum alia, tunc non inueniretur, nō eſt præſumendum, quod lex ad illam voluerit ſe reſtringere, ꝯ verba præfationis. l. fi. cum materia. ff. de hæredib. inſtituen.
18 † Et quia lex ſemper loquitur l. Arriani. C. de hæreti. vbi Bar. allegans ad hoc omnes authenticas, quæ incipiunt, hodie Et inſuper poteſt ille tex. intelligi de ſubuerſione, quę fieri pote rat ex prioribus legibus, vel actionibus, hoc eſt tam iuris ci-
19 uilis, quam legib. municipalibus, ſi quæ erāt, † cum ſta. dican tur ius commune illius loci. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu. & omni tempore fuerint ſtat. excludentia fœminas propter agnatos. §. item vetuſtas. inſti. de hæreditatibus, quæ ab inte. defe. & §. cęterum. iuſti. de legitima agnat. ſucceſſ. iuncto eo, quod habetur. Numeri. 122. & demonſtrat experientia. Inſu
20 per placeat aduerrere, quod d. l. omnimodo, etiam facta fuit fauore filiorum, quibus legitima debetur, ut patet in ipſa l. Sed ſic eſt, quod ſi diceremus per dictam. l. admitti filiam ex cluſam a ſta. a ſucceſſione ab inteſtato, ad petendum ſupple mentum legitimę, condito teſtamento, hoc cederet in odiū filiarum, quia pater hoc videns, qui in mente ſua ſtatuiſſet fi liæ aliquid relinquere minus legitima, vel deceder et inteſta tus, & ſic filia nihil haberet eius, quod pater relinquere ſta-
tuiſſet, vel ipſam in teſtamento præteriret, quo caſu ſecun-
dum communem opinionem nonpoſſet dici teſtamentum nullum, vt fuit ſupra probatum, & d. l. omnimodo. facta in fauorem, redundaret in odium, contra. l. quod fauore. C. de
21 legi. & l. nulla. ff. eo. cum ſua materia. Inſuper non eſt ſumen da via reſtringendi facultatem teſtandi, quæ debet eſſe libe ra. l. 1. C. de ſacroſan. eccl. quę profecto reſtringeretur, ſi ex-
cluſa ab inteſtato poſſet plus petere, tanquam ſibi foret in te ſtamento relictum, & quia præſtaret occaſionem decedendi
22 di ab inteſtato. † Simile dicimus in matrimonio, quod cum plena libertate confici debet, quia per pœnas & metum amiſſionis bonorum, non poteſt eius libertas reſtringi, vt ha betur in c. gemma. de ſpon. & in l. Titia. ff. de verbor. obliga. cæterum. Simile uidemus in edicto prætoris, cui ſtat. æquipa ratur, vt per do. in l. 3. §. hęc verba. ff. de neg. geſ. arguentes ex
23 illo edicto ad ſtat. † nam videmus, quod edictum prætoris non admittit contra teſtamentum excluſos ab inteſtato. d. l. 1. § vocantur. ff. de bonorum poſſeſſione. con. tab. facit l. non eſt ambigendum. §. vbicūq; ff. de bo. poſ. tit. generali. Cæte-
24 rum pro hac opinione facit, † quia non debet ſumi interpre tatio, quod alicui ſit imputandum cur inteſtatus non deceſ-
ſerit, vt dicit tex. in l. poſthumus, in princip. ff. de inoffic. teſta
25 ment. prout hic fieret, ſi teneremus contrariam opin. † Et in-
terpretatio, quæ inſurgit ex regulis iuris communis, ineſt ſta tuto de illa materia tangenti, vt per Bartol. & doctor. in l. 1 in princip. ff. ad l. Falcidiam, vbi late Alex. & Bartol. in l. om-
nes populi. in 6. q. prin. ff de iuſti. & iur. quia ſtatuta recipiunt interpretationem paſſiuam a iure communi, ita quod ea quæ ſunt de natura actus, ſecūdum iuris communis diſpoſi-
tionem, vel traduntur pro regula, in ſunt, aut ſubintelligun-
tur, in ſta. de tali materia diſponente, & ſecundum ius com-
mune excluſus ab inteſtato, non admittitur ꝯ voluntatē te-
ſtatoris. Nec eſt alicui imputandū cur inteſtatus nō deceſſe-
rit. Item dicere ꝙ ſit imputandum patri, qui voluit aliquid fi liæ relinquere, quæ poterat nō relinquere, eſt penitus abſur-
dum & ꝯ l. 1. ſ. allegatam C. de ſac. ſan. eccl. Et quia doc. tenē
26 tes contrariam opi pro. maiori parte † arguunt de caſib. ſpe-
cialibus, non eſt admittenda talis argumētatio, vt dicit tex.

in

27 in l.q̃ vero.ff.de legi. Et prædicta fortius procedunt, quia † facilius quis poteſt excludi ex teſtamẽto, etiam in legitia, quã ei poſſit ſucceſſio ab inteſtato denegari l.in arenam.cum ibi
28 not.C.de inof.teſt.† Et ſi præſupponamus caſum diſputabilem, eſt in dubio ferenda ſententia pro reo c. cum ſint partium iura obſcura &c.de reg.iur.in 6.l.fauorabiliores.ff.eo.l. Arrianus cum ibi no.ff.de actio.& oblig.eſt gl.in c.in noſtra. de teſti.cum multis concor.Item & pro poſſeſſore, vt regula, in pari.de reg.iur.in 6.& per gl.in c.Michael.de filijs preſbyterorum.facit.§ commodum.cum ibi notatis.inſti.de in-
29 terdic.cum ſi.† Inſuper communis opinio eſt, quod ſufficiat dotem eſſe ſecundum conſuetudinem regionis, vel patriæ, non habita commenſuratione ad legitimam, ſi de tali conſuetudine poſſet apparere, prout communiter in iſtis partibus apparet, ut per multorum doctorum authoritates probaui in d.meo tractatu in 9.artic 1.q.vbi retuli alios tenere, quod atiam attendenda ſit conſuetudo familiæ, quantitas patrimonij,& numerus liberorum, prout late videri poteſt in ipſo tractatu, in noua impreſsione,& ſecũdum tales qualitates ſentio hanc dotem fuiſſe per omnia cõgruam. Et Magnifici Domini Iudices debent multum aduertere, ne aliter interpretando, publicam lędant vtilitatem, & forte ſucceſſorum ſuorum, quorum dentes facile obſtupeſcent, ſi parentes uuas comedent accerbas. Cęterum quia extantib. agna-
30 tis fęminæ virtute alterius † ſtatuti prędictę ciuitatis non ſuccedunt in domibus, certum eſt, quod domus quo ad eas non computantur in hæreditate adaugendum legitimã, & quod in eis legitimam petere nõ poteſt iſta filia, & econtra, quod
31 † in re præſeruata filiæ, maſculi legitimam petere non poſſunt, quia vbi non datur ſucceſsio hęreditaria, in illis non cadit legitima, vt per gl.cum Bal.& Ang.ac Fulg.in l.Papinianus.§.vnde ſi quis & Ang.in §.quarta.ff.de inoffic.teſtamen. idem volunt Angel.& Imol.in l.plane. §.ſi duobus. ff.de le-
32 gat.primo, Facit, quod dicimus de feudo & emphyteoſi.† In quibus, qui vt hæres ſuccedere non poteſt, quod talis in eis non poſsit petere legitimam, ſecundum communem opinionem, de qua per Alexandrum in l.ſi patroni.in princ.ff. ad Treb.& conſil.38.in vltimo vol.& alibi. Ad idem faciunt fundamenta pro alio ſta .contra filiam allegata, & tanto magis, quia hoc ſtat.fortius eſt primo, quia excludit filias a ſucceſsione domorum, propter agnatos,& primum propter fratres tantum. Item primum excludit filias dotatas, ſeu verius maritatas. Iſtud autem generaliter excludit etiam non maritatas. Laus Deo, & virgini glorioſiſsimæ. Albert.Brunus.

FINIS.

S.E-

Source : BIU Cujas

SEQVITVR TRACT. SVPER EADEM MATERIA editus per Mag. I.V.D. & militem, D. Georgium Natam, ciuem Astensem,

SVMPTVS EX IN REPETITIONE SVA. CAP. QVAMVIS. DE PACTIS. IN SEXTO. IN VLT. PARTE.

Præfatio.

HVnc Tractat. diuido in quatuor principales quæst.

In quarum prima dicetur de essentia, seu qualitate decreti, seu statuti.

In secunda, quæ personæ excludantur virtute dicti decreti seu statuti.

In tertia, quæ personæ excludant filiam dotatã.

In quarta, a cuius successione, a quibus bonis, & a quo iure excludantur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum fœminarum exclusiuum, an valeat.*
2 *Statutum dotatam excludens, videtur voluisse dotem succedere loco legitimæ, & dotis contemplatione eam excludere.*
3 *Legitima non est, nisi quædam portio congrue taxata. Et dicitur bonorum subsidium. ibid.*
4 *Filia licet in totum exclusa sit a successione paterna potest tamen contra patrem & fratres agere, vt eam dotent. Idem ad alimenta. ibidem.*
5 *Filia exclusa a successione, non intelligitur exclusa a dote, vel alimentis, cũ diuersa sint. & nu. 13.*
6 *Legitima filij, an in totum tolli potest per statutum. & nu. 1.*
7 *Legitima debita parenti in bonis filij, in totum tolli potest per statutum.*
8 *Legitima non debetur patri in bonis filij naturali iure, sed ciuili & positiuo*
9 *Filia exclusa per statutum, quia dotata, an possit agere ad legitimam, vel eius supplementum. & nu. 13.*
10 *Argumentum de pacto ad statutum, an valeat. & quomodo. numero 12. in fi.*
11 *Filla licet per pactum vel renuntiationem exclusa. non præsumitur renuntiasse legitimę. Ideo ad eam admmittitur.*
12 *Filiæ per statutum exclusæ, an aliqua debeatur legitima, & an in eius locum dos succedat. & nu. 13.*
13 *Filia exclusa per statutum licet non possit agere ad legitimam vel eius supplementum, incongrue tamen dotata agit, vt congrue dotetur.*
14 *Statutum loquens de dotata, & sic de dote, debet intelligi de congrua. fallit ibidem.*
15 *Statutum fœminarum exclusiuum, an dicatur ius ciuile, vel prætorium. & quando,*
16 *Statutum hoc an dicatur odiosum, an fauorabile.*
17 *Filia exclusa, dicitur quodammodo exhæredata.*
18 *Eequitas est vocare descendentes ad hæreditatem paternam.*
19 *Bonum est argumentum a tacita mente Statuentium. Mens, & ratio statuti, idem est. ibid.*
20 *Masculorum tantum est, iniuriam defuncti & actiue & passiue propulsare, non fœminarum. fallit nu. 12.*
21 *Pacem facere eum exbanniendo, non potest fœmina, quandiu supersint masculi.*
22 *Fœminæ permissa est vindicta iudicialis.*
23 *Pacem facere debens cum hæredibus defuncti, ita debet facere cum muliere sicut cum masculo, & quomodo capiatur inimicitia. ibid.*
24 *Per diuitias conseruatur honestas familiarum, quæ perit per inopiam.*
25 *Egestate iordentibus, mors est solatium, & vita supplicium.*
26 *Statutum mentionem non faciens de masculis, an eorum fauore dicatur factum.*
27 *Stat. in dubio debet intelligi propter fauorem, & non propter odium.*
28 *Stat. fœminas excludens propter sexum, quomodo cognoscatur odiosum, & fauore agnatorum fauorabile.*
29 *Stat. & odium & fauorem continens, an dicatur fauorabile.*
30 *Legum est proprium, aliquos vocare ad hæreditatem, & alios excludere.*
31 *Stat. in loco non dicitur dispensatio, sed ius commune.*
32 *Legitima an sit de iure naturali, an de iure ciuili, & a quo formam habuit ibidem.*

Quæst. PRIMA.

1 CIrca primam principalem quęstionem. Primo quęro, †an dictum statut. valeat, concludo, quod sic, quia per statutum potest in totum tolli legitima debita filio in bonis patris, vt disputauit Richar. Malumbra. & sequitur Dyn. in regula, indultũ lib. 6. Cy. in l. sancimus. C. de nup. Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condition. & demonstr. Angel. in l. Papi. §. quarta. ff. de inoffic. testam. Rayn. de forli. & Dom. Signorolus in suo consilio, quod incipit detestãda. Panorm. in suo consi. 76. incip. quidam decessit in ætate infantili, vbi dicit in fi. quod communior opi. ita tenet saltem existente causa legitima, & causa legitima est fauor masculorum, & agnationis, de quo per Ioan. And. in addi. Spec. super rub. de succes. ab intest. per Dom. de Rota in dec. 18. quæ incipit. Item fuit dubitatum, & in relationibus positum per doc. in c. Raynutius. s̃. de testam. vbi optimus text. ibi secundum consuetudinem, &c. per Bald. in l. cum lege. C. de episc. & cler. in l. fi. §. filium autem. C. de bon. quę lib. per Ludou. in consil. 32. quod incipit, visa municipali constitutione, & in consi. 16. incipiente, viso themate consultationis, & in consilio 134. quod incipit, pro declaratione, plenius per Bal. in l. 1. §. ius naturale. ff. de iusti. & iure. Ergo a fortiori valebit statu-
2 tum excludens filiam dotatam, †quasi tunc voluerit dotem succedere loco legitimæ, & dotis contemplatione filiam excludere a successione. Facit. l. qui volebat. C. de hæred. instit.
3 Secundo facit ratio †quia legitima non est, nisi quædam portio congrue a leg. taxata, auth. nouissima. C. de inofficio. test. & dicitur esse bonorum subsidium. Sed hęc filia dotata satis habet subsidium, & dotis & mariti. l. 1. C. vnde vir & vxor. ergo tale decretum de iure valet. Tertio plus dixit Bal. in d. l. cum lege, quod statutum excludens fœminas, vt masculus totum habeat, valet, & ita dicit consuetudine comprobari. Quod etiam ipse sequitur in l. cunctos populos, in lec. in ver sic. ꝙñr quæritur. C. de summa trinita. & fi. cath. Pro qua sententia adde rationem, quam posui. s̃. eadem quęstione in articulo, an istud statutum sit fauorabile, in fine, & ita videtur tenendum, licet ipse Bal. in d. l. cunctos populos, in repetitione in versic. sed pone quod statutum, &c. dicat ita demum valere statutum, si filia sit dotata tali dote, ex qua possit sustentari. De quo etiam per eum in c. cum tanto. s̃. de consue. & in c. si proponente. s̃. de rescrip. sed forte minus bene loqui
4 tur, quia licet † filia sit in totum exclusa a successione paterna, potest tamen agere contra patrem vel fratres, vt eam dotent, per l. fi. C. de dotis promis. & l. qui liberos. ff. de ritu nup.
5 Similiter agere potest ad alimenta, quia† ista sunt diuersa, s. successio paterna, dos, & alimenta, ergo filia exclusa a successione, non intelligitur exclusa a dote vel alimentis, argu. l. si domus. ff. de ser. vr. præd. & l. si mihi. ff. de ser. ru. præ. facit qđ not. Angel. in l. Modestinus. ff. de sol. Imol. in l. stipulatio hoc modo cõcepta. ff. de verbli. ob. & expresse hoc tenet Bal. in d. l. cunctos populos in repetitione in versic. vnde si statutum prohibet &c. probatur ex auth. si qua mulier secundam vnã lect. C. de sacrosan. eccl. & faciunt quę dixi. s̃. circa principiũ
6 huius decre. † Aduerte tamen circa prædicta, ꝙ licet communior opinio teneat per ta. posse in totum tolli legitimam
7 filij, tñ aliqualis de hoc est dubitatio inter doct. † Quod tñ ad legitimam debitam parenti in bonis filij, nulla est dubitatio quin illa possit in totum per statutũ tolli, ita determinat Bal. in l. 1. §. ius naturale. ff. de iusti. & iur. quã sequitur Lud. in cõ si. 32. quod incip. visa municipali constitutione. Facit ratio,
8 quia talis legitima no vr debita de iure naturali, sed de iure ciuili & positiuo, vt probatur in l. de emãcipatis. C. de le. hær. per quam colligit ibi Bart. quod parentem succedere filio,
9 non est de iure naturali, sed potius ciuili & positiuo, † An autem filia dotata sic per statutum exclusa possit agere ad legi
10 timam, vel eius supplementum, videtur quod sic, quia bonũ est argumentum de pacto ad statutum, vt quod fieri nõ potest per pactum, non possit per statutum, vt est glos. no. in ru

bri.

Source : BIU Cujas

bri.C.de decretis decurio.lib.10.& in l.cum te. & in l.nō im-
11 poſsibile.ff.de pac.ſed†per pactum vel renuntiationem filia excluſa admittitur ad petitionem legitimæ, cui non præſumitur renuntiaſſe.l.ſi qñ.§.illud.C.de in.of.teſta.& ſ.dixi plene circa principium decre.in quinta, limitatione. Ergo eodem modo non præſumitur ſtatutum excludere filiam a legitima.Contrarium tenet Bart.in l.Titio centum.§.Titio ge-
12 nero.ff.de conditionib.& dem.dicens,quod filiæ† excluſæ p ſtatutum nulla debetur legitima,nec dos in eius locum ſuccedit.Pr̃obatur,quia dotis conditio imponi poteſt,puta ſi maritabitur, quæ non poſſet in legitima, & Bart.ſequitur Pa.de Caſt.in conſi.ſuo 108.incip.ſuper primo quæſito,& in conſi. 197.quod incipit,in caſu præſenti clarius.in cōſ.118.in prin. inci.ſi domina.Corne. in conſi.230.in prin.quod incipit,pro pleniori reſponſione, & conſil..345.quod incipit,ſuper puncto,quo quæritur.Ludouic.in conſilio 16.quod incipit, viſo themate, clarius Bal.in quodam conſilio cui ſubſcripſerunt Franciſcus de albergotis & Pet.de Vbal.frater.Bald.& Bald. in l.ſi defunctus.C.de ſuis & le.Pet.de Anch.in conſ.48.Nec ob.d.§.generaliter quia loquitur in pacto,nos in ſtatuto, cuius maior eſt authoritas & potentia, vt inquit Bart. in d.l.nō impoſsibile.& in l.oēs populi.ff.de iuſt.& iu.& Bal.in l.de quibus.ff.de legi.gl.in l neq; pignus.ff.de reg.iur.Io.And.in c.ſi. ſ.de conſuet.reprobans gl.in d.Rub.de quo etiam per Bald. in l.ſi cautione,in finali quæſtione.C.de non num. pecun.in l.1.C.quæſit lon.conſue.in d.l.Titio centum.§.2.in l.1.C.cōminat.vel epiſtolas, vel dic affirmatiue valet argumentum de pacto ad ſtatutum,ſed nō negatiue,vt dicit Imo.in l.alia.
13 §.eleganter.ff.ſol.matr.& facit tex.in l.fi.C.de fideiuſſ.†Aduerte tñ,ꝙ licet filia excluſa per ſtatutum & c.non poſſit agere ad legitimam vel eius ſupplementum, qñ tñ eſſet incongrue dotata,poſſet agere vt congruæ arbitrio boni viri dotetur.Ita eleganter Bal.in l.fi.C.de dot.promiſ.per tex.in l.ſi fi-
14 liæ.ff.de leg.3.Et facit,eo quia†ſtatutum loquens de filia dotata, & ſic de dote, debet intelligi de congrue dotata,arg.l. cum poſt.§.gener.ff.de iure dotium.Facit,quod notat Imo. in c.accedens.ſ.de procura. Fallit, vbi ſtatutum diceret, ꝙ deberet filia eſſe contenta dote data, vel promiſſa a patre, ſm Bald.in d.l.fi.argum.l.qui volebat.ff.de hæred.inſt.quod etiam clarius voluit ipſe Bal.in auth.res quæ. C.communia de leg.dicens ita conſuetudine comprobari,quia licet ſtatutum ſit durum,cum tamen non ſit contra bonos mores, eſt ſeruandum.l.proſpexit.ff.qui & a quibus. c.ſcriptum 6.q.tertia,facit quod no.in l.baliſta.ff.ad Trebel.quod tene menti.
15 Secundo quęro,†an tale ſtatutum ſeu decretum dicatur ius ciuile,vel prætorium, Conclude, ꝙ ſi fuit factum a ſummo principe,dicitur ius ciuile. Si ab inferiore, dicitur ius prætorium,quia quicquid ſtatuitur ab inferioribus,dicitur ius prętorium l ius autem ciuile.§.1.ff.de iuſti.& iur.no.Barto.in l. 1.in fi.ff.de bonor.poſſ. dicens, ꝙ ſi ex conſtitutione Ducis, Marchionis,Comitis vel inferioris a principe, hæreditas deferatur,neceſſaria eſt bonorum poſſeſſio.quia ipſa conſtitutio eſt ius prætorium,& cōiter agnitio bonorum poſſeſſionis fiēda eſt intra centū dies,& coram iudice.Idem voluit Bar. in l.5. in princip.ff.de verbo.obl & Bal.in rub. C.qui admit. Fallit, vbi dux vel cōditor ſtatuti haberet dignitatem perpetuam, & ad ſuos deſcendentes tranſmiſsibilem, nam tunc eius cōſtitutio pro lege perpetua ſeruanda eſt, ſm Bar.in d.l.omnes populi.in prima.q.principali.ver.4,quæro,& Ang.in d.l.5.in princ.de quo artic.ibi vide per Imo.& Ludo.per Bart.in l.fi. ff.de pęnis.in l.2.§.fi.ff.pro emptore.Bal.in l.receptitia. C.de conſti.pecu.Facit, quod notat.Ioan. And. in c. fin. de appel.
16 lib.6.Tertio quæro, † an dictum ſtatutum dicatur odioſum vel fauorabile, videtur ꝙ odioſum,quia excludere filiam,& alios vocare ad ſucceſsionem paternam,eſt odium nutrire inter deſcendētes,contra.l.illam.C.de collationib. & l.cum oportet.§.fi.C.de bon. quæ lib. Secundo,quia dicitur ad Galatas quarto.Si filius.ergo hæres.no.gl.in l.ſi cum dotem. §.
17 tranſgrediamur.ff.de acq.hær.Tertio,†quia filia ſic excluſa, dicitur quodammodo ex hæredata. l.qui volebat. ff. de hęr. inſti.ſed exhæredatio eſt odioſa.l.cum quidam.ff.de liber. & poſthu.l.quidam cum filium.ff.de verb.obli.ergo &c. Quarto,irrationabilis fauor,eſt odium.l.maximum vitium.C.de liber.præt. Quinto tale ſtatutum correctorium eſt iuris cōis ex quo filiam priuat ſucceſsione paterna ſibi debita,vel qua ſi.l.fi.C.de codicil.& l.fi.§.1 C.de curato. fu. cum fi. ergo &c.
18 Sexto,†æquitas eſt vocare deſcendentes ad hæreditatem paternam.l.ſi defunctus.C.de leg. hęre.ergo excludere, eſt iniquum. Septimo,tale ſtatutum dicitur accuſare naturam, ꝙ fœminas & non maſculos genuerit, contra d.l.maximum, vitium, & hanc partem tenet Bart. in l.cunctos, populos, in verſic.6.videndum.C.de ſumma trin.Pe.Iac.de Ra.& Cy.in l.non ſine.C.de bonis,quæ lib.& Bal.in auth.res,quę C.communia de leg.& idem ſentit in l.2.C.qui.ad liber. peruenire non poſſunt.Ipſe tñ Bald.in d.l.ſi defunctus.allegat Bar. in l. liberorum.ff.de ver.ſigni.dicentem.ꝙ huius ſtatuti nulla pꝙ teſt aſſigari rō,ſed minus bene, per ſ. dicenda. Contrarium
19 l.ꝙ imo ſit fauorabile, probatur,nam†bonum eſt ar.a tacita mente ſtatuentiū.l.milites agrum.ff.de teſta.mil.qa mens & rō ſtatuti idem eſt, ſicut in homine idem eſt mens & rō. Ita Bal.in d.l.maximum vitium.facit gl. in l. tale pactum.§. fi.ff.de pac.Tertio mens ſtatuentium,quæ colligitur ex conſuetudine locorum, vbi ſunt talia ſtatuta. l. ſi ſeruus pluriū. §.1.ff.de leg.1.l.3.& l.Labeo.ff.de ſuppellec.leg. l.cum de lanionis.§.aſinam.ff.de fun.inſtru. vr̃ ſumere rationem ex eo, quia apud maſculos remanent fere omnia onera defunctorum,ergo æquum eſt ꝙ remaneant & commoda.l.ſm naturam.ff.de reg.iur.†Patet primo,quia quo ad maſculos ſolū p
147 *Ad coniecturandam rationem, vbi non eſt expreſſa, quid attendendum ſit.*
Et cui legem interpretandi data ſit poteſtas, & quando procedat, & quando a verbis. l. recedatur. ibid.

148 *Quotiens præfertur iniquum æquo, ex verbis ſimpliciter prolatis, tunc recedimus a verbis, & ſtamus menti.*

149 *Statutum ita debet intelligi, ne quis indebite iure ſuo priuetur, vel inique lucretur.*

150 *Statutum hoc correctorium, & exorbitans, ſufficit quod aliquid operetur.*

151 *In quibus non habet locum mens ſtat. nec ipſum ſtat.*
Et caſus omiſſus a ſtatuto, relinquitur diſpoſitioni iuris communis. ibidem.

152 *Stat. iſtud an debeat tantum intelligi de deſcendentibus maſculis, prout in materia feudi.*

Quæſt. IIII.

1 

Irca Quartam & vltimam prin. q. †qua q̃ritur, a qua ſucceſſione, ſeu a quo iure excludãtur filiæ fœminæ virtute dicti ſtat. Primo quæro, † an ſtatutum vendicet ſibi locum, q̃n pater habens maſculum & fœminã moritur inteſtabilis, puta furioſus vel aliter incapax teſtĩ factione actiua, qõ notabilis eſt & difficultas in eo ſtat, nunquid ſta. diſponẽs de defuncto ab inteſtato, hẽat locũ in inteſtabili, & omiſſis opi. antiquorum, quas plene refert Alb. in opere ſuo ſtatutorũ, reperio duas fuiſſe opi. 1. fuit Bar. in l. 1. ff. de ſuis & le. & in ſuo conſi. q̃d incipit, in q. prædicta, dicentis, quod licet ſm ꝓpriã ſignificationẽ inteſtatus dicatur, qui cũ teſtm̃ facere poſſet, teſtatus non eſt ut ibi, & l. inteſtatus. ff. de verb. ſig. tamen attento cõi vſu loquendi, appellatione inteſtati venit ẽt inteſtabilis, ideſt, ille, qui teſtm̃ facere nequit. † Ex quo infertur quod licet alias ſtat. ſint proprie & ſtricte intelligenda. l. 2. §. hęc verba. ff. de neg. ge. l. 1. §. hoc interdictum. ff. de fonte. Tamen ex quo cõis vſus loquendi, qui ꝓfertur proprię interpretationi l. librorum. §. quod tñ Caſſius. ff. de leg. 3. l. Labeo. ff. de ſuppell. leg. l. cum de lanionis. §. aſinam. ff. de fun. inſtru. ſecundum illum ſtat. interpretãda ſunt, ergo &c. & ꝑ hac opi. Bar. Lud. in conſi. 32. inci. viſa municipali cõſtitutione, adducit tex. in l. in teſtõ ibi, filiæ inteſtatę. C. de teſta. mil. & in l. in teſtato. ff. de legi. tuto. in l. hæreditatem. C. de imp. & alijs ſubſtitu. vbi tex. inteſtatum appellat decedentem, cui erat prohibita teſtamenti factio. Quare dicit ipſe nõ ſolũ ex cõi vſu loquendi ſed etiam naturali iure infans inteſtatus dici põt. Secunda fuit opi. Bal. in c. 1. de ſucceſ. feu. & Pet. de Anch. in commen. c. canonum ſtat. de cõſtit. col. 169. dicentis ſe pro hac parte conſuluiſſe, qui aduerſantur Barto. dicentes quod q̃nque† verba ſtatuti proferuntur ab idiotis & vulgaribus, & tunc intelliguntur groſſo modo. C. de dona. ante nupt. l. ſi cũ te. gl. eſt in l. quid ſi nepotes. ff. de teſt. tut. in l. quotiens. C. fa. er. q̃nq; verba proferuntur a ſtatuentibus iuriſperitis, & tũc nõ eſt inſpiciendum quid idiote loquantur, ſed quid iuriſte ſentiant. Nihil allegat ſed Lud. in d. conſi. alle. l. deinde, ibi, nõ vt vulgus opinatur. ff. de cui. ergo cũ verbum, inteſtatus. proferatur a ſtatuentib. cõiter iuriſperitis, debebit proprie intelligi, & mõ, quo intelligunt iuriſte, facit gl. & q̃d ibi not. in l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque. ff. de verbo. ob. & j. dicã. Itẽ facit gl. & quod ibi not. doc. in l. cum antiquiorib. C. de iure delib. quæ dicit, ꝙ ſucceſſio pupilli non dicitur ex teſtamento vel ab inteſtato. Sed facit tertiam ſpeciem. Quid ergo dicendum. Lud. in præalleg. cõſil. dicit meliorem eſſe opinio. Bar. quia primo non eſt verum, ꝙ dicit Bal. † ꝙ ſtatuta ſint intelligenda proprie, imo dẽnt intelligi ſm cõem uſum loquẽdi, cũ ſtat debeant cõuenire ciuitati, vbi facta ſunt facit glo. in c. nõnulli. s̃. de reſcri. Nec ob. d. §. hoc interdictũ. qa loquitur in interpretatione legis gñalis, qõ noſtra loqtur de interpretatione ſtat. particularrs. & ita dẽt intelligi d. Inn. in c. cũ olim. de uer. ſig. in uer. ſi aũt. Ad q̃d facit q̃d not. Bart. in d. §. hoc quoq;. poſt gl quod fuit originale uerbũ Inn. in c. cũ clamor. in fi. in ver. ſinaũt. & in c. cũ cãm. s̃. de teſtib. in uer. intelligo dictũ teſt. & hãc partẽ credo meliorẽ, maxime qa Bal. in d. c. 1. & d. l. inteſtato. quẽ ſequit Pet. de Anch. in d. c. canonũ ſtatuta. dicit ſuã opi. ꝓcedere in odioſis. ſecus in fauorabilibus. & ſic intelligit d. l. 1. §. 1. ff. de ſuis & legi. ſed ſtatu. excludẽs fœminas, eſt fauorabile, vt s̃. dixi in 1. prin. q. ergo verbum inteſtatus, in eo poſitũ capiẽt large, vt ẽt cõprehendat inteſtabilem. Præterea rõ ſtatuti ſaltem p̃ſumpta, eſt cõſeruatio agnationis, vt dixi in 1. prin. q. mõ cũ licet arguere a rõne tacita, vt dicit gl. in l. q̃uis. C. de fideic. & Bal. in l. maximum vitiũ. C. de lib. p̃te. q allegat l. milites agrum. ff. de re mi. certe cũ ipſa rõ habeat ita locũ in inteſtabili, ſicut in inteſtato, ergo & in ipſo habebit locũ ſtat. & ita in ſimili q. determinauit Lud. in d. conſ. 32. volens ꝙ † ſtatutum diſponens matrẽ excludi a ſucceſſione filij inteſtati, habeat locum, ẽt ſi filius mortuus ſit pupillus, & ſic inteſtabilis. & adde quod hãc opi. ſequitur notabiliter Pau. de Ca. in conſ. 284. inci. præſuppoſito quodam ſtatuto. dicens ſe ſępius ita conſuluiſſe in q. facti, & ſe vidiſſe a multis conſultum. Secundo quęro, † an ſtat. excludens fœminas maſculis extantibus, habeat locũ in hæreditate materna. Conclude ꝙ ſi ſtatutum ſimpliciter excludit fœminas ꝑꝑ maſculos, debet reſtringi reſpectu hæreditatis dotantis ipſas fœminas ſm Bal. notabiliter in l. 1. C. de legi. hæredi. per gl. fin. illius l. vnde † filia dotata a patre de bonis paternis, non ſuccedet patri, ſed in bonis maternis ſic, qa tale ſtatu. debet reſtringi ad cãm legis l. cancellauerat. ff. de ijs, quæ in teſtamento delentur l. ita tñ. in prin. & §. 1. ff. de ad mi. tut. l. Lucius. ff. de fideiuſ. Sed cã excluſionis filiæ eſt dos ſeu dotatio l. qui volebat. ff. de hęre. inſti. ergo ad hęreditatẽ dotantis dẽt reſtringi, ꝑ ſupra dicta. † Tu aũt tene hoc verũ, ſi ſtat. diceret ſimpliciter, ꝙ mulier dotata nõ ſuccedat extãtibus filijs maſculis, vel diceret, ꝙ frater excludat ſororẽ dotatam, nec vltra diceret. & ita caute loquit Bal. in d. l. 1. quaſi ſenſerit, ꝙ tunc debeat ſtatutum reſtringi ad hæreditatẽ dotantis. Secus, † ſi ſtatutum diceret & ſpecificaret perſonã ſeu perſonas, puta ꝙ filia dotata non ſuccedat patri vel matri, uel patruo, qa tunc ſi dotetur ab uno iſtorum, excludetur ẽt a ſucceſſione aliorũ, qa q̃tum ad dotationem ſtatutum loqtur in rem, dũ dicit filia dotata &c. & non dicit, a quo. uñ nõ refert a quo fuerit dotata, quo ad hoc, ut a ſucceſſione oĩum excludat. l. itẽ veniũt. §. a quo. ff. de pe. hę. l. itẽ illa. §. fi. ff. de cõſti. pec. l. hęc aũt §. fi. ff. ex quib. cau. in poſ. ea. fuit. n. intentio ſtat. q̃d dẽat ſtare dote cõtẽta, nec dẽat aliqd ultra petere de hr̃ditate nominatorũ in ſtatuto. nec hoc caſu eſt fiẽda reſtrictio ad hęreditatẽ dotãtis, qa uerba ſtatuti hoc caſu habent largiorẽ interpretationẽ. & ideo dico, ꝙ † ſi ſtatutũ gña liter excludit dotatam mulierem a ſucceſſione aſcendẽtis, qa uerbum, aſcendens, cõprehẽdit nedũ patrẽ, ſed matrem l. quiq;. §. parentẽ. ff. de in ius uo. excludit hoc caſu fœmina, ẽt ab hęreditate materna, perinde ac ſi dixiſſet ſtatutum ab hr̃ditate patris uel matris. nã tñ operat genus, q̃tum ſpecies nominata l. ſi duo. ff. de acqui. hære. & l. ſi duo. ff. de admi. tu. Sed ſi diceret ab hęreditate patris uel matris, res eſſet clara. ergo idẽ dicendũ, ſi dixit ab hęreditate aſcendentium. ita tenuit Pau. de Ca. in conſ. 337. inci. prę ſuppoſito, ꝙ dictũ ſtatutũ. Pro quo facit qa ſtatutum prędictũ principaliter habuit reſpectũ ad ſexũ maſculorũ, q̃tum ad excludendas fœminas non quantum ad dotationem. Quod patet, qa per dotationem excludentur tñ ab hæreditate dõtantis. ergo &c. Tertio quæro, † an ſtatutum excludens filiam dotatã a ſucceſſione patris, etiam a ſucceſſione aui, uel auiæ excludat, dic ut s̃. dixi in 2. princ. q. in arti. an nepos ex filio excludat filiã dotatam. de quo etiam per Bar. in l. liberorum ff. de uer. ſigni. ergo &c. Quarto quæro, † an ſtatutum excludẽs filiam a patre dotatam, ne ſuccedat matri, dicatur illam excludere a ſucceſſione patris dotantis, de quo uide Pau. de Ca. in conſ. 334. quod incipit, primus caſus, ubi cõcludit quod ſic. Quinto q̃ro, † an ſtatutum excludens filiam dotatam a ſucceſſione aſcendentium, illam etiã excludat a ſucceſsione fratris, agnatorum, uel cognatorum, & ſic collateralium. uidetur ꝙ ſic, quia filia ſemel excluſa, nunquam poſtea debet admitti, per ea, quæ dixi s̃. in 2. prin. q. in uerſ. 26. quęro. tamen Bal. notabiliter in c. 1. §. 1. epiſcopum uel abbatem. in uſibus feudo. tenet quod non, quia hoc non dicit ſtatutum. ergo cum ceſsẽt eius uerba. ceſſabit & diſpoſitio l. ſi ſeruum. §. non dixit prætor. ff. de acqui. hære. facit l. ſi minor. ff. de uerbo. oblig. c. maiores. uerſic. cęterum de baptiſmo. maxime cum ſit exorbitans & contra ius, & ſit ſtricte interpretãdum. Præterea iſte caſus eſt omiſſus a ſtatuto, & ideo debet relinqui diſpoſitioni iuris communis. l. commodiſsime. ff. de liber. & poſthu. pro qua ſententia facit, quia excluſio in vno, non induc-

cit

cit exclusionē in alio l.si domus.ff.de serui.urbano. prędiorum l.suum.C.de iure deliberandi l.1.§.vidēdum. ff. de suis
15 & legiti.Secundo facit simile,quia† virtus contractus nō se extendit ad alium casum,quam expressum,vel ad aliam p̄sonam l.ita stipulatus.in §.chrisogonus.ff.de verb.obli.l. ad probationem C.de proba.Nec ob.si dicatur,q̄ ista hæreditas fratris olim fuit in hæreditate,& bonis patris, a quibus filia dotata excluditur,quia respondeo q̄ per immistionem,quā fecit filius, ista hæreditas desinit esse patris,& totaliter tran-
16 slata est in dominium filij l.1.§.ueteres. vbi glo dicit,† quod hæreditas adita,non dicitur amplius hæreditas,sed patrimonium l.per seruum. §.hæres.ff.de acq.pos. vbi hoc dicit glo. & l.si plures.§.filij.ff. de vulg. & pup.merito ergo talia bona mutatione p̄sonæ nouum assumpserunt statum, adeo q̄d virtus statuti hoc casu non nocebit filiæ,q̄ nō vt hęres patris petit,sed vt hæres fratris.facit l.Paulus.ff.de acqui.hære.l.cū patronus.ff.de leg.2.c.1.de iur.pat.lib.6.Tertio facit, quia si-
17 cut†renuntiatio quam fecit filia patri,etiam cum iuramento in terminis huius decre.non impedit filiam succedere ex iur.de nouo c.cum inter.de renuntia.l.si patro ff.de bo libe. similiter tale statutum hoc casu non p̄iudicabit. Quarto pulchre facit,quod Lud.Ro.in consi.168.incip.circa primū,
18 quod quæritur.vbi dicit q̄†renuntiatio etiam cum iuramēto in terminis huius.c.non præiudicat filiæ,quo ad succedēdum fratri,ergo nec etiam præiudicabit statutū.& hanc partem firmat Ludo.in d.§. veteres. dicens tempore suo hanc q. fuisse Bononiæ.Vltimo facit quod in simili inquit Bald.in
19 l.si mater.C.de suis & legi.volens q̄†statutum disponēs mulierem dotatam & maritatam extra territorium, excludia successione patris,non habet locum,quando filia postquam successit patri, nupsit extra territorium, quia amplius nō dr̄ hæreditas patris, sed sua,per glo.in d.§.ueteres.& Bal. sequit Lud.in consi.40.inci.visis ac discussis.Pet.de Ancha.in c.canonum.de constit.col.18.ver.sed pone quod statutum Sex-
20 to quæro,†an statutum,excludens fœminam ab hæreditate patris,& matris,respectu masculorum,& hæredum parentū defunctorū,excludat illam a successione alterius,quam parentum,dic q̄ licet q̄nque appellatione parentū veniāt cōsanguinei c.consanguinei 3 q.5.c.1.quēad.feu.ad filiam p̄tineat.tn̄ secundum propriam significationē parentū,veniūt tn̄ ascendentes l.quicunq; §.parentes.ff. de in ius uoc. & iō statutū nostrum de ipsis tn̄ intelligetur,nisi cōis vsus loquē di faceret in oppositum,per ea,quę no.Barto.in rub.ff.de no. ope.nun. & quæ s̄.dixi in 1.q.huius quartæ principalis q̄nis.
21 Septimo quæro,†an statutum excludens fœminam masculo extante,illam quoq; excludat,quo ad ea bona, quæ non consequitur hęres, vt hæres,sed ex p̄ctu patris,vel promissio
22 ne alicuius.†Exemplum pone in emphyteosi, quā pater accepit pro se,& filijs suis masculis & fęminis,an si superstit masculus,qui uirtute statuti excludit fęminam dotatam,possit ipsa fœmina excluſa in emphyteosi succedere in feudo,exēplum poni non p̄ot, q̄a aut feudum simpliciter conceditur, & fœminę ad eius successionem non veniunt c.1.§.hæc aūt qui feu.da.pos.& in c.1.de suc.feu. Aut accipitur pro se & filijs suis masculis & fęminis. & tunc q̄diu extant masculi,fœminæ non succedūt c.1.episcopum vel abbatem. & not. in dictis iurib. & quę sit ratio, no.per Bal.in l.liberti.C.de ope.
22 li.†Itē in feudo est speciale,q̄ si filius vult admitti, dēt prius agnoscere hæreditatē patris.tex.est in c.1.an agna. vel filius. Quod tn̄ intellige verum,si filius potest hęreditatem agnoscere, vt no.in dictis iuribus.& quę sit rō,vide Bal. in l. qui se patris. C. unde libe.ipsum tn̄ feudū nō habebit filius. licet efficiatur hærer patris,tanquam hr̄itariū. vt inquit gl. in d. c. 1.episcopum vel.abbatē. vn̄ in emphyteosi pōt p̄cedere qō nostra. Quare pro declaratione ipsius, tria occurrunt dubia.
24 Primum an†filius vel filia possit consequi emphyteosim,licet non efficiat hæres patri, Secūdū,si est casus,in quo oportet ipsum esse hęredē, ad hoc vt possit consequi emphyteosim,an sufficiat q̄d sit hr̄s in certa re,de q̄b.duob. vide Bar.in l.vt iur. §.si liberi.ff.de ope.lib. plenius p̄ Bal.in auth. si quas ruinas.C de sa.san.ecc.& in l.liberti.C.de ope. lib. plene per Imo. post Bar.in l. q̄ dr̄.ff.de uer.ob.p̄ Bar.Bal.& Ange.in l.si tibi.§.pac.ff.de pac.p̄ Spe.in ti.de loca.§.nunc aliqua.ver.c.p̄ Bal.& Io.de Imo.in l.Caius.ff.so.ma.per Bal in d.l.qui se patris.per Pau.de Ca.in cōs.231.incip. visis & cōsideratis. & in cons.255. q̄ incipit, visis actis. & in cons.155.inci.viso pūcto per Lud.in cons.35.quod incipit, visa facti serie.dixi alias in
25 c.si pater.de te.sup̄ gl.in uer. in re certa.†Quid aūt, si capiat emphyteosim p̄ se & successorib.suis,an institutus in re certa,dicat̄ successor.Bal.notabiliter in l.q̄dā.§.nihil.ff. de edē. tenet q̄ non.de quo p̄ eundē in l.2.in repe. C. de iu. emphy. Itē q̄d si dixit pro se & hæredibus suis,an institutus in ltia tn̄ admittat̄,vide Bal.in l.ex facto.in prin.ff. de hære. insti. & in
26 dicta l.2.dixi in d.c.si pater.Tertium dubium est,†si impedi-

tur filia succedere patri extante masculo ex forma statuti an potest hr̄e emphyteosim,quā pater accepit pro se & filijs suis masculis,& fęminis,dic q̄ si loquitur eo casu,quo oportet filiam esse hr̄dē patris, ad hoc vt possit hr̄e emphyteosim, q̄d q̄n̄ sit,notatur in locis præallegatis,tunc q̄a prohibetur filia esse hæres, in necessariam consequentiam prohibetur ēt habere emphyteosim,ar l.ad rē mobilē, & l.ad legatū. ff.de p̄. & c.præterea.de offi.deleg.si vero non sit necesse, q̄ sit hr̄s,& tunc Bar.in d.§.si lib.dicit quod hoc casu filia prohibita succedere,nō admittatur ad emphyteosim. Pro quo facit, q̄ia
27 uerba illa cōtractus,pro se,filijs suis masculis, & fęminis, debent interpretari s̄m ordinationē stat. s. masculo nō existente,ar.l si duo.ff.de acq hær.& eius,q̄d no.Cy.in l.fi.§.in cōputatione C.de iure de libe.dixi plene.s̄.in 2.prin.q.in ver.19.q̄ro,p̄rium tamen tenet Bal.in d.auth. si quas ruinas,arg.l.fin. C.de pac.& l.si post mortē.§.fi.ff.de contrata.Pro concordia considera tu posse dici, q̄ aut stat.excludit dotatam ab hæreditate patris, & hoc casu cū istud ius emphyteoticū sit separatū ab eius hr̄ditate,filia poterit succedere sicut masculus, & ita procedat opi.Bal.in d.auth.per iura ibi alleg.Aut statutum disponit q̄ filia dotata non succedat in bonis patris, & tūc quia appellatione bonorum venit ius emphyteoticum, l.bonorum.ff.de verb.sig.filia excludetur ab ipsa emphyteosi per masculū,& ita procedat opi.Bar.in d.§.si liberi.& hāc cōcordiam sumpsi ex doctrina Bal.in d.l.liberti.in ver.q̄d si
28 stat.est.Cogita tn̄,Adde tamen inquantum.s̄.dixi q̄†fœmina non succedit in feudum, quia illud verum regulariter. Fallit primo,nisi feudū ad certū seruitiū datū esset,quod nō minus decenter per fœminam,quam per masculum potest exhiberi.Casus est not.in c.si qui militi.de capitulis extraordi.in vsib.feu.quem titulum pauci libri habēt,illum tamen ad hoc alleg Bal. in l.quoties.C.de suis & legiti Secundo fallit.vbi feudum ita detur, quod nullū seruitium faciat, facit. d.c.si qui mili.secundum Bald.in d l.quotiens.Tertio fallit, vbi feudum est exiguum, nam tunc cum ex eo nō causetur obligatio ad seruitium vel ad faciendum fidelitatem, casus est in c.1.de capitulis extraordinem,quem ad hoc alleg.Bal. in c.1.§.est alia,quæ fuit prima causa benefi.amit.ergo tunc fœmina succedat. c.si qui militi. Quarto fallit in feudo iur. emptionis quæsito,in quo etiam fœmina succedit magis ex natura contractus emptionis,quam feudi,vt refert Bal.dicere eleganter Odofr.in c.1.ver.ducedente,qui feu.dar.pos.facit quod no.Bar.in d.l.liberti.& dixi alias in c. ad apostolicæ de re iu.eo.li.Quinto fallit, vbi fęmina a dño feudū redimit. c.j.quemad.feudū ad filiā p̄ti.Sexto fallit, vbi feudū est fęmineū,uel specialiter est cōuentū, quod ad fœminā p̄tineat.c. 1 de feudo fœminæ. Vltimo fallit, vbi dominus de nouo fęminam inuestiuit. cōsentientibus tn̄ illis, qui alias in feudo erant successuri,nam in eorum præiudicium non posset dns alium inuestire.c.1.de alie feu mat.c.1.§.hoc quoq; .de succes.feu.Et has oēs notabiles fallentias posuit Lud.in consil.
367.incip. circa primum,quas diligenter no.Octauo quęro,
29 †stat.disponit q̄ dimidia pars bonorum eius, cuius bona publicantur,reseruetur filijs,an filia dotata excluſa a successione paterna, virtute statuti nostri admittatur ad dictam dimidiam,Ang.singulariter in l.si deportatus.C.de bo.p̄scrip. concludit q̄ nō,per illū tex. Vbi est casus,q̄ filius emācipatus nō vocat̄ ad successionē patris dānati,ēt quo ad bona reseruata filijs ex gratia.Ita in proposito filia excluſa a sta. non admittetur ad bona reseruata filijs ex gratia alterius stat.Te
30 nemenți perpetuo. Nono quæro, † an filia dotata excluſa a successione,dicat̄ excluſa ēt respectu bonorū existētiū extra territoriū statuētis,qō disputabilis est, & q̄d nō excludatur, primo p̄batur sic.Simplex dispositio nō extendit̄, nisi ad bona sita in territorio statuētis.l.cū unus.§.si is,qui ff. de bo.au
31 tho.iu.pos.cle.pastoralis.de re iu. Secūdo,† simplex dispositio non extenditur nisi ad ius disponentis.l.si domus.§.finali. ff.de leg.1.l.uxor patrui. C.de lega.ad bona sui territorij, quę potuit afficere,facit.l.si quis duas.l.qui tabernas, ergo tale statutum nostrum restringi debet. ff. communia. prædio.
32 Tertio†quando vnum & idem censetur diuerso iure hr̄ pro duobus.l.Papinianus. §.sed nec impuberis, ff.de inoffi.test.l. patris & filij.ff.de vulga & pu.sed patrimonium talis patris, cēsetur diuerso iure, respectu diuersorum territorium ergo reputabunt̄ duo,& sic respectu vnius gubernabitur vna.l.respectu alterius alia lege,ar.l si miles.& l.si certarū.ff.de te mili.& l.procuratoris.§,sed si duas.ff.de tributoria.l. pupillo.ff. de tu.& cu.da.ab ijs.facit q̄d hr̄.in l.cōtrouersia.ff. de trāslatio.Quęro,qui succedit,in bonis succedit,l.cū hr̄des.in prin. ff.de acqui.pos.& sic ius succedendi respicit bona,& per p̄ns situm bonorū.l.indictiones.C.de annonis.& trib.li.11.C.sine cēsu.uel reli.l.forma. §.si vero.ff.de cēsi.l.1.C.de mulie.& in quo loco.li.10.& q̄ ita sit,p̄batur.Qui tāgit bona dr̄ adire hæreditatem; & p̄nter personæ succedere. l.pro hærede. §. Pa-

Source : BIU Cujas

piniamus.& l.gerit.ff.de acquir.hæred. Ex quo videtur inferri,quod ſucceſſio bonorum trahit ad ſe ſucceſſionē in perſonam. Ideo bona cenſentur quid principale. l. ꝙ pupillari. ff. de vulgar.& pupill.l.ſi pacto C.de pact.cum ibi notat.in l.2.
33 ff.de pecu.leg.†Item ſucceſſionis immediate reſpicit ius,qđ habuit defunctus.l.hereditas.ff.de regul.iur.l.3.§.bonorum. ff.de bonorum poſſeſſ.Item in ſuccedendo principaliter attenditur,an ſint bona ſoluendo,inſti.ad l.fal.in princ.ſi ergo principaliter bona intuentur,ergo & ſitus eorum.Quinto facit,tale ſtatutum eſt exorbitans & contra ius.l.maximum vitium.C.de lib præter. Cum ergo nouam formam contra ius det in ſuccedendo, non debet extendi ad bona extra territo
34 rium poſita.l non ſolum.§.teſtamento,cum ibi not.ff.de excu.tut.& d.l.ꝑpupillo,& no.in l etiam.ff.de teſtam.tu.Sexto facit,quod no.Bar.in l.cunctos populos.C.de ſumma.trinit.in q.de pu.bonorum,vbi quærit,†an publicatio facta in vna ciuitate,extendatur ad bona ſita in alieno diſtincto territorio & ibi concludit, quod ſi ſtatutum eſt contra ius commune, non veniunt alia bona in dicta confiſcatione.De quo ibi per eum.Septimo,tale ſtatutum ſecūdum aliquos,eſt odioſum, vt dixi s̄.in 1.principa.quæſtione,ergo non debet extendi extra territorium.l.ex ea. ff.de poſtu.c.ſi ſententia. §.fin. infra, de ſentent.excommunicat. Octauo facit dictum elegās Spec. in tit.de inſtru.edi.§.compendioſe,in verſi.quid ſi ſit, vbi di-
35 cit,ꝙ†conſuetudo Anglicana,qua cauetur,ꝙ vxor ſuperuiuens marito lucretur partem bonorum mariti, nō trahitur ad bona exiſtentia extra territorium, per l.3.ff.de offic. prę ſi. & l.conſtitutionib. ff ad municipa. Nono facit verbum notabile Barto in d.l cunctos populos in verſic.7.quæritur, vbi
36 dicit,ꝙ † conſuetudo Angliæ, quæ habet quod primogenitus ſuccedit in oīb. bonis non extenditur quo ad bona extra territorium ſita. Decimo hanc partem firmo authoritate Bar.idem tenentis in d.l.cunctos populos, verſ.6.videndum eſt, & Bald.ibi in lectu.in verſi.conſequenter queritur, dicit ſtatutum, & Pan.in c.propoſuiſti s̄.de foro.competen.& pro iſta parte etiam faciunt no.per Imol.in c.cum olim.de cleri. coniuga. In contrarium tamen arguitur ſic, & primo poteſtas ſtatuendi inter ſuos ſubditos non arctatur,nec circūſcribitur territorio.l.fi.vbi per Bar.ff.de decre.ab ordi.fac.l.mercatores. C.de commer.& mercatoribus,& c.fi.de cle.nō reſi-
37 den. Secundo,†lex vel ſtatutum inhabilitans perſonam ſibi ſubiectam effectum ſortitur,quocūque acceſſerit perſona. l.ex ea. ff.de poſtulando.l.relegatorum.§.interdicere.ff.de interdic. & relega.vbi per Barto.c.cum ab eccleſiarum.s̄.de officio.ordi.d.c.propoſuiſti.not.in l.is,cui bonis. ff.de verborū obligationi,& in l.is,cui. ff.de teſtam. & in l.is,qui.ff. de tut. & curato.da.ab his,facit quod dicitur de ſuſpenſione, & ex-
46 communicatione,quæ excommunicatum concomittatur, quocunque vadat.c.quiſquis.3.q 5.no.gl.in d.l.ex ea.& Arc. in c.is.qui preſbyter.7.q 1.facit.l 1.C.vbi de cri.agi.opor.ſed ſtatutum facit inhabilem filiam dotatam ad ſuccedendum patri,ergo vbicunq; locorum erit inhabilis, lex enim & ſtatutum poſſunt ſuum ſubditum inhabilitare. Item eorum, in prin.ff.qđ cuiuſq; vniuerſitatis. l.ſemper. §.lege ff.de iure immu.l.non tm̄.§.fi.ff.ad carbo.l.1.C non licere hab.metro. l.dudū.in fi. C.de contra.emp.l.originarios.ff de agri.& cēſi. hb.11.& poſſunt quoſdam ad ſucceſſionē vocare & habilita
47 re,& quoſdam alios inhabilitare,toto titu.C.de hęr.decur.l. ſi quis. C.de inceſtis nup.l.1.C.de natu. libe.l.lege obuenire. ff.de ver ſig.l.illud.C.de ſacroſan eccle.Tertio,ſi de quominus videtur ineſſe, & tamen ineſt, ergo & id de quo magis, authen.multo magis. C.de ſacro.ſan.eccle.ſed decretum iudicis vnius territorij effectum ſuum extendit in alterrius ter
38 ritorium.l.magis puto.§.illud.ff.de reb.eorum.†Item ſentētia iudicis lata, habet executionem in alterius territorio. l. fi.C.vbi in rē actio.l.a diuo pio.§.1.ff.de re iu.ergo multo fortius hoc operabitur ipſum ſtat. vel lex, qđ dī eſſe magis, vt voluit Bal.in d.l.cunctos populos.in lec.inver.ſed quid eō,ſi
48 ſubditus,fortior.n.eſt ſnīa legis,quā hoīs. l.ſi libertus minorem in prin.ff.de iu.pat.foret.n.ridiculum dicere,ꝙ plus poſſit iudex extra ſuum territorium, quam lex vel ſtatut. qđ ita coheret territorio,ſicut iuriſdictio.l.fin. C.vbi & apud quos.
39 Quarto facit,† in ſtatuto vī ineſſe tacitus conſenſus populi, & perconſequēs huius filiæ dotatę,ar.l.ꝙ maior.ff.ad muni. l.de quibus.ff.de legi.vnde iſta filia ex tacita conuentione excludetur,ar.l.pe. ff. qñ appel.ſit, & amplius non audietur.l.2. C. de infan.expoſitis.l.ſi quis.C.de rebus credi.Quare cum iudicium reddatur in inuitum. l.inter ſtipulante.§.1.ff.de ver. ob.merito filia talisdotata excludetur. Quinto facit.Nam ſi contentio oriatur inter filium maſculum, & filiam dotatā de hæreditate paterna,iudicium eſt agendum in patria ipſorum, cui ſubditi ſunt.l.1.C.vbi de hæreditate.Sed vigore huius ſtat.ſententia foret exequenda,etiam in bonis extra territoriū, vt no.plene.in d.l.cūctos populos,&in d.l.j.nūc,ꝓxime allegata.& ſic ab illis filia excluditur.ergo & idē fiet per ta-
40 le ſtat.†qm̄ ſtatuta hūt vim diffinitiuę ſnīæ, vt probat text.iūcta gl.no.in l.cū quaſi.§.ſi plures.ff.de fideic.liber.not. Bart. in l.ꝓgrāma.in prin.C.com vel epiſto. licet nih il alleget. & iſta rō ponderanda eſt,qa vrget pro hac parte,quemadmodum ſnīa hēt executionē in bonis alterius territorij authoritate iuris cōis,ita eādem authoritatē habebit ſtatu. cui ius cōe dat talē executionem in alterius territorio.facit l.1.§.lex falc.ff.ad l.fal.iuncta l.oēs populi.ff.de iuſt.& iu. bene facit l. fi.ff.de decre.ab ordi.fa.& ſimilia,quæ ponit Bal.in l ex ea.ff. de poſtulando.vbi dicit,ꝙ bannū factum per ptāte, hēt ēt vi
41 res in curia epiſcopi. Itē,ꝙ†ſtatutum diſponens bannitū nō debere audiri,operat̄ ꝙ ēt in curia epiſcopi nō ſit audiēdus. facit qđ no. Inno.in c.1.de offi.ordi.Itē non ſoluens gabellā, qui ex forma ſtatuti non dēt audiri,non audiet̄ ēt in foro epiſcopi,ſm Bal.in d.l.ex ea,quod tene menti.Sexto facit,nam
42 qñ virtute ſtatuti fœmina dotata excludetur ab hæreditate paterna,& ab eius ſucceſſione,cum†hereditas nihil aliud ſit niſi ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti l.hr̄ditas nihil aliud ff.de uer.ſig.l.1.& l.item videndum.§.fi.ff.de rei uen.Sed ubi tractatur de hæreditate non cōſideratur ſitus bonorū l.1.C. vbi de hæreditate l.fideicommiſſum.§.tractatū.ff.de iud.ergo &c.Præterea cum diſputatur de aliquo vī,ſingulares res ſub illo contentæ nō cōſiderantur l.eū,q ędes.ff.de vſuca.ergo &c.†Itē in ꝑnam vniuerſi, ueniunt ea,q̄ principaliter venire non pñt l.quædam.ff.de acq.re.do.l.item uidendum.ff. de pe.hę.l non tm̄. §.fi. ff. de rei uen.& l.1.§.1.eo.tit.Itē, cum
43 agit̄ de iure ſuccedendi,& ſic vī,no attendit̄ locus l.1.§.quę
44 dam.ff.de re.diui.facit.l.1.ff.de ꝑhen.empt.†Ergo cum hæreditas nihil aliud ſit,&c.nō debet diuerſo iure cēſeri d.l.eum qui ędes.no.in l.in quartā.ff.ad l.fal.cū a quo remouetur genus,remoueatur & ſpēs l.ſi qs cum totū.ff.de excep.rei iudi. Quare cum agatur de hereditate paterna, & ſic de iure vī, & non debeat diuerſo iure cēſeri, ſequitur ꝙ filia dēt excludi etiam a bonis ſituatis extra territorium ſtatuentis. Septi-
45 mo facit rō,†hæres repreſentat perſonā defuncti,in auth.de iureiuran.a moriente præſti.§.1.l.fi.C de impube. & alijs ſubſti.pro ea parte,pro qua eſt hęres,vt dicit glo.no.in l.2.§.fi.ff. de præto.ſtipu.Quemadmodum ergo defunctus detinebat bona ſita extra territoriū,ita dēt tenere eius hīs , & nō alius
ꝙ defunctū nō repſentet.bona.n. veniūt acceſſorie ad perſonā,auth.ingreſſi.C.de ſa.ſan.ecc.l.ſi pr̄.ff.de adop.l.ꝓ litē.§. licet.ff.de excu.tu.l fi.C.ſi reus uel accu.l.2.ff.de ſta ho.l.ī pecudū.ff.de uſur.l.ſancimus.C.de ſa.ſan.ec.facit.§.fi.inſti. de iu.nat.& optime ēt facit,qđ dī de ſolutione collectæ in l.reſcripto.§.fi.ff.de mu.& ho.& l.libertus.§.ſolā.ff.ad muni.in l.
1.C.de mulie.& in quo loco Nā ibi dī,ꝙ†ſi ꝑſona ſubeſt vni iuriſdōni,& bona ſint ſita in alterius iuriſdōne,ꝙ ꝑſona pōt in loco,cui ſubeſt,collectari ēt ꝓ bonis exiſtentib. in alieno territorio. De quo ꝓ Bar.in d.l 1.C.de mulie.& in quo loco. ꝓ Lud.in cōſ.161.inci.uiſo ꝓpoſitę qōnis themate.& in conſi. 275.qđ incipit, quo ad primū.ꝓ.Bal.in l.2.C.ſine cēſu vel reli.ꝓ Bar.in l.placet.C.de ſac.ſan ecc.ī l.forma.ff.de cēſi.Octauo facit qa licet arguere ab abſurdo euitando l.nā abſurdū. ff.de ope.li.c.dudū.de ꝑbē.Sed ſi tenemus filiā dotatā in iſtis bonis poſſe ſuccedere,ſequeret̄ abſurdū. ergo &c. abſurdū
ꝓbat̄.†pone patrē cōdidiſſe teſtm̄, in quo fretus authoritate ſtatuti inſtituit maſculū & fœminā ꝑterijt, clarū eſt, ꝙ tale teſtm̄ valet, ut s̄.dixi poſt gl.huius capituli,in 1.q.prin. Sed ſi filius ſe immiſcuit hr̄ditati,locus eſt cāę teſtati,modo ſi filia vellet ſuccedere ī bonis extra territoriū ſitis,oportet ꝙ ab inteſtato ſuccedat,cū ex teſtō nō poſſit, cū ī illo nō ſit uocata, & ſic eſſet dare caſum & abſurbū,ꝙ nō patit̄ ius.ſ.teſtōrē decedere ꝓ parte teſtatū, & ꝓ parte inteſtatū, ꝺ l.ius nr̄m. ff. de reg.iur.& §.nō aūt.inſti.de hær.inſti.nec eſt bñ dicere,ꝙ hoc operat̄ diuerſitas pr̄imoniorū,qa nullus priuatus dī hēre diuerſa pr̄imonia l.iuriſperitos.§.oriūdus.ff.de excu.tu.Itē nec
hoc operatur diuerſitas conſuetudinis, qa† qñ ſunt diuerſæ conſuetudines in diuerſis locis , una tantum illarum urget & alia non. Similiter l.fi.C.de teſt.ubi hī, ꝙ teſtm̄ factum in rure, habet effectum etiam in ciuitate.facit.c.cum dilectus. de fid.inſtru.nec eſt mirum,quia bona alterius territorij ſub iacent diſpōni ſtatuti alterius iuriſdictionis in cōſequentiā ꝑſonę.& clarū eſt,ꝙ licet ſtatutū principaliter de bonis extra territoriū ſtatuere nō poſſit l.cū unus.§.ſi is qui.ff.de bo. autho.iu.poſ.tm̄ in ꝑnam poteſt.facit l.1.ff.de autho.tuto.ubi actus qui geritur ſecundum ſpecialem conſuetudinē loci, trahitur ad acceſſoria.facit etiam quod no.loī.And.in c.paſtoralis.de priuile.& Inno.& Io.And.in 103.de immu.eccle. no.in d.l reſcripto.§.fi.& hoc expreſſe uoluit Cy.Gul.& Iac. But.ut refert & ſequit̄ Bar.ī d.l.cūctos populos.in uer.7.qrit̄. Aduerte tm̄,quia ad hoc ar.poſſet rn̄deri ſm Bal.in d.l.cunctos populos.in lec.dicentem,ꝙ d.l.ius noſtrum . non patit̄. non habet locum , vbi concurreret authoritas legis. facit

quod

Source : BIU Cujas

quod not. glo. in authen. hoc amplius. C. de fideicom. dicens
49 quadã authoritate legis semel hæres posſit desinere esſe hæres. Vel aliter dic, ꝙ illa l. procedit de iure communi, secus, vbi consuetudo induceret cõtrarium. de quo tamen dic, vt ibi notatur per doctores. Nono facit statutum excludens filiam dotatam, est factum authoritate iuris ciuilis. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. §. 1. insti. de iure natu. & sic censetur factum ab ipso iure ciuili. Probatur optime in proemio insti tutionum. facit. cap. si apostolicæ ĩ. de præb. eo. lib. no. Bartol. iu l. 5. in princip. ff. de verbo. obliga. & Bal. not. in l. ex ea. ff. de postulando. Ius autẽ ciuile vbicunq; locorum vires habet,
50 facit l. deprecatio. ff. ad l. Rhodiam de iactu. Quare cum † proprium iuris ciuilis sit, aliquos ad hereditatem paternam habilitare, & alios inhabilitare. l. lege obuenire. ff. de verbo. signifi. l. fi. ff. de suis & legi. quemadmodum si filia dotata esset excluſa de iure cõmuni a succeſſione paterna, nihil posſet habere, etiam de bonis situatis extra patriam, ita non dẽt habere, quando excluditur a statuto. facit regula, q̃ per aliũ. infra de regu. iur. eod. lib. Decimo, in singulare priuilegium, & de gratia, conceſſa est hominibus libera testandi facultas. vt inquit gl. singularis in l. illa institutio. ff. de hęre. insti. quã sequitur Panor. in Rub. s̃. de testa. & facit gl. in §. ex ijs omnibus 8. q. 1. dicens Papam non posſe sibi succeſſorem instituere, cum institutio referatur ad id tempus, quo desinit esſe Papa. de quo tñ dic, vt plene dixi in rub. ĩ. de testa. in 2. princ. articulo vbi allegaui Bal. & Ange. tenere contra d. glo. quæ tamen ratione iuuatur, quoniam secundum regulas iuris ciui
51 lis, & gentium, nulli permittebatur testari, ea ratione, qa † testamẽtum capit robur post mortem testantis, & ab adita hereditate l. omnium. cum similibus. C. de test. nullus enim cogitur ad obseruantiam sui testamenti. Imo potest qũcunq; reuocare. Hinc dr̃, ꝙ vltima voluntas est ambulatoria, vsq; ad mortem c. cum marte. de celebra. miſ. l. 4. de adimen. leg. no. in l. si quis in prin. testamenti. ff. de lega. 3. Qui ergo facit testm̃, vult ipsum sortiri effectum post mortem suam. & sic disponit de bonis, eo tpe, quo ipso iure futurus est cadauer, & nihil erit nec poterit, qm̃ mors oĩa soluit. §. deinceps. in authẽ. de nup. facit. l. 2. ff. de vsufru. Itẽ si ꝯsideramus, iste disponit de bonis suis, ar. l. quod ſponſæ. C. de do. ante nup. qđ non põt l nemo plus iuris. ff. de reg. iur. c. ꝙ autem. de iure patro.
52 c. daibertum. 1. q. 7. Modo in proposito, † licet hominibus cõpetat liber stylus testandi l. 1. C. de sac. ſan. eccle. debent tñ testari ſm regulas iuris ciuilis, & ſm illas disponere. & sic filijs & filiabus legitimam relinquere titulo institutionis. §. aliud in auth. vt cum de appel. cogno. auth. nouiſ. C. de inof. te. Sed stante disposition statuti nostri excludẽtis filiam dotatam, põt testator filiam præterire, & nihil ei relinquere. & sic de bonis extra territorium disponere. immo ẽt si pater cogeret filiæ relinquere, posſet tñ de illis bonis disponere in aliũ. §. disponat. in auth. de nup. ita ꝙ filia nihil habeat de ipsis d. l. 1. si ergo hoc potest testator, fortius hoc poterit statutum, maxime cum secum habeat voluntatem testatoris ex duplici capite. Primo, quia est subditus statuto, & sic tacite statuto vr̃ consensisse. l. quod maior. ff. ad munici. l. de quib. ff. de legi. Secundo, quia aut de ipsis bonis sitis extra territorium testatur, & tunc clara est eius voluntas. aut moritur ab inteſta. & idem, qa pręsumitur voluisse disponere, ſm ꝙ disponit stat. suæ patriæ, vt plene dixi s̃. in 2. prin. q. in ver. quæro. Et sic siue testetur, siue ab inteſtato moriatur, omni casu voluntas patris ꝯriatur filię. facere aũt differentiam, quam facit Bart. in d. l. cunctos populos. in uer. 6. loco videndũ, an statutũ sit
53 pmiſſiuum, an prohibitiuũ, an fauorabile, vel odioſum, nõ habet in se rationem. Quod primo probatur, qa † prohibitio certarum personarum, dicitur aliarum permiſſio, & ecõtra l. 1. §. deinde. ff. de postulan. l. cum. prętor. in princ. ff. de iudi. c. nonne. extra de præſum. l. patri. in prin. ff. de mino. Secundo, qa lex vel statu. etiam odioſum extẽditur ad id, quod est conſecutiuũ. & l. relegatorum. §. interdicere. ff. de interdi. & relega. Cũ ergo vt s̃. dixi, bona veniant in ꝓñam personę, respectu ipsorum bonorum, nõ est considerandum, an statutum sit fauorabile, vel odioſum, prohibitiuũ vel permiſſiuũ, licet regulariter odioſa reſtringantur l. cum quidam. ff. de li. & posth. regula, odia. de reg. iur. eod. lib. Tertio eadem est rõ in vtroque casu, quod probatur, quia Bar. & alij tenentes tale statutum non extendi ad bona situata extra territorium,
54 mouentur, qa ad illa tanquam † situata extra potestatem statuentium statutum non porrigit effectum, rõne deficientis ptãtis, vel bailiæ in statuente, per l. extra territoriũ. ff. de iur. om. iud. & l. cum vnus. §. ſi is, qui. ff. de bo. auth. iud, possiden. ſed ista rõ ita militat si statutum cõtinet prohibitionẽ siue odium, sicut si ꝓtinet permiſſionẽ vel fauorem ergo &c. capit. trãslato. de ꝓsti. l. illud. ff. ad l. Aqui. Prętera nõ est ita clarum & expeditũ, ꝙ istud statutũ sit odioſũ, vt plene dixi s̃. in 2. prin. q. ex qbus patet tñsio ad aliqua argumenta s̃. facta in oppoſitum, ne obstent huic sententiæ, cui ẽt non ob. c. si sententia. §. fi. ĩ. de sen. excom. eo. lib. qa si põderetur fauor, vel odiũ, ibi nõ est illud, quod operetur, ſed est vitiũ siue maſcula, qua affecta est pſona, q̃ affecta vitio interdicti, nullibi põt audire diuina officia, si autem non esſet affecta persona, poſſet, alibi audire. & sic concordat cum l. ex ea. ff. de postul. Prętera, si consideras. d. c. si sententia. & d. l. ex ea, potius faciũt
55 ꝯ Bart. dicunt enim quod si † persona est affecta interdicto, vbiq; sortitur effectum interdictũ, ſed sta. nostrum afficit & inhabilitat personã filiæ dotatæ, quo ad hæreditatẽ paternã. Quod facere potest, vt supra dixi, ergo trahi dẽt vbiq; & sortiri effectũ, etiam respectu bonorum sitorũ extra territoriũ, vnde licet in primo caſu. d. l. ex ea. interdictum nõ trahatur extra territorium ea rõne, quia persona non erat affecta. Itẽ quia in alieno territorio nõ offenditur persona iudicis interdicentis. Item, quia interdictum ibi habeat tempora ſucceſſiua quia cõsiſtebat in nõ aduocãdo, & constat ꝙ interdictũ habens tempora ſucceſſoria, quotidie emanare vr̃, & quotidie loq. l. 1. ff. de vſufru. accreſcẽdo. Iõ quẽadmodũ iudex nõ posſet tpe interdicti extra territoriũ exiſtens interdicere, ita nec interdictũ dẽt intelligi, ut ex̃ territoriũ trahatur, cũ quotidie loquatur &c. ſufficit n. qđ iudici pareat. ĩ. territoriũ. c. vt animarum. §. ſtat. de conſti. eo. li. & d. l. extra territoriũ. Secus tñ est in pęna, quæ momẽto cõſumitur, & pficit, qa ſecũ trahit executionem, qa illa porrigit effectũ ẽt ex̃ territoriũ, ita pulchre terminat Bal. in rep. d. l. cũctos populos, inver. ſed hic queritur, qñ ista pęna &c. Similiter non hẽt ſaporem rõnis distinctio Bar. in d. l. cunctos populos, conſtituendo drĩã
56 an stat. loquatur in rem, an in personam, quia † qualiacunq; sint verba stat. ſemper pręſumitur testator vel defunctus uoluiſſe disponere ſm disposition sta. patriæ ſuæ, vt s̃. dixi in 2. prin q. ver. 19. quęro, & dubiũ non est, quin statutũ potuerit ꝓuidere, qđ filia in bonis ex̃ territoriũ sitis nõ ſuccedat, vt s̃. dixi. Ergo de verbis stat. non est curandum. Ex quib. omnib. hæc 2. opinio cõprobat̃ verior de iure, & p p̃dicta tolluntur argumẽta in oppoſitũ deducta, & ne hęc opinio authoritate deficiat hanc partem primo tenet Iac. Bu. in d. l. cunctos populos. ſequitur ibi Bal. in rep. in verſi. ſecundum exemplum. vbi dicit, ꝙ opinio Bar. est truffa. & ibi reprobat opi. Spe. s̃. relatam, dum dicit, primogenitum non conſequi bona exiſtẽtia extra angliam. Hanc etiam partem ſequitur Dom. Signorolus de Homodeis mediolanenſis in conſi. 167. Et ad prędi
57 cta facit, quia non attenditur locus additionis hæreditatis, qa † causa testati regulatur a testõ, & non a loco additionis. l. Titius §. Romæ. ff. de exc. tut. ſm Bal. in d. l. cunctos populos. in lec. in ver. ſed q̃ro de effectu, & ẽt in rep. in ver. 4. quæritur. Conſiderabã hãc ꝯrietatẽ forte posſe cõcordare, sic distinguendo & cõſiderãdo verba stat. qa aut stat. excludit filiã ab hæreditate paterna. & tunc cũ bona ex̃ patriam veniãt sub isto vniuerſali hæreditatis, proceditopi. 2. contra Bar. Ant. exclu dit a bonis paternis, & tunc non trahitur ad bona ex̃ patriã sita, quia hoc casu ceſſant vt plurimum rationes contra ipſum adductæ, vel distingue causam testati a causa inteſtati, primo casu procedat 2. opinio, ſecundo casu procedat opin. Bar. & ita in ſimili voluit Bar in l. cunctos populos. verſic. ſed quæro de effectu, in repetitione. Decimo quæro, quid econ
58 tra, pone ꝙ † in domicilio patris viget ius commune, ſ. quia filius & filia pariter, vocantur, ſed in loco. vbi ſunt sita aliqua bona, disponit stat. ꝙ filia excludatur, &c. an hoc casu filia excludetur a dictis bonis, quæstio redditur dubia ex dictis in præcedenti. q. Ex quibus tamen apparet dicendum fore filiam non excludi. Primo, qa bona illa continentur ſub hæreditate, & sic ſub vniuerſo, ſecũdo, veniunt in conſequẽtiam perſonæ. Cogita tamen. Vndecimo quęro, quid † ſi filia
59 fuerit dotata & maritata extra territoriũ, vel locum, vbi viget ſtatutum, & in ipso loco uiri uigeat ius commune, an filia ligetur dicto statuto cui pater eius ſubditus erat, vr̃ quod non, quia filia propter tale matrimoonium est soluta lege origiuis gl. est notabilis in l. origine. C. de municipibus, & originariis, lib. 10. quam ſequitur Cy. Bal. & Ang. in l. 1. C. de inuiſ. om. iud. & Bar. & in l. fi. §. item reſcripſerunt. ff. ad municipa. & hac ratione ſingulari inquit Bart. per illlnm tex. in l. quo-
60 tiẽs. C. de priuilegi. ſcholariũ. li. 12. quod † ſi concedatur mihi priuiegiũ, & meis filijs maſculis, & fęminisq; feminæ defcẽdentes maritatæ non gaudebunt priuilegio. quia ex quo cõ uolauerunt ad matrimonium, in totum ſunt tranſlatæ in alium, quod dictum ſequitur Lud. in l. 1. in fi. principij. ff. ad Syl. quod tamen tu limita ſingulariter habere locum reſpectu eorum munerum, ob quæ mulier maritata reuocaretur
61 ab obſequijs marito præſtandis, † nam horum reſpectu dicitur ſoluta a lege originis, & bene facit. l. cæterum. §. mulierem. ff. de vſu & habi. Secus est reſpectu aliorum, ut est text. in l. aſſumptio. §. filius. ff. ad municip. & ita Bar. in d. l. origine sic cõcordando iura, quæ uident ꝯria distinguit. Ex cuius di-

Source : BIU Cujas

ćto poteſt determinari quæſtio noſtra, quoniam cum ꝑ hoc quod filia impediatur ſuccedere, nō reuocet ab obſequio marito præſtando, conſequens eſt, vt non dicatur ſoluta tali ſtatuę originis. Nec ob. prædictis, ſi dicatur quod mulier vidua eſt ſoluta ab obſequijs mariti, vt notatur in l. ſicut. ff. de ope. liber. per Bal. in l. 1. C. de le. & tamen retinet domicilium viri. l. filius. §. vidua. ff. ad municipa. Ergo indiſtincte videtur dicē dū, ꝙ mulier ſit ſoluta a l. originis, & indiſtincte ſequatur forum uiri, & ſic non videtur bona diſtinctio Bar. quia rñdeo,
62 ꝙ vidua quouſq; alij nubit, retinet nomē prioris mariti. l. fęminæ. ff. de ſenato. l. cum te. C. de nup. c. ex parte. b. de foro cōpetēti, imo dicitur durare in primo matrimonio. §. ſoluto. in auth. de nup. hinc dicit gl. notabilis in clemen. ne Romani. ver. eo tamen, de elec. quod vidua denominatur a dignitate primi mariti, per d. c. ex parte b. hinc etiam Bal. in d. l. cū te. dicit qđ mulier comitatiua nupta ciui, gaudet priuilegio ciuis mottuo viro, donec vidua manet. Quod tamen verū intellige, ſi honeſte viuat, qa ſi inhoneſte, nō gaudet priuilegio mariti, ſecūdum Bal. & Ang. in l. cum quædā puella. ff. de iuriſdi. om. iu. facit ſingulare verbum Bal. in l. ijs ſolis. C. de reuocan. dona. dicentis quod omnes pœnas, de quibus in d. l. fœminæ. C. de ſecun. nupt. quas patitur mulier ſecundo nubens patitur etiam vidua inhoneſte uiuens. Secundo limita, niſi hoc ſcilicet quod vidua gaudeat priuilegio mariti tendat in odium ipſius viduæ, quia tunc mortuo marito extinguitur odium, ſecundum Bart. in l. Titia. §. vſuras. ff. de leg. 2.
63 dicentem † ſtatutum diſponens ꝙ banniti cum vxoribus nō poſſint ſtare in territorio, non habere locū in vidua mortuo marito. Idē tenet Bal. in l. eam, quam. C. de fideicomm. & in l. filium diffinimus. ff. de ijs q ſunt ſui vel alie. iur. & in l. volū tas. C. de fideicom. vbi dicit quod in lombardia ſi mulier nubit Romano, viuit lege Lombardorum, & ſecundum cōſuetudinem Lombardorum, licet de iure Romano mulier ēt vidua viuat lege mariti, vbi eſt eius fauor, ſecus, ſi eius odium, quod diligenter no. & bene facit dictum Bar. in d. l. quotiens dicens ꝙ priuilegio impetrato proſe & filijs ſuis maſculis, & fœminis, vtitur vidua, & ſic in hoc non vtitur lege mariti,
64 qa iſtud eſſet ſibi odioſum quod no. Duodecimo quæro, † an filia dotata excludatur virtute dicti ſtatuti, ſi in teſtamento patris fuerit inſtituta, dic ꝙ non, imo forte hoc caſu non valeret hoc ſtatutum, tanquam tollens liberam teſtandi facultatem, per ea, quæ dicit Bal. in l. fi. C. de pa. & retuli. s̄. in prin. decreta. in prima limitatione. Et ideo ſtatutū debet reſtringi, ne ſuccedat contra vel præter volūtatem defuncti expreſſam vel tacitam, qualis eſt, quando moritur ab inteſta. l. conficiuntur, in prin. ff. de iur. codi. Hoc enim caſu filia excluditur, quia per talem dotationē deſinit eſſe ſua, quantū ad hoc, vt in ipſam fiat continuatio dominij, arg. l. in ſuis, a ꝯrio ſenſu, ff. de lib. & poſth. no. Bal. in l. maximum vitiū. C. de li. præ. facit quod no. Pa. de Ca. in conſi. 250. incip. ſuper primo puncto, facit etiam qđ no. Pan. in conſ. 13. incip. quædam mulier filium habens. et ad hāc. q. faciūt, quæ plene dixi. s̄. circa prin
71 cip. c. in prima limitatione. Aduerte tamen, qa procedunt p̄dicta, vbi conſtat patrē in teſtō. filiā vocaſſe. Sed an iſtud ſit
65 in dubio, pręſumendum verbi gratia † ſtante dicto ſtatuto in loco, pater condidit teſtm̄, in quo dixit, filios meos hæredes inſtituo, an filia dotata dicet inſtituta, & vocata inteſtamentor, videtur ꝙ ſic, quia filiorum appellatione, etiam filiæ cōtinentur, l. ſi ita ſcriptum. ff. de leg. 2. In contrarium facit, quia iuxta cōſuetudinem regionis interpretanda eſt voluntas teſtatoris. l. numis. ff. de leg. 2. l. ſemper. ff. de reg. iur. & illam retuliſſe videtur. l. ſed ſi ſuſceperit ff. de iudi. faciunt ad hoc plene dicta s̄. in 2. q. princip. ver. 19. quæro. Primam tñ opi. ponēdo terminos in conſuetudine ſic diſponente, quod extantibus maſculis fœmina ab inteſtato non ſuccedat, tenuit Pileus in q. 65. Idē tenet Bal. in l. quicunq;. C. de ſer. fug. in verſ.
66 ſed pone, ſta. cauetur. vbi dicit, quod † ſi ſta. cauetur, quod frater excludat ſororem ab inteſtato, ſaluo, quod dēat dotari, ſi pater facit teſtm̄, in quo ita dixit, filios meos hr̄des inſtituo, in eo, qđ eis tāgit de iure, ꝙ filia uidetur inſtituta nō in parte ſtatutaria, ſed in ea quæ debetur de iure communi, i. in virili. quia cum teſtator ad ius ſe retulit, videtur de digniori intellixiſſe. §. 2. inſti. de iur. nat. gen. & ciui. Ita Bal. in d. l. quicunq; quod vltimum eſt dubitabile, & contra ipſum tenet Petr. de Anchar. in d. c. canonum, vbi contra Pileum & Bal. videtur concludere pro quo faciunt plene dicta ſupra in ſecunda
67 q. prin. verſic. 19. quæro. Tertiodecimo quæro, † an ſtatutum poſſit dare poteſtatem teriæ perſonę, puta vni ex parentibus dotandi filiam, ita vt excludatur a ſucceſſione alterius parētis, dic ꝙ ſic, quia propium legis & ſtatuti eſt aliquos excludere & alios vocare ad hæreditatem. l. lege obuenire. ff. de verborum ſignifi. l. fi. ff. de ſuis. & legi. not. Bart. in rub. ff. de acq. hæred. Sed an hoc poſſit fieri per pactum, not. in l. fi. C. de pa. & in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obligat. dixi
68 s̄. ſuper glo. in uerbo, improbet. Quartodecimo quæro, † an ſtante ſtat. excludente filiā dotatam, ſi filia in teſtamēto patris ſit prætērita, an teſtm̄ ſit nullum. Ad veritatem huius qō nis indagandā, repete hic remiſſiones, quas dedi s̄. in prin. de cre. in tertia fal. & cōis concluſio eſt, teſtm̄ valere, nec poſſe dici nullum. quam etiam tenuit Bal. dicens ſe ita conſuluiſſe. in l. poſthumus §. ſi quis ex ijs. ff. de inoffi. teſta. & Bar. in l. fi. ff. ad Tertul. & in l. 1. §. ſciendum. ff. de ſuis & leg. vbi dicit, ꝙ tale ſtatutum facit filiam deſinere eſſe ſuam, & per ꝯns in eam non continuatur dominium, & ſic libere poteſt præ
69 teriri. Quintodecimo, quæro, † retenta cōi ſnīa, ꝙ filia dotata excluſa per ſtatutum, & in teſtō patris prætērita, non poſſit teſtm̄ dicere nullum, an ſaltem audiatur de iure prętorio veniēs per bo. poſ. ꝯ paſſus dubius eſt, & doc. variāt, nā Ang. in l. filiæ dotē. C. de collą. Iac. Bu. & Bal. in l. ſi emancipati. C. eo. ti. & Pau. de Ca. in l. certum. C. vñ cogna. tenent ꝙ ſic, qa filia licet ſit excluſa ab inteſta. tñ qa veniens per ꝯta. non dr̄ in totum ab inteſt. uenire, vt no. gl. in l. vt liberis. C. de col. & in l. illud. ff. de bo. poſ. ꝯta. facit l. 1. in prin. ff. ſi tabulæ teſta. nullæ extabunt & gl. in l. j. ff. de bon. poſſ. titu. generali. certe iſta filia audietur per ꝯta. & idem tenet Ange. in d. l. vt liberis. & Lud. in conſ. 179. incip. ampliſſime doc. motus, qa in ſimili videmus emācipatum de iure ciuili inhabilem ad ſucceſſionem paternam ab inteſt. vt inſti. de hære. quæ ab inte. §. emancipati. poſſe præteritum in teſtō, venire per contra-
70 tab. toto tit. ff. de. poſ. ꝯta. † Et ideo cautela eſt, ſm̄ iſtos, quod filia præterita taceat, quouſque hereditas ſit addita per inſtitutum hæredem, ne ipſe timore ꝯtabu. obmittat uenire ex teſtō, & ueniat ab inteſt. Quo caſu filia reperitur excluſa per ſtatutum, & ſic nihil poterit petere. Et tenendo hāc partē infero vnū, ad quod q̄ro aures p̄ſtate, ꝙ licet regulariter ſi in teſtō ſit appoſita cl̄a codicillaris, ꝓ ipſam dicatur, veniēs ab inteſtato grauari reſtituere hæreditatem inſtituto heredi in teſtō. l. ſi quis cū nullum. ff. de iure codic. l. ex ea. ff. de teſt. no. in auth. ex cā. C. de lib. præt. per Bar. in l. 1. ff. de iure codi. hoc tñ caſu filia veniens per ꝯta. non tenebitur reſtituere hæreditatem heredi ſcripto vigore cl̄æ codicillaris. Quod ſic probo, veniens per ꝯta. & ſic iure prætorio dr̄ uenire, præter voluntatem defuncti. gl. eſt no. in l. 1. §. vel maxime. ff. de colla. bo. quā ſequitur & ſolitariam dicit Bal. in rub. C. qui admit. circa fi. ſed veniens pręter voluntatem defuncti nō dr̄ grauari per cl̄am codicillarem vt inquit Bal. in l. nō iuſtā. circa fi. C. ad Treb. ergo ſequitur talem filium non teneri reſtituere, ergo &c. Aduerte tamen, quia gl. in d. §. vel maxime. reprobat ibi Bar. & Alb. in l. ſed cum patrono. in §. bonorum. ff. de bo. poſ. Secunda eſt opi. Raph. Fulg. & Pau. de Ca. in d. l. filiæ. tenentium ꝯrium. primo, quia illi datur bo. poſ. contratab. cui ab inteſt. debetur ſucceſſio. l. 1. §. filiū. & l. illud. §. 1. ff. de bo. poſ. contrata. Sed huic filię ab inteſt. non debetur ſucceſſio uetante ſtatuto, ergo, &c. Secūdo, quia ſequeretur, ꝙ me
72 lioris conditionis eſſet filia veniens ꝯ volūtatem patris, quā veniens præter. quod eſt ꝯ l. fi. C. de lib. præte. Tertio, cū † ab inteſt filia prohibeatur ſuccedere, nulla fit ei iniuria, ſi prętereatur in teſtō, cū nihil ab inteſtato eſſet habitura. l. ſi prætēritus. ſl. de inoff. teſt. & hanc partem tenet Pau. de Ca. in cōſi. 345. inci. ſuper pūcto. adducēs no. in l. 1. §. ſi pater. ff. de cōiūgendis cū emancipato liberis. vbi hr̄, quod iſta remedia dantur tm̄ his perſonis, quæ p̄ſt dicere teſtm̄ nullū. Sed filia non poſſet, vt dixi in præced. q. ergo &c. Secundo adducit l. nō eſt
137 de nup. colla. 4. dicens, †ꝙ ſi ex forma ſtatuti de qualibet donatione ſit ſoluenda gabella, certe erit ſoluẽda etiam de hęreditate relicta filijs ſi fuerit ſoluendo, quare cum hoc caſu filia dicatur principaliter proſequi lucrum, ſtatutum noſtrũ non capiet talem reſtrictionem, ſed generaliter debebit intelligi, etiam ſi filia priuetur hęreditate paterna, quia lex q̃tuncunque dura &c. bene facit, quod no. Bal. in l non dubiũ. C. de legi. in illo articulo, an ſtatuta recipiant interpretationem reſtrictiuam & Imo. in l. ſi uero. §. de uiro. uer. igitur bene conſiderandum. ff. ſo. ma. Tu tm̃ tenendo partem contraria quam j̃. dicam conſidera poſſe ad iſta reſponderi. Et primo non obſtat dictum Ang. quia certe non uĩ uerũ. & Bar. tenet ꝯrium in l. 1. ver. ex quo no. arg. C. de imponen. lucr. deſcri. lib. 10. dicens, ꝙ vbi imponitur gebella pro eo, quod
138 transfertur tit. lucratiuo non erit ſoluenda de † hæreditate inter aſcendentes & deſcendentes collata, quia talis hęreditas nõ dr̃ lucrũ, ſed magis ſolutio debiti. & idem tenet Imo. poſt Ang. in l. in ſuis. ff. de lib. & poſth. quia iſti non dr̃ habere nouam hæreditatem, ſed potius continuare antiquũ dominium. Plus dicit Imo. ibi iſtud procedere in omnib. alijs perſonis, quibus hæreditas defertur ſine facto ſuo, ꝑ d. l. 1. C. de imponẽ. luc. deſcrip. Per quẽ text. & per not. in d. l. in ſuis. Idem quod dixi tenet Ange. in l. cũ in adoptiuis, C. de adop. & ſic dictum Ang. in d. §. ſi uero. cum reuerentia non uĩ uerum. & quaſi in terminis hoc tenet glo. no. in c. paſtoralis. de decimis. dicens ꝙ licet de omni lucro ſit ſoluenda decima, non tm̃ eſt ſoluẽda de hæreditate patris delata filio. Nec ob. gl. in d. l. ſi duo, quę ſentit, ꝙ principaliter, dicatur lucrũ, qa intelligo illã procedere reſpectu illius portionis, q̃ accreſcit cohęredi, ex eo, ꝙ cohęres renuntiat, non aũt procedit reſpectu illius portionis, quę ſibi de iure debet in hr̃ditate patris.
139 Cogitabam ſaluare Ange. duobus modis. †Primo, ut procedat in filio adoptiuo, qui de hr̃ditate patris adoptantis tenebitur ſoluere gabellam, quia illam hẽt ex mera liberalitate, qa pater nihil ei relinquere tenet̃ d. l. cum ſi adoptiuis. ibi uoluerit & c. & ita tenet ibi Ang. Vel ſecundo procederet in hęrede extraneo inſtituto. nam in iſtis duob. credo diſtinguendum, an hæreditas ſit ſoluendo, vel non, quia primo caſu affert lucrum, ſecundo non, per tex. in l. hæreditatem. ff. man. probatur in l. ſi ſeruus legatus. §. Stichus. C. de lega. 1. no. dict.
140 Ang. & Imo. in l. inter ſtipulantem. §. ſcien. ff. de ver. ob. hæreditas. n. quandoque dicitur lucroſa, quandoque oneroſa, quandoque nec lucroſa nec oneroſa, quandoque opulenta, quandoque locuplex. Lucroſa dicitur, afferens lucrum, oneroſa afferens onus, nec lucroſa nec oneroſa, quando nullum ex iſtis affert, puta quando aditur hæreditas cum beneficio inuentarij, opulenta, quando affert opes ſine aliqua vexatione, locuplex, quando affert opes cum vexatione. glo. in l. ſi qs mihi bona. §. ſi ſeruus. ff. de acq. hær. Simile ut placet medicis videmus in corporibus humanis, quorum quædam ſunt ſana, quædam ægrota, quædam nec ſana nec ægrota. Cõtrariam tamen ſententiam in iure arbitror veriorẽ. ſ. ꝙ hoc ver
241 bum, hæres, reſtringatur ad deſcendentes, & ſit ſenſus, ꝙ †ſi filia fuerit dotata & parens moriatur relictis aliis deſcendentibus, ſi quidẽ fecerit teſtm̃, & in eo illos inſtituerit, filia omnino eſt excluſa, nec põt impugnare teſtm̃ quaſi ſit exhæredata a lege & ſublata ſuitas, vt s̃. dixi. ſi vero ab inteſtato moriatur ipſa filia ẽt per alios deſcendẽtes excludetur, ſic diſpo-
142 nente ſtatuto. † Sed ſi pater non habens deſcendentes uelit illam præterire, vel in minus legitima inſtituere, & extraneum hæredem facere, videtur ꝙ non poſſit, & ſic uerbum, hęres, ſumatur ſtricte pro deſcendentibus tantum, quod primo probatur ex ſimili de quo in l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebel. & in c. in præſentia. de proba. & in l. 1. C. ſi ſocius imperialis liberali. ſine hærede deceſſerit. li. 10. ſecundum vnam lect. Secundo, iſtud ſtatutum exorbitans eſt & correctorium, ergo reſtringi debet, c. cum dilectus. de conſuetu. l, 2. C. de noxa. l.
143 fi. §. in computatione. C. de iu. delib. Tertio, quia †excluſio filię dicitur exhęredatio legis ſtatutariæ. l. qui uolebat. ff. de hær. inſtit. quæ legis exhęredatio ita eſt odioſa, ſicut exhæredatio hominis, ut notabiliter dicit Bald. in lege illam. circa prin-

princip. C. de col. unde licet ſtatutum utatur uerbo generali, debet tamen legitime intelligi, & reſtringi, ne illa generalis ſimplicitas loquendi, & ſermo effuſus, cadat in precipi
144 tium. l. fi. C. de do. promiſ. Quarto † eodem modo cõiectura tur mens ſtatuti, ſicut mens teſtatoris. l. ſi ita fuerit. ff. de manumiſ. teſt. l. Labeo. ff. de ſtatulib. l. qui filium in fi. ff. ad Treb. Sed generalis mens teſtatoris interpretatur & reſtringitur, ne uoluerit alienã ſucceſſionem ſuæ anteponere. l. cũ auus. ff. de condi. & demon. l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. Ergo eodem modo interpretabitur mens ſtatuti. ꝙ noluerit extraneos præferre ipſi filiæ, licet dotatę ut ergo huic coniecturatæ menti ſtatuti ſeruiamus, debemus reſtringere uerba, imo ſi opus eſt illa offendere, ne quis in debite offendatur. ut no. in d. l. adigere. §. quamuis. & in d. l. 2. C. de noxa. per Imo. in l. ſi uero. §. de uiro. ver. circa prin. ff. ſol. mat. facit. l. ſcire, oportet. §. aliud. ff. de excu. tuto. & l. pater Seuerinam. in princ. & §. conditionum. ff. de cond. & demon. & l. eum virum. C. de
145 fideicõ. † mens. n. verbis præferenda eſt. l. ſi quis filium. C. de libe. præte. ibi, vbi manifeſtus ſenſus eſt nuſquam interpretatio uerborum tantum valet, ut mens, &c. & bonus text. in l. quoniam indignum. C. de teſtamen. ibi, reflexis verbis, &c. no. Ludou. in conſ. 179. incipien. ampliſſime doctor. quod intellige non ſolum, quando mens eſt in l. expreſſa, ſed etiam quando in lege non eſt expreſſa, dummodo illa mens, vel rõ præfinita ſit naturalis, & naturaliter per ſimilem rationem poſſet imaginari. l. ſcire opor. §. ſufficit. ibi & ex ipſa naturali iuſtitia. ff. de excu. tut. Ad idem. l. mulier. iuncta gl ff. ſolut. mat. vbi coniecturatur mẽs contra ipſius uerba. Ad idem in c. intelligentia. ſ. de uer. ſig. & 1. q. 1. Marchion. & l. ſcire leges
146 ff. de leg. Nam ut notanter inquit Bal. in d. l. ſcire oportet † Sicut homo conſtat non ſolum ex anima, ſed & corpore, ita lex ex mente ſeu ratione, & uerbis, & uerba ſe habent, ut corpus, & ſuperficies. Ratio autem ſe habet, ſicut ſpiritus & anima, & hæc magis debent attendi, quam ſuperficies verborũ.
147 d. l. ſcire. cum ſi. † Ad coniecturandam vero rationem, vbi non eſt expreſſe debemus coniecturare qua rõne fuiſſet motus vir ſapiens, cum talis præſumatur legiſlator. Nam lex debet eſſe rationabilis. 4. di. erit autem lex. & doctori ſeu iudici data eſt poteſtas interpretandi legem. l. 1. C. de profeſſo. qui in ciui. Conſtanti. li. 12. no. Inno. in c. cum ſpeciali. de appell. Et ita formaliter inquit Panormi. in conſ. 1. incipi. facti contingentia. talis eſt. Quidam A. Adde etiam quæ idem Pano. not. in conſil. 79. incipiente, quidam deceſſit in ætate infantili. facit quia arg. a tacita mente ſtatuti, ualet. l. milites agr. ff. de teſtamen. militis mens & ratio idem eſt, ſicut in homine, idem eſt mens & ratio ſecundum Bal. in d l. maximum, vitium. C. de libe. præte. facit gl in l. tale pactum. §. fi. ff. de pactis. alibi tamen gl. ſingularis in l. in ambiguis. de reb. dub. dicit hoc procedere, quando verba ſecundum propriam vel impropriam ſignificationem poſſunt cõuenire menti, alias autem a verbis non receditur. Quod ſingulariter no. Quin-
148 to facit, quod no. Bald. in d. §. aliud. dicens ꝙ † quotieſcunque ex verbis ſimpliciter prolatis præfertur iniquum æquo, tunc recedimus a verbis, & ſtamus menti. Sexto lex ita debet intelligi, vt non contineat abſurdum. d. §. aliud. & abſurdum dicitur alienum a iure. l. Pompo. ff. de nego. geſt. l. aliud. §. ab-
149 ſurdum. ff. de reg. iu. ergo &c. † Præterea alieni iur. priuatio & lucri indebiti perceptio, ſub generalitate verborum non comprehenduntur. l. 2. §. merito. ff. ne quid in loco publi. l. in fraudem. §. fi. ff. de teſta. mili. l. ex facto. in prin. ff. de vul. & pu. Vt ergo euitetur hoc abſurdum, i. ne extranei præponantur deſcendentibus in hæreditate eis debita, vt ſ. dixi, illa verba, eorum hæredes, ſtricte erunt accipienda pro deſcendentib. tantum. d. l. ex facto. §. fi. & ita in ſimi. q. determinat Bar. in d. l. Gallus. §. etiam. in ver. quæro iuxta prædicta. & D. Anto. in c. in præſentia. de proba. facit quod uoluit Spe. in ti. de teſt. §. 1. in fi. & quod no. Pau. de Ca. in conſ. 188. inci. videtur dicen-
150 dum, † & ſic ſufficit, ꝙ hoc noſtrum ſtatutum exorbitans & correctorium aliquid operetur, & producat. d. cap. cum dilectus. & d. l. 2. no. Ange. in l. ſi ita a domino. §. ſi prædo. ff. de pe. hęr. & per doc. in l. ſciendum. ff. qui ſatiſda. cog. in c. 1. de conſti. eo. lib. per Bar. in l. 1. ff. ad leg. falc. & ſatis operatur in caſu noſtro, ſi exiſtentibus deſcendentibus filiam excludat ab hęreditate patris, reliqui uero non deſcendentes, cum careant
151 hac qualitate, & in ipſis non habeat locum mens ſtatuti, dictam filiam non habebunt excludere, quia iſte caſus omiſſus a ſtatuto, relinquitur diſpoſitioni iuris cõis. l. commodiſſime. ff. de libe. & poſthu. l. ſi extraneus. ff. de condict. ob cau. & iſta pars tanquam æquior, tenenda eſt. l. hac lege. C. de pa. conuen. facit l. ꝙ ſi Epheſi. ff. de eo, quod cer. lo. ad contraria. ſup. alleg. ſatis ex prędictis patet reſponſio, quia d. l. 1. §. & generaliter, non habet locum, ubi reſultaret abſurdum, vt ibi
152 no. igitur &c. † An autem hoc ſtatutum debeat intelligi de deſcendentibus maſculis, prout alias intelligitur in materia feu. ut in c. 1. de ſucceſ. feu. videtur ꝙ ſic, per prædicta. Secundo, quia ratio ſtatuti ſcilicet conſeruationis agnationis habet tantum locum in maſculis, ergo &c. De quo tamen uide plenius dicta ſupra in uerſ. nono quæro. in 3. princip. q. huius noſtrę repetitionis. cuius riuos cum ſatis prata biberint, & ſtudium præſentis anni adueſperaſcit claudere inſtitui.

Ego Georgius Natta minimus I. V. D. & ciuis Aſtenſis diuina ſuffragante gratia, & diui Secundi patroni mei præſidio. MCCCCLXXV. die ij. Auguſti.

FINIS.

TRA-

Source : BIU Cujas

TRACTATVS SVPER EADEM MATERIA DE Statutis, excludentibus fęminas à succeſsionibus.

EDITVS PER D. IOANNEM CAMPESIVM QVEM POSVIT IN SVO TRACTATV DOTIVM, IN XXI. QVAEST. CVM multis ſequentibus infra tranſlatis,

Simul cum vltima quæſtione dicti Tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Statuto dicente, quod ſoror dotata non ſuccedat cum fratribus, ſi illa dotem perdiderit, an teneatur. frater iterum illam dotare, alias non excludatur a ſucceſſione.*
2 *Mulier ſi non habet aliunde vnde ſe dotet, de iure communi frater eam cogitur dotare.*
3 *Mitius agitur cum lege, quam cum homine.*
4 *Frater tenetur totiens, quotiens opportunum fuerit, ſororem dotare, limita tamen, vt per Bart. in l. ſi cum dotem. §. ſi poſt ſolutum. ff. ſoluto matrimonio.*
5 *Statuto & iure Lombardo dicitur, quod ſi frater dotet ſororem, in totum patri ſuccedat, frater deceſſit antequam ſororem dotet, vtrum filia fratris amitam dotare poterit, vt eam excludat a ſucceſſione.*
6 *Sufficit ſemel peruenisse ad caſum, quo amita debeat eſſe dote contenta.*
7 *Sufficit quod ſemel fuerit ius quæſitum.*
8 *Soror dotata per fratrem, eo mortuo, relictis hæredibus extraneis, an aliquid petere poſſit.*
9 *Ad tempus excluſa, videtur poſt tempus reintegrata, & admiſſa intelligitur.*
10 *Statutum poteſt facere, vt qui fuit hæres ad tempus, poſt tempus deſinat eſſe, & alius ſit hæres in totum, vel in parte.*
11 *Anomalum nullam iuris regulam ſequitur, ſed quatenus de eo diſpoſitum eſt, eatenus iudicatur.*
12 *Cum ceſſat ratio finalis ſtatuti, ceſſare debet eius diſpoſitio.*
13 *Statutum odioſum reſtringendum eſt, vt res facilius ad ſuam naturam redeat & ad ius commune.*
14 *In ſucceſſione ab inteſt. is admittitur, qui reperitur proximior tempore mortis teſtatoris, & additionis hereditatis.*
15 *Poſtquam filius ſe immiſcuit iungitur hæreditas patris cum ſua, ita quod non debet amplius hæreditas patris nominari.*
16 *Statutum arbitratur dotem eſſe congruam portionem mulieris dotatę.*
17 *In Conditionalibus ſufficit conditionem ſemel extitiſſe, etiam ſi non duret.*
18 *Iura non patiuntur rumpi duas regulas iuris propter vnum effectum.*
19 *Si ſtat. ſimpliciter dicat dotatam non admitti ad ſucceſſionem patris, illa debet eſſe perpetuo excluſa.*
Et quid ſi loquatur per dictiones ſuſpenſiuas. ibi. Prędicta tamen limita, nume. 21.
20 *Concordatur collegium Senenſe & collegium Paduanum per collegium, Bononien.*
21 *Sta. dicente quod filia nullum regreſſum habeat contra fratres aut hæredes parentis defuncti, an illud verbum, fratres, intelligatur de fratribus filiæ excluſæ, an uero etiam de fratribus ipſius defuncti.*
23 *Specialiter prouiſum, eſt quod ipſæ fęminæ & ex eis deſcendentes præferantur agnatis tranſuerſalibus cuiuſq; gradus, ſine diminutione alicuius partis.*
24 *In dubio ſtat. debet intelligi ſecundum ius commune, vt illud minus lędat quam ſit poſſibile.*
25 *Per velatam & obſcuram diſpoſitionem, quæ aliter intelligi poteſt, nullo modo debet dici, quod tales perſonæ, quæ ſunt de numero liberorum, ab hereditate excludantur.*
26 *Verba generalis ſtatuti, de fratribus loquentia, intelliguntur de fratrib. fœminarum, non defuncti, ne alias iniquitatem contineant.*
27 *Stante ſtatuto, quod extante patruo mater non ſuccedat, ſi extat patruus, magnus, mater non excluditur.*
28 *Sta. faciens mentionem de nepote, non intelligitur de pronepote, niſi ſit caſus fauorabilis, & nulli noceat.*
29 *Statutum. ſimpliciter loquens de nouerca, non debet intelligi de nouerca magna.*
30 *Filiæ fœminæ excluduntur non ſolum per fratres ipſarum fœminarum, ſed etiam per fratres defuncta perſonę, ſtante ſtatuto, de quo ſupra.*
31 *Proprium eſt legis, aliquos vocare ad hæreditatem, aliquos excludere.*
32 *Sta. in loco, non dicitur diſpenſatio, ſed ius commune.*
33 *Legitima an poſſit tolli per ius ciuile, vel ſtatutum, vel in totum, vel in partem.*
34 *Non habito aliquo reſpectu ad ius commune, ſtatutum poteſt diſponere circa excluſionem fęminarum, & non dicitur propter hoc odioſum.*
35 *Quando ſtatutum excludit nepotem ex filia, uidetur factum fauore agnationis. Sed ſi nepotem ex filio admittat, uidetur factum in odium ſexus.*
36 *In reddenda ratione legis, vel ſtatuti, poteſt multipliciter per coniecturas procedi.*
37 *Vbi unica ratio coniecturari poteſt illa debet haberi pro expreſſa.*
38 *In admittendis ad portionem excluſæ mulieris, ea debet haberi ratio prioris coniunctionis, vt primo admittantur fratres excluſę, ſi extant. Si vero non extant, admittantur fratres defuncti.*
39 *An ex identitate rationis vel maioritate fiat extenſio, vbi vnica ratio aſſignari poteſt.*
40 *Stat. dicit, quod extantib. agnatis mater non ſuccedat, vel extantib. filijs filiæ non ſuccedant, nec ſe vltra extendit ſtat. vtrum excluſa matre vel filiabus, veniant ſubſequentes in gradu etiam cognati puta in primo gradu auus maternus excluſa matre.*
41 *Verba conditionalia, prout ſunt ablatiui abſoluti, diſpoſitionem non inducunt, niſi proferantur ab eo, qui poteſt diſponere, tunc enim videntur diſpoſitionem inferre. nu. 42.*
43 *Quando quis remouetur a lucro contemplatione alterius, illi debet applicari cuius contemplatione remouetur.*
44 *Stat. diſponens quod fœmina dotata non ſuccedat patri extantibus maſculis, an ualeat.*
45 *Legitima non eſt aliud, quam portio taxata legis arbitrio, perſonis, quib. iure naturæ debetur vel quaſi debetur ſucceſſio.*
Legitima appellatur bonorum debitum ſubſidium. ibidem.
46 *Dos ſuccedit loco alimentorum.*
47 *Quod non fit per pactum, nec etiam per legem limita vt hic.*
48 *Legitima debetur iure naturæ.*
49 *Legitima licet in totum non poſſit tolli, poteſt tamen per ſtatutum minui.*
50 *Licet ſtat. non poſſit tollere congnationem, poteſt tamen tollere ius ſuccedendi.*
51 *Stat. valet, etiam ſi filiæ nihil habenti omnia deneget, poterit tamen alimenta petere.*
52 *Quod filiis prætheritis competat ius dicendi teſtamentum nullum, introductum fuit ratione patriæ poteſtatis.*
53 *Prærogatiuum ius, quod habent maſculi ex forma ſtatutorum, an tollatur minima capitis diminutione.*
54 *Frater ſi velit ſororem ad ſucceſſionem admittere, & illa uelit dotari, quis audietur.*
55 *Filij maſculi ſi uellent filiam ad ſucceſſionem admittere, hoc poſſent, etiam inuitis creditoribus.*
56 *Statuto diſponente quod filię non veniant ad ſucceſſionem, ſed decenter dotari debeant, ſi in teſtamento patris prætheritæ ſint an illud rumpere poſſint.*
57 *Stat. excludente ſororem dotatam an erit locus, ſi pater ſolum contraxit, ſponſalia pro filia, & dotem promiſit.*
58 *Dotatam eſſe filiam, intelligitur ex dote actualiter numerata. non enim proprie dicitur dotata, quæ dotata eſt in teſtamento patris.*
59 *Dotata filia an ex eo dicatur quod cum monaſterium ingrederetur, pater reliquit monaſterio ſuper altare aliquid.*
60 *Statutum quod filia ingrediens monaſterium, patri non ſuccedat, an valeat.*
61 *Qualitas adiuncta verbo, intelligitur ſecundum tempus uerbi.*
62 *Stat. contra libertatem eccleſię, non ualet.*
63 *Stat. dicens mulierem debere contentari dote pro falcidia, an intelligatur debita iure naturæ.*
64 *Falcidiæ proprie appellatione venit debita iure inſtitutionis, Improprie vero Trebellianica, Impropriiſſime debita iure naturæ.*
65 *Verba accipi debent ſecundum proprium ſignificatum.*
66 *Sta. diſponente, quod filia ſuccedat matri, ab inteſtato, non extantibus maſculis, an a contrario ſi extant maſculi, excludatur.*
67 *Argumentum a contrario ſenſu dicitur eſſe coniectura.*
Item dicitur verus textus.
68 *An caſus omiſſus, decidi poſſit per argumentum a contrario.*
69 *Argumentum a contrario ſumitur in pactis dotalibus.*
70 *Statuto cauctur, quod dotata a patre non habeat regreſſum ab bona paterna, vel quod dotata a fratre, non ſuccedat fratri, ſi pater dotauerit, filiam*

Source : BIU Cujas

filiam de bonis matris, vel frater dotauerit sororem de portione eius sororis, an sic dotata habebit regressum ad bona paterna, vel ad bona fraterna.

71 *Illa verba, dotata, intelliguntur cum effectu, non per actum nudi ministerij.*

72 *Quod dicit stat. quod dotata non succedat, intelligitur quo ad bona dotantis. Limita, nisi stat. ultra procedat.*

73 *Statuto dicente, quod filia dotata excludatur ab hæreditate patris, vel matris, tunc sufficit quomodocunque dotetur ad excludendam illam ab hæreditatibus expressis in statuto.*

74 *Stante stat. quod dotata non succedat, si pater decessit relicta posthuma quam dotare non potuit, vel furiosa, vel infante, an fratres, dotando, eam excludat.*

75 *Filia vt excludatur, an sufficiat, quod quandocunque dotetur, vel requiratur, quod sit dotata tempore mortis patris.*

76 *Stante statuto, quod frater ab intestato excludat sororem, saluo quod debeat eam dotare, Pater in testamento dixit, filios meos heredes instituo in eo tantum, quod de iure eos tangit, an excludatur filia, vel si admittatur, in qua parte, nu. 79.*

77 *Appellatione filiorum continentur filiæ.*

78 *Iuxta consuetudinem regionis interpretanda est intentio testatoris.*

80 *Si stat. vel consuetudo disponit diuersum in masculis & in fœminis, non possunt illius loci homines assumere dispositionem iuris communis, sed intellectum statuti vel consuetudinis sequi debent,*

81 *Statuto disponente, quod fratres defuncti & fratrum filij præferantur in successionibus ab intestato filiabus, defuncti.*

Qualiter accipimus fratres, an pro fratribus primi gradus tantum, an pro fratribus secundi vel ulterioris.

82 *Vsus communis loquendi, indicat apellatione fratrum, carnales tantum venire, non patrueles vel consobrinos.*

83 *Statuta nisi verba repugnent, sic sunt intelligenda, vt quamminimum contineant iniquitatis.*

84 *Stat. disponente quod soror non succedat fratri, an contra dispositum videatur, quod frater non succedat sorori.*

85 *Statuto cauetur, quod filia dotata non succedat extantibus filiis, an id extendatur ad neptem ex filia.*

86 *Filij nomen potest attribui nepoti quia generale est ad descendentes.*

87 *Statutum excludens filias, an videatur excludere nepotem masculum natum ex filia.*

88 *Exemplum esset pessimum, quod fœmininum comprehenderet masculinum genus.*

89 *Statuta non recipiunt interpretationem extensiuam.*

90 *Si respectu certæ qualitatis lex disponat, oportet illam qualitatem adesse.*

91 *Verba statuti vbi locum non habent, nec statutum.*

92 *Successio aui ad nepotem, non prouisione hominis, sed legis transfertur.*

93 *Filia de medio sublata, nepos intrat primum gradum.*

94 *Iuramentum filiæ renuntiantis hæreditati paternæ, nihil præiudicat nepotibus, siue voluit succedere cum aliis nepotibus ex filio suo, siue cum ipso filio eorum auunculo, siue mater superuixerit patri, siue non, & siue ipsa in renuntiatione mentionem fecerit de filiis, siue non.*

95 *Filia, quę proximior est, remota, ex ea etiam remouetur nepos remotior.*

96 *Stat. excludens fœminam, intelligitur excluisse totam lineam ex ea.*

97 *Mutato sexu nō mutatur ratio exclusionis, filius enim venit tanquam imago matris.*

98 *Rex Anglia nullum habet ius in fanciæ regno, quia descendit ex filia, quę de consuetudine in corona non succedit.*

99 *Filia si dotata, & marita fuerit, omnes ex ea descendentes & masculi, & fœminæ erunt excluſi, quandocunque illa morietur.*

100 *De stricta significatione vocabuli, ad latam etiam in exorbitantibus licita est extensio.*

101 *Qualitatem semel fuisse in filia, quam statutum intendit excludere, sufficit vt eius tota excludatur linea.*

102 *In reddenda ratione legis, vel statuti, potest per multiplices coniecturas procedi.*

103 *Ratio vbi est vnica, pro expressa haberi debet.*

104 *Filia prohibita succedere cum masculo, an excludatur quo ad ea bona, quæ non consequitur, vt heres, sed ex contractu patris, vel ex prouisione extranei.*

105 *Filia dotata an possit in emphyteosi succedere, quam pater accepit pro se & filijs suis masculis & fœminis, si supersit masculus, qui virtute statuti dotatam excludat.*

106 *Feudi speciale est, quod si filius velit ad illud admitti, debet patris hæreditatem agnoscere. Quod limitatur. ibi.*

Et quæ huius sit ratio remissiue, ibid.

107 *Filius & filia an possint consequi emphyteosim, licet non efficiantur hæredes patris, & an sufficiat hæredem esse in certa re. ibid.*

108 *Hæres institutus in re certa in emphyteosi ab aliquo accepta pro se, & successoribus suis, an dicatur successor.*

Item si dixerit, pro se & hæredibus suis, an institutus in legitima tantum admittatur. ibid.

109 *Filia prohibita esse heres patris, in necessariam consequentiam prohibetur habere emphyteosim.*

110 *Verba illa contractus, pro se & filijs suis masculis, & fœminis, secundum ordinem statuti, debent interpretari, vt primo masculi, quibus deficientibus fœminæ post admittantur.*

111 *Filia per statutum excluſa ab hereditate patris, poterit in emphyteosi succedere, sicut masculus. est enim emphyteoticum ius separatum ab hereditate.*

112 *Appellatione bonorum, comprehenditur ius emphyteoticum. Ideo excluſa a bonis, non succedit in emphyteosi.*

113 *In feudo non succedit fœmina. Septem fallentias hic vide.*

114 *Pater stipulando pro se & filijs suis, masculis & fœminis, an in dubio presumatur eos vocare ordine successiuo.*

115 *Si plures vocentur sub copula, inter quos non cadit ordo affectionis, vel charitatis, vel verisimiliter non debet cadere, etiam si aliter de iure deberet venire, intelliguntur tamen vocati simul.*

Et quid requiratur ad hoc, vt natura coniunctiuę alteretur. ibid.

116 *Pater tenetur ordine successiuo filium, & nepotem instituere ne rumpatur testamentum.*

117 *Statuto cauetur, quod filia sit contenta dote extantibus fratribus. si in dote erat minus legitima, an illud applicetur fratribus.*

118 *Filia an debeat habere dotem vltra legitimam.*

119 *Verba generalia, quod quis non possit venire ad successionem, an excludant eum a legitima.*

120 *Frater insuccessibilis, an excludat sororem ex forma statuti sororem excludentis, fratre existente.*

121 *Quid si frater non efficiatur hæres patri, an filia erit excluſa.*

122 *Verba conditionum considerantur simpliciter, prout in facto iacent, non autem ad iuris effectum.*

123 *Stante statuto, vt est Pistorij, quod si is, de cuius hæreditate agitur, aliquid quoquo titulo filię reliquerit, illa debeat esse contenta.*

Pater filiæ nuptæ nihil aliud reliquit, nisi quod si vidua remanserit, possit stare in domo patris eius, quæritur an ista filia possit expugnare testamentum.

Et an talis filia præterita dicatur. num. 125.

124 *Non videtur statutum permisisse patri, quod iniuriam faciat legibus, & naturæ, more insani hominis deponendo charitatem naturalem a filijs suis.*

126 *Legatum triste est, cuius expectatio est viduitas.*

127 *Dos relicta filiæ, cum nupserit, an possit statim peti, reiecta omni conditione. Vel filia dicatur præterita, remissiue.*

128 *Filia dotata de bonis ipsius filiæ proprijs, an excludatur per statutum, quod indefinite excludit dotatam.*

Et quid, quando frater dotauit sororem de bonis matris. nu. 129.

130 *Scatutum, quod stantibus masculis filia dotata non succedat, an intelligatur, quando masculi sunt in pari coniunctione personæ defunctæ. Secus, si fœmina sit in priori gradu, quam masculus.*

131 *Statuto stante, quod dotata non succedat patri, & quod etiam soror existentibus fratribus non succedat fratri. Si decedat frater alio relicto fratre ex patre tantum, matre & sorore ex vtroque parente, quis & pro qua portione admittetur.*

132 *Decessit quidam intestatus, relictis patre in adoptiua familia constituto matre & fratre, licet in hac succes. pater ex se matrem excludat, tamen, quia talem patrem frater defuncti vincit, materque ipsum fratrē, mater patri præfertur, non ex seipsa, sed ex fratris persona.*

133 *Auus matri non anteponitur in successione per Tertul. sed bene pater matri.*

134 *Si vinco vincentem te, multomagis vinco te.*

135 *Quando ille, qui est remotior me, excludit eum, qui excludebat me, ipse succedit, & ego excludor. Quod tamen limita, vt ibi.*

136 *Quando ille qui est remotior me, excludit me, quia deficit conditio, qua vocabar, non potero admitti.*

137 *Statutum fœminas excludens, an dicatur odiosum, uel fauorabile.*

138 *Irrationabilis fauor dicitur odiosus.*

139 *Statutum fœminarum excluſiuum, videtur naturam accusare quare masculos non genuerit.*

140 *Ad masculos tantum pertinet propulsatio iniurię defuncti.*

141 *Fœmina non potest facere pacem de nece defuncti. Limita, quandiu extabunt masculi.*

142 *Debentes habere pacem cum heredibus defuncti, an etiam debeant cum mulieribus, & de duplici inimicitia. ibid.*

143 *Honestas familiarum conseruatur per diuitias, pereuntque ipse familiæ propter inopiam.*

144 *Egestate iordentibus, vita est supplicium & mors solatium.*

145 *Per masculos conseruatur æterna memoria ascendentium.*

146 *Stat. excludens fœminas, licet non exprimatur in eo, tamen semper videtur factum in fauorem masculorum.*

147 *Statu. si excludat propter sexum, dicitur odiosum, sed si fauore agnatorum, dicitur fauorabile, & quomodo hoc cognoscatur.*

148 *Disposita per ius ciuile, possunt in totum tolli per statuta.*

149 *Pater aliquid relinquens filiæ simpliciter in testamento, an videatur relinquere pro dote, ut dicatur dotata, & sic excludatur.*

150 *Filia si non uult dotari, nec nubere, sed castitatem seruare, ut patri succedat, an dotata dici debeat.*

Source : BIU Cujas

151 *Filia tempore, quo dotabatur, an possit sibi reseruare ius succedendi patri suo.*
152 *Masculis non est perfecte ius quæsitum viuente patre, sed solum quædam impropria spes succedendi, quæ etiam potest per testamen. tolli.*
153 *Pater promisit dotem pro filia, sed noluit soluere, decessitque ea non soluta, an filia excludetur stante prædicto statuto si hæres uelit dotem soluere.*
154 *Statutum quod maritata non admittatur ad successionem, an locum habeat in filia, quæ fuit nupta, sed tempore mortis patris remansit uidua.*
155 *Dotata etiam dicitur, quæ dotem recuperauit, soluto matrimonio.*
156 *Legatum filiæ factum, si uidua erit tempore mortis patris. vt debeatur, an sufficiat illam fuisse viduam, licet postea maritetur.*
157 *Stat. simpliciter excludente dotatam a patre, vel matre an excludatur dotata ab auo, vel auia.*
158 *Statutum excludens fœminas, an locum habeat in puellis iudęorum*
159 *Quod masculus fœminam excludat, est de lege Mosaica.*
160 *Nullus sapientior Moyse.*
161 *Sta. exclusiuum fœminarum, an locum habeat in fœmina maritata & dotata, antequam fieret statutum.*
162 *Sta. vtrum trahatur ad præterita, an ad futura tantum.*
163 *Sta. dotatam excludens, an requirat debętem dotare interpellatum fuisse, an vero sufficit quandocunque dotem offerre.*
164 *Verbum, fuerit a sta. prolatum potest dupliciter intelligi.*
165 *Filius naturalis tantum, an excludat legitimas & naturales filias virtute statuti, quod stantibus masculis &c.*
166 *Flius naturalis natus ex concubina retenta in domo in dubitata, an & quando filiorum appellatione veniat.*
167 *Lex ubi potest operari in proprio significato, trahi non debet ad improprium.*
168 *Vulgo quæsiti, nefarij, incestuosi, adulterini, & id genus, an veniant filiorum appellatione.*
169 *Lex uel stat. quando naturam considerat, semper appellatione filii venit naturalis.*
170 *Filius naturalis si sit legitimatus an excludat filiam fœminam.*
171 *Legitimatus habet uerum statum legitimum, licet non habeat verum principium.*
172 *Si quis recipit emphyteosim prose & filiis suis naturalibus, & legitimis non venit legitimatus Fallit in legitimato per sequens matrimonium. & quid de legitimatis alijs legalib. modis.*
173 *Adoptiuus vel arrogatus, an excludat filiam sta. authoritate.*
174 *Stat. loquens de filio, non habet locum in adoptiuo.*
175 *Si quis recipit emphyteosim pro se, & filiis suis, non veniunt filij adoptiui.*
176 *Iura dicentia filium legitimum & naturalem grauatum restituere, pos se detrahere duas quartas, locum nan habent in filio adoptiuo seu arrogato.*
177 *Stat. excludens fœminas filiis masculis extantibus, an locum habeat, in filiis religiosis.*
178 *Casus omissus a sta. relinquitur dispositioni iuris communis.*
179 *Priuilegium dotis, non trahitur ad dotem fictam.*
180 *Legitimatus per rescriptum principis siue per obligationem curiæ, quo ad patrem solum potest dici legitimatus.*
181 *Pater si relinquat filiam dotatam, & filium masculum, atque nepotem ex alio filio præmortuo, an iste nepos admittatur ad portionem ad quam filia admitteretur, an masculus, an vero simul admittentur.*
182 *Sta. excludens filiam fœminam extantibus masculis locum habet etiam extante nepote ex filio.*
183 *Filiorum appellatione de proprio significato continentur filii & nepotes.*
184 *Beneficia concessa filiis, extenduntur ad nepotes. limita, vbi nemini sit præiudicium.*
185 *Stat. dicente, quod filia dotata non succedat patri ab intestato, si pater decessit intestabilis, ut puta furiosus vel aliter incapax testamenti, an sit locus a statuto.*
186 *Statutum disponens de defuncto ab intestato, vtrum locum habeat in intestabili.*
187 *Intestatus proprie dicitur, qui cum posset testamentum facere, testatus non est.*
188 *Communi vsu loquendi attento, appellatione intestati venit etiam intestabilis.*
Sic etiam intestatis propter communem loquendi vsum receditur a propria significatione, ibidem.
189 *Verba sta. prolata ab idiotis, intelliguntur grosso modo. Prolata vero a peritis, prout iuriste loquuntur.*
190 *Filia a patre dotata, an excludatur a successione matris suæ.*
191 *Filia dotata a patre de bonis patris, non succedit patri, sed in bonis maternis sic.*
192 *Exclusio restringitur ad causam. Limitatur nisi uerba statuti vltra procederent, & in aliud sonarent.*
193 *Filia per stat. exclusa a successione ascendentium, est etiam exclusa a successione materna.*
194 *Pater dotando filiam, si dixerit, dotofiliam meam in c. cum hoc, quod nihil petere possit de hæreditate materna, an a successione matris excludatur filia, remissiue.*
195 *Sta. in rubro dicente, quod filia dotata non succedat, & in nigro specialiter disponente, quod filia dotata a patre non succedat matri, an intelligatur etiam exclusa a successione matris.*
196 *Stat. excludens filiam a successione ascendentium, an videatur etiam excludere a succes. collateralium.*
197 *Exclusio in uno non inducit exclusionem in alio.*
198 *Per immistionem quam facit filius, hæreditas desinit esse hæreditas patris, & efficitur patrimonium filii.*
199 *Renuntiatio etiam cum iuramento facta per filiam de bonis patris, non præiudicat filiæ, quin succedat fratri.*
200 *Filia dotata exclusa a successione patris, an ad bona patris reseruata filiis ex gratia admittaur.*
201 *Exclusio filię dotatæ, an extendatur ad bona existentia extra territorium statuentis.*
202 *Dispositio non extenditur nisi ad ius disponentis.*
203 *Quando vnum & idem censetur diuerso iure, illud habetur pro duobus,*
204 *Adire uidetur qui bona tangit.*
205 *Lex vel stat. inhabilitans personam subiectam, sortitur effectum quocunque uadat persona illa.*
206 *Decretum vnius territorii, effectum suum extendit ad alterius territorium.*
207 *Contentio inter masculum & fęminą dotatam de hæreditate paterna, si nienda, est in patria, cui subditi sunt.*
208 *Cum disputatur de aliquo vniuersali, particulares res sub illo contenta, non considerantur.*
209 *Persona potest in loco, cui subest collectari, etiam pro rebus existentibus in alieno territorio, & de ueritate.*
210 *Nullus priuatus potest habere diuersa patrimonia.*
211 *Consuetudines quando sunt diuersę in diuersis locis, una illarum tantum attenditur.*
211 *Priuilegium est hominibus concessum, ut libere testari possint.*
Et quare olim testari nefas erat ibidem.
212 *Nullus cogitur ad obseruantiam sui testamenti. At quotiens & quandocunq; vult illud potest reuocare.*
214 *Stante stat. fœminarum exclusiuo, potest testator filiam dotatam præterire, & nihil ei relinquere.*
215 *Prohibitio certarum personarum, est aliarum prouisio, & è contra.*
216 *Qualiacunque sint verba statuti, defunctus semper præsumitur disposuisse secundum stat. patrię suæ.*
217 *Stat. loci, in quo pater habet domicilium, vel sita sunt bona, an attendatur.*
218 *In loco viri uiget ius commune, & in loco patris viget statut. vtrum attendi debeat.*
219 *Priuilegio mihi concesso, & meis descendentibus masculis & fœminis maritatæ non gaudent.*
Limita, ut ibid.
220 *Verba statuti quantuncunque generalia, debent referri ad ius ciuile, non autem ad prætorium.*
221 *Filiæ per stat. ab intestato exclusæ, an poterit beneficium contratabulandi prodesse. & in quo.*
222 *Ius dicendi testamentum nullum, vel contratabulando, datur ei, qui ab intestato primum locum in succedendo obtinet.*
223 *Stat. cauetur, quod mater non succedat filio habenti fratres carnales ex patre, si decesserit filius fratre suo præterito, & extraneo instituto, non turpi persona an matri impediatur succedere propter illum fratrem.*
224 *Statuto prædicto stante, an filia præterita possit rumpere testamentum patris, vel aliquo iure uenire ad eius succes.*
225 *Filia dotata exclusa per sta. & in testamento patris præterita, licet non possit dicere testamentum nullum, an tamen audietur veniens per bonorum possessionem contra.*
Et vt venire possit, cautela est. nu. 226.
227 *Stante statuto, quod filia dotata extantibus masculis non succedat, an poterit illa hæres institui per patrem, & sic succedere ex testamento.*
228 *Sta. dotatam excludens a successione patris, debet restringi, vt non succedat contra voluntatem patris expressam, vel tacitam.*
229 *Mulier si non apparcat dotata nisi per confessionem mariti, an possit dici dotata, vt excludatur a successione patris.*
230 *Per confessionem maritorum est acquisitum ius mulieribus ad dotem.*
231 *Coniecturis probari potest aliquam fuisse dotatam. Nec requiritur, quod probetur realis & uera numeratio dotis.*
Et quæ sint iste coniecture. ibid.
232 *Mulier maritata an in dubio præsumatur dotata, vt excludatur a successione patris.*
233 *Præsumptio sumitur a consuetis, & a fieri solitis.*
234 *Sta. quod mulier dotata non succedat stantibus agnatis intelligi debet, si fuit requisitus ille, qui debet dotare, & sic sibi imputabit, quia illum non interpellauit.*

Statutum

Source : BIU Cujas

235 *Statutum quod quis non audiatur, nisi satisfecerit, intelligitur si satisfactio fuerit requisita.*

236 *Vbi dies est incerta, semper requisitio est necessaria.*

237 *Stat. cauetur, quod mortuo viro sine liberis, vxor sibi succedat in dimidia, uir liberos habuit, sed eius mortis tempore iam obierant, an sufficiat extitisse ad excludendum uxorem.*

238 *Si stat. excludit maritatam & dotatam, an sufficiat quod semel fuerit maritata, licet tempore mortis patris sit uidua.*

239 *Lex Mosaica an seruari debeat in dotibus Iudeorum, an vero statuta hæc locum habeant.*

240 *Iudæi non arctantur canonibus in matrimoniis contrahendis aut dirimendis.*

241 *Iudæorum ritus, qui non sunt specialiter reprobati, conseruantur.*

Quæst. PRIMA.

1 STatutum † Dicit, ꝙ soror dotata nō succedat cū fratribus. An si semel fuit dotata, & dotem perdidit, teneatur frater iterū, illam dotare, alias non excludatur a succedendo. Bal. in l. fi. C. de dot. ꝓmis. dicit ꝙ non tenetur eam iterum dotare. per l. si quis testamen. §. 1. ff. de leg. 1. nullam tamen mentionem facit de gl. & doctrina Bar. in l. si cum dotem. §. si post solutum. ff. sol. matr. Vnde uerius uidetur, ꝙ dictum Bal. debeat limitari secundum distinctionem Bart. in d. §. si post solutum. Pro Bal. tamen facit, quia istud statutum uidetur esse correctorium iuris communis, merito intelligi debet de prima vice. arg. l. bonę. §. hoc sermone. ff. de ver. sig. Mihi tamen magis placet dicta limitatio, maxime quia dictum stat. videtur aliqualiter fauere, iuri communi dum fratrem arctat ad dotandum

2 eam, † quoniam si mulier non habet aliunde unde se dotet, de iure communi cogitur frater eam dotare, vt uoluit Bart. & alii doc. in l. 1. ff. sol. mat. & tetigi. s. §. 1. Secus tamen putarē ubi frater uel quis alius teneretur ad dotandum mulierem ex dispositione hominis, & ita dicit D. Ioan. de Imo. in d. §. si post solutum allegans ad hoc l. plane. §. 1. ff. ut in pos. leg. iuncta l. sciendum. ff. qui satisd. cog. Sed illa iura potius faciunt, in contrarium quia in d. l. sciendum obligatus erat ex dispositione legis, & tamen si fideiussor desinit esse soluendo, non

3 tenetur iterum cauere, † & sic mitius agitur cum l. quam cū homine. argumen. l. Celsus. ff. de arb. Tu ergo allega tex. in l. ueluti. § hæc. ff. de eden. iun. no. per Bar. post. Cy. ibi & iuncta l. fideicommissa. § si quis. de leg. 3. In quibus iuribus probat, ꝙ dictio, rursus, intelligitur in dispositione hominis de secūda vice tantum. Faciunt etiam ad hoc no. per Bal. in l. qui p salutem ff. de iureiu. & per Ro. in l. prætor. §. hoc interdictū. in fi in additio. nouis. ff. de ope. no. nuntia. & Bal. in l. si socius.

4 pro socio. Conclusio videtur ꝙ † frater teneatur sororem dotare totiens, quotiens fuerit oportunum, cum limitatione tamen Barto. in d. §. si post solutum. quia eadem ratio militat, quæ in patre &c.

Quæst. II.

5 Statuto † & iure Lombardo cauetur, ꝙ si frater dotet sororem, succedat patri in totum. Modo frater antequam dotaret sororem, decessit relicta filia. Querit an ista filia possit amitam dotare, & sic eam excludere a succedendo. Videtur, ꝙ non quia amita dicit se debere habere dimidiam hereditatem patris sui, quia licet frater suus haberet illud priuilegium eam dotandi, & succedendi, tñ istud priuilegium non transit in filiam suam quia erat priuilegiū personale concessum propter dignitatem masculini sexus. In contrariū videtur propter generalitatem l. omnes populi ff. de iusti. & iure. & l. venditor. §. si constat. ff. communia prędio. & si diceretur, ꝙ istud statutum est contra ius naturale, ꝙ filios ad successionem parentum vocat, vt. ff. de bon dam. l. cum ratio. & l. scripto. ff. unde liberi. & sic statutū quod excludit filiam, videtur odiosum. Dic quod certam quotā filiis deberi, non est a iure naturæ, & hoc apparet, quia taxata est in auth. de trien. & semis. §. penul. Sed pro amita facit. l. priuilegia. ff. de regu. iur. & l. ex pluribus. ff. de administratione tutorum, & quia in multis melior est conditio masculorū. l. in multis. ff. de statu homi. l. prima. C. de adulte. & ibi per Cy. & quia cessat ratio excludendi amitam, quia lex uoluit successionem remanere apud masculos, sed iam defecerant masculi, ergo &c. Sed pro ipsa nepte facit. l. si minor. ff. de administratione tutorum, & quia ipsa est hæres vniuersalis patris sui, & in omne ius successit, vt. ff. de regulis iuris. l.

6 heres, & quia † sufficit semel peruenisse ad causam, quod amita debeat esse dote contenta, argu. l. cuius bonis. ff. de curato. furio. & quod no. in l. si quis hac. de bonis liberto. & in l. Titia. §. vsuras. de leg. 2. & in l. cum quidam. §. fiscus. de usuris Multi consuluerunt, quod amita admittatur ad dimidiam hæreditatis. Et adducunt vltra prædicta l. quędam. §. nihil interest. ff. de edendo. & l. actione. §. publicationem. ff. pro socio. & l. cum hæres. ff. de diuer. & tempo præscri. & l. cum hæredes. ff. de acq. pos. Alij consulentes in eadem quæstione distinguunt, aut frater decessit antequam pater, & tūc vera sit opinio prædictorum consulentium. Aut decessit post mortem patris, tunc quia iam ius est quæsitū in persona filij trās mittit illud ad hæredem etiam fęminam, vt l. cum antiquitas. C. de iure delibe. & l. 1. C. de his qui ante aper. tabu. & l. 1.

7 §. in nouissimo. C. de cad. tol. † Et quia sufficit, ꝙ semel fuerit ius quæsitum l. videamus. ff. quod metus causa. & in hāc partem inclinat Bald. in l. fi. C. de in ius vocan. & Albe. de Rosa. referens se ita obtinuisse in secunda parte statutorum. q. 101. Facit quod dicam infra, proxima quæstione.

Quæst. III.

8 An dotata † per fratrem, eo mortuo relictis hærdeibus extraneis, aliquid petere possit in bonis patris. Videtur

9 quod sic, quia † ad tempus fuit excluſa, ergo post illud tēpus reintegrata intelligitur, & admissa videtur, vt nunc succedat in hæreditate dicti primi parentis, per notata per Barto. in l. fi ff. ad Tertul. Et faciunt in argumentum l. scire. §. tandiu. ff. de de condi. fur. & in l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxa. & in l. 1. §. fi. de cur. furio. & l. 1. §. expectandi. de secun. tabu. & l. quandiu. ff. de acqui. hære. Item, quia prohibitum ad tempus, post tempus videtur permissum l. imperator. ff. de

10 postul. l. statuliberi. §. Stichum. de statuliber. † nam statutum hoc potest facere, quod qui fuit hæres ad tempus, post tempus esse desinat, & alius sit hæres in totum vel in partem, qa hoc facere potest miles ex priuilegio l. 1. in princ. de testa. mili. & in l. in substitutione filij. ff. de uulga. & pupill. Item, quia talis filia excluſa a statuto, dicitur hæres anomala, vt refert

11 Barto. in l. si auus. C. de libe. præteritis † & illud, quod est anomalum, nullam regulam iuris communis sequitur, sed quatenus est dispositum de eo, eatenus est iudicandūm, & non vltra, argumento eius, quod dixit glo. de tutela matris, vt refert Bal. & Ange. in authen. matri & auiæ. C. quando mulier tutelæ officio fungi potest. Item, quia causa dicti statuti est causa filiorum masculorum, vt pulchre decidit Cyn. in l. publico. C. de adulte. & Bal. in d. l. si auus. Bar. in l secunda. §. videtur. ad Tertul. & in l. liberorum. de uerborum significatio.

12 & eleganter consuluit Ro. in suo consi. 311. † Cum ergo cessat ratio finalis statuti propter mortem filij defuncti sine filijs masculis, qui medio tempore obstitit dictæ filiæ, cessare debet dispositio dicti statuti, argumen. l. adigere. §. quamuis. de iure patron. & quod not. Cy. & Bal. in l. generaliter. C. de episco. & cleri. & notatur in l. Titia Seio. §. vsuras. de legatis

13 secundo. Maxime, cum dictum † statutum sit odiosum. l. maximum uitium. C. de lib. præte. Ergo restringendum, vt res facilius redeat ad suam naturam, argu. leg. si vnus. §. pactus, ne peteret. ff. de pact. Ergo necessario sequitur, quod tale statutum infringens regulas iuris communis, prohibendo succedere tempore vitæ fratris sui, & filiorum descendentium masculorum, post ipsorum mortem & defectum, ad ius cōmune reintegretur, vt nunc succedere possit. Et ista pars adiuuatur authoritate Bar. in d. l. fina. ad Tertul. & Bald. in l. si quis posthumos. §. si filium. ff. de libe. & posthum. & in d. l. si auus. In contrarium, quod mortuo filio post immistionem factam in hæreditate patris sui, filia ad patris hæreditatem

14 non possit reuerti. † Nam in hac successione abintestato ipse admittitur, qui reperitur proximior tempore mortis testatoris & aditionis hæreditatis. l. si quis exhæredato. in princ. de iniust. rup. & ir fa. testamen. & l. fi. ff. de conditio. insti. Sed iste filius fuit proximior tempore mortis patris excluſa ipsa

15 filia, ergo &c. † Item post eaquam filius se immiscuit, iuncta iincipit esse hæreditas patris cum sua intantum quod amplius non debet hæreditas patris denominari. l. sed si plures.

16 §. fi. fl. de vulga. & pupilla. † Arbitratur enim statutum dotē esse congruam portionem mulieris dotatæ vnde extantib. masculis, videtur ipsam contemplatione talis dotis exhęre dasse, argumen. l. qui volebat. ff. de hæred. institu. iunctis notatis in authenti. nouissima. C. de inoffic. testamento. Vnde videtur statutum hanc legitimam redegisse ad dotem, postea quam de residuo eam excludit. Et hoc clarum est posse statutum facere, vt notat Cyn. in l. sancimus. C. de nup. Itē illa verba, extantibus masculis, videntur conditionalia, cū habeant diem incertam l. dies incertus. & l. quibus diebus.

17 §. quidam Titio. ff. de condit. & demonstra. † In conditionibus autem traditur regula, ꝙ sufficit eam conditionem semel existere, etiam si non duret l. penulti. de condi. instit. qa omnis excluſio dicitur perpetua l. distin. c. 1. & l. si seruus. de pęn. ff. & c. ex literis. de consti. Et maxime videnrur hæc vera in materia, de qua loquimur, in qua si diceremus filiam superstitem admitti post mortem filij, qui se immiscuit, rūpimus duas regulas iuris. Vnam, ꝙ filius fuisset hæres pro parte

Source : BIU Cujas

te tpis,& pro alia parte filia. Secundam,ꝙ filius ſemel heres
18 deſi neret eſſe heres,†qđ iura non patiuntur.l.hereditas.ff.de hę. i n ſti.l.ſed ſi ſine.§.qđ Papinianus.de mino. Ex quib.vĩ,ꝙ filia ſemel excluſa per ſuperexiſtentiã maſculi, intelligatur perꝑetuo excluſa Licet enim cauſa excluſionis.ſ.maſculina proles,ceſſet, non tñ ceſſat diſpoſitio iam imperfecta prætex tu dictæ cauſæ,arg.not.per Io.An.in c.deceat. de regu.iur.in
19 mercu.Decidendo veritas vĩ,ꝙ aut†ſtat. ſimpliciter & indiſtincte dicit filiam dotatam, non admitti ad ſucceſſionẽ patris, & tunc perpetuo debet eſſe excluſa. Et ita procedant allegata pro iſta ulti.parte. Secus,ſi loquatur per dictiones ſuſpenſiuas,vtputa,quod uel quouſq; vel donec maſculus ſuperſit, & tunc ꝑꝑ defectũ maſculi redintegratur filia ad ſuccedendum,& ita procedant allegata pro prima parte. Et iſta ꝯcluſio colligĩ, & eſt cõis ſnĩa doct.videlicet Bal.in c.j.§.cũ ẽt ad fi.in tit.epiſcopũ vel Abbatẽ. & in c.j. de beneficio fœminæ,& Sal.in l.fi.C.de repu.hæ.& Cy.& Sal.in l.j.C.de adul. Imol.in l.mulieri & Titio.ff.de cond.& dem.Ang.in l.antiq. ff.ſi pars hæ.pe.Io.An.in rub.de ſucceſ.ab inte.& Bal.in l.ſiqs filiũ.C.de inoffic.teſtam.& Bal. in l.ſiqs poſthumos,§.ſi filiũ. & ibi ẽt Imo.tangit. ff.de lib.& poſth. vide Ang. in l.quãdiu. C.qui admitti,& facit quod dixi,s̃.proxi.q.& vide Bal.in l.3. C.qñ dies leg. ce.& Bal.& Ang.in l.Gallus,§.& quid ſi tm̃.in
20 fi.ff.de lib.& poſth.& Imo.in l.is,qui ſoluendo.ff.de hær.inſti. & Bal.in l.ſed ſi quis.C de ſecun.nup. † Et ita fiat concordia inter collegium Senenſe & collegiũ Paduanum, quia collegium Paduanum loquitur, quando ſtatutum loquitur per verba ſuſpenſiua, uel conditionalia.Collegium vero Senenſe,quando ſtatutũ ſimpliciter loquitur,& ita hãc ꝯtrouerſiã dirimit ſublime collegium Bon.prout refert & ſequitur Pe. de Anch in ſuo cõſ.293. alias.301.incip. In chriſti nomine, probabiliter,& in conſ.24.incip.in Chriſti nomine,hæc quæ
21 ſtio.† Prædicta tñ oĩa procedunt,quando ille filius ante mortẽ ſe immiſcuit hęreditati paternę. Quid aũt,ſi ſe non immiſcuiſſet,ſed ſtatim mortuo patre deceſſiſſet,an ẽt ſi ſtatutum loquatur ſimpliciter,quod extantibus maſculis fęmina dotata non ſuccedat,an hoc caſu poterit filia reuerti ad bona paterna.Vide pulcherrimam allegationem & deciſionẽ Alber.de Roſ.in ſecunda parte ſtatutorum, quæſtio.105.

Quæſt. IIII.

22 Sed cadit vna dubitatio,† quid ſi ſtatutũ ſimpliciter dixerit,ꝙ filia dotata nullũ regreſſum habeat ad bona paterna ꝯ fratres aut hæredes parentis defuncti,an illud verbũ,fratres, intelligatur de fratrib. ipſius filiæ excluſæ,an vero ẽt de fratrib. ipſius defuncti,& ſic de patruis filię. His diebus ꝯſului,ꝙ intelligatur ẽt de fratrib. defuncti, ſecutus in hoc conſilium Ro.in ſuo conſi.16.quod eſt notandũ. Addetñ, ꝙ prima facie videtur dicendũ,ꝙ debet intelligi de fratribus ipſarum mulierũ dũtaxat,quia fundata eſt intentio earũ de iure cõi,cũ ſint de liberis defunctæ perſonæ, & prima cã eſt in ſucceſſione liberorũ auth. in ſucceceſſione,C.de ſuis & leg. &
23 in auth.de hęr.ab inteſt.§.j. Quinimo† ſpecialiter eſt prouiſum ꝙ ipſæ fęminę & ex eis deſcendẽtes præferãtur agnatis tranſuerſalib. cuiuſcunq; gradus ſine diminutione alicuius partis, vt in dictis iuribus,& not.in l.fi.C.de ſuis & legitimis. Præterea, non poteſt negari, ꝙ ille terminus contra fratres, non ſit ambiguus & obſcurus ex eo, ꝙ eſt nimis generale &
115 terea, vt dicit ibi Bart. † si vocentur plures sub copula, inter quos non cadit ordo affectionis & charitatis, vel verisimiliter non debet cadere, vt in casu nostro. l. maximum vitiū. C. de lib. præt. nam in eodem gradu patri est filia, quo filius, tūc ēt si aliter de iure debeant venire, attamen intelliguntur vocati simul. Ista est cōis sententia in d. §. quidam recte. ubi docto dicunt, quod ad hoc vt natura coniunctiuę alteretur, requiritur p concurrat ordo affectionis & charitatis, puta qđ instituatur filius & nepos. & quod respectu eius, quod agitur, contineat debitum naturale. quod minime concurrit in casu nostro, quod esset, qñ stat. dictaret, p pater primo teneret
116 puidere filijs, demū filiab. sicut † dicimus in filio, & nepote, quos ordine successiuo pater tenetur instituere, ne rumpat testamentum, vt notatur in d. §. quidam recte. & per totā legem, & in §. posthumorum. insti. de exhæred. liber. & ideo vī recte secus in legato, in quo non cadit aliquod debitū respectu eius, quod agitur. ergo idem in stipulatione, in qua respectu eius, quod agitur, nullum cadit debitum. Et ideo teneas distinctionem, quam supra dedi in vers. puto.

Quæst. XXIII.

117 Statuto cauetur, quod filia dotata sit cōtenta dote extantibus fratribus. quęro si in dote erat minus legitima, an illud applicetur masculis. Tetigi supra in §. 1. in
118 illa quæstione, † an filia debeat habere dotē vltra legitimā, & ibi inter alia allego pulchrū consiliū dñi abbatis. tetigi ēt de ista. q. supra in hoc. §. q. 26. & ibi dixi aliqua me dicturum hic. Nunc aūt dico aduertendum, quia si statutum prohibet ipsas venire ad successionem vel hæreditatem, per hoc non
119 vñr excluſæ a legitima, quia †per verba generalia, quod quis non possit uenire ad hæreditatem, vel successionem, non excluditur a legitima. Nam dicit lex, qđ filia quæ excludit ab vniuersali successione, per quietationem generalē factam fratrib. suis, nō tamen excluditur a legitima, nisi hoc specialiter dictū fuerit. Text. est no. & ibi per doct. in l. si quando. §. fi. C. de inoff. testa. Idem ergo multo fortius in statuto. Nam si pactum liberatoriū, quod est fauorabile, non includit legitimam, ergo nec generalia verba statuti. qđ proculdubio est mistum fauore & odio. l. maximum vitium. & ibi Bal. C. de lib. præte. Facit qđ notat Gui. in simili in l. de iis. ff. de transa. Contrariū vī terminare Bart. & ita oēs sequuntur in l. Titio centū. §. Titio genero. ff. de condi. & demon. vbi concludit, qđ tale stat. excludit filiā dotatam a legitima, extantib. masculis, & dicitur filia quodammodo exhæredata per stat. arg. l. qui uolebat. ff. de hære. insti. Ad allegata in contrarium respondę, vt plene per Imol. in d. §. Titio genero. & vide Bald. in consilio suo, quod incipit, domina Anderonoca.

Quæst. XXIIII.

120 Frater insuccesibis, an excludat sororem ex forma statuti, quod habet, p frater excludat sororem, vel pone, p frater est excluſus pp pactum factū patri de non succedendo, vel forte est incapax, quia bannitus vel frater minor. De hac quæstione me remitto ad Bar. in l. 1. §. qui filium. ff. de cōtratab. & in l. 1. §. si pater. ff. de coniugen. cū emanci. liber. per Bal. in l. Gallus. §. & quid si tñ. de liber. & posth. per Bal. in l. maximum uitium. C. de lib. præter. per Bar. in l. quotiens. §. si duo. ff. de hære. insti. & per Bar. in l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capi. dimi. per Ang. in l. 2. C. de testa. mili. Ad-
121 de, †quid si frater nō efficiatur hæres patri, an filia erit excluſa. vide Bar. in l. 1. §. sed si non sint ff. ad Tertul. & Bart. in d. §. qui filiū. & Bal. in d. l. maximum vitium. Bal. in l. in substitutione. ff. de vul. & pup. Pau. in cons. 328. vbi consuluit, quod si liis repudiantibus, vel statuto renunciantib. fęmina non excludatur. Facit illud, quod tetigi s̄. eo. §. in illa. q. an frater possit admittere sororem ad successionem inuitis creditorib. & illud quod ibi dixi, hic repetas. Hæc dixi in prima traditione huius tract. nunc aūt clarius decidendo, dico quod in remissionib. s̄. datis vī concludi, quod hoc casu non excludatur filia. Non ob. tex. no. in l. filiusfa. § cum quis. ff. de le. 1. quia ibi filii non impediebant alios, ideo quia haberēt potentius ius in successione, sed quia conditiones alterius faciebant defi-
122 cere. & adde rationem, quia † verba conditionum considerantur simpliciter, prout in facto iacent, non aūt ad iuris effectum. l. Meuius. & l. qui hæredi. ff. de condit. & dem. quęratio facit, quod illa conditio, si sine liberis decesserit, dicatur defecisse stantibus liberis, licet sint fratres minores, vel filiæ excluſæ per statutum, per l. ex facto. ff. ad Trebel. super quo tñ art. reperiuntur diuersæ opi. quas, cum non attingant passum nostrum, omitto vide ibi, & in l. 1. C. de cond. infer.

Quæst. XXV.

123 Stante statuto, vt Pistorii, quid si testatus decesserit is, de cuius hæreditate agitur, relicto filio masculo, & aliquid reliquit filiæ fœminæ, quoquo relicti titulo, & ipsa filia debeat esse contenta dicto relicto, & plus petere nō possit, modo pater filiæ nuptæ nihil aliud reliquit, nisi quod si uidua remanserit, possit stare in domo patris sui, quæritur an filia præterita possit expugnare testm̄, præsuppositio p filia excludatur in totum ab intestato, quæstio est multum notabilis. Et aliquid ēt incidēter tetigi s̄. eo. Et considera, quod huic filiæ, dum durat matrimonium, nil relictum est. & iō interim est præterita. & dicit testm̄ iniustum. l. posth. per uirilem. §. ex his, ibi, illi iniustū faciunt. ff. de iniu. rup. & irrit. fac. imo plus ut̄ nullum. ſ de stricto iure si iuris ciuilis regulis regimur. ff. libe. & posth. l. Gallus. §. in omnib. & §. inter cætera. insti. de exhęred. lib. sed de æquitate possibile est ex testō succedi, quia possibilitas tpe mortis attenta, facit quod non vī tempore mortis intestatus decedere, ut ff. de iniust. testa. l. posthumus. §. idem. uer. circa. & l. filio præterito. eo. tit. & l. si impubes. §. quęsitum. ff. ad Carbo. l. scimus. cum gl. C. de inof. testa. in uerbo, ipso iure & notatur de contrata. l. posthumos. §. sed qualiter. & de leg præstan. l. si is, qui in potestate. & gl. in l. si duo. in gl. sed quomodo. eo. tit. & ff. de contrata. l. quod vulgo. in gl. quasi dicat. Et sic quanquam actu pater dicatur intestatus propter non ualentiam testamenti, de iure ciuili, ut no. gl. in l. cum in secundo. ff. de iniu. rup. & irri. test. tamē certe in multis dicitur testamētum. ſ. potentiali aptitudine. d. l. filio. Item ſm cōem usum loquendi. d. §. testm̄. Item quo ad edictum diui Adriani, ut C. de edic. diui Adria. tollen. l. 2. Item in alio, quia tacito filio habet figuram esse, licet nō habeat pręcise esse. l. si quis legatum. ff. de fal. Item quo ad legata, quæ petuntur iure testamenti propter ipsam figuram institutionis hęredis, auth. ex causa. C. de libe. prę. Item propter substitutionem pupillarem, ut notatur in l. 1. ff. de uulg. substi. itaque quod quandoque sumus in causa intestati, & tunc non loquitur per factum testm̄, quod expresse dicit de testō. Quandoque est medium inter hæc duo, ut in casu filii pręteriti, & iste casus est a statuto omissus. & ideo locus est iuri cōi. l. si seruum. §. nō dixit prætor. ff. de acq. hęr. Ratio differentię inter istos duos casus manifesta est. nam ubi omnino non facit testm̄, lex prouidet loco deficientis prouisionis hominis. & illud idem uidetur tacite descendens sentire. vn de nihil iniustum facit moriens. Item, ubi facit testamentū iustum, iure suo utitur. l. posthumus. in prin. ff. de inof. testa. Sed ubi facit testm̄ iniustum, per amplius filio pręterito succurritur pp iniustitiam. † Non. n. uī stat. permisisse patri, p
124 iniuriam faciat legibus, & naturę, & more hominis insani deponat naturalem erga filios charitatem. vrget denique patris stimulus naturalis. l. amicissimos. ff. de excus. tuto. l. cum ratio. ff. de bon. damna. l. nihil. ff. de bon. libe. l. scripto. ff. unde

Source : BIU Cujas

de liberi. l. nam & ſi parẽtibus. ff. de inof. teſt. & ideo iſta filia
pręterita habet regreſſum ad bona paterna de iure cõi, non
obſtãte d. ſtatuto & hoc ad literam conſuluit Iac. de Are. &
125 Bal. in ſuo conſ. 76. †Nec obſt. ſi quis dixerit iſta filia non eſt
præterita, quia quoquo relicti titulo habet, quod vidua &c.
qualitercunq; igitur ſit nominata, cũ cõditio tollatur, rema
net relictum purũ. vt. l. quoniam. & l. omnimodo C. de inof.
teſt. Præteritio. n. quę erat ex adiectione conditionis, nõ ha-
betur pro præteritione, cum conditio remoueatur. l. ſcimus
§. cum aũt. C. de inof. teſt. l. ſuus. & ibi no. gl. & Bart. ff. de hæ-
red. inſti. nam hanc opinio. non teneo, & maxime in caſu no
ſtro, vbi conſidera, quod quędam ſunt relicta, quę natura rei
legatæ requirunt de neceſſitate conditionem exiſtere, vt ſi
legantur ueſtes viduales, requiritur quod ſit vidua, li docto-
rales. ꝙ ſit doctor, ſi dos requiritur qđ ſit pubes. ſi fructus, req
ritur quod naſcantur. l. 1. ff. de cond. & demõ. Si ergo reditus
ad domum patris in uiduitate relinquitur, prout in caſu
noſtro. requiritur, quod ſit uidua. Nam nupta debet ſtare in
domo viri, & ſequi uirum. l. Meuia §. fi. & ibi no. Bar. ff. de an
nuis leg. l. ſicut. de ope. libe. & ſic conditio non poteſt amoue
126 ri. ideo de neceſſitate interim eſt præterita, & † triſte eſt hoc
legatum, cuius expectatio eſt uiduitas. l. pater. Seuerinam. §.
ſocrus. ff. de condi. & demon. & ideo querimoniam præteri-
tionis induxit. l. fi. l. ſi filius. ff. de cond inſt. Quædam ſunt cõ-
ditiones vel dilationes quę pñt remoueri ſaltẽ ſpe, & cõmo-
ditate relicti, & de iſtis loquitur. l. quoniam in prioribus. Et
ex iis vr̃ concluſio quod filia tanꝙ pręterita, poſſit dicere te-
ſtamentum nullum in caſu iſto. & ita eſt mens Bal. in præfa-
to conſilio, de quo ẽt feci mentionem. s̃. in §. 1. dum quæſiui
127 an dos relicta. cum nupſerit poſſit ſtatim peti reiecta oĩ con
ditione, vel filia dicaĩ pręterita. vide ibi & adde quæ hic dixi.

Quæſt. XXVI.

128 Quid ſi filia eſſet dotata † de bonis propriis ipſius filiæ
an excludatur ſtat. ꝙ indiffinite dicit filiam do-
tatam non poſſe ſuccedere in bonis patris, Bal. in l. mater. C.
de iure do. tenet ꝙ non. Vide bonam gl. & ibi Bal. in l. prima
C. de legit. hæred. & Romanũ in conſ. 32. & in conſ. 80. & vi-
129 de quod dixi ſupra in illa quæſtione, † quando frater dotauit
ſororem de bonis matris & ibi concludo quod filia dotata
intelligitur excluſa a bonis dotantis tantum. & iſta eſt ve-
ra & generalis concluſio.

Quæſt. XXVII.

130 Stante † ſtatuto ꝙ ſtantibus maſculis filia dotata non
ſuccedat, intelligatur, qñ maſculi ſint in pari
coniunctione perſonæ defunctę. ſecus, ſi fœmina ſit in potio
ri gradu, q̃ maſculus. Fulg. conſuluit ꝙ ſic. & multũ gloriaĩ,
de iſta limitatione, & ſic ſoror ſuccederet fratri ſuo vtrinq;
cõiunctio licet extaret frater maſculus ex uno latere tm̃ cõ
iunctus. Adde ꝙ idem tenet Romanus in conſ. 411. & Pet. de
Anch. in conſ. 41. Mihi tñ ſemper placuit cõtraria ſententia,
quia mens & intentio ſtatuti fuit quod bona in agnatione &
familia conſeruarentur, quæ ratio militat in caſu prædicto.
ergo militabit etiam diſpoſitio. & ita Mantuæ fuit alias obtẽ
tum de anno 1461. vide j̃. proxima q.

Quæſt. XXVIII.

131 Stante ſtatuto de quo s̃. proxima q. & ẽt alio ſtatuto, ꝙ
ſoror exiſtentibus fratrib. non ſuccedat fratri,
ſi contingat ꝙ deceſſerit vnus relicto fratre ex patre tm̃, ma-
tre & ſorore ex utroq; parente. Tenendo illud, quod s̃. dixi ꝙ
frater ex patre tm̃ excludat ſororem vtrinq; coniunctam de
functo. mater dicit totam hæreditatem ad ſe pertinere, quia
cum filia eademq; ſoror defuncti non ſuccedat ex teſtamen
to, pinde eſt ac ſi ſola mater & frater ex patre tm̃ ſupereſſent
l. 2. §. ſi ſint ſui. ff. ad Tertul. quo caſu dicit mater nemini du-
bium ꝙ te fratrem, excluderem, quia non es vtrinq; coniun
ctus. auth. defuncto. C. ad Tert. & per d. §. ſi ſunt ſui. vbi dr̃, ꝙ
nudum nomen excluſorum non debet nocere matri magis
quam ſi excluſus non eſſet in rerum natura. Frater aũt inſur
git dicens quod debet ſuccedere in illa dimidia, in qua debe
bat ſuccedere ſoror, quia in eius locum ſuccedit per ſtatutũ
Et ſic quamuis ſua perſona non admittatur, cum matre, d.
auth. defuncto. tñ ex perſona ſororis debet admitti, allegat,
132 pro ſe tale exemplum. ecce † deceſſit quidam inteſtatus, re-
lictis patre in adoptiua familia conſtituto, matre & fratre. In
qua ſucceſſione pater ex ſe matrem excludit. ſicut & in caſu
noſtro, mater fratrem ex vno latre tm̃. Sed quia talem patrẽ
frater defuncti vincit, materq; ipſum fratrem, mater patri p̃-
fertur, non ex ſemetipſa. ſed ex perſona fratris. l. ſecunda §. ſi
ſit agnatus. ff. ad Ter. Faciunt ẽt quæ habentur in c. authorita
te. de conceſ. præben. lib. 6. Adducit etiam pro ſe caſum in
133 ſimili. † Nam certum eſt, ꝙ auus matri non anteponitur. in
ſucceſſione per Tertullianum. l. 2. §. obiicitur. ff. ad Tert. Sed
bene pater matri, vt ibidem. Pone modo quod eſſent omnes
tres. certe auus matrem excludit, non ex ſua perſona, ſed fi-
lii. eiuſdemq; patris, quem vincit idem auus, vt eſt caſus in l.
æquiſſim. §. 1. ff. ad Ter. Inſurgit tertio loco ſoror, quæ dicit in
hoc caſu non obſtãte ſtatuto ſe debere ſuccedere, & allegat
talem rationem fratri. Nam quantum ad dimidiam vinco
matrẽ meã, per auth. defuncto. & in illa dimidia mater mea
134 vincit te. † Si ergo vinco vincentem te, multo magis vinco
te. l. de acceſſionibus. ff. de diuer. & tempo. pręſcrip. Itẽ pro ſe
allegat iura præal. vbi apparet excluſum ex ſua perſona ad-
mitti ex perſona alterius. Itẽ allegat, quod fratre excluſo per
matrẽ debet ipſa admitti, per tex. in l. 2. §. ſi ſit ꝙ ſanguinea. ff.
ad Ter. In hac q. reperio. Bar. in l. 1. §. quidam filium. ff. de bo-
no. poſ. contrata. decidere ꝙ ſorore, per. d. §. ſi ſit. & ibi in hac
135 materia ponit tres regu. Prima eſt, ꝙ † qñ ille, q̃ eſt remotior
me, excludit eũ, q̃ excludebat me, eo q̃a ſuccedit ĩ locũ eius
qui excludit me, tũc ipſe ſuccedit, & ego excludor. ita intel-
ligit. d. l. æquiſſimũ. §. 1. & l. 2. §. obiicitur. ff. ad Ter. Si vero nõ
ſuccedit in locũ eius, tũc facit duos caſus, quia aut ille remo
tior excludit me, iõ quia hẽt potẽtius ius ĩ ſucceſsione. & tũc
nõ excludor, ſed ad ſucceſſionem vocor p̃ me, ac ſi excluſus
nõ eſsẽ ĩ rerũ natura. d. §. fi ſit cõſanguinea, & hac rõne dicit
in caſu noſtro admittendã ſororem excluſam a fratre tanꝙ
hẽnte potẽtius ius. iõ fratre excluſo a matre ſoror admittit
Sed fortior vr̃ rõ, quã. s̃ dixi in uer. tertio loco. Et ſi dixeris, ꝙ
eandem rõnem põt allegare frater dicens, excludo te ſororẽ
pro dimidia qua uincis matrem. Si ergo vinco uincentẽ ma
trẽ & c. Ad hoc reſpõ. & aduertendũ, ꝙ fortior eſt ratio ſoro-
ris, quam fratris, quamuis prima fronte eadem vr̃. Ecce victo
ria mulieris, quę vincit vincẽtem fratrẽ. i. matrem, eſt de iure
communi, per dictam auth. defuncto. victoria vero fratris,
vincentis, ſororem, quæ pro dimidia, de qua agimus, vincit
matrem, eſt de iure ſpeciali, videlicet ſtatutario, ꝙ facilius
tollitur, quam ius commune. l. militis. §. militia miſſus. ff. de
teſt. mili. & ſic allegatio ſororis eſt fortior, quam allegatio,
136 fratris. Venio nunc ad ſecũdum caſum, qui eſt, qñ ille remo
tior excludit me, ideo quia deficit conditio, qua vocabar ad
ſucceſſionem, & tunc non potero admitti. ut in auth. licet. C.
de natura. lib. ibi n. excluditur filius naturalis p̃ coniugem
non quia coniux habeat potentius ius in ſucceſſione, ſed iõ
quia lex vocare voluit naturalem ſub ea conditione ſi con-
iux non eſſet, merito atrenditut vrrum illa ſuccedat uel ne.

Quæſt. XXIX.

137 An ſtatutum excludens fęminas dicatur odioſum vel fa
uorabile. Vr̃ ꝙ odioſum, q̃a nutrit odiũ inter deſcen
dẽtes, s̃. l. illud. C. de col. & in l. cũ oportet. §. ſiuaũt. C. de bo.
quę lib. Scđo, quia dicit Apoſtolus. ſi filius, ergo hęres, vt not.
gl. in l ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſol. ma. & no. in l.
neceſſariis. ff. de acq. hęr. & no. in l. 1. C. ſi vt ſe ab hęre. abſt. Er
go ſtatutum ꝙ facit filiam non eſſe hæredem, eſt odioſum.
Quid vltra cum filia dicatur per tale ſtat. ex hæredata. l. q vo-
lebat. ff. de hęre. inſti. ſed hæredatio eſt odioſa. l. cum quidam
138 de lib. & poſth. ergo &c. † Item irrationabilis fauor dr̃ odio-
ſus. l. maximum vitiũ. C. de lib. præt. Item iſtud ſtatutum eſt
correctorium iuris communis, & eſt contra æquitatem, quę
vocat omnes deſcendentes ad hęreditatem paternam l. de-
139 functus. C. de ſuis & leg. † Inſuper vr̃ accuſare naturam qua
re non omnes maſculos generauit, vt unde generentur non
fiãt &c. d. l. maximũ vitiũ. Et pro hac parte tenet Bar. in l. cũ-
ctos populos. in 6. q. C. de ſum. tri. Pe. & Cy. in l. non ſine. C. de
bo. quæ lib. Bal. in auth. res, quę. C. communia de leg. Bald. in
l. 2. C. qui ad liber. perue. non poſ. Bal. in d. l. ſi defunctus. Bart.
in l. liberorum ff. de ver. ſig. vbi dicit, quod nulla poteſt aſſi-
gnari ratio hu ius ſtatuti. & intellige ratio rationabilis, & ſic
debet dici iniquum. In contrarium, quod imo ſit fauorabile
oſten ditur ſic, valet argumentum ex mente ſtatuentis. l. mi-
lites arg. ff. de teſt. mil. no. Bal. in d. l. maximũ vitium. no. glo.
in l. tale pactum. ff. de pac. Sed mens ſtatuentium ſumitur ex
eo, quia apud maſculos remanent omnia onera defunctorũ
140 ergo & commoda remanere debent. nam † ad maſculos ſo-
lum pertinet propulſatio iniuriæ defuncti, cum fęmina fay-
dam leuare non poteſt, vt dicit gl. in c. 1. an mutus, uel imp-
fectus. & in c. 1. §. hoc, aũt. in tit. qui feu. da. poſ. quę dicit, ꝙ de
141 iure Lombardo filia fęmina non ſuccedat patri, † Hinc eſt, ꝙ
fęmina non poteſt facere pacem de nece patris, quia hoc tm̃
ad maſculos ſpectat. Secus ſi maſculi nõ extarent, vt no. Bar.
& Ang. in l. 4. §. Cato. ff. de uerb. ob. & Bal. in l. Titia. §. Lucius
ff. de leg. 2. Ang. in l. pro hærede. §. fi. ff. de acquiren. hær. Imo.
in l. ſi filius qui patri. ff. de uulg & pupil Secundo, quia mu-
lieri permiſſa eſt vindicta iudicialis. l. ſororem. C. de his, qui.
ut indig. Tertio videtur tex. in l. 1. §. potuiſſe. ff. ad Sylla. vbi
mulier ancilla ita vendicat necem domini, ſicut ſeruus. Ad
idem, quia non reperitur ſcriptum inter caſus in quibus de
terior eſt conditio mulierum. de quibus iu l. in multis ff. de
ſta. ho. Ego uidi Ange. in conſilio 48. vbi refet ſe hanc q. de fa
cto habuiſſe. & pro dictis gl. dicit eſſe caſum in l. fi. §. fi. ff. qui

Source : BIU Cujas

pet. tut. ibi, virilis animi &c. Dicit tñ ꝙ intelligendum est in defensione extraiudiciali. secus in iudiciali, per d. l. sororem. Sed contra dictas gl. ꝙ imo vindicare inimicitias, ēt cadat in muliere, ego allego tex. in l. 1. C. de ijs, qui se deferunt. lib. 10.
142 ibi mulieris patitur inimicitias. Ex quo ibi Ang. †infert, ꝙ si si debent habere pacem cum hæredib. Nec ob. quia dr̃ in Lō barda, quia considera ꝙ inimicitia capitur dupliciter. Vno modo prout concernit rancorem animi, & ista cadit in mulierem, iuxta illud Terentij, deterior es mulere. Secundo ꝓ ut concernit actum extrinsecum & violentum, prout est arma portare, & de iniuria vindictam petere, vel duellum, & hoc non cadit in muliere Modo in proposito cum tale onus saltem vindictæ violentæ spectet ad masculos, statutum excludens fœminam dotatam, tanquam recompensans dictū onus, debet dici æquum & fauorabile. Item tale stat. concernit publicam vtilitatem, quæ versatur circa honestatem in singulis familiis conseruandam. l. 1. §. sed si hæres. ff. de vend.
143 inspi. l super statu. C. de quæst. † qūo aūt magis conseruatur honestas familiarum, quam per diuitias, quæ perit propter inopiam. §. sancimus. in auth. de test. l. 3. in prin. ff. eo. li. de custo. reo. ff. & in auth. de defen. ciui. in prin. in auth. vt oēs obe.
144 iud. §. 1. l. si creditores ff. de pri. cre. †Nam ægestate sordentibus mors est solatium, & vita supplicium. l. quisquis. C. ad le. Iul. ma. & dr̃ Eccles. xl. melius est mori, quam indigere. quid est miserius eo, cuius vita est in cogitatione victus. Vnde cū appellatione familiæ veniat agnatio. l. pronunciatio. de uer. sig. & agnatio conseruetur per masculos, ad publicam pertinet vtilitatem, vt prolem masculinam committentur diuitię
145 paternæ. ꝓ masculos. n. † conseruatur æterna memoria ascēdentium. l. liberorum. ff. de verb. sig. Prædictas rationes considerabat lex duodecim tab. per quam agnati præferebantur cognatis, & masculi fœminis, instit. ad Ter. in prin. & §. item vetustas inst. de hær. quæ ab intest. Et pro hac parte tenet Iaco. de Are. in sua q. inci. statuto vel cōsuetudine. & refert Io. And. in addi Spec. in rub. de succes. ab intest. in addi. incip. est sciendum quod Iac. de Are. Ang. in d. l. quisquis. & in sua disputatione inci. nobilis quidam genere. & in suo cons. 67. & Cy. in l. 1. C. de adul. Rom. in suo cons. 16. quod consiliū omnimodo videatur, quia ponit plures elegantes rōnes. & Bal. in l. quod vero. ff. de leg. Pau. de Cast. in cons. 334. Bal. in l. certum. C. vnde legitimi. Bal. in l. maximum vitium. C. de libe. præte. Bar. in l. 1. § filium. ff. de contra tab. Bal. in l. platet. ff. de leg. 2. Lapus in sua allegatione. 103. secundum ordinem antiquū, & incipit, in q. prædicta. & hęc opinio iudicio meo po
146 test appellari cōis. †Et nota vnum perpetuo, quod licet non exprimatur in statuto, tamen stat. excludens fœminas vr̃ factum in fauorem masculorum, vt no. Bar. in d. §. qui filium. Reperio tñ Bal. in diuersis locis variasse in hoc art. videlicet in l. 2. C. de ius voc. vbi dixit, quod tale statu. respectu masculorum fit fauorabile, sed respectu fœminarum sit odiosum. Aliter dixit in l. 1. in fi. C. de secund. nup. vbi considerat cām exclusionis, an sit propter suum delictum, an propter prærogatiuam & honorem alterius, & attendi debet causa principalis statuentis, an sit fauor, vel odium. Alibi Bal. in l. sancimus. C. de nup. dixit, quod iure naturali est odiosum, sed de iure ciuili est fauorabile. Alibi Bal. in l. 2. C. qui ad liber. procla. non possunt, dicit quod stat. excludens fœminas a succes sione fratrum, est fauorabile. Alibi in l. cunctos pop. C. de su.
147 tri. dixit, quod † si statutum excludit propter sexum, dr̃ odio sum, sed si fauore agnatorum, dr̃ esse fauorabile. Et qūo cognoscatur an in odium sexus, vide per eum ibi. Alibi Bal. in lect. eiusdem. l. cunctos pop. dixit quod est mistum ex fauore & odio, principaliter tñ fauorem continet, secundum eū. Mihi placet sententia cōis, ꝙ tale stat. sit fauorabile, attento ꝙ hæreditas est inuenta de iure ciuili, vt est gl. in l. 1. ff. de acqui. re. do. & probatur in l. seruo inuito. §. si pupillo. ff. ad Tre
148 bel. ibi similitudine iuris ciuilis. †Sed dispositа per ius ciuile possunt in totum tolli, per statuta. l. omnes po. cum materia. ff. de iust. & iu. quælibet n. prouincia abundat in sensu suo. facit etiam, quod supra tetigi in pluribus quæstionib. in quib. dixi, ꝙ legitima potest saltem minui per statu. posito quod non possit in totum tolli, & sic statutum excludens filiā dotatam, videtur æstimasse dotem loco legitimæ, ut ibi dixi.

Quæst. XXX.

149 Si pater relinquat aliquid filię simpliciter in testamento, an uideatur relinquere pro dote, & dicatur dotata, & sic excludatur a statuto. Vide quæ dixi supra in §. 1. & uide Bar in l. Titio centum. §. Titio genero. vers. quęro statutum. ff. de cond. & dem. & Pan. in cons. 221.

Quæst. XXXI.

150 Quid si filia non vult dotari, nec nubere, sed castitatem seruare, vt patri succedat. Videtur quod cum per eam stet, quominus dotetur, dici debeat dotata, ar. l. qui filium. ff. vbi pup. educari debeat. & l. iure ciuili. ff. de cond. & dem. & l. Labeo. ff. de contra. emp. nam cum hoc casu statutum uelit, ꝙ dos succedat loco legitimæ, sufficit illā offerre. facit quod no. Cy. in l. sancimus. C. de nup. & ita determinat Bal. in l pactum. C. de col. in verb. vigesimo quæro. & in l. fi. C. de pac. & Pet. de Anch. in repe. c. canonum statuta. ext. de constit. Limita tamen, nisi illud ius succedendi iam sit delatum & quęsitum ipsi filiæ.

Quæst. XXXII.

151 An filia tpe, quo dotatur, possit sibi reseruare ius succedendi patri suo. Bart. in l. fi. C. de pac. tenet, quod sic, per tex. in § fi. instit. de legit. agna. succesio. quod limitat ibi Bal. & Moder. uerum, qñ masculi cōsentiunt, quorum fauore emanauit statutum. l. seruo legato. §. si testator. & quod ibi no. Bar. ff. de leg. 1. Secus, si masculi non consentiunt, quibus cum iam quęsitum sit ius, per stat. non potest eis auferri. l. fi. ff. de pac. & hoc vr̃ sequi Imo. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uer. ob. Aliqui tñ in d. l. fi. C. de pac. tenet indistincte cum Bar. ꝙ sicut pater testando pōt filiam instituere, & sic tollere ius masculis, quando stat. expresse non prohibet fœminas succedere ex testō, vt cōiter tenent Doct. ita ergo
152 vr̃ ꝙ possit paciscendo, & maxime, quia † masculis non est perfecte ius quæsitum in vita patris, sed solum quędam impropria spes succedendi, quæ licet eis ab intestato tolli non possit, tñ pōt per pactū, sicut per testm̃ tolli. & facit quia istis masculis ēt in se non est quæsitum ius, antequam filia sit dotata. ergo pōt impedire illud ius quærēdum filio. l. si seruus. C. de pac. Et tenendo hanc opi. Bart. limita illam non hr̃e locū, qñ filia ex interuallo postquam est dotata, faceret pactū cum patre, ut posset succedere, quia tunc filiis masculis erat ius quęsitum, saltem spe considerabili a iure, quæ habet ortum a statuto ergo non potest eis aufferri. Pręterea hoc casu semel exclusa per statutum, inuitaretur per pactum ad hę reditatem, sed hęreditas pactionibus dari non potest. l. hæreditas. C. de pact. conuen. ergo &c.

Quæst. XXXIII.

153 Quid si pater promisit dotem pro filia, sed noluit eam soluere, & decessit, an filia excludatur stante prę dicto statuto, si hęres uelit soluere dotem. Bal. notabiliter in l. si plures. C. de cond. inser. dicit ꝙ sic, quia filia non potest dici indotata, ex quo pręcessit obligatio dotis. & de isto dicto feci etiam mentionem supra in alia simili qō. Idem sequitur Pet. de Anch. in c. canonum statuta. extra de. constit.

Quæst. XXXIIII.

154 An prædictum stat. locum habeat in filia, quæ fuit nupta, sed tpe mortis patris remansit uidua. Bal. in l. 1. in fi. C. unde uir & uxor. Arguit primo, ꝙ non, quia non pōt dici dos vbi non est matrimonium. l. fi. C. de do. ante nup. l. 2. ff.
155 de iu. dot. Contrarium tamen tenet, †quia dotata dicitur ēt quæ dotem recuperauit soluto mat. l. fi. C. com. utri. iudi. l. si socius pro filia. ff. pro soc. & de hoc ēt tetigi. s. in §. 1. in illa q. an dicatur dos, postquam est recuperata a viro soluto matr. Et ad hanc partem facit, quia sic se habet cōis vsus loquendi. nam viduæ solent dicere, ego habeo dotem meam. Maius tñ esset dubium, si statutum requireret fœminam esse maritatam, & dotatam, & decisio penderet ex illo articulo, an ubi statutum requirit certam qualitatem, sufficiat illam ab initio esse, licet postea deficiat. De quo pulchre per Bar. in l. ex facto. in prin. ff. de vulg. & pup. facit ꝙ pulchre no. Bart. in l. pręcipimus. §. sane. C. de appel. & Ange. in l. si quis hęredē. C. de insti. & substit. vbi quęrit, quid si fiat legatum mulieri, si ingrediatur monasterium, vel accipiat habitum tertii ordinis, an si mulier susceperit, deinde dimittat, debeat habere legatum. & ibi ponit illud, non qui incepit, &c. de quo pulchre per Ang. in suo cons. 34. & in suo cōs. 141. facit quod no. per Ang. & Imo. in l. in substitutione. ff. de vulg. & pupil. ubi
156 quęritur, †an si fiat legatum filię, si uidua erit tempore mortis patris, sufficiat illam fuisse uiduam, licet postea maritetur. facit quod no. in l. reprehendenda. C. de insti. & substi. & quod pulchre no. Io. And. in reg. decet. in mercu. & in illa q. an consecutus immunitatem a statuto propter numerum duodecim filiorum illam amittat si aliqui filiorum moriantur, & concludit ꝙ non. uide etiam ad propositum quod cōsuluit Pau. in cons. 245. & vide gl. not. in uerbo sufficit. & ibi no. Bar. in l. fi. C. de indic. uidui tol.

Quæst. XXXV.

157 Si statutum simpliciter dicit, ꝙ dotata a patre vel matre, excludatur, an habeat locum si dotata fuit ab auo, uel auia. Concludendum est ꝙ sic, in l. Nesennius. ff. de neg. gest. per illum textum. & in l. maximum vitium. C. de libe. præte. & in l. quicunque. C. de ser. fug. & faciunt not. per Bart. in l. 1. ver. vlterius quæro, vtrum tacita. ff. de vulg. & pup. & in authen. matri auię. C. quādo mulier officio tutelæ fun. potest. vide omnino Bar. in l. 2. §. sed videndum. ff. ad Tertul. & vide omnino Pau. de Cast. in suo cons. 342.

Quæst.

Source : BIU Cujas

Quæſt. XXXVI.

158 An prædictum ſtatutum excludens fœninas, habeat locum in puellis Iudæorũ? Videtur ꝙ ſic, per ea, q̃ not.
159 Bal. in l. ſpadonem. §. iã aut. ff. de exec. tu. †Prętęrea, quod maſculus excludat fœminam, eſt de l. Moſaica, vt hĩ Numeri 27. c. & Exodi. 11. ergo tale ſtatutum reducens ad l. Moſaicã
160 eſt commendabile, †qa nullus homo ſapientior Moyſe. l. lege 12. tabul. C. de legi. hær. ergo & c. accedit, quia Iudæi ſunt de populo, vt probat tex. in auth. de quæſtio. in princi. quem ſingularem facit Bal. in c. 1. de forma fidelitatis. & in rubr. C. qui accuſa. non poſ. & vide Pet. de Anch. in c. ſi ſententia. de ſen. excom. lib. 6. per Moder. in c. Iudæi. el. 2. extra de Iudęis. per Io. Cal. in ſuis conſilijs ſub titulo de teſtamentis. facit qđ dicam in fi. huius. §. vbi aliqua bona generalia ad ſucceſſionem Iudęorum, quę noranda ſunt. Io. Campezius.

Quæſt. XXXVII.

161 An prædictum ſtatutum habeat locum in fœmina dotata, & maritata antequam fieret ſtatutum. De hac. q. poſuit Pet. de Anch. in c. 1. de conſti. Abb. & Imo. in c. fi. co. tit. & Bal. in l. illã. in fi. C. de dona. & pendet ab illo articulo,
162 †vtrum ſtatutum traharur ad præterita, an ad futura tm̃. De quo per Bar. in l. oẽs populi. ff. de iuſti. & iur. per Alb. & Bald. in l. leges. C. de legi. per Pet. de Anch. in d. c. canonum ſtatuta. in 5. q. prin. & eſt tex. optimus in c. 2. eo. ti. & in c. ſi eo tempore. de elec. in 6. & in c. licet canon. extra de elec. Facit qđ
163 dicam ꝯ. in illa q. †an ſtatutum quod fœmina dotata nõ ſuccedat, debeat limitari, ſi ille fuerit interpellatus, qui tenebat dotare, & ſic an ſufficiat qm̃cunq; dotem offerre. de quo dicẽdum vt ibi. Verũ qa quotidiana eſt iſta q. ideo aduertẽdum, quia vĩ quod trahatur ad præterita pp̃ illa verba, ſi filia dotata fuerit. quod verbum fuerit, eſt præteriti tp̃is. Secundo, qa inſpecto tp̃e, quo filia vult ſuccedere patri reperitur dotata, ergo & c. Tertio, quia verbum, dotata, habet cãm permanẽtem Et ita conſuluit Bar. prout refert Ang. in auth. hęc conſtitutio interpretatur. Ego tm̃ non reperio in conſilijs Bar. & Ang. ibi eum reprehendit per illum tex. ubi dĩ de illo, qui in monaſterio intrare voluerit, & ſic loquit̃ per uerbum prętęriti perfecti, & tm̃ illa diſpoſitio non habet locum in ingreſſo antequam eſſet condita illa conſtõ, imo poteſt talis diſpone
164 re de bonis poſt ingreſſum †Prætęrea, verbum, fuerit, prolatum a ſtatuto, põt dupliciter intelligi, videlicet, quod ẽt reſpiciat tempus futurum. ergo ita intelligi dẽt, qa natura legis & ſtat. eſt reſpicere futura d. l. leges. Nec ob. ſm Ange. qđ verbum dotatam, habeat cãm permanentem, quia fatetur illud verum, præterquam ſi apponitur in l. vel ſtatuto, cuius proprium eſt reſpicere ad futura. Item non ob. quod iſta filia reperiatur dotata tempore, quo vult ſuccedere, qa hoc non dẽt obſtare, cum nõ fuerit dotata poſt ſtatutum, ſed ante. & ita credit Ang. eſſe tenendum, licet non videatur in totum firmare. Sed ego puto, ſi Bar. conſuluit contrarium, quod bene conſuluerit, & idem in terminis voluit Bal. licet de Bart. mentionem non faciat in l. omnes populi. verſi. ſed pone. ff. de iuſti. & iur. & ibi videtur reſpondere ad tex. in d. auth. hęc conſtitutio. in quo Ange. facit ſuum fundamentum quoniã ideo ibi verbum fuerit, non includit tempus præteritum, qa lex vlterius proceſſit ita interpretando. Vnde ille tex. potius facit pro Barto. & non ſunt multi dies qnod ita fuit conſultum hic apud Nouariam. Io. Campezius.

Quæſt. XXXVIII.

165 Si ſtatutum dicit, quod extantibus filijs fœminæ non ſuccedant, vtrum ſi extat filius naturalis tantum, excludat ipſas filias. Bar. in commento 229. tangit de hoc, & Imo. in l. ex facto. § ſi quis rogatus. ff. ad Treb. Ego autem pręmitto, ꝙ quæſtio iſta loquitur de filio naturali. i. nato ex cõcubina retenta in domo indubitata affectione, & proteſtatione debita pręmiſſa, de qua in l. in concubinatu. ff. de concubinis. & in authen. quibus mo. na. effi. ſui. §. ſi quis autem. & videtur
166 dicendum, quod talis filius non excludat fœminam, † quia ſm propriam ſignificationẽ non dicitur filius l. filium, eum diffinimus. ff. de his, qui ſunt ſui vel ali. iur. & §. ad hoc. in authẽ vt liceat matri & auiæ. Prętęrea iſte dicitur filius in certis tm̃ caſibus, vt in certa parte, qm̃que ſuccedat. Item qm̃q; pietatis intuitu, ſed regulariter non dicũtur filij, qa exceptio in certis caſibus, firmat regulam in alijs, Prædicta per ordinẽ probantur in l. 1. C. ad Orfi. & inſti, eo. in prin. & in §. item q̃ſi tum. & in auth. quibus modis natura. effi ſui. §. diſcreti. & in l. vxori. §. codicil. de leg. 3. l. naturaliter. §. fi. C. de inſti. & ſub. facit gl. reputata nota in cle. 1. de baptiſmo. facit quod no. in
167 l. 1. ff. de re iu. †& ſi lex. põt operari in ꝓprio ſignificato vt in caſu noſtro, qa ſtatutum poteſt intelligi in filio legitimo, & naturali, ergo non dẽt trahi ad improprium l. librorũ. §. qđ
168 tm̃ Caſſius. cum vulg. de lega. 3. † Idem & fortius dicendum eſt de filijs vulgo quæſitis, quia multo minus quam in naturalibus habebit locum, qa non ueniũt appellatione filij, nec patrem cenſentur hĩre, ſunt exoſi legi & homini. §. vulgo. in ſti. de legi. agna. ſuc. & §. ſi aduerſus. inſti. de nup. Idẽ in inceſtuoſis, nefarijs & adulterinis, dictis iurib. & auth. ex cõple xu. C. de ſecu. nu. Quid vltra, quod ſunt omni beneficio priuati. l. ſi quis. C. de inceſt. nup. ibi nec a patre, in auth. quibus modis natu. effi. ſui. §. 1. Adde quod de hoc articulo, an appellatione filij veniat naturalis, notat pleniſſime Imol. in d. l. ex facto, §. ſi quis rogatus, vbi ponit quid iuris, quando mentio
169 filij fit a lege, & quando a teſtatore. Vnum tene menti, quod quando lex vel ſtatutum conſiderat naturam, ſemper appellatione filij venit naturalis. Hinc eſt, quod naturalis tenetur lege Pompeia de parricidijs. de quo per Bald. in capitulo. per tuas, de probat. & in l. parentes. ff. de in ius vocand. & in l. ius ciuile. ff. de iuſtit. & iur. per Bald. in l. quiſquis. C. ad l. Iuli. maieſt. & in l. 1. C. qui accuſare.

Quęſt. XXXIX.

170 Quid ſi talis filius naturalis ſit legitimatus, an excludit filiã fęminã, Tetigi alias in ſimili, in tractatu de ſubſtitutionib. qñ ſubſtitutio fit, ſi ſine filijs deceſſerit, vtrũ appellatione filiorũ, veniat filius legitimatus. Sed illa procedũt, qñ nomẽ filij ꝓfertur a teſtatore, hic vero loquimur, qñ a ſtat. & ideo vide Bal. in l. cũ acutiſſimi. C de fideic vbi in ter
171 minis iſtis, tenet, quod excludatur fęmina, quia legitimatus habet verum ſtat. legitimum, licet non habeat verum principium, & ibi refert deciſionem Iac. de Are. in q. per ipſum diſputata, quam refert Io. An. in tit. de ſucceſ. ab. inteſt. circa fi. Accedit quod legitimati vere & non ficte dicuntur legitimi. Probatur in l. 2. C. de iure aureorum anulorum, vbi libertus reſtitutus natalibus eſt vere ingenuus, licet non ſit naturaliter. Facit doctri. Bart. in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de vſuc. vbi dicit, quod eſſe legitimum, eſt iuris, & non facti, & iſta qualitas per legitimationem vere, non autem ficte imprimitur. Et hic adduci poſſent omnia quæ ſcribuntur de legitimatione. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthu. Bal. tamen in l. eam quam in verſ. item quæſitum fuit a me. C. de fideicon. dicit, quod de propria ſignificatione appellatione filij legitimi & naturalis, non comprehenditur legitimatus, allegat. c. naturales, in tit. ſi de feudo fue. cõtro. Idem ſentit Bal. & Saly. in l. ſi. C. de his, qui ve. ęra. impe. per illam
172 l. dicentes, quod †ſi quis recipit emphyteoſim pro ſe & filijs ſuis legitimis, & naturalibus, quod nõ venit legitimatus, qa non eſt naturaliter legitimus. D. Ant. in c. per venerabilẽ. extra qui ſi ſint legi. in vlt. q. dum tractat de effectu legitimationis videtur firmare quod legitimatus per ſequens matrimonium, vel alios modos legales, de quibus traditur in cap. per tuas. eo. ti. comprehenditur appellatione legitimorum, ẽt in ſtat. ſed legitimatus per reſcriptum principis nõ, qa iſte non eſt legitimus de iure communi, ſed de iure ſpeciali, de quo ſtat. nõ præſumitur cogitaſſe, maxime ad alios excludendos facit. l. Iul. ff. qui & a quibus, ſed ſolum cenſebitur diſpoſuiſſe de legitimis iure cõi, & hanc deciſionem Anto. de But. cõmendat & ſequitur Pau. de Caſt. in ſuo conſi. 221. circa fi. Attento quod ſtat. excludens fœminas, eſt ꝯ ius cõe, & qa p̃ diſtinctionem D. Ant. fit concordia & euitatur iuris correctio & materia fraudis, ſ. ne in fraudem, quis ſe faciat legitimari in præiudicium aliorum. Sed idem Pau. in ſuo conſil. 223. tenet contrarium & tranſit cum Bal. in d. l. cum acutiſſimi, & idem facit in conſi. 225. & vide eũdem conſ. 219. vide tamen gl. no. quæ ſentit opi. dom. Ant. in c. innotuit. de elec.

Quæſt. XL.

173 Quid in filio legali tm̃, & ſic adoptiuo vel arrogato, an excludat filiam fęminam, Tetigi in dicto tractatu de ſubſtitutionibus. Nũc aũt plenius dicam. Et vĩ primo, quod non, per not. per Cy. & Angel. in l. generaliter. §. cũ autem. C de inſti & ſubſt. ubi dñt, quod diſpoſitio. l. cum acutiſſimi. C. de fideicomm. & l. cum auus. ff. de condit. & demon. non habet locum in filio adoptiuo, quoniam illa iura loquũtur de filijs legitimis & naturalibus, & ad idem quod voluit Ang. in l. cum in adoptiuis. C. de adop. & adde bo. tex. & ibi Bar. in l. 1. C. de imponenda lucra. deſcrip. li. 10. & Imol. in l. in ſuis. ff. de libe. & poſth. Facit optima glo. in c. paſtoralis. de deci. quæ dicit, ꝙ de lucro hæreditatis delatæ filio non debetur decima, facit ſingulare verbũ Ang. in §. ſi vero. in auth. de nup. Secus tamen dicit Ang. in d. l. cum in adoptiuis, qñ pater inſtituit filium adoptiuum, quo caſu debetur gabella,
174 †cum ſtatutum loquens de filio, nõ habet locum in adoptiuo, per gl. ibi & ita dicit ſe in facti qõne cõſuluiſſe. Ad idem facit, quia ſtatutum conſiderauit naturalitatem, ergo non comprehẽdit adoptiuum, qui eſt ciuiliter filius. l. fi. C. de his, qui ve. ęra. impetra. Facit qđ voluit Bald. in auth. niſi rogati. C. ad Trebell. vbi dicit ſingulare verbum, quod filius meus ſpiritualis quem leuaui de ſacro fonte, licet ſit a me alẽdus, tamen non excludit ſubſtitutum, ſicut nec filius adoptiuus. Ad idem facit. l. ſi quis. §. fin. ff. de legat. 2. ubi Imol. dicit quod

Source : BIU Cujas

175 quod † si quis recipit emphyteosim pro se & filijs, nō veniūt filij adoptiui. facit gl. in auth. de triente & semis. §. 1. quæ dicit, ꝙ hodie non est augmentata legitima, quæ debetur filio adoptiuo, licet illa quæ debetur filio legitimo, & naturali sit aucta, de quo etiam per Bart. in l. si arrogator. ff. de adop. & ꝑ Bar. in l. hæredibus. §. fi. ff. ad Treb. facit, quia magis attenden da est natura, quā accidēs. l. q̄ hēt. ff. de tute. l. si qs posthumos. ff. de li. & posth. ergo sta. potius sensit de filio, f̄m naturā, q̄ f̄m accidens. Facit quod voluit Bal. in c. licet. de offi. le. vide Bal.
176 in d. l. si arrogator, vbi singulariter limitat † iura dicentia filium legitimum & naturalem grauatum restituere, posse detrahere duas quartas, non habere locum in filio adoptato siue arrogato. In contrarium facit tex. & quod ibi not. Barto. in l. si cognatis. ff. de re. dub. vbi dicit, ꝙ appellatione cognatorum, veniunt etiam cognati ciuiles. Nec ob. d. l. si ita quis §. is cui, quia illud ibi ideo, quia illi filij ciuiles non sunt facto testatoris, sed alterius, sed vbi essent facto testatoris, appellatione filiorum veniunt etiam ciuiles, & sic adoptiui & arrogati, facit tex. in c. in p̄sentia, de prob. vbi appellatione filiorum venit monasterium, & sic filius ciuilis. Facit quod voluit Bald. in quodam suo consi. quod cōiter hī inter consilia
177 Ang. in numero. 67. vbi consuluit, ꝙ † statutum excludens fęminas extantibus filijs, habet locum in filijs religiosis. Et ad hanc. q. vide Abba. in c. Raynaldus. de test. & de hac. q. vide latissime Rom. in l. si is, qui pro emptore. ff de vsucap. vbi refert se in hac. q. consuluisse, & ibi post multa argumēta hinc inde facta finaliter concludit quod si stat. dictat, ꝙ filij legitimi & legitime nati excludant filiam, quod tunc in legiti-
178 mato locum non habet, quia nō est legitime natus. Et ideo iste casus, tanquam omissus a statuto relinquitur dispositio ni iuris cōis. l. si extraneus. ff. de cōdi. ob causam, imo posito, ꝙ hī ꝑinde, ac si esset legitime natus, hoc tñ fingitur, & aliud est esse talem, & aliud est hīi pro tali, vt no. Bai. in d. l. si is, qui pro emptore, in q. de ciue facto ex forma statuti, merito de vno ad aliū non dēt fieri illatio. l. fi. ff. de calū. cū vulg. Et facit quod voluit Bar. in l. 1. §. hoc interdictū. ff. de fonte. facit gl. in l. 2. C. de hær. dicit, ꝙ fictus denarius non est denarius, & vide ꝑ Io. And. in addi. Spec. in tit. de triē. & se. ubi quærit. q. de ludētibus ad par. & impar, & in numero pari reperitur denarius fictus vel falsus, an debeat cōputari in numero pari.
179 † Accedat ad propositum simile, quod dī de priuilegio dotis, ꝙ non trahitur ad dotem fictam, gl. est no. in l. assiduis. C. qui po. in pig. ha. & ego dixi. s̄. in §. 1. circa fi. in q. an dos putatiua habeat priuilegia dotis vere. Et vide omnino decisionē Ro. in d. l. si is, qui pro emptore, vbi tractat quid in legitima
180 to per rescriptum principis, siue per oblationem curiæ, † qa scitis, ꝙ talis legitimatus non pōt dici legitimatus, quo ad omnes, sed solum quo ad patrē, vt in filium. §. in auth. quib. modis natu. effi. leg. Et ibi etiam, quid de legitimato per consequens matrimonium, quid si filius non fuit positus in sinu matris, an & quo ad quas personas dicatur legitimus.

Quæst. XLI.

181 **Quid** si pater relinquat filiā dotatam, & filium masculum, & nepotem ex alio filio prę̄mortuo, an iste nepos admittatur ad portionē, ad quā de iure cōi filia admitteretur, an vero solus masculus. Dic ꝙ ambo succedunt & excludunt filiam fœminam, quia non corrumpitur gradus, §. cum filius. insti de hær. quæ ab intest. ita singulariter determinat Bal. in l. 1. C. de sec. nup. Facit tex. in l. cum scimus. circa fi. C. de agri. & censi. lib. 11. & vide not. quę & ibi alias dixi in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. vide Pau. in suo consi. 169. & in consi. 354.

Quæst. XLII.

182 **Quia** ex prædictis in præcedenti. q. satis colligi potest, ꝙ statutum excludens filiam fœminam extantibus filijs, haber locum etiam extante nepote ex filio. Pro cōsumanda illa sententia, adde quia ratio illius statuti fuit, vt bona remaneant in agnatione quæ ratio si sit expressa in statuto, nullum supereſt dubium, secundum Imo. in l. si vero. §. de viro. ff. sol. matrim. Secus, si statutum diceret, volentes fauere filijs masculis primi gradus, statuimus &c. quia tunc nepotes ex filio non excluderent filias secundum eum, Sed qd si aliqua ratio non est expressa in statuto, videtur esse plus dubitationis, tamen idem dico, ꝙ nepos ex filio masculo excludat filiam, iuxta notata per Bar. in l. lib. ff. de verbb. signi. Bal. & Saly. in l. maximum vitium. C. de lib. præte. no. in l. venia.
183 C. de in ius vocan. Mouentur, quia appellatione filiorum de proprio significato continentur filij & nepotes. Idem tenet Alber. in secunda parte statutorum. q. 203. & Ioan. An. in addi. spec. in tit. de succes. ab intesta. in rub. sed in puncto iuris ista ratio, quod appellatione filiorum de proprio significato cōtineantur nepotes, non est vera, vt bellissime probat Bar.
184 in d. l. liberorum. Alij ergo adducūt aliam rationem, † quia beneficia concessa filijs, extenduntur ad nepotes. l. milites & l. diuo Marco. C de quæstio. & l. decurionū. C. de pe. & l. emā cip. in fi. ff. de sena. & ista rō placuit Bar. in d. l. liberorum. Sed mihi non placet, quia iura prę̄missa loquuntur in beneficijs concessis alicui, quę nemini prę̄iudicant, ideo facillime fit extensio l. fi. ff. de const. prin. Præterea illud ibi fit ex interpretatione, quæ in statutis cessat & hoc satis fatetur Bar. in d. l. liberorum. Sed dicit, ꝙ in casu nostro hæc interpretetio erit passiua, vt illarum regularum antiquarum, sed nec istud placet, quia in d. iuribus non proceditur per viam regulæ. Sed in certis casibus dant priuilegium certis personis, & eius filijs. Præterea posito quod loquerentur per uiam rægulæ, adhuc solum fieret extensio vi illarum regularum in constitutione specialiter loquente in eadem materia, non autem generaliter, vt glo. no. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. Nec etiam placet illa ratio, quia nepos succedit in locum filij. §. posthumorum. de exhære. liber. §. cum filius. instit. de hęre. ab intestato. quia illud est verum, ex interpretatione, seu quadam iuris fictione, quæ cessat in statutis. Item illud verū quo ad successionem aui. Item licet in locum filij succedat, non tamen dicitur filius, taliter vt faciat cessare in statutis illam conditionem extantibus filijs. Sed puto, quod verum fundamentum prædictæ opinionis sit, quod licet in statuto nō sit expressa aliqua ratio, tamen cum non nisi vna assignari possit, scilicet fauor agnationis conseruandæ, illa debet haberi pro expressa. ita tenet glo. in l. quamuis. C. de fideicom. not. Bal. in l. quotiens. eo. ti. Et ex tali vnica ratione potest fieri extensio in omni modo, vt plenius dixi s̄. eo. §. in q. vtrū stat. excludens filiam, censeatur excludere nepotē ex filia, vide ibi.

Quæst. XLIII.

185 **Si** statutum dicit, quod fęmina dotata non succedat patri ab intestato, & pater decessit intestabilis, vt furiosus vel aliter incapax testamenti, vtrum habet locum dictū sta-
186 tutum? † Dubium stat in eo, vtrum statutū disponens de defuncto ab intestato, habeat locū in intestabili? Albe. de Ros. in secunda parte statutorum. q. 123. refert opi. antiquorum. Sed nos referamus opi. Moder. & prima fuit opi. Bar. in l. 1. ff.
187 de suis & legi. dicentis, ꝙ licet † f̄m propriam significationē intestatus dicatur, qui cum facere posset testamentum, testa-
188 tus non est, vt ibi & l. intestatus. ff. de verb. sig. † tamen attento communi vsu loquendi, appellatione intestati, venit ēt intestabilis. i. ille, qui testamentum facere non potest. Et sic licet alias statuta sint proprie & stricte intelligēda l. 3. §. hęc verba. ff. de neg. gest. cum vulg. tamen propter communem usum loquendi etiam in statutis receditur a propria significatione. l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de lega. 3. cum simil. Et pro hac opi. Ro. in suo cons. 32. adducit tex. in l. in testamento. ibi, filiæ intestatæ. C. de test. mili. & in l. intestato. ff. de legi. tut. & in l. hære. C. de impub. & alijs substi. Quare dicit ipse Ro. ꝙ non solum ex communi vsu loquendi, sed ēt naturali & communi iure infans potest dici intestatus. Secū da fuit opi. Bal. in c. j. in tit. de succes. feu. qui aduersatur, dicēs
189 ꝙ † quandoque verba statuti proferuntur ab idiotis, & vulgaribus, & tunc intelliguntur grosso modo l. si cum te. C. de dona. ante nup. gl. in l. quid si nepotes. ff. de testamenta. tutel. & in l. quotiens. C. famil. erciscun. Quandoque verba proferuntur a statuentibus iuribus peritis, tunc non est inspiciendum quid idiote loquantur, sed quid iuriste & periti. Nil allegat. Sed pro eo videtur tex in l. si dictum. ibi, non vt vulgus opinatur. ff de euic. ergo cum verbum intestatus, proferatur a statuentibus communiter iuris peritis, debet proprie intelligi eo modo, quo intelligunt iuriste. facit gl. & quod ibi doct. in l. cum antiquioribus. C. de iure delib. Ro. in præal. consi. dicit veriorem esse opi. Bar. primo quia nō est verum illud qđ dicit Bal. ꝙ statuta sint intelligenda proprie, imo debent intelligi secundum communem vsum loquendi. Non ob. d. l. si dictum. quia loquitur in interpretatione legis generalis, q̄ stio nostra loquitur in interpretatione statuti particularis. Ad quod facit dictum Inn. c. cum olim. in versic. si autem. de uerb. sig. & in c. cum clamor. in fi. & in c. cum causam. de testi. in ver. intelligo dictum testis. Aduerte, quia Bal. in d. c. 1. & in d. l. intestato. dicit suam opi. procedere in odiosis. secus in fauorabilibus. ergo non procedet in casu nostro, quia statutum excludens filias fœminas, dicitur fauorabile, vt superius fuit conclusum. Vide Ro. in stmili in d. cons. 32. & opin. Bar. sequitur Pau. in suo consi. 284. dicens se pluries consuluisse, & vidisse ab alijs consultum. de quo artic. quandoque alibi dicturus sum. Tamen nunc remitto ad ea, quæ no. Bar. in cons. incip. hæc est copia cuiusdam statuti. & in alio inci. puella. & in consi. incip. statuto vrbis veteris.

Quæst. XLIIII.

190 **An** filia a patre dotata, excludatur a successione matris suæ? Concludo ꝙ si statutum simpliciter exclud it fęminas propter masculos, debet restringi respectu hæreditatis dotantis ipsas fœminas, secundum Bald. in l. 1. C. de legi. hære.

Source : BIU Cujas

hæt.& tetigi ſ̃.eo.§.vnde filia dotata a patre de bonis,patris,
191 †non ſuccedit patri,ſed in bonis maternis ſic,quia tale ſtatu
192 tum debet reſtringi tanquam exorbitans &c.Prętera†exclu ſio reſtringitur ad cauſam l.cancellauerat.ff.de his,quę in te ſta.delen.l.ita tamen.in princ.& §.1.ff.de admi.tut.l.Lucius ff.de fideiuſ.ſed cauſa excluſionis filiæ eſt dos l. qui volebat. ff.de hære.inſtit.ergo ad hæreditatem dotantis reſtringitur. Limita tamen hoc verum,ſi ſtatutum ſimpliciter diceret,ꝙ mulier dotata non ſuccederet.& ita caute loquitur Bald.in d.l.1.ſecus,ſi ſtatutum vltra procederet,& ſpecificaret perſo nas,puta ꝙ filia dotata non ſuccedat patri,vel matri, vel pa truo,quia tunc ſi dotetur ab uno iſtorum, excluditur etiam a ſucceſſione aliorum,quia ſtatutum loquitur in rem , dum dicit filia dotata.Vnde non refert a quo fuerit dotata l.item veniunt.§.a quo.ff.de petit.hæredi.l.item illa.§.fi.ff.de conſt. pecu.l.hoc autem.§.fi.ff.ex qui.cau.in poſ.eatur. Secundo li
193 mita,niſi†ſtatutum excluderet filiam dotatam a ſucceſſione aſcendentium,quia verbum, aſcendens comprehendit nedum patrem,ſed etiam matrem l.quicunque.§.parenres. ff.de inius voc.vide Pau.in ſuo conſ.337.& vide ſupra eod.§. quæſt.147.dum tetigi,ſi pater dotauit filiam de bonis pater nis,vtrum excludatur a ſucceſſione fratris,vel econtra.& iũ ge has quæſtiones ſimul.

Quæſt. XLV.

194 **Quid** ſi pater dotando filiam dixit,ego doto filiã meã in centum, cum hoc,quod nihil perere poſſit de dote materna?Vide quæ dixi ſ̃.in §.1.vide per doc.in l.fin.C. de pac.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.obli.

Quæſt. VLVI.

195 **Quid** ſi ſtatutum dicit in rub.quod filia dotata,nõ ſuc cedat, poſtea in nigro ſpecialiter loquitur,quod filia a patre dotata,non ſuccedat matri, an intelligatur etiã excluſa a ſucceſsione patris?Pau.in l.1.ff.ſi cert.pet.refert ſe conſuluiſſe,ꝙ ſic,arguẽdo a rubrica,quę poteſt allegari pro tex.vt ibi nota.ego tamen non reperio in conſilijs Pauli.

Quæſt. XLVII.

196 **Si** ſtatutum excludit filiam dotatam a ſucceſsione aſcen dentium,an videatur etiam eam excludere a ſucceſsio ne collateralium?Bal.in c.1.§.1.in tit.epiſcopum vel abbatem.tenet ꝙ non per l.ſi ſeruum.§.non dixit præ.cum ſi.ff. de acqui.hære.Pro qua ſentẽtia facit, quia tale ſtatutum eſt
197 exorbitans,&c.& quia†excluſio in vno, non inducit excluſionem in alio l.ſi domus.ff.de ſerui.vrba.prędio.l.ſuum. C. de iure delib. l.1.§.videndum.ff.de ſuis & legiti.Secundo facit ſimile,quia virtus contractus non ſe extẽdit ad alium ca ſum quam expreſſum,vel ad aliam perſonam l.ſi ſtipulatus. § chriſogonus.ff.de verb.obli.l.ad proba.C.de prob.Nec ob. ſi dicatur, ꝙ iſta hęreditas fratris olim fuit in hęreditate, & in bonis patris,a quibus filia dotata excluditur, quia reſpon
198 deo quod†per immixtionem,quam fecit filius, iſta hęreditas deſijt eſſe patris,& cepit eſſe patrimonium filij,vt no.gl. in l.1.§.veteres.ff.de acquiren.poſſeſ.ergo talia bona mutatione perſonæ nouum ſumpſerunt ſtatum.& ideo virtus ſta tuti non nocebit filiæ,quæ non petit, vt hęres patris, ſed vt hæres fratris.Facit l.Pau.ff..de acquiren.hæred.& l.cum patronus.ff.de leg.2.facit quod conſuluit Roma.in conſil.68.
199 ubi dicit,ꝙ†renuntiatio etiam cum iuramento facta per filiam de bonis patris,non præiudicat filiæ,quo ad ſuccedendum fratri,ergo nec etiam prędiudicabit ſtatutũ . & hac partem tenet Roma.in d.§.veteres.vbi dicit ita tenere commu niter Bononienſes.Addo,quod pro hoc facit, ꝙ voluit Bal. in l.matre.C.de ſuis & legit.vbi loquitur de hæreditate,quę mutatione perſonæ,mutat ſtatum. & retuli in d. §. veteres. & vide etiam Rom.in ſuo conſil.40.

Queſt. XLVIII.

200 **An** filia dotata excluſa a ſucceſsione patris admittatur ad bona reſeruata filijs ex gratia?Ange.tenet ꝙ non in l.ſi deportatus.per tex.C.de bo.damna.& ita conſuluit ip ſemet Ang.in ſuo conſi.52.& Bal.in quodam ſuo conſ.15.

Quæſt. XLIX.

201 **An** talis excluſio ſtatuti extendatur ad bona exiſtentia extra territorium ſtatuentis in loco,in quo viget ius commune?Quæſtio eſt ſatis pulchra & diſputabilis.Et videtur primo,quod non excludatur fœmina. Nam ſimplex diſpoſitio non extenditur,niſi ab bona,quæ ſunr intra territorium diſponentis l.cum vnus.§.ſi is,qui.ff.de bo.autho.iudi.
202 poſ.clemen.paſtoralis.de re iudic.†ſic diſpoſitio non extenditur niſi ad ius diſponentis l.ſi dolus.§.fina. ff. de legatis 1.l. vxor patrui.C.de lega.l.qui tabernas.ff.de contrahen.empt. Ergo tale ſtatutum reſtringi debet ad bona ſui territorij,quę potuit afficere l.ſi quis duas.§.qui duas.ff.communia prædi.
203 Facit,quia†quando vnũ & idem cenſetur diuerſo iure,illud habeẽ pro duobus.l.Papi.§.ſed nec impuberis.ff.de inoff.teſtam.l.patris & filij.ff.de vulga.& pup.Sed patrimoniũ iſtius patris cenſetur diuerſo iure, propter diuerſa iura, quæ vigẽt in territorio Bononienſi, ergo reputabuntur duo patrimonia,& in ſingulis ſua legeviuemus.l.ſi miles,& l.ſi certarũ.ff. de teſtam.mi.l.ſi procuratoris.§.ſed ſi duas.ff.de tributo.l.pupil.ff.de tuto.& cur.da.ab his.l.contiouerſia. & ibi not. ff. de tranſac. Et maxime, quia tractatur de ſucceſſione quæ fit in bonis , & ſic ius ſuccedẽdi reſpicit bona,& per ꝓñs ſitum bonorum.l.cum hæredes,in prin.ff.de acqui.poſ.l. indictiones. C.de annonis & trib.lib.11.l.cenſu.C.ſine cenſu vel reliquis. l.forma.§. vero.ff. de cenſibus.l.1.C. de mulieribus,& in quo
204 loco lib.10 †nam qui tangit bona,videtur adire. ergo bona conſiderari debent.l.pro hærede.§.Papi.& l.gerit.ff.de acqu. hæredi. nam & alias dicitur, ꝙ bona cenſentur quid principale,& per ſe conſiderabile.l.ex pupil. ff.de vulg. & pup. & l. ſi pacto,quo pœnam,& ibi not.C de pac.l.2.ff.de pecu.lega. Facit inſti.ad l.Falc.in princip.Facit ad hanc partem,quia ta le ſtatutum eſt exorbitans,&c.ergo non debet extẽdi ad bona,quæ ſunt extra territorium,l.non ſolum. §.teſtamẽtum. cum ibi not.ff.de teſtam.tute.Facit,quod notat. Bar.in l.cunctos populos.de ſumma.tri.in q. de publicatione bonorum. Facit quod voluit Spec.in tit.de inſtru.edit.§. compendioſe, verſi.quid ſi ſit. vbi loquitur de conſuetudine Anglicana,de qua etiam per Bar. in d. l. cunctos populos,in verſic. ſeptimo quęritur,facit quod voluit idem Bar.ibi in ver.6.videndum eſt,& Dom.Abb. in c.propoſuiſti. de foro. competent.& per Imol.in c.cum olim. de cleric.coniugat. In contrarium adducitur, quia poteſtas ſtatuendi inter ſubitos non arctatur, nec circunſcribitur territorio. l.fi.& ibi no.ff.de decr.ab ordi.facien.l.mercatores. C.de commer.& merca.†Facit,quia
205 lexvel ſtatutum inhabilitans perſonam ſubiectam, ſortitur effectum quocunque vadat perſona.l.ex ea. ff.de poſt. l.relegatorum.§.inter dicere,& ibi Bar.ff.de interdic.& relegat.c. cum ab eccleſiarum,de offi.ordi. & d.c.propoſuiſti.not. Bar. in l.is,cui bonis.ff.de uer.oblig.& l.is,cui.ff.de reſtam.& in l. is qui.ff.de tu. & curato.da.ab his, not.in c.quiſquis.in q.5.in c.ſi quis presbyterorum. 7.q.1.facit l.1. C. vbi de crimine agi oportet. Sed ſtatutũ facit inhabilem filiam dotatam ad ſuccedendum patri,ergo ubicunque locorum erit inhabilis.lex enim & ſtatutum poſſunt ſuum ſubditum inhabilitare. l. ſemper §.lege.ff.de iu.& immu.l.non tantum.§.fi.ff. ad Carbo.l.1.C.non licę,habi. met.li.11.l.dudum.in fi. C.de contra. emp.l.originarios.C.de agri.& cen.lib.11. & poſſunt quoſdã ad ſucceſſionem vocare,&habilitare, quoſdam alios inhabilitare,vt in toto tit.C.de hęr.decu.l.1.& l.fœminæ. C de ſec. nup.l.1.C de nat. li.l lege obuenire.ff.de verb.ſigni.l.illud.C.
206 de ſacroſanc eccl. Facit,quia†decretum iudicis vnius territorij effectum ſuum extẽdit alterius territorium.l.magis puto.§.illud.ff.de reb.eo.Item ſententia iudicis lata habet executionem in alterius territorio l.fi. C.vbi in rem actio.l.a diuo Pio. §.1.ff.de re iudi.ergo multo magis eſt ſtatutum,q̃ iudex,ſecundum Bal.in l.cunctos populos,in lectura.in verſic. ſed quid econtra,ſi ſubditus.Fortior eſt enim ſententia legis q̃ hominis. l.ſi libertus minorem, in prin. ff.de iurepa. Facit
207 ad hanc partem,quia†ſi contentio oriatur inter filium maſculum & filiam dotatam de hæreditate paterna, iudicium eſt agendum in patria ipſorum,cui ſubditi ſunt l.1.C.ubi de hęreditate agi oportet. Sed uigore ſtatuti ſententia foret exequenda etiam in bonis extra territorium,ut ſ̃.dixi.ergo filia ab illis excluditur. Accedat,quia ſtatuta habent uim diffiniuæ ſententiæ,ut probat tex.iuncta gl not.in l.cum quaſi.§. ſi plures.ff.defideicom.libr. & Bal.in l.programma,in prin. C. comminatio, uel epiſt. ergo ſicut ſententia habet executionem in bonis alterius territorij authoritate iuris communis,ita & eadem ratione habebitſtatutum , cui ius commu-
208 ne dat talem executionem in alterius territorio. † facit, quia cum diſputatur de aliquo vniuerſali , particulares res ſub illo contentæ,non conſiderantur.l.eum, qui ædes.ff. de vſucap.ergo &c. Item in conſequentiam vniuerſi veniunt ea , quæ principaliter venire non poſſunt. l. quædam. ff. de acquir. re.do. l.item videndum. ff.de peti.hæ.l.non tantum. §.fi.ff.de rei vend.l.1.§.1.eo tit.Facit,quia cum agitur de iure ſuccedendi, non attenditur locus l. prima. §.quædam. ff.de contra.empt.facit pulchre.l.fi.C.de pręſcrip.lon.temp.Cum ergo hæreditas ſit quid vniuerſale. d. l. hæreditas. nec debet diuerſo iure cẽſeri.d.l.eum, qui ædes,cum a quo remouetur genus,remoueat & ſpecies.l.ſi quis cũ totum. ff.de excep.rei iudi. Quare cum agatur de hæreditate paterna, videtur ꝙ filia debeat excludi etiam a bonis,quę ſunt extra territorium ſtatuentis. Optime facit,quod dicitur de ſolutione collectæ, in l.reſcripto.§.fina. ff.de mune.& ho.& in l.libertus. §.ſola. ff.ad municip.& in l.1. C. de mulie. & in quo loco, vbi dici-
209 tur,ꝙ† perſona poteſt in loco,cui ſubeſt, collectari, etiam ꝓ bonis exiſtentibus in alieno territorio. Pro cuius veritate, vide Rom.in conſi.271. & in conſi.275.per Bal.in l.2. C.ſine cen-

Source : BIU Cujas

tensu vel reli. facit, quia si aliud diceremus, s. filiã nõ excludi in bonis, quæ sunt extra territorium, obrumperetur regula iuris, quia sequeretur ꝙ posset quis decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, contra. l. ius nostrum. ff. de reg. iuris. Nam pone, ꝙ talis pater fecisset testñ, & instituisset filium masculum hæredem, certe filia non potest venire ex testamento, quia testamentum de ea non loquitur. Vult ergo venire ad bona, quæ sunt extra territorium ab intesta. & sic pater videbitur decessisse testatus, & intestatus, contra. d. l. ius nostrum. Nec ob. si diceres, ꝙ hoc operatur diuersitas
210 patrimoniorũ, quia respondeo, ꝙ † nullus priuatus potest habere diuersa patrimonia. l. iuris peritos. §. oriundus. ff. de excu. tuto. Nec etiam operatur diuersitas consuetudinis, quo-
211 niam † quando sunt diuersæ consuetudines in diuersis locis vna illarum tantum attenditur. l. fi. & ibi not. C. de testam. c. cum dilectus, de fide instrumen. Nec est mirum, quia bona alterius territorij subiacent dispositioni stat. alterius, in consequentiam personę. Facit. l. 1. ff. de author. tut. vbi actus, qui geritur secundum specialem consuetudinem loci, trahitur ad successoria, facit etiam quod no. Io. And. in c. pastoralis. de priuileg. & Inno. & Io. An. in c. 2. de immun. eccle. notat. in d. l. rescripto. §. fi. & hoc expresse voluit Cy. Guil. & Ia. Bu. ut etiam refert Bar. in d. l. cunctos populos, in versi. septimo quæritur. Aduerte tamen, quia ad hoc argumentum respondet Bal. ibi in lectura, videlicet, ꝙ d. l. ius nostrum nõ patitur, non habet locum vbi concurreret authoritas legis, uel secundum Cyn. illa. l. procedit de iure communi secus vbi consuetudo contrarium induceret. Et ad hanc partem vltra prædicta facit, quia statutum excludens filiam dotatam, est factum authoritate iuris ciuilis. l. omnes populi ff. de iust. & iu. & not. Bar. in l. 5. in prin. ff. de verborum obligat. Ius autem ciuile vbicunque locorum vires habet. l. deprecatio. ff. ad. l. Rhodi de Iac. Ergo quemadmodum si filia dotata esset excluſa de iure communi, a successione paterna, nihil posset habere, etiam de bonis situatis extra patriam, ita non
212 debet habere quando excluditur a statuto. † Item facit, quia in singulare priuilegium, videtur concessa hominibus libera testandi facultas. Glo. est sing. in l. illa institutio. ff. de hær. instit. quam sequitur Pau. in ru. ff. de testam. & facit glos. in §. ex his omnibus. 8. q. 1. quoniam secundum regulas iuris naturalis vel gentium nulli permittebatur testari ea ratione, quia testamẽtum capit robur post mortem testantis, per aditionem hæredis, inxta illud testamentum morte cõfirmatur
213 c. cum Marthę. de celebra. miſ. † Nullus enim cogitur ad obseruantiam sui testamenti, imo quandocunque potest illud reuocare, iuribus vulgaribus, qui ergo facit testamentum, vult ipsum sortiri effectum post mortem suam, & sic disponit de bonis eo tempore, quo non erit Titius sed cadauer, & nihil poterit, & eo tempore quo bona non erunt sua, quoniam mors omnia soluit. §. deinceps. in auth. de nup. facit. l. 2. ff. de usufru. istud autem vĩ impossibile quia nemo plus iuris in alium. &c. Vnde concessum est omnibus liber testandi stilus ex gratia. d. l. 1. C. de sarosan. eccl. ergo testari secundum regulas iuris ciuilis, & secundum illas disponere, & sic filijs & filiabus legitimam relinquere titulo institutionis, authen. nouissima. C. de inoffic. testam. Sed stante dispositione dicti statuti, potest testator filiam dotatam pręterire, & nihil
214 ei relinquere. Si ergo hoc potest testator quo ad omnia eius bona, fortius poterit hoc statutum, cum maxime secum habeat voluntatem testatoris ex duplici capite. Primo, quia testator est subditus statuto, & sic tacite stat. videtur consensisse. l. de quibus. ff. de legi. Secundo, quia aut de ipsis bonis sitis extra territorium testatur, & tunc clara est eius voluntas, aut moritur ab intestato, & idem, quia præsumitur uoluisse disponere, quod disponit statutum, sic. n. solent dici, ꝙ nõ testatur testatior. l. conficiuntur, cum si. ff. de iure codic. In hoc articulo Bart. & ceteri scribentes uarie sunt locuti. Nam primo Barto. in d. l. cunctos populos, in uersi sexto loco uidendum, facit differentiam. An statutum sit permissiuum, an prohibitiuum, an fauorabile, an odiosum, sed certe non ha-
215 bet in se rationem. Quod primo probatur, quia † prohibitio certarum personarum dicitur aliorum permissio, & ecõtra. l. cum prætor. ff. de iudic. c. nonne, extra de pręsum. Secundo quia stat. etiam odiosum extenditur ad id, quod est consecutiuum. l. relegatorum. §. interdicere. ff. de inrerdic. & rele. Cũ ergo bona ueniant in consequentiã personæ, ut ꝰ. dixi, respectu ergo ipsorum bohorum non est considerandum, an statutum sit fauorabile, an odiosum. Et quia eadem est ratio in utroque casu, quod sic deduco, quia Bart. & alij tenentes, qđ tale statutum non extendatur ad bona situata extra territorium, mouetur, quia ad illa tanquam extra potestatem, statutum non porrigitur ratione deficientis potestatis, vel bayliæ, per regulam. l. extra territorium cum si. ff. de iur. om. iu. Sed rõ ista ita militat, si statutum continet prohibitionem siue odium, sicut si cõtinet permissionẽ vel fauorẽ, ergo &c. l. illud, cum vulgar. ff. ad l. Aquil. Præterea non habeo pro expedito, quod istud statutum sit odiosum, per ea quæ dixi supra ex quibus patet responsio ad alia argumẽta supra facta. Ad argumẽtum dictę l. ex ea. ff. de postu. multa dici possent. Sed pro clara responsione vide Bal. in l. cunctos populos. in repetitione versi. sed hic quæritur, quando ista pœna. Aliter dicit Barto. in d. l. cunctos populos. in alio proposito, vbi cõ
216 stituit differentiam an statutum loquatur in rem, an in personam. sed parum curo, quia † qualiacunque sint verba statuti, semper pręsumo defunctum voluisse disponere, secundum dispositionem statuti patriæ suæ. Et ad hanc opi. adduco authoritatem. Iac. But. in d. l. cunctos populos. & Bal. ibi in rep. versi. sed quinto quęritur. & in ver. sed exemplum. vbi trufatur de opi. Bar. & etiam de opi. Spec. quam supra, retuli, inquantum Spec. tenuit primogenitum non consequi bona existentia extra Angliam. & hanc partem sequitur Do. Signo. in suo consi. 167. In tanta varietate forte posset eligi quædam concordia, considerando verba statuti, quia aut excludit filiam ab hæreditate paterna, & tunc cum bona sita extra patriam, veniant sub isto vniuersali nomine hæreditatis, ideo tunc procedat opinio Baldi contra Barto. Aut statutum excludit a bonis paternis, & tunc procedat opi. Barto. quia tunc cessant, vt plurimum rationes contra eum adductæ. Fortior tamen & magis in practica obtineretur secunda opi. quam supra posui contra Bar.

Quæst. L.

217 An attendatur statutum loci, in quo pater habet domicilium, vel sita sunt bona. Decisio pendet ex prædictis in præcedenti quæst. ex quibus dicendum videtur, attẽdi debere statutum quod est in domicilio patris, maxime puta veniunt in consequentiam, & uide rationes quas adduxi pro opi. Bal. supra proxima quæstione.

Quæst. LI.

218 Quid si in loco viri viget ius commune, & in loco patris viget statutum, vtrum attendi debeat. Videtur quod filia nõ ligetur statuto patris, quia propter tale matrimonium soluta est lege originis, glo. est not. in l. origine. C. de municipi. & origi. lib. 10. quam sequuntur & commendant Cy. Bal. & Ang. in l. 2. C. de iu. om. iud. & Barto. in l. fi. §. item rescripserunt. ff. ad municip. & hac ratione singulariter voluit Bar. in l. quotiens. per illum tex. C. de priuile. scho
219 lari. lib. 12. † quod si concedatur mihi priuilegium pro me & meis descendentibus masculis & fęminis, quod fęminæ maritatæ non gaudent priuilegio, qnod dictum exclamat Ro. in l. 1. in fi. prin. ff. ad sylla. Limita tamen singulariter habere locum respectu eorum munerum, ob quæ mulier maritata reuocaretur ab obsequijs marito præstãdis. Nam eorum respectu dicitur soluta a lege originis. & bene facit. l. cæterum §. mulierem. ff. de vsu & habita. Secus est respectu aliorum l. assumptio. §. filius. ubi tex. ff. ad munici. ergo in q. nostra cũ per hoc filia quod impediatur succedere patri non reuocatur ab obsequijs uiri, consequens est, vt nõ dicatur soluta ta-
220 li statuto suæ originis. & ista pars videt uerior. Adde ꝙ † verba statuti quantumcunque generalia, videntur debere referri ad ius ciuile, non autem ad prætorium, & sic filia non uidetur excluſa, quin uenire possit de iure pretorio, vt no. in l. Gallus. §. ille casus. & ibi glo. & doct. ff. de lib. & posth. & ita tenet Fulg. in l. maximum uitium. C. de libe. præte. licet illã. l. non alleget. facit l. quotiens duplici via. de reg. iur. Et bene facit tex. in §. nullum. in auth. de hære. ab intest. vbi dicit, qđ in quacunque successione & in omnibus successionib. cessat hodie differentia emancipationis & patrię potestatis, & tamen secundum communem sententiam. in auth. in successione. C. de suis & legi. her. istud statutum correctorium solum includit successionem ciuilem, non prętoriam. Et ideo uidetur, quod adhuc hodie quo ad succedentes de iure prætorio habebit locum edictum de coniungen. cum emã. lib. ergo. in quæst. nostra dictum statutum correctorium iuris communis non includet successionem de iure prætorio. In contrarium uidetur tex. in l. non ambigendum. in fi. ff. de bo. pos. ubi dicitur, quod ubicunque l. uel senatusconsultum vel cõstitutio principis uetat aliquem hæreditatem capere, cessat bonorum possessio. & sic ius prætorium. & hoc tenet Bald. per illam l. in l. si auus. C. de libe. præte. Facit l. 3. unde libe. & l. si post mortem. in §. exhæredati. ff. de bo. pos. contra tabul. sed respondeo, ꝙ ista iura loquuntur, quando aliquis prohibetur odio ipsius. Secus si ius resisteret propter alium contingentem defectum. ita dicit Dy. in c. cum quid. de reg. iur. in 6. & Barto. in d. l. non ambigendum. ergo in casu nostro in quo fœminę prohibentur succedere, non odio ipsarum, sed ut bona remaneant in agnatione, dicemus eas non esse prohibitas de iure prætorio. Ex quo videtur, quod filia prætęrita poterit contratabulare testamentum, vt supra di-

xi.

Source : BIU Cujas

xi. Quinimo plus dixit Angel. in l. Gallus. in §. & quid si tan-
221 tum. ff. de libe. & posthu. quod si statutum excluderet fœminam ab intestato, beneficium contratabulandi poterit sibi prodesse, quia erit venale propter legatarios, cum quibus poterit pacisci, sicut dicimus in l. filium. §. sed cum exhæredatio. ff. de contratabu. sed istud ultimum est mihi valde dubium, quia ex quo filia per statutum ab intestato nihil erat habitura. neque vllo modo succedere potuisset, ergo nulla sibifit iniuria licet sit præterita in testamento patris, & sic debet cessare contratabu. & ideo dicitur quod si est præteritus filius in potestate, instituto eo, qui sibi acquirere potest, cessat contratabul. Casus est in l. non putauit. §. sed si tempore. & in l. non tantum. §. penul. ff. de contratabu. Faciunt no. per Bar. in d. §. & quid si tñ. vbi dicit, q̃ licet hodie ex testamento, sit sublata differentia emancipationis, & patrię potestatis, attamen si sit institutus in testamento filius emãcipatus, & nepos ex eo in potestate retentus sit præteritus, non tamẽ iste nepos dicet testamẽtum nullum, qa nulla est ei facta iniuria, ex quo ab intestato nihil erat habiturus. Idẽ tenet An-
222 gel. ibi. facit etiam, † quia ius dicendi nullum vel contratabulandi, datur ei, qui ab intestato primum locum in succedendo obtinet l. 1. §. vocantur. & l. illud. §. 1. ff. de bo. pos. contratabu. sed mulier excluſa per statutum, vt supra ab intestato non est successura. ergo &c. Sed dictum Ange. posset procedere, quando per statutum non esset expresse exclusa de iure prætorio, quasi tunc dicatur sibi facta iniuria, ex quo ab intestato potuisset uenire per bon. pos. ita procedunt primo loco allegata, vide infra q. 73.

Quæst. LII.

223 Statuto cauetur, q̃ † mater non succedat filio habenti fratres carnales ex patre, decessit filius fratre suo p̃terito, extraneo instituto, non turpi persona. an mater impediatur succedere propter illum fratrem Bar. in l. 1. §. si pater. ff. de coniungen. cum emancip. lib. eius, dicit q̃ sic quia ille frater est excluſus facto defuncti, & actus priuationis non præcedit actum translationis in alium, imo est vnus & idem. ideo mater impeditur succedere, perinde, ac si frater esset institutus, per l. 1. §. fi. de assig. lib. quod tene menti, quia ibi est casus, quod qui non admittitur ad partem, facit partem dixi etiam in simili quæstione, supra eod. §.

Quæst. LIII.

224 Stante statuto p̃dicto, † an filia præterita possit rumpere testamentum patris, vel aliquo iure uenire ad eius successionem, de hac quæsti. tetigi supra. in §. 1. in illa quæstio. si pater reliquerit dotem filię sub conditione, si nupserit, an filia possit dicere se præteritam vide ibi. vbi late examino intellectum l quoniam in prioribus. & l. omnimodo. & l. sancimus. §. cum autem. C. de inof. testa. tetigi etiam de hac quæst. aliquid supra eo. §. sed nunc subijcio retenta
225 communi opinione, q̃ † filia dotata excluſa per statutum, & in testamento patris præterita, non possit dicere nullum, an saltem audiatur de iure prætorio, veniens per bonorum possessionem contratabu. passus est valde dubius & doctores varie loquuntur. Nam Ange. in l. filiæ. C. de colla. & Iaco. Butriga. in l. si emancipati, eo tit. & Pau. de Cast. in l. certum. C. vnde cognati. tenent q̃ sic, quia licet filia sit excluſa ab intestato, tamen quia veniens per contratab. non dicitur in totum ab intestato venire, vt not. glo. in l. vt lib. C. de col. & in l. illud. ff. de contratab. Facit. l. 1. in princ. ff. si tabulæ testamenti nullæ exta. certe ista filia auditur per contratab. & idem te-
226 net Ange. in d. l. ut liberis. & Ro. in consi. 179. † & ideo caute la est, q̃ si filia pręterita taceat, quousque hæreditas sit adita per institutum hæredem, ne forte timore contratabul. ipse omitteret venire ex testamento, & veniret ab intestato, quo filia reperiret se excluſam per statutum, & sic nihil posset petere. & hoc etiam videtur esse de mente Bal. in rub. C. qui admit. circa fi. & quia passus est valde longus & aliquantulum extraneus a proposito, vide Ro. in d. consi. & scribentes in d. l. si liberis. & quæ dixi supra quęstio. 51.

Quæst. LIIII.

227 Stante prædicto statuto, q̃ † filia dotata extantibus masculis non succedat, an poterit hæres instituꝰ q̃ pattem, & sic succedere ex testamento? Respondeo q̃ sic, imo forte hoc casu non valeret statutum, tanquam tollens liberam testamenti factionem per ea, quæ scribunt Bald. &
228 Doc. in l. fin. C. de pac. & ideo statutum † debet restringi, q̃ filia dotata non succedat pręter vel contra uoluntatem defuncti expressam, vel tacitam, qualis est, quando moritur ab intestato l. conficiuntur. in princi. ff. de iure codi. Hoc enim casu filia excluditur, quia per talem dotationem filia desinit esse sua. quantum ad hoc, vt in ipsam non fiat continuatio dominij argumen. l. in suis. a contrario sensu. ff. de libe. & posthu. notat Bald. in l. maximum vitium. C. de libe. præter. Pau. in consil. 250. Secus tamen est, quando succedit secundum voluntatem defuncti, per supradicta. vide ad hanc q. illud, quod dixi supra quæstio. 2.

Quæst. LV.

229 An si mulier non apparet dotata, nisi per confessionem mariti sui possit dici dotata, ut excludatur a successione patris. Videtur q̃ non, quia statutum uidetur requirere actualem & realem numerationem ipsius dotis, ergo non sufficiunt prædictæ confessiones, iuxta notata per Bart. in l. certi condictio. §. si numos. ff. si cer. pe. & Bal. in l. si excusatione. in 11. q. C. de non num. pecun. Et quia dotem, numeratio, non cautio facit. l. 2. & l. fi. C. de dote cauta nõ num. Et expressius in l. si quis posthac. C. de bo. dam. facit l. 1. C. de dona. ante nud. not. Glo. in l. assiduis. C. qui potio. in pig. habe. Contrarium tamen est uerius, & quod fuerint & dicantur dotatæ, probant pleniſſime instrumenta & cõfessiones maritorum, ex quibus dicitur soluta dos ipsi marito, quo casu mulier dotem habere uidetur. Bal. not. in l. legem. C. de pac. & in l. fin. eo. tit. & Ang. in consi. 143. incip. gener. facit. l. si socer. §. Lu-
230 cius. ff. solut. matrim. † Præterea per confessionem maritorum est acquisitum ius mulieribus ad dotem, ut per do. in l. pen. §. si uir ff. solut. matrimo. ubi etiam Bartol. dicit, quod si dans dotem, & maritus contrarium protestarẽtur, per hoc non præiudicatur uxori, cui iam esset ius quæsitum per confessionem factam, nec liberaretur maritus si cedere uellet actionem mulieri, quam habet contra dotantem. gl. est in l. æquissime debere. ff. de condictio ob. causam, de qua. q. uide per Bal. in l. 1. C. de pac. in l. si absentis. C. si cert. pet. & est text. expressus in l. si vir ab eo. ff. de iure do. in fin. illius legis, vt in argum. facit. l. 1. ad Velle. Facit quod voluit Saly. in rub. C. de dotis promiss. & ibi Cyn. vide Bar. in consi. 112. incip. factum sic se habet, & Pau. in consil. incipien. Dynus de vellanis. In contrarium tamen vide Salycet. in l. fin. C de dote. cau. non nume. Sed pro eius confusione vide Bald. in l. prima, C. de priuilegijs dotis.

Quæst. LVI.

231 Nota maximam, † Quod aliquam fuisse dotatam, potest etiam probari ex coniecturis, nec requirisint quod probetur realis & vera numeratio dotis. Et quæ tur istæ coniecturæ, vel temporis vel patrimonij diminuti, vel meritorum vel confessionis mariti, vel taciturnitatis, vel dotis datæ sequenti filiæ, vel alimentorum præstitorum, & de alijs infinitis coniecturis, quibus probatur maritum dotem recepisse, vide bonam glo. & Bald. in l. cum circa. C. de iure dot.

Quæst. LVII.

232 In dubio, an mulier præsumatur dotata si est maritata, vt excludatur a successione patris, adde quod Petr. de Anchar. in consi. 143. dicit quod in dubio non debemus præsumere mulieres maritatas esse sine dote. l. si pater. §. primo. ff. de pac. dot. l. si liberis. eo. tit. Non enim præsumitur esse matrimonium sine dote, vt not. gl. 3. q. 6. consanguineorum, er-
233 go † sicut solet fieri & communiter obseruari videmus, a cõ suetis præsumere debemus, argum. l. certi condictio. §. si numos. ff. si cer. pe. & l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de ædil. edi. Facit quod no. glo. 1. C. de dote cau. non num. si mariti tenuerunt vxores in domo, & prestiterunt alimenta, nec vnquam conquesti fuerunt, q̃ nunquam feciſſent, nec facere obligabantur, si dos eis promiſſa soluta non fuisset, vt notatur per Moder. in l. donaturus. §. fina. ff. de condit. ob cau. per Bono. in l. si cum dotem. §. sinautem maritus. ff. solut. matrim. cum pluribus concordan. &c.

Quæst. LVIII.

234 An statutum, † quod mulier dotata non succedat extantibus agnatis, debeat intelligi, si fuit requisitus ille, qui debuit dotare, & sic debeat imputari mulieri, quæ non interpellauit illum, quod dotaret eã, & sufficiat si talis nunc se offerat ad dotandum. Videtur quod dictum statutum sic debet limitari, scilicet, si ille fuerit requisitus qui tenebatur dotare, sicut in simili dicimus, quod si † statutum est in ciuita
235 te, quod quis nõ audiatur, nisi prius satisfecerit, debet intelligi si satisfactio fuerit requisita. Ita pulchre consuluit Ang. in suo consi. 40. & consil. 135. & vasallus potest expectare, q̃ requiratur, nec dicitur in mora, nisi requisitus. Ita singulariter Bal. in c. 1. in tit. de na. feudi. vbi tradit regulam circa hoc,
236 quam nũquam obliuiscaris. Quod vbi dies est incerta, sem per requisitio est necessaria, sed hic est incerta quando velit nubere, quod constat si nupsit ignorantibus affinibus, facit quia hæres viri non tenetur mulierem alere post annum, nec mulier potest aliquid petere, quia sibi debet imputare quare non repetijt dotes suas quia finito primo anno luctus debet mulier protestari & instare contra hæredes mariti, & illos constituere in mora, vt per Imo. in l. diuortio. ff. soluto matrimonio, vide Angel. in consilio 138. per Angel. in §. fuerat instit. de act. & vide expresse hanc limitationem

ad

Source : BIU Cujas

ad statutum in proposito de fœmina dotata per Angel. in consilio. 100. vbi hoc exclamat Ioan. Campezius.

Quæst. LIX.

237 Si statuto cauetur, quod mortuo viro sine liberis, vxor succedat sibi in dimidiam, modo habuit liberos, sed tempore mortis viri prædecesserant, an sufficiat conditionem semel extitisse, quo ad ipsam vxorem excludendam. Albe. de Rosa. ponit in 2. parte statutorum. q. 108. vbi solenniter arguit, quando sufficiat aliquid semel fuisse, licet non durauerit. Ego aliqua. ſ. tetigi. eo. §. in illa q. † si statutum excludit filiam maritatam & dotatam, an sufficiat, q̃ semel fuerit maritata, licet tempore mortis patris sit vidua. Et de isto artic. an sufficiat certam qualitatẽ ab initio esse, licet postea deficiat, vide pulchre per Bart. in l. ex facto. in prin. ff. de vulg. & & pu. & vide gl. in c. statutum, in verbo canonicus, & ibi per Pet. de Anch. de rescrip. li. 6. & pulchre per eundem in proemio eiusdem libri, & in clem. & si principalis, de rescrip. facit quod pulchre no. Bar. in l. præcepimus. §. sane. C. de appel la. & Ang. in l. si quis hæredem. C. de insti. & substit. & per eũdem in consil. 34. & in consi. 141. per Ang. & Imo. in l. substi. ff. de vulg. & pup. & vide pulchre Io. An. in c. decet. de reg. iu. in 6. & Pau. de Ca. in consi. 245. de quo est gl. no. in verbo, sufficit. in l. fi. C. de indic. uidui. tol. & ibi notat Bar.

Quæst. LX.

239 An † in successionibus hebreorũ seruari debeat lex Mosaica. & per consequens an omnia prædicta in dotibus habeant locum in filiabus Iudęorum. Et præsuppono quod Iudœi alleget quod lex eorum Mosaica inter eos de consuetudine seruatur in successionibus deferendis, quã consuetudine præsuppositã quæstio non uidetur multum dubia, quia lex Mosaica ore Dei per Moysem, quo nullo sapientior æuo, populo eius lata est, 14. qnęstio. septimo, Moyses, cum ergo Deus huic consuetudini suffragatur, ut dicit canon, nihil oportet firmius permanere. c. qui frustra, & cap. qui contenta. 9. dist. sed circunscripta consuetudine maius est dubium. Tamen adhuc uidetur quod inter eos seruanda sit potius lex diuina, quam ciuilis, quia lex Imperatoris non est vltra legem Dei 10. distinctio, lex Imperatorum. Vnde cum numeri. 17. dicatur, eritque filijs Israel sine lege perpetua, sicut præcepit dominus Mosi, uidetur procul dubio cõcludendum, quod contra mandata diuina, leges imperatorum non attentent. clem. ne Romani. de elec. & 10. distinc. non licet. Non obstat. l. iudœi. C. de iudæis, ubi iudæi uidentur subijci legibus, & ibi text. dicit quod secundum leges debent conferre, & excipere actiones, quia respondeo hoc uerum, in casibus, in quibus lex diuina contrarium nõ statuat, prout est in casu nostro dicto c. 17. in fi. Facit quod not. Inno.

240 in c. super his. extra de uoto. vbi † Papa nõ uult. Iudæos arctari canonibus, in matrimonijs contrahendis, vel dirimendis, sed dimittit eos in suis legibus & ritibus, qa de his, quæ foris sunt nihil ad nos. c. gaudemus. de diuor. & 2. quæstio. 1. multa. Item Papa statuit q̃ Iudæis debeant seruæ consuetudines & ritus obseruari. tollerandi enim sunt dummodo non tendant in opprobrium fidei christianæ. c. sicut Iudęi. de Iudæis l. dies sabbati. C. eod. tit. Præterea lex mosaica est in Iudæorum obseruantia, nec reperitur ei derogatum. ergo ei standum est. Nec ob. d. l. Iudæi. C. de Iudęis. quia etiam aliter responderi potest, quia illa loquitur circa ordinem iudiciorũ. Nam quo ad illum debet obseruari lex municipij vbi agitur iudicium vel ius commune l. 1. de emancipationisius libero rum. cum ibi notatis. Esset enim, quam absurdum in causa iudęorũ vertente coram potestate, in modo procedẽdi aliũ seruari ordinem, quam consuetum sit seruari. & vt patet in prin. di. l. Iudęi. illa lex loquitur in casibus, in quibus Iudæi uiuunt Romano iure, sed in casu præmisso non viuũt dicto communi iure, imo l. Mosaica, vt dictum est. ergo &c. Prętea

241 rea hęc pars comprobatur per l. Iudeos. C. de iudęis. † vbi eorum ritus, qui non sunt in spetie reprobati, conseruantur. Secundo, per l. si quem. eod. tit. vbi a contrario sensu est casus, quod si inter ipsos iudęos sit contentio, a senioribus Iudæorum, debet iudicari. ergo iura & consuetudines Hebręorum sunt attendendæ. Facit quod habetur 45. distin. qui sincera. & quod scribitur de synagoga eorum in c. consuluit. & in c. Iudæi eo. tit. Nam si in ritibus tolerantur, ergo fortius in obseruantia iuris. Confirmatur etiam hæc cõclusio, nam ante aduentum Christi constat, quod iura nostra cõmunia erant licet non compilata, vt attestatur Gl. in l. Titia. §. Seia. de auro & argento legato. & in l. pridie. ff. de ferijs. attamen in passione Saluatoris legimus, quod Iudęis asserentibus eum crucifigi debere, secundum eorum legem. Dixit Pilatus qui Romanus erat, Accipite eum vos, & crucifigite secundum legem vestram, notans eorum particularem legem inter eos prouidentem esse seruandam. ita colligitur Ioan. 19. c. Concludendo igitur non uidetur obstare l. Iudæi, quia subijciũtur communib. legibus. est verum, nisi in illis, in quibus ipsi habent specialesritus & regulas legis antiquæ, q̃ inter eos seruanda est, & pro hac parte consuluit Pet. de Anchar. ambo Raph. & Do. Florianus de Sancto Petro. & ante eos consuluit Ioan. Calde. in titu. de testamentis consi. 10. Et ita fuit obseruatum in splendidissima ciuitate Mantuę, in arcta quęstione facti anno 1460. Laus Deo.

FINIS.

TRA-

Source : BIU Cujas

TRACTATVS DOMINI LAVRI DE PALATIIS

de Fano, Iuris vtriusque Doctoris

SVPER STATVTO COMMVNITER PER ITALIAM VIGENTE,

QVOD EXTANTIBVS MASCVLIS FOEMINAE NON SVCCEDANT,

sumpta occasione ex §. cæterum. Insti. de legitimis agna. succes.

Per modum repetitionis & tractatus.

SVMMARIVM.

1 Recta & vera temporis diuisio.
2 Nullum studentibus tempus aptius est ipso nocturno, nullaque acrior nec altior cogitatio, quam nocturna.
3 Qui grande aliquod opus moliuntur, noctem non hybernam modo, sed nec æstiuam totam dormiunt.
4 Causa, quę mouerit authorem ad hunc tractatum scribendum.
5 Statum hoc fœminarum exclusiuum masculis extantibus, an odiosum, an vero fauorabile appellandum sit.
6 Præsumpta mens statuentium considerari debet, & ad eam semper recurrendum est.
7 Agnationis & familiarum dignitas plurimum ex affluentia & abundantia consueuit præseruari, & augeri.
8 Pauci pauperes, ad dignitates & honores promouentur.
9 Per fœminas finitur & extinguitur diuitiarum substantia, sicut etiam nomen paternæ domus.
10 Statum in suo municipio potest vnum excludere, & alium hæredem facere, etiam directo.
11 Statuta, quæ corrigunt ius commune, vel aliter disponunt circa successionem masculorum, & fœminarum exclusionem, seruanda sunt.
12 Natura dedit viro potestatem supra mulierem, ita fortitudinem corporis. Item longe maiorem sensum.
13 Ius naturale licet tolli non possit in totum, in aliqua tamen sui parte bene mutari potest.
14 Aequitas variatur in rebus secundum varietatem temporum, & locorum.
15 Agnata, quæ præter sororem a successione defuncti ab intestato excludebatur, quo iure admittebatur, quo vel iure postea sublata est differentia sexus ibidem.
16 Ius duodecim tabularum pariter vocabat agnatos masculos & agnatas fœminas.
17 Media iurisprudentia restrinxit successionem agnatorum vt vltra sororem non succederent.
18 Ius prætorium agnatas omnino exclusas ad successionem vocauit, inter cognatos agnatis deficientibus.
19 Constitutio imperialis voluit, vt agnatæ vltra sorores pariter succedant cum agnatis masculis.
20 Ius nouissimum authenticorum, statuit, vt cognati & agnati. i. descendentes tam per virilem sexum, quam fœmininum æqualiter succedant, secundum tamen gradus prærogatiuam.
21 Statuta, vt plurimum, attendunt rationem mediæ iuris prudentię, disponentia, quod extantibus masculis non succedant fœminæ, dotentur attamen, doteque sint contentæ.
22 Statutum dicens q extantibus masculis fœminæ, non succedant, intelligitur de dotatis, & quæ in aliam familiam transiuerunt.
Item intelligitur, si ille masculus, qui superest, sit habilis. nu. 23.
24 Qui non admittitur ad partem, regulariter partem non facit.
25 Statutum prohibens fœminam succedere propter masculum, excludet etiam eam, stante nepote masculo.
26 Stante statuto, quod stante masculo filio fęmina non succedat, Si frater qui successit & exclusit sororem moriatur sine filiis, & sine hærede testamentario, an tunc admittatur soror, & an conditionale sit tale statutum. nume. 27.
28 Verba ista, si extabunt masculi, in statutis, exponi debent, id est quatenus extabunt.
29 Vbi agitur de exclusione filiæ, & verba statuti sunt dubia, interpretabuntur potius de exclusione temporali, quam de perpetua.
30 De nattura & virtute huius dictionis quousque.
31 Hæreditas desinit esse patris per additionem filij, sed incipit iuncta esse hæreditati filij.
32 Pater si in testamento legat dotem filiæ propter masculos exclusæ, an tali doti possit apponere conditionem, quod post mortem filiæ reuertatur ad hæredes suos.
33 Dotatio non iudicatur a pari cum legitima, quoniam ista debetur pure, illa vero sub conditione, si matrimonium sequatur.
34 Quod dos non sit legitima, licet in ea de iure communi imputetur.
35 Legitima, est portio eius, quod debetur ab intestato.
36 Maritus recipiendo dotem simpliciter, censetur illam recipere cum conditione apposita, illique assentire.
37 Pater qui simpliciter dotem filiæ dedit, an possit in illa dote substituere.
38 Filia per statutum exclusa ab intestato, si a patre in testamento præterita sit, an testamentum rumpat.
39 Filius ille non potest rumpere testamentum qui non potest succedere.
40 Filiæ, cum admittuntur ab intestato congruum est eas in testamento paterno nominare, aliter eis fieret iniuria.
41 Sublata causa causante nullitatem, dicitur sublata nullitas.
42 Quando vnum duorum uenit in consequentiam alterius, mutatio facta in principali, intelligitur etiam facta in eo, quod venit in consequentiam.
43 Mulieres prætеritæ rumpunt testamentum, quatenus possunt admitti, & quatenus illis ruptura prodesse potest.
44 Pater iniuriam facit filiæ exclusæ, licet ei dotem legauerit, si ea in testamento prætерita instituat personas, quarum contemplatione non erat exclusa filia.
45 Concessum contra ius ex aliqua certa causa, durat ad limites causę illius, qua cessante, cessat & concessum.
46 Statutum non præsumitur permisisse patri exclusionem filiarum quibus de iure naturæ debentur bona paterna, & concessisse vt sororem, aut matrem instituеret.
47 Statutum, quando corrigit ius commune, non debet extendi ad personas non expressas.
48 Pater in testamento prætерijt filiam dotatam, matremque aut sororem instituit, nihil relicto agnatis, quorum contemplatione excludebatur filia, an dicta filia admittetur ad rumpendum testamentum.
Et quam vtilitatem inde capiet. ibid.
Quamque actionem proponet ibid.
49 Et quando contra tabulas deducit rem ad causam intestati, & quando non.
50 Nullitas deducit rem totaliter ad causam intestati, & qui non potest dicere nullum, potest tamen contra tabulare.
51 Remedium dicendi sententiam nullam, & remedium appellandi cum sint diuersa, exclusus ab illo non excluditur ab isto.
32 Filia per sta. exclusa a successione intestati per existentiam agnati, utrum debeat per patrem institui, vel exhæredari, non autem pręteriri, dato quod agnatus eam excludens esset institutus.
53 Dominium rerum paternarum continuatur in filios, nisi exhæredentur.
54 Multa sunt, de quorum forma ratio reddi non potest.
55 Quare ante l. maximum vitium. filia non dicebat testamentum nullum.
56 Inconueniens est, quod quis decedat pro parte testatus, & pro parte non testatus respectu temporis.
57 Filio, cui legitima iure institutionis relicta est, an competat aliquod remedium aduersus patris testamentum, si in residuo non sit exhæredatus.
58 Dominium legatorum relictorum a filio, non continuatur in filium, sed recta ab hæreditate recedit ad legatarios.
59 Pater amicum instituтum grauans hęreditatem post mortem restituere agnatis, intelligitur se conformare dispositioni statuti, & sic de proximioribus, & ab intestato succedentibus intellexisse.
60 Emphyteosim recipiens pro se, & filijs, & hæredibus, videtur velle admittere eos, qui ex stat. præferuntur.
61 Emphyteosim, quam pater accepit pro se, filijs suis, & hæredibus, alienare non potest in præiudicium filiorum;
Limita, vt ibidem.
62 Filius exhæredatus non est suus, & multo minus filia authoritate statuti a successione priuata.
63 Nullitas ex prætеritione filij sui vel emancipati procedens, obuenit, quia hęreditas quodam iure naturæ est eis debita.
64 Lex naturæ, an possit per sta. in totum tolli.
Et quid de legitima filij. ibid.
65 Stante stat. communis perusij, quod dotata non possit reuerti ad bona dotantis, quousque superuixerit masculus filius, pater filiam dotatam prætерijt in instituto filio, qui patri superuixit, bonaque eius possedit, sed tandem sine masculis obijt, an filia prætерita possit dicere testamentum nullum semper fuisse. nu. 69. & 77.
66 Prohibitum ad tempus post tempus videtur esse perimissum.
67 Filius deportati, si post mortem patris restituatur in integ. non tamen dicit testamentum nullum, nisi restituatur ex causa, quæ retrotrahatur.
68 Ex testamento, quod speratur rumpi, non potest adiri hæreditas, neque suus hæres existere.

Post-

Source : BIU Cujas

70 *Posthumus quandiu est in ventre, non potest dicere testamentum nullum, natus tamen illud rumpit.*

71 *Idem in filio capto ab hostibus præterito qui non dicit nullum testamentum sed reuersus demum rumpit.*

72 *Quandiu supersunt qui possunt venire per contratabulas, non debet quis venire per secundum tabu.*

73 *Clausula, si nõ valet iure testamenti, ualeat iure codicillorum, an habeat operari, tanquam retro vera.*

74 *Filia tempore mortis, patris, & aditæ hæreditatis exclusa, nunquam potest redire ad ius dicendi nullum, nec iure ciuili, nec iure prætorio.*

75 *Stat. quod dicit, extante masculo, vel si moriens reliquerit masculum, vt verificetur, sufficit quod tempore mortis reperiatur relictus filius vere vel ficte, quanquam post moriatur.*

76 *Ex stat, non debet sumi contrarius sensus.*

77 *Frater instit. præterita in testamento patris filia per statutum exclusa, quandiu viuit, vere est hæres insolidum, quo mortuo.*

78 *Et sic remoto finali obstaculo, vt ex nunc succedit filia, nec ruptura fingitur vt ex retro.*

79 *Filia exclusa per stat. & in testamento a patre præterita, an transmittat ius dicendi testamentum nullum.*
Et an interim filio viuente sit conditionale, seu in diem incertum. numero 83. & 84.
Et an trahatur retro. nu. 85.

80 *Fictio translatiua requirit duo extrema habilia. s. a quo, & ad quod.*

81 *Filius decedens virtute clausulę codicillaris in testamento appositę, non transmittit fideicommissum, & quare.*

82 *Quando instit. conuertitur in fideicommissum virtute clausulæ, non transmittitur fidei. tale non agnitum.*

84 *Oportet dicentem testamentum nullum habere alterum ex iuribus, vel deliberandi, vel adeundi, seu immiscendi.*

86 *Ad transmittendum sufficit habere ius in habitu.*

87 *Legitima censetur æs alienum, & an transmittatur ad posteros.*

88 *Iura per mortem alterius competitura, & non ante, siue sint vniuersalia, siue particularia, interim non transmittuntur.*

89 *Stat. quod fœminam stantibus masculis excludit, an ad monialem professam extendatur.*

90 *Aliam dotem oportet habere eam, quæ remanet in seculo cum laboribus, & expensis, & liberis, vt subeat onera matrimonij, quam habeat sponsa spiritualis.*

91 *Stat. non potest præiudicare monasterio, & disponere de dote monialis tempore delatæ successionis iam ingressæ.*

92 *Cum in ipso initio stat. non esset de sua iurisdictione.*

93 *Exclusio statutaria non refertur ad præsens tempus, sed ad illud quod erit in re & in actu.*

94 *Deportatus & mater, qui non petierunt tutorem filio impuberi intra annum, perdunt succedendi ius, quod est in habitu & in spe licet non in re, filio viuente.*

95 *Statutum redditur turpe, quod impedit vitam contemplatiuam ob priuationem hereditatis, quam inducit propter ingressum religionis, & an tale statutum valeat.*

96 *Per monachatum non derogatur dignitati, sed transit quis in dignitatem.*

97 *Ex diuitijs non tribuitur dignitas.*

98 *Sunt enim bona fortunæ, quæ etiam cadunt in vilissimis personis, discholis, & infamibus.*

99 *Virtus animi & boni mores, diuitijs præualent.*

100 *Priuilegium facilius tollitur, quam ius commune.*

101 *Vbi stat. viget, videtur correctum ius commune.*

102 *Monasterium ingrediens ingreditur cum potentia limitata a stat. & cessante stat. ingreditur cum potentia, conditionibus, limitationibus, & qualitatibus, quas adijcit ius commune, & non aliter.*

103 *Satis est, quod monasterium ingrediens, non fiat deterioris conditionis, etiam si melioris non fiat.*

104 *Qua ratione stat. non obligat ecclesiasticas personas, eadem lex imperialis non obligat, nisi per ecclesiam recipiatur.*

105 *Stat. laicorum ita generale, quod posset præiudiciale esse ecclesiis, aut personis ecclesiasticis, restringitur, vt ecclesiam, aut ecclesiasticas personas non comprehendat.*

106 *Stat. quod filiæ fœminæ non succedant masculis extantibus, quid iuris si filia remaneat in seculo, & masculus sit religionem ingressus.*

107 *Plerumque expressa nocent, quæ tacita, non nocerent.*
Licitum aliquando est aliquid in genere, quod non est licitum in specie. ibidem.
Multa veniunt sub vniuersitate, & generalitate, quæ non venirent sub specialitate. ibid.

108 *Filius, qui ante ingressum religionis ingratitudinem commiserat, non potest exhæredari.*

109 *Per ingressum religionis, dicitur nasci nouus homo.*

110 *Statutum, q̃ soror non succedat fratri, extante tali persona, au intelligatur econtra, q̃ etiam frater non succedat sorori, extante tali persona.*

111 *Dato vno inconuenienti, non debet aliud maius dari, nisi lex vltra procedat.*

112 *Contrarius sensus dicitur esse quædam coniectura & interpretatio. & an locum habeat in lege municipali, & statuto.*

113 *Statuto florentiæ cauente, q̃ quælibet mulier matri ab intestato succedat, si non extent masculi, masculis extantibus, an excludatur filia fœmina.*

114 *Quod potest fieri per pactum, hoc idem potest per statutum.*

115 *Causa finalis semper inhæret legi.*

116 *Casus omissus quando habeatur pro omisso, & quando pro expresso.*

117 *Euidens coniectura habetur pro probatione.*

118 *Omnis bona ratio, dici potest argumentum & probatio.*
Et quid sit probatio. ibidem.

119 *Argumentum a contrario, quando non debeat allegari, & quando sumi possit.*

120 *Argumentum a contrario ex mente extensiua, an locum habeat in statutis.*

121 *Quando statutum mitigaret, aut corrigeret ius commune in casu maioris excessus, an dicatur corrigere in casu minoris.*

122 *Statutum q̃ filia non succedat matri extantibus masculis, intelligitur, si sit dotata.*
Dotata etiam illa, quantum ad statutum dicitur, cui pater aliquid pro dote reliquit. ibidem.

123 *Pater dotauit filiam ante statutum factum, tamen decessit post statutum, an filia ista excludetur vi statuti.*
Et an statutum trahaur retro.
Statuti natura, est respicere futura. ibid.

124 *Statutum, q̃ stantibus masculis fœmina non succedat ab intestato, nisi in dote, facto vero testamento non succedat, nisi quatenus pater duxerit eirelinquendum, intelligitur, facto testamento masculis extantibus.*

125 *Dictio, vero, ponitur, pro sed, & ex natura sua indrcit repetitionem.*

126 *Mulier sine dote maritata, an habeat actionem contra patrem. & quare dotare filiam compellatur pater.*

127 *Maritus qui accepit mulierem sine dote, non potest eam expellere de domo.*
Quid si dos fuisset illi promissa, & non traderetur.

128 *Pater tenetur dotare filiam vitæ honestæ, luxuriosam vero non.*

129 *Dos petitur, non officio iudicis, prout fit communiter, sed condictione ex statuto quæ fortior & potentior est.*

130 *qui tenetur officio iudicis non constituitur in mora per interpellationem extraiudicialem, sed per lit. contestatio. tantum.*
Qui tenetur iure obligationis, vt in mora constituatur, sufficit extraiudicialis interpellatio. ibidem.

131 *Filia incongrue dotata a patre, vel a fratre, an possit agere ad supplementum dotis congruæ.*

132 *Quæ inspiciantur vt dos congrua dicatur, & an aucta vel diminuta hæreditate, augeri vel diminui debeat dos data filiæ. et an quando arguitur pater de paruitate dotis. numero sequen.*
Et quid de legitima filiorum, an propter augumentum vel diminutionem hæreditatis post mortem defuncti contingentem augeatur, vel minuatur. numero 132.

134 *Stante statuto, q̃ extante masculo filia fœmina non succedat, an nepos ex ea, vel alij cognati vlteriores, de quibus non est facta mentio, excludantur, & sic statutum prædictum extendatur de persona ad personam.*

135 *Ratio statuti vel consuetudinis, vbi subest, debet habere locum statutum, vel consuetudo, & an generaliter verum sit, & quando.*

136 *Ex capite inuitatiuo masculorum excluditur nepos & alij cognati, non ex capite exclusiuo fœminarum.*

137 *Quando in pluribus casibus eadem est ratio, illa decidit omnes non per extensionem, sed vt genus comprehendit species.*

138 *Statutum excludens filiam radicem, excludit neptem ex ea ex identitate rationis.*

139 *Persona, quæ excluditur, nunquam est in causa fauoris, sed persona, quæ excluditur.*

140 *Nomen filij applicari potest nepoti, quasi sit generale nomen descendentium.*

141 *Statutum matrem excludens, excludit etiam auiam.*

142 *Matre exclusa, an excludatur amita.*

143 *Statutum excludens filias masculis filijs extantibus, intelligitur de masculis filiorum, & non masculis filiarum.*

144 *Statutum quod extantibus masculis fœminæ non succedant, an intelligatur tam in bonis paternis, quam maternis.*

145 *Dispositio debet restringi ad casum de quo loquitur.*

146 *Statutum excludens dotatam a successione patris, matris, fratris, vel patrui, vt verificetur in omnium succeſſione, sufficit, quod ab vno horum dotata sit filia, atque etiam habebit locum in hæreditate ascendentium, per lineam maternam. nu. 149.*

147 *Statutum excludens filiam ab hæreditate ascendentium, comprehendit nõ solum patrem, sed etiam matrem.*

148 *Frater post mortem patris vult dotare sororem, vt eam ab hæreditate & patris & matris excludat, an teneatur illi dotes duas dare.*

150 *Proprie loquendo agnati sunt illi, qui descendunt per lineam masculinam.*

151 *Liberi fœminarum, non sunt de earum familia in agnatione.*

152 *Statutum, quod hæreditas patris, matris et aliorum ascendentium per eos deferatur masculis quibuscunque, descendentibus per lineam masculinam, exclusis fœminis, an inquantum loquitur de hæreditate materna, locum habebit.*

153 *Et quomodo intelligi debeant illa verba.*

154 *Verba illa, de hæreditate ascendentium, sunt adeo generalia, vt comprehendant non solum patrem, & ascendentes per lineam paternam, sed etiam matrem,*

Source : BIU Cujas

trem, & ascendentes per lineam maternam.

155 Mulieres sicut & viri instituunt hæredes vniuersales filios masculos, non fœminas, imo iubent eas esse contentas dotibus.

156 Ad dispositionem vnius de contrarijs sequitur remotio alterius, & ecõtra a remotione illius sequitur positio alterius.

156 Dictio, per, significat quoddam medium.

159 Statuta exclusiua fœminarum facta esse gratia conseruandæ agnationis, quomodo intelligendum sit.

159 Soror excluſa a successione fratris, extante alio fratre, an ex forma statuti intelligatur excluſa a successione sororis, & an per statutum admittatur solus frater excluſa sorore.

160 Lex facta in vna persona, non trahitur ad aliam. Intellige, nisi vna veniret mediante alia. nu. 161.

162 Statutum excludens patruum, non porrigitur ad amitam, & excludens materteram, non comprehendit auunculum.

163 Statuto excludente cognatos, & fœminas a successione abintestato, existentibus cognatis, an frater vtrinque coniunctus, excludat consanguineum tantum.

164 Vterini fratres succedunt inuicem in bonis maternis.
Consanguinei fratres succedunt inuicem in bonis paternis. ibi.
Vtrinque coniunctus frater nulla patrimoniorum habita distinctione, illis duobus præfertur. ibid.

165 Casus omissus a statuto remanet in dispositione iuris communis. & numero 173.

166 Statutum excludens fœminas propter agnatos, voluit in dubio intelligere de perfecto agnato, & vtroque vinculo coniuncto.

167 Statuto dicente, q̃ mortuo aliquo sine liberis, extante matre, & agnato, mater succedat in tertia parte, agnatus in duabus partibus, iam vero extant, mater soror, & agnatus, in qua parte succedet quisque.

168 Illa, quæ disponunt in casibus separatis, habent etiam locum quando illa separata simul concurrunt.

169 Lex corrigens, non excluditur per argumentum a pari vel a maiori.

170 Vtrum filiæ excluſæ per statutum a successione intestati extante masculo, possit relinqui quoquo relicti titulo, etiam titulo institutionis.

171 Dos potest relinqui quoquo relicti titulo.
Et quando relinquitur filiæ pro sua parte & Falcidia, quid important hæc verba.

172 Stantibus duobus statutis, vnum dicit, quod agnatus defuncti vsque ad tertium gradum succedat, in duabus partibus, mater, & soror in tertia parte.

173 Aliud vero, quod si sit agnatus primi vel secundi gradus, agnatus succedat in dimidia, filia vero in alia dimidia, quid iuris, an proximum videatur per posterius correctum.

174 Contra naturam verborum esset, quod statutum loquens de matre & sorore, quod excludantur per agnatum tertij gradus, extendatur ad filiam.
Item, quod statutum quod frater & filius fratris excludant filiam, extenda tur ad agnatum vlterioris gradus.

179 Statutum excludens matrem a successione filij decedentis sine filijs per existentiam fratris defuncti, an intalligatur eam etiam excludere per existentiam aui paterni.

176 Hæreditas nepotis est auo debita.
Præteritio vel exhæredatio aui, facit testamentum subijci querelæ, vel iuri contrata. vel dicendi nullum. ibidem.

177 Præteritio vel exheredatio fratris vel sororis, non subijcit testamentum querelæ aut iuri contrata. aut dicendi nullum.
Limita, nisi turpi persona instituta.

178 Non admittitur interpretatio extensiua de casu ad casum determinatum ad aliam legem.

179 Argumentum a contrario, in statutis locum non habet, quando exorbitat, & quando inducitur legis correctio, vt quia casus occurrens reperitur a iure determinatus.

180 Contrarius sensus venit ex interpretatione, qua prohibita, prohibetur & argumentum a contrario.

181 Clausula, quod verba statuti simpliciter intelligi debeant, quo modo intelligatur, & quid importet.

182 Statuto dicente, quod extante masculo filia fœmina non succedat, conditionale est, vt si non extet masculus, succedat filia fœmina.
Natura est ablatiui absoluti, importare conditionem. ibid.

183 Ius omne potentius est in causa, quam in causato.

184 Si vinco vincentem te multo fortius te vinco.

185 Vitanda est absurditas, & etiam superfluitas verborum in legibus & statutis.

186 Intellectus sanus vbi dari potest, non est ille dandus, per quem incidimus in superfluitatem verborum.

187 Hæreditas defuncti non est ita debita fratri & sorori, sicut est debita descẽdentibus & ascendentibus.

188 Auus continetur appellatione consanguineorum ex parte aui.

189 Statutum mentionem faciens de descendentibus, ascendentibus & collateralibus patris, censetur habuisse respectum ad agnationem paternam, & eam voluisse preferre maternæ cogitationi.

190 Ius vnum commune vel aliud ius commune corrigere credendum non est, nec vnum ius municipale aliud municipale.

181 Regula a contrario sensu, in statuto an & quando sumi possit.

192 Statuto dicente, quod excluſa fœmina, hæreditas deueniat ad illos de sobole defuncti, appellatione sobolis, qui contineantur, & quid importet soboles.

193 Progeniei appel. qui continentur, & vnde deriuetur progenies, & a quo incipiat progenies.

149 In successionibus qui prior est in graddu, potior est.

195 Stat. hæreditatem deferens ad illos de prosapia, de quibus intelligit, & prosapiæ appellatione qui veniant.

169 Generationis appellatione, qui veniant.

197 Posterorum appel. in institutionibus & hereditatibus deferendis, qui comprehendantur.
Et qui in priuilegijs, qui in pœnalibus, & odiosis.

198 Consortum appellatione, qui veniant.

199 Casatę appel. qui veniant.

200 Familiæ appel. qui veniant.

201 Appellattione illorum de cippo domus, qui veniant.

202 Statuto loquente de illis de gente sua, qui veniant.

203 Generis appellatione, qui comprehendantur.

204 Prolis appellatione, qui contineantur.

205 Antiquitatis facta mentione, qui comprehensi intelligantur.

206 Domesticorum appellatione, qui contineantur.

207 Stat. dicente, si quis decesserit sine homine, qui contineantur, & quid si dixerit, sine natis.
Quid si sine necessarijs, quid si sine propinquis, qui horum appellatione veniant.

208 Coniunctorum appellatione, qui veniunt.

209 Consanguineorum appellatione, qui veniant.
Et quid si fiat mentio de affinibus, ibi remissiue.

210 Parentum appel. qui comprehendantur.

811 Descendentium mentione facta qui veniant.
Et an tunc veniant spurij & naturales. ibid.
Qui in materia odiosa, qui in fauorabili. ibid.

212 Priuilegium concessum alicui & suis descendentibus posteris masculis & fœminis, non comprehendit fœminas nisi viduas & virgines.

213 Proximorum suorum appellatione, qui comprehenduntur.

214 Statutum si dicat quod bona redeant ad illos de patrimonio suo, de quibus intelligit.
Quid si dicat, ad illos de domo sua. ibid.

215 Cognatorum appellatione qui veniant, & quid si testator mentionem faci, de stirpe sua de quibus intelligitur. ibid.

216 Stat. vel dispositio si dicat, tibi & nomini tuo, de quibus intelligit, & quid importent verba illa.

217 Sta. disponente q̃ agnati excludant filiam a successione, nulla de dote facta mentione, an eam dotare teneantur.

218 Statuto disponente, quod filia dotata non succedat. Pater dotauit filiam, sed non est dotem stipulatus sibi & suis hęredibus reddi, numquid hæres teneatur hanc stipulationem remittere mulieri.

219 Filius an transmittat portionem filiæ excluſæ iure suitatis, sicut suam, & numero. 239.

220 Idem debet iudicari de appendicijs sicut de principali.

221 Beneficium suitatis non est ordinatum fratri ad excluſionem sororis, vel ut eius partem transmittat.

222 Transmissionis beneficio locus est, quando conseruatur hæreditas patris in posteros.
Et tamen filij substitutos excludunt.

223 Masculo non adeunte hereditatem, non est verisimile stat. excludere filiam, ut extraneos præponat.

224 Hæreditas paterna beneficio suitatis transmittitur ad quoscunque.

225 Filius ita demum filiam excludit, si hæreditatem agnoscat.
Qui sibi non prodest, alteri obesse non debet.

216 In legato pro dote detrahitur conditio tanquam grauamen. in legitima non solum vsque ad concurrentem quantitatem legitimę, sed etiam in eo, quod est vltra legitimam.

227 Nepos, qui per statutum filiam per neptem testatoris excludit, id facere præsumitur ex præsumpta mente testatoris.

228 Extantib. filijs masculis filia &c. isti ablatiui absoluti non solum habent uim excludendi fœminas, sed etiam includunt mares in portionem earum.

229 Filij filię, quæ repudiauit hæreditatem paternam, cum iuramento, & præmortua est auo, si præteriti sint in testamento aui, possunt de iure communi dicere testamentum nullum. Secus si mater post auum sit mortua.
Sed quid si filia, quæ iurauit, non firmauit contractum, sed solum se obligauit. num. 230.

231 Dos de iure communi redit ad dotantem, etiam extantibus filijs illius matrimonij.

232 Dos quando remanet penes filios, non solum filia excluditur prodter masculos, se detiam quia habuit dotem.
Stante statuto, quod masculo existente non succedat fœmina sed dotetur.
Si filia iunior dotem petit, eam masculo reijciente in tempus nuptiarum, an interim petere poterit dotis augmentum.

234 Dotis petendæ dies, an sit tempus ætatis nuptiarum, an vero dies nuptiarum ipsarum.

235 Pater si legauit filiæ suæ centum pro dote, an debeatur tale legatum incontinenti, an vero expectetur nubilis ætas.

236 Legatum siue dispositio dotis habet conditionem siue diem nuptiarum.

237 Vsus tamen loquendi plerunque aliter seruat.

Source : BIU Cujas

238 *Stante ſtat. q̃ pater maſculum habens non teneatur filiam inſtituere, ſed ſufficiat ei, quantitatem congruam dotis nomine relinquere quam habitura ſit tempore nuptiarum, an tutor iſtius filiæ ſeparabit portionem filij a portione filiæ, vt exinde eam alat, vel illam dotem ad lucrum dabit, uel aliter de illa negotiabitur pro vtilitate filiæ.*

240 *Filia per ſtat. excluſa, quæ de benignitate fratrum ad ſucceſſionem admittitur, non tranſmittit hæreditatem illam, niſi eam adiuerit.*

Et quid erit de portione ſororis excluſæ delata filio an non adita tranſmittetur. num. 241.

242 *Abſurdum eſt, quem videri pro parte eſſe ſuum hæredem, & pro parte non.*

243 *Sicut filius ſuus tranſmittit vigore ſuitatis, ita etiam ſubſtituuus fratri pupillariter.*

Quos mihi poſſum neceſſarios facere, eoſdem etiam poſſum filio meo pupillo. num. eod.

244 *Prætor ſeu ſimiles non poſſunt ipſo iure abſque aditione hæredem facere.*

245 *Frater ratione ſuitatis tranſmittit in totum portionem ſororis excluſæ cum ſua.*

246 *Vbi fit vnio duorum, potentius inſpicitur, & trahit ad ſe minus potens.*

247 *In tranſmiſſione non debet conſiderari quo iure deferatur, ſed ſolum an tranſmittens ſit ſuus.*

248 *Repudiatio lapſu temporis, & hominis excluſio, parificantur.*

249 *Statuto dicente, quod filia non ſuccedat, an hæredes patris teneantur illam dotare.*

Et quid de patruo, eod.

250 *Filia excluſa per ſtat. an poſſit ſimul cum maſculis venire ad emphyteoſim receptam per patrem pro ſe & filijs ſuis.*

251 *Quid ſi pater authoritate ſtatuti potuit etiam in legitima priuare filiam, & eam iuſſit eſſe contentam certa parte per hoc videatur excluſa ab emphyteoſi.*

Et quid importent illa verba, ſtet content. ibid.

252 *Stat. cauetur, q̃ filia dotata a patre non ſuccedat, deceſſit pater relicta poſthuma in vtero, vel infante, vel alio, quam dotare non potuit. An fratres hęredes vniuerſales eam dotando excludant.*

253 *Si Iudęus moritur abinteſtato relictis filijs maſculis, & fęmina, vtrum fęmina pariter ſuccedat cum maſculis.*

254 *Lex Moſaica diſcrepat a iure canonico, & ciuili in duobus, & in quibus.*

255 *Ius veteris teſtamenti datum Iudeis per Moyſem, eſt ius ciuile proprium Hæbreorum.*

Et quo ad eos præfertur iuri Romanorum.

256 *Legitimarum hæreditatum ius ad Romanos ſolum ſpectat.*

257 *An & quando inter iudæos ſeruetur lex Moſaica, & quando ius ciuile.*

258 *Stat. Italiæ diſponentia, q̃ ſtantibus maſculis fęminæ non ſuccedant, ligant etiam iudęos habitantes in loco ſuo.*

259 *Iudęi dicuntur eſſe de eodem populo, & corpore ipſius ciuitatis, quamuis non dicantur de corpore ſpirituali.*

260 *Iure ciuili, & canoni, error in corpore veniat inſtitutionem.*

Inſtitutio Iacob an valuerit exhæredato Eſau. & quare. nu. eo.

261 *Iudæi an poſſint ſtatuere contra ius commune.*

262 *Iudęi matrimonia non contrahunt ſecundum leges ſuas, ſed ſecundum leges communes.*

263 *Populi ubditi Romano imperio, poſſunt condere leges, & introducere conſuetudines.*

264 *Filia dotata per ſtatutum excluſa, an nihilominus ſuccedat in emphyteoſi cum maſculo, quando eſt hęres ſolum iure certa.*

265 *Pater poteſt donationem filio in poteſtate factam reuocare, & conferre alteri filio.*

269 *Donatio materna facta filio irreuocabiliter, a principio tenet.*

267 *Pater, qui ſtipulatus eſt feudum pro ſe & filijs ſuis. an poſſit illud vendere in præiudicium filiorum, quibus eſt facta ſtipulatio, vel vni filiorum prælegare.*

268 *Infeudo nouo liberi ſuccedunt patri, etiam ſi non ſint hæredes.*

269 *In feudo paterno & antiquo, in quo frater fratri ſuccedit, vnus frater alios fratres a ſua portione excludere non poteſt, eam etiam alteri fratri conferendo.*

270 *Succeſſio iuris patronatus & præſentandi clericum ad eccleſiam regulatur ad inſtar ſucceſſionis bonorum patrimonialium.*

271 *Filia dotata excluſa ab hæreditate patris, per renuntiationem an & quando poſſit præſentare.*

Quid de filio, qui hæreditati renunciauit ibid.

272 *Filia excluſa per ſtat. an ſtatim petere poſſit quantitatem ſibi relictam per patrem, cum aduenerit nubilis ætas.*



1 QVoniam plerunque legi diuinos authores inferre quoſdam ita dicere, vitam hominis partiri, vt dimidiam partem ſomno tribuant, dimidiamque vigiliæ quos apertiſsime improbant cum ſtudioſi, a ſtultorum vita, non differret. † Et ſi quidem pro ſomno noctem, pro vigilia diem illi intelligere velint, recta & uera diuiſio ſit. Aequis enim partibus tempus inter ſe diuidunt, ac ſi ſit æque ſpacium inter partes, differentia certe alia ingens eſt. Nulla enim acrior, nulla altior cogitatio, quam nocturna. Nulla prope pars tẽporis ſtudentibus aptior. Abſit enim ab anima bene inſtituta & ſtudijs intenta dimidium tpis dormire, cum tertium ſufficeret 2 quibuſdã, quartum glorioſis quoq; ſufficiat Abſit etiam, vt †noctem non hybernam mõ, ſed æſtiuam totam dormiant qui grande aliquid moliũtur. Ego itaq; iuxta ingenioli mei 3 paruitatem non quidem oẽs noctes dormitans, † animoq; reuoluens, quã vtilis ſit ſucceſſionum materia & acquſito eorũ oĩum, quæ quis quæſiuit, & quæ poſtquã vitã cum morte commutauit reliquerit, quotidianaq; ſit, vnde amplectẽda, iuxta illud Pauli Iuriſconſulti in l. legaui. in prin. ff. de lib. leg huiuſmodi materiã in qua uerſatur ſtatutũ illud pullulans maxima pro parte per orbem, q̃ extãtibus maſculis cõſeruandarum familiarum gratia, fœminę nõ ſuccedant, ſed dotari debeant. In hoc præſenti. §. qui incipit, Cæterum. de legi. agna. ſucceſ. in volu. inſti. illud amplexus ſum declaran dũq; duxi. Pertimeſco aũt, ſi mihi ex tpe impingatur, q̃ mẽbrane ſolito cariores ſint. Forte. n. ſi hi opus hoc perlegendũ duxerint, q̃q̃ non ex fonte, ſed ex riuulo quodam deſcendat in tantam, quam dicent, admirationem non deducẽtur. Deſcendo igitur ad principale propoſitum, & antequam veniã 5 ad rextum, Quæro pro intelligentia dicendorũ, † an tale ſtatutum, de quo principaliter tractaturus ſum in preſenti. §. debeat appellari odioſum ſimpliciter, an vero fauorabile. Et dicendum, q̃ principaliter eſt inductum in fauorem agnationis. Ergo eſt iudicandũ fauorabile, licet in ꝑñam excludat fęminas, cũ iſtud ſit naturaliter, q̃ vnius ĩcluſio alterius eſt excluſio l. maritus. C. de procu. l. cum prætor. in prin. ff. de iudi. 25. diſt. qualis. c. nonne. de p̃ſump. tñ cum ſit principaliter fauorabile iudicãdum eſt fauorabile, licet in ꝑñam odioſum l. qui exceptionem. in prin. ff. de condi. ind. facit qđ no. Bal. in l. venia. C. de in ius vo. Quicquid ipſe dixerit in l. 2. C. q̃ poſ. ad libertatem venire. & D. Domini in c. veniens. de ver. ſig. 6 lib. 6. † Præſumpta. n. mens ſtatuentium eſt illa, quæ conſiderari debet, & ad eam ſemper recurri, vt dicit glo. in l. tale pactum. in fi. ff. de pac. & quod dñt doc. in l. non dubium. C. de legi. & gl in cle. 1. in verbo, præſidentes, de reſcrip. Quorũ ſtatuentium mens fuit in fauorẽ agnationis & dignitatis familiarum, † quæ plurimum ex affluentia & opulentia mundanorum conſueuit præſeruari, & augeri l. 1. §. denũtiare. ver. publice. n. de uen. inſpi. & j. c. §. qđ ad fęminas. & §. itẽ vetuſtas. † Perpauci n. pauperes & uiles ad dignitates & honores 8 ꝓmouentur, vt no. in l. Caſſius. ff. de ſena. & Bar. in ſua repe. l. 1. C. de digni. lib. 12. Et hæc cõſideratio deſinit & finitur in mulieribus, q̃ ab officijs publicis repelluntur l. fœminæ. ff. de reiu. & vlr a dignitatibus & regiminibus, per not. per gl. in l. fi. 9 C. de arbi. in c. cũ dilecti eo. ti. & q̃ † per ipſas finiatur, imo extinguatur ſubſtantia diuitiarum, ſicut etiam nomẽ domus paternæ, patet. ff. de uerb. ſig. l. pronũtiatio. §. familiæ. & ſ. de pa. po. in fi. Ius. n. ſuccedendi eſt de iure poſitiuo glo. eſt ordinaria in l. 1. in prin. ff. de acqui. re. do. Et lex municipalis põt quem excludere a ſucceſſione, etiam oĩum de familia, ut tenent domini Canoniſtæ qui ſemper ſumma æquitate nitũtur, ita concludẽtes in c. Raynutius. de teſta. & Bald. notauit 10 in l. 1. C. de legi. hære. † qa ſtat. in ſuo municipio põt unũ excludere. & aliũ heredẽ facere, ẽt directo ſm Bal. in ſua rep. l. in ſuis. ff. de lib & poſth. qa ius ſuccedẽdi eſt de iure cõi. Et illud eſt commutabile per ſtatutum l. oẽs populi. de iuſt. & iu. 11 † Nam ſtatuta, quæ corrigunt ius cõe uel aliter diſponũt circa ſucceſſionem maſculorum, & excluſionem fœminarum ſunt ſeruanda, & habẽt maximam uim. Imo authoritatem legum Romanorum, ut dixit notabiliter gl. in c. j. §. hoc quoque. de ſucceſ. feud. & ibi Bal. & in tit. hic incipit conſue. feu. in uerbo, legibus. & licet legiſlator conſtituat eos accuſatores naturæ, qui excludunt fęminas a ſucceſsione, & maſculos admittũt l. maximũ uitiũ. C. de lib. præte. Quia ita natura procreat fęminas ſicut maſculos, & per ꝑñs poſſet argui talia ſtatuta non tenere. Primo, qa ſunt ꝯ rationẽ ergo &c. 4. diſtin. erit aũt lex. Secundo, quia videntur ꝯ ius naturale, quod eſt immutabile ſ. de iure naturali. §. ſed naturalia. & p conſequens odioſiſsima & contra æquitatem, & de facto, uel ſaltem ſtrictiſsime interpretanda. quod uidetur tenuiſſe Bal. in illa l. maximum uitium. & in l. lege 12. tabularum. C. de legi. hære. Tamen non uerum uidetur, quinimo poſſet attentari, ſecundum Rapha. ibi, quod tales non ſint accuſatores naturæ, ſed imitatores, quoniam † natura dedit poteſtatẽ 12 uiro ſupra mulierem. Item fortitudinẽ corporis. Item longe maiorẽ ſenſum, & maius ingeniũ. Si ergo natura eſt honoratior maſculis reſpectu fęminæ, cur nõ pot eſſe honoratior in ſucceſsione, q̃ ut dixi eſt de iure poſitiuo, licet hẽat inſtinctũ naturæ l. cũ rõ. in princ. ff. de bo. dã. & in l. nã & ſi parentibus. ff. de inoffi. teſta. & l. ſcripto. in fi. ff. unde libe. Eſt tamen verum, q̃ non licet diſputare de iudicio principis l. 2. C. de

cri.

Source : BIU Cujas

13 cri.falſi.† Præterea, ius naturale eſt bene mutabile in aliqua ſui parte. introductæ enim ſunt ſeruitutes,licet iure naturali omnes liberi naſcantur.ut legitur in l.ex hoc iure.ff.de iuſtitia & iure. Nam non poteſt tolli ſcilicet in totum, ſicut etia m dicimus in ſimili ꝙ ius diuinum tolli non poteſt ſcilicet in totum.Nam pro parte bene poteſt. & ideo licet papa non ſit ⁊ ius diuinum.c.propoſuit.de conceſ.præb.& no. in c.literas.de reſti.ſpolia.Et ſic nō poſſit tollere decimas in totum,quia ſunt de iure diuino 14.q.1.decimæ.& c.reuertimini.Tñ bene poteſt priuilegiare vnam perſonam,imo vnū locum & plura,vt non teneantur decimas ſoluere,non tollē do omnes in totū.gl.eſt ordinaria in c.a nobis.de deci. Quod aut habeat rōnem in ſe tale ſtatutum,vt mulieres dotentur & a ſucceſſione excludantur,patet per ſuperiorē.& pro hoc accedat quod dixit Lap.all.Cy.reſpondēdo ad l. maximum vitium.& ad ſimiles,qa æquitas dictarum legum verificat generaliter,ſed non in illis locis,in quibus viget lex vel conſuetudo contraria, cum tamen leges municipales ſint permiſſæ a iure,& ſint a principe approbatę.l.omnes populi.de
14 iuſti.& iure. & qa†æquitas eſt, quæ variatur in rebus ſecundum varietatem temporum & locorum.ff.de vul.& pu.l.ex facto.Ergo princeps,qui ſingulas circunſtantias facti,& ⁊dō nes perſonarum,atq; locorum non potuit ſcire,& ſuis regulis diffinire, varietatem boni,& æquitatem locorū,vnde reliquit hæc diſcretioni & poteſtati ſingulorum populorū, illud approbat Lau.de Pala.&c.Sequitur.§.cæterum.inſti. de
15 legi.agna.ſucceſ.Cæterum,† agnata præter ſororē ad ſucceſſionem defuncti ab inteſtato per mediam iuris prudentiam excludebat̄,licet bebeficio prætoris,per vnde cognati, ſuorum,& agnatorum gradibus deficientibus,admittat̄,poſtea vero per ⁊ſtitutiones imperiales in ſucceſſione,vnde agnati,ſublata eſt differentia ſexus hoc dicit vſque ad.§. hoc addenddm.& concor.l.lege. 12.tabularum.C.de legiti.hær.Et
16 declarat quinque iura ad hanc materiam pertinentia.† Primum fuit ius 12. tabul.quod pariter vocabat agnatos maſculos,& agnatas fœminas.i.ex virili ſexu deſcendentes,etiam vltra ſorores.† Secundum ius,fuit media iuris prudentia, q̄
17 reſtrinxit ſucceſſionem agnatarum vt vltra ſororē nō ſuccederent,quia commodius erat,vt ſucceſſio deferretur maſculis,per quos parentelæ & totius domus nomen conſeruatur.quam fœminis, & ideo ſorores ex benignitate dimiſit in ſucceſſionem,quia erant in primo gradu, & reliquas
18 agnatas excluſit.†Tertium ius fuit prætorium, quod cōpatiens,agnatis fęminis excluſis ab omni ſucceſſione, non vo
19 cauit eas inter agnatos.†Quartum ius,fuit conſtō huius Imperatoris,qui conſiderans, ꝙ agnatæ ſunt in eodē gradu cū agnatis maſculis,& natura ita cooperatur ī creatione fęminarum,ſicut maſculorum,& vnum ſemper indiguit auxilio alterius d.l.lege 12.tabu.voluit vt agnatæ vltra ſorores pariter ſuccedant cum agnatis maſculis.†Quintū eſt ius nouiſſi
20 mum authenticorum,hodie vigens,quod ſtatuit, vt cognati & agnati,id eſt deſcendentes tam per uirilem, quam fœminin̄um æqualiter ſuccedant,ſm tñ gradus prærogatiuā. hoc tū verum,ſi defunctus nullos habeat deſcendentes, vt in §.reliquū.in auth.de hær.ab inteſt.Quorum prima cā eſt
21 in ſucceſſione,vt in auth.in ſucceſſione.C.de ſuis & legi.†Illam tñ rationem mediæ iuris prudentiæ, vt plurimum attēdunt ſtatuta terrarum per orbem,per quæ diſponitur, ꝙ extante aliquo ex linea agnatorum vſque ad talem gradum, fœminæ non ſucedant ab inteſtato, ēt ſi ſit mater defuncti. Et ſi ſuperſunt fęminæ,illæ dotentur,& ſint dote contentæ. Nam mens talis ſtatuti & eius diſpoſitio eſt, qa conuenientius eſt hęreditates deferri ad agnatos, per quos cōſeruatur nomen domus,& fācultates non trāſeunt in alienam familiam,vt ſ̄.dixi.Et tñ odioſum ſm doc. ſaltem ſecūdario vno reſpectu,de quo in l.maximum vitium.&ideo reſtringendū & ſic comprehendere non debeat niſi nominatos in ſtatuto l.cum qnidam.ff.de lib.& poſth.& in regula,odia.de reg.iu. in 6.& no.in l.ſi vero.§.de viro.ſol.ma.& ideo ſecūdum eos ſtante dicto ſtatu.cum extaret mater alicuius defuncti,& extaret amita, ſed non extabant alij agnati , & amita propter ſtatu. vellet excludere matrem,varia conſilia fuerunt,qa tñ per deſcendentes ex amita non poteſt nomen domus conſeruari,neq; facultates,ſicut eſt de mente ſtatuti Statu. tale quod videtur odioſum,ſaltem ſecundario loquens de agnatis in maſculo genere,non videtur comprehendere fęminin̄ū l.1.§.quærīt.ff.de uen.in poſ.mit.Vnde uī,ꝙ mater nō ex
22 cludatur per amitā,de quibus omnibus ⁊.† Scias in iſta materia huius ſtatuti,quod ſi dicat, quod extantibus maſculis non ſuccedant filiæ fęminæ,intelligitur de filiab.dotatis,& quæ in alienam familiam iā tranſiuerunt, nō de nō doratis, & quę adhuc ſunt in familia.ſaluo niſi ſtat.aliud diſponeret vel ex verbis eius aliud eliceretut.Ita dixit notabiliter Bald.
23 in l.1.C.de legi.hær.& dicit ibi eſſe glo.de hoc.†Item intelligitur iſtud ſtatutū admittēs maſculos & excludēs fœminas ſi ille maſculus,qui ſupereſt,& qui extat,ſit habilis ad ſuccedendum,non inhabilis,eo,quod ille hī pro mortuo quantū ad illam ſucceſſionem.l.1.§.fi.de contrata.& per Bal.in l.fœminæ. C.de inoffi.teſta.Allegans, quod in ſimili habetur.in l.filiusfa.§.cum quis.de lega.1.& in l.1. §.ſi pater,de coniungen.cum eman.lib.Idem dixit in l.maximum vitium. C.de lib.præte.ibi &c.Item quæro nunquid ſtatutum,ꝙ frater excludat ſororem intelligatur de tali fratre,qui non ſuccedit, vt quia renuntiauit hęreditati,dicendum eſt ꝙ non,per tex. in l.2. §.ſed ſi bonorum.ff.ad Tert.& ibi per Dyn. quia paria ſunt,non extare,vel extare & nō poſſe ſuccedere.l.ſi ex modico.§.ſi filius.ff.de bo.li.& in l.ſiue.§.fi.ff.de iure pa. Subdēs idem eſſe,ubi alias dictus frater ſuccedere nō poſſet, vt quia
24 de ordine minorum,quia†qui non admittitur ad partem,regulariter non facit partem.ff.de contratab.l.ſi poſt mortem. §.liberi,& quod no.Bar.in l.1.§.fi.co.tit.& quod no.in l.ex facto.§.fi.ff.ad Treb.& Angel. in d.§.cum quis.† Et iſtud ſtatu-
25 tum prohibens ſuccedere filiam, extantibus maſculis, excludet,etiam eam,ſtante nepote maſculo ex filio,ſm Bar.in l.liberorum. ff.de verb. ſigni.de quo.⁊. † Sed quæritur ſtante
26 ſtatuto,ꝙ ex filio maſculo extante filia fœmina non ſuccedat. Quid ſi filius, qui ſucceſſit & excluſit filiam, hoc eſt ſororem,moriatur ſine filijs, & ſine hærede teſtamentario,an admittatur tunc ſoror,videtur ꝙ ſic,quia ceſſat nunc impedimentum. c.cum ceſſante,de appel. l.adigere. §. quamuis. cum ſi. de iure pat. In contrarium, quia ſemel fuit excluſa. Nam res ſemel extincta,amplius non reuiuiſcit. l.qui res. §. aream de ſolutionibus.de conſecr.diſt.4 qui res.Et hoc ultimum videtur tenere Bal.in c.1.§.quinetiam,epiſcopum vel abbatem.in vſi.feu.Quod tamen limitat,vt 5.non ſuccedat, qñ ſtat.ſimpliciter dicit quod extāte maſculo non ſuccedat fęmina.Secus,ſi diceret,donec vel quouſq; ſupereſt maſculus.Nam tunc non eſt excluſa excluſione perpetua,ſed temporali,& potius ſuſpenſa quam excluſa.Poſſet tamen attentari& ſubtiliſſime,vt vidi in quodam conſilio per inſignem Iuriſconſultum compatrem & præceptorem meum.D,Frā
27 ciſ.caput liſtæ,ciuē Paduæ,ꝙ† indiſtincte tale ſtatutū excludit eam conditionabiliter, i. quatenus extet maſculus, ſeu quouſq;, vel donec.Sicut dicimus in cła codicillari. Quia ſi quæritur an illa confirmet legata relicta in teſtō , in quo filius eſt præteritus,videtur ꝙ non, ex quo illa confirmantur per auth.ex cauſa.C. de lib.prę.Ideo non requiritur alia cōfirmatio.Sed dicunt doc.ꝙ confirmat,ſi qua ſunt,quę per illam authen.non cenfirmantur.Et intelligitur illa conditio, ſi non valet,i.donec vel quouſq; non valet,arg.l. Stichum, qui meus erit,de leg.1. probatur in l.quæ verebatur. verſic. vtrum autem.ff.de teſt.mili. in l.ea.ff.de teſta.in l.poſth. §.ſi paganus.ff.de iniuſt.rup.& ir.fac.teſt.per Bart.in l.1.ff.de iur. codi.Facit pro hac ſententia, ꝙ iſti ablatiui abſoluti,extantibus &c.reſoluuntur in conditionem, i. ſi extabunt. l. euictis.ff.de vſu.l.a teſtatore.ff.de condi.& demon.†Et iſta ver
28 ba, ſi extabunt,debent exponi.i.quatenus extabunt,per d.l. Stichum,qui meus erit,ergo &c. Facit quod notauit Bal.in l. certum. C.unde legi.ꝙ tale ſtatutum licet videatur bonum i. ob bonum publicum inductum ad conſeruandas agnationes,& ſic licet ſit ex bono & æquo.Vnde cum contineat quā dā iniquitatē ſaltē ſecundariā per d. l. maximū vitiū, debet ſtricte interpretari, vt tunc demum uideatur excluſa excluſione perpetua.Item, qa qñ verba nullo modo pñt adaptari ad excluſionem tpalem,vt ſi dicat ſtatutum ſtante filio ma
29 ſculo,filia fœmina perpetuo excludatur.Sed vbi verba ſunt dubia , potius interpretatio erit & fieri debet ad excluſionē tpalem, q̄ perpetuam, & maxime, vbi per ſtat.intēderemus nō ſolū excludere filiam a ſucceſsione inteſtati,ſed ēt a iure ⁊tabulandi,& ſic a iure ſuccedendi ⁊ teſtm̄,i.ad finē,ſi eſset pręterita,non poſſet rumpere teſtm̄, qđ tunc videretur ſapere duplicē iniquitatē,cum ſit ⁊ gl.in auth.ex cā.C.de li.præt. & in d.l. certum.& in l.ſi filius.de cond.& dem. & in l.ſi emā cipati.C.de col.& in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.de li.& po. teneant ꝙ iura , quæ tollunt differentiam emancipationis , & patriæ poteſtatis ab inteſtato, non habeant locum in ſucceſsione contra teſtm̄. Poſito ergo,quod in ſucceſsione inteſtati,qñ de ea tractaretur, ꝙ per illa verba ſtatuti filia intelligatur excluſa excluſione perpetua,ſaltem quo ad hoc, vt excludatur contra teſtm̄ debet fieri interpretario, vt ſtatutum videatur eam excluſiſſe tpali excluſione, & q̄diu , & pro eo tpe , quo maſculi illam hęreditatem habeant. & per not.in auth.ad hęc.C.de nat.lib. Pro hac opin.facit,quia cum contemplatione maſculi fiat excluſio mulieris , certe videtur excluſa,ſi & q̄diu ſupereſt maſculus,arg.l.vxorem. §.hęres. de leg.l.3.l.ſeruo alieno. §.cum teſtator.de leg.1.& l.inter ſocerum.§.cum inter. ff.de pac.dota.& l.pater. in prin.de le.3. Ego vero volens omni poſſibili ſtudio cūcta inueſtigare,re-

Source : BIU Cujas

peri Bartolum expreſſum conſulentem contrarium in con
filio,quod incipit.factum ſic ſe habet,quidam D. Ia.&c. Qui
plus dicit quod ſtante ſtatuto hoc modo quod non ſuccedat
mulier, quouſq; ſuperuixerit maſculus, ꝙ ſi filius maſculus
30 deſierit extare,non propterea ſuccedat fœmina. Et ꝙ qui di
cerent cōtrarium non inrelligerent naturam dictionis.quo-
uſque,quod eſt contra Bal.nam non eſt verum,dicit ipſe,Bar
tol.ꝙ virtute huius dictionis, quouſque,filia excluſa admit-
tatur deficientib. filijs maſculis: Ratio eſt qa illa verba,quo
uſque &c.non ſunt ſufficientia ad reuocādam hæreditatem
iam filio maſculo acquiſitam.Et dicit,ꝙ in ſimili tenet Inn.
in c.cum bonæ, de ẽta. & quali. vbi dicit, ꝙ vigore huius di-
ctionis, diſpoſitio præambula non vitiatur, ipſo iure, adue-
niente caſu,ſed opus eſt noua diſpoſitione,vt puta ſi clericus
eſt ſuſpenſus, quouſq; ſatisfaciat, nam ſecuta ſatisfactione
non ceſſat ſuſpenſio,niſi de nouo reuocetur. Ita hic excluſio
facta de filia, quouſq, ſuperuixerit maſculus, aduenientе ca
ſu quo maſculus decedat,non debet filia vocari,niſi expreſ-
ſe fuerit diſpoſitū. Præterea, dicit ipſe, filius maſculus viuēs
31 fuit hẽres patris ſui,&ſic† per additionem deſijt eſſe hæreditas
patris, cepit enim eſſe iuncta cum hæreditate filij, & ſic iam
de hæreditate fiiij eſt tractandum, non patris. l. ſed ſi plures.
§.filio,de vulg.& pup.Et dictum conſilium eſt ſecundum or
dinem meum. l.alias.30.imo ſubdit,ꝙ ita ſemper in ciuitate
Peruſij obſeruatum eſt,licet quidam per ſuas ſubtilitatesve
lint dicere contrarium.Nec obſt.dicit ipſe,authen. hoc am
plius. C de fideicommiſ. vbi hæreditas vni quæſita ex teſtō,
diſpoſitione legis transfertur in alium, non tamen teſtator
efficitur inteſtatus, quia transfertur expreſſe ex diſpoſitione
ordinata,per illam auth.& propter delictum hæredis.Hic ve
ro nihil diſponitur de hereditate poſt mortē filij,ut preſupo
nitur,quia tunc nulli dubium eſſet.Contra prædicta ẽt facit
l.ſufficit. ff. de condi. inde.vbi in dubio actus intelligitur in-
troductus potius,vt ſit perpetuus,quam vt ſit temporalis, &
eſt gl.in verbo, perpetuas.in c. fin.de reſcrip.lib 6.Sed poſſet
reſponderi ad hoc vlti. ex verbis Hoſti. ibi ad noſtrum con-
trarium, ꝙ.l.ſufficit, loquatur de condi.inde.quæ habet uim
reſtitutionis, cum ſoluens indebitum videatur ſe ſpoliaſſe,
vt no. in l.cum is.eod.tit. maxime,quia concurrit error,& ni
hil eſt tam contrarium conſenſui,q̃ error.l.ſi per errorem.ff.
de iuriſd.om.iud. Et ibi facilius inducitur.ꝙ exceptio ſit po-
tius perpetua q̃ temporalis ad repetendum indebitum, quæ
ratio militat in caſu noſtro potius pro filia, q̃ cōtra eam&c.
32 †An autem ſi pater faciat teſtū,& in eo leget dotem filiæ ex
cluſæ a ſucceſſione.ꝓp maſculum,poſſit in tali legato appo-
nere conditionem, vt ꝙ poſt mortem filiæ illud legatum re
uertatur ad hæredes ſuos.Et vr̃ ꝙ non , quia licet dicto caſu
nō cogatur pater relinquere filiæ legilimam,quia legitima
eſt portio eius,quod debetur ab inteſtato in l.cum quæritur.
C.de inoffi.teſt,& a ſucceſſione inteſtati eſt excluſa, cogitur
tñ eam dotare,& poſtq̃ nupſit, iam eſt impleta conditio.quę
inerat ex mente ſtatuti, vnde ſolu.matrimonio, ꝙ dos reuer
tatur ad patrem,non eſt ex verbis ſtatuti,vel ex mente.Vnde
vr̃,ꝙ perpetuo debeat eſſe apud mulierem vel eius hæredes,
ſicut legitima, cuius loco videtur dos eſſe adiecta.l.2. §. ſed
vtrum. ff.de mino.& l.quoniam nouella.C. de inoffi.teſtam.
Sed in legitima non pōt apponi conditio.l.quoniam in prio
33 ribus.eo.tit.Sed dico, quod dicta†dotatio nō iudicatur a pa-
ri cū legitima, quoniā ipſa legitima debetur pure, ſed dota-
tio ſub ꝯdōne,ſi ſequatur matrimonium, aliter nō tenetur
dotare,&c.Item legitima hẽt perpetuam cauſam,ſed dos du
ratiuam ſolū, quouſq; viuit filia,vt poſſit nubere,poſt mortẽ
vero eius non debetur dos, & ſolutus eſt pater a dicta obliga
tione. Vnde pōt diſponere,ꝙ poſt mortem filię redeat ad eū
vel eius hæredes, & imputet ſibi maritus, qui dotem cū tali
conditione recepit, & uidetur hoc probari expreſſe in l.ſi.§.
pe.de leg.2.Nam etiam de iure cōmuni pater cogitur dota-
re filiā.l.qui liberos.ff. de rit.nu.l.ſi. C.de dotis promiſ.& hoc
officio iudicis, nō iure obligationis,vt dixit gl.in l.ſi ſocer.§.
Lucius.ff.ſol. mat.Et tñ pōt pater grauare filiā,ut dotẽ, quā
ſibi neceſſario tradidit,faciat ad aliū poſt eius mortem deue
34 nire d.§.pe.&c.† Et ꝙ dos nō ſit ltīa, licet in ea cōputetur de
iure cōi,patet,qa illa dētur poſt mortē patris, dos vero ēt in
vita,legitima aſit nō dētur in vita l.1. §.ſi qs impuberi.ff.de
colla.bo. Nec pōt cogi pater ad ſoluēdū cōdēnationē filij fi
ſco pro eo,qđ expectet eā hr̃e poſt mortē ſuā.Et notabiliter
dicidit Gul.de cu.quem ſequuntur Doct.in l.ſi qua pęna. ff.
de his,qui ſunt ſui.Imo ſit dubium, vtrum ſtatutū municipa
le valeat,ꝙ pater teneatur ſoluere, de quo per Bar.in l.cū fi-
35 lius.ff.de ver.ob.†Item,quia,vt dixi legitima eſt portio eius,
qđ debetur ab inteſt.& ab illa cauſa eſt excluſa,ergo nō pōt
eſſe legitima. Quod aūt poſſit cōditionem apponere,tenuit
etiam Bar.in l.Titio centū.in §.Titio genero.de condi.& de
mon. Si vero per ſtatutum filia nō excluderetur a ſucceſſio-
ne patris, propter exiſtentiam maſculi, tunc dicta conditio
reſolutiua potuiſſet apponi, quatenus haberet vltra legiti-
mam,vt notat Bar.in d.§.pe.ſecundum Dyn.& in l.a filia.ff.
ad Trebel.& Cy.in l.vnica.§ videamus.C. de rei vxo. act. &
Io.And.in addi.Spec. de inſtru.edit. §.vt autem.in addi.quæ
36 incipit alia quæſtio.& Bal.in d.l.quoniam nouella.† Ex quo
infertur,ꝙ maritus recipiendo talem dotem ſimpliciter,di-
ceretur recipere cum illa conditione appoſita, & illi aſſen-
ſiſſe recipiendo ſimpliciter.c.nuper.de dona. inter virum &
vxo. Ibi res datæ in dotem,aut donationē propter nuptias,
manſerunt cum cauſa illa,quæ ipſis ineſt & l.Gaius.ff.de ma
numiſ.ff.de ſer.ru.præd.l.via cōſtituti.§.ſi fundus,ff.de pign.
ac.l.ſi conuenerit.§. ſi fundus.& ita conſuluit D. Pau.de Caſ.
in cōſ.42.Sed ego non arbitror patrem poſſe apponere con
dōnem in dote filiæ,qñ præſupponeretur exclu ſam eſſe per
ſtatutum a ſucceſſione propter dotem,quæ tūc ſuccedit lo-
co legitimæ,ꝙ ſic ſucceſſionis,in qua legitimę nō pōt appo
ni onus l.qñ in prioribus.C,de inoffic. teſta. Quid aūt ſit de
iure communi,vltra prædictos reperio Io.And.in addi. Spe.
de inſtr.edi.§.vt autē.in fi.qui dicit hęc verba, fuit quæſtio,
37 ob quam diſputauit do.me.in legibus,†an pater qui ſimpli-
citer dedit dotem pro filia.i.non eſt ſtipulatus illā reddi ſibi,
ſed inſtituit illam in dote,uel rebus alijs,poſſit illi ſubſtitue-
re in dote,& tenuit quod in dote,per fideicommiſſum ſub-
ſtituere non poſſit poſt tempora pubertatis. nec ſequitur ſi
poteſt inſtitui, ergo & ſibi ſubſtitui. hoc patet in debito iure
naturę.C.de inoffi.teſta.l.quoniam.& Dy.in l.1.tenet ſubſti-
tutio,cum in poteſtate ſit filiæ adire.ff.de hære.inſt.l.iam du
bitari.ſi ſubſtituit per fideicommiſſum , & filia habet vltra
bonorum debitum ſubſidium,tenet in eo,quod plus eſt, de
leg.2.l.fi.§.filio.ſi non habet vltra,non tenet,per d.l.quoniā.
hoc dictum Dy.primo fuit Cy. C.de rei vxo.ac.l videmus.di
cit Io.And. ꝙ per hæc uerba non ſoluitur quæſtio, qñ dos ex
cederet legitimam, cū quæſtio formetur.de inſtituta in do-
te,& in rebus alijs,niſi intellexerit etiam in illo exceſſu ſub-
ſtitutionem tenere, quod non patet patre nō ſtipulante, ſe-
cundum eum.Et quoniam dixi ſ.vtrum ſi filia ſemel exclu
ſa ſit a ſucceſſione propter exiſtētiam maſculi,ſi poſtea ma-
38 ſculus deficiat, amplius admittatur ad ſucceſſionē. †Videa-
mus in ſucceſſione ꝯ teſtamentum,an ipſum rumpat, ſi pa-
ter faciendo teſtamentū,ipſam prætereat, hoc eſt non inſti
tuat, vel exhæredet,dato ꝙ uetante dicto ſtatuto ab inteſta-
to ſuccedere non poſſet,& ſic dato ꝙ ab inteſtato non ſucce
dat,tamē ſi fiat teſtū,debeat inſtitui uel exhæredari. Et hęc
queſtio habet tria capita. Primum eſt, an ſtatim poſt mor-
tem patris,poſſit dicere teſtamentum nullum,uel ipſum rū
pere.Secundum eſt,ſi maſculus prædecedat,cuius contem-
platione eſt excluſa filia,teſtamentum rumpatur,ſicut rum
pitur natiuitate poſthumi prætериti tempore teſtamenti.
Tertium eſt, vtrum ſi rumpat,rumpat vt ex nunc, an vt ex
retro.Et circa primum caput Barto in l.fi.verſi.quæro quid
ſi iſta filia fœmina.ff.ad Tert. cuius opi. ſecutus fuit Gul. de
Peru.gener Barto. & pater Domini Saluſtij in quodam ſuo
ſolenni conſilio,quod in materia iſta compoſuit, & refert
Pet.de Ancha. in quodam ſuo conſil.quod incipit, In Chri-
ſti nomine, Amen.Hæc quæſtio iam vulgaris dici poteſt.&
Bal.in l. ſi quis poſthumos.in §.ſi quis filium.de liber. & po-
ſthu & plenius.in l.ſi quis filium.C.de inoffi.teſta. & pleniſſi
me in l.maximum vitium.in ſecundo notabili,de libe.prę-
teri.& Moder.in l.Gallus.in §. & quid ſi tantum.ff.de lib. &
39 poſth.dederunt theoricam,ꝙ† ille filius nō poteſt rumpere
teſtū,qui non poteſt ſuccedere ab inteſtato,per l.1.§.pen.de
contrata.quia ruptura deducit rem ad cauſam inteſtati.Sed
iſta filia vetante dicto ſtatuto non ſuccedit ab inteſtato,er-
go &c.Et ita videtur notaſſe Bar.in illo.§.& quid ſi tū. in q.
quæ incipit.Ad declarationem præſentis dubij, & Angel.in
l.certum.C.vnde cogna.& in l.filiæ dotem. C.de colla.ſicut
dicimus de poſthuma,quæ antequam naſcatur,non rumpit
teſtamentum.Et ita intelligatur gloſ. in l. antiqui. ff. ſi pars
hęre.pe.Sed cauſa,quare filiæ prætеritæ dicunt teſtamentū
40 nullum,ponitur in l.maximum vitium.§.ſancimus, †cum
tamen admittantur ab inteſtato, congruum erat eas in te-
ſtamento paterno nominare,aliter eis fieret iniuria.l. Papi-
nianus.§.quarta.ff. de inofficio, teſtamen. Iſtam theoricam
primo limita,vt procedat,quando filia per ſtatutum exclu-
dit extantibus maſculis ab inteſtato,nec paterfamilias teſtā
do aliquid egit ꝯ tacitam mentem ſtatuti,imo potius obtē-
perauit ſtatuto,vt ſi extantibus filijs maſculis vel agnatis ex
cludant fœminę per ſtat. & inſtituant in teſtō tales filij, vel
agnati,& prętereat illa fœmina excluſa.qa ius dicendi nul-
lū proximū eſt additioni hereditatis l.ſuus hęres. C. de repu.
hære.l.cum quidam.ff.de bono.poſ.& Bal.in conſi.quod in-
cipit, ſtat.ciuitatis Peruſij cauet, ꝙ mulier.quia ſtatutum ex
cludit filiam fauore agnatorum,ita ꝙ pater teſtando nullā

iniu-

Source : BIU Cujas

iniuriam fecit filiabus, vt pote excluſis ſm Abb. ſic. in quo dam ſuo conſilio, quod incipit, Idem in effectu arbitror. pro quo facit, ꝙ iſta iniuria fuit ſublata per ſtatutum, ergo &c.
41 Per l. non putauit. §. fi. de contratabulas. quia† ſublata cauſa cauſante nullitatem dicitur ſublata nullitas, per notata per Bart. in l. 2. §. fi. ff. de don. Et per Canoniſtas in c. cum ceſſante de appella. pro hoc facit, quia quando datur vnum beneficium contemplatione alterius, ſi tollitur vnū, tollitur aliud
42 l. filio. §. mater. ff. de adi. leg & †quando duorum vnum, venit in conſequentiam alterius, facta mutatione in principali, intelligitur facta in alio, quod uenit in conſequentiam l. 2. & ibi no. ff. de legi. tut. Non eſt autem dubium, ꝙ mens ſtatuentium eſt, illa, quæ principaliter debet attendi. gl. eſt in l. tale pactum. §. fi. ff. de pac. & alia glo. eſt in cle. 1. in verſic. pre ſidentes. de reſcri. no. Dy. in regula fi. li. 6. no. Bal. in proe. feu. vbi dicit ꝙ eſſentia ſtatuti conſiſtit in mente ſtatentiū. hinc eſt quod dicitur, ꝙ ratio legis, eſt anima legis, vt not. in l. cū mulier. ff. ſolu. matrimonio. Sed ratio in caſu noſtro fuit ex-
43 cludere feminas fauore agnatorū. † ergo eatenus preteritio rumpit teſtamentum, quatenus poſſunt ipſæ mulieres admitti, & quatenus ruptura illis ꝓdeſſe poteſt. Pro hoc eſt tex. optimus in l. ſi duobus. §. ſi prius. ff. de contratab. & l. ſi duo. de lega. præſtan. in l. ſi filius, qui in poteſtate. de lib. & poſth.
44 †Sed quando pater non ſeruaſſet mentem ſtatuti, vt quia p̄terijſſet filiam, licet excluſam abinteſtato, cui legaſſet, ponamus dotem, & inſtituiſſet ſibi matrem vel ſororem, contemplatione quarum non erat filia excluſa a ſtatuto, fecit tunc pater iniuriam filiæ contra mentem ſtatuti, ſecundum di-
45 ctum dominum Abba. in dicto conſilio † vbi enim aliquid conceditur contra ius ex aliqua certa cauſa, durat illud conceſſum ad limites illius cauſæ, vnde ea ceſſante, ceſſat conceſſio. c. deus. qui. de vi. & hone. cle. l. generaliter. C. de epiſc. & cleri. canonizata 16. queſtione prima. generaliter. l. cum pater. in §. dulciſſimis. de lega. ſecundo. habent enim ſe lex & ratio legis, vt anima, & corpus. Sicut enim corpus regitur ab anima, ita lex a ratione ipſius, vt ibi & in d. regula fi. & in d. l. cum mulier. & Bald. in d. l. maximum vitium. & in l. ſcire oportet de excu. tuto. & per docto. in l. non dubium. C. de
46 legi. † Non enim credendum eſt ſtatutum voluiſſe dare poteſtatem patri excludendi filiam, cui de iure naturali debētur bona paterna. l. cum vero. de bon. dāmna. l. ſcripto. in fi. ff. vnde lib. & in l. in ſuis. ff. de libe. & poſthu. & inſtitnendi ſororem, aut matrem, argu. l. 3. ver. nam licet. C. de bo. mater. Pro domino Abba. facit, ꝙ filius vel agnatus excludit fœminam iure ſpeciali, ergo non eſt trahendum ad alias perſonas quibus ſtatutum noluit prouidere. Pro hoc accedat, quod notat Bald. in d. l. maximum vitium. vbi dicit, quod priuilegium, quod ius tertij abſorbet, conceſſum limitate, reſpectu certæ perſonæ, non extenditur vltra illam, l. non ſolum. §. ſi puellæ. ff. de rit. nu. Secus ſi ex tali priuilegio nullus læderet, quia fieret facilior interpretatio & facilior trāſitus, quia tractaretur tunc de mero fauore, vt nota. in l. reſcripta. C. de p̄cib. imperato. offeren. & inducit hoc ad materiam cuiuſdā
47 ſtatuti. †Et quia quando ſtatutum corrigit ius cummune, illa correctio non debet habere locum, niſi in perſona expreſſa l. ſecunda. C. ſi vnus ex pluribus appel. l. in ijs. ff. de legib. &
48 nota. in authent. quas actiones. C. de ſacroſan. eccleſijs. †Sed contra prædictam limitationem fortiter opponitur, quod imo talis filia præterita, & cui eſt relicta dos, & mater inſtituta, aut ſoror, nihilo relicto agnatis, quorum contemplatione excluſa eſt dicta filia, non admittatur ad rumpendum tale teſtamentum, cum ex tali ruptura nullum commodū conſequatur, quia vigore dicti ſtatutti ſuccedent agnati rupto teſtamento, & non ſuccedet ipſa filia, quanquam excludat matrem defuncti, vel ſorores inſtitutas. Nam nō dēt qs admitti ad rumpendū teſtm̄ vt alteri noceat, & ſibi non proſit, per capitu. cum eccleſia Vulterana. de electio. per l. primam. ff. de aqua plu. arcen. & per l. qui vias. ff. de dam. infect. Sed poteſt ſaluari & recte, quod imo filia iſta conſequetur maius cōmodum ab inteſtato, quam vigore teſtamēti, quia vigore teſtī habet duntaxat dotem ex voluntate patris, tacita, vel expreſſa. Sed ab inteſtato quicquid appetit. Primo, qa ſatis quis lucrat̄, qui ſatisfacit voluntati ſuæ, & iniurię ſibi facte l. pe. ff. de condictio. ob cauſam. vel ſecundum dominū Salyc. in vno ſuo conſilio, quod incipit In Chriſti nomine, amen. preſens ꝓſultatio. poterit vendere illud beneficiū rūpendi, heredi ſcripto, per l. filio. §. idem Rubriano. ff. de contrata. Vel ſi uellet rumpere, & dicere nullū vt faciat ſuccedere agnatū, quē forte magis diligit, vel q forte eſt affinis eius, & cum quo ſe intelligit. Item ad hoc facit l. ſi filius, qui in poteſtate. ff. de liberis & poſthumis. vbi filius rumpendo ſecundum teſtamentum, in quo erat præteritus, non prodeſt ſibi, ſed inſtituto in primo, in quo erat exhr̄datus. Præterea, dela
ta hæreditate agnato & ſic alteri, quam filiæ per rupturam teſtamenti, forte ille non acceptabit, vel non poterit adire, vel non adibit in termino iuris, arg. l. ſi poſthumus a primo.
49 ff. de liber. & poſthum. †Rurſus licet hic mulier excluſa ſit a ſucceſſione inteſtati, tamen poterit proponere contratabulas, adita hæreditate per matrem, vel ſororem, hæredes ſcriptas, quoniam quādo contratabulas intentatur, poſt aditam hæreditatem, non deducit rem ad cauſam inteſtati, licet ſecus, quando intentatur ante gl. eſt in l. vt liberis, & l. filię. C. de collationi, per quas gl. in proprijs terminis tenet Ang. in d. l. filiæ, & Bal. in l. ſi emancipati. eo. tit. quod ſi ſtatutum dicit, prout dixi, ꝙ filia fœmina non ſuccedat ab inteſtato, ſuperſtite maſculo, ꝙ quamuis filia præterita, non poſſit dicere teſtamentum nullum, †nullitas deducat rem totaliter ad
50 cauſam inteſtati, tamen poterit contratab. poſt aditam hæreditatem, & facta contratabutatione ſuccedit, cum tunc non ſimus in ſucceſſione ab inteſt. a qua filia excluditur per ſtatutum, ſed in ſucceſſione contra teſtm̄, de qua ſta. nihil dicit. diuerſum enim eſt ius rumpendi, a iure dicendi nullum. l. quemadmodum, & l. qui de inofficioſo. ff. de inof. teſta. ubi dicitur, ꝙ ſi querelauit & expugnauit teſtamētum poteſt dicere, nolo ſuccedere. Pro Dom. Saluſtio. facit id, quod in ſi-
51 mili dicitur, †ꝙ excluſus a poteſtate dicendi ſententiam nullam, non dicitur excluſus ab app. nec econuerſo, cum iſta re media ſint diuerſa. Quinimo aduerſa, quia ſententia nulla, non eſt ſententia. l. quarta. §. condemnatum. ff. de re iudicata. Et ſnīa, a qua appellatur, eſt ſententia. l. præſes. eo. tit. Sed eſſe nullam, & non eſſe nullam, ſunt ꝛria. Et ꝙ excluſus ab vno ex dictis remedijs non dicetur excluſus ab alio, eſt gl. in l. vnica. C. ſi de momenta. poſ. fue. ap. Contratabulas autem, per quas rumpitur teſtm̄ preſupponit teſtm̄ validum ipſo iure. Caſus eſt in l. quod vulgo. ff. de contratabu. quia per eam non rumperetur teſtamentum, quod nō valeret mero iure. l. nam & ſi ſub conditione. §. poſt defectum. ff de iniuſto rup. ir. fa. teſtamento, & capi. ad diſſoluendum, de deſpon. impube. & quod ius inteſtati non præſeruetur per contratabulas, qñ eſt iam adita hæreditas, patet, quoniam ſi inſtitutus ex parte modica, hæreditatem, adeat, & ſic iudicium defuncti comprobet, certe præteritus habebit contratabulas in totum, nec cōſeruabitur ius inteſtati, textus eſt rotundus in l. ſi duobus. §. ſecundum illud, verſic. quod ſi is. ff. de contratabu. & ff. de leg. præſtan l. filium. §. ad eum, & plenius in l non putauit. §. finali. &c. †Sed circa hoc primum caput huius quæſtio
52 nis, vtrum filia excluſa per ſtatutum a ſucceſſione inteſtati, per exiſtentiam agnati debeat per patrem inſtitui, in teſtamento, vel exhæredari, non autem præteriri, dato quod inſtitutus ſit agnatus, cuius contemplatione ſolum excluſa eſt filia abinteſtato, reperio quod inſignis doctor dominus Petr. de Beſutio, papien. in quodam ſuo conſilio, quod incipit, Stat. dubitatio, recitat, ꝙ Bal. in repe. l. in ſuis. ff. de liber. & poſthu. & in repe. l. pater filium. ff. de inoffic. teſtam. dixit, quod ideo filij præteriti dicunt teſtamentum nullum, ſine
128 cer. quanti. †quod intellige si filia sit honestæ vitæ, alias non tenetur pater eam dotare, vt notabiliter dixit Bal. in l. fin. C. de spon. ne tantum habeat luxuria quantum castitas, vt in auth. de resti. & ea quæ parit in fi. cum adhuc illud procede ret de iure cummuni, secundum quod licet non habeat do tem, tamen succedit patri vna cum masculis. Sed stante hoc statuto, ꝙ non succedat, sed debeat dotari, clarissimum, & æquissimum ur̃, ꝙ dotari debeat, ne careat utroque, quia sta tutum eam excludens propter dotem, uidetur velle ꝙ omnino eam habeat, & maxime si statutũ disponit, prout dispo nit hic Paduæ, ꝙ bona hæreditaria sint obligata ad dotan dum eam, vel ipsi masculi sint obligati. †Et sic non officio iu
129 dicis peteretur, prout de iure communi peritur, iuxta gl. in l. si socer. §. Lucius. ff. sol. matrim. Sed condictione ex statu to, quæ fortior est & potentior, iuxta not. in l. cum postulas-
130 sem. ff. de dam. infe. †vbi quis tenetur officio iudicis, & non constituitur in mora per interpellationem extraiudicialem sed per lit. contesta. tantum, licet secus in eo, qui tenetur iu re obligationis. contra quem sufficit interpellario, etiam ex traiudicialis, vt no. in l. qui Romæ. §. quotiens, in parua glo.
131 de verb. obli. & in l. si ex legati causa. eo. tit. &c. † Sed an filia in congrue dotata a patre, vel a fratre possit agere a supple mentum dotis congruæ Et Bal. in d. auth. res quæ arguit pri mo, ꝙ sic, argu. illius authẽ nisi in specto tempore dotationis fuisset congrue dotata, per notata in simili per Iac. Butr. in l. pactum. C. de colla. Sed ipse Bal. tener contrarium, ꝙ debeat stare contenta cuicunque doti Et licet sit iniquum, & nimis rigorosum, non tamen contra bonos mores, ideo seruandũ. l. prospexit. ff. qui & a quibus. & per not. per Cy. in l. publico. C. de adul. Et ita dicit consuetudine seruari. Pro Bal. facit, ꝙa si est assignata legitima per patrem filio volenti, & postea crescant facultates, vel ipse filius ludat, eam non põt petere sibi augeri, per not. per doct. in l. si quando. §. 1. C. de inoffic. testamen. maxime per Bal. Sed ego reperio, ꝙ idem Bald. te nuit ꝛrium in duob. locis, scilicet in l. si non mortis. ff. de in-
132 offic. testamento. & in l. fin. C. de dot. promis. †Sed mihi vide tur primum verius esse, quod inspiciatur tempus dotationis, dato, ꝙ creuerint facultates si dotatio facta fuit secundum conditionem personarum, quæ potuerunt reperiri. Et secun dum morem loci tunc vigentem, iuxta. l. quæro. ff. de iure do. & l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxali. Vnde licet hęre ditas ex post facto fuerit aucta, & propter valorem hæredita rium rerum auctum pretium sit, vel propter animalia aucta ex grege, in quo consistebat hæreditas. nã vr̃, ꝙ tale augmen tum non debeat grauare hęredes in augendo dotem iam da tam, quæ tunc tpis, qñ fuit data, erat competẽs. Et probo ẽt. nã si hęreditas postea fuisset diminuta, certe nollet mulier, ꝙ talis diminutio diminueret dotem iã sibi datam, quæ tũc temporis, qñ fuit data erat competens, vnde mulier vel eius hęredes non debent admitti ad petendum, cuius contrariũ
133 non fuissent postulaturi. Ita dixit tex. in l. pen, C. de solu. †Si cut ẽt augmentũ vel diminutio hæreditatis contingens post mortem defuncti, non auget vel minuit legitimam filiorũ, vt habetur in l. lege Falcidia mortis seruorum. ff. ad leg. Falc. Et ita nec minuit nec auget dotem quæ in locum legitimę succedit. l. sancimus. C. de nup. Quia considerari debet tem pus dorationis coniunctum cum tpe mortis testantis. Repe rio autem in hac quæstione vltra prædicta Do. Paul. de Cast. cons. 206. in secundo articulo dicẽtem, ꝙ si mulier inspecta quantitate bonorum patris etiam, si non habuerit congruã dotem tẽpore dotationis, non videatur patri referenda qõ, ꝙ non sit competenter dotata, cum ipse melius quam alius consilium sciat pro liberis capere. l. nec in ea. ff. de adul. Et il lud quod competens visum fuit sibi pro filia, non debet uide

Source : BIU Cujas

ri alteri incompetens, arg.l.furioso puberi. in fi.ff.de cura.fu. Sufficit.n. ꝙ sit dotata, nec debet redargui ab aliquo, cū nullus amor vincat paternum.l.fin.ff.de cur.fur. Sufficit.n. ꝙ sit dotata, nec est curandum de quanto, ar. eius quod in simili nota.ff.ne quis eum, qui in ius vocan.est. l.pe.in fine per glo. hoc tamen dicit verum esse Do. Pau. nisi tam ex magno excessu appareat manifeste contrarium. Ita ꝙ dolus patris possit redargui, arg.ff.pro socio.l.vnde si Neruæ.cum l.seq. Sæpe enim parentes maligne se habent erga filios. ff.de inof.test. l.4. Quid enim si diues de decem milibus ducatis vnam hñs filiam daret in dotem sibi ducenta vel relinqueret sibi ducẽta pro dote fratre instituto, cum inspecta quantitate bonorū & cõditione personæ bene meretur duo milia, certe manifeste apparet indiscreta dotatio, cui non erit standum. In dubiõ aũt præsumetur pater discrete & conuenienter, nec fiet subtilis indagatio in dotatione per eum facta non sic qñ fieret ab alio quam a patre. & hoc totum relinquit D.Pau.arbi-
134 trio bonorum virorum. †Sed quæro, an stante statuto quod extante masculo, filia fœmina non succedat, nepos ex ea, vel alij cognati vlteriores, de quibus nulla facta est mẽtio in statuto, excludantur. Et Io.An.in addi.Spec.de succes.ab intest. super rubr.refert quæstionem, quæ fuit Iac.de Are.disputatã per eum, quæ incipit, statutum &c. Qui Io.An. voluit ꝙ tale statutum extendatur de persona ad personam, vbi subest eadem ratio, & sic de filio ad nepotem, & de filia ad neptem,
135 †quia vbi ratio statuti vel consuetudinis subest, debet habere locum statutum uel consuetudo, secũdum eum, in l.1. C. quæ sit lon.consue. & ff.de legi.l.de quibus. Et licet Bar.in l. liberorum. ff.de ver.sig. Reprehendere videatur prædictam rationem, dicens quod illud est verum, si prędicta ratio fuerit expressa in statuto, quia tunc extenderetur ad omnem casum, in quo vigeret dicta ratio, etiam si veniat ad correctionem iuris cõis.l.his solis.C.de reuo.dona. Secus, quando non est expressa, quo casu per identitatem vel similitudinem rõnis nõ debet induci legum correctio, iuxta no. in auth. quas actiones. C.de sacros.ecc. Et pro Bar. facit illud, quod dicitur quod per repetitiones & subauditos intellectus, non fit legũ correctio, vt dicit gl. notabiliter in verbo, petere. in c.cupientes. §.quod si per viginti.de elec.li.6. quia ubi est contraria expressa dispositio, debet cessare tacita, quæ insurgit, per identitatem rationis.l, cum ex filio. ff.de vulg. & pup. nisi contrarius ille casus haberet contrarium vsum longi temporis, qa tunc etiam per tacitum sensum inducitur legum correctio. l.de quibus in fi.ff.de legi. vbi per tacitum consensum populi denegatur lex. Sed idem Bar.in l.2 §. videndum. ff.ad Tert.
136 dixit quod † ex capite inuitatiuo masculorũ, excluditur nepos, & alii cognati, non ex capite exclusiuo fœminarum. Bal. in l.maximum. C.de lib.prete. prefatam rationem correctionis non euitandæ, quæ fuit Ia.de Are approbat, dicens quod ubi non potest nisi vna ratio assignari super eo, de quo disponit statutum, talis ratio habetur pro expressa, gl.est in l.quãuis. C. de fideicom. Sed in tali statuto excludente fœminas ꝓp masculos, non potest alia ratio assignari, nisi illa ut familiarum salua sit dignitas, de qua in l.1.ff.de uen.in pos.mit. & notat Bar.in l.Titio centum. §. Titio genero. pe cond. & demõ. Quę quidem statuta concernere videntur publicam vtilitatem, ad quam pertinet masculinam prolem habere paternas & auitas diuitias, prout dicit Ia.de Are.in d.q. & Io.And. vbi supra, & Cy.in l.1. C.de adul. nec est nouum per naturalẽ æquitatem derogari alteri naturali ęquitati.l.ita vulneratus ff.ad legẽ Aquil. quia per masculinam prolem conseruatur æterna memoria familię.d.l.liberorum. & no.Bal.in l.certũ. C.vnde cogna. Talia enim statuta sunt bona propter bonũ publicum, licet non æqua.ff.de iust. & iu.l.1. circa prin. in gl. quæ incipit, hic pater.in fi. Constat autem, quod quando ratio exprimitur in statuto, trahitur ad alium casum, quam expressum.d.l.his solis. & gl.est ordinaria in cle.1.in verbo, eligatur.de elect. & Bal.expresse in illa auth.quas actiones. Pro quo facit tex.in l.emptor. §.fin. ibi, si ratione reddita. ff.de rei uend. & ff.de usu.l.in fideicommissi. §.cum Pollidius. nec dicitur tunc fieri extensio de casu ad casum. Quia vt subtiliter dixit Bal.in l.de quibus. & fuerunt verba Pet. & Cy. in l. iura
137 non in singulas.ff.de legib.in lectura, quod †quando in pluribus casibus eadem est ratio, illa decidit omnes casus nõ per extensionem. imo sicut genus comprehendit species, sic generalis ratio expressa comprehẽdit diuersas species casuum emergentium. Sed qñ non sunt rationes differentes specie, tamen similes, tunc est extensio, & quędam progressio de termino ad terminum per adequationem seu paritatẽ. Ista fuerunt uerba pulchra, vera, & subtilia. & hoc vltimo casu loquitur glo.in auth.quas actiones. quam allegat Bart.nam fauor publicus & ecclesiæ, sunt species non sub eodem genere, imo pares & similes. ideo licet l.fi. C.de sacros.eccl. super qua est posita illa auth. corrigatur per illam auth. inquãtum loquitur ille tex. de pio & ecclesiastico loco, quia non propterea corrigitur inquantum loquitur de publico, qa esset extẽdere legem correctiuam de vno casu ad aliũ, q nõ sunt sub eodem genere & sub eadem ratione, quanq̃ sint similes. Male ergo allegatur illa glo.in illa auth.qd per identitatem rationis, non debeat induci legum correctio, qa illa gl. hoc nõ dicit, sed debet allegari ꝙ paritate vel similitudine rationis non inducitur correctio. Et hoc voluit Cy. post Pe.in l. quod uero contra. ff.de legi. ꝙ vbi est eadem ratio numero, non dicitur fieri extensio, sed ex virtute eiusdem statuti determinatur, & oritur directa, licet deficiant verba. facit.l.de pupillo. §.si quis riuos. ff.de no.oper.nuntia. & C.de reuocã. do.l.si solis. C.de indic.vidui.tollen.l.2.ff.ad Macedo.l.filiũ.
138 †Statutum ergo excludens filiam propter masculum censetur excludere neptem postquam radix est exclusa, in quẽ nepte est eadem ratio exclusionis vel maior, vt dicit Bal.in d.l. de quibus. & Cy.post Nico.de mat.in l.1.C.quæ sit long.cõs. Et secundum prædictam rationem & intellectum, quẽ dedi ad auth.quas actiones. debet intelligi gl. in verbo Italiæ. in c.1.de tempo. or.lib.6. Bal.in l.quod vero. præallegata, vtitur his verbis, ꝙ si quæritur an si dicat statutum prædictum, quod filia dotata non succedat, & quæratur quid in nepte, Et arguit quod prima facie uidetur, quod succedat. nam statutum illud sctiptum est in personam filiæ, ergo non includit neptem, quia neptis dicitur filia solum abusiue, quæ abusio & impropriatio non cadit in statutis, vt in jurib. vulgaribus Nam secundum propriam significationem seu diffinitionẽ filię, neptis non est filia, quia non est nata ex iustis nuptiis aui Nec concernunt ea, de quibus in l. filiũ diffinimus. ff.de his, qui sunt sui vel alie.iur. Sed est nata de patre suo, ſ. de pa.pot.in fi. & in auth.de testi.l.filiuſ. §.manifestum. In ꝟrium facit, quia hoc statutum est factũ fauore domus, i.agnationis. Ergo inspecta ratione statuti, est reale & non personale. Item maior est ratio exclusionis ī nepte, quam in filia C. de bo.mater.in l.si viua. §.in nepotibus. Item statutum prouidet generi masculino, vnde licet non extet filia, durat prouisio, ar.inst.de leg. §.si quis ancillam. & C.de natu.li.l.cũ quis.
139 †Nam persona, quæ excluditur, nunquam est in causa fauoris, sed persona, quæ includitur, ergo debet attendi tanquam propria causa principalis, arg. no. in l.sed si hoc. §. fi.ff.de in ius uocan. hanc opinio. tenuit Richar. Malum. quia hoc statutum non dicitur extendi, cum includat agnatos dispositiue. Itaq; ex parte agnatorum nulla est extensio. Item, nec est
140 extensio inquantum excludat. nam †nomen, filii, potest applicari nepoti, quasi sit generale nomen descendentium. ff.de hęredibus institu. l. Lucius. de verb.sig. liberorum. Item ueri simile est statuẽtes hoc sensisse, per gl. in l. tale pactum. in fi. ff.de pact. Et quando mens & verba repugnant, standum est potius mẽti l.talẽ. in fi.ff.de hęr.inst.l.nominis & rei. §. verbũ ex legib. ff.de uer.sig. Idem tenuit ipse Bal.in l. fi. C. de in ius
141 vocan. Idem in l. Nesennius. ff.de neg.ge. vbi dicit, ꝙ † statutum excludens matrẽ excludit auiam. Idem tenuit in l.si vero. §. de viro. ff. soluto. matrim. Et idem Ioannes de Imo. Idẽ tenuit Bal.in simili in emphyteosi in auth.si quas ruinas. C. de sacrosanctis eccl. Sed ego reperio eundem Bald. tenuisse contrarium in l.illam. C.de colla. quia sicut exhæredatio hominis non porrigitur ad filium præteritum, & de quo nulla est facta mentio. Ita nec exclusio legis, cum pariter vtraq; sit odiosa, ergo &c.l.1. §. queritur. ff.de ven.in pos.mit. Propterea tale statutũ hoc non dicit, ergo nec dicere debemus nos l.si seruum quis. §. non dixit ff.de acquir.hær.ed. nec nos illud ampliare dẽmus, vt in d. §. de viro. Et dicit videri casum in il Ia. l.illam. de colla. Non obst. dicit ipse, prima ratio Barto. in d. §. videndum, quia concedit ꝙ statutum defert successionem in prędiudicium matris, sed non in prędiudicium aliorũ. Non obstat alia ratio, ꝙ contemplatione agnatorum iure excludatur. Ergo debent omnes alij excludi, qui non sunt agnati. Et hoc saltem ex capite inuitatiuo, licet non ex capite exclusiuo. Quia dicit Bald. quod iste fauor est respectu matris, non absolutus respectu aliorum. Item secundum eum determinatio Bar. procederet, quando mater viueret, seu esset in medio. Itaque ius eradicãdum matri transfunderetur in agnatos. Sed si mater est mortua, non potest transfundi. l. qui libertinus. § posthumus. ff.de ope.liber. & quod nota.in authen.matri & auiæ, in prima, g l.versic.item si esset auus. C.quando mu.tu.offi.fun.po. Sed comperio eũdem Baldum distinguentẽ in isto passu, in l.si defunctus. C. de suis & legi. An dicat statutum, siue loquatur expresse inuitando agnatos vel masculos, vt dicat veniant agnati vel masculi & excludatur mater, vel filia. Et tunc ex hoc capite expresse inuitantur, conditionaliter tñ ponuntur, puta extãtibus masculis filiæ non succedant, vel extantibus agnatis nõ succedat mater, & tunc cum non sit caput inuitatiuum expressum, non excludent alii, nisi qui sunt expressi in capire exclusiuo.

Bal.

Source : BIU Cujas

Bal.tñ ibi non loquitur in terminis ſuperioribus proprie. Nã
142 termini ſui ſunt, † an excluſa metre excludatur amita, vbi eſt diuerſa ratio, quam in auia materna, vel aliis cognatis, quia amita eſt de agnatis. Vnde dictum videtur verum in ſe, quod non excludatur amita, licet excludat̃ mater vel auia materna uel alii cognati. Sed tñ non vr̃ uera conſideratio ſua ſupra dicta, an ſub cõditione vel expreſſe fiat inuitatio. quam tñ differentiam & conſiderationem ipſe idem Bald. ſenſit in l.fi.C.ad Tertul. Nam pariter uidetur dicendũ vtro que caſu, quod videantur inuitati illi poſiti in conditione, ſicut ſi expreſſe, arg.l.ſeruo legato. §.cum teſtator.de legatis. 1. & l.ſi defunctus. nec alii doctores fecerunt hanc diſtinctio nem, cum reuera ſit uerbalis. Et tenenda eſt opi. Iac. de Are. Io. An. Bar. & eiuſdem Bal. in tot locis, de quibus ſupra, quia iudicãdũ eſt de deſcendentib. a matre, quia per illam coniũ gitur & debet eſſe eiuſdem conditionis filius, ſicut eſſet ipſa mater, ſi viueret. d.l.ſi viua matre. Pro hoc tex. in c.1. §.hoc autem notandum. qui ſeu. dare poſſunt. Nec obſt. ſi dicatur. ſtatutum defert hæreditatem maſculis, & iſte nepos eſt ma-
143 ſculus, licet ſit natus ex filia, ergo dẽt ſuccedere. † Quia ſtatu tum debet intelligi de maſculo non deſcendente ex fœmina excluſa, ſed de maſculis non excluſis, ne ſequatur incon ueniens, quod ſi filia viueret excluderetur, & ꝙ nunc nepos ex ea admittatur. & ita in ſimili determinauit Specu. in emphyteoſi in tit. de loca. §. nunc aliqua. ver. 16. & Bald. in l.1.C. de cond. inſer. poſt prin. ibi. Quæro an dicatur decedere ſine
144 filio maſculo &c. † Nunc quæro, ſi dicat ſtatutum ꝙ extantibus maſculis fẽmina non ſuccedat, an debet intelligi tam de bonis maternis, quam paternis, ita generaliter & indiſtincte loquendo, videtur ꝙ non, quia tale ſtatutum. vt in ſuperioribus dixi, debet intelligi ꝙ excludat, ſi ſit dotata, per glo. in l.1.C. de legi. hẽr. Ergo ſi iſta eſt dotata de bonis patris, non debet excludi a bonis matris, quia limitata cauſa limitatũ debet producere effectum. l. in agris limitatis. ff. de acqui-
145 ren. rerum dominio. † & diſpoſitio, ſeu excluſio debet per ſtringi ad caſum, de quo loquitur. l.cancellauerat. ff. de his, quæ in teſtamen. delen. l.ita autem. in principio. §.primo. ff. de admin. tuto. l.Lucius. ff. de fideiuſs. Sed cauſa excluſionis eſt dos, ſeu dotatio. l. qui volebat. ff. de hæredibus inſtituen. Ergo debet reſtringi ad hæreditatem dotantis per iam dicta, poſtquam ſtatutum aliud non diſponit, & hæc vendicãt ſibi locum, ſi ſtatutum ſimpliciter diceret, quod mulier dotata non ſuccedat extante maſculo, vel ſi diceret ſororẽ dotatam, nec diceret vltra. Ita caute loquitur Bald. in d.l. 1. quaſi dicat, ꝙ tunc ſtatum non declarat, a cuius hẽreditate frater vel maſculus excludat ſororem vel feminã, quia de
146 bet reſtringi ad hæreditatem dotantis tm̃. † Si vero ſtatutũ ſpecificaret perſonas, a quarũ hæreditate mulier dotata eſt excluſa, vt ſi diceret, nõ ſuccedat patri, vel matri, vel fratri, vel patruo, tunc dico ꝙ ſi eſſet dotata ab uno iſtorum, puta a patre, ſufficeret hoc, ad excludendum eam etiam aſucceſſione matris, etiam extante maſculo eiuſdem gradus, & ſic etiam fratris & patrui, quia quantum ad dotationem ſeu dotantem, loquitur in rem, dum dicit mulier dotata, nec dicit a quo. Vnde non refert a quo ſit dotata, quantum ad hoc, vt excludatur a ſucceſſione omnium perſonarũ nominatarũ in ſtatuto ff. de petitio. hæredita. l. itẽ veniũt. §. a quo. ff. de cõſti. pecu. l. eũ, qui. §. quod exigimus. ff. de ritu nup. l. palã. §. fi. ff. de acqui. hẽre. l. ſi ſeruum. §. non dixit. ff. ex quibus cau. in poſſeſ. ea. l. hic autem. §. fi. Itentio enim fuit ſtatuti, ꝙ debeat ſtare contenta dote, nec debeat aliquid petere de hẽreditate ſpecificatorũ in ſtatuto. Et ita etiam in dicto caſu debet reſtrictio fieri ad hr̃ditatẽ dotantis, puta ꝙ dotata a patre nõ
147 ſuccedat patri, dotata a matre, non ſuccedat matri. tñ quia verba poſſunt habere largiorẽ ſignificatũ, videlicet, vt dotata a quocunque, nõ ſuccedat alicui prædictorum in ſtatuto nominatorũ, iõ nõ debemus prædictã reſtrictionem facere, ſed intelligere, vt dixi, ꝑ iura s̃. allegata. Et iõ Bal. in d.l.j. nõ ſine miniſterio dicit, ſi ſtatutũ prædictũ nõ diceret vltra &c. † Qñ igitur ſtatutum loquitur generaliter, vt quia excludit mulierem dotatam ab hæreditate aſcendẽtis, nomine aſcẽdentis comprehenditur nõ ſolũ pr̃, ſed etiam mr̃ l.quicunq; §.parentes. ff. de in ius vo. perinde eſt, ac ſi dixiſſet, ab hæreditate patris & matris. quia tm̃ valet genus, q̃tum ſpecificatio ſpecierũ l.ſi duo. in prin. ff. de admi. tu. l. ſi chorus. in princ. de leg. 3. Si diceret ab hæreditate patris & matris, clarum eſt, ꝙ dictũ Bal. in d.l.1. non haberet locum, imo dotatio facta ab vno ꝑdictorũ, excluderet eã a ſucceſſione vtriuſq; per iã dicta. Et quia ſtatutũ prędictũ principaliter habuit reſpectũ ad ſexum maſculinũ, quantũ ad excluſionẽ, nõ quantũ ad dotationẽ, licet ſecundario etiam ad dotationẽ, quod patet, qa ſi propter dotationem principaliter excluderet, requireret ꝙ mulier eſſet dotata tẽpore, quo hæreditas deferretur iuxta l. in delictis. §. extraneus. ff. de noxa. Sed hic, etiam ſi tunc nõ ſit dotata, excluditur a ſuccedendo, ſi extat maſculus, dũ modo poſtea dotetur, ſuperexiſtentia ergo maſculi eſt illa, q̃ principaliter, & prius excludit, ergo non eſt curãdum a quo ſit dotata, dummodo ſit dotata. l.j. C. de inſtitu. quantum ad hoc vt excludatur a ſucceſſione patris, & matris, alias ſequeretur inconueniens. † Pone enim, ꝙ tempore mortis patris
148 mulier non erat dotata, frater vult eam excludere ab hereditate vtriuſque, ſ. patris & matris, dotando eam, habebit ne neceſſe dare duas dotes, vnã de bonis paternis, ut excludat eam a paterna, alteram de bonis maternis, ut excludat eam a materna? certe ſi diceremus hoc caſu locũ habere opinionẽ Bal. dicendũ eſſet ꝙ ſic, quia ſicut dotatio facta a patre de bonis alterius eorum, ut de bonis patris non excluderet eã ab hereditate matris, nec econtra. Ita & facta a fratre de bonis alterius eorũ, & ridiculũ eſſet dicere, ꝙ haberet duas dotes. Nam dotatio non eſt actus reiterabilis ſicut alimẽtatio, vt nota. in l.dominus. ff. de vſufru. Cõcludendũ eſt igitur, ꝙ licet fuerit dotata a patre, tamen excluditur ab hæreditate matris, & ẽt patris, prẽſuppoſito ꝙ ſtatutum prædictũ locũ etiam habeat in materna hẽreditate, poſtquã non ſpecificat a quorũ hẽreditate excludatur, ſcilicet aſcendẽtiũ, ſub quo verbo cõprehendũtur pater & mater. d.l.quicunq;. Nec hoc caſu locum habet dictum Bal. in dicta l.j. ſed ſolum. quãdo diceret, ꝙ frater vel maſculus excludat ſororem vl̃ fẽminã, nec ibi Bal. dicit. Statutum ergo prædictum locum etiam ha-
149 bebit in hæreditate materna, † imo plus dico, ꝙ ẽt habebit locum in hæreditate aſcendentium per lineã fẽmininam. Nec obſtat, ſi diceret ſtatutum, maſculis quibuſcunque per ordinem legitime deſcendentibus ſuccedant maſculi, & nõ fẽminæ, quia non dicuntur maſculi deſcendentes per lineã
150 maſculinam, niſi ſint agnati. † Quia proprie loquendo agnati ſunt illi, qui deſcendunt per lineam maſculinã. inſti. de legi. agna. ſucceſ. §.j. & de legiti. agnat. tut. §.primo. Sed mulier non poteſt habere ſuos deſcendentes agnatos, licet aſcendẽtes & tranſuerſales agnatos bene poſſit habere. Ideoq; deſcẽdentes mulieris non poterant uenire de iure ciuili ex l. duodecim tabularũ, tanquam agnati, ſed ſolum iure prætorio, vt cognati, propter quod emanauerunt ſenatuſcõſulta Tertullianũ & Orficianũ. Et de hoc videtur eſſe tex. in l. pronunciatio. in fi. de ver. ſig. & l.1 eq §. fẽminarum, vbi dicitur, ꝙ † liberi fẽminarũ non ſunt de earum familia & agnatione, eo
151 quia etiam maſculis & per lineam maſculinã nõ ſunt agnati. Sequitur ꝙ nec diſpoſitio ſtatuti ſibi uendicet locũ in ſucceſſione mulieris, id eſt aſcendentium per lineam maternã, ſed ſolũ in paterna, in qua dicta verba poſſint uerificari, ergo & c.l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſa. & l.4. §. totiẽs, ff. de dam. infec. Sed ad hoc reſpondetur, & primo per deductionem ad abſurdũ. Pone enim, ꝙ † ſtatutum dicat expreſ-
152 ſe ſic, ꝙ hẽreditas patris & matris, & aliorum aſcendentiũ per eos deferatur maſculis quibuſcunque deſcendẽtibus ꝑ lineam maſculinam excluſis fẽminis, an dictum ſtatutũ inquantum loquitur de hæreditate materna poterit habere locum? & certe ſecundum prædicta quę inferunt, ꝙ mulier non poteſt habere deſcendentes agnatos, quia non eſt dare vnum ſine alio, conſequenter non poteſt dici, ꝙ habeat uel habere poſſit maſculos per lineam maſculinam & agnatos, quia non eſt dare unum ſine alio, & ſic non poſſet dici ſtatutum ualere, uel aliquid operari, tanq̃ ſtatuẽs aliquid impoſſibile. 4. diſtin. erit autẽ lex, videlicet, quod hæreditas mulieris deferatur ad ſuos deſcendẽtes agnatos, & agnatos deſcẽdentes habere nõ poſſint. Et ſic erit dictum ſtatutum mane. quantum ad hæreditatem mulieris, vel deſcendentium per
153 eam. † Et propter hoc dicimus, quod quantũ ad eas debent illa uerba intelligi, prout poſſunt, nõ de agnatis, ſed de filiis maſculis earum, & etiã de nepotibus uel pronepotibus maſculis deſcendentibus ex illis, quia illos poteſt mulier habere ſine dubio, licet non ſint agnati. Et ſic illa uerba, deſcendentibus per lineam maſculinam, intelliguntur de his, qui poſſunt dici deſcendẽtes per lineam maſculinam. i. per maſculos, licet non ſint agnati. Dicemus ergo eodẽ modo in ca-
154 ſu præſenti, † quia licet ſtatutum non faciat expreſſam mẽtionem, ſed generaliter diſponat de hæreditate aſcẽdentiũ, tamen illud verbum ſit adeo generale, ꝙ poſſit comprehendere non ſolum patrem & aſcendentes per lineam paternã, ſed etiam matrem & aſcendentes per lineam maternã, quia paria ſunt ſpecificare aliquid verbis generalibus, uel ſpecificare ſpecialibus, iuxta not. in l.j. de vulga. & pupilla. per Bar. in l.ſi chorus. de legatis. 3. & l.ſi duo. de adminiſtra. tut. Nam hoc ſtatutum non habuit reuera reſpectum ad agnationẽ, ſed ad ſexum virilem, & ad uotum parentum, quod pariter viget in matre, ſicut in patre, quia optant ut filii maſculi & nepotes & pronepotes maſculi deſcendentes ex eis, ſuccedant eis vniuerſaliter, tanquam per eos magis conſeruetur eorum memoria, quam per fẽminas, quæ ſunt in aliena fa-

milia,

Source : BIU Cujas

milia,ſcilicet patrum earum, inſti. de pa.po. in fi. Et hoc per
155 experientiam videmus,quia†mulieres ſicut & viri inſtituũt
hæredes vniuerſales filios maſculos non fœminas, imo iu-
bent eas eſſe contentas ſuis dotibus. Et pro hoc adduco tex.
in cap.1.de eo,qui ſibi & hæredibus ſuis. & ma. in vſib.feud.
vbi maſculus deſcendens ex fœmina,licet non ſit agnatus,
potior eſt,quam fœmina in materia, in qua ponderatur ſe-
xus maſculinus.licet enim cum ſimpliciter loquatur de con
iunctis,vel deſcendentibus per lineam maſculinã, alio non
dicto, deberet intelligi de agnatis tantum, per iura in con-
trarium allegata. Sequeretur ex hoc reſtrictio alterius ver-
bi generalis, prout eſt in caſu noſtro de verbo, aſcendentib.
vel ſequeretur abſurditas, quia ſtatutum eſſet nullum, vel
inaniter diſponeret de matre,vel eius linea. & ideo talia ver
ba debent magis late accipi,ſ. pro deſcendentibus ex maſcu
lis, licet non ſint agnati illius perſonæ, de cuius hæreditate
agitur, quoniam ſunt verba ſtatuti non iuris. Et ſic poſſunt
magis late accipi, ſecundum quod conuenit perſonis & ma-
teriæ,in qua proferuntur,prout in ſimili no.Bar. in l. tutelas.
ff.de capi.diminu. nam quid repugnat dicere, ꝙ nepos ex fi-
lia, vel nepos ex dicto nepote, dicatur mulieri deſcendens
per lineam maſculinam, id eſt,per filium maſculum, a quo
linea illa incepit.quod patet,nam deſcendens per lineam fe
mininam dici non poteſt.Ergo ſequitur neceſſario, quod di-
156 catur deſcendere per maſculinam,† quia ad poſitionẽ vnius
de contrarijs,ſequitur remotio alterius.l. & ſi pupillus. §. pe-
nult.ff.de inſti.Ita econuerſo a remotione illius, ſequitur po
ſitio alterius, vt ibi in l.1.ff. de his, qui ſunt ſui. filius enim a
quo linea incipit, non dicitur matri deſcendere per lineam
157 maſculinam,† quia dictio illa per, ſignificat aliquod mediũ
inter deſcendentem, & medium per quod ille deſcendit. ꝙ
hic non eſt dare. Vel illa verba poſita in hoc ſtatuto, per li-
neam maſculinam, &c. referũtur ad filios primi gradus,ſeu
ad deſcendentes eius per eos, vt ſit ſenſus,ꝙ ſucceſſio deſcẽ-
dentium deferatur maſculis, & alijs quibuſcunque maſcu-
lis legitime deſcendentibus per eos. & iſte eſt verus ſenſus
ſtatu.nam intentio & verba ſtatuti non repugnant, imo ra-
tio ſuffragatur, vt dictum ſtatutum locum habeat in ſucceſ
ſione cuiuſcunque deſcendentis, non ſolum patris, ſed ma-
158 tris,& ſuæ lineæ.†Et illud,quod doctores alibi dicunt,ꝙ ta-
lia ſtatuta præferentia maſculos fœminis, cenſeantur facta
gratia conſeruandæ agnationis, vt notat Cyn. in l.prima.C.
de adult. & Bar.in l. liberorum. de verborum ſignification.
debent intelligi ſane, ſecundum ſupra dicta.ſ. ſexus virilis,
nam ſi ſtatutum loquitur in hæreditate paterna tantum, fa-
teor quod cenſetur factum gratia conſeruandæ agnationis.
Si vero in bonis maternis, tunc gratia conſeruandi maſcu-
los,licet matri non ſint agnati,propter votum matris, quod
159 ad eos dirigitur plus,quã ad fœminas.†Hoc autem loco quę
rendum duxi, an ſoror excluſa a ſucceſſione fratris, extante
alio fratre ex forma ſtatuti, intelligatur excluſa a ſucceſſio-
ne ſororis? Et reſpondeo ꝙ appellatione fratrum in materia
fauorabili,& non repugnante iuri communi,continetur ſo-
ror.ff.de pactis.l.tres fratres.de legatis tertio. l.Lucius. §.quę
ſitum. Si vero quæritur, an per ſtatutum ſolus frater admit-
tatur excluſa ſorore. Et videtur dicendum quod non, quia
ſtatutum illud loquitur de ſucceſſione fratris.Sed in caſu no
ſtro tractatur de ſucceſſione ſororis, ad quem caſum ſtatu-
tum prædictum corrigens ius commune non videtur trahi
ad alium caſum, licet in eo ſit eadem ratio. l.ſi vero.§.de vi-
160 ro.ff.ſolu.matrim.& l.illam.circa medium.C.de colla.† vbi
lex facta in vna perſona,non trahitur ad aliam ſimilem.ff.de
legi.l.quod vero. de reg.iur. ea,quæ.& cap.in ar.lib.6.&quod
nota.in authen. quas actiones.C.de ſacroſan.eccle.l.præcipi-
mus.in fine.C.de appellatio.l.ſancimus. C.de teſtamen.cum
ſimilib.ſtatuta enim ſunt ſtricti iuris. l. conſtitutionibus. ad
municipales.l.conſtitutum.ff.de teſtamen.milit.cap.cum di
lectus. de conſuetu. vnde non licet ipſum extendere ad ca-
ſus non expreſſos. l.quicquid. ff. de verborum obligationib.
Sed relinquitur diſpoſitioni iuris communis. l. ſi cum dotẽ.
in principio. ff. ſoluto matrimon. ff.de liberis & poſthum.l.
commodiſſime. nam in reſtringibilibus ceſſat argument. a
pari & a maiori,vt dicit Ioannes Andr.in addit.Spec. de act.
& petit.in additio.magna, remittens ad nota.per eum.de re-
ſcri.c.poſtulaſti.in fine magnæ glo. & patet de pręben.cui de
non.in ſexto.hoc etiam patet ex notatis per Bartol. in l. om-
nes populi.de iuſtitia & iure.in ſexta. quæſt.princip.quæſt 4.
vbi quærit,an recipiant interpretationem extenſiuam, & te
net quod non in deciſis a iure communi. Sicut etiam in ca-
ſu, & per eundem in l. ſi conſtante. in prima quæſt. princip.
ſoluto matrimonio,in diſtinctione ſua, &c. Nec obſt. quod
not.Dyn.in regula.in argumentum, in ſexto.ubi videtur te-
neri,quod propter identitatem rationis, vel maioritatem ſit
extenſio.& idem Cy.C. quæ ſit long. conſuetu.l prima.ſecun
dum Nico Mat.quando ſcilicet verba non ſunt omnino re-
pugnantia,ſicut eſt in caſu noſtro,quia appella.fratris conti-
netur ſoror. Pro quo facit.l.omnes populi.de iuſtitia & iure.
quia eſt intelligendum, ſcilicet in caſibus a iure non deter-
minatis in contrarium,vt in caſu noſtro per dictam authen.
161 ceſſante. † Item etiam dico,quod ſtatutum loquens de vna
perſona,bene extenditur ad aliam,quæ veniret illa mediante,vt ſi ſtatutum excludat illam a ſucceſſione fratris, extante filio.nam excluderetur etiam neptis a ſucceſſione aui,exiſtente nepote. Et ita diſputando tenuit Iac. de Are. ut refert Ioan.And.in addit.Specu.de ſucceſ.ab inteſt. ſuper rubrica, quia auus iungitur nepoti, & nepti mediante filio,patreque ipſorum,& nepos & nepotis ſimiliter ipſi auo. Vnde qđ ſtatuitur in cauſa proxima, cenſetur ſtatutum in remota, quæ per illam & ex illa deſcendit.verba fuerunt Bar. in d.l.illam. de colla. Vnde fateor in caſu noſtro,quod prædictum ſtatutum loquens de fratribus patruelibus, extẽditur ad fratrem carnalem per quem patruelis cõiungitur, quia in eo eſt ma
ior ratio, vt excludat ſororem. Sed inquantum loquitur de hęreditate fratris,vt ab ea excludatur ſoror, non extenditur ad hęreditatem ſororis, quia frater non coniungitur ſorori per aliam ſororem,nec ecõtra,nec per parentes,quod patet, quia ſi ſoror illa non fuiſſet,nihilominus eſſet cõinncta huic fratri,quod non eſſet,ſi non fuiſſet pater & mater.Vnde ſtatutum excludens matrem extante fratre, porrigitur ad nepotem,vel neptem ex filia, quę perſonæ per filiam coniun-
162 guntur. † Sed ſtatutum excludens patruum non porrigitur ad amitam,quæ per patruum non coniungitur, quia & ſine patruo eſſe potuiſſet, & excludens materteram,non porrigi tur ad auunculum. Ita patet ex not.per Bal.in d.l.illam. Sic in propoſito iſtud ſtatutum excludens a ſucceſſione fratris, bene porrigitur ad nepotem ex fratre, quia venit ex perſona fratris, ſed non ad ſororem, quæ per ſe venit. Facit quod notat.idem Bald.in l.ſi defunctus. C. de legi.hæredit. Et hæc pars videtur eſſe tutior,quia minus odij continet.†Nunc au
163 tem vtiliter quæro, an ſtante ſtatuto penitus excludente cognatos & fœminas a ſucceſſione ab inteſtato, exiſtentib. agnatis, an frater vtrinque coniunctus excludat cõſanguineum tantum,id eſt, exiſtentem a latere patris, Ita quod inter ipſoſmet agnatos præferatur,qui ex vtroque latere eſt co niunctus coniuncto ex latere vno tantum,ſcilicet patris? Et inſignis doctor do.Anto.Ro.ſemel tenuit in aula epiſcopali noſtra Paduana,ꝙ non excludatur,poſtquam eſt agnatus, quando eſt coniunctus ex latere patris tantum, ſicut quãdo eſt coniunctus etiam ex latere matris, quia illa coniunctio ex latere matris,eſt ſuperabundans & nullam inducit agnationem, ergo &c. & allegauit notata per Bald. ſingulariter in cap.primo,de gradibus ſuccedendi in feudum, in vſi.feu. & in cap.primo,de feu. marchiæ. Eſt enim bene verum, dicebat ipſe de iure communi,quo non conſideratur differen tia agnationis,per §.nullam.nota.in Auth. de hære. ab inteſta.colla.ix.quod duo uincula uincunt unum,& quod frater coniunctus ex utroque latere in ſucceſſione fratris utrinq; coniuncti,præferretur coniuncto ex parte patris tantum. in auth. itaque C.communia de ſucceſ.& in §.reliquum.in dicto Authent.de ſucceſ.ab inteſta. Contra ipſum autem ego
164 publice arguo his motiuis. † Primo, quia ſi extant fratres vterini,& ſic ex latere matris,& conſanguinei,tantum in bonis maternis ſuccedunt inuicem, & in bonis paternis conſanguinei.l.de emancipatis.C.de legi.hære. Et tamen ſi repe ritur aliquis frater, qui ſit utrinque coniunctus, ille præfertur omnibus illis alijs, nulla habita diſtinctione patrimonio rum.d.authen.ceſſante.C.de legi.hære.Et præfertur, eo quia eſt utroque uinculo copulata. Cur non ſic dicamus in hoc ſtatuto cum in dubio ſaltem recipere debeat interpretationem a iure communi,vt plene legitur in c. cum dilectus. de conſue.glo in l.fina. §.in computatione. C.de iure delibe.& in l.ſecunda,C.de noxa.&c. Sed poteſt ſolui,quod ſtatutum quod eſt contra ius commune, non recipit interpretationẽ a iure communi. Ita dixit Bald. ſingulariter in l. maximum uitium.de libe.prete. Secundo arguebam, quia hoc ſtatutũ de ſui natura eſt ſtricti iuris,ſicut ſunt omnia alia.l. 3. §. hęc verba.ff.de nego.geſt. Item tendit ad excluſionem alterius. l.cognatorum & fęminarum. Item eſt contra regulas iuris communis.d.l. maximum uitium.Ergo ſatis ſufficere debet, quod iſta omnia operetur abſque eo, quod operetur aliud contra regulas iuris communis,ſcilicet,quod cõſanguineus tantum,in ſucceſſione tranſuerſalium non debeat excludi ab utrinque coniuncto,quod eſt contra dictam authen. itaque.C. commu.de ſucce. Quinto arguebam. Iſtud ſtatutum eſt introductum in fauorem agnationis, & familiarum con ſeruandarum gratia, vt l. prima, §. item ex hoc edicto.ff.de pen.in poſ. mit.Sed mens ſtatuentiũ eſt attendenda,per glo. vulgarem in l.tale pactum. §.fin.ff.de pactis. Sed familia po

terit

Source : BIU Cujas

terit conſeruari per iſtum utrinque coniunctum,& non corrigetur ius commune, ergo &c. Pro hoc etiam adducebam,
165 quod †caſus omiſſus a ſtatuto,remanet in diſpoſitione iuris communis.l.commodiſſime.ff.de lib.& poſthumis.l. ſi cum dotem.in princip.ff.ſolu.matri.Sed de iure communi utrinque coniunctus excludit conſanguineum tantum, d. Authen.itaque.ergo &c. Ad idem, quia quando aliquid additur parti,illud potioritatem inducit. c. duobus. de reſcriptis in vj. Item,quia ſi hoc diceremus uerū eſſe,ſequeretur quod ſtatutum operaretur cōtrarium effectum eius,ad quem fuit inductum, quod non uoluit priuilegiare agnatos ultra diſpoſitionem iuris communis. Sed de iure communi utrinq;
166 coniunctus excludit conſanguineum tātum, ergo &c.† Preterea, ſtatutum in dubio uoluit intelligere de perfecto agnato, & vtroque vinculo coniuncto, & non operari contra diſpoſitionem iuris communis, tanquam verba ſua debeant intelligi in potiori ſignificato.l. prima, §. qui in perpetuum. ff.ſi ager vectiga.&c. Item quia fęmina eſt agnata,& tamen excluditur & non conſideratur, per auth.itaque per dictum ſtatutum.nihilominns in hoc caſu authoritas illorum duo-
167 rum eſt in contrarium, Sed quæro,pone quod † dictat ſtatutum,quod mortuo aliquo ſine liberis extante matre & agnato,mater ſuccedat in tertia parte,agnatus in duabus partibus. Modo extat mater, ſoror, & agnatus, an agnatus ſuccedat in illis duabus,an uero ſuccedat ī tertia, mater in tertia, & ſoror in tertia parte,an uero intelligatur excluſa ſoror? & quod intelligatur ſoror excluſa, facit quod ſi excluditur in caſu ſimplici ab agnato,ergo & in caſu miſto. Nam ſi ſtatutum admittat agnatum & excludat ſororē in alia parte eius ſtatuti,quando non ſupereſt mater, ergo etiam quando iſte tres perſonæ reperiuntur, & concurrunt, quia caſus miſtus continetur ſub ſimplici,ut notat Barto. in l. ſi ita ſcriptum, de libe.& poſthumis.& plenius in l. ſecunda,de libe. & poſthum.& maxime in fauorabilibus,ut eſt hic,cum principalis ratio,ut ſupra dixi,ſit fauore agnatorum,ut bona in agnatio conſeruentur. Et ſic totum ſtatutum iudicabimus fauorabile.c. ſciant cuncti. & capitu. ſtatutum. Et ibi per dominum Dominicum,de elect.lib.6. Et per Bartolum in l. maximum vitium. de libe. præteri. Quod autem ſit diuidenda .ſ. quod agnatus habeat duas partes,& illa tertia diuidatur inter matrem & ſororem, videtur textus in l.clemens patronus. ff.de hęredi.inſtitu.& in dicta l.ſi ita ſcriptum.in princip. & quia
168 † illa, quæ diſponuntur in caſibus ſeparatis, habent locum, quando illa ſeparata ſimul concurrunt, inſtitu. de actio. §. actionum. & in dicta l.ſi ita ſcriptum. Probatur etiam in l.ſi ita.ff.de iniuſto rup. & irri.facto teſtamen. vbi videtur quod illud procedat, ſiue ſimus in materia fauorabili, ſiue odioſa. Et idem ſit in caſibus ſeparatis, quando ſimul contingunt. Sed in contrarium facit quod notat Bart.in dicta l.2. de verborum obligat. vbi dixit, quod quando tractamus de materia,ſub ſimplicibus non continetur miſtum,per d.l.ſi ita ſcriptum.Sed non poteſt negari quin ſit odioſa & excluſiua,ſaltem ſecundario.Sed quod mater admittatur cum ſorore excluſo agnato,poſtquam ſtatutum non prouidet in caſu miſto,facit,quia ſecūdum diſpoſitionem iuris communis mater cum ſorore ſuccedit defuncto excluſo agnato ulterioris gradus,vt in authen.defuncto.in text. & in authen.ceſſante. C.de legit.hæredit. vnde videtur debere excludi agnatus, ut
169 non corrigatur ius commune, & ita vidi conſultum. Nam lex corrigens non extenditur per argumen. a pari vel a maiori,vt dixit Ioan. And.in addi.Spec.de actio. & petitio. §.fin. de ſuc.ab inteſt.in addit.magna. & glo.in authen. quas actiones. C.de ſacroſ.eccleſi. Hic autem excluderetur ſoror, quæ admittitur de iure communi. Item, corrigeretur ius com-
170 mune.†Rurſus quęro vtrum filiæ excluſæ a ſtatuto a ſucceſſione inteſtati extante maſculo, poſſit relinqui quoquo relicti tutulo, abſque eo, quod relinquatur titulo inſtitutionis, prout regulariter oportet fieri de iure communi hodie,ut in §. cæterum. in authen.vt cum de appellatio.cogn.tanquam titulus inſtitutionis ſit honorabilior, & etiam pinguior propter ius accreſcendi,& alios effectus, per text.in l.filium. § ſi legata.ff.de leg. præſtan.Et per Bar.poſt alios in l.illa inſtitutio.& in l.his verbis.ff.de hæred.inſtit. licet iure Codicis ſufficeret relinquere quoquo relicti titulo. l.omnimodo. C. de inoffi teſtamen.& videtur quod non poſſit,per prędicta. Sed contrarium eſt verius, quia ſi poteſt præteriri poſtquam eſt excluſa a ſtatuto, ut plene dixi ſupra in vna quęſtione, allegando Barto.in l.fin. ff.ad Tertul. & Bald.in l.maximum uitium. Adducendo etiam multa conſilia, ut in limitationibus, de quibus ibi. Ergo fortius poteſt eis relinqui quocunque titulo, & etiam ſub conditione, & non reijceretur talis conditio, hoc patet ex notatis per Bartol. in l. Titio centum.
171 §. Titio genero.ff.de cond. & demonſtratio. †Et eadem ratione poteſt relinqui dos quocunque titulo.dicta l. omnimodo,quando eam pater relinqueret pro ſua parte,& Falcidia,iſta verba importarent, vt videatur reliquiſſe iure inſtitutionis,vt ipſe Barto. determinat in authen.vnde ſi parens. C.de inoffic.teſtam.& Bal.in l.humanitatis. C.de impube.&
172 ali.ſubſti.† Rurſus quęro,pone quod ſit ſtatutum in ciuitate, quod ſi ſit agnatus primi vel ſecūdi gradus, ſcilicet frater vel filius fratris,& filia defuncti,agnatus ſuccedat in dimidia, filia vero in alia dimidia. Erat autem prius aliud ſtatutum antiquum,quod quando agnatus defuncti ſupereſt uſq; ad tertium gradum,& mater & ſoror in tertia parte ſuccedant, agnatus vero in duabus, ſed in ſtatuto nouo non continetur, quando agnatus vſque ad tertium gradum ſupereſt, & filia. modo ſupereſt agnatus in tertio gradu & filia. quęritur quid iuris,an primum ſtatutum, quod dicebat quod agnatus defuncti vſque ad tertium gradum ſuccedat in duabus partibus,& mater & ſoror in tertia, ſit correctum? videtur quod non, quia ſecundum ſtatutum non loquitur, niſi quando ſupereſt agnatus defuncti vſque ad ſecundum incluſiue,nō autem quando ſupereſt agnatus primi,ſecundi, & tertij gradus. Cum ergo non ſit correctum, remanere debet. l. ſancimus. C.de teſtamen. In contrarium, quia caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis.l.commodiſſime. ff. de liberis & poſthumis.l.ſi cum dotem.in principio. ff.ſoluto matrimo.cum ſimi. Sed ille caſus, quando ſupereſt agnatus in tertio gradu,& filia,eſt omiſſus a ſtatuto nouo uel reformatione nouiſſima, ergo remanet in diſpoſitione iuris. Item,quia ſi ſtatutum antiquum non intelligeretur eſſe correctum,ſequeretur quod agnatus in tertio gradu, extante filia, ſuccederet in duabus partibus ex tribus, & agnatus in primo, vel ſecundo gradu ſuccederet in duabus partibus ex quatuor. Et
173 illa ſecunda pars eſt vera, † quia quando ſtatutum exorbitat a iure communi,illud non extenditur ad caſum omiſſum in ſtatuto,ſi reperitur deciſus a iure communi, ſed relinquitur diſpoſitioni iuris communis. Bar.in l.omnes populi, in quinta queſtione prin.q.6.de iuſti.& iure Eſt verum, quod quidā dicebant,quod ſi ratio ſit expreſſa in ſtatuto, illud extenditur ad caſum,in quo ratio ſtatuti locum habet.l.libertinum. §.primo.ff.de ritu nuptia. Sed ratio ſtatuti admittentis agnatos,& excludentis matrem,& ſororem, eſt cōſeruatio agnationis,ergo quando etiam ſupereſt agnatus & filia. Sed dictū & ratio iſtorum procedere poſſet,ſi poſſet fieri extenſio ſecūdum naturam verborum ſtatuti. Sed in hoc caſu non poteſt
174 fieri extenſio,ſecundum naturam verborum, † & contra naturam verborum eſſet, quod ſtatutum loquens de matre & ſorore,quod excludantur per agnatum tertij gradus, extendatur ad filiam. Et magis contra naturam verborum eſſet, quod ſtatutum loquens de fratre & filio fratris quod excludat filiam, extendatur ad agnatum vlterioris gradus. Ideo concludendum videtur,quod non extendatur, & quod ille caſus relinquatur diſpoſitioni iuris communis, non autem relinquatur diſpoſitioni ſtatuti veteris,quæ erat, quod ſuccederet in duabus tertiis,quia ſecūdum hoc ſequeretur, quod agnatus tertij gradus per dictum ſtatutum vetus ſuccederet in duabus tertiis,ſi illud non eſſet correctum,& frater uel filius fratris,qui ſunt agnati in potiori gradu,non ſuccederent niſi in dimidia,& ita fuit hic Paduę ſuper talibus ſuis ſtatu-
175 tis iudicatum.Laurus &c. † Inſuper quæro ſi ſtatutum exclu dat matrem a ſucceſſione filii decedentis ſine filiis per exiſtentiam fratris ipſius defuncti, an intelligatur etiam eam excludere per exiſtentiam aui paterni? & domin.Paul. de Caſtr. in ſuo conſilio 330. dicit quod iſte caſus eſt ualde dubitabilis,& in quācūque partem vertamus intuitum,occurrunt magna contraria. Si enim dicimus hunc auum paternum inſolidum admittendum, & matrem in totum excludendam,aut hoc dicimus per argumen. ſumptum a contrario ſenſu dicti ſtatuti,aut per argum. a ſimili, aut a pari, aut a maiori. Nam expreſſa & ſpecifica diſpoſitione dicti ſtatuti præſupponendo, quod in nulla parte dicat aliquem ex aſcendentibus ex linea paterna excludere matrem in totum vel in parte,hoc dicere non poſſumus,licet dicat de fratre, ſorore, aut filiis fratrum,aut aliis collateralibus, ut illi excludant matrem in totum,& nihil dicat de aſcēdentibus,quod habeant excludere eam. Aut ergo dicemus auum paternū debere in totum excludere matrem, eo quod frater, ſoror, & filii eorum in totum excludant eam. Et quod in ipſo auo
176 eſt maior ratio excludendi, † quia hæreditas nepotis eſt ſibi debita.l.nam & ſi parentibus.ff.de inoffic.teſtam. non ſic fratri uel ſorori eſt debita. Hinc eſt quod prēteritio vel exheredatio aui,faceret teſtamentum ſubiici querele vel iuri contratabulandi,uel dicendi nullum. l.pater filium. ff.de inoffi. teſtam.& in authen.ut cum de appel.cogno. §.aliud quoque colla.8.& plene in l.filio prēterito. ff. de iniuſto rup. & ir. fa.
177 teſta. & per Barto.in authen.ex cauſa.C.de libe.præteri.† Nō ſic prēteritio vel exhæredatio fratris vel ſororis, niſi turpi

perſona

Source : BIU Cujas

persona instituta.l.fratris. & l.fratres. C. de inofficio. testam. Si ergo frater vel soror & eorum filii,in quibus est minor ratio excludendi,excludunt matrem in totum ex forma statuti prędicti,fortius auus paternus,in quo est maior ratio, authenti. multomagis.C.de sacrosanc.eccle. Sed ad hoc potest responderi, quod a paritate uel maioritate rationis non est licitum arguere in statutis, quando induceretur legum correctio,vel exorbitatio a iure,ut supra dixi, per notata per gl. in dicta authen.& per Ioan. Andre. in additio. Specul. de a-
178 ctio.seu petitio.§.finali,in magna addit. † nec admittitur interpretatio extensiua de casu ad casum determinatum ad aliam legem, ut notat Barto. in dicta l. omnes populi, & de persona ad personam. l.si vero.§.de viro.ff.soluto matrimonio.l.illam.C.de collatio.cum ibi notatis per Bart. prout hic contingeret correctio per authen. defuncti. C. ad Tertul. in verbo,prærogatiua. Præterea posito quod per rationem, de qua supra,videatur esse eadem vel potior ratio excludendi in auo,quam in fratre & sorore,& in filiis eorum, tamē alia ratione attenta uidetur minor,eo quod frater & soror & eorum filii, quando sunt ex utroque latere coniuncti, admittuntur de iure communi ad succedendum vna cum matre. Et sic plus exorbitaret a iure communi, quod auus excluderet matrem a tota hæreditate, quam quod frater & soror & eorum filii in parte hæreditatis,ut patet intuenti. Si vero dicamus illud accidere per argum.a contrario sensu dicti statuti,quod est validum.c.publicato. de elect. l. prima, §. huius rei.ff.de offi. eius, cui manda. est iurisd. imo contrarius sensus legis vel statuti.l.qui testamento.§. mulier. ff. de testam. Et videtur posse fieri,locumque habere etiam in statutis exorbitantibus a iure communi, per nota. per Barto. in l.con-
179 uenticulam. post Cyn. C. de episco. & cleri. † Nam responderi potest,quod immo non est uerum,quando exorbitat,& quando inducitur legis correctio,quia casus occurrens tepe riatur a iure determinatus,secundum theoricam Iaco.Butr. & Barto.in dicta l.omnes populi, quia resultaret prauus intellectus, non relinquitur dispositioni iuris communis, secundum eos. l. si cum dotem, in princip.solut. matrimo.l.secunda,de condi.inser.l.apud antiquos continetur. C. de fur. In quibus legibus Bald.videtur contrariari ei, quod dicit in
180 dicta.l.conuenticulam.† Præterea dicit Bald.in dicta l.secunda, quod saltem quando statutum prohibet interpretationem debere fieri in ipsis statutis, non habet locum argumē. a contrario sensu,quia contrarius sensus venit ex interpretatione.d.l.apud antiquos,& argumen.l.pecuniam, quam.ff.si cert.petatur. & maxime,quia communiter in voluminibus statutorum solet esse statutum generale,quod non debet fie
181 ri interpretatio,nec illa admitti super aliquo statuto.† Sed sicut simpliciter verba iacent, ita simpliciter & vulgariter debent intelligi. Et licet Barto. in dicta l. omnes populi. videatur dicere,quod talis clausula parum aut nihil operatur, vt non admittatur nisi literalis seu vocabuli dubii expositio, vt in cle.exiui de verbor.signifi.& in c.exiit qui seminat. eo. titu. lib.6.& Ioan. And. in mercu. in regula, pro possessore, & Bald.in authen.si qua mulier.in fin.C.de sacr.sanct.eccle. & idem Bald.in l.secunda,& tertia.C.de libe. præte.& in l.iubemus.in fin.C.ad Trebel.quia illud verbum simpliciter intelligitur,secundum quod litera iacet naturaliter.dixit Bal. in l. intestato.C.de suis & legi. Et alibi dicitur simpliciter,id est sine plica.glo.in capit.secundo,in glo.magna de confess. in 6.De qua etiam dictione,simpliciter,no.in authent.de fideiuss.in princip.& Barto.in l.prima, §. si quis simpliciter. de vulg.& pupil.& idem Barto in l. prima. §. si quis simpliciter. de verbor.obliga.Est autem contrarius sensus in casu nostro iste,quia statutum disponit, quod mater succedat in quarta parte eo casu,quo non extant descendentes, vel ascendētes seu frater,vel soror,vel filii eorum,& extant alii agnati ex latere patris. Igitur,si extant aliqui istorum, videtur statutum velle a contrario sensu,quod mater in aliquo non succedat. Sed iste sensus non tendit ad expositionem literę,nec ad declarationem vocabuli, sed ad declarationem mentis statuentium, & adducit casum nouum, qui non est in statuto expressus, scilicet quod existentibus ascendentibus ex latere patris, non admittatur mater in aliquo. Et sic videtur non debere admitti talis interpretatio, postquam est inhibita per statutum,per notata per Ioan.And. in d. regula, pro possessore,in mercu.videtur ergo, ꝙ determinatio eius de qua in l.conuenticula in q.de statuto florentiæ, disponente,quod filia succedat si non extat masculus,quod eo existēte non succedat,non fuit bona,quia contra regulam prædictam Ia.Bu.& Bar.postquam decisum est de iure communi quod succedat.l.lege,xij.tab.C.de legi.hære.in authen.in successione.C.de suis & legi. Vel si vera est dicta determinatio,
252 q.cenſeo.†ſtatuto cauetur,ꝙ filia dotata a patre non ſuccedat, modo contingit quod Titius deceſsit relicta poſthuma in utero.ita quod eam dotare nõ potuit, vel relicto infante, vel relicta filia fœmina furioſa, nunquid fratres hæredes vniuerſales dotando excludant eam, videtur quod ſic, quia nil poteſt imputari patri,& quia ꝙdõ tranſit ad hæredem, quando eſt ex cauſa onerosa,vt not.in l.2.de pact. inter empto.& no.Bal.in l.diem proferre.§.ſi hæredis.ff. de arbit.licet ſecus, quando eſt ex cauſa lucratiua.l.a teſtatore.de cond.& dem. nam ſtatutum habet intellectum, ꝙ dotetur,& per hoc incipit a præcedenti diſpoſitione. ergo conditio annexa ad effectum conditionis,tranſit ad hæredem. Item nõ ſtetit per patrem,rg.l.utrum.ff.de condi.inſtit. Contrarium determinat Bal.in l.ſi plures. C.dc cond.inſer. quia ille caſus eſt omiſſus a ſtatuto, ergo relinquitur diſpoſitioni iuris communis. qđ eſt verius, dicit ipſe,& alia quędam etiam dicit circa hoc ſta
253 tutum, quæ vide. † Circa prædicta quæritur, quid ſi iudæus moritur ab inteſtato relictis filiis maſculis, & fœminis,vtrũ fęminę pariter ſuccedant cum maſculis, dubium faeit illud quod legitur Numeri in cap.37.quod incipit,acceſſerunt.in ver.ſi homo, tamen mortuus fuerit abſque filio, ad filiã eius tranſibit hæreditas. Si filiam non habuit. habebit ſucceſſores eius fratres. quod ſi fratres non habuit, dabitis hæreditatem fratribus patris eius. Si autem nec patruos habuit, da-
254 bitur hæreditas ijs,qui eis proximi ſint. †Ex quibus verbis patet,quod lex iſta Moſaica diſcrepat a iure ciuili, & canonico,in duobus. Primo,quia ſecundum ius ciuile prima cauſa ſucceſsionis eſt liberorum, non facta differentia ſexus.l.maximum uitium. C.de lib.prete.Sed iſta Moſaica lex vult filiã fęminam ita demum admitti, ſi maſculus non extat.Secundo diſcrepat, quia de iure ciuili ſecunda cauſa eſt aſcendentium,cum quibus ſuccedunt fratres & ſorores vtrinque coniuncti,ut in authen.de hęre.quæ ab inteſta. defe. in §.primo, & ſecundo. ſed ſecundum iſtam l. Moſaicam ſolum fratres admittuntur,& non aſcendẽtes. Videtur ergo quod ſoli maſculi,quia iudæi vtuntur lege Moſaica, & illã ligantur. 45.di
255 ſtin. qui ſyncera.†Et ſic videtur poſſe dici, quod illud ius veteris teſtamenti datum iudæis per Moyſen. 7. diſtinct. Moyſes, ſitius ciuile. Et ſic quo ad eos præferatur iuri communi Romanorum in lege omnes populi. ff. de iuſtitia & iure.
256 in l. de quibus. ff. de legitimis. † Præterea ius legitimarum hæreditatum videtur ſolum ad Romanos ſpectare, non ad alios. de quo tamen dic ut habetur 1. diſtinct. ius Quiritum. Pro quo facit quod no. gl.in l.1.ff. de acquir.re.do. & tex.inſtit.de vſu & ha. §.fin. pro quo etiam poteſt adduci, quia iudæi non humanis,ſed diuinis conſtitutionibus ſubiiciũtur. 12.diſtin.omnia.8.diſtin.ſi ſolus Chriſtus.cum ibi not.Et iſtã partem firmat Cald.in ti.de teſt. & in 300.conſil. quia iſta l. Moſaica data fuit iudæis, & eccleſia illos tolerat, & papa, & Imperator patiuntur, vt inter ſe legem ſuam ſeruent. ergo ſecundum illam legem debent ſuccedere. Et pro hoc addu cit tex.in l. iudæos. ad fi.C.eodem.vbi litera dicit, amiſſuri ſi-
257 ne dubio permiſſa, niſi ab illicitis ſe compeſcuerint. † Nam ex illo tex. datur intelligi, quod lex ſua contra ipſos ſeruari debet,niſi in eis,quæ eis ſunt prohibita. Præterea lex Moſaica eſt ſpecialis iudæorum.igitur inter eos derogat.l.generali,& communi,ſicut ſpecies generi.in regula,generi per ſpeciem.de re.iu.in 6. Pro quo etiam adducitur illud,quod ſcribitur in euangelio, Secundum legem noſtram debet mori. quaſi dicat, lex noſtra debet nobis ſeruari. Nec obſtat l. nemo.l.iudęi communi Romano. l.nullus. C.eo.cum ſimilib. in quibus dicitur legem ciuilem ſeruandam, quia fateor in his.quæ ſunt iudæis expreſſe prohibita, ſed in his in quibus. l.ciuilis non derogat,tunc ſi eſt quæſtio inter iudæũ & Chriſtianum,ſeruatur.l.communis. & ſic lex chriſtiana. Sed ſi eſt quæſtio inter iudæos, tunc ſeruatur lex eorum ſpecialis, diſponens ſuper illo caſu, vt ſicut inter Chriſtianos primo ſeruantur eorum ſtatuta, deinde lex cõmunis, ita inter iudæos primo debet ſeruari lex Moſaica, deinde recurrendum eſt ad ius commune.& ita debet intelligi.l.iudæi.cum ſi. In contrarium poſſet adduci,quia illa, quę ſcripta ſunt in veteri teſtamento, non ligant in nouo, nec aliter ſunt ſeruanda, niſi ſint in nouo,nec aliter ſunt ſeruanda, niſi ſint in nouo repetita,vt no.ſup.diſtin.ijs ita,ad quod reſponderur. Et ſolet notari per Modernos qui allegant. s. Thomam de Aqui. in c.finali,de conſuet.in l.ſtipulatio hoc modo concepta. ff.de verbo.obli.niſi dicas iſtud verum inter chriſtianos, vel iudęum & chriſtianum.ſecus inter iudæos. Prætera iudęi poſt aduentum Chriſti perdiderunt omnia priuilegia, & omnes immunitates.l.iuſſio.C.eo.vbi dicit Ang.quod illa.l.bene ſeruatur in terris eccleſiæ,in quib. iudæi magnam ſoluunt collectã. Poterit ergo in terminis queſtionis noſtræ dicere filia fœmina maſculo, illud priuilegium prælationis tibi datum per l. Moſaicam, eſt renouatum per l.iuſſio.C.eo. Ex quib.vĩ poſſe
258 inferri, ꝙ †ſtatuta quæ cõiter ſunt per Italiam diſponentia. ꝙ ſtantib.maſculis fœminæ non ſuccedant,ligare debeãt iudęos habitantes in loco ſuo, vbi ſunt talia ſtatuta,qa p talia ſtatuta reponuntur in diſpoſitione legis Moſaicæ, & iſte reditus ad legẽ antiquam, eſt commendabilis.in l.lege.C.de le
259 gi.hær. †Et quia iudæi dñr eſſe de eodẽ populo,& corpore ipſius ciuitatis, quamuis non dicantur eſſe de corpore ſpiritualiin l.chriſtianis.C. de paga.& ſacr.Sunt ergo de maſſa, & ciuitatem faciunt magis populoſam, vt probat tex.in authen. de quæſtore. poſt princ. ibi ciuitas noſtra populoſa eſt turbis diuerſorũ hominum.coll.6. & facit ꝙ per illũ tex.dicit Bal. in c.1.de forma fidelitatis. Vltimo ad hoc adde,ꝙ l.Moſaica videtur differre a lege ciuili, & communi, etiam in ſucceſ-
260 ſione ex teſtamento, quia † de iure ciuili & canonico error in corpore vitiat inſtitutionem. Et ideo ſi teſtator volebat in-

Source : BIU Cujas

instituere Titium, & instituit Seium, neuter erit hæres. l. quotiens. ff. de hær. insti. per quã. l. dixit ibi gl. 1. ℭ nec Esau, nec Iacob debuit esse hęres, prout habetur Nume. xxvij. Sed D. Io. de Imo. ibi dicit ℭ institutio facta de Iacob fuit valida dupli ci de causa. Primo, quia Isaac pater suus non fuit omnino errans, sed dubitans, vnde dixit, vox quidem, vox Iacob est, sed manus sunt Esau, quia sensit manus illas pilosas propter pellem alligatam ad manus. Et in illa titubatione & dubitatione elegit ipsum Iacob instituere. Secundo, quia postea superuenit Esau, & certificatus fuit, ℭ ille qui venerat ante Esau, fuerat Iacob, & approbauit, benedixit ei, & erit benedictus.
261 Nume. xxvij. vt ibi per eum. †Et scias quod Bart. dixit in l. iudæi. C. de iud. ℭ iudæi possunt statuere contra ius commune ut hic in vers. prętęr vos & hoc quando ipsi statuerent ex causa & ita tenet Bar. Non ob. no. 12. dis. omnium. in fi. quoniam ibi loquitur de superstitiosis constitutionibus, quibus vtebãtur olim iudæi, inhærentes constitutionibus Scribarum, & Phariseorum. c. si solus Christus. 8. dist. & ita tenet Arch. in d. ca. omnium. in ver. præsumptionibus. & ℭ possint statuere cõtra ius commune, vbi non sunt superstitiones, est tex. hic.
262 Solum enim reprobantur iure ciuili eorum leges, circa †ma matrimonia, vt non cõtrahant secundum leges eorum, sed secundum l. communem l. nemo. la prima. C. e. Ergo in aliis remanet ℭ possint statuere, quia exceptio firmat regulam in non exceptuatis, ut in c. in nostra. de sepul. ℭ ꝙa possint, vt alij populi, etiam contra ius commune legem cõdere, istud est secundum dispositionem iuris communis. l. omnes. de iustitia & iur. vnde si est facta exceptio in matrimonijs, quod non possint statuere contra, in alijs remanet ius commune, vt possint, & maxime quando consuetudo Hebręorum longissimo tempore sic fuit, habent enim iudæi omnia, quę sunt
263 ciuium Romanorum. l. iudæis. C. de iud. † & ℭ populi subditi Romano imperio possunt condere leges, & introducere consuetudines, de hoc videtur tex. in c. sicut iudęi. eod. ti. ibi, aut eorum bonas consuetudines immutare, etiam contra dispositionem communem iuris ciuilis, est text. in l. omnes populi. de iust. & iu. & ideo statutum uel consuetudo iudęorum potest excludere dispositionem iuris communis, ℭ filia non habeat bona materna, sed potius pertineant ad eorũ parentes contra dispositionem. l. 1. C. de bon. mat. quia istud etiam olim erat de iure communi, quod pater hæreditates delatas filijs in potestate occuparet, iure peculij in totum. l. 2. ff. de ca. pecu. insti. per quas personas no. acqui. circa princ. licet hodie sit immutatum, ut in l. 1. C. de bon. mat. & ita fuit consultum per D. An. Rosel. & multos ex nobis. Quærit insu
264 per Bal. in authen. si quas ruinas. C. de sacros. eccle. † An filia dotata excluſa ex forma statuti a successione paterna, succedat nihilominus in emphyteosim vna cum fratrib. vel quando est hæres solum in re certa? & dicit ℭ sic. Et ideo subdit, ℭ si quis recipiat emphyteosim pro se & vxore, uel pro se & fratribus, isti admittentur ad emphyteosim, licet nõ sint hęredes. Subdit etiam, ℭ si quis receperit emphyteosim pro se, & filiis, potest pręlegare illud feudum vni filiorum, cum filij
265 capiant tanquam ex donatione paterna. & ideo pater potest quo ad filium in potestate eam reuocare ab uno filio, & conferre alteri filio. l. secunda. C. de inoffi. dona. & in Spec. de lo.
266 § nunc aliqua. ver. 156. †secus in dona. materna, quia irreuocabiliter tenuisset donatio a matre in filium a principio, & sic non habet ius assignandi. l. liberi patroni. ff. de assignan. li.
267 Et quoniam iste passus est utilissimus, dicam quid sentio. †an pater qui stipulatus est feudum pro se & filijs, possit illud uendere in præiudicium filiorum, quibus est facta stipulatio, uel vni filiorum prælegare. & Ang. in l. apud Iul. §. si quis alicui. de lega. 1. tenet contra Bal. ubi supra. & dixit quod non, quia sunt duæ stipulationes. vna in personam patris, alia in personam filiorum, quibus ꝑotest stipulari. l. quodcunque. §. 1. ff. de ver. ob. & sic illud ius semel contractum ex stipulatione, non potest sine uoluntate eorum auferri. l. fi. ff. de pac. & idẽ Bal. tenuit contrarium in l. item videdum. §. item videamus. ff. de peti. hęre. Idem ibi Ang. eandem sententiam, quod pater possit, prout Bal. tenet in auth. si quas ruinas. C. de sacros. eccl. tenet Spe. de loc. §. nunc aliqua. uers. 78. & de testa. §. 1. Sed opin. Ang. tenuit primo Dyn. & idem Bald. in auth. quas actiones. C. de sacros. eccl. Eandem tenet in simili Bar. & Rapha. Cu. in l. qui Romę. §. Flauius. de verb. ob. Dominus vero Pau. de Ca. in fi. §. si quis alicui. concordat Bal. cum prædictis Doc. & ipsum Bal. semetipsum, ꝙa si pater stipulatus est seudum simpliciter, & sic est feudum nouum, & non dixit, ꝑ se & filiis, tunc possit, iuxta ea, quæ no. per Bal. post Nico. mata
268 rel. in l. qui se patris. C. vnde liberi. †nam in feudo nouo liberi succedũt patri, etiam si nõ sint hæredes, vt in titu. an agna. vel filius. Hęc autem distinctio fallit in duob. casib. quos nõ tangunt do. in §. si quis alicui. Primus, quando ex pecunia sua pr̃ fuisset stipulatus & acquisiuisset, & non ex liberalitate concedentis, vt dixit notabiliter ipse Bal. in l. prima, in fi. C. per quas perso. no. acqui. Secundo fallit in feudo iurisdictionali ciuitatis vel castri, quia vtilius est, quod subditi regãtur ab vno, quam a pluribus. l. ſęcunda. §. nouissime. ff. de orig. iu. & septima q. 1. c. in apibus. ideo ratione publicę vtilitatis tollerari potest, quod tale feudum transferatur ad vnum filiorum in præiudicium aliorũ, iuxta no. in l. 1. in prin. ff. de iust. &
269 iu. in gl. quæ inci. hoc potest intelligi. ad fi. †In feudo aũt antiquo & paterno, in quo frater succedit fratri ex dispositione iuris & successione patris, alias aui, clarum videtur, ℭ vnus ex fratribus de sua parte feudi disponere non possit conferẽdo in personam alterius fratris. alios fratres excludẽdo quia non habet illud ex prouisione sua. Et opi. Ange. & Dy. in §. si quis alicui. tenet etiam Odofred. in summa, in tit. qui pos. in
270 feudo succedere. Sciendum est etiam, quod successio iurispatronatus & pręsentandi clericum ad ecclesiam, regulatur ad instar successionis bonorum patrimonialium. Vnde si dicat statutum, quod filia dotata extantibus masculis nõ succedat patri, excluderur etiam vigore talis consuetudinis & statuti a iurepatronatus, & per consequens a præsentatione rectoris. Ita dicit Pe. de Anch. in c. ex insinuatione. de iu-
271 repatron. †Dicit etiam in c. cum seculum. ℭ filia dotata excluſa ab hæreditate patris, per renunciationem non posset præsentare. quod posset, si iuspatronatus non exiret hæredes sanguinis. Contrarium dicitur in feudo, ℭ filius quamuis renunciet hæreditati paternæ, potest tamen retinere feudum, iuxta no. per doc. maxime Bal. in c. 1. an agna. vel filius. Quæro insuper, pone stante hoc statuto, ℭ extantibus masculis fœminę non succedant, sed debeant dotari pro modo facul
272 tatum, & dignitate personarum. †Modo pater in testamento filijs masculis hæredibus institutis legauit filiæ certam quantitatem ei dandam, cum aduenerit ad tempus nubilis ætatis, filia vult statim quantitatem legatam, hęredes nolũt dare, nisi cum aduenerit legitima ætas nubilis. & hanc q. ponit & refert Cy. in l. sancimus. C. de nup. & ibi Raph. & Rich. pro decisione recurrit ad aliam ¦dubitatam. q. nunquid per statutum possit minui legitima. Et similiter circa primam q. formatam dic, vt ibi per Cyn. & circa secundam finaliter. Sed plenius per Bar. in l. Titio centum. §. fi. ff. de condi. & demon. Et hæc pro nunc sufficiant. Laus Deo.

FINIS.

Source : BIU Cujas

LANCILOTTI GALLIÆ I. C. PRÆFATIONES

In consuetudinem Alexandrinam.

PROHIBENTEM MARITVM VLTRA CERTVM MODVM VXORI RELINQVERE.

In hæc verba.

Item quod maritus non possit legare uxori ultra solidos uiginti.

SVMMARIVM.

1 *Legum interpres auxilium prius a Deo implorare debet.*
2 *Exinde initium a præfationibus sumere habet.*
3 *L. 2. ff. de orig. iur. aduocatos instruit in foro, & oratores in vulgo.*
4 *Ignoratis principijs reliqua, quæ sequuntur ignorare, necesse est.*
5 *Error modicus in principio, fit maximus in fine.*
6 *Tyrones principijs, & terminorum intelligentiæ dare operam debent.*
7 *Sermones nostri quomodo reddantur veriores.*

EXORDIVM.

1 QVum facturus alicuius rei interpretanem (diuini numinis auxilio † simul cum Boetio prius implorato.

O, qui perpetua mundũ ratione gubernas,
Da pater Augustam Iuris pertingere mentem.
Da legum lustrare decus, da luce reperta,
Difficiles vero sensu dissoluere nodos.)

2 Necessariò † (suadente Caio I. C. in l. 1. ff. de origine iur. quę
3 lex, †ut ibi Bal. obseruat, aduocatos instruit in foro, & oratores in uulgo) a prefationibus initium summere habeãt, quę rem perfectam constituunt, ac nos ad lectionem libentius inducunt, reique, de qua agitur euidentiorem prestant intellectum: Quum & cuiusque rei potissima pars sit principiũ, & ſm Philos. 1. Aethi. plusquam dimidium uideri principiũ, & proinde multa ex his, quę sequuntur, manifestantur ex
4 principio, & ignoratis † principijs, reliqua ignorare necesse est. Vnde Bal. in l. 1. in prin. ff. de iust. & iu. non immerito ait, q, qui uult scire principiata, noscere habet principia, q̃ sunt tanquam fores, in quibus nemo errare debet, quia modicus
5 † error in principio fit maximus in fine: e, quibus Cagno. in
6 d. l. 1. num. 26. ff. de origi. iur. Tyrones admonet, ut dent †operam principijs, & terminorum intelligentię, quemadmodũ fecisse legitur Ang. cons. 110. qui ad rei terminationem non prius, quibusdam iactis præmissis, se cõtulit, propterea quod (ut ipse ait) reprehensibile est loquenti, uocem propriã ignorare, ac prius determinare, quam terminos intelligere, & rursus principia artis scire oportet, alioquin & principiata prorsus ignorare necesse est, & ita scribentes passim factitasse, videmus, quod ualde commendat Boer. tract. de custod. clau. in princip. Operępretium duxi, antequam ad huius nostrę consuetudinis interpretationem me conferam, quędam in uniuersum sic prefari. Nam & Veriores † reduntur sermones nostri, quum uniuersalibus prius cognitis, ad particularia descendimus, inquit Philos. 1. Phisic. cuius documentum assequuti sunt. I. C. in d. l. 1. ff. de iust. & iure. l. j. ff. si cert. pet. & alibi sępe. etenim (iuxta Cicer. sententiam.) artium, sicut arborum, altitudo sine radicibus esse non potest. Sed ne morosior sit prologus, quam fabula.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo est maxima pars iuris.*
2 *Dispositio hæc nostra ex non scripto iure prouenit, vnde consetudo denominari debet.*
3 *Consuetudo in scriptis redacta, non desinit esse consuetudo, nec suam pristinam formam amittit.*
4 *Consuetudo in scriptis redacta probationem aliam non requirit.*
5 *Iudex ex officio de consuetudine ordinem iuditij, & non decisionem causæ respiciente, se informare potest.*
6 *Statuta, & reformationes eo ipso ligant, quod in publico archiuio positæ sunt, & omnibus patent.*
7 *Iudex hanc nostram consuetudinem sequi, & seruare tenetur, etiam quod sibi producta, & allegata, non fuisset, alias litem suam facit.*
8 *Actor nitens consuetudini, conditionem ex moribus, & non ex lege proponere debet, ne alias succumbere contingat, cum duabus declarationibus nume. 9. & 10.*

Præfatio. PRIMA.

1 PRimum scire oportet, post quam omne ius nostrum quo utimur, aut ex scripto, aut ex non scripto constat. §. constat. in instit. de iur. nat, gen. & ciuquin etiam maxima †pars iuris est cõsuetudo. Bal. cons. 318. quidam nobilis. col. 2. li. 2. quod hæc nostra dispositio non ex scripto,
2 sed ex non scripto iure prouenit, sicque †consuetudo denominari debet, pro vt illa in numero cæterarum nostrarum consuetudinum descripta, & inserta reperitur, iuxta l. imperator. ff. de in diem addict. cum notatis in l. 1. ff. si cert. pet. ac in specie consuetudinum nostrarum notat. Sign. cons. 232. num. 4. pro vt quoque inter consuetudines ciuitatis Alexandriæ eamdem vterque Raph. ac idem Signor. inter consilia Curt. Sen. consil. 34. in princip. commemorant. Et licet tum gr̃a facilioris probationis, tũ magis memoriæ retinẽdę tũ ẽt etiam maioris obseruantiæ, consuetudo hæc in legem scri-
3 ptam redacta sit, non propterea † desijt esse consuetudo, nec pristinam formam amisit, cum scriptura non sit de essentia, & natura consuetudinis, Bar. in repet. in l. de quibus. nu. 8. & ibi quoq; Ias. nu. 36. ff. de legib. in l. moribus. in princip. ibiq; Soc. & reliqui. ff. de uulg. Dec. in rub. ext. de consue. col. 1. ubi de communi attestatur, & Roch. Curt. col. 2. Curt. Iun. tract. feud. 1. partę nu. 12. Bero. in rub. ex. de constit. num. 7. & Gras. Pomer. li. 1. recept. sent. in uerbo consuetudo. q. 1. quod & ex nr̃i codicis inscriptione, deprehenditur, concepta, in hæc uerba, cõsuetudines ciuita. Alexandriæ, ut arguit Bero. loco prę allegato, & conferunt infra notata uerbo, itẽ quod, nu. 15. unde cõsuetudo sic in scriptis redacta nõ amplius q̃d
4 facti dicetur, nec †probationi subiecta, secundum Franc. c. 1. col. 5. de constit. quemadmodum alias necessarium esset, ut prodit Ang. instit. de pup. in princ. glo. moribus, in cuius probatione non modicum solet fieri dispẽdium, Rebuff. in reg. constit. tit. de consuet. Artic. 2. glo. 3. in tantum, quod iudex
5 †de ea ex officio se informare nõ põt, cũ decisionem causę, & non ordinem iudicii respiciat, Dec. cons. 402. nu. 12. Phan. de luer. dot. gl. 14. col. 3. in fine, & Hip. Rimin. in casu notabili col. 6. num 33. & seq. sed alio non exquisito, pro lege omnino est seruanda, Signor. d. cons. 232. nu. 4. Franc. loco præallegato, inferens ex hoc, sententiam contra eam latã reddi ipso iure nullam, ut infra ẽt dicetur præfatio 4. nu. 28. præcipue cum illa in uolumine statutorum inserta reperiatur, iuxta not. per Bar. extrauag. qui sint rebel. uerbo, data, Alex. consi. 39. num. 4. lib. 3. Ias. l. cum prolatis. nu. 6. ff. de re iud. cum publica, & notoria omnibus habeatur, argu. l. 2. uerbo, pro ro-
6 stris. ff. de orig. iur. per quem tex. no. ibi Bal. quod statuta† & reformationes eo ipso ligãt, quod in publico archiuio sunt positæ, & cõiter earum copia habetur, ac omnibus patent Corn. cons. 156. col. 1. lib 3. confert Ias. d l. cum prolatis num. 6. uersi. hinc ex ista. Felin. in c. 1. col. 2. in 3. ampliatione de re
7 iud. unde cum & scripta, & notoria existat, tenetur †iudex illam sequi, & seruare, etiam quod sibi producta, & allegata nõ fuisset, ne litem suam faciat, Bal. l. 1. nu. 2. C. Vt quæ des. ad uoc. par. iud. sup. Feli. d. c. 1. nu. 5. & Rip. l. 4. §. Hoc autem iudicium num. 33. & seq. ff. de dam. infect. & non nihil adhuc dicemus infra præfatione 4. numero 28. Nec parum refert, quod consuetudo vires suas, ac proprium nomen non amiserit, sed pristinam naturam adhuc retinuerit, si quidem præcæteris, quæ passim in iure nostro habentur, quorum aliqua videri possunt apud Ias. in d. l. moribus numero 11. ff. de vulg. illa non modica in praxi oritur vtilitas, quod actor
8 conditionem ex moribus, & non ex lege proponere debet, ne alias succumbat, etiam quod cõsuetudinem in scriptis redactam ex inde probet, cum agens vna ex causa expressa, & aliã probans, succumbat, ex eo quod ius in iudicio deductũ probatum non fuit, ita vt sn̄a, & processus cõformes libello fier. possint, Bar. l. 1. nu. 8. C. Quæ sit long. consuet. vbi subdit,

quod

Source : BIU Cujas

quod ob id debet iudex reum absoluere, reseruato sibi iure apte agendi, idem ibidem notat. Alb. in rub. num. 12. & seq. Bar. quoq; in d. l. de quibus in fin. & Alber. num. 47. vers. Sed circa hoc. ff. de legib. vbi refert, ita succubuisse quemdam ad uocatum Riminensem, qui dum esset stat. condictionem ex consuetudine proposuit, ex quo inepte proposuerat, & de communi attestatur Roch. Curt. dicens, durum esse ab ea re cedere in c. fi. q. 3. nu. 562. & seq. & secundum aliam impres. habetur 8. sect. nu. 7. de consuet. & inquit Ias. in d. l. de quib. quod contradicentem non inuenit, vnde & si exinde contrarium ipse Ias. fortissimis argumentis teneat, periculosum admodum erit, recedere a communi, nisi essemus in casu,
9 quo†sola facti veritate inspecta procederetur, ex eo qđ tũc obtinet actor, licet in petitione causa vna fuerit expressa, & alia exinde probata, Alex. consi. 114. nu. 6. li. 6. & Cra. sumpto argumento a cessante rõne præcedentis conclusionis, consi. 198. nu. 7. ideirco caueant libellãtes, ne causam in cõtrouer
19 siam deducant. si quis aũt petitionem suam formauerit†sm stat. & consuetudinem, vt plurimum praxis se habet, nequa quam tamquam inepte agens succumberet, cum tunc sola condictio consuetudinis proposita videatur a lege, s. municipali approbatæ, vt Bar. se ipsum declarat in d. l. de quib. nu. 9. & Iac. cum eo nu. 9. & 10. ac Ias. nu. 93.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudines Alexandrinæ antiquissimæ, & immemorabiles.*
2 *Consuetudinum Alexandrinarum certa origo haberi non potest, minusq; necessarium est.*
3 *Alexandria condita a, a Mediolanensibus, Cremonensibus, et Placentinis sub Pontificatu Alexandri Tertij, regnante Federico Imperatore.*
4 *Alexandrini, Federico in summum Pontificem sequienti, primi acriter restiterunt.*
5 *Alexandria antea dicebatur Cæsarea, & nu. 7.*
6 *Alexander summus Pontifex Alexandriæ primum episcopum dedit, & illam suo nomine Alexandriam appellauit.*
8 *Consuetudines prius quam leges fuerunt.*
9 *Tempus non est de substantia legis, vel statuti.*

Præfatio. II.

Et si quispiã simul cum Caio, & Pomponio. qui interpretationem aliquam promittentib. id necessariũ fore in l. i. & 2. in princ. ff. de orig. iur. professi sunt, huius nostræ consuetudinis originem quærat, non magis congrue rñ deri posse, arbitror, quam vna cum Oldra. consi. 244. nu. 13.
1 cum†de antiquissima, & immemorabili. Consuetudine agatur, cuius initij memoria nõ extat in p̃rium, vt in specie nostrarum consuetudinum attestatus est Signor, consi. 232. col.
2 fin. versic. 3. quod, necessarium†non est, quærere actus, a quibus consuetudo originem habuerit, cum impossibile sit, vñ frustra quæritur, quod inueniri natura prohibetur, instit. de inuti. stipu. in princ. & l. quidam, in fine. ff. de trit. uin. oleoq; leg. Nisi quis originem repetere uelit ab anno 1179. secundũ Exordium ipsarum consuetudinum in hæc uerba, Hę sunt consuetudines ciuitatis Alexandriæ Anno Dominicæ Incarnationis 1179. die Sabbati in festo S. Mauritij, quod legitur
3 fuisse tempore, †quo ciuitas Alexandriæ, tum a Mediolanensibus, tum Cremonensius, & Placentiuis contra Papiam cõdita fuit, anno concilij Lateranensis sub Alexandri tertij Senensis Pontificatu, regnante Federico Imperatore, Summo
4 Pontifici infestissimo, cuius furori†cum Alexandrini, tunc Cęsarei dicti, primi diutius, ac pertinaciter in summa rerum inopia restitissent, & per totam hyemem hostem sustinuissent, summus pontifex Alexander, victo Federico, pro opera egregie in bello nauata, simul ut aliquando honesto munere diuturnæ obsidionis damna emendaret, Vrbem paulo
5 ante supra constructam, quæ Cęsarea dicebatur, †suo nomi-
6 ne Alexandriam†appellauit, & ei Episcopum dedit, ut apud Merulam patritium Alexandrinum habetur, lib. 3. de antiquit. Vicecomi. & ex nostris quoque secundum Cronicam Martianam, notat Pauin. tract. de uisitat. 5. q. 2. par. num. 96.
7 & 97. †& de Cæsarea, habetur mentio in extrauagã. Federici Imperatoris de pac. constan. §. hæ autem sunt ciuitates. Verum cum hinc non propria ipsarum consuetudinum origo repetita uideatur, sed potius quędam earum approbatio, seu reformatio per commune, & homines Alexandriæ tunc tẽporis facta, sit relata, ut id quoque dignoscitur in uolumine statutorum, fol. 42. rub. de consuetud. communis Auctenticandis, ex quo consuetudines iam extitisse, præsupponendũ uidetur. ubi lector hoc Oldra. responso non contentetur, sed aliud appetat, originem hanc, iuxta illud notum prouerbiũ, ab vrbe condita, seu a iactis fundamentis poterit repetere¦,
8 & ante quam statuta condita fuissent, cum prius †fuerint consuetudines, quam leges, teste Afflict. in prælud. ad constit. regni q. 5. nu. 3. utroque eorum contentari potest, & æq, bonique consulere, posteaquam temporis applicatio non
9 est de substantia † legis, uel statuti, Bal. in prima constitutio. C. §. quibus. num. 6. ac talis immemorabilis consuetudo priuilegij uim habet, Dec. consi. 586. num. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio aliqua, num ciuilis, vel prætoria sit, longe differt, vbi nonnullæ differentiæ referuntur.*
2 *Consuetudo hæc num ciuilis, vel prætoria dici debeat.*

Præfatio. III.

Nunquid autem nostra hęc consuetudo inter ius ciuile, uel prætoriũ ascribi debeat, effectus sine bona fruge non est. Nam si prę-
1 toria † est, eius prouisio, condictione annalis duntaxat erit, si uero ciuilis, perpetua dicetur, ut instit. de perpet, & tempo. actio. Bartol. & reliqui scribentes in l. quinta in principio. ff. de verbo. oblig. Bero. consi. 124. num. 18. lib. 2. Rursus lex prætoria actum in p̃rium factum ipso iure non annullat, at ciuilis sic, iux. notata per Ias. in l. non dubium. num. 22. C. de legib. Tiraq; in l. si vnquam, Verbo reuertatur. num. 411. C. de reuoc. dona. quemadmodũ nostra hæc prouisio actũ ipso iure irritum facit, vt infra verbo, non possit, in princ. nu. 14. & seq. Item Ciuilis dispositio iuri cõi in suo territorio derogat. l. omnes populi. ff. de iust. & iure. l. de quibus, & vtrobiq; scribentes. ff. de legib. non ita prætoria, quæ contraria legibus, & constitutionibus non recipitur. l. formam C. de off. præf. præto. orien. Castrens. consi. 368. col. 1. libr. 2. Præterea si esset prætoria, subditum extra territorium non ligaret. l. fin. ff. de Iurisd. om. Iud. c. Vt animarum. §. statuto. de constit. in 6. si vero ciuilis, vel populi, secus, Io. Ludo. de Lamber. inter cõs. vltim. volunt. consi. 76. nu. 76. & seq. ꝑ vt circa id videbimus experimentũ infra. 8. præfatione. differentia alia habet apud Imol. in Clem. 1. num. 18. de restit. in integr. Breuiter quęstio.
2 respondendo, concludendum puto, eam†ciuilem, non autẽ prætoriam censeri, ex eo, quod, à, populo Alexandrino, & non a prętore, nec ab aliquo ex consulib. iustitię introducta fuit, iuxta doctr. Bal. in l. fin. nu. 10. C. Vnde legit. ubi, quãdo consuetudo a iudicibus, seu potestatib. terrarum reperitur inducta, censetur ius prætorium, si uero a populo, ius ciuile, cuius dictum magnifacit Ias. in l. de quibus. num. 83. ff. de legib. sequitur Roch. Curt. in rub. de consuet. nu. 22. Brun. quod extant. masc. 13 arti. q. 2. nu. 13. conferunt relata per Ioan. de Amic. consi. 22. nu. 13. Bolog. inter consi. Abb. consi. vlt. nu. 3. & 4. lib. 1. ac. notat Chass. in proemio ad consuet. Burg. verbo coſtumes. num. 15.

SVMMARIVM.

1 *Vxorem a viri hæreditate arceri, durum admodum, inhumanum, & a naturali ratione alienum, videtur.*
2 *Vxor viri periculorum, incommodorum, necessitatum, Casuum, & aduersitatum sit particeps.*
3 *Diuus Augustinus, legem voconiam prohibentem, ne quis hæredem fœminam faceret, improbat.*
4 *Statutum, lex vescripta, ne maritus relinquat vxori. in iure subsistit. cum ratione num. 17.*
Lex Longob. sic disponebat.
5 *Statutum, quod maritus aliquid vxori relinquere teneatur, valet, & simul etiam consuetudo, nu. 18.*
6 *Statutum ex aduerso tenet, ne vxor relinquat marito.*
7 *Bene dispositа circa mulieres, reipublicę optime conferunt.*
8 *Forma testandi, cum a iure ciuili sit inducta, per statutum alterari potest & quando.*
9 *Prouisio, ne relinquatur vxori, æqua, sancta & optima.*
10 *Consuetudo ne maritus vxori relinquat, tenet.*
11 *Consuetudo in quo, a, iure scripto differat.*
12 *Consuetudo minoris auctoritatis non est, quam ius scriptum.*
13 *Imo potentior lege.*
14 *Ratio cur.*
15 *Et Rex omnium dicitur, seu domina nu. 16.*
19 *Doctores mentionem habentes de stat. & consuetudine, vt plurimum, de utroque promiscue loquuntur.*
20 *Ius ciuile, introductis, a, iure diuino, & gentium, formam dat.*
21 *Ius nullum extat, a, quo hæc nostra dispositio expressa prohibeatur.*
22 *Dispositio hęc immemorabilis, & de illa non dubitandum, sed omnino obseruanda. num. 26.*
23 *Omnia ad hanc consuetudinem necessaria interfuisse, præsumenda sunt.*
24 *Scientia principis ad consuetudinem non necessaria.*
25 *Alexandria olim libera, & a, se ipsa dominata.*
27 *Consuetudo altera natura.*
28 *Sententia contra consuetudinem lata, non minus efficitur nulla, ac si contra legem lata esset.*
29 *Consuetudo in foro conscientiæ nos obligat.*
30 *Prouincia quælibet, ciuitasque speciales consuetudines, atque leges habet.*

Præfatio. IIII.

Sed rei, de qua verba facturi sumus, propius acceden do, an dispositio, seu consuetudo hæc, prohibens, maritum legare vxori, in iure teneat, & si prima facie, (præter quod libera facultas testandi nemini coangustanda

Source : BIU Cujas

eſt l. prima. C. de ſacroſ. eccleſi. l. ſi fratres. §. idem reſpondit
1 ff. pro ſoc.) durum † admodum, in humanum, & a naturali ratione alienum videtur, vt mulier a viri hæreditate arceatur, quæ ei legitime coniuncta, fortunarum, & ſacrorum omniū eſt ſocia. l. 12. inter ll. duodecim tabul. l. aduerſus. C. de crim. expil. hæred. quæve omnium periculorum, incommodorū, neceſſitatum, caſuum, & aduerſitatum particeps eſt. l. 1. ff. de rit. nup. ſuaque prudentia, & conſilio rem familiarem ſæpe
2 non ſolum auget, vt cap. viduas. 27. qō. 1. verum etiam penitus labefactatam, ac viri ſalutem reſtituit, atque ſuſtinet. c. ſi aliquid. 22. q. 4. & varia exempla repeti poſſunt ex infra notatis, in verbo viginti. nu. 105. & ſequen. vt nimirum, ſi diuus
3 † Auguſt. lib. 3. cap. 21. de ciuit. Dei, graui cenſura legem voconiam damnauerit prohibentem, ne quis hæredem fœminam faceret, nec vnicam filiam, tanquam quid ea lege iniquius dici, aut excogitari poſſit, vt per iniquum quoque nō poſſe relinqui vxori, habuit Cuman. conſ. 90. colum. 1. & infra etiam dicam præfatione 7. num. 2. & per conſequens nimirum, quod lex illa voconia, & aliæ huiuſcemodi antiquæ leges, arcentes mulierē, a ſucceſſione viri, obliteratæ remanſerint, & in deſuetudinem abierint, teſte Gelio. li. 20. c. 1. circa medium, vt id quoque commemorat Pet. Pech. de teſta. coniung. lib. 1. c. 1. nu. 3. vbi inquit, nihil hodie dubitandum, quin liceat alteri ex coniugibus, alteri legare, & hæredem facere, quod ex variis legibus tam clare deciſum extat, vt de eo dubitari non poſſit, vt late per eum. Nihilominus, quod huiuſmodi diſpoſitio, ſub velamine ſtatuti, ſeu legis ſcriptæ
4 in Iure † ſubſiſtat, præſupponit Bar. in l. 1. nu. 32. C. de ſum. tri. ſecundum Iaſ. in l. ex facto. nu. 9. ff. de vulg. & pup. Idem ſentit Iaſ. in l. ſi is qui. num. 5. eod. tit. quatenus refert, huiuſmodi ſtatuta communiter eſſe in Italia, Clare Barb. conſ. 12. colum. 12. num. 6. verſ. conſidero etiam lib. 1. Ale. conſ. 128. nu. 1. li. 7. Chriſtoph. Caſtil. loquens in terminis huius noſtræ conſuetudinis conſ. 2. col. fin. & ſtatuta hęc in loco ſeruanda, inquit Soc. conſ. 79. nu. 3. lib. 4. Bened. in cap. Ray. verbo, & vxorem nomine Adel. in 5. deciſ. nu. 215. de teſtam. Dec. cōſ. 196. in princ. Brun. quod extan. maſcul in 1. articu. 4. q. nu. 39. Pariſ. conſ. 16. nu. 9. li. 3. Chaſſ. in conſ. Burg. 4. rubr. 7. §. verb. par teſtam. num. 3. Anchar. iun. qō. 27. num. 1. in prima par. Borg. de vſufruct. mulieri relicto. nu. 123. Alciat. c. nouit. nu. 44. de iudiciis. vbi inquit, quod ſtante hac diſpoſitione, ſi reperitur plus relictum, poterit hæres dicere, quod non habet conſciē etiam læſam, at credit, quod Blanditijs maritum defraudauerit ad ita legandum, ſubdit tamen, quod bene caueant, qui ita iurant, ne ædificent ad ghennam, de qua re latius infra dicemus, verbo, non poſſit. q. 14. demum iſtud admittunt. Pet. Pech. de teſtamē. coniug. lib. 4. cap. 1. & Burſ. poſt alios conſil. 189. num. 1. ſic de iure Longob. cautum legitur, vt maritus habens filios nihil vxori relinquat, præterqnam tertiam partem vſusfructus, vt in Longob. de his, quæ a vir. in vx. dant. l. fin. no. Rof. de bono. poſſ. vnde vir. & vx. in princip. vbi etiam conſulit, vt mariti nihil vxoribus ſuis relinquant, vt inf. pro
5 xi. præſatio. num. 27. ſicuti ex aduerſo, valet ſtatutum, † quod vir in ſuo teſtamento vxori aliquid relinquere teneatur, idē Pech. loco præalleg. c. 2. necnon, vt inuicem ſuccedant, Myn ſing. in 14. reſp. num. 12. & ſequen. vbi refert, Romulum quandoque legem tuliſſe, ut uxor uiro ſuccederet. & econtra va-
6 let ſtatutum, † per quod prohibetur, uxorem legare uiro, Bal dus l. prima. num. 18. C. de ſum. trin. cum quo tranſit Signor. eius nepos tract. ſtatut. Bal. uerb. legatum. num. 3. Iaſ. l. ſtipulatio hoc modo concepta, colum. 1. de uerb. oblig. Brun. de Conſtit. & ſtatut. uerbo, legatum, quod mulier, & id quoque uolunt plerique ex ſupra rellatis. Idem inſtitutum, & apud Romanos aliquando fuiſſe in uſu, refert Pet. Pech. de teſtam. coniug. li 1. c. 1. ut infra etiam dicam proxima pręfatione ante fin. num. 50. & proinde Ariſtot. in 2. polit. c. 7. conſiderans,
7 quam bene † diſpoſita circa mulieres, multum conferre Rei pub. pręcipue ne illis libere donetur, & teſtamento relinquatur, ex quo id in maximum Reipubli. damnum tendit, cum (ut ipſe ait) ubi in quacunque Repub. male prouiſum extat circa mulieres, in ea putandum ſit, medietatem ciuitatis eſſe neglectam, lacedemoniorum legem contrarium permittentem damnat. Hæc itaque prohibitio ſi a lege ſcripta inducta inconcuſſe admittitur, & recipi debet, non obſtante, ꝙ ampliſſima illa facultas, quam habet quiſque legandi de re ſua, etiā a uetuſtiſſima lege duodecim tabula. data, ut l. uerbis. l. ff. de uerborum ſig. & §. diſponat. auct. de nupt, coangu ſtata ſit, cum per aliud ius ciuile id tolli, & contrarium diſpo ni poſſit. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. §. fin. Inſtit. de iur. natu. & Bal. in l. lege duodecim tab. colum. 1. in fin. C. de leg. hę red. ubi inquit, quod cum omne ius ciuile ſit mutabile, ualent ſtatuta, quæ circa ſucceſſiones diſponunt, idem Bal. in l. 1. §. ius naturale, prope finem. ff. de iuſt. & iu. hinc Ang. con-
8 ſil. 88. col. 1. ait, ꝙ cum forma † teſtandi, a iure ciuili ſit inducta, poteſt per ſtatutum alterari, ſicuti per legem Falcidiam factum extitit, per quam lata facultas illa legandi, a l. duodecim tabularum tributa, uti quiſque legaſſet rei ſuæ, ita ius eſto, coanguſtata poſtmodum fuit ad dodrantem inſtitu. de leg. Falcid. in princ. & l. 1. ff. eod. præcipue ſuadente iuſta, & rationabili cauſa, ut in proxima pręfat. latius dicam. & ex eo etiam, quod libera teſtandi facultas non in totum tollitur, ſed tantum reſpectu certarum perſonarum coarctatur. Cro.
9 conſi. 206. num. 12. & ſequen. Vnde hęc † æqua, ſancta, & optima cenſetur prouiſio, ut apud practi. Papi. in forma ad dotē, glo. dedit, & legauit. Chaſſ. alleg. uerb. par teſtamen. num. 3. & Pech. alleg. lib. 1. de teſtam. coniug. c. 1. num. 3. & lib. 4. c. 1. qui ad illud quoque, quod dubitationis cauſa ſupra deductum fuit, reſpondet. Pari modo, ad quæſtionem ſpeciatim
10 reſpondendo, fatendum eſt, ſimilem prohibitionem † con-
11 ſuetudine inductam ualere, cum ſit, quod conſuetudo † a iure ſcripto, non niſi, ut tacitum ab expreſſo, differt. l. de quib. & ibi ſcribentes. ff. de legib. & penes modum, & formam dū taxat, non autem penes cauſam efficientem, & eius poteſta-
12 tem diſſonat, quęque minoris auctoritatis non eſt, quam † ius ſcriptum Corn. conſ. 107. colum. fi. li. 2. in tantum quod fieri poteſt per ſtatutum, poteſt etiam per conſuetudinem induci, Soc. Iun. conſ. 65. nume. 29. li. 1. & ius ciuile ita conſuetudine mutari poteſt, ſicut per ſtatutum, Bal. c. 1. §. præterea ducatus. nu. 3. in princ. de prohib. feu. alie. per Feder. ubi inqt, nullum eſſe ius mere poſitiuum, quod conſuetudine mutari non poſſit, Abb. conſ. 7. col. pe. uerſ. & notanter. lib. 2. Io. de Ami. conſ. 11. colu. 1. & alibi habetur, quod conſuetudo ita dat, ac tollit formam, quemadmodum lex, princeps, atque ſtatutum, Brun. de form. tit. quis poſſit dare, & tollere formā, hinc Crau. conſ. 238. num. 6. quod conſuetudo facere poteſt, de prohibito permiſſum, & alia huiuſcemodi ſcribit Luca. de pe. in l. miſſi opinatores. col. 2. & 3. de exact. trib. li. 10. Quin
13 etiam potentior † eſt conſuetudo, quam ſtatutum, Dec. cōſ. 694. num. 8. Crau. conſ. 251. col. 2. & de antiq. temp. 1. par. nu. 42. & ſeq. & Soc. iu. conſ. 68. nu. 102. li. 3. hinc Bal. in c. ſi. nu. 8. de conſuetud. quod licet Romanorum legis non ſit uilis auctoritas, nō tñ uim ſuam adeo extendit, quod uſum, aut mores uincat, hinc quoq; no. Affli. in c. i. §. & quia, nu. 51. de his, qui feud. dar. poſ. quod magna eſt legum Romanorū Auctoritas, at maior Auctoritas cōſuetudinis, quę leges Romanas
14 vincit † idq; ratione demonſtrat Cona. in comment. iuris ciuilis li. 1. c. 10. relatus quoq; ab Hipp. Rimin. conſ. 51. nu. 3. & ſeq. vbi de vi conſuetudinis agens, ſcribit, ſanctiora quodam modo videri ea, quæ moribus afferuntur, quam quæ imperā tur legibus, propterea quod leges dantur, vt plurimum, inuitis, & recuſantibus ab eo, qui plus poteſt, & idcirco grauiores ſunt, quia coactę, at quod eſt conſuetudinis, ſuaue, per ſe influit in mores hominum, ſic vt vel, a, natura putetur eſſe, aut ab antiquis bono publico inſtitutum, quare nihil aptius, neq; vero potentius quicquam eſt hominibus regendis, con ſuetudine, pręſertim, q̄ ſua vetuſtate, naturę vim obtineat, vt merito Pindarus, morē, omniū regē appellet, quod ſolus regnet, ſolus imperet, & vnus oīb. mortalib. iubeat, vetet, pręſcribat, quod videatur, vnde † Darius apud Herodotum græ
15 cos aliqñ rogauit, quanta pecunia adduci poſſent, vt veſcerentur defunctorum parentum corporibus, quemadmodū Indi, at illi, meliora eum ominari Iuſſerunt, Rurſus Indos cum multis precibus, & præmijs tentaſſent, vt mortuos græcorum more cremarent, reſponderunt, ſe prius extrema paſſuros, & alibi Conna, eiſdem commenta. lib. 6. c. 3. conſuetu
16 dinem rerum † omnium dominam appellat. Et ita rōnem hanc ad conualiditatem huius noſtrę diſpoſitionis in indiui duo includere vī Caſtil. alleg. conſ. 2. col. fi. quatenus † inquit
17 quod cum factio teſtamenti publici Iuris ciuilis ſit l. 3. ff. de teſtam. & hominibus iure publico conceſſa ſingulari ex priuilegio, ſcilicet, vt poſt mortem de rebus ſuis diſponant, & tempore, quo res amplius nō ſunt ſuę, & ita teſtantur de alienis, gl. in l. illa inſtitutio. ff. de hæred. inſtit. merito tanquā ciuilis, cuilibet legis municipalis diſpoſitioni relinquitur, ſicuti alias videmus, qđ licet dos de iure ciuili ſoluto matrimonio ad patrē dotantē reddeat. l. dos, a, patre. C. ſol. mat. ex cō ſuetudine tñ liberis exiſtētibus ad patrē nō reddit, ſed apud ipſos liberos remanet, gl. d. l. dos, a patre, no. Bar. & reliq oēs in l. poſt dotem. 5. q. ff. ſol. mat. idē videmus de conſuetudine illa Bulgarina, per quam legatum generaliter factū vxori de vſufructu omnium bonorum, ſtantib. liberis, ad ſola alimenta reſtringitur, glo. & ſcribentes in auct. hoc locū. C. ſi mul. ſec. nupſerit, & rei propius accedendo, ſic videmus, valere, conſuetudinem, vt vir aliquid vltra dotem relinquat vxori,
18 Bald. in l. quod ſcitis col. fi. C. de bo. quæ lib. in l. filium quem habentem nu. 42. C. fam. erc. Io. de Amic. conſi. 43. num. 5. & ſup. num. 5. diximus. Inde fit, quod doctores de ſtatuto, † &
19 conſuetudine mentionem habentes, vt plurimum de utro-

que

Source : BIU Cujas

que promiſcue loquuntur, vt pote Ang.conſ.126. colum.1. vbi inquit, quod cum ſolennitas condendi teſtamentum introducta ſit, a, iure ciuili, & ipſa facultas teſtandi ab eodem iure proueniat, illa, per ſtatutum, & conſuetudinem derogari, augeri, atque diminui poteſt, eundem loquendi modum obſeruant Barto. & reliqui cum eo in l.1.3.quæſt.C.de ſumma trinit. Alex.l.ſi non ſpeciali.col.1.C.de teſtam. Dec.c.2. num.12.& ſeq.de probatio. Brun.tract.de form.tit.quis poſſit dare, & toll.form.vbi inter cætera colum.3.ait, quod lex, princeps, ſtatutum, & conſuetudo nō tantum dant formam his, quæ ab ipſis, ſed etiam ab aliis introducta ſunt, quia Ius
20 †ciuile dat formam his, quæ a iure diuino, vel gentium ſtatuta ſunt, nec non ſtatutum, & conſuetudo his, quæ inducta ſunt, a iure ciuili, pro vt promiſcue de cōſuetudine & ſtatuto loquitur Petr. Pech. alleg. lib.1. de teſtam. coniug.c.1. & Chaſſ.d.verbo, par teſtament.in varijs locis illius glo. Nec inconueniens quidem eſt, quod lex, ſeu conſuetudo rōnabili ex cauſa marito facultatem auferat relinquendi vxori, cū & ſubditis libera quandoq; adminiſtratio rerum ſuarū p le gem ex cauſa interdicatur Bal.in l.2.in fi. C.vt in poſſ.legat.ſi cuti matri ad ſecunda vota tranſeunti interdictum eſt, bona omnia ſecundo viro tradere ex leg.hac edictali.C.de ſecun. nup.ac etiam moribus ſublata eſt facultas coniugibus inuicem donandi.l.1.ff.de dona.inter vir. & vxo. Accedit quoq; pro validitate huius noſtræ conſuetudinis, quod nullum eſt
21 ius, † quod illam expreſſe damnet, tollatque, unde permiſſa videtur, vt valeat, vt meditationem hanc habuit Bar.in d.l. 1.q.3.num.23.verſi.præterea non reperitur. C.de ſumma trinit.Abb.conſ.6.col.pen.ver.nam nullum eſt Ius.lib.2.& Fel. c.ſi quando, col.8.verſ.vbi vero, de reſcri.præſertim (vt loco Alleg.ſubdit Abb.) quando tanti eſt tēporis, de cuius initio non extat memoria, & quæ (vt replicat Abb.) poſt curſum tanti temporis in dubium refricari non dēt. Quemadmodū
22 noſtra hæc tam immemorabilis†cōſuetudo exiſtit, vt ſupra præfatione.2. vnde de illius validitate nullatenus dubit ādū
23 eſt, Ruin.conſ.40.num.10.lib.1.cum omnia† ex ſpacio tanti temporis præſumantur ſolemniter præceſſiſſe, Pariſ.cōſ.25. prope finem lib.4.ſcilicet, tacitus conſenſus principis iuſta, & rōnabilis cauſa, Abb. d.conſil.7.col.pen.Corn. conſi.155. nu.6. lib.4.& alia neceſſaria relata per Rebuff. in præfat. ad
24 reg.conſtit. de conſue.nu.36.& ſeq.& ſi de ſcientia†ſuperioris, an illa in conſuetudine interfuerit, vel ne, curandum nō ſit, Are.atteſtans de communi conſi.153.nu.1.in fin. vtidem obſeruat Corn.d.conſi.155.nu.3.ad quod etiam Rebuff.alle. tit.de conſuet.in 2.artic.gl.20.Graſſ.lib.1.recep.ſen.verb.cō ſuetudo q.8.præſertim in cōſuetudine immemorabili. Ale. conſi.6.nu.4.& conſ.7.nu.1.lib 1.& Crau.conſ.251. colum.
25 1.Quamquam ciuitatem† Alexandriæ olim liberam qñque fuiſſe.& a ſe ipſa dominatam, hiſtoriarum monumenta teſtantur, vt citra principis conſenſum quæuis conſuetudo ab ea introduci potuerit. Quinimo variæ extāt, & ſtatutorum & conſuetudinum confirmationes principum, & præcæteris Luchini Vicecomitis vſque de anno 1348. de quibus meminit Signor.conſil.732. circa finem, & habetur mentio in volu.ſtatutorum fol. 400. & ſeq. E quibus dubioprocul hęc
26 noſtra†conſuetudo omnino tenenda, & obſeruanda venit d.l.de quibus, & ll.ſeq.ff.de legib.c.conſuetudo 1.diſt.quem admodum conſuetudinem obſeruari, lex duodecim tabul. ſtatuit, Ritu familiæ, patrięque ſeruato, ac mandat Imperator in l.1.& fin.C.quæ ſit long.conſuet.magni.n.faciunt pro uinciales, ſeruari ſibi conſuetudinem.l.obſeruare.§.magni. ff.de off.proconſ.& alibi Cicero de legi.ex patrijs ritibus coluntur optima, & non minus, quam matri adhibenda eſt cō ſuetudini reuerentia.Bald.conſ.318.quidam col.fi.lib.2.Rurſus arbitrarium non eſt, ſed neceſſarium.quod conſuetudine eſt introductum, ait Idem Bal.in l.quicumque col. 5.C. de ſer.fug.& alibi conſ.284.nu.3.lib.3.ait, qđ conſueta, ſunt quodammodo iura naturalia in loco illo. quia conſuetudo
27 †eſt altera, natura, & ſic etiam quodammodo immemorabilis, voluit idem Bal.d.conſi.318.circa finem, ad quod mox ſuperius relata.nu.14.repeti poſſunt, vt nimirum ſi non minus conſuetudinem, quam ſtatutum ſeruare debeamus, vt idem alibi inquit Bal.in l.ſi quis non.nu.3.C.de epiſ.& Cler. Roch.Curt.c.fi.4.no.de conſuet.vbi ait, quod ſicut præſes p uinciæ tenetur ſeruare leges, ita etiam conſuetudinem, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, & proinde ſententia cō
28 tra eam†lata non minus efficitur nulla, ac ſi lata p̃ legem eſſet, Alberi.in l.an in totum in fi.C.de edif.priuat.Fel.c.1.nu. 4.& 5.de re iud.Cur.loco præalle.vbi etiam ait, quod Iudex Iudicans p̃ conſuetudinē facit litem ſuam, ac ſi p̃ legem iudicaret, de quo etiam ſupra præfa.1.num.4. & 6. Quinimo &
29 in foro, †(quod conſcientiæ appellamus) cōſuetudo nos obligat, ſecundum Bal.poſt Innoc, in rub.extr.de conſuet.in fi. quia non minus peccat tranſgreſſor conſuetudinis, quam legis ſcriptę, Curt.conſ.78.col.2.in fi.Curt. d.c.fi.4.not.& Rebuff.loco præalleg.nu.70.& ſeq.etiam quamtū cumq; ſit dura Rip.c.ſi quando, nu.18.de reſcrip.de quo latius infra verbo, non poſſit q.14. Nec demum (vt quæſitum hoc omni ex parte reddatur munitum) reprehēſibile reputari debet, iuxta tex.in c.non debet, de conſang.& affin. quod ſecundum locorum varietatem, diuerſi mores, atque ſtatuta reperian-
30 tur, cum quælibet†prouincia abundet in ſenſu ſuo, ac ſpeciali conſuetudine c.certificari, de ſepul. c. illa 12. diſtin. c. vtinā.76.diſtinc.Mant.in enchir.rer.ſingul.lib.8.c.197.hinc dicit Bal.tit.de pac.conſtan.§.hoc quod nos.nu.21.quod licitum eſt cuilibet ciuitati proprias habere conſuetudines. & alibi conſ.495:in fi.lib.5.ait, quod & ſi ius municipale aliquando non ſit æquum, eſt tamen bonum ſecundum ſitum generatiuæ, & apetitiuæ regionis, hinc quoq, Ariſt. Aetich. lib.5.c.7.humana iura non eadem vbique ſunt, nam neque reſpublica apud omnes eſt eadem de quo late per Micha. vlc. tract.de regim.mund.3.part.quæſt.2.nu.17.& ſeq. vnde bene cecinit Ouid.1.de arte amandi.

Nec tellus eadem parit omnia, vitibus illa eſt,
Conuenit hæc oleis, hic bene farra virent.

SVMMARIVM.

1 *Lex non infringitur, etiam quod rationem ſecum non habeat.*
2 *Leges & ſtatuta probationem in contrarium non recipiunt*
3 *Lex poſtea quam eſt condita, ſecundum ipſam, non de ipſa Iudicandum eſt.*
4 *Statuta pro maiori parte conſiſtunt magis, in ſic volo, ſic iubeo, quam in modulari ratione.*
5 *Legis, vel ſtatuti determinatio quum habetur, illius ratio vlterius inueſtigari non debet.*
6 *Inanis eſt diſputatio, vbi ſtatuti diſpoſitio habetur.*
7 *Quod & in conſuetudine locum habet.*
8 *Melius eſt, quod lex ratione aliqua, etiam fatua, defendatur, quam quod nuda, & ſine ratione dimittatur.*
9 *Rationis Vis demonſtratur.*
10 *Ratio non minus in conſuetudine, quam in lege ſcripta ſpectanda, & cuſtodienda cum ſumma dote.*
11 *Lex, vel ſtatutum ſine ratione extenſionem non recipit.*
12 *Ratio in conſuetudine & ſi ſtricte non requiratur, aliquod tamen bonum in ea motiuum adeſſe debet.*
13 *Ratio licet de eſſe conſuetudinis non ſit, eſt tamen de extenſione ipſius.*
14 *Statutum aliam rationem non habens, quam quod ita conditoribus placuerit, de ſimilibus ad ſimilia non extenditur.*
15 *Rationem legis vel conſuetudinis reddere, probabile ſaltem eſt.*
16 *Rationes variæ huius noſtrę diſpoſitionis a doct. afferuntur ad numerum duodecim, & demum Bar.ratio, tamquam magis recepta, & vera tuetur ad finem vſque præfationis.*
17 *Amor coniugum amorem tam erga filios, quam parentes ſuperat.*
19 *Nudi ab hac vita migramus in alteram.*
Maritus dominatus ab vxore contemptibilis eſt, & pro vili, & abiecto habetur, & ob id non eſt idoneus teſtis.
19 *Ratio bona in lege qualis eſſe debeat.*
20 *Statutum prohibens, ne exteraneis vltra tertiam relinquatur, valet.*
21 *Legis Saxonicæ prohibitio, ne ægrotus vltra ſolidos tres ſine hęredum conſenſu diſponat, & nu.23.*
23 *Permiſſio relinquendi vxori, vel illam poſſe viro ſuccedere, interdum cauſam præbet liberos deſerendi, & illos ſpoliandi, ac deperdendi.*
24 *Prohibitio hæc generaliter, & abſolute facta, generaliter intelligi debet.*
25 *Mulieri diuiti competitores multi non deſunt.*
26 *Dos maior in vidua, quam in virgine requiritur.*
27 *Marito per tranſitum ad ſecunda vota fit iniuria, & illius anima contriſtatur, & qualiter mulier, plerunque de morte mariti gaudens, ſe gerat.*
28 *Tranſitus ad ſecunda vota non eſt a iure improbabilis.*
Maritis, ne relinquant vxoribus, conſulitur.
29 *Raro fit vt mulieres a ſecun. nuptijs ſe abſtineat.*
30 *Vxores, dum eorum mariti ægrotant ac teſtantur, eos valde infeſtant, ac illis ſeruire denegant, ni ſibi legando complaceant, & nu.31.& 32.*
33 *Vxori licet Blanditijs virum allicere ad ſibi relinquendum.*
34 *Maritus ſe, non vt dominum pecoribus, vxori præſtare debent.*
35 *Mali mores ſunt corrigendi.*
36 *Conſuetudo, vt plurimum, malos mores reſpicit.*
37 *Veritas ignoratur eius, quod multipliciter intelligitur.*
38 *Lex varios habens intellectus ad cauſarum deciſionem allegari non poteſt, & quomodo id verum ſit nu.58.*
39 *Ratio in conſuetudine multiplex, & varia aſſignari poteſt.*
40 *Vxores graues, intollerabiles, atque ad uiros ſeducendos promptæ, & longe magis cum earum mariti teſtantur nu.39.43.& 43.*
41 *Lex de bonis mulieribus non eſt, cum nullæ ſint.*
42 *Scriptores omnes male audiunt de mulieribus.*
43 *Vxoris eggregiæ aſtutia, qua maritum induxit ad reuocandum iam conditum teſtamentum, in quo nihil ſibi reliquerat, vt ipſam hæredem faceret.*
44 *Mariti, Illecebris vxorum ſæpe ſuas conſumunt diuitias.*
45 *Proprijs liberis minus relinquendo.*
46 *Aguatos prætereundo.*
47 *Affinib. cognatis, & amicis, nihil relinquendo, & ſi alia eorū mens eſſet.*

Te-

Source : BIU Cujas

48 *Teſtamenti factio ab omni coactione debet eſſe libera.*
49 *Blanditię quænam inſtitutiones, & legata vitient,*
50 *Lex voconia cur lata fuerit.*
51 *Prouiſio hęc æquiſſima, & ſancta.*
62 *Prouiſio ſimilis in Gallia, & Saxonia.*
53 *Donatio inter coniuges facta ex frequenti, & importuna petitione non valet.*
54 *Medicus ab infirmo promiſſionem vllam accipere non poteſt.*
55 *Plutarci cauſæ, prohibitæ donationis inter coiuges.*
56 *Teſtamentum ſecundum, factum per adulationem, ac falſas ſuggeſtiones, & doloſam importunitatem ſecundi hæredis non valet, nec tollit primum.*
57 *Prohibitio hęc & ſi ob malas mulieres, & paucas prouenerit, omnibus tamen nocet.*
58 *Ratio huius noſtræ prohibitionis vnica, & non ſecus, ac ſi ſcripta eſſet, & nume. 59.*

Præfatio. V.

Verum & ſi rationem eorum, quę conſtituta ſunt in quirere nō oporteat l. & ideo. ff. de legib. nec
1 infringatar†lex, etiam quod rationem ſecum non habeat, Bald. l. non omnium. ff. de legib. cum ſufficiat, ſic eſſe decre-
2 tum, quia†leges, & ſtatuta probationem in contrarium nō recipiunt, Bal. in 1. conſtit. C. §. quibus nu. 6. ſed poſteaquam
3 lex†reperitur condita, iudicandum eſt ſecundum ipſam, nō autem de ipſa. Fely. c. ſi quando. nu. 11. in prin. de reſcrip. & ſecundum Diuum Auguſtinum in c. in illis 4. diſtinc. in temporalibus legibus, quamquam de his homines iudicent, cū eas inſtituunt, tamen cum fuerint inſtitutæ, & firmatæ, non licebit iudici de ipſis iudicare, ſed ſecundum illas. Hinc ſcri
4 bit Bal. in c. 1. in fi. de alie. feu. quod terrarū ſtatuta†pro maiori parte conſiſtunt magis, in ſic volo, ſic iubeo, quā in modulari ratione, & conſi. 473. col. fi. lib. 5. ſufficit textus ſine ratione, nec requirere debemus plus, quam requirat legislator, & apud eundem Bal. in l. Gallus. §. ſi eius. nu. 1. ff. de libe.
5 & poſth. ac Dec. conſi. 563. nu. 7. habetur, quod vbi†legis, vel ſtatuti determinationem habemus, eius rationem vlterius
6 inueſtigare non debemus, & alibi Corn. conſi. 106. in fi. lib. 1. inanis†eſt diſputatio, vbi ſtatuti diſpoſitio habetur. Vnde illud vulgare vna cum Mant. in Enchir. rer. ſing. lib. 7. c. 163. vſurpare poſſumus.

Sic placuit magno, qui nos diſtrinxit Othoni.

7 Quod & in conſuetudine†locum habet, cum illa ex conſtituentium auctoritate rationem teneat Bal. l. de quibus. nu. 32. verſ. & primo. ff. de legib. & in rub. extr. de conſuet. nu. 5. alibi in c. 1. in princ. nu. 4. de feud. cognit. inquit, q̄ non ſemper exigitur, quod conſuetudo ſit rationabilis, ſed ſatis eſt, quod ſit tollerabilis, & vſu approbata, Hinc quoque Bald. in l. lege. col. 2. C. de legit. hær. ſcribit, ſufficere, quod ſtatuentes moti fuerint aliquo motiuo, vt ſtatutum rationabile dicatur, & alibi in l. ſi infanti. nu. 21. C. de iur. de lib. inquit, quod non debemus ire per ratiunculas, cum habemus textum expreſſum, quod ad conſuetudinem trahit Gabell. in 1. parte milleloq. 33. Nihilominus quia ratio legis, vel ſtatuti, eſt anima legis, & lex in ſubſtantia rationis conſiſtit, ac lex eſt, q̄cquid in ratione conſtat, vt hæc omnia refert Dec. conſi. 64. nu. 6. ſub iugoque rationis conſiſtunt verba diſponentis Bal. c. mandatum. in prin. de reſcrip. Rip. in 4. reſpon. nu. 6. titu. de
8 iur. gen. & melius†eſt, legem aliqua ratione, etiam fatua, defendere, quam nudam, & ſine aliqua ratione dimittere, vt procedit Gomes. in Reg. de trien. poſſ. q. 1. quin etiam maio-
9 res†noſtri, illud quempiam ſcire, arbitrati ſunt, quod ratione optima demonſtraſſet, ſcireque nos dicimur, quod per cauſas cognoſcimus, Bar. l. pupillus. nu. 1. ff. de acquir. hær. & ſecundum Philoſ. 1. Phyſic. opinamur, vnum quodque cognoſcere, cum cauſas cognoſcimus, Rip. l. admonendi. nu. 72. ff. de iureiu. eſt. n. ratio (teſte Mantua. alleg. c. 163. in prin.) dux, & magiſtra orationis, oratio vero miniſtra, interpreſque mentis, & ipſius rationis inſtrumentum, & breuiter veritatis Illuminatio eſt, vt non immerito dixerit Cicero de ſe nect. omnis noſtra actio vacare debet temeritate, & negligē tia, nec agere debet aliquid, cum non poſſit cauſam probabilem reddere, Rurſus Idem Cicero in 1. offic. quid enim eſt non dicam in homine, ſed in omni cœlo, atque terra, ratione diuinius, quæ cum adoleuit, atque perfecta eſt, nominat
10 rite ſapientia. Et non minus in†conſuetudine, quā in l. ſcripta, ſpectari, & cuſtodiri debet ratio, l. 1. C. quę ſit long. ꝯſue. Bal. conſ. 176. nu. 6. lib. 5. Bar. l. contra legem. ff. de legib. Iaſ. l. iuriſgentium. § prætor ait. nu. 18. ff. de pact. nam conſuetudo ſeruatur pro lege, quæ rationem habet, inquit glo. 1. in c. conſuetudo, prim. diſtinc. & cauſa vtique inueniri dēt, quā in conſuetudine homines ſequuti ſunt, ne alias tamquam ir rationabilis ſit reſecanda c. omnia 12. diſtin. namq; rōnem tamquam animam, & ſpiritum eius ſeruari, vult Bal. conſil. 275. col. 3. verſ. ſinautem ratio lib. 2. quia ſi caret ratione, caret ſpiritu, Curt. Sen. conſi. 9. nu. 16. & conſuetudo non rationabilis, non eſt conſuetudo, ſed cōſuetudinis corruptella. c. 1. de conſ. in 6. quia, vt ibi no. rationabilitas, ſi cut legis, ita cō ſuetudinis propria eſſe debet, & Pariſ. conſil. 27. nu. 50. lib. 1. Hinc dicitur in c. corepiſcopi. 68. diſtinc. quod ratione caret extirpari debet, & ſcribit Bal. in auct. poſt fratres, ſecunda. C. de leg. hęre. quod debet ratio attendi, tamquam virtus interna legis, & quaſi genus, de ſingulis ſpeciebus prædicans, & ſtatutum ſine rarione, quid monſtruoſum appellat Curt. Iu. conſi. 5. nu. ante 28. hinc alibi ſcribit Bald. in d. l. de quib. nu. 33. verſi. quo ad ſecundum, quod ratio conſuetudinis habetur pro conſuetudine, & ſi excedit conſuetudinem, illam extendit, licet non reſtringat, & rurſus paulo infra uerſi. quæro ad ſextum, mirum non eſt (inquit Bal.) quod in conſuetudine attendi debeat eius ratio ſubſtantialis, ac eiuſdem vtilitas finalis, cum ea, quæ conueniunt in fine, in nullo diſcrepare videantur, & licet ſint diuerſa, vnum, & idem finguntur,
11 & iterum in l. quod vero. ff. de legib. ait, quod lex, †vel ſtatum abſque ratione, extenſionem non recipit, cum ratione vero, quatenus patitur ratio, ſe extendit, vt idem not. Bal. in l. & ſi ſeuerior. nu. 25. C. quibus ex cauſ. infam. irrog. & alibi conſi. 176. nu. 6. lib. 5. inquit, quod vbi potior eſt ratio, ibi magis viget lex, Salic. l. 2. nu. 20. ante fi. C. de noxal. Soc. Iun. conſil. 1. nu. 55. lib. 1. vbi inquit, quod quando ratio ceſſat, ceſſare debet legis diſpoſitio, ne alias ſequatur, dari legem ſine ratione, & ceſſante cauſa conſuetudinis, ceſſare ipſam conſuetudinem, prodit Idem Bal. in Rub. extra de conſue. num. 25.
12 huc magis appoſite ſpectat, quod idem Bal. ſcribit in c. fina. col. 2. eod. tit. vbi licet ratio†in conſuetudine ſtricte non requiratur, ſcilicet. inconuincibilis, debet tñ adeſſe aliquod bonum motiuum, ſubdens, quod quanto melior eſt rō, tanto maior fit extenſio, cum extenſio non fiat, niſi per rationē quæ eſt immediata cauſa extenſionis, aitque rurſus. quod li-
13 cet†ratio non ſit de eſſe conſuetudinis, eſt tñ de extenſione ipſius, quia vbi non eſt ratio, ibi eſt plantatum in arido, q̄d non pullulat, a qua ſententia idem Bal. non diſſidet in l. & ſi
14 dotis. nu. 4. C. de iur. dot. vbi quoties†ſtatutum rationē aliā non habet. quam quod ita placuerit conditoribus, de ſimilibus, ad ſimilia non extenditur, cuius dictum magnifacit Barb. conſilio 23. numero 8. & conſilio 50. numero 16. lib. 4. vt merito Fulg. inter conſi. Curt. Sen. conſi. 34. nu. 7. de noſtratibus conſuetudinibus verba facies dixerit, rationem, & mētem conſuetudinis in interpretatione ipſius ſpectādam vbi aliquid ambiguitatis oriatur, quinimo alibi voluit Bald. in l. fi. nu. 9. in fine. C. comm. vtriuſque Iud. requiri, rationem in conſuetudine eſſe redactam, vt argumentum ab ea ſumiva leat, licet vt plurimum euidenter conſtare non poſſit, velut non ſcripta, Saly c. d. l. 2. num. 20. C. de noxal. & demum ſal-
15 tem†probabile eſt, (ſi poteſt) rationem reddere, ſecundum q̄ prodit Mant. alleg. c. 163. vt nō probabiliter dixerit Bald. in d. l. de quibus. nu. 32. conſuetudinem ſine ratione ſtare poſſe, tamquam illius ſubſtantia non ſit, conſuetudinem q; contra rationem introductam ſuſtineri, quemadmodum in ipſum Bald. nuncupatim animaduertit eruditiſſimus D. Iaco. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. caſu 82. nu. 13. & ſeq. Quæritur, (his ſic ratiocinatis) quæ nam huius noſtræ conſetudinis ſit ratio, poſteaquam nulla in ea ſcripta reperitur, nec putet qs queſtioni ex eo ſatisfacere in genere poſſe, quod quęlibet in dubio cōſuetudo ex iuſta prouenieſſe cauſa præſumitur, Bal. in d. l. de quibus nu. 25. in dubioque bona, & laudabilis videtur, cum placuerit ciuibus, quia quod eis placet, generat cōcordiam, quæ ciuibus vtiliſſima eſt, Bal. c. cum veniſſent, nu. 5. de eo. qui mit. in poſſ. Feli. c. ſi qñ, col. 8, verſi. vbi uero de reſcrip. & Franc. 1. 4. not. de iureiur. in 6. cum id nimium gñale ſit, vnde niſi ad ſpecialem rōnem deſcenderetur, quæſtio ipſa quaſi neglecta redderetur, iuxta. l. Item apud labeonē. §. hoc edictum. ff. de iureiur. & ideo ad particularia deſcendēdo, vt verior reddatur ſermo, ſm q̄ docet Philoſ. 2. æthic. ab Aret. relatus conſ. 13. colum. 1. Reperio, quod doct. varias
16 †in hoc conſiderant rationes. Nam primo loco Bart. in l. 1. num. 32. verſ. vel pone, cum quo ibi expreſſe tranſit Signor. nu. 17. & Saly. num. 11. alias num. 13. nec reliqui contradicūt C. de ſumma trin. rationem illam aſſerit, ne maritus, & uxor mutuo amore ſe inuicem ſpolient. vel decipiant, ſequuntur Roma. conſ. 39. circa princ. & num. 2. Alex. conſ. 41. num. 7. lib. 5. per tex. in l. 1. ff. de dona. inter vir. Barba. conſ. vlt. nu. 25. lib. 3. conſ. 23. col. fin. lib. 4. idem innuit conſil. 66. nu. 4. inter Curt. Sen. conſi. 232. col. 1. lib. 4. Dec. conſ. 196. in princ. Brun. quod extan. maſc. 1. artic. q. 4. num. 39. Ruin. in rub. de leg. 1. num. 17. & Torniel. num. 21. Adeo. n. inter coniuges (ut hoc
17 illis addam) regnat amor, †quod ſe inuicem plus diligunt, q̄ proprios filios. l. lex quæ. C. de admi. tu. Bar. l. pater Seuerinā. §. Socrus. ff. de cond. & dem. nec nō magis, quam patrem, & matrē Afflic. tit. quæ ſit prim. cau. benef. amitt. §. rurſus. nu. 7.

Bal.

Source : BIU Cujas

Bal.in l.precibus.nu.21. C.de impub.& alijs ſubſtit. vbi illud vulg,ad ſe aduocat.quod nihil eſt amoris ardore vehemen tius, quem intra debitos limites carcerare philoſophicū eſt quod nos relatum habemus per tex.in §.illud,Aucto. quib. mod.nat.effic.legit.vnde Cicero 4. tuſcul. admonendus eſt (inquit)quantus ſit furor amoris, omnibus. n.ex animi perturbationibus eſt profecto nulla vehementior,vt nimirum quod homo apud Pla.in mercat.ex amore inſaniat, & apud Terent. in Eun.

Et me miſerum ſentio,
Et tedet, & amore ardeo, & prudens, & ſciens,
Viuus, videnſque pereo nec quid agam ſcio,

Sitque amor quædam tortura intrinſeca, vt dicit Crau. de antiq. temp.1.parte ſectio. propoſitum noſtrum. nu. 46. imo amor omnib. imperat,vt Alciat.in libello Emble.illius formam deſcribendo, ſic decantat.

Altera ſed manu flores gerit, altera piſcem.
Scilicet, vt terræ iura det, atque mari,
Et amorem coniugalem, non vagando, confert illud Propertij,
Omnis amor magnus, ſed aperto in coniuge maior.

Et diuus Hieronimus,omnis in aliena vxore turpis, in propria nimius,relatus ex noſtris per Nat.conſ.24.col.fi.multaque memoranda exempla commemorat Valer.Max.lib. 4. c.6.& nonnulla ex noſtris refert Mandos.tract. de ingrat. c. 37.de ingrat.coniug. & quippe non inconuenit, quod talis amoris profuſio refrenari debeat,cum honeſtus amor inter coniuges ex animo,non autem ex lucro pendere habeat l. 3.in prin.& ibi glo.ff.de dona,inter uir.& vx.omnique lucro maritalis concordia ſit præferenda l. reprehendenda. C. de inſti.& ſubſti. vnde Bal. conſi.29.caſus,vir donauit col. 1. lib. 1.ex naturali æquitate damnatur profuſio,quæ ex luxu corporis prouenit,& Iob.ſapiens iudicio amat coniugem, non affectu,imo ſecundum Philoſ.adulter eſt in ſuam vxorem, amator ardentior.vt alibi etiam legitur, quod nō mercenarium, ſed gratuitum, & ſpontaneum debet eſſe hoc totum, amare,& redamari. Eandem quoque rationem(ab inſtituto Vlterius non vagando)ad hanc noſtram diſpōnem non obſcure vterque Curt.Senior,& Iunior ſenſere,ille cōſi.11. nu. 11.vbi inquit,quod non niſi vnica ratio reddi poteſt,ne vir propter maritalem affectionem ſe omnibus bonis ſpoliet, & totum relinquat vxori,ſubdens,quod cum hæc ſola ratio reddi poſſit,illa pro expreſſa haberi debet, hic vero conſil.6. nu.10.iuncto nu.16.verſi.ſecundo,quod etiam.Idem Iaſ.cōſ. 111.circa finem lib,1.Alciat.c.1.nu.97.de prēſcr.Ferdin.Luaz. in Rubri. de iuſti.& iur.nu.44.Hipol.Rimin.conſi.111.nu.22. & in ſpecie ad hanc noſtram conſuetudinem rōnem iſtam habuit Caſtil. conſi.2.nu.5.& ſimul cum eo D.Iacob.Meno. conſ. 11.nu.9.ad quod arridet illud Iuuen.ſat.6.

Ardeat ipſa, tamen tormentis gaudet amantis
Et ſpolijs. & rurſus paulo infra,
Illa docet ſpolijs nudi gaudere mariti.

At ratio hæc probabilis admodum non videtur, tamquam mariti ſpoliationi, ſeu deceptioni nixa,cum tū nulla in effectu ex parte mariti ſpoliatio,iacturaue inſit, quantumcumque large relinquat vxori, ex eo quod legatum & ſi proueniat a teſtatore,poſt eius tū mortem ab hæredibus præſtandum uenit §.1.inſtit.de legat.l.1.ff.de teſta.ita vt teſtator iacturam aliquam,donec viuit,non patiatur,quod ſenſere Alber.Bar.& Iaſ.in l.fi.C. ſi quis ali.teſt.prohib.in reconciliatione illius legis cum l.1.2.& 3.ff.de donat.inter vir.& vxo. minuſque poſt mortem ſpoliationem habiturus dici poſſit, cū
18 nudi†ab hac vita in alteram migremus.§.deinceps.auct.de nup.vnde cecinit poeta.

Haud vllas portabis opes Acherontis ad vndas.
Nudus ad inſernas ſtulte vehere rates.

Et propterea videmus,quod legatum,iuxta communem literam,dicitur eſſe delibatio hereditatis l. legatum eſt de le. 1.licet ſecundum aliquos ex recentioribus legatur,deliberatio,teſte Soc.Iun.in rub.de leg.1.nu.44. quod quidem verbū hæreditatis non profilit,niſi defuncto teſtatore l.nil aliud.ff. de verb.ſig.non autem dī dimiuutio patrimonij teſtātis iuxta l,3.ff.de dam.infect.vnde ſummendo argumentum de re geſta inter viuos,vbi ſpoliationi locus eſſe poteſt d.l.1. ff.de dona.inter vir.ad legatum,quod in tempus ſoluti matrimonij,ac poſt viri mortem effectum ſuum ſortitur, nequaquā conuenit,ſecundum Albe.Bar.& Iaſ.loco præalleg.ſicuti fit in donatione cauſa mortis,quæ inter coniuges valet,propterea quod,dum in tempus finiti matrimonij collata reperit, dominium interim apud donantē remanet,ita vt ceſſet ſpoliatio l.ſi eum.in fi.cum duabus.ll.ſeq.ff. de donat. inter vir. ad idem Alex.conſ.101.nu.12.li.3.vbi,& ſi ob præſumptam dilectionem,quæ inter virum & vxorem eſt,conſtante matrimonio,inter eos actus libere donationis impediatur, hęc tamen dilectio non pręſumitur, nec attenditur, quo ad actū teſtandi, qui poſt mortem,ac ſolutum matrimonium confertur,not.Franc.in c.ſi pater 6.not.de teſta.in 6.& Benedic. in c.Raynutius verbo,& vxorem nomine Adel. in 5. deciſ. nu.213.de teſta.vbi,& ipſe ait,quod licet donatio inter coniuges non valeat,ne mutuo amore ſe ſpolient,nihiſominus quia in vltima uoluntate præſumitur, coniugem de bonis ſuis diſponentem, cogitaſſe finem huius mutui amoris morte finiri,talis diſpoſitio valet.Et ita difficultatem huiuſmodi in propria materia ſenſit Niger.in rub.de leg.1.nu.21.circa finem,& ante eum Bal. in l.1.nu.18.C.de ſum.trinit.dum vult,rationem prohibitę donationis inter coniuges, ne mutuo amore inuicem ſe ſpolient,non attendi,in vltima volū tate,meminit Natta, conſ.463.nu.8.quod clarius Idem Bal. voluit conſ,119.factum proponitur.circa finem lib.3.vbi rationem hanc Bar.impugnando,inquit,quod ratio Bar.in vltima voluntate non eſt vera, ex quo legatum confertur in tempus,quo coniugium nō durat, nec legans fit pauperior. Idem Crot.in rub.de acqui.poſſ.col.fi.verſic. non obſtat tertium,Vbi & ipſe inquit,quod licet maritus relinquat vxori, non ex hoc ſuis bonis priuatur,cum teſtamentum non niſi poſt teſtatoris mortem ſumat vires, quo tempore non ſequitur amplius, quod vxor eius bona conſequatur, eandemmet rationem improbat Petr.Pech.de teſt.coniug.lib. primo.cap.1.circa finem,& lib.4.c.3.col.fi.verſ.ex his etiam & excell.præceptor D.Io.Ceph.conſ.408.ante nu.95.& ſeq. & conſ.414.nu.74.& ſeq.lib.3. ſimilem quoq; meditationē habuit Caſtr.conſ.41.poſt medium.verſ.& ceſſat cauſa lib. 1.quatenus vult.non timeri inopiam in caſu, quo donatio reſpectu commodi nō ſortitur effectum. niſi poſt mortem. inſuper etſi ratio Bar.(quod ſimul dixero cum Soc.conſ. 74. col.2.li.3.& D.Ceph.d.conſi.408.nu.94.)in caſu per eum poſito militare poſſit,nempe,vbi prohibitio legādi promiſcue diſponeret.maritum non poſſe legare vxori,nec econtra, illa tū in terminis huius noſtræ conſuetudinis procedere poſſe,nequaquam uidetur, vbi ſoli marito reperitur ſublata facultas legandi vxori,e contra nequaquā,ut infra uerb.uxori q.4.unde hanc pro concludenti rationem non habuit Pariſ.in Rub.de leg.1.nu.54.Demum hæc non uidetur generalis ratio,qualis eſſe debet,ut per Crau.conſ.192.nu.21.uerſic. quinto illa,& inf.nu.19.ut pote ſolum uirum comprehendens,qui nimium ardentior in uxorem reperitur, quē adulterum Philoſ.appellat,ut ſupra nu.17. quiue dominatur ab uxore,ad illiuſque,nutum omnia agit,& uxorius appellatur ut meminit glo.in l.1.C.de his qui pat. uel lib. occid. quales permulti exiſtunt ſecundum Cin.& Ang.ibi,adeo triſtes,& miſeri,ut non audeant inuitis uxoribus ſibi brachas extrahere, ubi etiam Bal.hos quoque maritellos uocat,in quos concinit illud Iuuen.ſat.6.

Si tibi ſimplicitas vxoria, deditus vni
Eſt animus, ſubmitte caput ceruice parata
Ferre iugum. &c.

In quos ualde inuehitur Tiraq.in l.1.cōnub.nu.19.appellans
18 †hos ϙ tēptibiles,& inter uiles,& abiectos ϙnumerādos, ita ut a ferēdo teſtimonio ſint repellēdi Alc.ϙſi.156.nu.9.lib.5. Et propterea Soc.alle.conſ.74.col.2.li.3. ſecundam rōnem, hac Bar.omiſſa, in medium attulit,ne, ſcilicet,ꝓpter vxorū infeſtationes,& delinimenta,quib.ille aduerſus viros intendunt,agnati, teſtantiū priuentur bonis,ſed agnationes,& familiæ conſeruentur, ſm Bal.in.l.maximum vitium. C.de li. præter. quod arg.à fortiori elicit ex.l.4. C. de inof.teſtam.qa ſi lex communis ibi de nouercalibus malitijs& delinimentis in damnū proprij ſanguinis teſtatoris ſuſpicatur,iuxta illud.

Tunc cornix albeſcit, vbi ſancta nouerca quieſcit.

Vt ſcilicet, proprij etiā filij aliquando priuentur,quanto magis ſtatut.proſpicere, debuit, ne teſtatores ad ſuos priuandos agnatos inducantur reliquendo vxoribus, quæ aliorum bona in alienas defferūt familias;& cū Soc.tranſit Crot.in rub. ff.de acq. poſſ.nu.34. aſſerens ſtatutumhuiuſmodi alia ratione non emanatum, quàm ne agnatis mariti præiuditiū fiat, quem vxor Blando ſermone elicere vult ad ſibi relinquēdū bona ſua,vt experientia docet, eandem quoq; rationē,vt inter legitimos hæredes bona conſeruentur, ſentit Crau.in in dice ad conſ.pro genero, verbo,cā inſpecie circa medium,& magis explicite.Petr. Pech.de teſtam coniug.lib.4.c.1.nu.6. Verum nec ratio Soc. tuta admodū vī, cū illa adeo generalis non ſit,vt ea ſublata, tollat dictū,vel ea poſita,dictū pona
19 tur quemadmodum bona†rō eſſe debet, & docet Bar.in l.ſi cum exceptione.§.poſt annum.ff. de eo quod met. cau ſiquidem in fauore agnationis cenſeruandæ fundata, nimium reſtrictiua ſit generalitati huius prohibitionis, quę nedū ſtantibus agnatis militat, verum etiam fœminis,cognatis,ac qui buſcumq; extraneis hæredibus inſtitutis, in quibus,vt certū eſt,ceſſat ratio cōſeruandæ agnationis. Vñ quum oratio vniuerſalis in parte eſt falſa in totū vitiatur. l. ſi is q ducenta.§.

vtrum

Source : BIU Cujas

vtrũ.ff.de reb.dub.debet.n.ratio eſſe generalis,& totã diſpoſitionem reſpicere,alioquin magnifacienda nõ eſt,Corn.cõſ. 87.nu.7.lib.1. Crau.conſ.192.num.21.verſ. quinto illa,& ita hanc impugnationem ſentit Ruin. conſ.174. nu.7. verſ.nec etiam videtur lib. prim. licet nullam mẽtionem Soc.faciat, & verum innuit Barba.conſ. 12.in princ.lib.1. Tertiam parũ diſſimilem proximiori rationem traddit.Iaſ.in l.ſi is qui.nu. 5.propè finem.ff.de vulg. ne mutuo amore inducantur mariti ad inſtituendum vxores,ſuos prætereundo agnatos, quã ſenſit Barba. conſ. 23.col. fin.lib. 7.etenim hæreditas potius propinquis eſt conſeruanda, quam erroganda in extraneos l.licet.C.de teſtament.mili. ex qua infert ibi Dec.vltim.not.
20 ualere†ſtatutum prohibens,ne extraneis ultra tertiam relin qui poſſit.Quæ ratio & ipſa nimium reſtrictiua, & mancha exiſtit,Cum(ut proxime diximus)hæc noſtra generalis prohibitio ſolos agnats nõ reſpiciat, ſed indiſtincte militet, qui buſcunque inſtitutis hæredibus.Quartam.generaliorem p̃cedente,affert Rip. in l. 2. nu. 14. de leg. 1.ne ſcilicet,maritali affectione,uenientes ab inteſtato priuentur, ſequitur Plot.
21 conſ.54.nu.19.quam ad ſimilem legis† ſaxonicæ prohitionem,ne ægrotus ultra ſolidos tres de rebus ſuis diſponat ab ſque hæredum conſenſu,nonnulli iuris illius interpretes habuerũt,ne,ſcilicet, poſthabitis neceſſarijs,& ſanguine coniũctis,in extraneos ſuam quis ſubſtantiam,& opes transferat, quod indecas uidetur,ac ꝯ tex.§.1.& 2.auth.de triẽ.& ſemiſ. ut refert Pet.Royz.in deciſ.Litua.1.nu.193.& ſeq. eamdem rationem conſiderat Pariſ.in rub.de leg.1 nu. 54.eam magis explicando,ne ſcilicet,affines,& conſanguinei, ac filij ſucceſſione illa priuentur. At hæc ratio, nedum eundem defectum patitur,quod reliquos extraneos hæredes excludat, ꝯ generalitatem prohibitionis.Verum aſſerere, prohibitionẽ hanc inductam eſſe fauore ueniẽtium ab inteſtato,tamquã bona ad eos peruentura ſint,eſt permittere,quod lex,ſeu cõ ſuetudo facultatem marito teſtandi tollere uoluerit, aut in bonis proprijs reſtringere,cõtra l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de uerb.oblig.ut eandem meditationem habuit in ſimili Crau.conſ.229.nu.7.nec nõ ubi indecens eſſet,extraneis perſonis ſua largiri,iuſtis ſucõeſſoribus excluſis, id etiã ceteris, quam maritis indecens eſſe deberet,quod(ut uerbis I.C.in l.1.ff.de ſenat.vtar)nec uſquam relatum eſt, nec unq̃ receptum,nec ulla denique ciuilis ratio admittit, ut eandẽ rationem ita improbat Roiz.loco præalleg.ante nu. 195.& ſeq.Quintam ſentit Cur.Iun.quæ illam Bar.Iaſ. & Rip. amplectitur conſ.6.nu. 10.ne maritus amore mulieris ſe, & ſue ceſſores ſuos legitimos ſpoliet,concord.Alba.conſil.88.nu. 2.nec non Soc.Iun.in rub.de lega.1.nu.115. quæ in iam relatas impugnationes incidit, quare & cęt.Sextam ſtrictiorem præcedentibus,illam ueram rationem aſſerendo, conſiderat D.Iac.Menoch.conſ.11.nu.9.in ſpecie huius noſtrę conſuetudinis loquendo,& in caſu.in quoaduocatus,fui,ne, ſcilicet,maritus Blanditijs,& ſuaſionibus mulieris allectus,ꝑpriam ſobolem debita ſucceſſione priuet, Quæ ratio comprobari adhuc poteſt ex his, quę Roiz.in alleg. decis 1. num. 150.& ſeq.dum quærendo rationẽ huic ſimilis prohibitionis
22 legis Saxonicę,†qua non licet ęgroto ultra ſolidos tres ſine cõſenſu hęredum de reb.ſuis diſponere,refert,nonnullos illius iuris interpretes exiſtimaſſe,id proueniſſe ratione liberorum in poteſtate exiſtentium,non autem ceterorum hæredum Nihilo tñ magis eandem rationem, uti nimium reſtrictiuam ipſemet Roiz improbat nu.162.& ſeq. & quippe
28 cum ſtrictior ceteris ratio hæc reperiatur,multo magis euitari debet, procederet,enim ubi in ſolo caſu exiſtentium liberorum diſpoſitio prouideret, ut pleriſque in locis habetur & in ſeq.referam,ac iure Lõgob.cautũ legitur,vt ſup.proxi. pref.nu.4.& etiam olim lege Papia continebatur, ut infra, uerb.nõ poſſit q.2.nu.25.Septima a Ruin.perpẽſa reperitur conſ.174.nu.8.uerſ.uel potuit lib.1.ne mediãte relicto facto per maritum, qui ad id amore cõiugali facile prouocari potuit,facilius uxor ad iterum nubendum inuitaretur,cũ allectamento huiuſmodi relicti commodius nubere poſſit,ſeparando ſe a filijs,ac eorum curam,& educationem deſerẽdo, quorum magis apud matrem,quam alium educari intereſt l.1.C.ubi pup.educ. deb. quam etiam rationem non longe a propoſita materia,de ſtatuto prohibente uxorem ſecũdo uiro ultra quartam relinquere,ſenſit Bal.conſi.439.ſuper primo puncto col.1.uerſ ſed dicet aliquis,& uer.tenẽdo,ac iterum col.2.uer. item ſi diceretur lib.4.Idem Dec.conſil.540.
23 col.1.Quin etiam talis permiſſio† interdum cauſam præbet nedum liberos deſerendi,ſed eos ſpoliandi, ac deperdendi, & alium maritum ditandi,ut de ſimili permiſſiua conſuetudine,qua uxor ſuccedit uiro,& e contra, in dimidia mobilium,atque etiam immobilium acquiſitorum,perpẽdit Bened.in c.Raynutius, Verbo,& uxorem,deciſ.5.nu.224.de teſtam.præbetque etiam cauſam non ſolum bona in maritũ transferendi,ſed propriam filiorum uitam in eius manibus ponendi,ut aguit in ſimili Rip.in l.ſi unquam q.48.nu.57.C. de reuoc.donat.Vnde Rofr.de bon. poſ. unde uir, & ux.col. 1.conſuluit,vt mariti nil dimittant vxoribus, ſi iuuenes ſint vt mox etiam referam.Verum & hæc ratio, quam par eſt,arcta exiſtit,cum in caſu duntaxat exiſtentium liberorum pro uideat,in quibus terminis Bal.Ruin.& Dec.proprie loquuntur,ac in notab.caſu loquitur.Hier.Alban.conſi.36.in ſecũdo dubio,at noſtra diſpoſitio ad ſolos liberos non ſe reſtringit,ſed abſolute loquitur, vnde indiſtincte intelligi debet, nedum in caſu exiſtentium liberorum, ſed etiam cæterorũ hęredum, ex vulgari reg.l.1.§.generaliter.ff.de leg. præſtan. quod fuiſſe videtur de mente ipſius Ruin. nu.8. in princi. & Bal.ver.tenendo quod, & in ſpeciale hanc rationem impugnat Alba.conſ.88.fere per totum,poſt Soc.cõſ.79.col. fi.li.
24 4.concludentes,prohibitionem† hanc gñaliter, & abſolute factam, generaliter intelligi debere. Octauam huic proximam ego alias conſiderabam, ne mediante relicto,ad quod maritus amore coniugali facile induci põt,uxor facilius ad ſecunda vota alliciatur,volens ob tale relictum cõmodius
25 nubere,cũ mulieri† diuiti,ac bene dotatę(vt facti experiẽtia docet)cõpetitores multi non deficiant,Cor.cõſ.306.colũ.3. nu.6.lib.3.& inquit Bal.in l. 1.C.de ſec.nu.quod, quæ non poteſt bonam dotem dare,bonum virum non inueniet, & ſecũdum Iac.Butrig.ibi,mulier,quæ minus dabit,peiorem in-
26 uenier maritũ, & id præcipue militat in vidua,in qua† maior dos requiritur, vt nubere poſſit,Dec.d l.1.6.notab.Cũ Virginitas altera ſit dos,ſecundum Abb.conſ.79.col.2.lib.2.pro
27 pter quem tranſitum ad ſecunda uota, infertur† marito iniuria, ac illius anima cotriſtatur.§. nos.igitur.auct.de nup.vt non ab re Rofr.Vt iam proxime retulimus in tit. de bo. poſ. vnde vir.& ux. nu. 1.maritis conſuluerit,vt nil dimittãt vxoribus,ſi iuuenes ſint, etiam cum illa conditione,ſi thorũ honeſte ſeruauerit,tum quia hæc impoſſibilis,eſt conditio, tũ etiam quia cũ maritos accipiunt,obliuiſcũtur priora, adeo ꝙ etiam bona filiorum primi matrimonij adijciunt ſecũdo viro.Vnde(vt Rofr.quoq; ſubdit nu.7.)aliqñ multũ gaudent quod maritum amiſſerint,& ſi plorant fictæ ſunt lachrymę Imo qñque ludunt poſt maritos mortuos,ac plorãt prę gaudio,& cum habeant capillos ante oculos,latẽter,tunc inſpiciunt,quem pro ſocio eligere debeant, multotieſque emittunt vocem, uultu capillis dilaceratis cooperto, lachrymas vero non effundunt.Vnde credendum nõ eſt,ꝙ maritus ita cogitaſſet,atque feciſſet,muliere poſtmodum tranſeũte ad ſecũda vota,vt ex his tradit in ſimili Soc.cõſ.59.nu.5.& cõſ. 122.nu.29.& ſeq.lib.3.de vxore ſecundo nubente, vt legatũ ſibi factum amittat,propterea quod veriſimile nõ eſt,ꝙ maritus ei legaſſet,niſi ipſa vitam uidualem ſeruante, cum ad ſecunda uota tranſeundo,marito iniuria inferatur,ac illius anima cõtriſtetur. Quare cum id potius eſſe uideatur quod dam incitamentum ſecundarum nuptiarum,quæ ſunt contriſtatio ipſius mariti,conueniens nõ eſt,ꝙ maritus ſuã procuret iniuriam, vt in ſimili not.Bal.in l.1.in fi.C.de inof.dot. Accedit quoque,quod conſuetudo tãtum permittit,qd minimũ relinqui poſſe,vſq; ad ſummã ſolidorũ uiginti,ex quo paruum,ac nullum incitamentũ ad ſecũdas nuptias prouenire,& cõſiderari põt,ad quod Bal.conſil.456.nu.5.lib.5.At hæc rõ,& ſi multum applaudere videatur, difficultate etiã nõ caret,cum, ea attenta,improbari videatur trãſitus ad ſe-
28 cunda uota,qđ†lex nõ patitur,præcipue cõpleto luctus tpe l.1.C.de ſec.nup.l.2.C.de indic.uid. tol.non enim quis nubẽdo,rem a lege improbatam facit,c.Nicena Synodus 31. diſt. nec in delictum incidit,nec ſui ſtatus diminutionem patitur,ſecundũ Bal.in l.humanitatis.nu.35.C.de impub. & ali. ſubſtit. quinimo Imperator in §.cũ igitur.auct. de non elig. ſec. nub. tranſitum ad ſecunda nota ſumme commendat, ne contingat mulieri deterius luxuriari,& qui ꝛrium diſponit,dãmnandus eſt,Cagnol.l.2.circa finem.ff.de reg.iur. vnde Apoſt.2.ad Corint.c.7.mulier,quæ continere non poteſt nubat in domino,relatus in c.pe.& fin.de ſecũ.nup.& inquit
29 Bal.in rub.C.de ſec.nup.quod raro† contingit,vt mulieres a ſecun.nuptijs ſe abſtineant,& iterum in l.1.nu.8.C. eod. ait che le fanno de male guattature,quando non vãno, a marito. Inde fit,quod mulier tranſiens ad ſecunda uota non dr turpe agere,ſed honeſte l.mulier.§.cum proponeretur.ibiq; Bar.ff.ad treb.& d.§. cum igitur. Cumq; ratione hac admiſſa,in facultate mariti eſſet,diſpoſitionem iſtã facillime tollere.permittendo vxori,vt iterum nubere poſſit,ꝛm Bal.cõſil.336.iuxta caſum.nu.3.lib.1.& tamen nodos huius noſtræ conſuetudinis maritus nequaquam auffugere poteſt, argu. l.nemo poteſt.de leg.1.& infra late dicemus,verbo non poſſit q.1.Demum tuta hæc ratio non eſt,quia ſola mariti mẽs attendenda eſt,quæ legati tempore fuit non autem quod ſu peruenire poteſt,ut apud Corn.conſilio 194. colum.2.lib.3.

Nonam

Source : BIU Cujas

Nonam promit.Ferra.in forma libelli ad dotem,gl.dedit,& 30 legauit nu.2.quia dum mariti† exiſtunt infirmi,& teſtari uo lunt, vxores multum inſtāt maritos ſuos,illisq; ſeruire dene gant,niſi ſibi in legando complaceant.Ideo Sancte, & iuſte (inqt ipſe Ferra.) prouiſum eſt, ne quis poſſit vxori ſuæ vltra certum modum legare,refert Plot.in cōſ.168.nu.51.& 71.in ter conſi. vltimarum voluntatum. eandem rationem tradit Caſſ.in conſuet.Burg.4.rub.7.§.in Par.teſtament.num.3. & illam quoq;,legum antiquarum idem di ſponentium cau ſam quærendo,ſentit Pech. de teſtam.coniug.lib.1.c.1.nu.3. verum & ipſa nimium reſtricta exiſtit, cum maritis ægrotātibus,& ne vxores illos de relinquere habeant,d untaxat pro uideat, vnde vbi mariti non teſtarentur ægroti, vel ſemoti vxoribus reperirentur,eorum diſpoſitio valeret,ad quod cō ferunt notata per Crau.conſ.24.num.11.circa finem,ac eandem rationem firmam non habet.Pech. de teſtam. coniug. lib.4.c.1.nu 4. tum quia ſi de nimia importunitate conſtet, ipſamet lex petenri legatum negat, tum quia etiam maior pars coniugum melior eſt, quam vt tale quid de coniugib. aduerſus pactiones ſacramentales,& matri moniales præſu matur, licet tamen fieri poſſit.Decimam præcedēti amplio rem perpendit Plot. allegat.conſilio 168.numero 29.& 46. circa medium,& 48.Ideo cautum eſſe,ne mariti eorū relin 31 quant vxoribus,quia†alias vxores ipſæ maritos infirmos de relinquerent,eis non ſeruiendo, domum,& thalamum ma riti,maxime infirmi,vlulatu, iurgijs,& lacrymis implendo, mariti propinquos,& amicos non permittendo maritum vi ſere infirmū,ſub prætextu,quod dormitet,aut quieſcere vel let,niſi ſibi relinqueret omnia, quæ ipſa vxor vellet,e quib. maritus per ſtatutum fit excuſatus. At hæc ratio non generalis, quemadmodum diſpoſitio generaliter eſt concepta, ſed ſpecialis, ac nimium reſtricta exiſtit, vt pote non comprehendens maritum valetudinarium,aut extra domum te ſtantem,aut ſeorſum ab vxore degentem, & ſic vbi ſponte, & deliberate teſtatur,vt ſentit in ſpecie D. Ceph. conſi.408. num.44. & ſeq.necnon tollere videtur muliebres artes,atq; Blanditias.quibus vxor virum ad ſibi relinquendū alliciat, quod criminoſum non eſt.l.fi. C.ſi quis aliq.teſta.prohib.vt in ſeq. rōne dicam, eſtq; potius ratio rationis,quam principalis. Vndecima ab Alciat. excogitatata reperitur lib. 2. de verb.ſignif.verſi.lex ait,maritus,ne facile ægrogantes mariti(quo potiſſimum tempore teſtari ſolent) blanditijs mulieribus ſeducantur,quam repetit ſuo in conſi.226 prope finē, quod ſecundum impreſſionemVenet.extat conſ.2.lib.5.ſed ante Alciat.eandem rationem,& clarius habuit Alex.conſ. 54.num.9.lib. 7. dicens ideo ſtatuentes moueri potuiſſe, ad prohibendum relinquere uxori in vltima voluntate,eo,qđ mariti mortis cogitatione turbati,& plerumq; in infirmita 32 te. conſtituti, † teſtantur, quo tempore magis egent cura, & diligentia vxorum,vt experientia docet,quæ eſt efficax rerū magiſtra,ſicq; tempore, quo facilius ſeducuntur ab vxorib. quam alijs temporibus,ſequitur Natta. conſil.463.colu.1.& fi.vbi ait,id etiam cōi ſenſu iudicari, etenim ſm Diuū Hier. corporis debilitas nimia,etiam vires animæ frangit. mentis quoque ingenium marceſſere facit.HincCicero.1.Tuſcula. hoc idem in dolore maxime eſt prouidendum,ne quid abiecte, ne quid timidie,ne quid ignaue, ne quid ſeruiliter,muliebriterue faciamus.At nec tuta admodum ratio,cum ille 33 improbet Blanditias,quibus vxor maritum ad ſibi relinquē dum allicere iuſte poteſt.l.fin. C.ſi quis aliq. teſt.prohib. per quem tex.no. in ſpecie Iaſ.nu.4.licere vxori, blandis uerbis virum allicere,vt ſe inſtituat,vel ſibi relinquat'& e contra, licet marito ſermone maritali vxorem placare,ut ſibi relinquat.l.fin.ff.eo.Alciat.conſ.77.nu.17 lib.9.excell.præceptor D.Ceph.conſi.414.num.11.Burſat.conſi.189.num.27.& quippe ſi extraneorum blanditiæ inſtitutionem,ſeu legatum nō vitiant l.captatorias, vbi glo.& ſcribentes.ff.de hæred.inſtit. Dec.conſ.489.num.6.Soc.Iun.conſ.144 num.55.lib.2.conſilio 113.num.13.libro 3.ac Boer decis 35.num.5. & 6. multo minus blanditiæ domeſticæ,& a coniunctiſſima perſona factæ nocere habent, cuius conſotiationem perpetuis quibuſcumque, & honeſtis Blandimentis decoratam eſſe cōuenit, iuxta illud Plucarci in pręcept. connub. præſtare maritum 41 34 †vxori par eſt, non vt dominum pecoribus, ſed vt animam 42 corpori, conſpiratione quadam naturali per beneuolētiam ipſi coniunctam,vt refert Pech.alleg lib.1.de teſtam. cōiug. c.3.in princ.ad idem Caſtren.conſ.231.col.fi.verſ.nec obſtat lib.2. Duodecimam, & vltimam ex proxime relatis rationē quoque fuiſſe perpendebam, nempe vt corrigerentur mali mores,& uitia,quibus præditæ ſunt vxores,vt apud Alber.in diction.verbo.mulier,& infra latius dicemus,verbo vxori.q. 4.eo potiſſimum tempore, quo mariti vltima ſua elogia cō dunt,in extorquendis legatis ad earum libitum, varijs blanditijs,iurgijs,& adultationibus, quibus aduerſus maritos vti 35 ſolent,Cum mali†mores ſint corrigendi Bal.conſ.176. Cecilia.colum.2.lib.1.argum.tex.l.1.C.de ſecun.nup.vbi ipſemet Bal.num.4.notat.quod finalis ratio,cur ibi mulier infra annum luctus ad ſecunda vota tranſire prohibeatur,eſt,vt mali mores corrigantur, ſubdens,legislatorem id egiſſe, ne aliquid contra bonos mores fieret,.tranſit ibi Dec. num.12.generaliter inferens, malos mores eſſe corrigendos, præcipue 36 cum, vt plurimum, conſuetudo† reſpiciat bonos mores, vt inquit Balb. de præſcrip.1. par.q.10. num.11.verum & hæc potius ratio rationis eſt,quam principalis,ſeu finalis,vt ex al legatamet.l.1. C.de ſecu.nup.aperte demonſtratur, dum finalis,& vera illius prohibitionis ratio non eſt morum correctio, ſed ſanguinis perturbatio, & ne vir de vxore ad ſecnnda vota feſtinante male ſuſpicetur,vt paulo infra,verſiculo modo, rationem quærens ipſemet Bald. dicit,de quo etiam glo.in §.ſi vero altera,verbo,confuſionem.auct.de nup.& uidetur de mente Dec.d.l.1.num.12.prope finem.Quare cum doctores circa hoc tam varie fuiſſe loquutos,comperiantur, eſto quod rationes ſuperius relatæ,modis prænarratis,reprobatæ non eſſent,nihil adhuc certi,firmiterq; ſtatui, atque dici poſſe,videtur,Bald.l.maximum vitium.num.7.in fine. C. de lib.præterit.l.non dubium.colum.2.vbi reliqui. C. de legibus.Euer.loco a ratione legis num.11.nam quod†multiplici 37 ter intelligitur, eius veritas ignoratur, inquit Bal.in l.precib. num.23.C.de impub.l.data opera.num.43.C.qui accuſ.non poſſ.& conſil.218.& ita venia colum.1.circa medium. lib.3. 38 ſicuti dicimus de lege†habente varios intellectus,q̄ ad cauſarum deciſionem allegari non poteſt Bar. l.de reb. dub.Felin.c.1.num.55.de conſtit.licet multiplex quoque in lege ratio ſit præſumenda,niſi aliqua ſit expreſſa, vt vnicam rationem alleganti credendum non ſit Sali.l.2.nu.21.C.de noxal. actio, & in propria materia notat Curt. iun.conſ.6.num.10. verſi.præterea,& excel.præceptor D. Ioan. Cepl. conſil.408. num. 86 quod præcipue locum uendicat in conſuetudine, 39 †quæ cum ex tacito populi conſenſu proueniat,non abs re, quod varia aſſignari poſſit ratio, vt apud Chaſſ. in conſuet. Burg.in 4.rub.6. §.uerbo.uarie num.3.uerſic.alia eſſet ratio. At mea quidem ſententia,poſtquam in iure noſtro liberum cuique eſt ſuum proferre iuditium,ratio Bar.primo loco relata,uti magis, communis a doctoribus eſt recepta,ut ex ſupra numeratis eſt uidere, & de communi atteſtatur Alba. conſ.88.num.2.(qui & ſi,ne id quoque ad omnem hæſitationem tollendam omittamus, hæredum etiam ſuorum ſpoliationem inconſiderate potius,quam aliter, immiſcuerit, de hoc tamen nihil curandum eſt,cum Bar. & Dec.ab eo citati,ſecundum quos dictum doctoris intelligi debet,uulga. doctrina eiuſdem Bar.in l.non ſolum.§.ſi liberationis. num. 6.ff.de lib.leg.abſque hac adiectione trāſeant,)ita etiam omnibus memoratis rationibus potior mihi uidetur, ut ſcilicet apud nos moribus receptum fuerit maritum non poſſe legare uxori uxori ultra ſolidos uiginti,ne maritali affectione ſpoliaretur,& deciperetur,ratio ſane generalitati huius prohibitionis parata, & accomodata, illam tamen declarando, & intelligendo, tam iuxta rationem rationis Alexand. & Alciat. quam alias ſupra relatas, cum omnes in effectu ad rationem rationis reddendam, licet diuerſimode iuxta illud Virgilianum.

Per varios caſus,per tot diſcrimina rerum.
Tendimus in latium.

Confluant, quod maritus ita prohibitus ſit legare uxori, ne ſe ſpoliet,&decipiatur,propterea quod in huiuſmodi captionem mariti facile caſuri ſunt,eo potiſſimum tempore, quo mortis cogitatione turbati,& ut plurimum,ægrotantes ſua ultima condunt elogia, quoue tempore mariti mulierum blāditijs,iurgijs,minis,dolis,& infeſtationibus, (quæ proprie earum ſunt, ut infra uerbo uxori q.4. num.67. & ſeq.) ſummę impliciti,& inuoluti exiſtunt.Nam uxores†& ſi,ut pluri 40 mum, ſolent eſſe grauiores, & intollerabiliores, quam ut a maritis ferri poſſint, cum pauci ſint Socrates, per multæ autem Xantippæ,moleſtæ,ſcilicet,& male moratæ, ut non abre Coras ad l.qui liberos in præfatio. num.63.ff.de rit.nup.di xerit cum Accur. in l.ex his ff. de legibus de bonis mulierib. †non eſſe legem,quod raræ ſint,ſed de malis,quamplurimę 41 reperiuntur,& ut ſubiungit Coras,certe apud auctores†om 42 nes,male audiunt mulieres quę quidem & hodie ſtrenuam operam nauant, ne ſcriptores uaniloqui fuiſſe uideantur, 43 longe ſane grauiores†& intollerabiliores,atque ad maritos ſeducendum promptiores ſe præſtant,tempore,quo ſua ultima condunt elogia, quæ cum ſint domeſticæ,& affectioſæ in uiros, tanto magis aptæ redduntur ad eos captādos Barb. conſi 2.nu.8. lib.3.qualem ſe præbuit vxor apud Rofred. de bon.poſſ.unde uir,& ux.in prin.cuius uir cum moreretur,& condendo teſtamentum,nil ſibi præter dotem relinqueret, ipſa fingens ſe infirmam,intrauit lectum, uocauit Sacerdotem

Source : BIU Cujas

tem pro pęnitentia, quaſi moreretur, ac notarium pro condendo teſtamentum, in quo maritum ſibi in omnibus hæredem inſtituit, quod præſentiens maritellus pœnitentia ductus notarium, & teſtes uocauit, dicens, mutare uolo teſtamentum, quo ego miſer nil dimittebam uxori, quæ moriēs cuncta mihi dimittit, ego uolo ipſam hæredem inſtituere, quo facto, maritellus moritur, uxor autem, quæ nunquam fuit infirma, omnia mariti bona habuit. ideo dico uobis (ſubdit Rofr.) ut ſciatis a talibus fraudibus cauere, quęque, ubi Blāditiæ ſibi non proſint, ad tot ululatus, iurgia, minas, & alias doloſas artes, ut ſupra in decima ratione, deſcendunt, quod ad earum libitum diſponendum maritos alliciunt, ut uerbum quoque annuit Barb. conſil. ulti. nume. 25. uerſicu. nec etiam obſtat li. 3. & conſ. 23. colum. fi. lib. 4. male etiam ſe habēdo in earum adminiſtrationib. ut apud Abb. in c. ex parte col. fi. de conſuet. & Rip. in l. priuilegia. num 44. ff. de priuile.
44 credit, ubi, uulr, quod † mariti illicebris uxorum ſępe ſuas cō
45 ſumunt diuitias. Vnde plerumque inducuntur, uel propriis †liberis minus relinquere, quam naturalis erga filios Charitas, & cōe uotum parentum dictet. l. nam & ſi. in princ. ff. de inoffi. teſtam. l. pen. ff. de bon. libert. & l. ſcripto. in fin. ff. unde lib. in quoſquidem maritos, tamquam non paterne, nec ut uiros oportet, ſed nimis molliter, atque remiſſe ſe geſſerint, inuehitur imperator. in §. prohibemus, auct. de trien. & ſemis, uel ſuos præterire † agnatos contra eorum iuſtum deſiderium, ut dignitas familiæ conſeruetur, cui ſuam quiſq;
46 mentem accommodare præſumitur, ſecundum Socin. in l. Gallus §. 1. col 3. ff. de li. & poſth. & in ſuo in conſ. 60. nu. 2. circa prin. li: 1. ꝙ eſt cōe uotum prudentum uirorum Soc. Iun. cōſ. 124. nu. 54. li. 1. uel ēt † nihil cognatis, aliiſq; affinib. aut
47 amicis relinquere, ut eorum mens, propriaq; ſuadebat uolū tas, quę ut oīno ſit libera, & ab omni captione, atq; cōpulſione ſemota, nihil eſt, cui magis iura ſtudeant. l. 1. C. de ſacroſ. eccl. toto tit. ff. & C. ſi quis aliq. teſt. prohib. l. captatoriæ de le. 1. l. in conditionibus. ff. de cond. & dem. §. Diſponat auct. de nup. & l. ſi fratres. §. idem reſpondit. ff. pro Soc. hinc Bald. in l. humanitatis. 6. not. num. 25. C. de impu. & aliis ſubſti. ꝙ teſtī
48 factio † libera eſſe debet ab omni coactione hominis, licet ſe cusa lege, & alibi in c. 1. §. fi. col. 2. verſi. quinimo. de pace iuram, firma. liberum arbitrium eſt ſupremū theſaurū a Deo datum, huc optime ſpectat tex. in l. 2. ff. ſi quis a par. fuer. ma num. ibi. Iniquum eſt, ingenuis hominibus non eſſe liberam rerum ſuarum alienationem. Vnde hæreditas, & uolūtas mariti ab uxoris quodammodo arbitrio dependeret, cōtra. l. illa inſtitutio. ff. de hæred. inſtit. quod & in ſpecie obſeruat Plot. alleg. conſ. 168. num. 46. circa medium, inter conſilia ulti. uoluntatum, & a Iuuen. quoque perſpectum fuit, dum ſatir. ſexta, uxorum incommoda, quæ mariti patiuntur, decantans ſic ait.

Hæc debet affectus, ille excludetur amicus.
Iam ſenior, cuius barbam tua Ianua vidit.
Teſtandi cum ſit lenonibus, atque laniſtis.
Libertas, & iuris idem contingat harenæ.
Non vnus tibi riualis dictabitur hæres.

Et ſic deprehenditur, uirum non citra modicam ſpoliationem, iuxta rationem Bart. uerſari, in ammittendo ſuam hāc liberam facultatem de rebus ſuis diſponēdi, tot delinimentis, totque falſis artibus allectus, & circumuentus, ut a ſuo recto, & primęuo iudicio de facili retrahi ualeat, & ita ī ſpecie ſentire uoluit Caſtilio alleg. conſ. 2. num. 5. quatenus ait, ſatis uideri maritū ſe ſpoliare in relinquendis poſt mortē, quēadmodum dum inter uiuos donat. Ex qua quidem ſpoliatione, deceptioneue reliqua exinde proueniunt, quæ in relatis rationib. continentur, quod, ſcilicet, mulier diuitijs affluēs nimium ellata (vt de lege voconia mox dicam) facilius ad iterum nubendum inuitatur, curam & aduocationem liberorum deſerendo, & mariti animam contriſtando, res ma-
49 lorum morum & correctione digna. Et licet blanditię † alias relicta non vitient, etiā inter coniugeſmet. l. fi. C. ſi quis aliq. teſta. prohib. cum ſupra alleg. modo (ut inquit tex.) blandis uerbis, ſeu maritali affectione mulier ſimplr ad ſibi relinquendum uirum alliciat, cum tales Blanditiæ dici poſſint bonus dolus. l. 1. §. non fuit. ff. de dolo & Afflic. deciſ. 69. nu. 6. tñ quum nō ſolis Blanditijs, ſed aſſiduis, & importunis, petitionib. iurgijs, minis, ac alijs uarijs doloſis artibus, (quib. ne quaquam uti decet, ut tradit Bal. d. l. fin. ac ſentit Bar. in l. Lucius. § Sempronia de leg. 2. Ang. l. non enim ff. de inoffic. teſtam. Iaſ. l. 2. §. fin 4. not. ff. de cond. cau. dat. Dec. conſil. 489. num. 6. Rip. in primo reſpons, ad Trebell. num. 13. & Afflict. alleg. deciſ. 69. colum. 2. & in materia not. Pech. de teſtam. coniug. lib. 1. c. 3. & nu. 5. & ſeq. ea ratione, quia inſtitutio, & legatū ſunt merę libertatis, & liberalis animi qui extorſionē improbā nō admittit) cępiſſent uxores in agro noſtro Alexādrino, & alijs quoq; in locis, vbi ſimilis extat prouiſio, uiros ſuos circūduce re, & male torquere, dū vltima cōderēt elogia vt plurimū ęgrotātes, & mortis cogitatione turbati, quo tempore uxorum ſuarum cura magis egent, & earum regimini ſubſunt, apud ueteres noſtros ſumma cum ratione bonis moribus receptum fuit, vt quoddam veluti frenum mulieribus imponeretur, ne vltra modicam hanc ſummam ſolidorum viginti vxori relinqui poſſit, ad inſtar tex. in §. illud auct. quib. mod. nat. eff. legit. & in §. prohibemus. authen. de trient. & ſem. & in ſimili retulit Bal. in auct. Sacramenta. co. 2. nu. 5. in fi. C. ſi aduerſ. vend. & conſulēdo exorditur ſuo in conſ. 285. ſi quis Iuriſ. in prin. lib. 3. & nuncupatim ſentit Bened. in c. Raimutius. verbo, & vxorem nomine Adel. deciſ. 5. nu. 215. de teſtam. vbi poſtea quam ſuperius dixit, licere vxori, blādo Sermone virum trahere ad ſeipſam hęredem inſtituendam, vel aliquid ſibi relinquendum. ſubdit, ſed quia tales Blanditię, præſetim muliebres inter tam coniunctos periculoſæ interdum ſunt, non ſine cauſa in pleriſq; ciuitatib. lege municipali prouiſum extat, ne maritus in ſuo teſtamento vxori relinquat, & ita etiam ſentire uoluit Plor. in
50 d. conſ. 168. nu. 51. & ſeq. ſic factum extitit per legem † uoconiam apud Franc. Balduin. in ipſam legem, referentem, & ſi lege 12. tab. teſtatoribus pleniſſima poteſtas de re ſua diſponē di conceſſa fuiſſet, nullo habito diſcrimine ſexus, attamen cum poſtea uiderentur Romę mulieres diuitiis affluentib. nimium efferri, cum ſępe uerum ſit illud.

(*Intollerabilius nihil eſt quam fœmina diues*)

Tādem placuit Populo Romano, ſic ſuadēte Catone, quod dam ueluti frenum iniicere, ne ultra certam ſummam relin queretur mulieri. Quod & latius hanc propriam materiam agrediendo, explicat Pech. de teſtam. coniug. lib. 1. c. 1. ubi p-
51 inde dicit, Exiſtimandum cū Gelio, hanc fuiſſe † æquiſſimā prouiſionem imo ſanctam, vt idem reppetit lib. 4. c. 1. Similis
52 adeſt in Gallia † conſtitutio (ut fertur) contra eos, qui habēt, teſtatores ſub ſuo regimine, præſertim durante infirmitate. eadem pouiſio habetur in Saxonia, vt ſupra relatum eſt. nu. 21. & ī iure, quo nos vtimur, idē uidemus eſſe de donatione
53 inter coniuges, quæ † vbi per maritum facta reperiatur abſque vxoris frequenti, & importuna petitione, per mortem mariti confirmatur, ſecus ubi ex frequenti, & infeſta vxoris petitione facta eſſet, ex quo tunc quodam calore iracundiæ, importunitatis, & moleſtiæ cenſetur facta Bal. l. 1. per illum. tex. nu. 4. C. de pet bon. ſub. lib. 10. quem refert, & ſequitur Ludo. Burg. in l. ſi ſe ſubiiciant, quæ eſt l. 1. nu. 38. ff. de iudic. & Anto. de Petru. in l. 1. in 2. effect. nu. 46. ff. de iureiu. referens, Idem tenere Iaſ in l. 1. §. ſi uir. col. 3. uerſ. hinc infero. ff. de acq. poſſ. licet non compererim Iaſ. in libro meo verbū de hoc facere, niſi Petr. citare uoluererit Segu. Hiſpan. in repet. d. §. ſi uir, ut illum ad id commemorat Pech. in alleg lib. 1. c. 3. nu. 4. qui (quod magis propoſito noſtro ſeruit) non in donatione, ſed in legato, & inſtitutione loquitur, vbi ſeq. nu. id aliis ſimilibus comprobat, prępipue ex eo, quod medicus
54 † dum medetur, ab infirmo, donec infirmus eſt, promiſſionē accipere, aut extorquere non poteſt, quia lex præſumit, qđ infirmus ſolicitatus a medico ad promittēdum quiduis pro mitteret, metu, ne ab eo, aut deſeratur, aut malè curetur. l. medicus. ff. de var. & extraord. cognit. Bar. l. Archiatri. C. de profeſſ. & med. lib. 10. id tamen intelligendo, ut per Afflic. deciſ. 123. cum quo tranſit Cagno. in l. 2. nu. j92. C. de reſcin-
55 uend. hinc † non longe diſtat. quod plutarc. in ſuis problem. circa prin. cauſas perquirens prohibitæ donationis inter cō iuges ait, an quod Solon eas morientium donationes, ſeu teſtamenta (ut ſic Bald. ad alleg. l. Voconiam explicat) noluit rata eſſe, quæ neceſſitate coactus, aliquis, aut vxoris aductus blanditiis feciſſet, neceſſitati enim magnam vim ineſſe, illecebris autem dolum, & fraudem uiolentia nō minorem. cuius fraudis ſuſpicio a coniugum donis abeſſe vix poteſt, ad idem Afflict. magis in ſpecie alleg. deciſ. 69. nu. 4. & ſeq. & cū eo Io. Bap. Ferret. conſ. 269. nu. 17. de quo etiam infra verbo legare q. 7. in ſecundo membro nu. 56. Idem dicimus de ſecūdo teſtamento, quod & ſi attendi debeat, & per illud ſublatum ſit primum, attamen † quando illud per falſas ſuggeſtio
56 nes, adulationes, & doloſam importunitatem ſecundi hæredis conditum fuiſſet, non valeret, nec tolleret primum, Plot. ad plenum d. conſ. 168. nu. 52. & ſeq. ſecundum quem intelligi debet Pech. d. c. 3. nu. 8. Sic demum cōtigit in illa Calphurnia, ob cuius improbitatem omnes fęminæ exinde generali edicto prohibitæ fuerunt, pro aliis poſtulare. l. 1. §. ſexum. ff.
57 de poſtul. Et proinde licet ob malas † mulieres, & forte paucas hęc noſtra prouiſio emanauerit, non tamē fit, quin omnibus noceat, & ab omnibus obſeruanda ſit, vt notat in ſpecie Plot. in d. cōſ. 168. nu. 48. & magis explicite Pech. de teſtamen. coniug. lib. 4. c. 1. nu. 5. vbi is ait, quod lex ſubinde propter paucas malas facultatem omnibus adimit, ſicut in Senat. conſul. Macedoniano propter paucos Macedones, & fę-

nera-

Source : BIU Cujas

neratores, lex in vniuersum dat exceptionem aduersus eos, qui filiofa. mutuum dederunt, etiam si sint ciuitates, aut personæ minimæ suspectæ, quia quod in paucis experta fuit, dignum existimauit vt ab omnib. timererur, & bonus est text. in §. quia vero, ibi nō. n. eo quod &c. auct. vt sine prohibitio. & quantumlibet bona. & honesta sit vxor ex quo tamen potens & apta est ad virum circumducendum, dici nō potest, quod dispositionis ratio indubitanter cessat, sed solum contingenter, quod non releuat, vt egregie tradit Vasch. cōtro. Ill. c. 46. nu. 9. Nec adhuc refert (vt & Socini difficultati superius relatę occurratur) quod mutua affectio coniugalis hic non militet, cum id proueniat, ex eo quod prohibitio legādi non ost promiscua, at nihilominus affectio maritalis non deest, tot malis vxoris artibus, & infestationibus implicita, q bus viceuersa vxor nequaquam suppōsita est, vt infra verbo vxori. q. 4 atque ita aduersus Soc. sentit Curt. Iun. cons. 6. nu. 16. circa medium. vers. nec huic obiectioni. Vnde (vt rem tā dē cōcludamus) hæc Bar. pro magis tuta atq; vera huius nostræ consuetudinis rōne existit, cum reliquę citra non modi
58 dicam difficultatem transeant, ita vt vnica † ratio censenda veniat, ad instar legis plures intellectus habentis, sed oēs improbatos vno excepto, quod non secus est, ac si solum intellectū haberet Ial. l. generaliter. §. nihil cōe nu. 99. ff. de acqu. pos. & pulchre Cassad. decis. 1. de acqui. rer. do. nu. 15. & 16. & consequenter ex ea summi argumentum possit, ac si scripta †esset, glo. Bal. cast. & alij communiter in l. quamuis. C. de fideicom. ac notat in specie Cur. Sen. cons. 11. nu. 11. quem sequitur Rip. in l. 2. nu. 14. de leg. 1. quicquid alter Curt. dixerit cons. 6. nu. 10. ex dicto Salic. quod magis cōiter improbatum est, vt apud eundem Curt. Sen. est videre cons. 81. col. 4. Rip. in rub. ff. sol. mat. nu. 62. Paris. cons. 16. nu. 38. & seq. ac nu. 49. & seq. lib. 3. Soc. Iun. cons. 1. nu. 53. lib 1. & in re cōsuetudinaria tradit, & quidem abunde Crau. de antiq. temp. 4. par. sec. 1. nu. 83. Tiraq. in reg. cessante causa 21. limit. nu. 7. ad finem vsque, & nos infra 7. præf. nu. 14. dicemus.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio hæc num correctoria vel exorbitans sit.*
2 *Dispositio, quę nam dicatur correctoria, & quę exorbitans, seu limitatoria.*
3 *Prohibitio hæc iuris antiqui censarum sequitur, scilicet, legis voconiæ, & Papiæ.*
4 *Leges in iure nostro loquentes de vxore, vel quolibet alio nihil, vel non solidum capiente, de lege Voconia, aut Papia intelligi debent.*
5 *Dispositio fundata ratione, & çquitate iuri contraria dici non potest.*

Præfatio. VI.

Cognita Ratione, quia haud parum refert, sitne dispositio iuris communis correctoria, an ve
1 ro exorbitans, si quis scire apetat, cuius farinæ sit hęc † nostra dispositio, Curt. Iun. illam iuris communis correctoriam cē suit cons. 6. nu. 12. ver. secundo principaliter, ex eo p ne dum generalem iuris regulam limitat, per quam quisque pro suo libito in quemliber de re sua disponere potest, vt l. 1. C. de Sacrosan. eccl. §. disponat auct. de nup. & supra proxima præfatione diximus nu. 47. & seq. nec non etiam regulam illam, qua omnes legati capaces habentur, nisi prohibiti expresse reperiantur Io. Fabr. §. legati, prope finem instit. de legat, cū edictum de legatis dicatur prohibitorium certarum rerum atque personarum quæ ubi prohibitę non sint, censentur p misse la. l. cętera in princ. de leg. 1. Alciat. cons. 113. in princ. lib. 9. ac notat in specie Bal. cons. 439. nu. 4. lib. 4. verum etiā nuncupatim iura corrigit disponentia de marito relinquente uxori. ut l. vnica. §. sciendum. C. de rei vxo. actio. l. fi. C. de instit. & substit. l. fi. C. si quis aliq. testa. prohib. auct. præterea. C. vnde uir. l. vxori usumfructum l. vxori meæ. ff. de usufruc. leg. §. sed si vxori instit. de leg. Pract. Pap. in forma libelli ad dotem glo. dedit, & legauit col. 1. ac legem corrigit volentē vxorem etiam cum filijs hæredem instituisse l. vxorem de le. 3. c. si pater. de test. in 6. & §. fi. auct. de exhib. reis in hęc verba, nisi tamen vir. aut legatum ei, aut partem Institutionis reliquerit, fieri namq; hoc, nullo modo inuidimus Rofr. de bon. posi. Vnde vir. & vxo. in princip. & pro deriſorio, & iniquo habuit Cuman. consilio 90. in princip. cum quo transit Dilect. de art. testā. tit. 1. caut. 13. nu. 3. & excel. præceptor Do. Ceph consilio 408. nu. 40. & seq. & consilio. 414. num. 10. Burs. consilio. 189. nume. 25. & seq. ac demum tantum vxori potest relinqui, quantum superstitis amor exigit l. fina. C. de inf. pæn. cælib. ad quæ infra verbo, vxori. quæstio. 4. nume. 40. est verum quod uir ad relinquendū vxori de iure non astringitur, etiam quo ad vestes viduales, præterquam in casu auct. præterea. C. vnde vir. & vxo. ut notat Franc. dicto capi. si pater 6. not. de testamen. in sexto, & in casibus infra annotatis verbo uiginti. quæstio. 8. nume. 42. & 54. Et ante Curt. eiusdem sententię fuere Alexan. consi. 54. nu. 4. in fi. lib. 7. Cum. consi. 30. nu. 4. uersi. præterea quamuis. Soc. consi. 74. colum. 1. lib. 3. Corn. consil. 185. colum. 1. lib. 1. & inter recentiores Alci. cons. 607. in prin. secundum Ludunen. impressionem, qui secundum uenetam habetur consi. 131. lib. 9. Petr. Pech. de testam. coniug. lib. 4. c. 3. col. pen. & fin. & excel. præceptor D. Io. Ceph. d. consil. 408. num. 56. & Burs. at. vbi supra. At diuersæ sententiæ, quod huiusmodi dispositio sit exorbitans, seu (vt alij volūt) limitatoria, fuit alter Cur. Sen. appellatus, cons. 11. nu. 11. ex eo quod generalem regulam. l. 1. C. de Sacr. sanct. eccl. & §. disponat. auc. de nup. duntaxat limitat in marito, casum hunc excipiendo, firma in cæteris remanēte regula, concordant Ale. cons. 26. nu. 5. lib. 2. Dec. cons. 196. nu. 4. Ruin. cons. 44. num. 25. lib. 2. Ias. consil. 112. colum. fi. lib. 1. & Ferdin. Loaz. in rub. ff. de iust. & iur. num. 42. Quorum sententiam arbitror in iure veriorem & probabiliorem fore, si
2 quidem dispositio † limitatoria, seu exorbitans, a correctoria differt, ex eo quod limitatoria illa est, per quam in totum ius commune non abrogatur, sed tantum in aliquo ei derogatur, ex aduerso aūt correctoria dicitur a qua ius in totum derogatur, vt declarat Crot. in l. omnes populi num. 121. & secundum alios. nu. 193. ver. pro complemento. ff. de iust. & iu. & Crau. cum eo. cons. 291. nu. 4. & de re consuetudinaria loquendo, in tract. de antiq. temp. 4. part. in princ. num. 75. D. Menoch. in 14. remed. recup. poss. num. 13. & Alciat. lib. 2. de verb. signif. vers. de limitatoria disp. hæc autem nostra cōsuetudo, seu prohibitio generalem dispositionem. d. l. 1. C. de Sacros. eccles. & §. disponat. auct. de nup. nequaquam in totum tollit, nec corrigit, sicuti nec dispositionem. l. fin. C. de infir. pæn. cælib. de viro, & vxore mutuo loquentē in totū aufert, sed illam duntaxat limitat in viro versus uxorem, vt infra uerbo vxori. q. 4. & quidem a solidis viginti supra tm̄, quod nec modici momēti esse pōt, vt infra verbo, vltra, q. 4. & seq. idq; r esponsioni cæterarum legum seruit, & si ipsę dispositionem aliquam in se non afferant, sed facti tantum contingē-
3 tiam referant. Licet quoque hæc nostra dispositio † iuris anti qui censuram potius sequatur, quam quod ab ea deuiet, vt l. 1. C. de his, qui se def. lib. 10. l. si gener. iuncta gl. ff. de his, quibus, vt indig. pro vt olim generaliter cautum reperiebatur ex lege Voconia, per quam prohibitum erat, omnibus mulieribus vltra quadrantem posse relinqui, vt s̄. præfat. 4. nu. 3. & præfat. 5. num. 50. ac idem quoque ex lege Papia erat, ut per Alci. li. 3. disp̄unct. c. 3. & 6. & infra verbo non possit. q. 2. nu. 25. & in vtramq; scripsit Franc. Balduin. asseuerans, om-
4 nes † leges in iure nostro loquētes de cōiuge, seu de quolibet alio nihil, vel nō solidum capiente, intelligi dē dehac lege voconia, aut Papia. Quod memoriæ commendandum est pro intelligentia istarum legum, vt per p̄ns fauorabilis sit, quasi nos ad pristinum ius, & statum reuocet, & redducat, p not. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. Felin. c. eum ac cessi sient. nu. 5. versic. & adduci possent de constit. & Gozad. cons. 9. num. 31. Nec adhuc omitterem, hanc dispositionem
5 † iuri contrariam dici non posse, nec per consequens illius correctoriam censeri, postea quam ratione, & æquitate sua dente ad mulierum malitiam refrenandam, longe promptam, & accommodatam ad suos viros decipiendos, vt in proxima præfat. emanata extat, vt eandem meditationem in re omnino simili habuit Bal. in auct. Sacramenta Puberū. nu. 5. circa fi. C. si aduers. venditio.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio hæc num odiosa, vel fauorabilis, proindeque restringenda, vel amplianda, & quænam sit magis recepta opinio nu. 7.*
2 *Per iniquum videtur, quod maritus vxori relinquere non possit.*
3 *Quæ a iure communi deuiant, seu contraria, sunt, restringi oportet.*
4 *Recessus omnis a iure communi odiosus est, & quomodo accipiatur. numero 12.*
5 *Priuatio vbi ipso iure fit, non fit extensio, & si alias fieri posset, declara. numero 16.*
6 *Consuetudo stricte intelligi debet, nec extensionem patitur, vbi id varie exornatur. nu. 15.*
Marito expedit, vt nihil per eum vxori relinquatur nu. 6 in fine.
8 *Dispositio sit ne fauorabilis, vel odiosa, quomodo dignoscatur.*
9 *Dispositio in dubio potius fauorabilis, quam odiosa dici debet, præcipue in in consuetudine. nu. 10.*
11 *Consuetudo in sua patria fauorabilis & non odiosa dici debet.*
13 *Municipalis dispositio non adeo stricti iuris, simulque odiosa censenda est quin extensione sit digna, & adiuuanda.*
15 *Extensio facile admittitur, cum de obuiandis fraudibus agitur.*

Prefatio. VII.

1 Huic proxime subijcitur utrum hęc dispositio † sit fauorabilis, proindeque extendenda, an uero odiosa, & sic restringenda, strictęque interpretanda, iuxta text. in c. odia de reg. iur. in 6. & ea, quæ habentur in l. si constante ff. solut. matrimo. auct. quas actiones. C. de sacros. eccl. l. qui sepatris. C. vnde lib. & Rolan. cons. 72. colum. fi. lib. 1. & scribētes passim. Et primum Bal in l. 1. num. 18. C. de summa. trin. assentiri non intendit cum Bar. esse fauorabilē, sed odiosam

cum

Source : BIU Cujas

cum per illam arctetur libera facultas testandi, idem Bald. consil. 119. factum proponitur colum. 2. lib. 3. sequitur Barb consi. 12. num. 6. circa finem, vers. considero etiam lib. 1. Soc. consilio 74. colum. 2. uersiculo. nam reperio & columna fina. lib. 3. ubi odiosam, & pœnalem appellat, editam in odium uxorum, Dec. cons. 196. num. 4. vers. & ad hoc facit, cons. 540. num. 7. ubi & ipse odiosam, strictęq; proinde interpretandā dicit, neq; ab hac sententia nimiū aperte recedere ausus fuit Ale. consi. 41. num. 7. li. 5. ut clarius exinde eandem sequutus est, in consi. 54. num. 9. lib. 7. Corn. cons. 185. colum. 1. lib. 1. ubi inquit, quod cum sit iuris communis correctoria, adeo strictissima fieri debet interpretatio, vt neq; a paritate, neq; a maioritate rationis fiat extensio, Brun. de constit. decret. & stat, uerbo, legatum, Chass. in consu. Burg. 4. rub. 7. §. uerbo, par testament. num. 6. & 15. Crot. in rub. ff. de acq. poss. num. 37. in 4. fundamento, idem in effectu sentit Curt. iun. consil. 7. num. 13. dum vult, dispositionem hanc vti correctoriam iuris communis non pati extensionē, etiam ex maioritate rationis, cum legis municipalis dispositio, siue correctoria, si ue exorbitans ad casus decisos non trahatur, etiam quod essent personæ similes expressis, Pech. de testam. coniug. lib. 4. c. 3. num. 6. & excel. prœceptor. D. Ceph. consil. 408. num. 41. ubi odiosissimum id appellat, & nu. 94. & rursus, consil. 414. num. 73. & seq. Burs. in eiusdem facti contingentia cons. 189. num. 60. & 64. ubi ex dinumeratione doctorum arbitratur, hanc esse receptiorem sentētiam, ac odiosam ex parte uxoris prohibitæ sentit Crau. in rub. de leg. 1. num. 191. simile ex aduerso habetur de statuto prohibente vxorem relinquere secundo viro vltra quartam, apud Baldum. consil. 439. super primo puncto. colum. fin. ver. primo istud. lib. 4. vbi vult, statutum huiusmodi videri iniuriosum, cum manus domini liget, libertam testamenti factionem impediat, ac iuri communi sit contrarium, & per consequens restringendū, imo
2 periniquum videtur, † quod maritus relinquere non possit vxori, quæ est socia diuinæ, & humanæ domus. l. aduersus C. de crim. expil. hæred. quæue uiuente marito rerum mariti domina quodammodo dicitur. l. 1. ff. rer. amot. ad quod supra præfatione. 4. num. 1. & seq. attento etiam quod maritus cuilibet extraneo, & penitus ignoto potest relinquere. l. extraneum. C. de hæred. instit. quam rationem ponderat Cuma. consi. 90. in princ. Ex quo fit, esto quod dispositio sit exor bitans, vt proxima præf. diximus, adhuc restringenda erit, strictęque interpretanda, vt præter Cur. loco præallegato, & quod ex mox relatis satis suaderi videtur, sentit Dec. d. cons. 196. num. 4. licet Alex. ab eo citatus tantum dicat, illam pro prie intelligendam, vt ipsum quoque Ale. fidelius referens dicit Ruin. cons. 44. num. 25. lib. 2. Nec quidem inconuenit, vt cum aduersus ius commune procedatur, stricta interpretatio fit sumenda, iuxta l. quod vero ff. de legibus. cap. quæ a iure. de regul. iur. in 6. ubi Din. inquit, quod ea quæ † a iu-
3 re communi deuiant, seu contraria sunt, restringi oportet, quasi odiosa, quicquid enim iuri communi contradicit, uel ab eo exorbitat, illud quoque stricti iuris est, Bar. l. Cæsar. nu. 21. ff. de public. Bal. l. non sine. num. 5. C. de bon quæ lib. & pa riter odiosum, Abb. cons. 1. colum. 2. ver. item præiudicatur. lib. 1. Corn. consi. 89. num. 6. & 7. lib. 3. & consil. 281. num. 11.
4 lib. 4. vbi illud prædicitur, quod omnis † recessus a iure communi dicitur odiosus, quod ad terminos consuetudinis ex pendit Tiraq. de retract. in præsat. nu 62. & §. 35 nu. 2. & ubi etiā odiosa non esset, stricti tamen iuris reperitur, & per con sequens nō extēdibilis, Pech. d. c. 3. col. fin. quod ex eo quoq; demonstrari posse videtur, quod actus in cōtrari ū gestus, fit ipso iure nullus, vt infra verbo, nō possit, in princ. unde esto
5 quod † alias extensio fieri non possit, non tam en permittitur cum ipso iure fit priuatio, Tiraq in l. si unquam, verbo reuer tatur. num. 303. C. de reuoc. donatio. Et in campum consuetudinis latius descendendo, videmus quod illa restringitur,
6 per actus, quibus inducitur, quemadmodum præscriptio, nec proprios facti terminos excedit, etiam quod eadem militet ratio, Bal. l. fi. nu. 9. in fi. C. comm. Vtriusq; iudic. quia, ut inquit Ang. in l. vna est via. ff. de seruit. vrb. præd. acquisitio, quæ fit per usum, nō fit nisi in illo tantillo, quo quis vsus est, & non ultra extenditur, hinc Bald. in c. 1. in fine principij de feud. cogn. quod cum consuetudo dicatur tacita ciuium cō uentio, quemadmodum pactum non extenditur ad aliam rem, vel personam, quam de quibus loquitur, vt l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pactis, ita nec consuetudo. Idem alibi consilio 257. quæstio vertens, libro secundo, ait, quod consuetudo, cum sit quid facti, extensionem non recipit personarum, nec actuum, & consilio 275. quod pro regula, circa finem, eodem libro. quod in consuetudine. quę est con tra ius, nil debet suppleri præter solitam obseruantiam, & si in aliquo consuetudo non disponit, nec nos disponere de bemus, hincque Aret. consilio 132. numero 3. quod ubi con suetudo est contra ius, non dēt de persona ad personam extendi, nec de loco ad locum, nec de re ad rem, & proinde se cundum Bar. & alios in l. post dotem. in fine. ff. sol. mat. consuetudo, de qua per glo. in l. dos, a patre. C. eo. vt stantibus li beris, dos ad patrem non reddeat, ad aliu m casum non extē ditur, quam de quo proprie loquitur, at que disponit, ad idē Bald. d. l. fi. nu. 9. uersi. sed quid. Pari ratione Castren. consilio 340. col. fi. lib. 2. stāte statuto, ꝙ cognati excludant per agnatos, si consuetudo aliqua in contrarium fuit obseruata, per quam fœminæ simul cum masculis successerunt, vult, consuetudinem istam tamquam stricti iuris, nō vltra casum ex tendi, quo uiguit obseruantia, hinc quoque consuluit Ale. consi. 173. nu. 14. lib 6. quod consuetudo, ut uicinus nemini rem suam uendat, nisi prius requisito uicino, tamquā odiosa strictissime in casu suo intelligi debet, ad idem Dec. cons. 72. col. 2. cons. 389. col. pen. & alibi sępe, Felin. ca. auditis. nu. 15. & seq. de præscrip. Ias. cons. 163. colū. fi. lib. 2. Gram. decis. 92. col. 1. & 2. qui bus in locis illud concluditur, consuetudinem esse restringendam, strictęque interpretandam. Contra riam uero sententiam, ꝙ dispositio hęc sit fauorabilis, large que interpretanda, censuit Bar. in d. l. 1. nu. 32. C. de sum. trin. cum quo transeunt ibi Signor. & Salic. nec alius ex scribentibus discrepat, sequuntur Roma. cons. 36. nu. 2. & ibi Mandos. in scholijs, Curt. Sen. cons. 11. nu. 7. Barb. consultim. nu. 25. uersi. facit ēt. lib. 3. Ale. consi 41. nu. 7. lib. 5. Cor. consi. 89. col. 1. & 3. lib. 3. & clarius cons. 232. col. 1. lib. 4. Capra. consi. 21. nu. 9. Vbi refert, Bal. in sua repet. ad d. l. 1. C. de sum. trini. te nere cum Bar, licet hęc. Bald. lectura in codicibus nunc im pressis non habeatur, cum Bar. transit quoq; Dec. in l. fi. nu. 13. ff. de iurisd. om. iud. Ias. l. fi. nu. 16. C. de ind. uid. toll. l. nō tā tum. nu. 7. ff. de re iud. & cons. 112. col. 2. uers. secūdo Fortius. lib. 1. Niger in Rub. de leg. 1. nu. 21. ibique Ruin. 17. Torniel. 21. & Bolog. nu. 113. & seq. Rip. l. 2. nu. 14. eod. tit. Curt. in c. fin. sect. ultima. nu. 26. in 3. limit. de consuet. Paris. cons. 16. nu. 9. & 10. lib. 3. Crau. cons. 135. nu. 35. & in indice ad cons. pro ge nere, uerbo, causam in specie, circa medium, Bero. cons. 69. nu. 20. lib. 2. Natta cons. 463. nu. 2. nec a Barto. dissidet adhuc Alciat. cons. 8. nu. 14. lib. 2. & cons. 77. nu. 8. lib. 9. ubi etiam as serit, cum Bar. doctores transire, ad idem Plot. cons. 168. nu. 30. inter cons. ultim. uolunt. & cons. 54. num. 19 in uol. suo rum cons. Franc. Piscin. super stat. Exclus. fœmin. nu. 74. Ri min. Sen. cons. 575. nu. 2. & in terminis huius nostræ consue tudinis adest Do. Menoch. consi. 11. ante nu. 10. & 15. & demū eiusdem sententiæ fuit Pech. de testa. coniug. lib. 4. c. 1. qua tenus sequutus Paris. alleg. consi. 16. nu. 21. considerat, ratio nem huis dispositionis esse, ut bona in familia conseruētur, illamque ptopterea, iustam, & bonam, ex eo ꝙ Paris. ibi ex presse partes tuetur, ut hæc, & illa dispositio, nō odiosa, sed fauorabilis sit, & per rationis identitatem extendenda. stante etiam ꝙ citra hanc prohibitionem marito magis expedit, ut nihil per eum uxori relinquatur, et sup. 5. præfat. nu.
7 27. Adeo ꝙ hęc Bar. opinio † etiam ex dinumeratione docto rum (dicat Burs. quicquid uelit) magis recepta habenda est, quę mihi adhuc uerior, & probabilior uidetur, cū illa ex cōi doctorum traditione fundata sit, (ut præceteris tradit Rom. d. consil. 39. nu. 2; & sentit Do. Ceph. cons. ex. aduerso citato
8 408. nu. 49.) quæ fit ad dignoscendum, an dispositio † sit odio sa, uel. fauorabilis, ex principali ratione, seu intentione dispo nentis, ut scilicet, si respiciat fauorem, censeatur fauorabilis si uero odium, odiosa, licet postea in odium, seu fauorem al terius uergat l. qui exceptionem. in prin. & ibi Bar. Bal. Cast. & alij. ff. de cond. indeb. Bal. l. 1. nu. 5. C. de lega. Dec. l. uenia. nu. 5. C. deinius uoc. late Brun. quod extan. masc. 4. art. prin. col. fi. Tiraq. de retract. §. 30. glo. 1. nu. 5. & in re cōsuetudina ria not. Crau. cons. 118. nu. 8. & seq. Etenim cum ratio, seu in tentio huius nostræ dispositionis commodum, & fauorem mariti principaliter respiciat, ne ipse coniugali amore spo lietur, & decipiatur, ut supra 6. præfat, per ꝑñs dici debet fa uorabilis, licet in odium uxorum uertatur, in occurrēdo ea rū infestationib. Blāditijs, atq; malitijs qđ postremū in secū dariam tm̄ consuetudinis intentionem uenit, & ita intelligi debet Soc. alleg. cons. 74. col. 2. in fi. li. 3. & qui eum sequun tur, ne alioquin male loqui uideantur, ad idem pulchra do ctrina Bal. in l. 1. in fin. C. de sec. nup. eam quoq; intelligendo iuxta communem traditionem Bar. d. l. qui exceptionē. Ac cedit, ꝙ alibi notat Idem Bal. in l. fi. C. de bon. liber. & Ias. in l. ait prætor. col. 2. ff. de iureiur. cum uolunt, non omnem di spositionem priuantem aliquem dici odiosam, uel pęnalē, sed quæ ob delictum tm̄ priuat. at hęc nostra dispō priuans uxorem facultate capieadi ex cā relicti, non ob delictū solū (principi'r loquēdo) emanauit, sed in fauorē mariti, igit &c.
9 pro ut quoq; in dubio † potius fauorabilis, quam odiosa cen seri dēt, qualis alia quæuis municipalis dispositio præsumen da uenit, Bal. l. fi. nu. 3. C. qui non poss. ad lib. peruen. Alexā.

consi.

Source : BIU Cujas

consi. 197.nu.2.lib.7. & Tiraq.alijs relatis de retract. in præ-
10 fatio.n u. 66. quod præcipue† locum sibi vendicat in consue
tudine, per ea, quæ notat Balb.de præscrip.1.parte quæst.10.
nu.9.& Rebuff. ad reg.const.tit. de consuetud. in præfat.nu.
28.& seq & optima ratione apud Crau. consilio 118.num.7.
compro batur, quia verisimile non est,quod vniuersus popu
lus consu etudinem in eorum damnum,atq; odium induce
re voluerit,argum. l. prę ses. C.de ser.& aqua.l.si peculium. §.
sicut autem. ff.de pec.leg. & ideo†in sua patria dici non po-
11 test odiosa, sed fauorabilis. Nec obstat, quod supra diceba-
12 tur, omnem recessum†a iure cõmuni dici odiosum, disposi
tionemque hanc vti iuri communi contrariam stricti iuris
esse, simulque odiosam. Quoniam id verum esset,vbi in re
correctoria essemus, vt in his terminis loquuntur ex aduer-
so allegati, at cum nos simus in re a iure communi exorbi-
tanti,& quæ non odio, sed fauori principaliter nititur, non
nisi fauorabilis dici debet, & proinde extensione digna, cũ
ex regula iuris,nedum odia restringi, sed fauores ampliari,
conueniat.c.odia de reg.iu.in 6.& ita sentit Bal.in l non pos
sunt 2.lectura.ff. de legib.vbi vult, statutum continens fauo
rem, interpretationem extensiuam recipere, odiosum uero
nequaquam, quoniam (vt ipse ait)omnia odia sunt stricti iu
ris per.l.cum quædam.ff.de liber.& posth.quem tex.sic sum-
mat Bar.odia restringi, fauores ampliari, conuenit, adeo ꝙ
13 municipalis†dispositio non adeo stricti iuris censenda est,si
mulque odiosa, vt nulla extensiua iuterpretatione sit digna
& adiuuanda, qualis esset, vbi odiosa,& iuri contraria reperi
retur, alioquin tota vis extẽsionis confunderetur, quæ in re
exorbitanti,& fauorabili,tum ex paritate,tũ ex maioritate
rationis ab omnibus de plano permissa existit,iuxta not.per
Bar & alios in l.si constante 9.quæst. ff.sol.mat.ac de cõmu-
ni attestatur.Ias.in l.illam num.15.C.de collat.Alciat.lib.2.
de verb.oblig.fig. ver.de limitatoria, Crau.consi.291.num.4.
& alibi passim scribẽtes,adsuntq. pleni tractatus,& in cõsue
tudine,vt secundum, vel præter legem ex identitate rõnis,
sicut lex scripta extendatur, alias secus, notat Soc. in c.cum
contingat.num 30 vers.1.casu de for.comp. Crau.de antiq.
temp.4. part.sect.1. limitat.11.num.78. & seq.& 13.limitat.
14 quo in loco firmat,consuetudinem †exorbitantem in re fa-
uorabili extendi de casu ad casum ex idẽtitate rõnis, etiam
non expressæ, vbi tamen sola assignari possit,esto quod sub-
lata significatione vocabuli casus extensus non cõprehẽde
retur,& supra diximus præfa.5.num.59.Quod & sui ratione
suadetur secundum Alc.loco prealle.quoniam correctoria
strictius accipiuntur,ppea quod legi abrogant,atque totam
restringunt,at limitatoria derogant tantummodo,&aliquã
tulũ suadente æquitate restringunt,quod nullam nouitatẽ,
nullum odium continet,merito in his dilatio prohibita cẽ-
seri non debet, qualis hæc nostra dispositio, quæ cum in to-
tum nõ abroget,neq; restringat,vt supra proxima præfatio.
nu.2.nimirum si ratione,& equitate suadente extensionem
recipit,precipue cum fauorabilis, & non onerosa existat,vt
se habere magis communem refert Anton. Gabriel. li.5.ti.
de præsump.conclus.2.num.16.tantomagis cum illa tendat
ad obuiandum fraudibus, & delinimentis vxorum in viros
15 suos, qua † in re solet facilius extensio permitti. l. 1. §.pecu-
niam. ff. de calum. Deci.consilio quinto,ad finem,consilio
301.numero quinto,& nuncupatim in consuetudine notat
Crauet. loco præallegato. in 15.limitatio.numero 136. Nec
quicquam adhuc releuat priuatio rei in contrarium gestæ
ipso iure inducta,que extẽsionem pati non videtur, quoniã
16 id†locum habet in pænalibus, quæ vti odiosa extensionem
non recipiunt,ex supra deductis, & ita loquitur Tiraquel.lo
co ex aduerso alleg.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio hæc num comprehendat ciuem extra territorium, ne illic leget vxori,tam de bonis intra,quam extra territorium sitis.nu.5.& 6.*
2 *Mulier prohibita testari in foro mariti, nec extra existens testari potest.*
3 *Consliuti Mediol.seruanda in donatione subditum comprehendit,tam in do minio,quam extra,nec non forensem in dominio, contrahentem,etiam re spectu bonorum extra dominium sitorum.nu.4.*
7 *Stat.Masii Agri Alexandrini commemoratur.*
8 *Consuetudines in regno Franciæ sunt locales.*
9 *Testamentum mulieris extra territorium citra consensum viri, sine quo ex lege municipali fieri non potest,conditum pro quib.bonis subsistat.*
10 *Auctoris sententia in conflictu scribentium.*
11 *Tutius est in materia extensiua decisioni in individuo adhærere,quam regu lis,& generalib.doctrinis.*
Respondendum est de iure per speciales decisiones, non per generales regulas more pauperum doctorum.
12 *Recedendum a Bartoli decisione communiter recepta non esse in iudicando.*
13 *Bart.raro,ac nunquam a veritatis,& æquitatis semita aberrauit,deque ip sius excellentia,& auctoritate.*
13 *Doctoris sibi ipsi repugnantis leuis auctoritas.*
14 *Bartoli dictum a morsu Nottæ defenditur.*
15 *Petri Pechij dubitatio vana.*
16 *Declaratio ad doctrinam Bar.cum tribus ampliationibus nu.22.24.29: & quatuor limitationibus nu.30.31.33.& 34.*
17 *Iacobus Menochius vir acutissimi ingenij.*
18 *Bald. reconciliatio in duobus consilijs, de quo Tiraquel. cogitandum reliquit.*
19 *Ang.& Castrensis.in materia dictum declaratur.*
20 *Soc.improbatur,& in solo casu sustinetur nu.21.*
23 *Domicilium vbi duplex concurrit,quod magis spectandum,& nu.30.*
25 *Filius non minus paternam,quam propriam originem sequitur.*
26 *Forum sortiri,& statutis ligari,a pari procedunt.*
27 *Domicilium paterni incolatus ad filium non transit.*
28 *Origo aui paterni,& aliorum superiorum longe differt ab origine patris.*
31 *Mobilia cuius domicilij sint censenda.*
32 *Legato frumento, quod in ciuitate erat,venit etiam quod ruri causa custodiæ,vel ad differendum ciuitati reperitur.*
35 *Iura,& nomina debitorum cuius loci sint censenda.*
36 *Forensis hac prohibitione non comprehenditur.*
37 *Etiam pro bonis hic sitis.*
38 *Nec non pro bonis in loco originis vxoris,cum declaratione.nu.48.*
39 *Mulier alibi nupta num proprium forum,& domicilium perdat, & numero 42.*
40 *Dispositio hæc ita prohibet virum legare vxori,sicuti vxorem legatum accipere.*
41 *Forensis statuti beneficio,cui non subest,non gaudet.*
43 *Mulier alibi nupta statutorum beneficium suæ originis perdit,præterquam in his,quæ eius fauorem concernunt.*
44 *Municipalis lex in fauorem subditorum, & in odium forensium semper facta censeri debet.*
45 *Mens statuentium verbis præualere debet.*
46 *Forenses vbi masculus,& fœmina existunt,& multo magis solus masculus, statutum fœminarum excluſiuum attendendum non est.*
47 *Mulier cum ab obsequijs,& seruitijs viri retrahitur, a foro, & ciuilitate suæ originis fit penitus exempta.*
48 *Forensis factus ciuis,vel incola,prohibitus est vxori relinquere,cum declaratione. nu. seq.*
49 *Maritus incola in domicilio incolatus ad mortem vsque perseuerare debet, vt prohibitioni astrictus existat.*
50 *Incolatus simplex citra onerum agnitionem non operatur,vt quis statutorum beneficio vti possit.*
51 *Ciuilitas ex priuilegio idem ius habet,quod ex origine.*
52 *Potentia,& aptitudo sola subeundi onera consideranda.*
53 *Territorium quid sit.*
54 *Districtus quid.*
55 *Comitatus quid,& vnde originem sumpserit.*
56 *Diœcesis quid sit.*
57 *Dispositio hæc num ad continentia ædificia,seu suburbia protrahatur, cum declaratione nu.seq.*
Alexandrina cõsuetudo,seu statutum de re paterna luenda procedit etiam in suburbijs,& alijs in locis ciuitati subiectis.
58 *Ciuitatis pars,seu quarterium,an,& quam specialem consuetudinem possit habere.*
59 *Dispositio num ad vicos,seu loca;quæ intra ciuitatis limites corpora sancta appellata,existunt,extendatur,cum duabus declarationibus nu.77.& tribus sequentibus.*
60 *Rus pars ciuitatis subiectiua.*
61 *Ciuitas,& comitatus vna vrbs reputatur.*
62 *Comitatiui dicuntur ciues illius ciuitatis,in cuius comitatu sunt,& quomodo id intelligatur nu.63.*
64 *Constitutio Mediol.de feud.§.interdictum.loquens de ciuibus ad ciues comitatenses non trahitur.*
65 *Incola,a muneribus,& officijs ciuitatis,quam longo tempore coluit,& onera agnoscit,excludendus non est.*
66 *Vicanei domicilium in ciuitate habere dicuntur.*
67 *Vicanei inter forenses ascribendi non sunt,declarando vt nu.68.*
69 *Alexandrinum statutum, per quod a prætore eximitur iurisdictio cognoscendi inter ciues in causis ciuilibus,Vicaneos,& incolas adhuc comprehendit,& nume.71.nec non eos,qui inter ciues habentur nu.72.intelligẽdo quo ad incolas,vt infra nu.73.74.nec non quo ad ciuem,& vicaneum vt nu.75.*
70 *Alexandrinorum iudicum,& Consulum iustitiæ quarteriorum origo.*
76 *Forensis collitigans cum ciue num Prætorem,vel consules Iustitiæ adire possit.*
77 *Vici,seu loca ciuitati subdita,cum propriam legem seu consuetudinem habẽt ad illam ciuitatis recurrere non debent.*
78 *Consequentia non valet,est consuetudo in ciuitate,ergo & ruri.*
79 *Consuetudo,seu lex contraria illi ciuitatis,quomodo & quando in vico,seu locis ciuitati suppositis haberi possit.*
80 *Statuto villę dictante,vt propijs ipsius legibus defficientibus,ad ius commune recurratur, lex,seu consuetudo ciuitatis locum ibi non habet,sed attendendum est ius commune.*
81 *Dispositio hæc num ad oppida, vel castra, a ciuitate seggregata,*

Source : BIU Cujas

quæ tamen de comitatu sunt, extendatur, cum declarationibus. nu. 90. & seq. ac amplatione 95.

82 *Quadragintum oppidum cur sic denominatum.*
83 *Solerium oppidum cur sic denominatum.*
} *Vtrumque a colonis Romanis conditum.*

84 *Oppidani solerienses, & quadraginti iactant se Romanos.*
85 *Ciuitatis lex, seu consuetudo in comitatu est seruanda.*
86 *Castra, vel oppida a ciuitate exempta suos pristinos mores, & leges retinent.*
87 *Oppidani, a ciuitate exempti non in totum forenses respectu ciuitatis dicuntur.*
88 *Oppida, a ciuitate exempta secundum quid adhuc ciuitati subsunt, ac illi reuerentiam præstare debent nu. 89. quantumcumque fuerit exemptio. præcipue in Mediolani dominio.*
91 *Lex ciuitatis ad castrum post illius seggregationem edita non trahitur, cum declaratione.*
92 *Ciuitatis lex, seu prouisio comitatenses non ligat, nisi in locis, quibus ipsi degunt, sit publicata, cum declaratione.*
93 *Oppidum exemptum, a ciuitate, & alteri vnitum, quibus legibus, ac moribus viuat,*
94 *Mediolani dominium, licet in Serenissimum Hyspaniarum Regem sit collatum non tamen Hispan. legibus viuit, etiam in deffectum suarum, sed ad ius commune recursum habet.*
95 *Loca vnita ciuitati illius legibus viuunt.*
96 *Præscriptio in oppido a ciuitate exempto contra morantem in ciuitate curit, ad instar absentium, cum declaratione nu. 97.*
98 *Dispositio hęc nostra num ad loca, quæ extra ciuitatis territorium, & comitatum existunt, protrahatur, licet sub gubernio sint.*
99 *Consuetudo iuri contraria, vel exorbitans non extenditur de vno territorio ad aliud, nec de vno iure separato ad aliud, etiam eiusdem dominij, seu prouinciæ.*
100 *Consuetudo Romæ, quomodo ad loca quæcunque generaliter extendi debeat.*
101 *Consuetudo, seu lex ciuitatis ad loca adhærentia, seu fœderata non extenditur.*
102 *Castrum, seu oppidum esse, vel fuisse de comitatu, eo ipso agentis intentio fundata censetur, vt legibus ciuitatis regulari debeat.*
103 *Capitulandi, & probandi modus multifariam. Castrum esse de comitatu, vel subiectum ciuitati.*
104 *Suburbia, & vrbis continentia, quæ sint.*
105 *Principi soli spectat territorium vnum ab altero distinguere, & non alteri nec etiam propriæ communitati.*

Prefatio. VIII.

Hinc Corrolarie subintrat, an huiusmodi dispositio extra ciuitatem, & trans ciues uagetur, & quippe si in hoc simpliciter sequi uolumus doctrinam Bart. in l. prima. quæst. 6. nu. 32. C. de sum. trini. ad quam solet haberi recursus, fatendum de plano uidetur, ut cum fauorabilis sit dispositio, extra territorium porrigat effectum, sicque comprehendat ciuem extra territorium legantem, ac eius bona ubique sita reperiantur, at quoniam quæstio hęc longe ultra doctrinam Bart. uagatur, ad pleniorem intelligentiam tres casus constituo. Quorum primus est memorata doctri-
1 na Barto. retęta, quæ in his puris terminis loquitur, num† dispositio hæc ciuem comprehendat extra territorium existętem, ne illic leget uxori, Barto, ut retuli, censuit, ciuem comprehendere ubique existentem, cum sit fauorabilis, & loquatur in personam, cum quo transeunt ibi Signor. nu. 17. Salv. 11. & Alban. in aditio. nume. 13. idem Barto. in re consuetudinaria loquęs in repet. l. de quib. in fi ff. de legib. Bal. cons. 418. super primo pūcto, in princ. li. 4. ꝙs. 60. q̄dā soror, in 1. dub. li. 5. & in fortiorib. terminis ꝙfi. 139. statu. cōis lib. 5. ubi loquit
2 de muliere† prohibita testari ī foro mariti, ut nec existęs extra territorium in loco suæ originis testari ualeat, uti mariti ligata legibus, Roman. cons. 39. in primo dubio, & Mandos. cum eo, Alexan. consil. 128. nume. 3. lib. secundo, & clarius consil. 41. nume. 7. & 11. lib. 5. Socy. consil. 131. nume. 2. lib. 4. Corn. cons. 241. nume. 3. lib. 2. consil. 89. culum. 1. & 4. lib. 3. consil. 232. colum. 1. lib. 4. Capra. consil. 21. nume. 5. 8. & 9. Vbi refert. Bald. in repet. dictę l. 1. tenere cum Barto. Ruin. cons. 53. nume. 14. lib. secundo, cons. 160. colu. 1. ubi communem dicit lib. 4. Ias. l. non tantum. nume. 7. ff. de re iud. l. fi. nume. 16. C. de indic. Vid. toll. & consil. 112. colum. 3. uersi. secundo fortius lib. 1. Christo. Castil. in terminis huius nostræ consuetudinis cons. 2. prope finem, Plot. cons. 168. nu. 30. inter consil. ultim. uolunt, & Bartolum, dicit, communiter doctores sequi, Scuer. d. l. 1. nu. 99. Barba. cons. ultim. nume. 25. lib. 3. Aret. cons. 73. nu. 6. & seq. Curt. Iun. con. cons. 9. Rube. cōsi. 16. nu. 18. consil. 45. nume 3. & 4. Roch. Curt. attestans pariter de communi in c. fi. Sectio 9. quæstio. 13. nu. 26. in 3. limitat. de consuet. ubi inquit, ꝙ alioquin statutum, seu consuetudo de facili redderetur elusoria, si extra territoriū liceret ei cōtrauenire, & tamē amplectenda est semper interpretatio ne iura reddantur elusoria, eandem opinionem dicit cōmunem, & non recedendum ab ea Dec. in l. fi. nu. 13. & cum eo Mars. nu. 142. & Cagn. nu. 6. ff. de iurisd. om. iud. Natta cons. 462. num. 2. Io. Maria Rim. consi. 575. nu. 2. & 15. Rimin Iun. consi. 11. nu. 23. & seq. & Alba. consil. 70. col. 1. vbi ex hoc in-
3 fert, decretum Mediolani, per quod iurari debet, donationem non esse fictā, nec simulatam, &c. cōprehendere subditum vbiq; contrahentem, tam in dominio, quam extra, cū quo sentit Alciat. cons. 859. & secundū impressionem venetam consil. 58. lib. 2. licet decretum hoc (vt id quoq; illis ad-
4 dam) adhuc† comprehendat forensem in dominio contrahentem Corn. cons. 185. col. 6. nu. ante 10. vers. quæ quidem lex, li. 2. etiam respectu bonorum extra dominium sitorum, Siluan. cons. 40. colum. fi. & Ant. Gabriel. li. 6. de testam. concluſ. 8. num. 1. Verum hæe communis schola scribentium in
5 bonis† sitis intra territorium de plano procedit, vt meminit Bal. in d. l. 1. nu. 18. C. de summa tri. & refert Corn. consi. 241. colum. 1. lib. 2. consi. 89. eadem colum. lib. 3. & consi. 232. colum. qnoque eadem lib. 4. ac sensit Capra d. consi. 41. num. 5. admittitq; Soc. consi. 288. num. 3. li. 2. dum asserit, statuta in dubio locum sibi vendicare quo ad suos ciues respectu bonorum in territorio existentium, vt in his quoq; terminis loquitur Bal. alleg. cons. 60. in 1. dubio lib. 5. ad idem Chass. in consuet. Burg. 4. rub. 7. §. cica finem. Sed difficultas non modica versatur circa bona † extera, ad quæ, vt dispositio hæc
6 etiam trahatur, sentit Bar. d. l. 1. eadem. q. 6. vt asserit Corn. cons. 241. colum. 1. & d. consi. 232. colum. eadem. Idem Bald repet. (pro vt refert. Capra. consi. 21. nu. 9.) d. l. 1. ibique Salic. num. 11. post Aret. colum. pen. Ias. in 1. lectura nume. 26. & 2. lectura num. 61. in fin. & Purp. num. 130. Bal. quoque consil. 131. num. 5. lib. 2. Io. de Amic. consi. 75. num. 3. Roma. consi. 39. in 2. dubio. Barb. cons. vlt. num. 25. vbi communem dicit lib. 3. Alexan. Curt. Rub. Dec. & relinqui supra allegati, quorum plerique de communi attestantur, vt eandem partē late tuetur Calca. consi. 33. nu. 13. cum pluribus seq. Idem sentit Ruin. consi. 39. nu. 16. lib. 1. Tiraq. de legib. connub. glo. 8. verbo, de son Mari. quęst. 28. nu. 228. & multo plures de communi quoq; pro hac parte attestantes cōmemorat Nouocō. ad statutum prohibe. mulierem sine certa solen. oblig. in gl. 2. q. 11. nu. 33. & pręter istos Alci. consi. 8. nu. 14. lib. 2. Vbi inquit, in pract. a Bar. non esse recedendum, licet Bal. ibi aliter sentiat, & consi. 77. num. 8. lib. 9. vbi asserit doctores cū Bar. transire, nisi (vt ipse Alc. subdit) aliter cautum existat, puta, quod statuta seruentur inter suppositos, vel in suo territorio, ac locis suppositis, ad idem Chass. loco proxime allegat. Plot. consi. 168. num. 30. inter consilia vlti. uolunt. Bero. consil. 60. num 20. lib. secundo, Ant. Gabriel. lib. 6. de statut. concluſ. 8. num 3. & Excell. præceptor D. Io. Cepha. consil. 309. num. 23. lib 3. Contrarium uero, quod huiusmodi dispositio ad bona extra territorium sita non extendatur, sed illa diiudicentur secundum legem, seu consuetudinem illic vigentem, vt vxor de bonis intra territorium vltra modum non capiat, de bonis autem exteris id tantum, quod sibi fuerit relictum, consequatur, nisi illic lex altera prohibeat, voluit Bal. in d. l. 1. nu. 18. C. de summa trinit. quando, scilicet, testamentum extra territorium conditum fuisset, refert, & sequitur Sigism. eius nepos in tract. statut. ipsius Bald. verbo, legatum num. 2. Alex. consi. 155. num. 4. lib. 7. idemque velle Bal. refert Corn. alleg. consi. 241. colum. 1. & d. consil. 232. eadem colum. Brun. de constit. decret. & stat. verbo, legatum, Alba. in lucubrat. ad Bar. in d. l. 1. num. 14. Bursa. consi. 189. num. 60. & seq. & generaliter vt etiam condito testamento in territorio ad bona extera dispositio non trahatur, idem consulendo vult Bal. consi. 245. quæritur vtrum, in tertio quæsito. lib.
7 1. Vbi in statuto† Masij Agri nostri Alexandrini, quo mater transiens ad secunda vota, filio succedere prohibetur, vult, matrem in bonis existentibus in alieno territorio a filio institui posse, licet secus in suo, subdens magnum verbum, ꝙ licet de hoc sint opiniones, communiter tamen ita practicatur, & rursus paulo infra ait, quod hæc est concluſio secundum vnam opinionem satis, æquam, considerato etiam, ꝙ in loco Masij testamentum conditum fuit, refert, & sequitur Ioan. Garro. in l. prima num. 118. C. de secun. nupt. & magis prope idem uult Bal. consi. 119. factum proponitur lib. 3. ubi statutum Mediol. quo legatum vsusfructus generaliter factum vxori ad alimenta tātum restringitur iudicis arbitrio decernenda, vult, improbata in specie doctrina Barto. in d. l. prima, locum tantum habere in bonis intra territorium Mediol. sitis, in bonis vero Papiæ generalem Bulgari cōsuetudinem, quæ sola illic viget, seruari, & in casu contrario de statuto prohibente, ne uxor ultra quartam uiro suo relinquat, idem tradit Bal. consil. 439. super primo puncto, colum. fin. lib. quarto, ubi post multa in utranq; partem deducta, & si in hac satis difficili quęst. asserat, opiniones doctorum

Source : BIU Cujas

rum hinc inde deduci posse, omnib. consideratis, concludit relictum in bonis intra territorium vltra summam sta. non valere, in cęteris vero subsistere, quatenus cōmunis lex illic vigens patitur, idem apud Corn. cons. 85. col. 4. lib. tertio, alibi consulendo voluit Bald. consil. quidam iudęus, licet hoc cons. in codic. Bal. non repererim, sic quoq; Alex. con. 16. colum. 1. consi. 128. eadem col. & seq. lib. 1. cons. 19. numero 7. lib. 6. ubi secundum magis communem absolute firmat, statutum qualitercumq: cōceptum nunquam extēdi ab bona extra territorium statuentium sita, Eandē communem, & veriorē (quicquid Rom. dixerit) astruit Soc. consi. 188. col. 1. in fin. lib. 2. Rube. sibi contrarius, (quicquid Curt. iun. contrarium voluerit (consi. 71. in fine, ut idemmet Cur. aliud sentit consi. 108. nu. 32. Brun. copiose, quod extan. masc. 8. artic. c. q. 25. col. 1. & fi. vbi de statuto fauorabili nuncupatim loquens, (quidquid ex alleg. doctrina Bar. dixerit Curt.) quampluribus alijs opinionibus relatis, concludit, qualitercumq; sta. loquatur, siue in rem, siue in personam, nunquam trahitur ad bona extra territorium, sed obseruantia cuiusq; loci est attēdenda, quo ad bona vtrobiq; posita, idē profitetur Paris. consi. 84. nu. 42. & seq. lib. 1. consi. 68. num. 8. loquens & ipse in statuto fauorabili, li. 2. Rui. cons. 48. col. 1. li. 3. Sil. cōs. 40. col. fi. Goz. cōs. 49. col. 2. Eiusdem quoq; sententiæ reperitur Cagn. in l. fin. num. 6. 15. & 16. ff. de iurisd. omn. iud. vbi quando statutum generaliter, & simpliciter loquitur, (quemadmudū hæc nostra dispositio se habet) vult, fm communiter doctores, siue in rem, siue in personam conceptū sit, sub eo nō cōprehendi subditum extra territoriū, & in simili dispositione consuetudinaria, vt illa ad bona, & ad patriā, in quib. viget, restringatur, non autem ad alia loca, vel bona extra locū cōsuetudinis sita extendatur, scribit Crau. cons. 31. col. 2. Phan. de Lucr. dot. gl. 9. num. 35. Idem Natta. consi. 514. in 2. dubio nu. 11. & seq. vbi & ipse respondedo ad doctrinam Bar. inqt, quod doctores tenentes, statutum ad bona extra territoriū non extendi, non solum in odio se fundant, sed in potestate statuentium, quæ ad loca extra territoriū nō extenditur, qn etiam subdit, non reperire, qꝑ Bart. in primo membro suæ distinctionis dicat, quod statutum prohibitiuum loquens in pſonam, si sit fauorabile, cōprehendat bona existentia in alieno territorio, licet bene dicat, quod ligat ciuē sibi subditū extra territorium existentē, proprie exemplificando in casu huius nostræ dispositionis, adeo quod Bar. nihil dicit, qꝑ hæc nostra prohibitio trahatur ad bona alibi sita, sed tantum, qꝑ comprehendat ciuem vbiq; existentem, & istud est, in quo stat. porrigit effectum extra territorium, quis autem non uideat (subsequitur Natta,) hæc duo esse diuersa, Nam stat. potest ligare ciuem suum extra territorium, quia potestas statuendi inter subditos territorio non circumscribitur. l. fi. ff. de decret. ab ord. facie. l. 2. & ibi Bal. C. de eunuc. non sic aūt statutū disponere potest de rebus in alieno territorio existētib. quia in eis defficit iurisdictio, quæ est causa efficiēs ipsius statuti, & statuentes tunc habentur loco priuati. l. 3. ff. de off. præsi. ut ibi latius per eum, ubi tandem cōcludit in terminis Alleg. doctrinæ Bar. de stat. prohibēte, ne uxor uiro suo relinquat, vt talis dispositio ad bona alibi sita non trahatur, addu cit voluisse Bal. in d. l. 1. nu. 18. & cum his omnibus transit Rolan. consil. 80. nu. 32. & seq. lib. 4. & nouissime Ioseph. decis. perus. 76. vbi num. 9. attestando de veriori, & magis cōmuni concludit, quod siue stat. loquatur in rem, siue in personam siue dicatur fauorabile, siue odiosum, nunquam extenditur ad bona existētia extra territoriū statuentiū, & Bursat. in specie allegato consi. 189. nu. 62. & seq. ad idem nuncupatim extant moderni in schol ijs ad Alex. consi. 41. nu. 8. lib. 5. asseuerātes, qꝑ vbi hęc disputatio esset in regno Frāciæ, vbi cōsue-
8. tudines † censentur locales, & principaliter loca, & res illic sitas concernere, mulier prohibita legare viro, posset hic (qđ magis est) eadem legare de bonis existentib. alibi, vbi cōsuetudo nō prohibet, dūmodo illic vere habeat bona, nō alias. vnde nō proderit, si legaret rem alienam illic sitam, q̄ qdē traditio eo magis stringit, quo nos in re consuetudinaria uersamur, ad quod Anch. cons. 163. ac pro his confert cōmunis illa conclusio, quæ reiecta distinctione illa, an in rem, vel in personā dispūtio loquatur, hī, passim, & indistincte inspici debere locum rerum acquirendarum cum obseruantia illic vigente, aliena prætermissa, vt secūdum cōem firmat Bru. quod extan. masc. 6. artic. quæst. 1. sequitur Soc. iun. cons. 25. nu. 12. lib. 3. vbi inquit, quod opinionem hanc tamquam cōmunem, veriorē sequutus semper fuit, ac pluries interrogatus sic respondit, & demum non multum absimile est, qꝑ de
9 testamento † condito per mulierem extra territorium absq; consensu viri, sine quo ex lege municipali fieri non pōt, vt illud duntaxat quo ad bona intra territoriū existētia nō subsistat, secus in reliquis, Petr. Pech. de testam. coniug. lib. 3. c. 9. post hinc inde relatas opiniones eandem sentētiā sequutus, quam tam in scholis, quam in foro asserit, esse receptā, scribit, vt idem Petrus rem infra lib. 4. c. 10. ex professo agens, in hanc partem secundum opinionem Bald. inclinat, præter quam ubi cautum expresse esset quod legari nō posset vxo
10 ri etiam de reb. alibi sitis. Verum, & sic, vt vides, ob tantum conflictum † scribentium, simulque & sententiarum, vt adhuc videre est apud Tiraq. de iure primogen. quæst. 46. Rolan. allegato consil. 80. per totum, & Do. Ceph. consil. 309. li. 3. res in ambiguo existat, ita vt hinc inde, sicuti inquit Bald. in allegato cons. 439. colum. fin. lib. 4. rotari possit, durumq; forsan pleriſque visum fuerit, ab hac posteriori sentētia, vti forte a recentioribus magis recepta, recedere, ac nostrum non sit, inter tot legum vertices tantas componere lites, Nihilominus quia in materia extensiua, circa quam præsens quæstio uersatur, propter eius latitudinem, & uarietatē, non
11 minus † tutum est, adhærere decisionibus, quæ in indiuiduo reperiuntur, quam varijs ipsius regulis, & generalibus doctrinis, vt tradit Seuer. in l. omnes populi. nu. 121. in fi. ff. de iustit. & iur. etiam quod eadem vigeat ratio Paris. consi. 47. nu. 39. lib. 3. ac late scribit Neuiz. in Silua. nup. lib. 5. limit. 8. nu. 72. vt non immerito Felyn. in c. 1. nu. 6. in fi. de præscrip. nos docuerit, respondere de iure per speciales decisiones, non per generales regulas more paupervm doctorū, non arbitror in terminis huius nostræ quæstionis, ut meum in hoc interponam iuditium, in iudicando, & cōsulendo recedēdum esse, a decisione, quā clare, & in indiuiduo dedit Bart. in allegata l. 1. q. 6. C. de sum. trinit. vt huiusmodi dispositio prohibens, maritum legare vxori, tamquam fauorabilis comprehēdat subditum vbique terrarum legantem, ac eius bona, vbiq; sita reperiantur, tutiusque fore, ac minus periculosum, transire cum hac Bar. decisione, quam & antiqui, & moderni, & quidem illi sunt sequuti, & ipsemet Bal. qui tam sæpe cōtrarium astruxit, amplexus est, vt supra ab initio relatū est, nec quoque desunt, qui de cōi attestantur, & in iudicando, nō recedendum, ita vt merito ab eo recedendum nō sit, vt tradit Iaſ. non longe, a proposita materia cons. 163. col. 2. lib. 2. a de
12 cisione † Bar. communiter recepta recedendum non esse in iudicando, cum in ea semper soleat esse veritatis fabstantia,
63 quædam qualitas ciuis, atq; ciuilitatis. Est verum †(ne tu erres) ꝙlicet comitatiui sint ciues, sunt tn̄ ciues comitatiui, nō ciuitatis, Bar. l. 1. nu. 2. & seq. ff. ad munici. Soc. c cōs. 288. nu. 10. lib. 2. quod Boss. tit. de for. comp. nu. 32. infert ad declaratio-
64 nem Decreti. Noua constit. de feud. §. interdictum †vt decretum illud iurisdictionem a Feudatario in ciues, & incolas ciuitatū subtrahēs, de ciuibus ciuitatum loquatur, & ad ciues comitatenses nequaquam trahatur. Quin etiam secundum Bar. in l. 3. C. de natur. lib. natus ex vico in ea ciuitate originē sortitur, cui vicus ille subest. Et proinde secundum Castre. cons. 21. col. 2. lib. 1. officia, quæ consueta sunt ciuibus concedi, comitatensibus quoq; spectant, ea ratione, ꝙ comitatenses & ipsi sint ciues, idem dicendum est in incolis, †modo in
65 ciuitate subeant munera, ut apud Siluan. cons. 1. q. 6. in 2. & 3. dubio, quaquam Castre. dictum vsque quaque non arbitror tutum iuxta notata per Boer. decis. 272. cui adde Fran. Marc. decis. 734. 1. par. sed de hoc alias latius dicturi sumus. Senatus tn̄ Excellentissimus ferre non solet, vt hi, qui ciuitatem, vel castra longissimo tpe incolunt, ac ibi, vt reliqui oppidani, onera agnoscunt, a muneribus, & officijs excludantur, sed si mul cum cæteris oppidanis sortiantur, vt plura Senatusconsulta in facti cōtingentia vidi, & nos quoque municipalem prouisionē habemus in libro, qui Crucis appellatur, licet nō omnib. pateat fol. 87. a tergo, qua dispositum legitur, ut oēs porræ ciuitatis Alexandriæ, quibus constructa, ordinata, & ampliata ipsa ciuitas fuit, ut sunt octo loca, & omnes in ea habitantes, quoscunque ciuitatis honores, & onera participent, vt latius per eā, cuius hic specialē mentionē habuimus vt magis, quam hactenus, innotescat. Hinc etiam fit, ꝙ uicanei †suum dicūtur hr̄e domicilium in ciuitate, gl. ꝑ tex. d. l. q ex vico, sentitq; Bar. in l. Imperatores. §. itē rescripserūt. nu. 6.
66 ff. ad municip. dum vult, ciues, & comitatēses unū hr̄e domiciliū. Inde ēt habemus, qđ nec inter forēses †ascibūtur, Ang. trac. malefic. verbo, & ad querelā, nu. 41. vbi stante statuto, ꝙ quilibet ad accusandū admittatur, licet forēsis nō admittat̄ præterquā in casu a iure cōi ꝑmisso, rustici tn̄ indistincte admittuntur, cum sint de populo, & de ea ciuitate, cui subsunt ad idē ꝑ prius Cas. in auc. qua in ꝑuincia nu. 4. C. vbi de crim. agi opor. vbi vult, existētē e Castro comitatus alicuius ciuitatis illic forensem nō dici, posteaquā devniuersitate territorij
67 est, nec ob id cōprehendi, vult, stat. loquente de forēsib. Qui nimo nec in aliquo ciuitatis Castro natus, in alio ciusdē territorij castro habēdus est ꝑ forense, cū oēs de eadem sint ciuitate, Corn. cons. 147. lib. 3. ubi stante sta. in castro, ꝙ mater forensis non succedat, vult, matrem alicuius castri ciusdē territorij nō cēseri excluſam, ex eo, ꝙ forensis nō est, Neuiz. in silu nup. li. 4 nu. 88. uer. & cōfirmatur, seq tur Brun. ꝙ extant masc. 6. artic. 68. q. 1. col. pen. Vbi id declarat, qn̄ ambo †cas-
68 tra, seu uillæ de eodem ciusdem ciuitatis territorio existūt, quem admodū asseuerat, esse in territorio ciuitatis Astę, in quo ad sunt plures uillæ q̄ proprios limites nō habēt, sed p̄tori illius ciuitatis immediate subsūt, secus aūt (subdit ipse) in uillis, & oppidis uasallorum, quæ urbanum prætorem nō recognoscunt, cum proprium, & separatum territorium habeant, cum disiuncta iurisdictione, ac propriis iudicib. licet p̄se s, seu gubernator ciuitatis locis huiusmodi præsit, ac sub eius gubernio esse dicātur, nā qui ex vna earum Villarū est, in alia forensis dicetur, nisi ipsius origo, seu domicilium cōcurrat, cuiuscemodi Villa, & Castra in comitatu Alexandrino existunt, & ita, vt plurimum, esse reperiuntur castra, & villæ, licet de iure communi nullum per se habeant rerritorium, teste Abb. consi 62. num. 14. lib. 2. E, quibus proxime relatis, quod huiusmodi uicanei inter forenses non ascribātur extra propositam materiam aliquantulum uagando, sed nō
69 sine fruge, infertur, quod statutum † nostrum in dies ad praxim reductum, per quod prætor nullam in causis ciuilib. iurisdictionē hēt, pręterquā interforēses, vel nisi aliqua partiū sit forensis, etiam de partium consensu, comprehēdit quoq; cās uertētes inter uicaneos, & eos, qui intra ciuitatis limites cōmorantur, non secus, ac fit in causis ciuiū, & ideo in corū causis pecuniariis adeūdi sūt cōsules, & iudices Quarteriorū q singulo semestre cuilibet quaterio a populo, seu gn̄ali cōs. eligunt, exēplo illorū iudicū, & rectorū, q a populo Israeliticō iussu domini constituebātur, ut Deut. c. 16. iudices & magistra-

Source : BIU Cujas

giſtratus conſtitues in omnibus portis tuis, quas dñs tuus de derit tibi per ſingulas tribus tuas, vt iudicent populum iuſto iudicio, nec in alteram partem declinent. Qui quidem iudices & conſules (v t & hoc illis addam) vt ex Georgio Merula patritio Alexand non obſcure elicitur li. 3. anriq. Vicecom.
70 originem traxiſſe † vñr a quodam Matheo Magno ſub Otho ne Vicecomite Mediolani dominante circiter ann. 1290. qui dum Alexandrini, ob defectionem a Gulielmo Marchione Montisferrati, ſub cuius imperio, & ditione erant, Gulielmū cum copiis ſuis agros Mediolanenſes deuaſtantem, ac Vice comitem aggredi parātem, retraxiſſent, illumq; captum in caueam ligneam in vetere prærorio concluſiſſent, vbi poſt menſes xxij. vitam finiuit, Alexādrinis ipſis, (inquit Merula) vt ꝑ ſuis legib. liberisq. ſuffragijs ſuos ſibi magiſtratus crearent, conceſſit, quos equidem magiſtratus alios ita ſibi creatos, arbitrari non poſſum, niſi hoſce fore iudices, qui a generali conſilio, ſingulo ſemeſtre creantur, inter nos ipſos iudicantes. Quorum facultatem adeo dilatatam eſſe conſpicio,
71 ꝙ † illa extenditur nedum ad vicaneos, ſeu comitatenſes, q̄ ex vico propriam, ſeu paternam ducunt originem, verūetiā ad eos, qui in vico, vti incolæ, domicilio illic collato, cōmorantur, cum ij ratione incolatus inter forenſes non annumerentur, Ale. conſ. 120. nu. 11. li. 7. Nam quo ad legem fori, ibi quis cenſetur oriundus, quamdiu iſtic habet incolatū, Ale. conſ. 16. nu. 10. lib. 5. vbi nuncupatim loquens de priuilegio condonato ciuitati, vt ciuium ſuorum habeat audientiam, vult, in eo comprehendi ēt cauſas incolarum. Namq. habitantes in vico incolæ ciuitatis non minus appellantur, q̄ qui ciuitatem ipſam incolant l. pupillus. §. incola. ibiq; Alcia. ff. de ver. ſig. Bar. l. eſt verum. C. de incol. li. 10. vnde Soc in c licet. nu. 41 & 45. de for. comp. generaliter vult, ꝙ in oīb. caſibus, quibus quis in ciuitate acquirit domicilium, vbi iſtic ꝺheretur, ex eiſdem geſtis in vico, ſeu villa domicilium quæritur in ciuitate, cui vicus ille reſpōdet. quod extra omnem difficultatem extare arbitror, ex eo ꝙ ſtatuti verba non in ciues, ſed in forenſes directa ſunt, inter quos nec vicanei, nec incolæ connumerandi ſunt, vt mox diximus. nu 65. & ſeqq.
72 Quinimo † nedum vicanei, atq; incolæ beneficio huius nr̄i ſtatuti comprehenduntur, verum ēt pleriq; alij, qui inter ciues habendi ſunt, veluti ciues ex priuilegio, vt ſ. hac eadem præfat. nu. 51. & ſeq. necnon alij infra cōnumerati verbo maritus. q. 5. 6. 7. & 8. Verum id reſpectu incolarum generaliter
73 non intelligas, ſed duntaxat quo ad forum, † vt hoc in caſu loquitur Alex. locis præall. alias res difficultatem pateretur, iuxta no. per Cor. conſ. 194. li. 4. quem refert, & ſequitur Soc. iun. conſ 49. nu 27. & ſeq. li 1. & ſic ſentit Rui. conſ. 100 nu 1. 7. & 9. ver. non obſtat li. 5. necnon Dec. cōſ. 358. col. 1. & Rip. in rub. ff. ſol. mat. nu. 11. ver. non obſtat tex. Vbi tñ incola ad munera ciuitatis concurreret, res plana exiſteret, vt tangit Ruy. loco prę all. ac conferunt ſuperius notata hac eadē prę fat. nu. 50. Quanquam habitans in loco proprie forenſis non dicatur, vt Cor. declarando dicit Dec. d. conſ. 358. col. fi. ver. hoc idem, vt is quoque ſub ſtatuto propriam, non autē impropriam vocem recipiente, comprehendatur. Necnon id intelligas de eo habitatore, qui iam contraxit domicilium
74 † de quo ſupra nu. 17. quemadmodum loquitur gl ſuper qua Alex. ſe fundat in allegatis locis, ſ in c. ſtatutum. §. ſi vero. de reſcr. vt iſtius quoq; verbi, incola. ſignificatio dictat. l. pupillus. §. incola & ibi Alcia. ff de verb. ſign. non autem accipias de nudo, & ſimplici habitatore, pro quo Soc. in c. licet. n. 45. de fo. comp. & pulchre Siluan. conſ. 1. queſ. 6. in 2. dubio. Eſt quidem verum, ꝙ alio non apparente quiſque præſumi tur eſſe de eo loco, quem inhabitat, ſeu ubi iuditium agitatur, & ſic non forenſis Ang. & ad eum quoque Auguſt. tract. malef. verbo, de Bononia. in prin. nu. 3. cum quo tranſit Fel. in c. quoniam. nu 3. ff. de off. ord. & Boſſ. tit. de princip. nu. 369. in tantum quod aduerſario incumbit onus contrarium probandi. Dominus meus Ceph. conſ. 223. colum. 1. Quanquam etiam vbi verba ſtatuti in ſolos ciues concepta fuiſſent, adhuc continerentur vicanei, & incolæ, attento ꝙ ſumus in caſu, in quo benigne, lateque procedendum eſt, cum agatur de re a largitate principis proueniente, vbi appellatione ciuium veniunt incolæ, atque, vicanei, Bar. conſ. 196. nu. 5. li. 1. Soc. conſ. 129. nu. 3. li. 1. Siluan. d. conſ. 1. nu. 105. & ſeq quicqd ſit in alia materia reſtringibili, vt per Fel. d. c. Rodulphus. nume. 9. de reſcr. Soc. d. conſ. 129. num. 3. lib. 1. & ſecundum hoc procedit, quod ſcribit Aret. conſ. 77. col. 1. & Rip. in 4. reſpō. num. quinto. de iudiciis, & for. competen. Vbi autem ciuis,
75 ſeu † vicaneus (vt in facto quandoq; habui) alium in locum ciuitati non reſpondentem, licet in eodem comitatu, cum ſua familia ſe conferret, beneficio huius ſtatuti nequaquā gauderet, ex eo quod omnem ciuilitatem perdidit, relicta ciuitate, ſeu eius vico, vt l. filios. & l fina. C. de municip & orig. libro decimo, ac inter aduenas connumerari incipit, ſecundum Rip. loco præallegato. Ceterum vbi contingat, forenſem † (ne & id adhuc omittam) vna cum ciue agere contra
76 aliquem, uel excipere, is erit iudex qui prius cognoſcere cēpit, Are. conſ. 83. nu. 7. verſ. vlt. dicebam. Verum ij conſules & iudices, vbi in eos iuriſdictio per forenſes prorogata eſſet vt fieri poteſt. l. prim. & ſecund. ff. de Iudic. l 1. C. de iuriſ. om. iud. cum ſimi. ac in dies ſeruatur non ultra quam, vt inter ciues. in ciuilib. & pecuniarijs cauſis ius dicere poſſunt, Iaſ. l. ſi per errorem. colu. 2. ad quem ſe remittit Curt. Iun. nu. 8. ff. de iuriſ. om. iud. l. teſtamenta omnia col. 1. C. de teſta. Soc. c. ſignificaſti nu. 29. & ſeq. de foro comp. & Marāra de ord. iud. 4 parte, 12. diſt. nu. 12. Sicuti nec coram iudice Ferrariæ, ſeu damnorum datorum prorogatio ad aliam meri, vel mixti Impetii cauſam fieri poteſt, Ang. d. l. 1. in fi. ff. de iudic. Iaſ. d. l. ſi per errorem nu. 5. & Marant. vbi ſup. Sed reddeundo, vn de digreſſi ſumus, memorata concluſiio, quod noſtra hæc conſuetudo extendatur ad loca, ſeu uicos intra limites ciuitatis exiſtentes, non procedit ubi eo in loco ſpecialis cōſue-
77 tudo, ſeu ſtatutum uigeret, tunc enim ſeruanda eſſet lex, ſeu conſuetudo quæ iſtic reperiretur, Bart. l. 1. q. 36. num. 49. C. quæ ſit long. conſ. quia ut ait Bal. in l. neceſſariū ff. de orig. iur. & l. de quibus. in prin. ff. de legib. tunc pro legibus, ac moribus ad caput recurrimus, quando membra propriam legē, non habent, ſequitur Soc. conſ. 7. num. 7. lib. 1. conſ. 271. nu. 2. conſ. 288. col. 2. uer. in qua difficultate lib. 5. & conſ. 81. nu. 7. lib. 4. Seuer. in l. omnes populi. num. 13. ubi id pro expedito. habet. ff. de iuſt. & iur. & ante eum Caſtr. conſ. 129. in prin. lib. 1. conſ. 39. col. 1. lib. 2. Vbi uult non eſſe recurrendum ad ſtatuta ciuitatis, niſi in defectum ſtatutorum, & conſuetudinum ſpecialium loci, Roma. conſ. 218. in princ. Barba. conſ. 4. num. 10. ibi quæ legem non habet. lib. 1. Corn. conſil. 151. in fine. lib. 3. Alex. conſ. 151. num. 6. ver. quia poſito. lib. 2. coſ. 73. num. 9. & conſ. 181. num. 13. in fi. lib. 6. vbi inquit, quod conſuetudo comitatus ſeruatur in comitatu, non autem lex ciuitatis, Io. de Amic. con. 8. num. 42. conſ. 20. nu. 21. & 22. conſ. 75. num. 9. Brun. quod extan. maſc. 6. artic. primo membro. quæſt. 7. Cur. c. fin. ſectio. 4. in 5. limit. de conſuet. Neuiz. conſ. 58. num. 6. Pariſ. conſ. 25. num 42. lib. 4. Roland. de lucr. dot. queſt 85. Crau. de antiq. temp. 4. parte, Sectio. tranſeo nunc. num. 54. Rebuff. tit. de conſuet. 1. art. gl. 1. num. 11. Burſat. cōſ. 161. num. 60. vt merito dixerit Aret. conſ. 122. num. 3. ſimul ſtare, quod in ciuitate ſit vna cōſuetudo, & in comitatu altera,
78 ita vt non valeat conſequentia, † conſuetudo eſt in ciuitate ergo, & ruri, & inter comitatenſes eſt eadē, vt in ſpecie ſcribit D. meus Io. Cepha. conſ. 414. num. 60. 62. 67. in tertio caſu. At dices tu, quid nobis id ſeruiet, cum vici, ſeu caſtra etſi pro
79 priam valeant habere conſuetudinem † non tamen legi. aut conſuetudini ciuitatis repugnantem, vt per Bal. in l. 1. in prin ci. C. quæ ſit long. conſuet. quia ut alibi idem Bal. ait in c. trā ſlato. num. 4. de conſtit. vbi compatibilia ſunt ſtatuta ciuitatis, & villæ, quodlibet in loco ſuo ſeruādum eſt, ſi vero in cōpatibilia, ſeruatur ſtatutum loci dominantis, ſequitur ibi Felin. col. 3. num. 6 Curt. d. c. fi. ſectio. 7. num. 20. in ſecūda ampliatione vbi ex Barba. refert, Caſtra non poſſe habere conſuetudinem contrariam ſtatuto ſuæ ciuitatis, cum membra non debeant recedere a capite, nec congruēs eſſe, vt una ob ſeruantia ſit in ciuitate, & alia in caſtro, ad quod etiam Dec. conſ. 17. col. 2. Quin etiam apud Vicaneos vix talis conſuetudo luribus ciuitatis contraria dari poteſt, cum illa cauſarū deciſoria eſſet, & tamen nulla apud eos Iuriſdictio reſidet, Bal. in l. fin nu. 8. C. de teſtam & ſupra etiam firmauimus nu. 58. ex communi doctrina Bar. in l. omnes populi. in prin. & tertia quæſt. primæ princi. ff. de iuſt. & iure, notat Crau. conſ. 25. col. 1. verſi. caſtrum. Neuiz. conſ. 58. num. 7. de qua re late deo dante dicturi ſumus in tract. de re Ruſtica. pro nunc tāmen difficultatem reſoluendo quam excitat Curt. loco proxime allegato cum eo dicam, quod id nobis ſeruiet, vbi talis conſuetudo fuiſſet a principe, confirmata, ſeu ex tacito ipſius, aut totius populi conſenſu inducta, quoniam tunc illa conſuetudini loci ſuperioris indiſtincte præferetur, Rom. conſ. 293. conl. penult. lib. 3. Neuiz. d. conſ. 58. num. 6. verſic. præſertim, Crau. loco etiam præallegato de antiq. tempo. 4. part. ſectio tranſeo nunc. num. 54. reſeruatiue eſt loquutus eo caſu, quo conſuetudo induci poteſt, vel vbi alias legitime præſcripta fuiſſet, vt alibi conſiderat Roma. conſ. 218. in fin. aut ubi nunquam ibidem fuiſſet vſu recepta, Neuiz. dicto conſ. 58. num. 9. ac ſentit Bero. conſ. 124. num. 17. li. ſecundo. Rurſus memorata concluſio non procederet, vbi in loco
80 † conſtitutum eſſet, vt propriis ipſius legibus deficientibus, ad ius commune recurri deberet, nam tunc non ius ciuitatis dominantis, ſed ius commune Romanorum ſeruandum erit ita (quicquid Roman. contrarium dixerit allegato cōſ. 218. col. fin.) tradit Soc. conſ. 271. col. ſecunda. & ſeq. lib. ſecūdo, vbi ſe excuſat, quod alias. Roman. ſequutus fuerit ſupra

conſ.

Source : BIU Cujas

conſ.81. colum.2.li.1.vt Soc.ſequutus meminit quoque Neuiz.d.conſ.58.nu.8.& opi.Roman.non eſſe veram, ſed communiter reprobatam oſtendit Dec. conſ.429 nu.5. & latius Mandoſ.tollendo quoque pro ea facientia in ſcholiis ad allegatum conſ.Roman. in verbo, terminetur, vbi hanc & magis receptam, & magis a doctoribus firmatam opinionem aſtruit, nec ab ea recedendum, quicquid ſentiat Alciat. in l. pupillus.§.territorium.num.52.vt idem conſulendo repetiit conſ.11.num.ſecundo.in fine. lib.5. Idem probant Por.Imo. conſ.55.nu.28.Borg.tract.de tuto. & curat.num 98. circa fi. vbi atteſtatur de magis communi, & in ſpecie Dñs meus Ceph.allegato conſ.414.num.67.& ſeq.in quarto caſu, vbi in caſu ſequenti pro indubitato habet, quando cautum eſſet, vt in quæſtione ſua, in caſibus non deciſis recurrendum eſſe ad leges imperiales, & in eiſdem quoque terminis Burſat. conſ.189.num.43. & ſeq. Tertio membro, an diſpoſitio hæc
81 †ſe extendat ad oppida, caſtra, ſeu loca a iuriſdictione ciuitatis exempta, & ſeparata, & ſi de comitatu ſint, quæ propriũ territorium habent a ciuitate diſtinctum, cũ ſuis magiſtratibus, qui intra eorum limites ius dicunt, vt ſunt oppida vaſallorum, veluti, Solerium a quo ego oriundus ſum, oppidũ vetuſtum, atque fertiliſſimum, & ſecus quadringentum, op-
82 pidum eiuſdem vetuſtatis, & feracitatis, quod † cũ teſte Merula li.6.antiq. Vicecom. a deprauato quadraginta familiarum vocabulo vocitatum ſit, collata illic ſede quadraginta
83 familiarum per colonos Romanos, ita † Solerium a ſolius familiæ ſede illic per Romanos collocata vocitatum, non ab re exiſtimare poſſumus, vt nimirum ſi in eorum oppidanis (quod & ipſe Merula atteſtatur) duret inſita quædam ab antiquo ferocia, ſeq; Romanos † iactent. Caſtellatium quoque
84 oppidum inſigne, boſcum, ouilia, fregarolium, & alia huiuſcemodi circumquaque, quæ & ſi ſub comitatu Alexãdriæ exiſtant, aſcribanturque, ciuitas tamen, & eius magiſtratus in illa ius terrendi non habent. Sed q̃ lex, ſeu conſuetudo ciuitatis (vt propoſitioni reſpondeatur) ad hæc loca ſe extẽdat, idem, quod in præcedenti membro, eſt dicendum, quia
85 cum ſint de comitatu, † lex, ſeu conſuetudo ciuitatis in eis ſeruari debet, Caſtr.conſ.171.nu.1.li.1.conſ.39.nu.2.li 2.etiã quod de facto ciuitati non obedirent inquit Caſt.d.conſilio 171.nu. 1.Io de Ami.cõſi.20.nu.22.Cor.conſ.151.nu.4.& ſeq. li.3. Abb.conſ.52.in 2.dubio.li.2. ſentit a contrario Ale.cõſi. 114.nu.19.& ſeq.lib.4. Dec conſ.389.nu.7 conſ.429 num.5. Curt.iun.conſ.5.num.42.verſ.tertio reſpondetur, Crauet de antiq.temp.4.par.Sectio. tranſeo nunc.nume.53.Roland.de Luer.dot.q.85.ad quod optime ſpectant, quæ de comitatenſe ſupra in proximo membro diximus num.61.& ſeq. & quia
86 etiam caſtra, † ſeu oppida, quamuis, a ciuitate eximantur, ad huc tamen retinent leges, & mores, quos prius habebant, Alex.conſ.151.nu.5.li.2.Barbat.conſ.4.num.11.li.1. Curt.iun. loco præalle.Rui.conſ.39.nu.15.lib.1.Bero.conſ.124.nu.17. & ſeq.li.2.Alciat.c.quod ſedem.nu.82.de off.ord.Dñs meus Ce
87 pha conſ.309.nu.42.& 76.vbi vult, tales † exemptos non dici omnino forenſes reſpectu ciuitatis, id quoque non obſcure ſentit Mart.Laud. de princip. quæſt.72. quatenus vult, quod ſi a principe diminuatur regnum, ſeparando ab eo caſtrum, vel ciuitatem, illa cum prioribus ſuis legibus tranſit, quia translatio fit cum ſua cauſa, ſequitur Rolan. allegata quæſt. 85.nume.5. & in ſpecie Alciat.conſil.11.in princip.lib.quinto.Plor.conſ.168 num.32.inter conſil.vltim.volunta.& Dominus meus Ceph. conſ.414.num.1.31.32.56.60.& 62. Accedit, quod qualitercunque huiuſmodi loca ſegregata comperiantur a ciuitate, deque illius territorio eſſe deſierint, adhuc tamen nomen comitatus ſeruant, atque de comitatu
88 vulgo appellantur, vnde nimirum ſi leges, & mores ciuitatis in eis ſeruantur, vt mox oſtendimus, cum ſecundum † q̃d adhuc ciuitati ſubſint, vt perpendiſſe videtur Bald.conſ.183. ſtatuto ciuitatis libr.2. & Alciat.d.l.pupillus. §.territorium. nume.52.in fi. ff.de verborum ſignif.quo fit, ut caſtra a ciui-
89 tate exempta † adhuc teneantur ei reuerentiam præſtare, Roman.ſingu.480. nam vt inquit Caſtren. conſil.307.colum 2. uerſicu ſecundo, ad idem.lib.ſecundo. quantumcunque fuerit exemptio, ſemper remanet aliqualis ſubiectio reuerentiæ, quod dubio procul locum habet in dominio Mediolani ratione decreti maioris magiſtratus, cuius virtute cum ciuitatis prætor, tanq̃ maior magiſtratus in his omnibus locis infeudatis, & a ciuitate ſegregatis ius dicat, illa nõ uere, nec in totum a ciuitate exẽpta, & ſeparata exiſtunt, q̃d in ſpecie perpendit Alc.d.conſ.11.nu.2.& in effectu ſentire voluit Burſa.conſ.189 nu.65.& 83.in fi iuncto nu.18. vt idẽ alibi explicite ſentit conſ.161.nu.58.& ſeq & nos ſ.hac ead.præf.nu.97.
90 Verum hæc † (vt proximo membro diximus nu. 80.) intelligas, niſi ſpecialis lex, ſeu conſuetudo in loco adeſſet, aut alia prouiſio reperiretur, ut in caſibus non prouiſis recurrendum eſſet ad ius commune, per ea, quæ ibi firmauimus. Quæ eo planius procedunt, cum huiuſmodi loca diuerſum regimen, diuerſamque burſam, atque diuerſos magiſtratus habeant, per ea, quæ notat Rayn.in repet. l.omnes, populi.num.30.ff.de iuſt.& iure, ita ut nihil commune cum ciuitate obtineant, vt late in ſpecie Burſ.d.cõſ.189. num.73. cum aliquot ſequentibus, vbi etiam inter cætera uult num. 46.& ſeq.id intelligi tam in ſtatutis veteribus, quam nouiter per uillam ſeu caſtrum editis, ut mox dicam. Sed vt nihil adhuc ambiguitatis relinquatur, iſtud planum erit in legibus, conſuetudinibuſue antiquis, quę ante tempus ſepara
91 tionis erant, vt mox diximus, ſecus † in nouiter editis, ſeu poſt factam ſegregationẽ inductis, hę etenim ad loca exempla nullo modo trahuntur, Alex.d.conſ.151.num.5.& 6.Alciat.d. c.quod ſedem num.92.ſenſitque Barba. d. conſ.4.nu. 12.necon Bero.alleg. conſ.124 num.17.in fine, & num.20.li. 2.D.meus Ceph.conſ.414.num.62. Burſ.d.conſ.189.num.49. idem quoque ſentit Mandoſ.ad Roma.conſ.218. verbo, terminetur.verſ.nec obſtat quod ſtatutum, Niſi in ſeparatione reſeruatum fuiſſet directum dominium pro vt in feudando fit, tunc. n. nouis conſtitutionibus a ſuperiore conditis talia loca regulantur. Martin.Laud.alleg quæſt.72.a quo non diſſentit Caſtr. conſ.368.in princ.lib. 2.ac Roland.vbi ſupra nu
92 5.6.& ſeq. modo tamen ibi fuerint † publicatæ, alias non ligant, Ale.conſ.73.num.9.conſ.181.num.13.lib.6. Neuiz.cõſ. 58.num.6 Plot.l.ſi quando num. 858. C.vnde vi, vltra quos pulchre Luc.de pen.in l.prouincialium.col.2.C.de Ero.milit.anno.lib.12.& Pariſ. de put.patritius Alexandrinus tract. de ſindic.verbo, deinde.num.6. Videtur tamen ſufficere, q̃ in ciuitate fuerint publicatæ, præcipue vbi erunt antiquæ, vt apud Boſſ.de princip.& eius priuileg.num.339. ver.& quandoque audiui, ſed de hoc latius in tract. meo de re ruſtic. Itidem plana res erit, vbi Caſtrum ita eximeretur, vt per ſe territorium faceret, ſecus ſi alicui alteri ciuitati, ſeu loco applicaretur cum quo idem Corpus, atque territorium conſtitue
93 retur, tunc enim ſubiicietur † legibus atque moribus loci cui adiicitur his penitus diſeris quibus primum, viuebat Bar. l.ſi conuenerit.§.ſi nuda.ff.de pign.actio. Soc.conſ.79.num. 24.lib.4.Curt.atteſtando de communi conſ.56. col. 5. verſi. & decidit Alciat.d.c.quod ſedem nu.92.de off.ordi.& ultra eos Caſtren.conſ.129.in prin.li.1. ratione ductus, quia remota ſuperioritate, quæ huius eſt cauſa, remotus cenſetur effectus, ad idem Roman.conſ.275.num.5. vbi quoties aliquod territorium alteri vnitur, naturam, priuilegium, & conſuetudinem aſſumit illius, cui adiicitur, ſuæ autem conſuetudines, iura, & natura pereunt. Idem vbi ſub protectione, iuriſdictioneue alterius reciperetur, vt Bero.conſ.65.nu. 120.li.1. & Burſ in ſpetie d.conſ.189.nu.39.ſequen. & 65. Quod locũ habet. vbi talis adiectio per modum acceſſionis fieret non autem ſimpliciter, vel æque principaliter, ita vt idẽ corpus remaneat, quod in dubio præſumendum eſt, Nam tunc Caſtrum iure ſuo viueret, non autẽ nouo iure eius loci, cui ita adiectum fuit, vt Bar.ſe ipſum declarat in dic. §.ſi nuda, exẽplum dans in comitatu Tholoſæ æque principaliter vnito, vbi rex duas perſonas repreſentat Regis, & comitis de quo præclare ſcribit Benedict.in capit.Raynutius.verbo, & vxorem nomine Adel.deciſ.5.num.496. de teſtam Idẽmet Bar. in l.1.quæſt.37.C.quæ ſit long. conſuet.Soc.d.conſ.69 num. 24.& in notabili caſu reſpondit Rip.in 15.reſponſo tit.de iure gent.tranſitque Crau.de antiq.temp.4.part.ſectio.tranſeo nunc.nu.35.vbi varia dat exempla, Bero.conſ.124.num. 20. lib.2.ac notat in ſpecie D.meus Ceph. conſil.ſępe allegato, 414.num.34.& 63.& Burſat.d.conſ.189.num.38.& ſeq. nos
94 autem præoculis exemplum habemus de dominio † Mediolani, quod ad Sereniſſimum Hiſpaniarum Regem deuenit. non tanquam illius Regno iniunctum, ſed æque principaliter, proprium nomen retinens, priſtinaſque leges, atque mores conſeruans, Et proinde videmus, quod vbi aliquid a ſua Regia & Chat.Maieſtate fit, vel præcipitur de his, quę ad dominium Mediolanenſe ſpectant, poſt nomen Regis, inſeribitur, Dux Mediolani.quin etiam ſecundum Alex. conſ.114. col.fina. lib.4. nec in defectum legum proprii loci recurrendum eſt ad leges illius, cui facta fuit adiectio, ſed ad diſpoſitionem Iuris communis, quæ ſua lex dicitur, in defectum ſtatutorum, ex eo quod caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis, quod ſentit dominus Ceph.d.conſ.414. num.34. Iuncto nu.66 in primo caſu, & ita in Mediolani dominio in dies ſeruari videmus, vbi propriis ipſius legibus, ſeu conſtitutionibus deficientibus mox fit recurſus ad ius commune, non autem ad Hiſpaniarum leges. Ex his autem ad principalem concluſionem huius tertii membri colligi poteſt ampliatio, ut hæc noſtra diſpoſitio, ne dum ad loca, etiã
95 a ciuitate exempta ſe extendat, verum etiã ad ea, † quæ forſan ciuitati vniri, & applicari contigerit, modis tamen ſuperius memoratis, vt id nuncupatim tradit Anchar.in c.1.

quæſt.

Source : BIU Cujas

quęst.12.ver.iuxta effectum extensiuum,de constit. & Alci. cons.154.num.8. & 9.lib.5. Cæterum illud silentio non prætermitterem, quod apud huiuscemodi oppidanos frequens esse potest, quod ciuitatem habitans cõtra morantem in op
96 pido ab omnimoda ciuitatis iurisdictione exempto† nõ præscribet,nisi spatio annorum uiginti,vti fit inter absentes, ąa sicuti lex fin.C.de præscrip.long.temp.loquens in prouincia hodie extenditur ad ciuitates,imperium, & iurisdictionem habentes,sic etiam ex paritate rationis extendi debet ad castrum habens imperium,& iurisdictionem,ita sane tradit, Mart.Laud.de Castelan.quæst.16.asserens Papiæ sic publice, disputasse.ac deniq; de facto obtinuisse.refert,& sequit Dec. in l.imperium nu.35.ff.de iurisd.om.iud.& Calcan. cons.26. nu.7. At cum apud nos solus vrbis prætor, vti maior magistratus,in ciues,& incolas ciuitatis eorumque fictabiles,atq; colonos ius dicat,vt const.de feud. §.interdictum, vbi cum ciue,cęteriśq; solum maiorem magistratum cognoscentib. de pręscriptione disceptari contigerit, a cessante ratione,dũ
97 vnicum causarum auditorium datur,pręscriptio† tanquam inter præsentes,me tienda erit,vt in re omnino simili prępẽ dit Faber.inst.de vsucap.in princ.nu.8.cuius meminit Balb. de præscrip.1.part.4. part.prin.quæst.4.nu.5.ad quod Alciat. cons.11.nu.2.lib.5.& quod supra diximus nu.89.Quarto mẽ
98 bro an huiusmodi dispositio† ad alia loca detur. quæ nec de ciuitatis territorio, nec de comitatu sunt , vt circumquaque quam plura existunt, quorum aliqua (vt capiamus illa quæ maioris difficultatis sunt) sub eodem Mediolani dominio reperiuntur, sed parum,vel nihil cõmune cum ciuitate, vel comitatu habent,præterquam quo ad gubernium seu præsulatũ,quẽ prępipue circa militaria,& bellorũ expeditiones,recognoscũt & uidi nõnulla antiqua documenta, quib. aliqua istorũ locorum appellantur de districtu Alexãdrino,vt cumq; tñ sit,& si prima facie ad hęc fieri debere,videatur extensio,cum vt refert Iason l.de quibus col.1.ff.de legib.in primis consuetudo loci,seu Castri attendi, debeat,& in defectum illius secundo loco consuetudo dięcesis. tertio consuetudo prouinciæ,quarto Regni,ac vicinarum prouinciarum,postremo his omnibus deficientibus,cõsuetudo Vrbis Romanæ spectanda sit,quam doctrinam refert Petr.Ra. de cõsuetud.sectio.4.nu.17.Dur.Ias.fi.161.nu.62.acidẽ in effectu sentit Paris.cons.25.col.fi. lib.4.vt ex his,quis dixerit,hãc nostram consuetudinem ad quæcunq; loca vicina se posse deflectere,modo illic alia lex,seu consuetudo specialis non uigeat,& sic attestando de communi firmasse videtur Rui. cons.29.nu.9.lib.5.diuersam tamen sententiã arbitror in iure potiorem.ac magis receptam , vt nullo pacto hęc nostra consuetudo ad huiusmodi externa loca extendatur,cum.n. suos fines habeant,ad eos nequaquam potest ciuitatis consuetudo se extendere,Bar.l.pri.quæst.36. C.quæ sit long.consue.& ut inquit Bal.in rub.C.de fid.instrum.nu.46.sicut territoriũ finib. emergitur, ita obseruantia inde causata limitat hinc alibi Bal.cons.357.quæstio.vertens,circa medium, lib. 2. quod consuetudo non arctar.illos, contra quos consuetudinantes nunquam consuetudine vsi sunt,quia consuetudo cum sit quid facti extensionem actuum,seu personarum nõ recipit.Tanto magis cum sit consuetudo iuri communi contraria,seu magis exorbitans,vt per Aret.cons.115.col.1.cons. 132.nu.2.& Castr.cons.310.in fine.lib.1.Io.de Amic.consi.1. nu.40.& seq.Alex.cons.68. nu.19.lib.2. vbi sequutus Innoc.
99 inquit,quod consuetudo iuri contraria† non extenditur de vno territorio ad aliud, seu de vno iure separato ad aliud. Crau.de antiq.temp.4.part.sectio,transeo nunc.3.limitatione,iuncta sequenti,vbi consuetudo iuri contraria non extẽditur ad alia loca, etiam eiusdem dominii, seu prouincię, quæ non sunt accessoria his locis. vtpote comitatus, quibus ipsa consuetudo viget. quod videtur fuisse de mente Iaso. in d.l.de quibus colum.prim. ver.& quod attendi debeat,& sic etiam declarat Roch Curt.in cap.fin.sectio.6.concluso.9.nu. 21.de consuet. sentiens, ius commune tunc præferendum. idem Alex. cons.114.col.fin.lib.4.asseuerans & ipse in locis, separatis suas leges,suasq; consuetudines seruari , & in earũ defectum, dispositionem iuris cõmunis, quę etiam sua lex dicitur in defectum statutorum,cum casus omissus in dispositione iuris communis remaneat.l.si extraneus. ff. de cõd. ob.caus.cum similibus. & in notabili casu consuluit Siluan. cons.60.colu.pen.& fin.Vbi adhuc difficultati illi occurrit,
100 quod consuetudo † Romæ ad omnia loca extendi debeat, modo specialis ibi consuetudo contraria non existat, vt supra quoq; relatum extat,ac idem no.Curt.de feud.in prima parte quæst.1.nu.16.quia id locum habet, vbi nec speciali loci consuetudine, nec iuris cõmunis dispositione prouisum esset,secus autem vbi ex lege communi decisio extaret,tũc enim Romana consuetudo nequaquam spectãda est, ad idẽ pulchre Soc.in c.cum contingat. nu.31. vers.tertio principaliter.de for.compet.vbi uult,consuetudinem etiam non cõtra ius, nec onerosam nõ extendi ad locum finitimum,qui non sit eiusdem territori, vel iurisdictionis, nec etiam ad contiguum vel connexum dissimilia iura habentem,vt hęc in huiusmodi locis esse conspiciuntur,cum quo transit An. Gabriel.lib.5.tit.de præscrip.concluso.2.num.15.quia ciuitas, vt ciuitas nullum ius in his locis habet, nimirum igitur si eius iura illuc non se extendunt,l.fi.ff iurisd.omn.iud.& ibi scribentes,Corn.alleg.consi,151.colum.fi.cum alijs in præcedentibus membris adductis, & ita in specie non obscure annuit.D.Ceph.consi.414.num 32.33.37.63.& 67.lib.3.Idq;
101 citra vllam difficultatem erit in terris† adhęrentibus,seu fęderatis per fędus inæquale,quales,nonnullæ existunt,per ea quæ notat Bar.in l.non dubito.in princ.ff.de captiu.Felin.c. Rodulphus,uerbo,comitatus,num.19.de rescrip.Soc.cons. 7.colum.2.consi.74.colum.2.& 3.li.1.Alba.consi.49.in principio.& Soc.iun.consi.11.num.6.& seq.lib.1.de cuius dicto sibi in reseruiuit D. Cephal. allegato consil 414. nu.65.& 67. ad idem Natta de nonnullis istarum terrarum loquens consil.301.consil.627.consil.649. & consi.669. & multa egregia hac in materia tradit D. menoch. lib. 1.de arbitr.iud.q.100. Vnde summa rei in hoc consistit,an loca de territorio ciuitatis,seu comitatu sint, vel saltẽ fuerint olim, licet modo a
102 ciuitate exempta reperiantur.Nam constito quod castrum seu locus sit aut fuerit de comitatu, eo ipso probata censetur intentio agentis,vt secundum ciuitatis iura debeat is locus regulari,nisi aliud ex aduerso demonstretur,ita Abb.cõsil.52.in 2.dubio in fine li.2. vbi in sequenti dubio diuersimo
103 de explicat, quomodo probetur, † Castrum esse de comitatu,vt de hoc aliquid quoque tangit in consil.52.in 2.3. & sequenti dubio,eodem lib.2. ex not.præ cæteris ab Innoc.in c. cum ad sedem,de restit.spol. quem, docere modum articulandi,villas,& oppida esse subiecta ciuitati,obseruat Ange. in l.insulæ.ff.de iud.& nonnihil etiam habetur apud Soc.cõsil.74.in primo dubio dubio,& cons.86.colum.2 & seq.lib.1. Chassan. in consuet.Burg.in 1.Rub. §.1.uerbo,ou territorie num.10.& seq.cum alijs adductis per Cagno.in l.imperium num.177..ff.de iurisd.om.iu.Gabalin.milleloq. 508.in secũda part.& secundum Alciat.consi.7.num.2. & seq.lib.5.sufficere non vĩ, quod villæ cohæreant comitatui, vel sint intra fines comitatus , licet aduersus istud obstet , quod idem Alciat.notat,in reg.2.præsump.20.num.3.& Soc.d.cons.86. num.6.ac Abb.locis allegatis, & multum in hoc facit denominatio,seu opinio vulgi,vt apud Bal.consi.420. verba principis num.1.lib.1. consil.183.statuto ciuitatis lib.2. Felin.in proemio decret.num.9.Alex.consi.50.num.8.& 9.lib.quinto,Crau.consil.111.num.18.Vt idem seruatur† in suburbiis,
104 & vrbis contentiis, secundum quę notat Dom. Menoch. de arbitr.iud.lib.2.casu155.num.13.ubi uult,hæc iudicis arbitrio relinqui . Et loci quoque vicinitas multum confert, Alcia. allegata præsum.20.num.3. Brun.consil.109.num.8. Franc..Marc.decis.455.num.33. Vt nonnihil etiam facit historicorũ fides a morib. nostris approbata iuxta glo.& scrib. in c.inter dilectos de fid.instrum. & in l.1.ff.si cert.pet.Et plerumque libri ciuitatis inspici solẽt, quę nam loca in eiis sint descripta,per Cur.Iun.consi.106.num.5.Et demum ad principem recurri poterit,iuxta tradita per Calcan.cons.90.nu. 16.tamquam ad eum solum spectet de iurisdictionalib.tractare , ac termini comitatum probentur per destinationem factam a principe, qui facultatem distinguendi † vnum ab
105 alio comitatum habet.Bar.l.1.§.cum vrbem.num.3.ff.de offic.præfect.vrb.& Brun.consi.54.num.4.5. Reliqui autem inferiores a principe, etiam quod sint propriæ communitates diuidere,nec vnire territoria non possunt, Castr.consil.117. num.3.lib.2.& propterea duxi semper summopere inspiciẽda esse priuilegia,& concessiones,quæ a principe proueniũt an aliqua inserta sint verba, quæ mentem principis in hoc demonstrare possint.

SVMMARIVM.

1 *Autor singula verba interpretari pollicetur,& Cur.*
2 *Interpretatio cuiuslibet subiecti singulis verbis congrua aptari debet.*
3 *Singulis in verbis suæ latent intelligentiæ.*
4 *Verbum nullum,nec quidem syllaba in lege,vel statuto non nece Jario posita,nec sine virtute aliquid operandi.*
5 *Legis scriptum angustum,eius vero interpretatio diffusa.*

Finis Præfationum.

1 His itaque, satis, superque satis (vt opinor) præfatis, in scœnam tandem prodeundo,verba† suo quæq; ordine assumemus, singulis(exemplo vulpiani in l.itẽ veniũt. §.præter hęc,in fine.ff.de pet.hęr.) congruam interpretationem aptando,vt sic lectionem,seu interpretationem cuiuslibet subiecti aggrediendam fore,tradit Gerar.Mazol.cons.
2 9.num.21.Nam in singulis† verbis suæ latent intelligentiæ,
3 vt sic exorditus est Aflict.ad tit.quæ sint reg.nullum † enim
4 om-

Source : BIU Cujas

omnino uerbum, nec vlla quidem ſyllaba in lege, vel ſtatuto poſita cenſetur non neceſſario, ſed cum virtute aliquid operandi, glo. in l. 1. ff. quod met. cau. Bald. in rub. C. de contrah. emp. & vend. Mar. in rub. C. de probatio. nu. 18. & id omnes vbiq; , ut vtar verbis Tiraq. de retrac. conuen. §. 1. gl. 2. nu. 24. citant, extollunt, & commendant. vt nō immerito apud
5 Senec. in 4. declam. li. 9. legatur, ſcriptum † legis anguſtum. legis vero interpretatio diffuſa.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, quod, in noſtris ſermonibus frequentiſſima habetur, & quid ſignificet.*
2 *Dictio, Vt, ponitur pro quod, & econuerſo.*
3 *Dictio, quod, orationem perfectam operatur.*
4 *Dictio, Item, orationi in ſe perfectæ adiecta continuatiue ponitur, & non copulatiue nu. 5.*
6 *Diſpoſitio hæc an continuata ad præcedentes potius lex, quam conſuetudo dici mereatur.*
7 *Continuatio hic ad præcedentia quomodo fiat, & nu. 9.*
8 *Continuatio de lege ad legem, aut de caſu ad caſum non datur.*
10 *Confirmans actum Iam ualidum, & in ſe perfectum, non dicitur de nouo facere uel dare.*
11 *Confirmare, aliud eſt, aliud facere.*
12 *Sancire aliud, eſt aliud confirmare.*
13 *Lex in dubio aliquid de nouo inducere non uidetur.*
14 *Animus conſuetudinem ſcribentis qualis hic fuerit.*
15 *Titulus, nomen libri, & quid in eo contineatur, indicat.*
16 *Titulus vnde dictus etiam ſecundum noſtros.*
17 *Aduocatorum cauillationes in uerbis claris locum non habent, etiam quod lex ſit dura.*
18 *Verba ſecundum ſubiectam materiam intelligenda ſunt, cum dicto Philoſophi.*

ITEM QVOD.



1 Dictiones, hæ, quantum ſit ad intellectum huius noſtrę conſuetudinis, longiore commētatione nō indignet. licet de illis, vbi per latiſſimos iuris campos vagari velimus, multa ſcribi poſſent, uerum hanc coniunctionem, ꝙ plerique, præcipue ex noſtris frequentiſſimam in ſuis orationibus exibēt, iunctam ut plurimum ſubiunctiuo, quę tunc adiunctiue poſita dicitur, vt volo (ſecundum quod exemplificāt grammatici) quod venias (pro ut hic ſtare videtur) ſonans in vt,] Donat. ad Terentium in Phorm. uim primum hodie facere, quod ego gaudeam Nauſiſtrara,
2 & quod tu tuo viro occuli doleant. Sicuti e cōtrario, † ut ponitur pro, quod, Terent. rurſus in Phorm. Nihil do, ut etiam impuratus ille me irrideat, & in iure noſtro etiam habetur, ut l. 4. ff. de vſufr. l. creditores. l. ſi cui. l. Labeo. ff. de verb. ſign. & alibi paſſim, ac notat Curt. Iun. conſ. 5. nu. 15. poſt prin. Vbi
3 ſcribit, dictionem hanc † operari orationem perfectam, non ſecus ac ſi eſſet dictio ut. cuius quidem dictionis, uariæ ſignificationes extant, vt apud Alber. in ſuo dictionario verbo, quod, ad quem ſe remittit Ripp. in l. 2. §. quod ſi, in prin. ff. ſo
4 lu. mat. Dictio autem. Item, † orationi in ſe præfectæ adiecta continuatiue poſita dicitur, harum ſcilicet noſtrarum conſuetudinum materiam continuando, vt. l. Item apud Labeonem in prin. ff. de iniur. l. fin. ff. ad Turpil. l. fin. §. Item reſcripſerunt, cum §. ſeq. ff. ad Maced. l. Item. ff. de conſt. pecu. l. item. ff. de acq. rer. dom. cum aliis ſexcentum, declarat Bar. in l. 1. ff. de public. Soc. conſ. 10. nu. 26. lib. 1. & inquit Bal. in l. fin. prope finem. C. de ind. uid. toll. quod vbicunque dictio,
5 † Item, in diuerſis orationib. inſeritur, ordinem verborum, non copulam ſignificat, quia aliud eſt coniungere, aliud ordinare, ad quod Burſat. in materia poſt multos conſ. 189.
6 num. 70. & 76. At ex his difficultas inſurgit, quin hæc † noſtra diſpoſitio potius lex, quam conſuetudo vocari mereatur, licet illam in præfat. 1. inter ius nō ſcriptum collocauerimus, ſi quidem continuationem ad præcedentia attendamus, ad quæ dictiones hæ ſe referunt, atque cōtinuant, vbi adeſt verbum, ſancimus, & vlterius quoque progrediendo, reperiuntur verba, firmamus, decernimus, ſtatuimus, quæ ſunt verba, e quibus demonſtratur, ſcribentem legem potius condere voluiſſe, quam ſimpliciter conſuetudinem in ſcriptis redigere. c. 2. de præb. in 6. per quem tex. ſic no. Dec. in rub. ext. de conſuet. col. 1. limit. 3. Tanto magis quum aliquid cōſuetudini additur, vel detrahitur, Soc. in l. 2. col. 1. in vlt. diſtinc. ff. de vulg. Dec. loco præalleg. in 2. limit. quemadmodum in pluribus ex. præcedentibus conſuetudinibus videtur factū. Quinue ſaltem ius quoque de nouo conſtitutum fuerit, ita vt vtrunque remanſerit, conſuetudo, ſcilicet, vt prius, & ius ſcriptum etiam in eſſe ſuo, vt in redigendis conſuetudini b. in ſcriptis fieri poſſe, no. Bart. in repet. d. l. de quibus. nu. 8. & Iacob. cod. nu. ff. de legib. Difficultas hæc facile diluitur, ex eo
7 quod continuatio † ad præcedentia quidem permittitur reſpectu conſuetudinum in genere, quæ ſub hoc codice aggregatæ ſunt, non tamen pręciſe cum omnibus qualitatib. prędecedentium. cum alioquin non eſſet continuare, ſed repetere. l. in repetendis. de leg. 3. ſeu coniungere, & non ordinare, contra doctr. Bal. in alleg. l. fi. prope fi. C. de ind. vid. toll. non
8 enim de lege † ad legem, ſeu de caſu ad caſum fit continuario, cum quilibet per ſe caſus ſit certus, Bald. in rub. C. de ſer. fug. in fine, Iaſ. in rub. de actio. nu. 7. Et vbi ſpecialem continuationem quiſpiā appeteret, ratione habita ad proximiora, pro vt de natura continuationis eſt ex. l. 2. ff. de ſta. homi.
9 continuatio ipſa † non ad relatum verbum, ſancimus, fieri debet, ſed ad alia longe proximiora, ibi, hæc conſuetudo firmata eſt, quæ diuerſum ſenſum habent a verbo ſancimus. Cum actum iam validum, ac in ſe perfectum, vt hic, confir-
10 mans † non dicatur de nouo facere, ſeu dare, ſed illum duntaxat confirmare, prout erat, iuxta doctr. Bart. communiter receptam in l. more. col. 2. vlt. membro ſuæ diſtinctionis. ff.
11 de iuriſd. omn. iudi. vnde aliud † eſt facere, aliud confirmare
12 Ale. conſ. 122. nu. 2 1. li. 4. & propius accedendo, aliud † eſt ſancire, aliud confirmare, cum ſancire ſit nouam legem condere, firmare autem ſecus, Abb. conſ. 57 nu. 6. li. 2. Dec. in rubr. extra de confirmat. vtil. vel inut. col. 1. in fine. quia (vt inquit Dec. ex Bal.) confirmatio eſt ad aliud relatio, & pendet ab illo tanquam ſubſtantiali, & ſic nuncupatim tradit Soc. in d. l. 2. colum 1. in 3. membro ſuæ diſtinct. ff. de vulg. Vbi ſubdit,
13 ꝙ in dubio † non vī lex aliquid de nouo inducere. Tāto magis cum hac in re pręcipue attendi debeat, quo nam animo, quis confirmet, an fuerit, de nouo inducere, an actum duntaxat confirmare, prout erat, ſecundum Bal. in l. ex placito. nu. 7. C. de rer. permut. Ale. d. conſ. 122. nu. 21. verſ. & idem ēt
14 dixit. li. 4. Qualis † autem hic fuerit animus conſuetudinem ſic firmantis, ex eo deprehēditur, ꝙ etſi vbi de mente ſcribētis aperte non conſtat, voluerit ne conſuetudinem in ſcriptis redigere gratia facilioris probationis, ſeu memoriæ retinendę, an legem de nouo condere, verbum, ſancimus, mētem quidem ſcribentis arguat velle, legem condere, vt ait Dec. alleg. rub. de conſuet. in tertia limit. Nos tamen, vt ſcribentis, ſeu compillatoris mens nequaquam fuerit, conſuetudinem hāc cum cæteris aliis ad nouam legem reducere, nec illam a ſua priſtina natura amouere, non obſcure deprehendimus, dum illæ in proprio Codice, ab aliis legibus municipalibus ſeggregato, inſertæ reperiuntur, inſcripto ſibi titulo, Conſuetudines ciuitatis Alexandriæ, per ea quę ſupra dixi-
15 mus prę. f. 1. num. 3. † ſolet enim titulus nomen libri, ſeu operis, quidue in eo contineatur, proprie indicare, l. 1. ff. ſi cer. pe ibi, quoniam igitur multa ad contractus varios pertinentia iura ſub hoc titulo pretor inſeruit, ideo rerum creditarum titulum prędmiſit, & ibi ſcrib. omnes. vnde illud Ouid.

Legerat huius amor Titulum, nomenque libelli.

16 Dictus † a tuendo, quod eſt indicare, ſicuti in ſtatuis, ſiue picturis titulum dicimus, literas, quæ vel artificis, vel eius, cuius ſtatua, ſiue imago eſt, nomen demonſtrat, vel ſecundum aliquos ex noſtris dictus eſt titulus a Titane, hoc eſt, Sole: qa ſicut Sol mundum, & quæcunque obſcura illuminat, ita titulus librum, vel eius ſequentia, ut apud Luc. de Pen. in l. 4. C. de bon. vacan. l. 2. C. de his, quæ ex pub. col. lib. 10. Præcipue cum congruus eſſe debeat titulus, ac non niſi congrua in eo collocanda veniant. §. quibus, ſpecialiter in prima. conſt. C. & §. nos autem in proę. 6. ibi, & ſub debitis titulis collocati. Adeo ꝙ cū in verbis nulla ſubſit difficultas, non debet admitti voluntatis qō. l. ille, aut ille, de leg. 3. in certis. n nullus eſt ꝙiecturę locus. l. ꝙtinuus. §. cum ita. ff. de ver. ob. & vt alibi inqt gl. in c. 1. de ver. ſi. in extrau. Io. xxij. vbi verba ſunt recta & clara, nulla fieri debet in obſcurum ędificatio, & proinde optime ſcriptum reliquit Bald. conſ. 174. in fi. lib. 2. quod vbi
17 † verba ſunt clara, locum non habent aduocatorum cauillationes, etiam quod lex ſit dura. Quemadmodum certi adhuc nō ſumus. an huiuſmodi continuatio potius fiat ad verbum, ſancimus, ſeu firmata, quam ad aliud ſubauditum, ſubiectæ materiæ magis congruens, veluti vſu aut moribus receptum eſt, quod maritus non poſſit &c. qui forte non abſonus erit intellectus cum ſecundum ſubiectam materiam
18 † verba ſemper intelligantur ac, iuxta naturam actus, cui interponuntur. l. ſi ſtipulatus in prin. ff. de uſur. l. inſulam. ff. de præſcript. ver. Ale. conſ. 57. nu. 6. lib. 7. Imo tunc perfecte enū tiamus, cum ſecundum ſubiectam materiam loquimur inquit Philoſ. relatus per Bal. in l. data opera nu. 45. C. ꝙ accuſ. non poſſ. Cæterum (ut omni difficultati occurramus) ſimplr quidem hęc noſtra conſuetudo ad præcedētia relata aparet. ſed quid ei additum, quidue detractum fuerit, vt ei uis nouæ legis tributa dici poſſit, non conſtat, igitur &c. quicquid in nonnullis aliis conſuetudinibus ſit. Nec difficultatem facit, quod ſaltem utranque vim obtineat, cum iſtud locum haberet,

Source : BIU Cujas

beret, vbi redacta eſſet in ſcriptis, vt ius conſtitueretur, qđ hic non interuenit, ex ſupra deductis, vt ipſimet Bar. & Iaco. loco ex aduerſo alleg. animaduertunt.

SVMMARIVM

1 *Maritus quis dicatur, & vnde dictus ſit ac nu. 4.*
2 *Maritus, qui olim habuit vxorem cum adiectione quõdam appellatur, at non ita vxor. nu. 3.*
5 *Maritus proprie dicitur poſt contractus nuptias, quod aliqui intelligunt ſolum poſt conſumatum matrimonium, ſed falſo.*
6 *Sponſa ad domum viri etiam ducta mortuo ſponſo, non dicitur uidua.*
7 *Viri nomen non proprie conuenit marito.*
8 *Vir quadrupliciter accipitur.*

MARITVS. Principium.

1 MAritus dicitur uir vxorem habens, dictus a mari, quaſi mas. ſecund. Luc. de pen. in l. 2 colu. 1. C. de pet. bon. ſublat. lib. 10. Ita vt qui olim uxorem habuit, nõ
2 ſimpliciter † maritus, ſed cum adiectione quondam appelletur idem Luca. de pen. de quo eſt text. in l. ſi maritus. C. de don. int. uir. & vxor. licet vxor † abſque aliqua adiectione quond. dici poſ
3 ſit, apud Felin. cap. ex parte num e. 3. de foro compet. Vnde Plaut. in Caſ.

Quid agis, tu marite, mi vir,

At ſecundum Salic. in l. cum te. col. 1. in fine. C. de donat. an
4 te nup. maritus † Idem eſt, quod maris ritus, quia uir, ſicque maſculus ſuos ritus, hoc eſt, ordines, ſuaſque regulas præbet vxori ſed hanc expoſitionem, quantum ad nos attinet, irridet Caſt. conſ. 154. col. fin. lib. 1. & cum eo Lup. In rub. ext. de
5 donat. §. 55. nu. 9. Proprie tamen maritus † dicitur poſt contractas nuptias, quod aliqui intelligunt, poſt conſumatum matrimonium, cum antea dicatur ſponſus. l. non ſine C. de bon. quæ lib. l. 1. §. 1. ibi, an poſſit ſponſus, qui nondum maritus eſt. ff. pro dote, ad idem tex. loquẽs de vxore in l. cum hic ſtatus. §. ſi quis ſponſam, ibi ait enim hanc ſponſam eſſe, & ſi uxor non ſit. ff. de donat. int. uir. vnde ſecundum horum intelligentiam, licet falſo, vt mox. demonſtrabitur, eſto quod contracta ſint ſponſalia per uerba de præſenti, adhuc ſpõſus & non maritus dicetur, Abb. c. tertio loco. 2. no. de præſumptio. c. ex publico. ult. no. de conuerſ. coniug. vbi nuncupatim inquit, quod appellatione viri, & vxoris. de his intelligit qui matrimonium conſumauerunt, non autem de his, qui ſolum per uerba de preſenti contraxerunt, quia per diſpoſitionem inchoatur coniugium, non autem perficitur. cum perfectio copulam requirat, vt proprie dicatur coniunx, ſeu maritus. c. ſtatutum. §. aparet. cum. c. ſeq. 27. q. 2. Vnde ſponſa
6 † ducta ẽt ad domum viri, vidua non dicitur, mortuo ſpõſo. presbyteri. §. vidua. 34. diſt. no. quę Luc. de pen. in l. mulieres
7 in princ. C. de Inc. lib. 10. Verum hoc nomen † vir, marito proprie non conuenit, ſed adulto, tex. iuncta glo. in l. cum quis decedens. § codicillis, & ibi Bar. de leg. 3. Curt. Iun. in Rub. C.
8 vnde vir, quod etiam quadrupliciter † accipitur, vt per Luc. in d. l. mulieres. col. 4.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio Prohibens maritum legare vxori, num comprehendat, vt ſponſus ſponſę ſuæ legare non poſſit, arguitur pro, & contra, exinde diſtinguitur in tres caſus nu. 6.*
2 *Conſuetudo Alexandrina per quam maritus ſuccedit vxori, liberis non extantibus, in ſponſo, & ſponſa non procedit.*
3 *Statutum loquens de ſponſo, & ſponſa ad maritum. & vxorem on extenditur.*
4 *Sponſalia quæ ſint, & vnde dicta.*
5 *Sponſalia dupliciter contrahuntur, per uerba de futuro, & de præſenti.*
7 *Sponſus intra ętatem nubilem ſponſę ſuæ legare non poteſt, etiam quod vir ſit nubilis, nu. 10. cum declaratione nu. 11. & 12.*
8 *Vxor non eſt, quæ virum pati non poteſt. etiam quod ad ſponſi domum ducta ſit, nu. 9.*
11 *Sponſalia, ſuperueniẽte pubertate in matrimonium tranſeunt, hodię ſecus poſt Tridentinam Sydonum, per quam matrimonia præſumpta ceſſant.*
13 *Sponſus, per uerba de futuro ac prohibitione non comprehenditur, quin ſponſe ſuæ legare poſſit, quando ambo ſunt nubiles, cum ampl. nu. 18. ac tribus limitationibus.*
14 *Confeſſio receptę dotis facta ante contractum matrimonium marito, & creditoribus præiudicat.*
15 *Suſpitionon tanta in ſponſo, & ſponſa ſe fraudandi, & decipiendi quanta exiſtit iam contracto matr. contra Ang.*
16 *Lex, vbi eadem ſubeſt ratio, non extenditur, ſed enucleatur nec tunc extendendo nouus caſus additur, ſed detegitur, qui in primo includebatur.*
17 *Donatio inter ſponſum, & ſponſam de futuro permiſſa, etſi interueniat, & vxorem ſit prohibita,*
18 *Sponſalia per amplexum, munera, oſcula. & ſimilia Signa, an tranſeant in matrimonium præcipue poſt tridentinam Synodum.*
19 *Sponſalia ex Trident. Syuod. non fiunt, irrita, ſed tantum matrimonium.*
20 *Sponſus ſponſæ per uerba de præſenti, per hanc prohibitionem non relinquit, contra Dec. cum ampliationibus, & limitationibus, a nu. 32. ad finem vſque.*
21 *Conſuetudo Alexandrina antifatum, ſeu donationem propter nuptias vxori conſtituens in ſponſa etiam de præſenti procedit, cum declaratione.*
22 *Sponſa deoſculata Neapoli dimidium antifati lucratur.*
23 *Diſpoſitio unde uir, & uxor ad ſponſum, & ſponſam trahitur, ubi ad multa ſimilia remiſſiue.*
24 *Verba legis, ſeu conſuetudinis vbi conueniunt, conuenit, & eius diſpoſitio, & econtra, etiam ceſſante ipſius ratione, vt ſupra no. 13.*
25 *Azon. & Imol. dictum deſtruitur.*
26 *Romanorum mos in conſumando matr. qualis hodie ſeruatur.*
27 *Communis loquendi vſus in ſpecie conſtare debet.*
28 *Sponſi, & ſponſæ appellatione in Agro Alexandrino, quæ veniant, quin etiam varia appellatio. nu. 31.*
29 *Ad nuptiarum feſtiuitates non niſi inuitati accedere debent.*
30 *Inuitati ad nuptias recipi debent, ac hora prandii iterum vocandi, ne alias decepti videantur.*
32 *Mulier de proximo ducenda, vel copulanda, pro ducta, vel copulata habetur.*
34 *Matrimonium inter ſeptuagenarios potius connubium dicitur.*
35 *Sponſalia per nuntium cum ſpeciali mandato contracta ita rata, & firma ſunt, ac ſi inter præſentes contracta eſſent.*
36 *Qui nunquam uiſi etiam diligi, & obſeruari poſſun.*
37 *Communis loquendi vſus in exaudiendis ſermonibus omni regulæ, omniq; conſtitutioni derogat, præcipue in re conſuetudinaria nu. 38*
39 *Statutorum verba ſecundum diſpoſitionem aliorum ſtatutorum potiuſquam ſecundum ius commune intelligi debent. idem in conſuetudine, & multo facilius nu. 40.*
41 *Communis vſus loquendi dura, & difficilis probatio, & cur.*
42 *Verba latine prolata quomodo accipienda.*
43 *Communem loquendi uſum forma capitulandi, & probandi.*
44 *Vxoris, vel mariti appellatione non continentur ſponſę de preſenti, quando diſpoſitio cum aliqua adiectione loquitur, cum ſublimitationibus.*

Quæſt. PRIMA.

1 HInc dubitandi offertur occaſio, num hac diſpoſitione † loquente de marito comprehendatur ſponſus, vt nec ipſe ſponſę ſuæ pręter ſolidos viginti poſſit legare? ex ſupra relatis dicendum vĩ, q nõ, quia cum prohibitio in virum & vxorem ſonet, ad ſponſum, & ſpõſam, ſe extendere non videtur, propterea q maritus proprie dicitur poſt conſumatum matrimonium, antea vero appellatur ſponſus, ſed appellatione mariti non continetur ſponſus. l. non ſine. C. de bon. quæ lib. vbi Caſt. rationem adducit, ex eo quod ſpõſalia rumpi poſſunt, ſecus matrimonium, qđ locum vĩ hr̃e ẽt contractis ſponſalibus de præſenti Abb. d. c. ex publico. vlt. not. c. accepiſti. 1. not. de ſponſa duor. Id pro-
2 prie inferens ad ſtatuta, prout in terminis alterius † noſtrę eõ ſuetudinis, per quam maritus ſuccedit vxori in dote nõ ſtãtibus liberis, vt cum illa de marito, & vxore loquatur, locũ non habeat in ſponſo & ſponſa, conſuluit Signor. conſ. 144. nu. 1. aſſeuerans id procedere ex proprio verborum ſignificatu, prout iura municipalia intelligi debent, ad idem gl. in clem. 1. verbo, contrahere. de conſang. & affi. vbi pœna, quæ matrimonium in caſu prohibito contrahenti, imponitur eadem contrahenti ſponſalia non irrogatur, cum verba, vt glo. ipſa ait, hoc non importent, quam ſingularem dicit Iaſ. in l. cum quidam. nu. 12. ff. de lib. & poſthu. Sicuti ex aduerſo ſta-
3 tutum † loquens de ſponſo & ſponſa, ad maritum, ſeu vxorem non extenditur, Felyn. poſt alios in rub. ext. de ſponſ. in princip. Cum, vt ipſe ait, ſtatuti verba ſint proprie intelligenda, intellectumque recipiant a regulis iuris cõis, ſm qđ ſponſus, & maritus differunt. l. 1. in fi. l. ſolet. §. fi. ff. de infam. cum aliis citatis per eum, & ita conſultum extat per Dec. ꝙſ. 540. Cum, vt ipſe vult, huiuſmodi diſpoſitio ſit contra ius commune, atque odioſa, & ideo tanquã ſtricte intelligẽda, trahi non debet ad ſponſum ſuę ſponſę relinquentem, quod pro indubitato habet Dec. propter communem vſum loquẽdi, qui potiſſimum in exorbitãtibus, & correctoriis attendi dẽt, ſm quem maritus, & vxor intelliguntur conſumato matrimonio, antea vero dicuntur ſponſus, & ſponſa, vt de hoc nõ deſunt doct. ita atteſtantes per Dec. relati, quibus concordat ẽt Crauet. conſ. 325. col. 1. Hercul. de negat. prob. nu. 302. ante fi. pro qua ſententia optime confert, quod ſcribit Azo. in ſumma de donat. ante nup. quatenus vult, diſpoſitionẽ, prohibentem donationem inter virum & vxorem, de mutuo amore

Source : BIU Cujas

amore inuicem ſe ſpolient, non habere locum in ea, quæ & ſi per verba de præſenti deſponſata fuerit, nondum tñ cognita, nec ducta ad domũ viri fuit, cuius dictum ſequitur Imol. in l. ſi Socer. §. Lucius col. pe. ff. ſol. mat. ea ratione, quia tunc nondum videtur familiaritas, ſeu domeſticitas, vt ipſe loqtur, intereſſe, & ſic non eadem prohibitionis ratio militat. At ex aduerſo facit, quia eſto, quod ante ſequutam copulam proprie non dicatur maritus, ſed ſponſus, ſitque diſpoſitio iuris cõis correctoria, ſeu exorbitas, non propterea fit, quin diſpoſitio hęc loquens de marito, & vxore comprehendat ſpõſum & ſponſam, cum nõ ſit odioſa, ſicque reſtringenda, ſed fauorabilis, proindeque extenſione digna, vt ſupra ptęfat. 7. & in re fauorabili appellatione mariti contineatur ẽt ſponſus, ut tex. eſt apertus in allegat. l. non ſine, ibique ſcrib. C. de bo. quę lib. Abb. d. c. accepiſti. 1 nota. & d. c. ex publico. nu. 9. ubi aſſerit, perpetuo nõtãdum, ꝙ in materia fauorabili, ſeu larga, appellatione mariti, & vxoris, veniunt ſponſi, etiã per uerba de futuro idem Abb. c. tertio loco. col. fi. ibique Fely. nu. 4. de preſumpt. Vterque dicens, pulchrum caſum adeſſe in d. l. non ſine. Fel. quoque in rub. ext. de ſponſ. col. 1. in fi. & de communi atteſtatur alibi Abb. conſ. 1. in fi lib. 1. Ego autem (premiſſo in primis pro clariori intelligentia, quod †ſpõ
4 ſalia ſunt futurarum nuptiarum promiſſio. l. pri. ff. de ſponſal. c. noſtrates 30. q. 5. dicta a ſpondeo, ſpondes, quod eſt promitto, Vnde ſponſus, ac ſponſa, quaſi promiſſius, & promiſſa l. 2. & 3. ff. eo. Abb. in rub. extra de ſponſ. Couar. in Epit. ſponſ.
5 c. 1 in princ. Quæ duplici † modo contrahuntur, ſcilicet, per verba de futuro, hoc eſt, exprimentia conſenſum non de preſenti, ſed de futuro, & quæ propriè ſponſalia dicuntur, quia ſpondet quis, ſeu promittit, ſe futurum maritum, aut vxorẽ, & ſecundo loco per uerba de præſenti, conſenſũ ſcilicet de preſenti exprimentia, quę impropriè ſponſalia dicuntur reſpectu uinculi matrimonialis, licet ſponſalia de præſenti dici poſſint reſpectu executionis matrimonij, cum uterq; ſpõ deat in futurum reſpectu executionis, licet reſpectu uinculi promittat de preſenti, ut ſic no. Abb. in c. pen. 1. no. de ſponſ. duor. ac late tractat Couar. in epit. de ſponſ. 2. par. c. 3. §. 1. & Phan. omnino uidendus in caſu contingenti de lucro dotis,
6 gl. nupta. nu. 14. cum aliquot ſeq.) ſic † diſtinguendum tripliciter puto. Aut quęrimus de ſponſalibus ante ętatem nubilem qualitercunque contractis, tam inter infantes minores ſeptennio, inter quos neque matrimonium, neque ſponſalia tenent, ut inſt. de nup. in princ. l. in ſponſalib. ff. de ſponſ. c. 1. de deſp. Impub. in 6. quam etiam inter pubertati proximos, inter quos ſponſalia recte cõtrahi poſſunt d. c. 1. c. Iuuenis, & ibi ſcrib. de ſponſ. l. cum hic ſtatus. §. pen. ff. de donat. int. vir. tunc res abſque difficultate conſiſtit, vt hæc noſtra
7 † diſpoſitio in his locum non habeat, tum quia propter inhabilitatem matrimonium cõtrahendi, verba diſpoſitionis nõ verificantur, vt in his terminis conſuluit Signor. d. conſ. 144. ad idem Bal. conſ. 184. ſi qua inquit nu. 2. lib. 4. Non enim ſpõ
8 ſa ætatis nondum nubilis dicitur vxor, cum vxor † non ſit, quæ virum pati non poteſt. l. quod pupillæ. ff. quando dies leced. quod no. Roma. in l. 1. nu. 13. in 2. membro ſuæ diſtinctionis C. vnde vir. ac ſentit. Caſt. in l. de diuiſione nu. 14. ff. ſolu. matr. cum aliis adductis, per Pariſ. conſ. 62. colum. 1. lib 4. &
9 Tobi. non. conſ. 51. nu. 12. Quod procedit † etiam, quod puella ad domum ſponſi traducta eſſet Bal. l. vxores. ff. de his, qui no. inf. l. pen. ff. quod falſo tut. Caſt. quoque d. l. de diuiſione nu. 14. Phan. de lucro dotis, in glo. nupta num. 4. Bero. conſi. 40. num. 23. lib. 1. tum etiam quia ſponſus, qui impubes reperitur, ex defectu ætatis ius teſtandi non habet. l. qua ætate. ff. de teſtam. nec per conſequens ius legandi, cum inhabilis ad teſtandum, non minus quoque ad legandum, fideicommittendumue reperiatur Incapax. l. 2. & ibi ſcrib. de leg. 1 & ubi
10 etiam eſſemus † in pubere, contractis ſponſalibus cum muliere impubere, iuxta diſpoſit. alleg. c. 1. §. item quoq; de deſpon. Impub. caſus iſte ſub hac noſtra prohibitione adhuc comprehenſus non erit, cum ſcilicet nondum ſint maritus & vxor, ex traditis per Signor. prox. alleg. de quo, tex. eſt, clarus in d. l. quod vir ei ff. de donat. int. vir. vbi Salic. Ideo uult donationem in nondum viri potente valere, quia nondum eſt vxor, ad idem Roma conſ. 146. num. 2. & in alleg. l. 1. nu. 12. in princ. C. vnde vir. Io. Lup. in rub. ext. de donat. §. 56. Pa-
11 riſ. d. conſ. 62. nu. 8. Niſi forte ambo † ad pubertatem peruenerint. nam cum ſponſalia tunc in matrimonium tranſire ſoleant, iuxta no. in alleg c. 1. a ceſſante ratione præcedentiũ, locus erit diſpoſitioni, ut in ſimili no. Georg. Natta tract. qđ ext. maſc. 2. parte. q. 5. num. 23. ad quem remittit ſe Brun. eo-
12 dem tract. 6. articu. 3. memb. q. 17. Modo † maritali effectione inuicem ſe tractent, iuxta formam. l. minore m. ff. de ritu. nup. ac ſic no. Signo. d. conſ. 144. & habetur per ſcrib. in c. 1. de deſp. Impub. Pariſ. dict. conſ. 62. col. 1. Phan. loco præalleg. num. 10. uerſ. & hæc concluſio, & num. 12. Couar. de ſponſ. in 1. parte c. 4. §. 1. & 2. ad quod pulchre Bero. alleg. conſil. 40. in 2. & 3. dubio li. 1. & patebit quoque ex infra dicendis, ſed ſuper hoc non longe laborandum, arbitror, cum uix nobis profuturum ſit, ſtante Ttridentina Synodo Seſſ. 24. c. 1. de reformat. matr. per quam ad contrahendum matrimonium deueniri non poteſt, niſi in faciem Eccleſiæ coram parocho & duobus, uel tribus teſtibus, ac trinis denuntiationibus præcedentibus. Vnde dicere poſſumus poſt Triden. Synod. ceſſare matrimonia preſumpta, ut in ſpecie animaduertit Nauarra in Manual. confeſ. c. 25. in fine, nu. 144. Aut uero quærimus
13 † de ſponſalibus contractis inter nubiles per verba de futuro & hoc quoque caſu arbitror prohibitum non eſſe ſponſum ſuæ ſponſę relinquere, tum quia aliud ſponſus, aliud maritus. l. 1. §. 1. ff. pro dote, ſicuti aliud ſponſa, aliud uxor. l. ſancimus. C. de nup. & regulariter vxoris appellatione non continetur ſponſa per uerba de futuro Roman l. 1. nu. 12. C. vnde vir & vx. Valent. forſt. de ſucceſ. ab inteſt. lib. 5. in 1. declar. in ſimili Affict. in conſt. Neap. lib. 1. rub. 37. num. 30. ubi ait, qđ ſponſa non dicitur vxor, ſicut ſponſus non dicitur maritus, ad idem Aret. notans id præcipue in iure municipali locum habere conſ. 108. num. 2. Ripp. in l. quæſitum. §. ſpõſa in prin. ff. de priuileg. cred. vbi ex eo text. obſeruat quod ſponſa non dicitur proprie maritata, nec vxor, quod ex eo quoque facile demonſtratur, quod ſponſus, vt proxime diximus, eſt futurus maritus. l. 1. & ſeq. ff. de ſponſ at quod futurum eſt, non dum eſt. l. & quę nondum ff. de pignor. igitur nimirũ quod diſpoſitio loquens de marito, & vxore, quo ad eius uerba ceſſet in ſponſo, & ſponſa, & per conſequens eius quoque effectus deficiat, ex uulg. reg. l. 4. §. roties. ff. de dam. infec. quo argumento utitur Signor. d. conſ. 144. num. 2. vſque adeo. n. id uerum eſt, quod nec iureconſultus, nec Imperator facere poteſt quod illud intelligatur contineri in lege, quod lex nõ loquitur, inquit Bart. in l. 3. ff. ad l. Pomp. de paric. quod proſing. poſt Soc. not. Crau. conſ. 254. num. 2. late Felin. in c. non nulli. num. 34 uerſi. ubi uerba, de reſcript. & omnium latiſſime Tiraq. id ad omnem materiam trahens in l. ſi unquam, verbo, libertis num. 2. cum aliquot ſeq. C. de reuoc. donati. & ideo nondum maritum proprie appellat. text. in dicta. l. 1. §. 1 pro dote. & in his quoque terminis loquitur Signo. loco præalleg. prope finem, verſic. alias autem, ad quod Pariſ. alleg. conſil. 62. nume. 6. & 7. ac late Roland. de lucro dot. q. 12. Phan. cod. tract. glo. nupta, quæ eſt, 2. in princip. & glo. 9. nu. 40. Bero. conſi. 40. nu. 8. & 9. li. 1. ubi id pro indubitato habet, & in ſpecie uoluit Alban. ad Bar. in l. 1. nu. 16. C. de ſum. trini. nu. 16. habita ratione authoritatis per eum citatę. Tum etiam quia & ſi in re fauorabili, in qua nos uerſamur, ut ſupra præf. 7. appellatione mariti ueniat ſponſus d. l. non ſine, cum ſuperius adductis, id locum hẽt modo eadem militet ratio, ut prę cæteris ibi obſeruat Caſt. nu. 2. & Ruyn. in rub. ff. Sol. matr. nu. 134. Verum ratio prohibitionis militans in marito, ne ſcilicet, ex maritali affectione ſpolietur, & decipiat, in quam captionem maritus eo potiſſimum tempore caſurus eſt, quo teſtari ſolet, mortis cogitatione turbatus, & ut plurimum ægrotans, ac egens cura, & diligentia uxoris, ut ſupra in 5. præfat. non æque militat in ſponſo de futuro. Cũ ſponſalibus de futuro contractis, non talis, ac tantus inſurrexiſſe, atque accenſus amor dici poſſit, quo ſponſus induci ualeat ad ſe decipiendum, inuoluique Blanditijs, atque ſeductionibus ſponſæ, nondum inter ſe maritali affectione coniunctæ, ſuper qua nititur Signo. ſuperius alleg. & Paris. conſ. 127. nu. 24. lib. 1. & facti quoque, ut eodem arg. in propria materia utitur. Alex. conſi. 64. nu. 9. li. 7. experientia docet, quæ, eſt rerum magiſtra, & ita etiam Ruy. alleg rub. ff. ſol. matri. nu. 134. Accedit ꝙ in re omnino ſimili Caſtr. tradit cõſ. 383.
14 in princ. lib. 2. ubi uult, confeſſionem † de dote recepta, factã per maritum ante matrimonium, uel tempore ipſius cõtracti matrimonij, quo nondum cępit eſſe coniugalis amor, & per ꝑñs fraus aliqua non præſumitur, præiudicare ne dũ marito confitẽti, uerum etiam creditoribus, qui poſtea ꝺxerũt. Huc etiam Aret. conſi. 86. col. 2. uer. nec præmiſſis, ubi & ipſe uult, in confeſſione ante matrimonium facta non tantũ donationis, diſſipationiſue ſuſpitionem ineſſe, quantum poſtea. Ad Idem Io. Campeſ. de dote. i. parte q. 69. & 79. circa finem, ubi data ſponſæ in dubio uult nõ præſumi donata, cũ adhuc amoris, feruor inter eos non ſit, donec dulcem cõſuetudinem inuicem habuerint, Couar. lib. 1. uar. reſolut. cap. 7. nn. 6. uer. ꝙ ſi confeſſio, qui c quid aliter ſentiat Ang. conſil. 339. nu. 2. afferens, tantum in ueſtigio matrimonij amoris ardorem ineſſe, ꝙ ſponſi inuicẽ ſe ſpoliarẽt, ꝙ, ut ſubdit Ang. nos ſentimus, & procedit in forma ſpecifica. Quoniam imo
15 non tanta in ſponſa, † & ſponſo ſe inuicem ſeducẽdi, defraudandiue ſuſpitio ineſt, inter quos nondum amoris feruor inſurrexit, ſed quædam tñ extrinſeca, atque ambages, ut uerbis Bal. in c. cauſam. nu. 5. de probatio. utar, quanta nuptijs

iam

Source : BIU Cujas

iam contractis orta reperitur, vt & in sequenti capite dicam. Ni forte Ang. accipiamus in ipsamet die sponsaliorum, atq; nuptiarum, qua tãtus amoris ardor vt plurimum inest, quod sponsi se vicissim spoliarent, & hoc, vt ait Ang. nos quidem sentimus, atque videmus, quomodo iuuenes die illa, vt plurimum, deperditi sint, de quibus cum Virg. in 4. Aen. de Didone canere possumus.

Vritur infœlix Dido, totaque vagatur.

Vrbe furens, & cum Phedria dicere apud Teren. in Eunuc.

Et me miserum sentio.
Et tedet, & amore ardeo, & prudens, sciens,
Viuus, vidensque pereo, nec quid agam, scio.

Licet Ang. vix etiam in hoc saluari posse, arbitrarer. per tex. in l. inter eos, & l. Seia. §. virgini. ff. de donat. int. vir. nisi in casu nuptiarum de præsenti, vbi ratio Ange. vtique militat. vt ĵ. num. 24. in fi. Porro ad principale propositum nostrum põ derari potest tex. in l. oratio. ff. de spons. dum oratio illa nuptias prohibens in senatoribus, etsi de sponsalibus nihil loquuta sit, attamen supplendo, quod orationi deest, vult tex. comprehendi etiam spõsalia. superflua enim huiusmodi suppletio fuisset, si disposita in marito & vxore locum haberent in sponso & sponsa, imo inepte diceretur, supplere, ꝙ oratio ni deest, vbi hoc idem in ea contineretur, ita vt non suppleretur, ꝙ deest, sed interpretaretur, seu enuclearetur, quod inest, argumen. l. his solis, ibi, satis etiam tacite cautum putamus. C. de reuoc. donatio. nam, vt inquit Oldr. cons. 185. in fi
16 ne, vbi eadem est †ratio, non debet lex extendi, sed enucleari, & alibi Calder. cons. 1. vt lite pend. in princ. Vbi eadem est ratio, non dicitur quis extendendo nouũ casum addere, sed qui in primo includebatur, detegere. Mihi quoque id satis probatur ex eo, ꝙ si oratio, donationem inter virum, & vxorem prohibens, ea ratione, ne maritali affectione se spoliẽt, atque decipiant. l. 1. ff. de donat. inter vir. & vxo. l. cum multæ. §. simplices. C. de donat. ante nup. qua etiam ratione emanata censetur hæc nostra dispositio, vt supra præfat. quinta.
17 † hæc, inquam, oratio in sponso & sponsa de futuro non procedit, vt tex. aperti leguntur in l. si sponsus sponsæ, in princ. l. inter. l. cũ hic status. §. si quis sponsam. ff. de donat. int. vir. gl. in l. 3. §. videamus, verbo, concubinæ, eod. tit. & text. quoque non obscurus habetur in l. pen. in prin. ibi, itaq; nisi ante matrimonium, tit. adhuc eod. Bald. per illum tex. in l. cũ in te. C. de donat. ante nuptias, Roman. cons. 146. num. 2. Dec. cons. 232. col. 4. vers. secundo potest, quasi hoc in casu prohibitiua donationis ratio in spõso, & sponsa non militet, idem ergo, concludendo argumentum, dicẽdum, est, in terminis huius nostræ consuetudinis, quæ prohibitę donationis inter coniuges multum sectatur vestigia. Quæ quidem conclusio am-
18 pliatur, †vt ꝓcedat etiam ꝙ amplexus, oscula, munera, aliave similia signa interuenerint, ac etiam nixus ad copulam. c. 1. vbi scrib. de matr. cont. interd. Eccl. Cors. sing. verbo, matrimonium, Aret. cons. 142. num. 5. Dec. cons. 368. num. 1 & 2. Ruin. cons. 203. num. 1. lib. 1. Paris. cons. 62. in prin. Phan. de lucro dotis glo. 2. num. 10. & Couar. de sponsal. 1. par. c. 4. §. 2. nume. 2. Vbi omnes attestantur de cõi. Necnon vbi mulier ad domum sponsi traducta fuisset. l. cum hic status. §. si quis sponsam. ff. de donat. int. vir. Bal. l. pen. ff. quod falso tut. auct. l. vxores. ff. de his, qui no. infa. Aret. attestans de communi d. cons. 142. num. 6. Phan. loco præalle. nu. 4. & 7. Bero. cons. 40. in 3. dubio. lib. 1. & Couar. loco pariter præcitato. nu. 1. vbi id dupliciter declarat. Et primo quando dubium graue esset, an præcesserint spõsalia de futuro, an de præsenti, hoc dubio stante vult, ex traductione ad domum præsumi, præcedẽtia sponsalia fuisse de præsenti, & sic ante traductionem consensum coniugalem fuisse præstitum, ex Bal. & Sal. in l. cũ in te. C. de donat. ante nupt. Secundo nisi sponsa ad sponsi domũ traducta fuisset cum solennitate illa, qua vxores ad maritorum domos duci solent, ar. c. vidua de reg. not. Abb. c. ex parte. nu. 26. de rest. spol. Lup. in rub. de donat. §. 57. & Bero. d. cõsil. 40 nu. 22. & 23. Tertia adiungi potest limitatio, vbi carnalis copula sequuta fuisset, ex quo tunc sponsalia transacta cẽsentur in coniugium, & sic sponsus & sponsa facti sunt maritus & vxor. c. veniens 2. & c. is qui fidem de spons. ac no. do cto. locis fere omnibus alleg. & ex professo tradit Couar. d. c.
19 4. §. 1. per totum. Verum etsi hæc †olim perficere potuissent, hodie tñ super eis vim fieri non opinor, nisi seruata forma, a S. Tridentina Sinodo in contrahendis matrimoniis cum decreto annullatiuo præfixa, vt proximo mẽbro diximus. nu. 12. & si ibi solum matrimonium, & non sponsalia irrita fiãt, vt animaduertit Nauarra in Manual. confess. c. 25. in fi nu. 144. cum, vt diximus sponsalia non faciant virum & vx Aut tertio loco quęrimus de sponsalibus contractis per verba de prẹsenti, etiam antequam mulier sit ducta, vel carnaliter cognita, & hoc in casu, quicquid dicat Dec. alleg. cons. 540. etsi illum optime loquutum præsupponat Couar. de spõs. 1. par.
20 c. 1. num. 4. huius †sententiæ sum, ꝙ sponsus hac dispositione sit comprehensus, vt præter solidos xx. vxori legare non possit, Eo quia contractis nuptijs de præsenti, hi vere, ac proprie maritus & vxor appellantur, Abb. in rub. de sponsal. Vbi inquit, ꝙ post contractum matrimonium proprie non dicũtur sponsus & sponsa, sed maritus & vxor, etiam ante copulam, quia sponsus dicitur quasi promissus, & sponsa quasi promissa, sed post contractum matrimonium, cum adimpleta sit promissio, maritus & uxor dicuntur, quia solus cõsensus, & non concubitus matrimonium facit. l. nuptias. ff. de reg. iur. c. sufficiat. 27. q. 2. & sic uerba legis uerificantur, Signo. d. consil. 144. col. fi. Rom. l. 1. nu. 12. in 3. membro suæ distinct. C. unde uir. Id etiam ut desponsata per uerba de prẹsenti uere dicatur uxor, firmat Bal. in l. solet. §. quę uirum. ff. de his, qui no. infa. Cast. l. de diuisione. nu. 15. ff. sol. matri. l. cum fuerit. ff. de cond. & dem. Luc. de Pe. in l. mulieres. col. 1. C. de incol. li. 10. Fel. cons. 39. nu. 12. Bertr. cons. 24. nu. 2. li. 1. conferunt no. per Paris. cons. 86. nu. 40. & seq. li. 3. Grat. cons. 131. li. 2. Natta cõsil. 282. nu. 1. & 2. Couar. de sponsal. 2. par. c. 1. nu. 4. Valẽt. Forst. de success. abintest. li. 5. in 1. declar. post. Imol. cons. 21. nu. 94. & quod in simili no. Afflict. in const. Neap. li. 1. rub. 37. num. 31. ac in re consuetudinaria scribit Chass. in consue. Burg. in 4. rub. 2. §. uerbo, fœminæ. nu. 17. & seq. ubi refert, ita in facti contingentia iudicatum fuisse, & quod magis prope no. ĵ. 6. §. uerbo, mariee, in duobus consiliis per eum relatis, ubi loquens de doherio, seu donatione propter nuptias, quam nos Antifatum appellamus, uult, quod ɔsuetudo de ea disponẽs ita procedat in muliere de præsenti tantum desponsata sicu
21 ti in cognita, uel ad domum uiri ducta, de quo & nos †specialem habemus consuetudinem. ut idem post Angel. admittit Cor. cons. 248. nu. 10. li. 2. licet Boer. decis. 22. nu. 33. & seq. cõtrarium uelit, & contra quidem probabiliorem, & tutiorem opinionem, ut apud Phan. de lucro dot. gl. 2. nu. 56. & 57. nisi forte agatur de donatione propter nuptias debita non ex iure patrio, sed ex pacto, ut per Alciat. cons. 6. per totum lib. 8.
22 Vel altera existat obseruantia, ut Neapoli †habetur, ubi spõsa deosculata dimidium tantum antifati respectu eius, ꝙ solutum est, lucratur, ut per Afflict. in const. Neap. li. 3. rubr. 13. nu. 32. & seq. Comprobatur ex eo, ꝙ scribit Bal. in l. cũ in tecolu. 1. C. de donat. ante nupt. Vbi quando præcedunt uerba de præsenti, matrimonium est sabstantialiter perfectum, & ꝙ alibi quoque dicit in l. 1. nu. 5. C. de usucap. pro dote, quod sine coniugali copula, ac sine ductione ad domum constat efficax matrimonium, quinetiã uere, & proprie, ut per Phã. loco præalleg. nu. 61. & ante istos uoluit glos. in l. 3. §. 1. verbo concubinæ. ff. de donat. inter uir. ꝙ contracto matrimonio per uerba de præsenti ante ductionem ad domũ uir, & uxor dicuntur, & licet gl. dicat, hoc procedere secũdum canones, fallitur, cum etiam idem sit de iure ciuili, ut apud Abb. in c. tertio loco. nu. 5. uers. secundo princ. de præsump. Hinc est ꝙ dispositio unde uir & ux. non minus locum habet in sponsa per uerba de præsenti, quam in ea, quæ ad domũ, uel ducta,
23 uel cognita fuit, Bal. ad l. prin. nu. 4. Ibique Dec. nu. 6. & communem dicit Curt. iun. nu. 9. C. unde uir, Bert. alleg. cons. 24. nu. 2. multaque similia adducit Lup. in rub. de donat. int. uir. §. 55. Vbi ab initio refert, Ang. in §. pe. Insti. de excus. tuto ex glo. ibi notantem, statutum in uxore, locum habere in sponsa, & econtra, & cum eo. Phan. loco prẹalleg. nu. 58. Et mihi non obscurus facere uidetur tex. in alleg. l. non sine. C. de bonis quæ lib. ibi, mariti nomen illi soli, qui nuptias contraxisset, iuncta l. nuptias. ff. de reg. iur. & §. nuptias. Auth. de nup. & rursus paulo infra, ibi quamuis ergo significatione nominis maritus & uxor post cæptum matrimoniũ intelligatur, iuncto text. l. pen. ff. de donat. int. uir. ibi, nisi ante matrimonium contractum, ꝙ consensu intelligitur, ut ex hoc posteriori, uer. not. ibi Saly. ante carnalem copulam esse maritum & uxorem, quod fuit quoque ab Aret. perpensum in §. fuerat, num. 24. circa princ. inst. de actio. Et ideo, vt iam retuli,
24 cum legis, seu consuetudinis †uerba casui conueniant, consequens est, ut illius quoque dispositio conueniat. l. item ueniunt. §. aptanda. ff. de pet. hęr. Cast. cons. 85. in prin. li. primo. Roman cons. 44. num. quinto, Barbat. consil. 63. in secundo dubio. num. decimo. lib. primo. consil. 88. nume. 4 lib. tertio. Socin. consil. 37. nume. primo. lib. primo, & Socin. iun. consilio 94. numero sexto, & 22. lib. 3. Sicuti ex aduerso, cui non conueniunt uerba, non conuenit ipsa dispositio. l. quarta. §. toties. ff. de damno infecto. & supra diximus num. 13. quod adhuc locum habet, esto quod cesset ratio ipsius legis, ut alibi scribit Cast. consi. 154. in principio. lib. primo. per l. prospexit. ff. qui, & a quibus. unde Curt. iun. in l. secunda, nume. 50. ff. de iurisdictio omnium iudicum. ait, quod natura uerborum alicuius dispositionis est, quod cui conueniunt uerba, conuenit ipsa dispositio, subdens, multoties propter uerborum generalitatem comprehendi casum, qui non uidetur

ex

Source : BIU Cujas

ex mente comprehendi, præcipue quando ſermonis proprietas non diſcrepat, vt hic, teſte Phan. loco præalleg. num. 61. Cæterum huc optime confert text. in alleg. l. penultima. ff. de donatio. inter vir. hunc in modum, nam prohibet Senatus donationem inter virum & vxorem, ea ratione, ne mutuo amore ſe ſpolient. l. prima. eodem titulo, quæ ratio tunc maxime viget, quando conſumatum eſt matrimonium, & nihilominus etiam nondum conſumato matrimonio, nec ſequuta traductione, prohibitio procedit, ex eo quod locū habent verba Senatus, nec curandum eſt, ait lex. de ductione, vel tabularum dotis confectione, quæ nihil ad actum faciunt, ita hunc tex. (etſi adeo in ſe ſit clarus, vt nullatenus ei reſponderi poſſit, vt dicit Io. Lup. in rubr. de donat. §. 55. numero 2.) explicat Caſtr. conſil. 154. colum. fin. lib. primo. Vbi concludit, curandum non eſſe, ducta ſit, ſeu cognita, necne, ſed tantum, an per conſenſum, ac verba de præſenti ſit nupta, cum quo tranſit Natta conſ. 282. colum. 3. in princip. vt idem meminit Caſt. in l. cum fuerat. ff. de conditio. & demōſtratio. ſicuti igitur prohibitiua diſpoſitio inter virum & vxorem, ne maritali affectione ſe ſpolient, procedit matrimonio de præſenti contracto, etſi mulier nondum ſit ducta, vel cognita, quamuis ratio ipſa conſumato matrimonio maxime vigeat, pari modo hæc noſtra diſpoſitio prohibens maritum legare vxori, eadem ratione inducta, ne coniugali affectione ſpolietur, & decipiatur, locum ſibi vendicat in ſimplicibus terminis contracti matrimonij per verba de preſenti, & ſi poſt copulam, vel ductionem ad domum ratio maxime vigeat, cum nihilominus ratio ipſa ſubſiſtat, licet nō ita fortior, conueniantque verba legis, vt per conſequens conuenire habeat diſpoſitio, ad quod conferunt ſupra not. præfat. 5. num. 57. Quinetiam hæc ratio magis viget a principio, quam ex poſt, cum tunc ardentius ſe ament cōiuges, ex quo omnia noua placent, vt dicit Io. Lup. d. rub. de donatio. §. 54. num. 1. ad quod ſupra num. 15. Ex his affatim deſtructum ap
25 paret dictum illud Azo. † & Imo ſupra deductum, vt illud quoque periculoſum reputat Alexand. conſ. 142. nume. 11. lib. 5. ab eoque per tex. alleg. l. pen. recedit, ad Bar. in l. ſi ſponſus. §. ſi vxor. ff. de donatio. inter virum. ſequitur Soc. conſil. 123. num. 3. lib. 2. Pariſ. conſ. 86. nu. 42. li. 3. ac illud nullibi poſſe practicari, inquit Io. Lup. d. §. 55. num. 2. Et quippe id apud nos raro venturum, arbitror, cum inoleuerit conſuetudo, vt ſtatim quo deſponſata eſt mulier ad formam S. Tridentinæ Sinodi, eademmet die, vel nocte ſequenti conſumitur ma-
26 trimonium, prout Romanos † antiquitus factitaſſe, refert Cotta in memorab. donationes inter virum, circa finem, & ita Dec. in alleg. conſ. 540. improbari, ſcribit in ſpecie Phan. d. gl. 2. num. 60. quem ſupra pro contraria ſententia adduxerat, quo in loco Phan. rem ex profeſſo agit, reſpondendo ad contraria, aſſeuerans, nu. 57. hanc opinionem indiſtincte ſequendam, tam in cōſulendo, quam in iudicando, vti magis cōmunem, & probabiliorem, vt illam alijs relatis in ſimili ſequitur Lamb. in comment. ad ſtatutum prohibens mulierem ſine certa ſolen. contrah. in glo. mariti. q. 6. Port. Imo. at teſtans de receptiori conſi. 21. num. 94. & de Decio valde irridentad eum apoſtil. dicentes, illum male conſuluiſſe, & ſtultis iudicibus, aut ſaltem conſultoribus tenebras offudiſſe. & ita in ſpecie ſentit Alban. ad Bar. in l. 1. nu. 16. C. de ſum. trin. intelligendo eum ſm authori. Bal. ad quam pro deciſione ſe remittit. in l. Deo nobis. nu. 6. C. de epi. & cle. Nec obſtat cōmunis ille loquendi vſus, ſecundum quem maritus & uxor, conſumato duntaxat matrimonio, videntur haberi, cū antea ſponſus, & ſponſa dicantur, ſuper quo Dec. alleg. conſil. 540. ſuum ualidius conſtruit fundamētum, ac de quo ēt uſu non deſunt, qui atteſtentur. Nam ꝙ in agro nr̄o Alexādrino talis uſus loquendi uigeat, ut maritus & uxor conſumato tā tum matrimonio appellentur, antea uero dicantur ſpōſus,
27 & ſponſa, nondū percepi, de quo tñ in ſpecie † conſtare hēt, vt per Rip. in 5. reſp. nu. 11. de iure gent. & Paris de Pu. de ſin-
28 dicat. uerbo, doctor. nu. 9. ſentio quidem, †ſponſum & ſponſam, ut plurimum, appellari toto illo tempore, quo durant feſtiuitates, quæ fiunt, cum mulier ad uiri domum ducitur, ꝙ ut plurimum, contingit, etiam conſumato matrimonio, quæ uulgo appellantur le nozze, ut meminit Abb. d. c. tertio
29 loco. col. fi. de ſponſ. conſ. 1. nu. 4. li. 1. ad quas † accedere non debent niſi inuitati, ſecundum Aret. conſ. 13. nume. 8. & qui
30 †inuitati fuerunt, recipiendi ſunt, ac mulieres, & forenſes, & quæcunque perſonæ graues. Iterum hora prandij uocādę ue niunt, ne alias deceptæ uideantur, ut docet Abb. in c. cum in
31 ter uniuerſas. in fi. de elect. Quinimo cōis uſus uarius † reperitur, cum ſponſam de futuro aliqui quandoque appellent uxorem, & uiceuerſa mulierem, cū qua conſumatū eſt matrimonium, aliqui appellent ſponſam infra annū nuptiarū, & tamē omni reſpectu eſt uxor, ut animaduertit Phan. loco præalleg. nu. 62. & ſeq. Quin etiā, vt inter conuiuiales ſermones ſępe tractari audiui, mulier nomen ſponſę couſque retinet, quo eius humeri a marito fuſte grauati non fuerint. Id que tanto magis, cum reperiam, quod ſecundum communem uſum loquendi peritorum maritus, & uxor dicuntur ſtatim quo contractum eſt matrimonium per uerba de præſenti, vt per Caſt. d. conſ. 154. col. fi. cum aliis ſupra alleg. ſecū dum quem iuriſperitorum uſum credendum eſt, fuiſſe loquutos, qui hanc noſtram cōſuetudine in ſcriptis redigerūt vt docuere Rip. in rub. ff. ſol. mat. nu. 69. Curt. lun. conſ. 5. nu. 12. & ſeq. & Natta. d. conſ. 282. nu. 2. Hęc concluſio citra dif-
32 ficultatem procederet, vbi mulier †de proximo eſſet, vel ad domum ducenda, vel cognoſcenda, cum pro ducta, uel cognita habeatur, quæ de proximo, eſt ducenda, vel copulāda, Salic. cum inte. in fine C. de donat. ante nup. Caſ. d. conſ. 154. col. 3. ver. ſed certe. lib. 1. Alex. conſ. 129. num. 7. & ſeq. lib. 7. Dec. alleg. conſ. 542. num. 13. conſ. 577. num. 6. cum aliis con geſtis per Phan. d. glo. 2. num 48. & ſequentibus. Quę amplia
33 tur, vt procedat etiam quod matrimonium † momento duraſſet, Bal. vbi Alex. Iaſ. & alii in l. non tantum. C. de leg. Dec. alleg. conſ. 577. num. ante 13. in c. de cauſis num. 6. uer. & præ dicta concluſio, de off. deleg. Cotta in memor. momentum, uerſ. ſecundo per hoc. Rolan. atteſtans de communi q. 49. de lucro dot. refert, & ſequitur, Phan. aliis relatis vbi ſup. nu. 67. & ſeq. Natta d. conſ. 282. col. 2. Ampliatur ſecundo, etiam quod aliqui ita ſenes deſponſarētur, ut nulla ſpes prolis ſub
34 eſſet, nam etſi id potius connubium, †quam matrimonium ſit, mulierque potius cōcubina, quam vxor dicatur, vt apud Felin. in c. cum ſit. num. 15. de foro comp. & late Iaſ. con. 115 in prim. dubio. lib. 1. adhuc tamen locus erit diſpoſitioni. cū, inter eos adeo ueræ ſubſint nuptiæ, ut ex iure, & communi. uſu loquendi uxor & maritus appellentur, ut in ſpecie not. Chaſſ. in conſuet. Burg. in 4. rub. §. 8. uerbo, & ſi le douhaire in fine. & late Rolan quæſt. 103. lucri dotis, improbato Iaſ. loco præalleg. & ſuadet quoque identitas rationis. Tertio concluſio extenditur, ut procedat, etiam quod maritus, & uxor ſeorſum habitarent, ut aliquando inter conſulares perſonas accidit, & in tranſmarinis mercatorib. ſæpe uid emus, ex quo inter eos adhuc durant nuptiæ, & non coitus, ſed maritalis affectio matrimonium facit. l. cum hic ſtatus. §. ſi mulier. ff. de donat. int. uir. idem ubi ſimulatum fieret diu ortium ut, l. uir. mulier. ff. eod. ac not. Io. Lup. in rub. ext. eod. §. 34. Quar to diffunditur concluſio. eſto quod matrimonium, ſeu ſponſalia de præſenti contracta eſſent inter abſentes per nuntiū, ſeu procuratorem, ut fieri poteſt modo ſpeciale mandatū, habeatur. ut c. fin. & ibi ſcrib. de procurat. in 6. ac no. Abb. in c. ex patte 2. num. 2. de conuer. coniug. & ut pli mum inter magnos princeps ſeruari ſolet, aut etiam per par ētes, fratres & alios a iure permiſſos, ut apud Io. Bap. Ferret. conſil. 79. in
35 princ. Cum hoc in caſu non minus ueræ, ac ratę † ſint nuptiæ quam ſi inter præſentes contractæ eſſent. Couar. de ſponſal. 2. parte c. 1. §. 1. num. 4 & 5. & c. 4. num. 8. ſicque uir, & uxor dicantur, & per conſequens comprehenſi remaneant diſpoſitione, cum eius uerba conueniant, qui licet ſint abſentes, & forſan nūquam oculis ſe uiderint, non propterea fit, quin
36 inter eos coniugalis amor ſubeſſe poſſit, quia †non uiſos diligere poſſumus quinobis per famam, uel alio modo cogniti ſunt, ut in materia no. gl. diſt. 29. q. 1. uerbo, quod autem, fit enim ſępenumero, ut quos nūquam uidimus, amemus, & obſeruemus. § fi. inſt. de hęr. inſt. ubi Port. Limitatur concluſio non procedere, vbi communis vſus. ſeu conſuetudo probaretur, non appellari niſi ſponſam, quæ adhuc traducta nō eſt, vel nondum cognita fuit, Tunc hoc legitime ꝓbato ceſſabit diſpoſitio, ex quo eius uerba non conueniunt, ita Soc. in l. qui fuerit, in fine, ubi id pro indubitabili habet ff. de condi. & dem. Nam in omni materia a communi vſu loquendi ſumenda eſt ſemper interpretatio. l. cum de lanionis §. aſſinam ff. de fundo inſt. l. Labeo ff. de ſupp. legat. Dec. conſ. 472. num. 13. Curt. conſ. 9. num. 10. vbi is inquit, quod communis
38 †uſus loquendi derogat omni regulę omnique conſtitutioni in exaudiendis ſermonibus. cum aliis late congeſtis per Tiraq. de retract. municip. §. 2. glo. 1. num. 5. & ſeq. quod frequentiſſimo omnium calculo receptum atteſtatur Couar. lib. 3. var. reſol. c. 5. num. 1. & in hoc caſu ſaluari poteſt Dec. in alleg. conſ. 540. ut ſuper hoc communi uſu loquendi præcipue ſe fundat, & illum ſic admittit Phan. alleg. glo. 2. num. 72. ac Idem in effectu ſentit Coua. alias per Dec. alleg. de ſpō ſal. 1. parte c. 1. num. 4. & longe clarius in ſecunda parte. c. 1.
38 num. 4. Idque eo planius †in re conſuetudinaria, qua nos verſamur, procedere, arbitror, quō facilius conſuetudo ſecundū communem, & conſuetum loquendi modum, qui frequentatur in prouincia, intelligitur, cum in habētibus Symbolū ſacilior detur tranſitus §. hodie Inſt. de adoptio. & proinde, non immerito Dec. in c. cauſam quę col. fin. de reſcript. cōſilio 11. colum. 3. verſicu. prima quia. conſil. 301. num. 8. ait,

Source : BIU Cujas

39 ꝙ verba ſtatuti intelliguntur ſecũdum diſpoſitionem alio
rum ſtatutorum, potiuſquam ſecundum ius commune, Al
ciat. l Centurio nu. 29. ff. de uulg. quo argumento vſus eſt in
ſpecie Curt. Iun. conſ. 6. nu. 12. aſſeuerans & ipſe, diſpõnem
ſtatuti potius declarari, & intelligi ſecundum diſpoſitionẽ
aliorum ſtatutorum, quam iuris communis, tanquã inter ip
ſa ſtatuta maius conſortium, maiorque communicatio ſub
40 ſit, vt idem in conſuetudine † obſeruat Crau. conſ. 118. nu. 4.
aſſerens, conſuetudinem recipere potius interpretationem
ab alia conſuetudine, quam a iure ſcripto, hinc Dec. conſil.
586. nu. 4. vult, conſtitutiones feudales cum vim recipiant a
ꝙ ſuetudine, illis facilius a ꝙ ria conſuetudine derogari, & nõ
minus clare voluit Bal. in c. 1. nu. 5. de feud. March. commu-
nem vſum loquendi in iure maxime cõſuetudinario ſpectã
dũ eſſe, Tiraq. de retract. munic. §. 1. gl. 10. nu. 12. Durũ tñ, at-
41 que difficile admodum fore arbitror agẽti † (Cui rale onus
incumbit, vt per Ale. conſ. 5. col. pen. li. 3.) probare huiuſmo
di cõem loquendi uſum ſecundum ꝙ dicit Soc. conſ. 37. nu.
12. lib. 3. & Felin. in proemio decret. in princ. nu. 17. Si quidẽ
ſecundum aliquos non communis idiotarum, ſed peritorũ
vſus attendendus eſt, Roma. conſ. 4. Alex. conſ. 2. nu. 17. lib.
42 1. & d. conſ. 5. nu. 11. vbi fortius inquit, ꝙ quando verba † pro
lata in vulgari a teſtatore, ſeu ab alio diſponente latino ſer-
mone ſcripta ſunt verba, illa ſecundum iuris interpretationem intelligenda veniunt, non autem ſecundum uulgarem loquendi modum, ad idem Dec. conſi. 366. nu. 8. Soc. Iun. in rub. ff. de op. no. nunt. nu. 91. & 94. Bero. q. 94. nu. 2. Nat ta conſ. 282. nu. 2. & Rolan. conſ. 83. circa fin. lib. 3. Siquidem quoque ſpectari debet, quia a maiori parte populi receptus eſt vſus Cur. conſ. 9. nu. 9. Feli. in alleg. proem. decre. in prin. nu. 16. Nec nõ quo loquuti ſunt periti, ubi ab excellẽtiſſimis aut recepta, aut in ſcriptis redacta fuerit conſuetudo, vel ſi ab imperitis, q graſſa minerua uſus accipi ſolet, vt p Alciat. lib. 2. de uerb. ſig. ver. declaranda tamen, tantoque durius ar bitror, cum probandus ſit communis vſus loquendi illiuſmet temporis, quo conſuetudo recepta fuit, non qui poſtea inoleuerit, nec qui hodie forſan in agro Alexandrino habea tur, qđ probat Soc. in l. Gallus. §. ſi eius nu. 6. ff. de li. & poſth. ſequitur Alciat. alleg. lib. 2. ver. nec illud omittendum, Dec. c. in præſentia nu. 33. uer. & in tali communi, de probatio. cõ ſil. 365 propefinem, & conſi. 366. nume. 8. Brun. ꝙ extãt. ma ſcu. 12. art. q. 21. circa fi. nu. 284. ꝙ valde commendat Curt. iun in l. 1. nu. 68. ff. ſi cer. pet. conſ. 5. nu. 14. & conſ. 176. nu. 3. Rolan. vbi ſup. nu. 20. & Pariſ. in rub ff. ſol. matri nu 83. & in modo capitulandi magnifacit Ferrat. caut. 52. Soc. iu. in rub. ff. de op. no. nunt. ante nu. 91 & 94. & ex his formã capitulan
43 di † habes, etſi aliam in materia obſeruandam tradat Bart. in l. Labeo. nu. 6. ff. de ſup. lega. & in not. caſu Euer. loco ab opinione vulgi. nu. 7. & nobiſcum ſentit Alciat. in l. vt Alfenus in fi. ff. de ver. ſig. poſt recentiores in alleg. rub. ff. de op. no. Se cundo loco non procederet concluſio, vbi diſpoſitio nõ ſim pliciter de viro & vxore, vt hæc noſtra ſe habet, loqueretur,
44 ſed cum tali adiectione, vt præter ſponſalia aliud cõcurrere deberet, veluti quia loqueretur de vxore copulata, vel ducta tunc ſponſalia nõ ſufficerent, niſi vel cognita, vel ducta fuerit. Bal. l. non ſine. nu. 1. C. de bon. quæ lib. Ale. conſ. 129. nu. 2. li. 7. Soc. conſ. 8. col. 1. li. 3. Bero. conſ. 40. nu. 25. lib. 1. Rolan. de lucro dot. q. 108. & 109. & Phan. eod. tract. gl. 2. nu. 73. & ſeq. & nu. 101. & ſeq. vbi id ſublimitat, niſi diſpoſitio de ducente vxorem loqueretur, eum dicatur quis vxorem ducere, etiã ꝙ matrimonium per verba de præſenti cõtrahat. Rurſus id qnoq; intelligas vbi rubrica concordaret cum nigro, ſecus ſi rubrica de viro & vxore generaliter loqueretur, nam tunc etſi nigrũ adiectiue de copulata, vel ducta loquatur, vxor tñ nondum cognita, vel ducta, ſub generalitate rub. comprehẽ ſa erit, ex traditis per recentior. in l. prima. circa princip. ff. ſi certum pet. ac not. Rolan. de lucro dot. quæſt. 9. & cum eo Phan. loco præalleg. nu. 69.

SVMMARIVM.

1 *Vxori putatiuæ num maritus prohibitus ſit legare.*
2 *Nauarra nonnulla ad concilium Trid. de matrim. contrahendo notanda ani maduertit.*
3 *Vxor illicita dicitur vxor, licet non vera ſit vxor.*
4 *Legari non poteſt ei, cum qua illicitum habetur matrimonium.*
5 *Lucra matrimonialia ex reprobatis nuptijs nulla proueniunt.*
6 *Ratio hic prohibendi eadem in putatiuo, quæ in vero matrimonio milit. at.*
7 *L. ſi ex voluntate C. de do. int. vir. & vx. explanatio.*
8 *Matrimonij veritas quod operatur, idem operatur opinio.*
9 *Matrimonium verum, ac veri coniuges cenſeri debent, nondum inualidita-*
te ipſius legitime detecta.
10 *Vxor illicita melioris conditionis, quam legitima eſſe non debet.*
11 *Luxuria amplius caſtitate non habet.*
12 *Statutum excludens maritatam, num putatiuo matrimonio copulatam com*
prehendat.
13 *Vxor putatiua propter adulterium perdit dotem, quemadmodum legitima.*
14 *Mali melioris conditionis, quam boni, eſſe non debent.*
15 *Stulti melioris conditionis eſſe non debent, quam periti.*
16 *Coeuntibus contra phas honor non debetur.*
17 *Leges non luxuriantib. ſed pudicis fauent.*
18 *Caſus varij, in quibus diſpoſita in marito, & vxore, locum etiam habent in putatiuis.*
19 *Legatum a marito, impedimenti matrimonij non ignaro, factum vxori pari ter ignoranti, & bonæ fidei, tenet.*
20 *Ignorantia hæc qualis eſſe debeat.*
21 *Vxori putatiuæ in cauſam alimentorum, ſeu dotis relinqui poteſt.*

Quæſt. II.

1 Huic proxime ſubintrat, num maritus † legare poſſit vxori, quæ vera vxor non eſt, licet ita teneatur, quum ſcilicet matrimonium non valet, quod opinatum, ſeu putatiuum appellatur, vtpote, contractum in gradu prohibito, aut iuris ſolennitate prætermiſſa, qualis forte eſt, quæ pridie, a S. Trid entina Synodo præſcripta fuit, ſeſſ. 24. c. 1. de refor. matr. quæ in omni foro præualet, cum de re matrimoniali agatur, Bar. l. 1. & Salyc. l. fi. C. de interd. matr. Aret. §. illud. nu. 2. inſt. de nupt. Abb. in rubr.
2 de coniug. Leproſ. & c. 12. nu. 3. li. 1. & ad quam † nonnulla ani maduertit Nauar. in ſuo manual. confeſſ. c. 22. tit. de impedimento, inrerd. & fer. nu. 69. & ſeq. & c. 25. in fi. nu. 144. cui qõni reſpondendo, dico, ꝙ prohibitio adhuc procedit, vt lega-
3 re non poſſit. tum quia † vxor illicita dicitur vxor. l. pri. & ibi Bal. uerbo, uxori. C. de nat. lib. l. eum qui. C. de adulte. l. Claudius. ff. de his, quib. ut ind. licet uere vxor non ſit. l. ſi quis inceſti, in princ. C. de inceſt. nup. vnde ſi conueniunt uerba, cõ uenit & diſpoſitio, ut ſupra q. proxima. num. 24. tum quia iu
4 re receptum non eſt, ut quis † ei legare poſſit, cum qua illicitum habetur matrimonium. l. vxori maritus. ff. de vſuf. leg. l. fi. de leg. 1. l. 2. ff. de his, quibus ut indig. l. præfectus. ff. de ritu nup. ſecundum, quod declarat Coraſ. in l. qui liberos nu. 69. ff. de ritu nupt. & clarius Petr. Pech. de teſtam. coniug. li. 1. c. 25. numero 2. & ſeq. & in notab. caſu tradit Excel. præceptor Dom. Ceph. conſi. 390. num. 73. & ſeq. lib. 3. ſicuti nec in ter iſtos coniugalis donatio tenet. l. 3. §. 1. l. cum hic ſtatus. §. fi. ibiq; Bal. ff. de don. inter vir. l. ſi ex voluntate. C. eod. Caſt.
5 conſi. 352. colum. fi. li. 1. & generaliter ex † reprobatis nuptijs nulla matrimonialia lucra proueniũt. l. qui contra, & auth. inceſtas, in princ. C. de inceſt. nupt. ac notat. Rol. q. lucri dotis 97. & ita in ſimili, vt legatum factum per maritum vxori in gradu prohibito non debeatur. conſuluit Bal. conſi. 439. ſup primo puncto in 1. dub. li. 4. cum quo concordat Bar. in l. miles, ita. §. mulier, in fine. ff. de teſta. milit. Capra conſilio 127. nu. 4. & ſeq. Pech. & D. Cepha. locis præalleg. tum etiam quia
6 ratio prohibendi, quæ in uero, & legitimo matrimonio conſideratur, ut ſupra præfat. 5. eadem quoque in falſo, & putatiuo militat, & per conſequens idem ius ſtatui debet, uulg. l. illud. ff. ad l. Aquil. l. ſi poſtulauerit, ibi, ratio. n. ff. de adulter.
7 Huc optime ſpectat tex. † in l. ſi ex uoluntate. C. de douat. inter uir. ſecundum Connan. in comment. iuris ci. li. 8. co. ti. de donat. inter uir. dum tex. explicando ea in parte, qua uult, & ſi donatio facta ab eo, cum qua matrimonium iure non ualet, ipſo iure teneat, attamen quia indigna perſona eius fuit qui nec maritus dici poteſt, utiles actiones in ea reuocanda competere, ait Connan. ipſo iure ualere donationẽ, hoc eſt, inſpectis uerbis prohibitionis, quæ de uiro & uxore loquuntur, at hic neque uxor ea eſt, quæ donauit, neque maritus is, cui donatum eſt, cum nullum ſit matrimonium, tñ par rõ eandem in his conſtituit æquitatem, ſatis. n. eſt, ꝙ ſe amore coniugali inuicem diligebant, qui amor huic legi cauſam dedit, hæc Connan. cuius traditio præpoſitæ quæſt. per optime confert. Ad quod etiam facit, ꝙ propter falſam demonſtrationem legati mulier plus aſſequi non poteſt, quam ſi uera demonſtratio fuiſſet, ut celebris eſt tex. in l. cum tale. §. fi.
8 ff. de cõd. & demon. quod enim operatur † ueritas matrimonij, quando verum eſt, idem operatur opinio matrimonij quando eſt opinatum, & putatiuum, Dec. conſ. 153. nu. 2. in fi. & Soc. iun. conſ. 39. nu. 44. & ſeq. li. 3. Vnde id præcipue locum habebit, ubi legatum factum reperietur antequam de iniuſto, & inualido matrimonio legitime detectum fuiſſet,
9 ex quo interim † uerum matrimonium, uerique cõiuges cẽſeri debent, idemque ius ſortiri, ita Phan. de lucro dotis. glo. 2. nu. 27. multo magis poſt cognitam, atque maculam detectam, ob malam fidem, & dolum, quæ concurrunt. ut Salic. & doct. in d. l. qui contra. Bal. Capr. Pech. & D. Ceph. in locis
10 præalleg. cum Alioquin † melior conditio eſſet earum, quę improba, & illicita coniugia contrahunt, ſicque delinquunt quam ſint legitimæ uxores, quod inra pati non ſolent. l. 3. §. 1. ff. de donat. int uir. & ut habetur in auth de reſt. & ea, quæ
11 par. in fine, non amplius † habet caſtitate luxuria, per quem text. uult glo. in capitulo ſtatutum, uerbo uolumus, de hære.

Source : BIU Cujas

in 6. quòd diſpoſitio illa, per quam filij hæreticorum ad aliquod munus Eccleſiaſticum non admittuntur vſque ad ſecũdam generationem, extenditur etiam vſq; ad filios illegitimos, ne plus tribuatur luxuriæ, quàm caſtitati. & ad rẽ bonus eſt tex. in l. his ſolis, in fine C. de reuoc. donatio. Ibi, quis eſt enim qui his aliquid arbitretur tribuendum, cum ẽt illis, quæ iure ſecundas tantũ ꝓtraxerunt nuptias, nihil ex his priuilegiis tribuẽdũ eſſe velimus, ex quo tex. Brun. qđ ext. maſc.
12 6. art. 3. memb. q. 17. numer. 280. tradit, quòd licet † ſtatutum excludens maritatam, non liget eam, quæ matrimonio præſumpto, ſeu inualido eſt coniuncta, id verũ eſt, niſi adſit culpa, ſeu dolus ipſius, ne ſit melioris conditionis, quam legitime contrahens, ad idem text. in l. ſi vxor. §. 1. ff. de adult. Vbi vxor de facto, aut putatiua adulterij nomine punitur, tanq̃ vera uxor, ne putatiua vxor, & de facto, melioris ſit conditionis, q̃ vera, & legitima, vt text. hunc declarat Crau. de antiq temp. 4. par. ſectio. videamus modo. ſ. limit. qui eadem rõne
13 inquit, quod putatiua vxor † ita perdit dotem propter adulterium, ſicuti vera vxor, ne plus tribuatur vxori putatiuæ, & de facto, quam veræ, per gl. cõiter receptam in c. plerique de donatio, aliaq. ſimilia refert. & proinde alibi habemus, quod
14 non † debent melioris conditionis eſſe mali, q̃ boni. l. non ſolum. ff. de noxa. l. ſi a patre. §. ſi prædo. ff. de pet. hær. l. inficiando. §. infans. ff. de fur. ibi, & quid tam ridiculum eſt, quã me-
15 liorem conditionem furis eſſe, exiſtimare, nec ſtulti, † q̃ periti. l. ſeruius. ff. quod vi, aut clam. c. ei qui. de præbend. in 6. & regula generalis eſt, neminem ex ſuo delicto meliorem ſuã facere conditionem poſſe. l. non fraudantur. §. nemo. ff. de reg ul. iur. tex. ad idem in l. ſi ab hoſtib. §. 1. ff. ſol. matr. ibi, nõ. n. æquum, virum, ob facinus ſuum dotem lucrifacere. Hinc ẽt
16 videmus, ꝙ his, qui † contra fas coeunt, honor non debetur in omnib. gl. in l. ſi concubina, in princ. ff. rer. amot. ſed inter viles reputantur. § quia vero legem, in fi. auth. vt liceat matri. hinc quoque † leges non luxuriantibus, ſed pudicis fauẽt.
17 §. pe. auth. qui. mo. na eff. ſui. & demum plures alii nõ deſunt
18 caſus, † quibus diſpoſita in marito, & vxore, nõ minus in his, qui putatiui maritus & vxor dicuntur, quam qui veri, atque legitimi ſunt, locum habent, vt apud Io. Lup. in rubr. de dona. inter vir. § 36. latius Tiraq. de legib. connub. glo. 8. verbo, de ſon mari. q. 33. nu. 253. & ſeq. & Nouocom. ad ſtatu. proh. mul. ſine certa ſol. cont. gl. 8. verbo, mariti. q. 7. & ita nuncupatim obſeruat Alban. ad Bar. in l. 1. nu. 16. C. de ſu. trin. Cre-
19 derem tñ, ꝙ vbi maritus † non ignarus impedimenti matrimonij vxori pariter ignoranti, & bonæ fidei legaſſet, legatũ huiuſmodi ſubſiſteret, tanquam illud in recompenſationẽ amiſſi pudoris, & in præmium violatæ pudicitiæ ſuccedat, præcipue conſumato iam matrimonio, & quidem cum uirgine, ubi res adhuc non eſt integra, ſed mulier perpetuo remanet corrupta-ex traditis per Bal. nouel. tract. dotis. 11. par. 10. & 12. memb. col pen. & ſeq. cum quo tranſit Io. Lup. d. §. 36. col. fi. & facit ꝙ in ſimili idem Lup. ſ. dixit §. 30. nu. 3. cum
20 ſit, ꝙ in cauſam remunerationis ſuſtinetur legatum, hac noſtra prohibitione non obſtante, vt infra dicemus verbo, viginti, q. 8. num. 82. & plur. ſeq. a quo non longe diſſidet Petr. Pech. d. c. 25. nu. 2. circa fi. Qualis autẽ eſſe † debeat hæc ignorantia, collige ex traditis per docto. in l. qui contra. C. de inceſt. nupt. Bellon. conſ. 74. circa finem. Pech. loco præalleg. num. 3. & ſequ. & latius ex Nouel. alleg. 11. parte, necnon ex D. Ceph. d. conſ. 390. nu. 73. & ſeq. Reperio etiam, quod Alb. ad Bar. in d. l. 1. num. 16. C. de ſum. tri. ſubdit, concluſionem hanc forte poſſe limitari ſecundum tradita in c. cum haberet, de eo qui, dux. in mat. quam pol. &c. Cuius dictum (poſtquam eius animus non explicatur) ad nil aliud accommo-
21 dari poſſe, arbitror, quam quod † putatiuæ vxori relinqui valeat, hac prohibitione non attenta, quo ad alimenta, aut ad dotem cõſtituendam, prout in d. c. cum haberet, de filia ſpuria dicitur, cui pater, eius incapacitate non attenta duob. his caſibus ſecundum æquitatem canonicam relinquere põt, ut ibi præ cæteris not. Abb. num. 5. pro vt etiam de relicto in cauſam alimentorum loquitur Cuma. ab ipſo Alban. pro ſimili excitatus. conſi. 30. Verum hæc ubi ita ſint, intelligas in caſu meræ inopiæ, & neceſſitatis, ubi mulieri aliunde ſuccurri non poſſit, vt inf. prox. q. in fi. & uerbo ſolidos q. 6. quod in muliere bonæ fidei citra difficultatem arbitror, ex proxime deductis.

SVMMARIVM.

1 *Concubinarius nũ ſtante hac prohibitione amaſiæ, ſuæ vel concubinæ legare poſſit, & num. 12. Deinde num. 15. & ſeq. authoris diſtinctio ponitur, qua ceſſat omnis contrarietas. cum declarationibus num. 38. & ſequen. ad finem vſque.*

2 *Concubinarius non dicitur maritus, nec concubina vxor, tam in fauorabilibus, quam in odioſis.*

3 *Donatio in concubinam eſt, permiſſa, licet ſecus in vxorem, intelligendo, tamen vt infra nu. 14. 28. 32. & ſeq.*

9 nem intelligas respectu † stipendiorum, ac cæterorum bonorum, quæ causa militiæ secum milites habent, cum quo ad hæc tantum pro ciuibus habeantur, vt Bar. seipsum declarat in tract. represal. in 5. q. suæ. 5. q. prin. Io. Iacob. a Canib. eodē tract. in 1. par. 21. limit. & in hoc ad Bar. se remittit Bru. alle. 6. ar. nu. 22. ac cæteri alii, vt plurimum, se quoque remittūt, conferunt not. per Fel. in c. dilectus 2. in 9. concluſ. de reſcri. per Dec. in l. 1. circa fi. ver. secundo. prædicta conclusio. C. vn de vir. & quæ a nobis supra scripta sunt. 8. præfat. nu. 16.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator, Prætor, Aduocatus Fiscalis, & alij quicunque Officiales, & Magistratus, hac prohibitione comprehensi, limit. num. 5.*
Don Rodericus a Tolletto per Illust. Gubernator, vir Strenuissimus, & Nobilissimus.
Iacobus Philippus Brambilla Clarissimus, & integerrimus I. C. Alexandriæ Prętor.
Matthæi Marquinę Aduocati Fiscalis Alex. commemoratio.
2 *Gubernatori de iure communi sublata est facultas concubinis largiendi, Prætori idem, & reliquis sup. nominatis.*
3 *Gubernator, & cęteri instar ciuium prętoriam iurisdictionem declinare possunt.*
4 *Alciati consultatio periculosa circa domicilij constitutionem præfecti vrbi, vel castri.*

Quæst. VI.

1 **Eadem clase** conueniunt ciuitatis gubernator, in pręsentiarum per Illust. D. Don Rodericus a Tolleto vir strenuissimus, atque nobilissimus, & a me nunquam satis laudatus, cui meum hoc opusculum offerre, præscripsi. Necnon prętor, nunc Clariss. & integerrimus I. C. D. Iacob. Philippus Brambilla. Item aduocatus Fiscalis, nunc D. Matheus Marquina I. C. scientissimus, Doct. cęterique alij officiales, & magistratus, qui hic degere reperiuntur. Cum & ipsi dicantur ciues, donec in officio cōmorantur, Bar. alleg. l. 1. col. 3. & l. municipes. §. fi. ff. ad municip. l. ciues, & ibi etiam Plat. col. 4. C. de incol. li. 10. Barba. cap. Rodulphus, nu. 136. & 139. de reſcr. Seuer. l. 1. nu. 141. C. de sum. trin. Brun. ꝙ ext. maſcul. 6 art. num. 22. Paris de Put. inferens ad quæst. de facto, tract. ſind. verbo, ciuilitas, & verbo, ſtaturū ciuitatis, Ang. cons. 23. nu. 2. Rom. cons. 216. colu 1. & in ſimili ſtatuto Anchar. cons. 213. nu 3. Soc. c. fi nu. 29. 34. & 35. de fo
2 ro comp. Boer. decis. 260 nu. 19. Quibus etiam instar † militū de iure communi sublata est facultas concubinis largiendi Bar. Ias. & Rip in l. miles, in fine princ. ff. de re iud. Roma. l. affectionis. ff. de donat. vbi ait. Ita consultum Perusij, & iudicatum Spoleti, Ant. Petr. l. 1. in 3 effectu iur. prope finem. ff. de iureiuran. Lup. in rubr. ext. de donatio. inter virum, §. 37. nu. 14, & sequen. & §. 38. Vbi asserit, idem esse in licentiato, Bened. cap. Raynutius, verbo, & vxorem nomine Adel. decis. quinta, num. 161. de testamē. & de communi attestatur Bermond. de pub. concub. §. contra prædictos, nu 19. ductus identitate rationis, qua miles prohibetur concubinis relinquere, Iodoc. in ſuo enchir. parium, verbo, miles. Franc. Marc. deci-
3 sio 127. & Rolan. cons. 11. nu. 20. li. 2. Et proinde, cum ij † omnes ſuperius nominati ius ciuilitatis adepti ſint, instar ciuiū iurisdictionem prætoriam declinare recte poterunt, nixi beneficio illius antiqui decreti, quo prætor in causis ciuilibus nullam habet iurisdictionem, præterquam inter forenses, vel vbi aliqua partium sit forensis, vt ad ſimile ſtatutum, infert Barb. d. c. Rodulphus, nu. 139. quo cum disponeretur, forenſem coram officialibus bulectorum esse conueniēdum, vult, doctorem forenſem illic legentem posse talem iudicē declinare, ex eo quod doctor in ea ciuitate dicitur ciuis, in qua legit, ad quod conferunt ſupra not. prefat. 8. nu. 69. & ſe-
4 quen. E quibus periculoſa redditur † conſultatio illa Alcia. conſ. 3. lib. 2. quum vult, prefectum caſtri, vel urbis non contrahere domicilium in loco ſuæ prefecturæ, nec gaudere ſtatutis illius loci, ex eo ꝙ is, non animo ibi perpetuo habitandi, ſed completo officio recedendi, illuc acceſſit, vnde ēt per mille annos, domicilium acquiſiuiſſe dici non poteſt. Nam Alciati argumentum etſi in eo, quidem domicilio, quod propria voluntate contrahitur. ſ. incolatu, & habitatione procedere poſſit, (licet de hoc adhuc dubitet d. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. caſu 86. in fine) in domicilio tamen, quod legis prouiſione prouenit, ut hic, ſubſiſtere nequaquam poteſt, vt ſic diuerſimode ſuccedere poſſe declarat Soc. d. c. fi. in 6. qō. principali, de foro competenti. attento, quod quis tale ciuilitatis domicilium adipiſcitur, quod ibi ſtatutis ſubeſt, & gaudet, vt ex Socino iuniore, & ex ſupra relatis eſt uidere.

Source : BIU Cujas

5 Crederem tamẽ, iſtud intelligi debere † reſpectu dumtaxat bonorum, quæ hic reperiuntur, per ea, quę ſupra in 8. prefatio. nu. 16. & proxima quæſt. diximus in fine, nec non ubi ex conſuetudine, & communi opinione ij omnes non pro ciuibus ſed pro forenſibus per omnia reputarentur, ſecundum Anch. d. conſ. 213. num. 3. quod forte hac in noſtra ciuitate difficilis probationis non erit.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi num prohibitione comprehenſi ſint, ne eorum uxoribus relinquant*
2 *Iudæi circa fœnora verſantur reſolutio. nu. 4.*
3 *Iudęi publice fœnerantes. num teſtamenta condere poſſint, citra cautionem de uſuris reſtituendis.*
5 *Iudęi iure communi uiuunt, & ea habent, quę ciuium Romanorum ſunt.*
6 *Filij hebræorum patrię poteſtati ſubſunt.*
7 *Donatio inter coniuges hebræos non ualet.*
8 *Iudæus maritus ad donationem propter nuptias tenetur, Vnde ad conſuetudinem noſtram Alex. ſit illatio.*
9 *L. Fœminę. C. de ſec. nup. in fœmina iudęa locum habet.*
10 *Iudæi quantum ad legales pœnas lege, & Canone ligantur, præcipue dum teſtantur.*
11 *Statuta quęcumque, & immunitates loci iudæis competunt.*
12 *Iudæi de eodem populo, & corpore ciuitatis dicuntur.*
13 *Conſuetudo loci ligat iudęos.*
14 *Inſtrumentis conficiendis inter hebrœos ſeruanda eſt ſolennitas conſuetudinis loci.*
15 *Conſuetudo Bulgari circa legatum uſusfruct. locum habet in iudæis.*
16 *Iudæi iuſtas contrahunt nuptias, licet eorum matrimonium ratum non ſit.*
17 *Hebræi coniunx, & uxor dicuntur.*
18 *Lex moſaica in primis inter hebræos eſt ſeruanda deinde lex loci, poſtremo ius commune, niſi ſpecialis lex, ſeu conſuetudo inter eos adſit, quæ etiam moſaicę eſt præferenda.*

Quęſt. VII.

1 **Sequuntur** Iudæi, † num hac noſtra conſuetudine ſeu prohibitione comprehenſi ſint, ne eorum uxoribus relinquant. Nec interim quiſpiam putet, quęſtionem hanc nihil nobis profuturam. Ex eo quod cum 2 iudęi † verſentur circa fœnora, vt dicit Bal. conſ. 2. per ſtatutũ num. 3. lib. 2. & nos uidemus, rem totales biæ notam fore, eis ſublata uidetur facultas teſtandi c. quamquam de uſur. in 6. ubi manifeſti uſurarii teſtari non poſſunt, niſi pręſtita cautione de uſuris reſtituendis, alias eorum teſtamentum redditur ipſo iure nullum, vnde ſi teſtamentum ſit nullum, ad quid quærere de legatis, quæ cum eo corruunt, vt ibi expreſſe dicitur, attento etiam, quod qui reſtari non poteſt, nec ẽt, fidei committere, & legare. l. 1. cum ibi notatis de leg. 1. Quoniam imo iudæi † publice fœnerantes teſtari poſſunt, & ad eorum libitum de rebus ſuis diſponere tanquam non comprehenſi diſpoſitione d. c. quanquam, ut in pleno conſilio tradit Aret. conſ. 157. vbi dicit, ita communiter ſeruari. Alex. cum. eo conſ. 6. lib. 6. Soc. conſ. 70. cum duobus ſeq. lib. 1. Alciat. c. cum non ab homine 2 no. num. 10. de Iudic. & lib. 1. de uerb. ſigni. Charta paruæ impreſſionis 19. ſentirque Pic. in l. qui ſe patris. col. 2. in ſua diſtinctione. C. vnd. lib. Marquar. tract. de iudæis 2. parte c. 1. num. 2. & c. 5. num. 2. Mar. ſing. 609. Dilec. de art. teſtan. caut. 7. num. 2. de his, qui non habent teſt. fact. Ant. Gabriel. lib. 4. pe teſtam. concluſ. 3. num. 8. & Natta conſil. 621. in princ. adeo quod hæc uidetur magis recepta opinio, & ſi non deſierint, qui dubitauerint de ea, vt pote Dec. c. 1. 2. lect. num. 8. de conſtit. c. 1. nu. 10. de probatio. Curt. iun. l. eius, qui in prouia. num. 5. ff. ſi cert. pet: & Couar. lib. 3. Var. reſol. c. 3 num. 9. Redeundo tamẽ ad inſtitutum, dubio proc 4 ul hebrœos † hic comorantes hac nſra prohibitione fore com 5 prehenſos dicendum eſt, propterea quod ipſi † communi iure Romano uiuunt, ac habent ea, quæ ciuium Romanorũ, ſunt. l. iudæi, & ibi notat Bart. C. de iudæ. Alexan. conſil. 75 num. 6. lib. 5. Corn. conſil. 114 col. fin. lib. 1. Hipp. Rimin. dicto 6 conſ. 119. colum 1. & 2. unde fit, quod patriæ † poteſtati ſub ſunt, Alex. d. conſ. 71. num. 2. lib. 2. Pariſ. conſ. 2. num. 40. lib. 4. ac tamquam ſub patria poteſtate exiſtentes non teſtantur Bal. l. nam ciuium. ff. de his, qui ſunt ſui, quia, vt ipſe ait, ſub iure communi exiſtunt, Io. An. cap. etſi iudęos colum. fin. de 7 Iudæ. & rei propius accedendo, uidemus, quod donatio † inter coniuges. iudęos non ſecus ac inter nos Chriſtianos prohibita habetur. Lup. in rub. ex de donat. inter vir. §. 35. in prin 8 cipio ubi inquit, quod iudæi † donationem etiam propter nuptias conſtituere tenentur, vt aſſerit, ſuperius dixiſſe. §. 21. nume. 5. Marquar. dicto. cap. 1. num. 7. & ſeq. Quod notandum uenit pro conſuetudine hic uigente, per quam maritus tenetur uxori donationem propter nuptias facere ad rationem uigintiquinque pro ſingulo centenario, ut ſcilicet, hebræi hic commorantes idem ſeruare teneantur. Primo do di- 9 ſpoſitio † l. fœminæ C. de ſecund. nup. ita locum habet in iu- 10 dæa, ſicut in Chriſtiana, eo quia Iudęi † quantum ad legales pœnas lege, & canone ligantur, Rip. d. l. fœminę num. 3. præcipue dum teſtantur, vt plene per Bero. conſ. 38. col. 4. cum aliquot ſeq. li. 3. Quemadmodum ergo, vbi hebræi exiſtunt in loco, in quo ius cõe Romanorum uiget illud in eis ſeruari debet, eadem ratione, quando reperiũtur in loco quo ſecundum proprias leges uiuitur, hiſce legibus uiuere debẽt l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. vt in ſimili arguit Blanc. de comprom. quęſt. 3. num. 47. uer. ſecundo pro hac. & ante eũ Alexand. conſ. 99. num. 3. & 4. lib. 6. conſ. 13. num. 11. lib. 6. Socin. conſ. 92 num. 12. & ſeq. lib. 1. ac ſentit Corn. conſ. 114. ante finem lib. 1. & generaliter quæcunque † ſtatuta, & immuni 11 tates ciuitatis ita cõpetunt iudæis, ſicuti Chriſtianis in materia tamen proportionabili, Felin. c. iudæi 2. num. 4. de iudæ. Alexan. Soci. & Blanc. ubi ſupra. idem Alexan. conſ. 75. num. 8. lib. 5. Soc. conſ. 119. num. 16. lib. 4. Dec. c. conſuluit. 3. col. 1. de Appellatio. Pariſ. conſ. 2. num. 8. & 9. lib. 4. cum aliis copioſe aggregatis per Tiraq. de iur. primogen. quæſt. 67. per Rolã. conſ. 35. lib. 2. & Hippol. Rimin. d. conſ. 119. num. 8 & ſeq. Dicuntur enim Iudęi † eſſe de eodem populo & corpore ipſius 12 Ciuitatis. Marquar. allegata 2. part. c. 2. in prin. Crot. cõſ. 361. num. 22. Natta conſ. 620. num. 18. Rimin. d. conſ. 119. num. 13. qualis hæc conſuetudo reperitur inſcripta inter ſcilicet conſuetudines communis ciuitatis Alexandriæ, vt ſupra prefatio. 1. num. 3. unde ſicuti ſtatutum de eo ad conſuetudinem ſumpto argõ, vt fit paſſim, locum habet inter Iudæos, vt inter alios de populo eadem ratione inter eos conſuetudo locum habere debet, attento quod nedum ſubiecta materia non diſſidet, ſed eadem prohibitionis ratio, quæ militat in Criſtianis, procedit etiam in iudæis. Et ita quoq; ꝙ Iudęi lege ac propria conſuetudine † loci, in quo habitãt, promiſcue 13 ligentur, ſentit Ale. d. conſ. 75. nu. 8. & non obſcure Curt. c. fi. ſect. 11. quæſt. 15. de conſuet. Marquar. vbi ſupra dicens in finalibus verbis, quod dictum eſt de ſtatutis, eadem ratione intelgi debet de conſuetudine, Burſat. conſ. 182. num. 2. ſicuti vi- 14 demus, ꝙ in componendis † inſtrumentis inter iudæos, ſeruatur ſolemnitas conſuetudinis loci, Felin. c. 1. col. 1. de fid. inſtrum. Ac videmus, ꝙ conſuetudo † Bulgari, per quam legatum uſusfructus omnium bonorum in uxorem, ſtantibus liberis ad ſola alimenta reſtringitur, locum habet in iudęis, Pic. in l. titia. §. titia cum nuberet. quæſt. 24. num. 62. de leg. 2. 16 Cui finitimum eſt, quod iudæi † iuſtas cõtrahunt nuptias Abba. c. fi. num. 3. de conuerſ. infid. ac inter eos uerum extat matrimonium, quamuis non ratum. c. de infidelibus de conſan. 17 & affinit. c. quanto de diuort quib. in locis ij † cõiunx, & uxor appellantur, unde ſi legis, ſeu conſuetudinis uerba cõueniũt pari modo & eius diſpoſitio, uerbis inſeruiendo, conuenire, debet. l. 1. §. is, qui nauem. ff. de Exerc. actio. Caſtr. conſ. 154. in principio. libr. 1. cum aliis ſupra relatis quæſt. 1. num. 24. quo. argumento. vtitur Blanc. de comprom. quæſt. 3. num 47. in 6. fundamento. Non procederet tamen hæc concluſio, vbi eorum lex moſaica adeſſet, quam extare non arbitror, quæ huic noſtræ diſpoſitioni repugnaret, tunc enim illa, & non hæc, ſeruanda eſſet. quoniam. inter iudæos eorum in primis 18 lex † moſaica ſeruanda eſt. Cald. conſ. 30. de teſtam. Felin. c. Iudæi. 2. num. 4. de iude. Alexan. conſil. 6. num. 4. lib. 6. Barba. conſ. 66. num. 10. & ſeq. ad finem uſque lib. 3. Corn. conſ. 65. colu. fin. lib. 2. Gozad. conſ. 24. num. 10. Natta in notabili caſu allegato conſ. 621. num. 3. & ſeq. & rem ex profeſſo tangẽdo de magis communi, & ab ea non recedendum in iudicãdo, & conſuluendo, atteſtatur Marquar. vbi ſupra c. 7. & omnium latiſſime Hippol. Rimin. dict. conſ. 119. num. 24. cũ pluribus ſeq. Idem quoque vbi non moſaica, ſed alia inter eos ſpecialis lex uigeret, quia illa adhuc in primis ſeruanda eſſet ſicuti inter Chriſtianos fit de eorum lege municipali, iuxta. l. oẽs populi. ff. de iuſ. & iu. Et propria corũ l. difficiẽte, exinde lex moſaica, & poſtremo ius ciuile Romanorum ſpectandũ eſt Cald. Alex. Pic. & Riminal. locis præalleg. Quin etiam vbi altera inter Iudęos conſuetudo reperiretur, & ipſa per prius ſeruanda eſſet, idem Cald. conſ. 2. de conſuet. Bal. cõſ. 428. inquiſitio iſta libr. 5. Curt. dicto c. fin. quæſt. 15. de conſuet. ubi fortius uult, talem conſuetudinem tollere, nedum legem moſaicam, ſed etiam ius commune Romanorum, Pic. vbi ſupra, Natta dicto conſil. 621. num. 4. Quare ex his, concludendum reſtat, quod vbi inter hebræos ſpecialis cõſuetudo, ſeu lex adeſſet, illa imprimis ſeruari deberet, Et in eius deffectu lex moſaica, ex inde hæc noſtra ciuitatis cõſuetudo, poſtremo his omnibus defficientibus, ius commune, etſi circa hæc Brun. valde ſe inuoluat tract. quod extant, maſc. 6 arti. 3. quæſt. primi membri, quamquam in ſucceſſione ex teſtamento lex ciuilis. & non moſaica, eſt ſeruanda, quicquid ſit abinteſtato, Burſat. conſ. 182. nu. 3. quod quęſtionem hanc reddit clariorem.

SVMMARIVM.

1 *Socer num eius nurui relinquat.*

Aſſectio

2 *Affectio non tanta reperitur in socero, quanta in marito.*
3 *Auus paternus nepoti spurio ex filio legitimo relinquit.*
4 *Nurus per transitum ad secunda uota relicto per socerum facto, nec filij successione non priuatur, secus in uxore.*

Quæst. VIII.

Hinc, cum nostra hęc prohibitio de marito loquatur quæri potest, num socerum comprehendat, ne
1 ipse eius nurui relinquat? Respon. ꝙ non, quia cum dispositio in solo marito concepta reperiatur, ad socerum extendi non debet, rex. est celebris in l. si vero. §. de uiro. ff. solut. mat. per quem ita voluit Signor. consi. 179. in 2. dubio. Curt. Iun. consi. 6. num. 16. versic. idcirco non videtur, & in simili quæstione iuri consuetudinario nixa notat Luc. de pe in l. 1. colum. 5. versic. & faciunt hæc. C. de impon. Luer. descrip. lib. 10. & Bened. in capitu. Rainutius. verbo, & uxorem nomine Adel. 5. decis. nume. 219. de testamen. las. l. 1. colum. 2. versic. nunquid autem. C. vnde vir. & vxo. tanto magis (vt inquit
2 Curt.) quia dici non potest, quod tanta affectionis ratio sub sit in socero, quæ in marito, vt patet ad sensum. sicuti alias videmus secundum crebriorem sententiam, quod licet pa-
3 ter filio spurio prohibitus sit relinquere, Auus tamen paternus nepoti spurio ex filio legitimo relinquit, ex eo ꝙ solus pater filio spurio relinquere prohibitus extat, Bertand. cons. 187. lib. 3. ac in nepote cessat ratio prohibitionis, Cur. lun. cō sil. 84. nu. 5. Paleot. de not. Spur. quę liber. c. 53. D. Clar. lib. 3. recep. sen. §. testamentum. quæstio. 32. & uidemus quoque,
4 quod vxor etsi ob transitum ad secunda vota priuetur legator facto per uirum, & filij successione l. 1. C. de sec. nup. Are. consi. 40. in 2. dubio, Nurus tamen per transitum ad secunda vota relicto sibi facto per socerum non priuatur, nec etiam filij successione, a cessante rōne huiusce modi priuationis, propterea ꝙ per transitum ad secunda vota nulla fit iniuria testatori, qui maritus non est, vt contingit in primo casu, ita Bero. consi. 125. nu. 13. & 14. lib. 2. ad quæ etiam conferunt infra annotata verbo, vxori. quæst. 3.

S V M M A R I V M.

1 *Proximi, & coniuncti marito num eius vxori, hac prohibitione non attenta, relinquant.*
2 *Filius mariti prohibitione non comprehēsus, etiam quod ipse legasset in executionem voluntatis patris, quidem reliquerat.*
3 *Maritus cuilibet coniunctæ personæ ipsius vxoris ad libitum relinquit.*

Quæst. IX.

1 Ex his a fortiori, cæteri ipsius mariti proximi, & coniuncti comprehensi quoque non erunt, quin libere eius vxori relinquant, Cum extra omnem prohibitionem sint, licet proximi, extraque omnem verborum sonum proprie, & improprie, existant, vt a lege cōprehensi dici possint, iuxta notata per Ruin. consi. 43. nu. 9. lib. 3. etiam ꝙ pro-
2 prius mariti filius esset, & quod magis est, legatum a filio factum reperiretur secundum formam, & tenorem testamenti, & vltimæ voluntatis patris, qui idem reliquerat, vt in his terminis notabiliter consuluit Alex. consi. 99. in 2. dubio. li. 7. in quo quisque contrarium diceret, conferunt infra notata verbo, legare. quæst. 5. circa pupillarem subst. Quemad-
3 modum etiam maritus cuilibet coniunctæ personæ vxoris ad libitum relinquere potest, quia cum lex in vxorē loquatur, ad aliam personam, licet coniunctam, extendi non dēt, Alex. consi. 54. nu. 6 lib. 6. de quo infra verbo, vxori, quæst. 3.

S V M M A R I V M.

1 *Maritus ab vxore seorsum habitans, num prohibitione comprehensus.*
2 *Item quid in mercatoribus transmarinis.*
3 *Nec non cum vxor propter discordiam a domo mariti recessit.*
4 *Vel facta est thori separatio, quæ diuersis ex causis fit.*
5 *Guarnerij Trotti episcopi Alexandrini Laus.*
6 *Matrimonio dirempto, aut dissoluto (quod fieri quandoque potest) tenet legatum.*

Quæst. X.

Postremo inter conuiuiales sermones quæsitum aliquando audiui, num hæc nostra dispositio loquens de marito, & vxore locum sibi vendicet, etiam
1 ꝙ maritus, & vxor seorsum habitēt, vt aliqn inter consula-
2 res accidit. & passim videmus ī mercatorib. trāsmarinis, vel
3 qn mulier ob seuitiam mariti, vt qnq; fit, a domo ipsius re-
4 cedit, & deniq; qn thori separationem fieri, ꝙtingit, quę est mutua cohabitatio, ꝙ plurib. ex causis euenire pōt, vt apud Couar. c. 7. 2. part. §. quinto. de matri. & fit etiam cū alter ex cōiugibus morbo gallico laborat, vt per Nattam. cons. 24. & Sot. post alios in 4. senten. distinct. 32. quæst. 1. artic. 1. ante finem, de quo pendet quæstio in curia Ill & Reuerendiss. Epi-
5 scopi nostri Alexandrini Do. Guarnerij Trotti viri singularis doctrinę, & eximij vitæ exempli. Et dicendum est, quod inter istos adhuc vigeat dispositio, propterea quod inter eos durant nuptiæ, quia non coitus matrimonium facit, sed maritalis affectio. l. cum hic status. §. si mulier. ff. de donat. inter vir. & ux. & idem est, vbi simulatum diuortium fieret, l. vir mulieri. ff. de donat. inter vir. notatque Lup. in rub. ex eo. §. 34. in princip. Vnde a contrario, vbi dirimi, seu dis-
6 solui matrimonium contingat, vt varijs ex causis id fieri posse docet idem Couar. vbi supra in 4. §. locum non habebit hæc nostra dispositio, propterea quod tunc non amplius dicuntur nuptię. nec per consequens legatum factum per maritum vxori dici potest. l. si inter l. vir mulieri. ff. de donat. inrer vir. & uxo. l. 2. & 3. ff. de aur. & argent. legat. Lup. Allegato. §. 34. colum. 2. uersic. redeundo ergo, Alex. consil. 171. nu. 7. lib. 2. facit las. post alios in l. 1. num. 2. in 4. fallentia. C. unde vir. Oliu. Text. tract. de succes. ab intest. num. 104. & in consequentiam quoq; cessat affectio maritalis, & simul etiam ratio prohibitionis, quare &c. ad quod etiam infra verb. uxori. q. 5. num. 33. & seq.

S V M M A R I V M.

1 *Verbum potest necessitatis non est, nisi positum reperiatur cum negatiua præcedente, siue per verba futuri, siue præsentis temporis, nu. 24.*
2 *Et tunc præcisam necessitatem inducit.*
Potentiam negat.
3 *Actui resistit.*
4 *Contra gestum inualidat.*
5 *Obligationis tam ciuilis, quam naturalis ort um impedit.*
6 *Renuntiationem tollit.*
7 *Omnimodam resistentiam denotat.*
8 *Item omnem impossibilitatem.*
9 *Iudices omni potentia priuat.*
10 *Modum omnem generaliter remouet, vnde effici dispositio posset.*
11 *Actum aliter geri non posse, operatur.*
12 *Solennitatem importat.*
13 *Formam inducit.*
14 *Actus in contrarium factus sit ipso iure nullus.*
15 *Nec sententia alicuius iudicis est opus.*
Rem pro non scripta haberi facit nu. 20.
16 *Personam inhabilitat.*
17 *L. fi. C. de fideic. non procedit, stante stat. vt adultus testari, vel extraneis relinquere non possit, absque consensu propinquorum.*
18 *Potentia vbi deest, actus sit irritus.*
19 *Stat. vt quis donate, vel relinquere non possit, actui ab initio resistit, vt nulla obligatio sit orta.*
21 *Causa efficiens, vbi est inhabilis, nullus sequitur effectus.*
22 *Obligatio naturalis, aliquando a iure ciuili, impediri potest, & quomodo.*
23 *Consuetudine, naturalis obligatio tolli potest, sicuti lege scripta.*
25 *Bart. aliquando cecidit ab excellentia sua.*

NON POSSIT. Principium.

1 

Si Verbum, potest, † necessitatis non sit l. sæpe, & ibi glo. cum l. seq. ff. de offic. præsid. l. non quicquid ff. de iudi. las. l. 1. num. 5. ff. de iurisd. omn. iudi. atamen qn positum reperitur cum negatiua præcedē-
2 te (vt hic) præcisam quidem necessitatem inducit, ac negat potentiam, gl. omnib. nota, & communiter recepta in c. 1. verbo, potest de reg. iu. in 6. Bar. l. fi. num. 7. & reliqui post eum ff. de fer l. Gallus in princ. ibique late las nu. 17. & seq. ff. de lib. & posthum. idem quoq;
3 Bar. in l. de his num. 1. ff. de trāsactio. Vbi inquit, quod actui,
4 resistit, & ideo, quod contra fit, nihil valet, ita ut nec ciuilē,
5 nec naturalem obligationem producat, & rursus paulo in-
6 fra, hæc est prohibitiua dispositio, cui renuntiari non potest & in l. Meuius. §. duobus. num. 20. de leg. 2. vbi repetit, renuntiationem non valere, eo quia si ualeret, positum diceretur in uoluntate, quod est necessitatis, Barbat. cons. 43. num. 13. lib. 1. consi. 37. colnm. pen. lib. 2. consi. 8. num. 9. lib. 3. ubi ait,
7 quod denotat omnimodam resistentiam, item omnem im-
8 possibilitatem, inquit las in l. non dubium num. 60. C. de legib. l. stipulatio ista. §. alteri, nu. 17. ff. de uerb. obl. Ale. cōs. 77. nu. 1. lib. 3. ubi hoc uerbum denotat præcisam, necessitatē ac
9 priuat iudices omni potentia, Alci. in l. Nepos proculo. nu. 6. ff. de uerb. sig. ubi scribit, quod hoc uerbum præcisam ne-
10 cessitatem inducit, ac generaliter modum omnem remouet, unde effici dispositio posset, & proinde merito inquit
11 Bal. in l. 1. colum. pen. num 40 C. qui admit. quod actus aliter geri non potest, sequitur Ale. in l. quia poterat. num. 8. ff. ad Trebel. & alibi secundum Barb de præst. Cardin. 2. parte q. 3.
12 colum. 5. solennitatem importat, & secundum Socin. cons.
13 283. num. 2. lib. 2. inducit formam, cuius trangressio reddit actum inutilem, las. d. l. fi. num. 24. ff de fer. ꝙ uidetur fuisse de mente Bart. in d. l. de his. ff. de transact. & probari etiam potest, quia si nullitatem inducit, ut mox dicam, dubio procul est inductiua formæ, qn requisitum, ex cuius defectu inducitur nullitas, ꝙ forma habetur, Alex. l. 1. col. 2. ff. de lib.

&

Source : BIU Cujas

& posthu. Niconit.in Rub.ff.de op:nou. nunt.nu.212. Quin
14 etiam actus in cõtrariũ factus redditur ipso iure nullus,Bar. consil.97.num.4.lib.1. Corn.consi.216.num.3.libro 1.nec id mirum, quia, vbi lex remouet potentiam, ibi actus fit ipso iure nullus Bal.c.1.num.14. prope finem, de allod.& ideo cũ
15 hæc nostra †dispositio ipso iure operetur,in consequentiam, alicuius iudicis sententia non erit opus,iuxta glo. in l.amissione.§.qui deficiunt.vbi Bal.dicit notandum.ff.decap.dimi nu.ac not.in l.si quis maior Cde transact.& omnium latissime Tiraq.in l.si vnquã,verbo,reuertatur, vbi de hoc ex pro-
16 fesso agit C. de reuocan. donatio. ac inhabilitat † personam Bald.in l.quod ait. ff.de diuor.& Bonacos. tract.Equorum q. 28. Et proinde, propositæ materię propius accedendo, Bal. in l.fi.num.22. C.de fideicomm.scribit stante†statuto,vt adultus testari, vel extraneis relinquere sine consensu propin-
17 quorũ nõ possit,quod locũ nõ habebit dispositio illius legis,
18 quia † vbicumque deest potentia,ibi actus est irritus,ex glo. d.c.1.de reg.iur.in 6.ad idem Soc.cons.93.colum.fin.lib.1.loquens in statuto disponente quod non possit†quis relinque-
19 re,vel donare, sub eo prætextu,quod per hoc verbum, non possit, censeatur statutum ab initio actui resistere, ac illum ita nullum reddere,vt neque ciuilis,neque naturalis obligatio sit orta,Barba.consil.43.num.12.lib.1. Roman.consil.437. num.4.ad id ponderando tex. in l.si sponsus.§.si vxor viri.ff. de donat. inter vir.& uxor. Plot. in l.si quando num.263. & seq. C. vnde vir. vbi hæc trahit ad varia decreta Mediol.dominij. Couar.c.quãuis 2.par.4. §.nu.6.de pact. in 6.& ita cõi ter transire, firmat Annib.in l.nemo potest num.140.de leg. 1. Et in casu huius nostrę prohibitionis speciatim tradit Barba.consi.12.col.7.ver.& si dicatur li.1.Soc.consi.79.nu.32.li. 4.Alciat.consil. 10.num.17.lib.8.Bursat.consil.189..num.11. & in puris terminis nostræ consuetudinis obseruat vir ille celeberrimus D.Iacobus Menoch.consilio 11. num.26.ratione addita quia verba prohibitionis concepta sunt in personam, vnde naturalis obligatio non oritur, in simili quoque legato facto vxori, statuto resistente, ad notat Ruin.
20 consi.31.colum.fin.lib.2.& in specie, vt actus adhuc ipso iure sit nullus,ponderat pract.Pap.in forma libe.quo agitur ad dotem in glo.dedit,& legauit.nu.2.ac pro non scripto, †scribit Bal.consi.204.testator legauit.col.2.lib.1.quod idem est, quod nullum, vt pereundem Bald.consil.336. amplius circa princip.lib.3.Ricard.de Salic.inter consi.Castr.consil.264.libro 1.unde non ab re Bal.in l.2.prope finem C.vt in poss.leg. ait,quodvbi causa†efficiens est inhabilis,ibi nullus sequitur
21 effectus, ut nec etiam naturalis obligatio contrahatur. Et
22 non inconuenit,vt nec†naturalis obligatio oriatur, quoniã etsi lex ciuilis non possit ipso iure tollere naturalem oblig. in esse deductam,potest tamen a principio resistendo impedire, ne nascatur,scribentes in l.pacta quæ contra,vbi Curt. iun.attestatur de communi.C.de pact.Quæ etsi in lege scripta procedant, eadem militant in consuetudine,quia, vltra quod paris sunt potentiæ.l.de quibus ff.de legibus ex cõsue-
23 tudine†quoque ita aliquid ipso iure induci potest, quemad modum ex lege scripta.c.2.& ibi notant scribent.de cõsue.
24 Verum hæc,† quæ diximus,procedere de ui negatiuæ posi tæ ante huiusmddi verbũ,possit, sunt, qui intelligunt, quum dispositio concepta reperitur per verba futuri tpis,nõ possit, quemadmodũ hęc nostra habetur, secus perverba præsentis temporis, nõ potest,Bar.in l.cum lex num.6.&7.ff.de fideiuss. cum quo transit Soc.in l.1.colum.2.ver.ad quam possum,ff. de lib.& posthum.Iaf.l.frater a fratre, col.18 vers.tertia difficultas ff.de cond.inde.sed de hac distinctione nihil est curãdum, vti repugnanti omnib. s. relatis,ac ipsimet Bart.in d.l. de his num.1.ff.de transa.& a qua expressim recedit Bal.in l. non dubium col.fi.nu.29. C.de legib.ac de illa irridetur Iaf. in alleg.l.Gallus in princip.num.22.& in secunda lect.num. 18.ff.de lib.& posthum.& l.stipulatio ista §. alteri num.17.ff. de verbo.oblig.vbi inquit,quod Bar.multum cecidit ab excellentia sua. Idem Dec.in l.pacta,quæ cõtra.num.10. C.de pact.quorum etiam meminit Tiraq de legib.connub.glo.4. verbo, ne peult. in principio. Couar.c.quamuis 2.parte 4. §. num.4.de pact.in 6.ubi ait,non uidere congruam rationem huius discriminis.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiari huic dispositioni,num possit,tam a marito num.9.quam ab hęrede num.16.& seq.*
2 *Actus humani a potestate,& voluntate regulantur.*
3 *Regulæ negatiuæ necessitatem continent.*
4 *Testator facere non potest,quin dispositio,per quam prohibetur relinquere vxori,in suo testamento locum habeat.*
5 *Dispositio ad morum correctionem tendens a parte remitti non potest.*
6 *Portio aliqua, vbi ex bonis viri vxori debetur, prohiberi a viro testante non potest,quin ei debeatur.*
7 *Statuti Papiensis declaratio.*
8 *Lex,seu statutum num simpliciter prohibeat,vel vlterius procedat,prohibitionem declarando,longe distat,& nu.27.*
9 *Maritus vxori legando,num huic prohibitioni renuntiare possit,& nu.seq. etiam accedente iuramento nu.14.*
19 *Legis præcepto contraueniens,mortaliter peccat,etiam quantuncunq; dura sit lex.nu.12.*
11 *Consuetudinis transgressor non minus peccat.quam legis scriptæ, quin etiã fortius obligat consuetudo,quam lex scripta nu.13.*
15 *Dispositio hæc nedum prohibitoria est viro,ad relinquendum,sed etiam vxori.ad accipiendum.*
15 *Maritus in foro animæ tutus non est.amico relinquendo, vt vxori exinde restituat.*
16 *Hæres huic prohibitioni tacite,vel expresse num renuntiare valeat,et nu. seq.etiam cum iuramento nu.35.& seq.qualitercunque consentiat.nu.53. etiam subsequuta iudicis sententia.*
17 *Rei suæ quilibet moderator, & arbiter. & quomodo intelligendum nume. 26.& 28.*
18 *Pater bona omnia sua vendere potest,& pretium in mare proijcere, si lijs non attentis.*
19 *Iniuriarum datur in eum iuditium,qui alium in vsu rei suę perturbat.*
20 *Frater sororem alias excluſam secum ad hæreditatem remittere potest, etiã inuitis creditoribus.*
21 *Constitutioni,ne vltra duas dietas quis extrahatur, de communi consensu renuntiari potest.*
22 *Consuetudini Galliæ,per quam bona inter coniuges efficiuntur communia, contraria conuentione derogari potest.*
23 *Ab Alexandina de constituenda donatione propter nupt.ad xxv.pro centenario. num ex speciali prouisione recessum videatur.*
25 *Datum præter modum l.hac edictali.C.de sec.nup.nullo pacto interposito subsistit.*
27 *Dispositio.§.disponat auct.de nup. quomodo procedat.*
28 *Lex,seu statutum vbi actum contra gestum ipso iure annullat, ei renuntiari non potest.*
29 *Dispositio hæc non solum hæredis fauorem respicit,sed etiam testantis, & quidem principaliter.*
30 *Imo etiam fauorem publicum.*
31 *Iura quibus obuiatur deceptionibus,quæ bonos mores respiciunt, causa publici fauoris edita censentur,*
32 *Malitiam delinquentium,& fraudulentorum refrenare reipub.interest.*
33 *Finis licet sit vltimus in executione,primus tamen in intentione habetur.*
34 *Dispositio prodita ob publicum fauorem,priuata pactione tolli non potest.*
30 *Iuramento non firmatur actus ipso iure nullus,ratio.nu.40.*
37 *Legibus loquentibus de spurijs renuntiari non potest.*
38 *Promissio hæredis de reddendo aliquid incapaci,etiam munita iuramento, non valet.*
39 *Iuramentum de incapace capacem non efficit.*
41 *Verbum,non possit,inhabilem reddit agentem,eiusque potentiam tollit, ita vt Iaramentum nullum det contractui robur.*
42 *Habilationem a iuramento petere in re controuersa,tutius est.*
43 *Habilitationis petendæ modus.*
44 *Actio inter testatorem,& hæredem præscriptis verbis, adimplendi quæcunque disposita,oritur.*
45 *Facilior in iure quærendo,quam in quęsito datur abdicatio.*
46 *Hęres,num,si promisit soluere legatum minus solemne, astringi possit ad illud præstandum,& nu.58.vbi varię declarantur doctrinæ,ac nu. 60.*
47 *Hæres promittens soluere integrum legatum,aut soluens,falcidia vti non potest,& nu.56.*
48 *Testamentum approbatum a filio præterito reconualescit.*
49 *Filius vbi consentit, vt a patre in testamento prætereatur,vel exhæredetur testamentum querelare non potest.*
50 *Legata facta per filiumfamilias. præsente patre, & promittente illa soluere tenent.*
51 *Filius testamentum patris approbans,promittendo omnia adimplere, legitima,& trebellianica vti non potest,declara nu.56.*
52 *Cautella pro testatore,cum de validitate contentorũ in testamẽto dubitat.*
54 *Sententia absolutoria pro vxore lata adhuc non impedit, quin solutum repeti possit.*
55 *Hæres consentiendo testatori leganti vxori, id libere facere non potest, & Cur.*
57 *Dispositio quælibet interpretationem de habilitate semper recipit.*
58 *Instrumenta, quæ inter hęredem, & spurium de mandato testatoris fiunt, non tenent.*
59 *Exceptio,quæ petenti legatum opponi potest, eadem quoque ex stipulatu agenti obijcitur.*
61 *Validitas actus num pendeat a disponente, vel etiam aliunde,longe distat.*
62 *Hęres presens quum fit legatum, & nihil dicit, sibi non præiudicat.*
63 *Hæres præsens legato,& expresse consentiens,vel approbans illud præstare,num sibi prejudicet.*
64 *Fraudis suspitio tanto maior insurgit,quo cum maiori cautella res fit.*
65 *In fraudibus præsumendis ad quid recurrendum.*
66 *Promissio turpis,& fœda non tenet.*
67 *Hæres in præstatione legati consentiens extra testamentum,num efficaciter oblegatus censeatur.*
68 *Item quid mortuo testatore, & nu.seq.*

Source : BIU Cujas

69 *Hæres hæreditatem adeundo, quando in teſtamento contenta approbare videatur.*
70 *Calder. conſi. 1. de teſtam. in quo caſu loquutus ſit.*
71 *Hæres legatum in caſu prohibito pro parte ſoluens, ad vlteriorem præſtationem non cenſetur adſtrictus.*
72 *Hæres quum ad legati traditionem deuenit, num repeti res poſſit, vel ad fiſcum deuoluatur.*
73 *Barbat. & Plot. opinio declaratur, & nu. ſeq.*
74 *Promiſſio etiam ſcienter facta aduerſus incapacem non tenet, declarando nume. 79.*
75 *Cauſa vna ex pluribus ceſſante, non ceſſat diſpoſitio.*
76 *Promiſſio hæredis non contemplatione rei legatæ facta, tenet.*
77 *Facultas inter hæredem, & vxorem defuncti inuicem contrahendi, non ſublata.*
78 *L. fin. C. de pact. diſpoſitio quando euadi poſſit.*
79 *Hæres ſponte, & ſcienter promittens præſtare legatum, in uim donationis promiſſio tenet.*
80 *Conſtitutionis Mediolanenſis forma, quæ in donationibus ſeruari debet, in promiſſione ſcienter facta per hæredem de præſtando legatum vxori, omnino neceſſaria.*
81 *Hæres legato conſentiens, dum eſt minor, nihil agit.*
82 *Promiſſio ſimplex non vltra modum a lege permiſſum ſe extendit, vbi variæ illationes.*
83 *Maritus ſimpliciter promittens, dotem reddere, ſuam ſibi retinet portionē.*
84 *Verba contractus interpretationem, ne dum a iure communi, ſed etiam municipali, & a conſuetudine recipiunt.*
85 *Intereſſe conuentum, an, & quando debeatur totum, etiam quod duplum excedat.*
86 *Cautella pro hærede, quum neceſſe habet annuere, vel promittere præſtare vxori legatum, ad illam, vana promiſsione, gratificandam.*
87 *Doloſius nihil doloſo, nihil Catilina Cethego.*
88 *Fraudem feciſti, fraudem patere.*
89 *Malum conſilium conſultori peſſimum.*

Quæſt. PRIMA.



1 Inc manifeſte, ad indiuidua magis deſcē dendo, ſummere poſſumus, quod loco primæ quæſtionis ſuccedit, huic† noſtræ diſpoſitioni ſic negatiue conceptæ nō poſſe renuntiari, vt expreſſe id firmat Barto. in alleg. l. de his nu. 3. ff. de tranſact. per l. 1. & 2. C. ne fideiu. dot. dēt. & in l. Meuius. §. duobus. nu. 20. de leg. 2. ductus ratione iam relata, quia eſt prohibitiua diſpoſitio, quæ neceſſitatem inducit, vnde ſi ei renuntiari poſſet, in voluntate conſiſtere, ꝙ eſt neceſſitatis, Ro. cōſil. 402. nu. 3. Alex. conſ. 41. col. fi. lib. 5. vbi loquitur, qū ſtatutum, vt hic, ipſo iure actum annullat, Soc. conſ. 283. nu. 2. li. 2. Iaſ. l. fi. nu. 24. circa finem. ff. de fer. Barb. conſi. 43. nu. 13. lib. 1. conſ. 6. col. fi. lib. 4. vbi rationem ſubdit, quam dicit inconuincibi lem, quia actus† humani a poteſtate, & voluntate regulantur, c. cum ſuper, de off. d. leg. vnde ſi denegata eſt poteſtas aliter diſponendi, pars nullo modo contrarium diſponere poteſt, ac prohibitiuæ diſpoſitioni renuntiare, Idē Barbat. conſ. 38. col. pen & fi. lib. 2. ab hinc nō longe Bal. c. cum contingat. nu. 6. de iureiur. inquit, ꝙ huiuſmodi ius eſt neceſſarium in actibus hominum, nō volūtarium l. nemo poteſt
3 de leg. 1. quia oēs† regulæ negatiuę neceſſitatem cōtinent, ꝑ glo. in d. c. 1. de reg. iur. in 6. & de cōi atteſtatur Rip. in d. l. nemo pōt. nu. 57. Tiraq. quoq; in l. ſi vnquā. verbo, reuertatur, nu. 316. & ſeq. C. de reuoc. dona. vbi ait, ꝙ ſi ipſo iure nō valet, qđ actum eſt, nihil operatur renūtiatio, & Phan. de Luc. dot. glo. 14. in prin. ac in re cōſuetudinaria notat Chaſſ. in cōſuet. Burg. 4. rub. 7. §. verbo, donationis, nu. 5. Et ne magis ex-
4 preſſa auctoritate defficiamus, in ſpecie ſtatuti, † prohibētis maritū nō poſſe vxori relinquere, qđ teſtōr facere nō poſſit ne diſpō locum habeat in ſuo teſtamento, cōſuluit Bal. cōſ. 336. iuxta caſum, lib. 1. Triplici ratione, prima, quia iuri prohibitiuo renūtiari nō pōt l. 1 & 2. C. ne fid. dot. dēt, ſecunda ex regula, ꝙ nemo poteſt facere, quin leges locum habeant in ſuo teſtō l. nemo pōt. de le. 1. Tertia propter legem expreſſam, q̄ quam, quicquid ſcriptum eſt in teſtamento, nō valet l. ſi quis inquilinos. §. fi. de leg. 1. l. quod de bonis §. 1. ff. ad le. Falcid. de quo etiam eſt tex. in l. vbi eſt verbum, in fine. ff. de reb. dub. eſt & quarta ratio, vt hæc noſtra diſpoſitio remitti
5 nō poſſit, quia † ad morū correctionem tendit, vt in quinta præfat. circa finem, Vnde teſtator contra talem diſpoſitionē decernere non poteſt, cum nulla ſit teſtatoris voluntas, quā do aliquid contra bonos mores diſponit, dict. l. ſi quis inquilinos. §. fi. Bald. l. 1. nn 6. C. de ſecun. nup. Roman. conſil. 219. colum. 1. Iaſ. l. filium, quem nu. 13. C. fam. erciſ. Alciat. l. verbum legis, in fine. ff. de verbo ſigni. Item & quinta ſuperaddi poteſt ratio, ex eo ꝙ diſpoſitio tendit ad obuiandum fraudibus, oblectationibus. & ſeductionibus mulierum, quibus mariti tempore, quo teſtari ſolent, inuoluti, & impliciti reperiuntur, vt ſupra in 5. præf. quo igitur modo, & forma mariti ad legandum ſeducerentur, eodem ad huic iuri, & fauori renuntiandum inducerentur. l. doli. verſic. diuerſum. ff. de noua. ita nuncupatim obſeruat Natta. conſ. 463. num. 3. & 9. nec non Alci. conſi. 10. in 4. dubio lib. 8. ponderando in ſpecie quando ſtatutum per hæc verba, non poſſit, potentiam remouet ab actu, ad idem Plot. inter conſi. vltim. volunt. cō ſi. 168. num. 46. cum aliquot ſeq. ea quoq; ratione ductus, qa hæc diſpoſitio odio vxoris emanauit, ne illecebris, blāditijs, ſeu minis muliebribus eius virum ſeducat, cui tunc renuntiari non poteſt, & in indiuiduo D. Iacobus Menoch. conſil. 11. num. 24. in fine, ſicuti ex aduerſo, vbi ex forma† conſuetu
6 dinis, ſeu ſtatuti portio aliqua e bonis viri vxori debetur, teſtator prohibere, quin debeatur, non poteſt, Bald. l. filium, quem. nu. 42. C. famil. Erciſ. Quæ concluſio vtique, vt prædiximus, procedit, attento, quod hęc noſtra diſpoſitio vlterius nō procedit, qualiter, & qūo legatum corruat quemadmo
7 dum ſtatutum† Pap. loqui videtur, vt de illo ſcribit Bal. in d. conſi. 336. num. 3. quem refert, & ſequitur D. Ceph. conſi. 59. in primo dubio, ac loquitur etiam ſtatutum Parmenſe, vt p Burſat. conſil. 189. num 66. neque in connenit, diuerſum eſ-
8 ſe, an† lex ſimpliciter prohibeat, an vero vlterius procedat, prohibitionem ſuam declarando, vt infra eadem q. num. 27.
9 Eadem quoq; cōcluſio de plano procedit in marito† legāte, rationib. iam adductis, qui contraueniens mortaliter pecca
10 ret, cum quilibet faciens † contra legis præceptū mortaliter peccet, ex dicto ſacræ paginæ, qui nō obedierit principi, morte moriatur. c. 2. de maior. & obedien. Iaſ. l. nemo pōt. 2. lect.
11 num. 105. de le. 1. nec minus† peccat (rei noſtræ propius accedendo) tranſgreſſor conſuetudinis, quam legis ſcriptæ Bald. in rub. ex. de conſuet. in fine. Curt. conſi. 78. colum. 1. in fi. Tiraq. tract. retract. munic. in præfat. num. 74. etiam quantum-
12 cumque† lex dura ſit, ſubiungit Tiraq. Quin etiam ad pecca
13 tum mortale fortius‡ obligat cōſuetudo, quam lex ſcripta. Abb. c. 1. num. 9. de ſponſ. præcipue qnoties conſtat de mente diſponentis, velle præcipere, vt id manefeſte apparet ex verbo, non poſſit, iuxta ſuperius narrata, & reperitur quoque præceptum directum in perſonam, Calder. conſi. 9. de iureiu ran. Barba. alleg. conſi. 43. num. 13. verſic. & multo fortius. li.
1. Dec. poſt alios in c. nam concupiſcentiam. num. 2. de con conſtit. conſil. 537. num. 15. & ſeq. Suarez. l. 1. de Las Arraſ. num. 24. & ſeq. in ſimili Crau. conſil. 193. num. 11. in princ. & in materia inquit Alba. conſil. 42. num. 10. quod communis concluſio legiſtarum, canoniſtarum, & theologorum eſt, qđ lex poſitiua, ſiue ſit eccleſiaſtica, ſiue ciuilis ligat in foro animę, quando non eſt nutritiua peccati, & in ſpecie, de qua agimus, habemus Pech. de teſtam. coniug, lib. 4. cap. 13. num. 5. & ſeq. ac Plot. in d. conſi. 168. num. 29. & ſi. etiam (vt ipſe loq-
14 tur† accedente† iuramento ipſius mariti, & vbi id fieret præſente, & ſtipulante vxore, licet de iuramento adiecto, cogitandum reliquerit Borgn. tractat. de vſufr. mulier. relict. nu. 133. & ſi ſatis in hanc quoque ſententiam ſe ipſum reſoluat, dum ſe remittit ad ea, quæ ipſemet ſupra dixit tracta. de tut. & cura. num. 168. vbi quoties lex directa eſt in perſonam (vt hic,) ex quo contrafaciens mortaliter peccat, vult, iuramentum non operari contra peccatum. In idem de iuramento conſentit Phan. de Lucr. dot. glo. 14. in princ. & quippe iuramentum contractus ſuſpectos reddit ſuſpectiores ſecundū Bal. conſi. 276. præmiſſo ſtatuto, num. 3. lib. 5. idque indubitā ter procedere uidetur, dum hæc noſtra† diſpoſitio ſit prohi-
15 bitiua, nedum viro ad relinquendum, ſed etiam vxori ad accipiendum, vt Socin. conſilio 79. numero 31. libro quarto, ac ſentit Alexand. conſil. 29. numero quinto, libro 4. per ea quæ ſcribit Alciat. conſi. 46. lib. 2. poſt Imol. & a ſe ipſo tradita in c. cum contingat. de iureiur. facit Bal. conſi. 310. num. 1. ad euidentiam lib. 3. vnde nec in foro conſcientiæ maritus tutus erit relinquendo fido amico (vt plerumque fit) qui vxori exinde reſtituat, vt infra hoc eodem verbo. num. 15.
16 q. 13. Sed difficultas ſubeſt in hærede, num & ipſe † valeat huic iuri prohibitiuo renuntiare, tacite, vel expreſſe cōſentiendo, aut approbando, cum enim iſtuc in priuatorum cōmodum, & ſic hæredum tendat, per conſequens ipſi eorum iuri, atque fauori renuntiare poſſe videntur, vulgata. l. ſi qs in conſcribendo. C. de pact. Nam (vt ibi inquit Iaſ. 7. notabili, iſtius dicti rationem quærendo) in re propria quilibet eſt
17 moderator, † & arbiter. l. in re mandata. C. mand. etiam in abutendo. l. ſed etſi lege. §. conſuluit. ff. de pet. hæred. iniquū eſt enim, ingenuis hominibus liberam rerum ſuarum adminiſtrationem auferre. l. non vſque adeo. in fine. ff. ſi quis a paren. manum fuer. & rurſus, iuſtum eſt, vnicuique ſua committere, l. nemo exterus. C. de iudæ. proinde videmus, poſſe
18 † patrem vendere omnia bona ſua, & prætiū in mare proijcere, filijs non attentis, gl. in l. 1. C. de inoffic. donat. Quin ēt
19 iniuriarium † iudicium datur in eum, qui alium in vſu rei ſuæ perturbat. l. iniuriarum. §. ſi quis a me. ff. de iniur. Huc ſa-

tis

tis confert traditio Bald.in l.maximum vitium.nu.12. C.de lib.præter.vbi quærens, an possit filius † renuntiare sta.prohi
10 benti,stantib. masculis,filiam succedere, quando frater nō vult sororem excludere, sed secum illam admittere, creditores autem solū fratrem conuenire intendunt, tamquam hæredem insolidum,concludit Bald.fratrem id facere posse, ex allegata regula, per quam cuilibet licet remittere ius in eius fauorem inductum, cum quo transit Soc.consil.114. num.5.lib.1.Brun.quod extan.masc.10.artic.quæst.2.& consueuit bonus tex.assignari in c.nonnulli in princ.de rescript.
21 vbi etsi prohibeat constitutio, † literas impetrari, per quas quis vltra duas dictas extrahatur,possunt tamen partes huic renuntiare, literas impetrādo de communi consensu ultra duas dietas.Et sic in specie consulendo,vult Barba.consilio 12.in primo dubio,per varias colum.libro 1. vbi respondet ad l.nemo potest de legat.1.quia testamentum hoc in loco ad suam naturam reducitur,cum ius disponat, seruari illud quod voluit testator fieri post eius mortem, ita quod & si testator contra hanc prohibitionem disponere non potuerit, hoc intelligitur,nisi hęres,ad cuius commodum id spectat, eius beneficio non renuntiauerit, sequitur Plot.lib.1.consi. crimin.consil.130.num.49. & ad Barbat. se remittit Alban. in lucubr. ad Bar.in l.1.num.15. C.de summa trinit. & sic ēt in consuetudine Biturig. considerat Boer consil.46.num.7.
22 & 9.circa finem,& in alia huic quoque simili † perpendit Bened.in c.Rainutius verbo,& uxorem nomine Adel.decis.5. num.230.de testam. Vbi si ex consuetudine inter virum, & vxorem mobilia,& futura immobilia efficiuntur communia,ita vt vnus alteri succedat vt in Gallia habetur,talis cōmunio locum habet, nisi contraria conuentione aliter conuentum esset, quia consuetudo,cum interesse particulare, & priuatum respiciat,pacto contrario tolli potest,d.l.si quis
30 in conscribendo,imo uidetur secundū Masuer.(vt idem Bened.subdit)quod tacite potest huic consuetudini renuntiari, vt puta, vbi mulier aliter sibi de dotalitio conuentionali prouidisset, quia expresse sibi prouidendo, videtur in illum casum tacite prouisioni legis, seu patriæ consuetudini renuntiasse. Quod alteri consuetudini, † quam nos
23 habemus, qua maritus tenetur uxori donationem propter nuptias facere ad rationem viginti quinque pro centenario, seruit vt si maritus cum uxore de hoc in aliquo conuenerint, recessisse.videantur ab eo, quod consuetudine continetur,de quo ex facto lis pendet,ad quod infra,uerbo,uiginti.q.8.num.43.versic.parimodo. Conrarium in casu huius nostræ consuetudinis de iure dicendum, existimo,
24 vt scilicet hæres huic iuri † prohibitiuo renuntiare non possit præcipue ob potentiam huius uerbi,possit,cum præcedēti negatiua prolati,quod cum pręcisam necessitatē inducat oēm potentiam neger, actui resistat,& modum oēm remoueat unde effici dispositio posit, ut supra ab initio relatum est utique huic prohibitiue dispositioni nō minus renūtiare poterit hęres quam ipse testator, nec id approbare,a quo lex oēm denegat potētiā modumq: remouet,unde effici dispositio posit.Vt idem in effectu sensit Barb.d.cōs.12.col.2.uersi.etsi quispiā opponat,& col.7.uer.etsi dicatur, quod imo.li. 1.ac ēt uoluit cons.43.col.9.& 10.eo.li.cons.38.col pen.li.2. & Alci.in specie cons.10.in 4.dubio.li.8. & in simili Ricard.
25 de Sali.inter cons.Castr.cons.164.li.1.ubi, vult datū † præter modum contentum in dispositione l.hac edictali. C.de sec. nup.adeo pro non scripto, pro non dato, & pro non relicto haberi, vt nullum pactum super hoc appositum subsistat,& habeat effectum proximum,vel remotum.Etenim quisque (vt contrario. l. in re mandata, occuramus) de re sua quo ad facti dispositionem pro arbitrio disponere potest,non ta-
26 men quo † ad iuris dispositionem,nisi quatenus ius patiatur, Castr. cons.343.col.2.lib.2. Corn.cons.321.nu.5.lib.4.ac sentit Bal.in l.de quibus.nu.33.ff.de legib.dum vult,omnem vo luntatem in hominis quidē potestate residere, nisi sit a iure prohibita, qa in hoc est mera libertas, nisi vi,aut iure prohibeatur,ad idem Iaf.in l.filium, quem;nu.12.& seq.in fin.C. fam.ercis.vbi, licet sanctio legis, & testatoris æquiparetur,
27 dum dicit,disponat testator, † & erit lex.§.disponat.auth.de nup.id verū est,nisi contra bonos mores disponat.Secus vbi dispositio hisce terminis nō ꝓtenta,fines denegatæ potentię excederet, eius naturā alterando, & se potius in hæredū voluntate ponendo, nam tunc ad sui libitum, hæres vtiq; remittere posset,vt in his terminis cōsuluit Barb.d.cōs.12.vbi eius verba diligenter perpēdantur, ac idem aperte voluit d. cōs.38 in fine, & sic de statuto Papiensi loquitur Bal. memorato cons.336 num.3.lib.1. & de Parmensi Bursat.consi.189. nu.66.Cuiusce modi hæc nostra dispositio non extat,quæ in sola,ac mera denegata potentia consistit. Nec inconuenit, aliud esse,ꝙ lex simpliciter procedat, & prohibeat, an vero ulterius ꝓgrediatur suā ꝓhibitionē declarādo, ut apud Cur.
Iun.in l.pacta,quæ contra.nu.7.C.de pact.Alciat.consi.8.nu 7.& 8.lib.2.Crot.consil.392.nu.7. & 8.& supra meminimus nu.8.Hæc quoque sententia,vt nec hæres prohibitionē hāc
28 remittere possit, adhuc comprobatur,quia vbi lex, † vel statutum actum contra gestum ipso iure annullat,vt hic,ei renuntiari non ptest,etia ꝙ renuntiantis commodum dispositio ipsa respiciat,Glo.in l.1.verbo,vir vxori.in fine.C.ne fide iuss.dot.dent.quam communiter teneri,dicit Castr. consil. 424.in fi.lib.2.ad idem Bal.in l.si quis in conscribendo. col. fi.versi.aut loquimur.C.de epis.& cler.Ale.consil.41.nu.12. lib.6.Barbat.d.consi.43.nu.13.Crau.consi.242.nu.1.Tiraq.d. l.si vnquam.verbo reuertatur.nu.316.& seq.& Phan.de lucr.
29 dot.glo.14.in prin.Quamquam hæc nostra dispositio † merū fauorem hæredis nō respicit,vt ei renūtiare ip se valeat,prout in casu Barb. alleg. cons.12 qui super hoc suā cōsultationem firmat,cum quo sentit Bal.cons.161.quidam Mecus.in fi vers.aut non tenet lib.5.sed fauorem testantis principaliter concernit,vt ex supra traditis.5.præfat.est videre, & per consequens nimirum,quod hæres huic iuri,non in sui,sed testantis fauorem inducto renūtiare nequaquam potest, Bar. l.hac edictali,in fine princ.C.de sec nup.§.optime vero,in fine.auth.de nup.Cast.cons.259.nu.5.& seq.li.1.Cra.cons.229. nu.6.& 7.Tiraq d.verbo,reuertatur nu.322. versi. vt tamen. Et longe quidem absurdum esset,ꝙ hęres liberam facultatē dispositionem hanc remittendi,haberet, testatori autem,in cuius fauorem inducta fuit,talis facultas adempta foret, vt supra ab initio.Tanto magis cum,vt iam dictum fuit num. 15.hæc dispositio vtrique parti sit prohibitiua. ne dum mari to ad relinquendum,verum etiam vxori ad accipiendum, ita vt facilius sublata sit facultas renuntiandi, Barba.d.cons. 38.col.fi.versi.etsi quispiam dixerit.Quinimo non ab re quo
3 fructus facere non poteſt,cum tunc iuris † error non proſit ēt quo ad fructuum acquiſitionem,ex doctrina Bar.communiter recepta in l.ſed etſi lege.§. ſcire.ff.de pet.hęr.cū qua tranſeunt Felin.in d.c.de quarta,nu.13.in 3.reſtrict.Balb.d.l.Celſus,in princ.num.19.Gram.deciſ.79.nu.8.& 9.Alciat.reg.3. præſump.30. num.3.Plo.l.ſi quando num.262.C.vnde vi.Couar.atteſtando de commuui in c.poſſeſſor 2.parte nu.8.in fi. D. Menoch. vbi ſupra nu. 634.& ſuper qua doctrina multū inſiſtit Curt. ſen.conſilio 71.in 6.& 7. col. ac cum eadem doctrina idem in effectu tranſit Curt.Iun. atteſtando etiam de communi in alleg. conſi.6. nu. 25.& 26.licet ea in parte incō
4 ſiderate ſit loquutus, † qua prohibitione hac nō attenta,vult quod poſſidens lucretur fructus,ex alle.doctrina Bar.in d. §. ſcire,quæ hāc declarationem recipit,vbi ius reſiſtit, cuiuſce modi etiam ſe habet ſtatutum Papiæ,ſuper quo Curt.ipſe reſpondet.Etſi illius cōſultatio eo fundamento ſaluetur, ꝙ ibi aderat probabilis iuris error,ꝙ nec nos cum eo diffitemur p ea, quæ in proxima. q.diximus nu.12.& ſeq.ad qđ ēt Pinel. in l.2.parte 2.c.4.nu.43.& ſeq.C.de reſc.vend.Bero.conſ.60. num.33.lib.2.Ant.Gabr.lib.5.de præſcript.concluſ.14 num. 13.& Lamb.ad ſtat.pmul. ſine certa ſolen. contr.gl.1.nu.121. cum aliquot ſeq.qui hanc q.ex profeſſo tractat.ideo apud eū multa ad rem videri poſſunt.Nec obſtat.rex.d.l. fructus percipiēdo l.de fructibus, & l. ꝙ vxor,ſuperius adducti,proprie loquentes in donatione inter virum & vxorem,ad cuius inſtar noſtra hęc diſpoſitio multum incedit. Quoniam donationi inter coniuges non ita reperitur lex reſiſtere,quemadmodo in caſu noſtro,cum lex ibi tantum non aſſiſtat,hic autem expreſſe reſiſtat,vt in ſpecie ex Aret.declarat Curt. ſen, d.conſi.71.colum.7.ac probat Rub. Alex.conſi.123.nu.3.uel locum habent concurrente bona fide, vt Barto.Caſtr.& alij obſeruant in d.l.ꝙ vxor,& in l.1.§ ſi vir vxori eod.tit.Lamb. vbi ſurpa num.124. Et ꝙ mulier fructus ſuos non faciat, adhuc confert, ꝙ hæc noſtra diſpoſitio, (vt ab initio diximus)
5 actus nullitatem ipſo iure operatur, vbi fructus ſtatim ex eo tempore,petitione alia non expectata, nec litis conteſtatione,reſtitui debent. Felin.c. Roduldhus nu.38.de reſcrip.& d. c.de quarta nu.33.& longe copioſius Tiraq.d.l.ſi vnquam, verb.reuertatur num.268.item quoq;, quia res pro non ſcripta habetur,vbi reſtitutio fit, etiam cum fructibus Bal.conſ. 336.amplius ſciendum,in fine,lib.3.Vbi tamen cum errore iuris aliqua mixtura iuſti erroris facti concurreret, poſſet mulier ſuos fructus facere,atq; præſcribere,Curt.d.conſi.71. num.14. ante fin.ver.vel poſſumus dicere, Couar.lib. 1. Var. reſol.c.3.verſic.poteſt etiam, Lamb.vbi ſupra num.296. aut aliæ iuſtæ cauſæ ſubeſſent,quæ facile in muliere tolerantur, idem Lam.num. 164.& in præced. q.diximus nu.12.& ſeq.ac mox etiam firmauimus nnm. 4.

SVMMARIVM.

1 *Melioramenta in rem legatam per vxorem impenſa num deduci poſſint.*
2 *Scienrer in re aliena aliquid impendens,id omne donare videtur.*
3 *Forma.l.vel nouarum conſt.quæ in formandis donationibus requiritur,ſeruanda eſt, vt melioramenta in re aliena ſcienter impenſa donata præſumantur.*

Quæſt. VII.

1 Melioramenta † autem, ſeu impenſæ factæ per vxorem in rem legatam, nū deduci poſſint? dicendum, ꝙ ſic, ſiue vxor ſciuerit, ſiue ignorauerit, legatum ſibi factum non tenere.l.ſed ſi vir ex lana. §. ſi vir vxori,ibq; Glo,ff.de donat.inter vir.l.cum vir.& ibi gl. ff. de except.doli, ad quam ſe remittit Caſt. in l.ꝙ vxor in fi. ff.de acq.poſſ. At ego crederem, ꝙ vbi mulier ſciens eſſet, huiuſmodi melioramenta non deduceret,ex quo in re alie-
2 na ita † ſcienter impendendo, id omne hæredi donaſſe vī. §. certe illud,inſt.de rer.diuis.l.ſi quis ſciens C.de rei uend.aduerſus q̄ talis datio prohibita nō eſt,ut infra uerb.legate.q.1. num. 16. & ſeq. ꝙ ſecus eſt inter ipſosmet coniuges ex eo ꝙ nulla melioramentorum donatio præſumi poteſt,cum etiā quod ipſi uellent, expreſſim donare inuicem non poſſint,ut dicit Glo.in l.ſi uxor,uerbo,poſſe,& ibi quoq; Salic.ff.de donat.inter uir. Vnde a ceſſante ratione, cum mulier ſcienter impendens in reuti aliena,hoc eſt, hæredis,id oē ſibi donare uideatur,nil amplius ipſa deducere poterit,quā cęteris malefidei poſſeſſoribus conueniat,iuxta l.domum,cum ibi no. C.de rei ue.& tradita ex profeſſo per D.Menoc.in 15.remed. recup.poſſ.num.514.cum aliquot ſeq.& Peruſ.cum eo deci. 24.Modo tamen forma † legis, & ſic quæ ex nouis Conſt..in
3 formandis donationibus requiritur,ſeruata ſit,ut not. Ang. in d.§.certe illud,colum.2.uerſi.ex quo ſequitur, & ut ſupra etiam diximus.q.1.num.80.ꝙ uix ad uota mulieris ſucceſſurum fore, arbitror.

SVM-

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Mulier vbi post habitum ab hærede minore per quinquennium, seu decennium post legitimam ætatem rem citra querelam tenuit, num ius validum sit consequuta.*
2 *L. fi. C. si maior fact. alie. fact. sine decret. rat. hab. secundum aliquos vim præscriptionis, secundum alios vim tacitæ ratihabitionis habet.*
3 *Dispositio expressa, aut tacitæ æquialet, aut efficatior est.*
4 *Confirmatio super nullo præexistente firmamento non consistit.*
5 *L. fi. C. si ma. fact. alie. fact. sine decr. rei nostræ non applicatur.*
6 *Fauorabiliora fiunt iura minoribus, quam maioribus.*

Quæst. VIII.

Huic quoque finitimū est, ꝙ licet alias approbatio actus inutilis ex qnquēnij seu decēnij lapsu inducat, iuxta dispositionē l. fi. c. si ma. fact. alieni. fact. sine decreto rat. hab. vt id mihi in facti contingentia
1 quandoq; obiectum fuit. Nihilominus vbi mulier † legatum a minore consequuta per quinquennium, seu mauis decennium post legitimam ætatem, citra querelam tenuerit, nullam adhuc firmitatem consequetur, quia si volumus, vt cur
2 sus † huius temporis vim præscriptionis habeat, vt voluisse videntur Butr. cons. 45. nu. 3. Ruin. consi. 41. nu. 51. lib. 1. Natta consi. 295. in fi. Marzar. consi. 19. chart. 2. versic. confirmantur præmissa, Rolan. consi. 72. num. 12. & seq. lib. 4. Simon. de præt. cons. 3. num. 22. cons. 139. nu. 9. & Burs. cons. 82. nu. 18. ac intra prescriptionis materiam commemorat Balb. trac. prę scrip. in 1. part. 6. part. princ. num. 45. ex mox in præced. qq. de ductis, constat, nullum vxori ius censeri quæsitū. Si vero cōsideramus, ꝙ hic cursus, nō præscriptionem, sed tacitam ratihabitionem inducat, vt sentiunt Bar. & Salic. in d. l. fi. Calcan. consi. 22. in fi. Idemmet Natta cons. 162. nu. 31. & omnes crebrius teste Menoch. in 15. remed. recup. poss. nu. 188. Borgni. de Tut. & Curat. num. 149. Nec tunc ratihabitio aliqua inducta censeri debet, quæ cōualescentiam legato præbeat, quoniam si expressus consensus solenniter præstitus, pceden te, s. stipulatione, vel alia solenni promissione, vix potens reperitur, vt huiusmodi relictum in incapacem conualidet, vt supra diximus. q. 1. quanto minus potens erit tacitus, & nudus cōsensus, qui ex solo tēporis cursu prouenit, & elicitur, Cū simplex & nuda cautio nullam penitus actus cōualescētiam præstet, ex doct. Bal. in l. fi. nu. 4. C. ad l. Falcid. Crau. cōs. 200. nu. 8. & 9. & nos supra eadem q. 1. nu. 63. Nam dispositio
3 † expressa, aut æquialet tacitæ, aut est efficacior Aretin. l. ex duobus colum. 2. ver. tu autem aduerte. ff. de duob. reis, & est reg. l. cum quid. ff. si cer. pet. vnde ꝙ non potest expresse, multo minus tacite, Alciat. cons, 10. num. 15. lib. 8. idq; præcipue cum nulla (vt sæpe decantatum fuit) præcedat obligatio ciuilis, & naturalis, sed actus corruat ipso iure, ita vt confirma
4 tio † sub aliquo præexistente firmamento consistere possit, vt apud Bal. consi. 191. quidam Mechus, versi. præterea quoties, & versic. aut non est apta, lib. 5. Anch. consi. 123. num. 3. & 4. Alex. consi. 78. nu. 25. lib. 5. & Tiraq. in l. si vnquam, verbo, reuertatur, nu. 415. C. de reuoc. donat. & magis accommodate de ll. connubi. gl. 8. q. 10. circa fi. num. 98. in tantum quod ex præstatione, seu promissione, hæredis ne dum nulla legati confirmatio fit, sed etiam locus repetitioni aperitur, ut mox dicemus q. 11. Neque) rem vlterius considerando) cursus tē-
5 poris secnndum dispositionem d. l. fin. † propositæ materiæ nostræ applicari potest, si quidem ibi ualiditas actus per lapsum temporis post legitimā ætatem ideo ex eo reparata cē setur, sequutaue confirmatio, ꝙ in minore legitima tunc superuenit facultas disponendi, absque solennitate illa, quæ dū erat minor, requirebatur, & sic tunc temporis, quo actus confirmatur, cessare reperitur qualitas minoris ætats, causa, scilicet, nullitatis actus inductiua. Adeo ꝙ vbi nullitatis cā non cessaret, sed adhuc vigeret, etiam quod maior ætas supueniret, nec ex lapsu huiusmodi temporis actus conualidabitur, nisi simul quoque nullitatis causa cessauerit, & per cō sequens habilitas actus superuenerit, ita sane habetur apud Aret. cons. 128. num. 1. Rom. consi. 54. num. 3. ver. 2. idem probatur, Barbat. consi. 71. colum. 2. lib. 3. Paris. consil. 49. nu. 20. & seq. & num. 51. lib. 1. & Simo. de Pretis consil. 139. num. 10. Verum hæc ad terminos q. nostræ redducendo, cum idem defectus, eademque causa actus annullatiua semper vigeat, atque subsistat, tam post legitimam ætatem superuentam quam antea, sicq. nulla vnquam facultas disponendi superuenerit, non est, vt super confirmatione ex lapsu temporis iuxta terminos alle. l. fi. fundamentum constrni possit. ppea ꝙ semper subest. causa actus annullatiua, ita vt neq; ex tunc ex quo nulliter, neq; ex nunc, ex quo idem adhuc perseuerat impedimentum, ratificatio subsistere possit, ad nota. per Dec. in l. semper qui nu. 16. ff. de re. iu. cōs. 367. nu. 4. & per Aretin. d. cōsil. 128. col. 1. ad ꝙ etiam confert elegans distinctio Bal. relata per Tiraq. in d. verbo, reuertatur nu. 435. & ꝙ tradit d. Ceph, cōs. 3[illegible]6. nu. 82. ac in materia Burs. at. cōs. a89. b. 12. Quinimo vbi aliqua ex hoc oriretur confirmatio, sequere quod actus cum minore gestus ex temporis tractu maiorē vim reportaret, quam vbi factus esset cum maiore, sicq; deterioris conditionis reperiretur minor, quam maior, Cui in hoc cursus tpis non suffragatur, vt in preced. qq. & tñ nulli
6 dubium, ꝙ iura † magis fauorabilia sunt minoribus, quā maioribus l. 1. ac. toto tit. ff. de minor. & in iure passim.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor num huic præstationi accedere possit.*
2 *Fideiussor, nisi saltem naturalis adsit obligatio, non accedit.*
3 *Fideiussor periculum in se suscipiens efficaciter obligatur, etiam quod ex parte sui principalis nulla subsistat obligatio.*
4 *Fideiussor suscipiens in se periculum, nullum aduersus aliquem habet regressum, cum ampliatione nu. 5.*

Quæst. IX.

1 Itidem ex eo, ꝙ nostra hæc dispositio adeo ab initio actui resistit, ac omnem tollit potentiam, vt nec naturalis orta sit obligatio, constat, huic præstationi fi-
2 deiussorem accedere non posse, qui † non nisi obligationi, saltem naturali accedit, l. fideiussor obligari. §. fideiussor. ff. de fideiuss. Ias. l. si non sortem 4. nota. ff. de condi. inde. Plot. l. si quando. nu. 263. C. vnde vi, ac magis prope confert text. in l. 5. §. si vxor viri. ff. de donatio. inter vir. quem ponderat Bar. in l. cum lex. nume 8. ff. de fideiuss. Roma. cons. 437. in primo dub. numero 4. Ias. in rep. l. frater, a fratre numero 44. versic. quarta difficultas. ff. de condi. indeb. Lup. in rubr. extr. de donat. inter. vir. § 29. nume. 1. Lamb. Nouoc. ad stat. proh. mulie. sine certa sol. se oblig. glo. 16. quæst. 4. Verum vbi fideiuss
3 sor † vlterius progressus periculum in se suscipiat, affirmans contra legis prohibitionem non fieri, tunc talis subsisteret obligatio, vt in simili uoluit Bald. in l. si vero. §. hoc amplius. ff. mand. cuius dictum absque dubio fore, arbitratur Tiraq. de ll. concub. glo. 4 numero 14. & Lamb. cum eo, loco præal lega. quæst. 5. Quod ex eo quoque comprobatur, ꝙ is non fideiussor, sed principalis dicitur, adeo ꝙ tunc obligatio in se efficaciter valet, Dec. consi. 7. nume. 6. cum quo transit Pari. consi. 16. nume. 123. lib. 2. & in simili prohibitione l. hac edictali C. de secun. nup. tradit Dec. cons. 246. colum. fi. vbi subdit, non facile reperiri, qui velit, sic se obligare. Hoc autem in terminis nostris, multo magis asseuerari potest, a cessante ratione spoliationis, seu deceptionis ex latere, tam mariti, quam ipsius hæredum, iuxta ea, quæ sup. diximus præf. 5. Cū tale in se † suscipiens, periculum, nullum aduersus aliquē ha
4 beat regressum, sed ipsemet principalis sit debitor, Bald. & Dec. locis prænarr. Cui etiam se offert tex. in l. si eum §. si pecunia, versic. si vero alius. ff. de donatio. inter vir. Sibique ipsi imputare habeat, cur talem suscperit obligationē, Castr. consilio 433. colum. fi. ver. quarto videtur lib. 1. etiam quod
5 ad † mandatum hæredis, & indemnitatem sibi quoque promittentis, fideiusserit, vt priorem casum idem Cast. sentir, alterum vero tradit Alex. cons. 29. nume. 15. lib. 7. & vtrunque obseruat Lamb. loco quo sup. q. 9. 10. & 11. vbi in tribus aliis qq. præcedentibus agit, quid vbi quis principalem de debito rem, ut communiter sit, constituir, aut iurisiurandū de non contraueniendo adijcit, an runc, insolidum teneatur, an vero tantum pro dimidia, vt apud eum, est videre.

SVMMARIVM.

1 *Actio præambulam obligationem habet, a qua vti matre nascitur.*
2 *Mulier petendo legatum, nedum per reum, sed etiam per iudicem ex mero eius officio ab agendo repelli potest, & reus absolui, eo adhuc non petente.*

Quæst. X.

1 Hincque cum ex defectu obligationis nulla etiam sequatur actio, quæ † præambulam obligationem habet, a qua uti eius matre nascitur l. licet. §. ea obligatio. ff. de procurat. glo. & Scrib. in sti. de actio. in princ. quin etiam actus corruat ipso iure, vt sæpe d. ctum fuit, ma-
2 nifeste sumitur, † mulierem petentem legatum, ne dum ab initio per reum ab agendo repelli posse, iuxta glo. in l. his cō sequenter §. 1. tbique Bar. & alij. ff. fam. ercis. Tiraquel. in l. si vnquam, verbo, reuertatur numero 354. & 413. C. de reuoc. donat. quia sine actione experitur, vulg. l. si pupilli. §. videamus. ff. de neg. gest, nec non per tertium quoque se opponentem, vt ex ead. glo. no. Tiraquel. vbi supra nu. 356. & seq. Verum etiam per iudicem ex mero eius officio esse repellendam, & reum absolui ipso adhuc non petente, ex doct. Bart. in l. si vnus §. pactus ne peteret nume. 20. ff de pac. Ias. §. in bonæ fidei nu, 2. Inst. de actio. cum alijs accumulatis per Tiraq. d. uerbo, reuertatur nu 345. vbi & nu. 347. scribit, ꝙ non tantum iudex id supplere potest, sed vbi ipse non suppleat, nec tacitus processus illius procedentis ad vlteriora, nec etiā tacitus consensus partis idipsum non opponentis firmat actū sic ipso iure uullum, ad ꝙ etiam conferunt supra no. in quarta q. & quæ seq. dicentur.

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Retentione legati mulier vti non poteſt.*
2 *Solutio legati etiam, a tertio debitore tuta non ſit mulieri, quin repeti poſſit.*
3 *Repeti poteſt ſolutio facta vxori etiam in vim iudicialis adiudicationis.*
4 *Repetitio, quæ fit de legato ſoluto vxori, non vltra competit, quam reperiatur apud ipſam, vel locupletior facta.*
5 *Repetitioni non fit locus, cum legatum factum vxori dotis nomine alicui datur.*

Queſt. XI.

1 Quin etiam, ex eo, ꝙ actus ipſe iure corruit, ac nulla ſubbett obligatio, mulier legati retentione vti non poterit. Bal. l. 1. nu. 55. C. de Sacroſ eccleſ. Couar. c. cum eſſes nume. 10. in 3. & ſeq. illat. de teſtam. Vaſch. de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 2. numero 13. ſentitque Barto. & cæteri cum eo, in l. nemo poteſt. nume. 18. de lega. 1. a ceſſante ratione naturalis obligationis. Nec etiam mulieri legati ſolutio a tertio forte debitore tute fiet, ex his, quæ idem Tiraquel. loco præalle. tradit, nume. 365. & ſeq. iuncta l. ſi vrbana, ibi, qui non eſt ſoluendo liberatus. ff. de cond. indeb. & magis ad rem facit tex. in l. cum quis ſibi. §. 1. ff. de ſolutio. iuxta diſtinctionem Sali. in l. cum vir. nume. 2. ff. de donat. inter vir. Soc conſi. 56. numero 2. verſi. ex qua concluſione lib. 3. Vt quocunque errore prouenerit ſolutio, tam a tertio, quam ab ipſomet hærede, fiat locus repetitioni l. 1. vbi glo. & Scrib. & d. l. ſi vrbana, ibi, ob indebitum ei tenebitur. ff. de condi. indebi. Alexã. & Iaſ. in l. non dubium, in princip. C. de teſtamen. & in ſpecie Soc. conſi. 79 numero 41. & ſeq. lib 4. Alciat. conſi. 10. num. 17. in 5. quæſit. lib. 8. & D. Menoch. conſi. 11. numero. 26. Iuncto nu. 8. lib. 1. ad idem Ruin. conſi. 31. colum. fi. lib. 2. optime confert text. in l. ſi vxor, in fi. ff. de donat. interuir. ac ſimilem illationem facit Brun. de forma. tit. de pot. & eff. formæ 26. limit. in 1. & 2. effectu, nec non Tiraq. vbi ſupra numero 349. & 425. vbi vult ignorantiam iuris ſufficere, quum actus, vt hic, eſt ipſo iure nullus. Quinimo eſto, quod per iudicem
3 †vxori facta fuiſſet adiudicatio, adhuc non fiet, quin locus ſit repetitioni l. ſi ſponſus. §. ſi vxor, vel maritus. ff. de donat. inter vir. Roman. ſing. 308. Iaſ. l. iudex, in fine ff. de condi. indeb. Lup. in rubri. ext. de donat. int. vir. §. 46. colum. fina. conferunt ſupra annot. quæſtio. 4. & proxima præced. Amplius nec ſolutio, ſeu traditio ſcienter facta repetitionem impediet, niſi conſtit. forma, quæ in formandis donationibus requiritur, ſeruata fuerit, vt ſupra queſtio. 1. numero 79. & 80.
4 Non tamen huiuſmodi repetitio † vlterius competit, quam ad id ꝙ quod apud vxorem extare reperiatur, vel quatenus ipſa facta ſit locupletior, ſicque non ad id, quod forte conſumptum fuiſſet l. ſi mulier accepta, & l. ſeq. ac l. ſi prædia, in fine ff. de donat. inter vir. & non longe a propoſita materia meminit Alciat. conſi. 17. nume. 5. lib. 2. facit. Lup. dicta rubric. extra de donat. inter vir. §. 48. colum. 1. prout via quoque † repetitioni præcluſa erit, vbi id alicui ignoranti dotis nomine
5 datum fuiſſet Alexan. conſ. 54. nu. 15. lib. 7. de quo latius dicemus infra verbo, viginti q. 8. nu. 55. & ſeq.

SVMMARIVM

1 *Repetitio legati facti in vxorem, ad hæredem, & aduerſus hæredem tranſit.*
2 *Legatum factum vxori in alium, etiam per vltimam voluntatem, transferri non poteſt.*
3 *Legatum factum uxori a quocunque poſſeſſore per hæredem auocatur.*

Quæſt. XII.

Adhuc ex eo, quod ipſo iure corruit actus, quod, & loco alterius quæſt. erit, nobis apertum fiet,
1 tale ius repetendi, & ad hæredem, & aduerſus hæredem trãſire, per ea, quæ idem Tiraq. rem paucis perſtringendo, tradit, in allega. l. ſi vnquam, verbo. reuertatur. nume. 296. cum aliquot ſeq. in 4. & 5. diſcrimine C. de reuoc. donatio. ita vt
2 nec † in alium alienari, aut transferri poſſit, etiam per vltimam voluntatem, ex eo ſcilicet, quod actus redditur ipſo iure nullus, quod alias ſecus eſſet, Necnon vt res a quocunque
3 † poſſeſſore per hæredem auocari poſſit, vt per eundem Tiraq. loco præalleg. nu. 324. & ſeq. in 14. & 15. diſcrimine.

SVMMARIVM.

1 *Vxor ratione legati ſibi facti, creditores hæreditarios conuenire, & excuter e non poteſt.*
2 *Vxor faciens ſe hæredem, aut poſſeſſorem bonorum mariti, a creditoribus, vel legatarijs conueniri poteſt.*
3 *Creditores, vel legatarij, orta controuerſia inter vxorem, & hæredem, quo modo agere debeant.*

Quæſt. XIII.

Inde ẽt, ꝙ actus redditur ipſo iure nullus, ac nullũ fundamentũ hẽt, quo ſubſiſtat, fit ꝙ mulier legatum nedũ ab hærede recipere, & exigere nõ poteſt ex ſupra dedu
1 ctis, Sed nec ẽt † vti hęres inſtituta, vel legataria creditores hr̃ditarios ꝙuenire, & excutere ualet, ẽt ꝙ ipſi nihil opponãt propterea ꝙ mulier perſonã ſuã in Iudicio fundare nõ põt, ſed ipſo iure repellitur. Secus vbi ꝑ ſolã exceptionẽ veniret repellenda, tunc interim bene agere poſſet, cauẽdo idonee, reum conuentum indemnem ſeruare, Ita non obſcure colligitur, ex theorica. Bal. in l. fin. num. 3. & 4. C. de pet. hær. A
2 contrario tamen mulier, † vbi aut hæredem, aut poſſeſſorẽ bonorum mariti ſe faceret, a creditoribus, vel legatariis recte conueniri poterit, vt idem Bal. not. d. l. fin. nu. 4. verſ. aut e contra, ac ibi etiam tex. eſt clarus, & ita omnes tranſeunt Barto. & alii in l. non hoc. C. vnde legit. Quomodo autem
2 creditores, † & legatarij (vbi inter vxorem, & legitimum hæredem de bonis mariti, ut plerunque accidit, fieret controuerſia) agere habeant, eo ꝙ vxor incapax vel inteſtabilis reperitur, & diſpoſitio in eam ipſo iure corruit, vt ſæpe dictũ fuit, id aperit tex. cum glo. in l. controuerſia. ff. de tranſ. & ibi præ cæteris Bal. col. fi. & Iaſ. 3. & pen.

SVMMARIVM.

1 *Legatum huiuſmodi, num in foro conſcientiæ teneat.*
2 *Forum conſcientiæ maxima ex parte naturalem obligationem reſpicit.*
3 *Quod ipſo iure fit, in foro conſcientiæ obligat.*
4 *Hęres in foro conſcientiæ vxori præſtare legatum, non tenetur cum ampl. num 14. & 15. declarat. nu. 34. & ſeq.*
5 *Quod fit lege permittente, non includit in ſe peccatum.*
6 *Hæres ab inteſtato abſque læſione conſcientia hæreditatem in minus ſolenni voluntate relictam ſibi retinet.*
7 *Hæres detinendo hæreditatem fratrib. minorib. relictam non peccat.*
8 *Forum conſcientiæ, & forum ciuile non longe differunt.*
9 *Quem humana lex excuſat, non peccat.*
10 *Hæredes ab inteſtato licite in foro conſcientiæ hæreditatem auocant a ſcripto hærede in teſtamento non legitimè publicato.*
11 *Denuntiatio Euangelica hæredi ſcripto in minus ſolenni voluntate non ſpectat, at contra eum quidem competit.*
12 *Mulier per vellcianum, an tuta ſit in foro conſcientiæ.*
13 *Mulier legis ſolennitate ſpreta ſe obligans, num in foro conſcientiæ ſit tuta.*
15 *Rogatus rem ſub fide reſtituere incapaci, in foro conſcintiæ tutus non eſt, nec ipſe rogans.*
16 *Vxor rem legatam detinens, num tuta ſit in foro conſcientiæ.*
17 *Leges ſta. & conſuetudines omnino ſeruandæ, etiam in foro conſcientię, quantumcunque duræ ſint.*
18 *Hæres, vel legatarius ex minus ſolenni voluntate, num rem ſalua conſcientia retinere poſſit.*
19 *Rem detinens ex contractu inito cum muliere, aut minore bona fide, & omni fraude remota citra legis ſolennitatem, num tutus ſit in foro conſcientiæ.*
20 *Hæres num vbi de libera, & ſpontanea teſtatoris voluntate ſit certus, in foro conſcientiæ ad legatum teneatur.*
21 *Conſcientia remordens ſemper eſt ſeruanda.*
23 *Lex cum operatur ipſo iure, obligat in foro conſcientiæ.*
24 *Mulieres valde cauere debent, in non ſurripiendis bonis maritorum, ne earum animæ grauentur, contra quas author valde exclamat.*
25 *Baldus conſi. 204. lib. 1. Impugnatur, eo modo ſaltem, quo ab aliquibus allegatur.*
26 *Diſcrimen aliquod conſtituendum non eſt, ſit hæreditas opulenta, legatum vero tenue.*
27 *Legatum vxori non debetur, etiam quod cauſa verſetur coram arbitro, aut alio quocunque iudice, qui forum conſcientiæ ſequi debeat.*
28 *Conſcientia legum rationibus non ligata, ſed quibuſdam immaginibus intellectus adhærens, non obligat.*
29 *Iudex ſecundum iura ſuam debet formare conſcientiam.*
30 *Arbiter, arbitratorue de alieno ex certa ſcientia largiri non debent.*
31 *Arbitratoris authoritas in quantum ſe protrahat, nunnulla remiſſiue, etiam extantibus literis Principis.*
32 *Alciati declaratio.*
33 *Felini intelligentia.*
34 *Mulier aliquando rem ſibi legatã in foro cõſcientiæ tute detinet, & nu. ſeq.*
35 *Couar. Declaratio.*

Quæſt. XIIII.

Ex prænarratis quoque, ꝙ noſtra hæc diſpoſitio fiat ipſo iure nulla, Ita vt nec ꝙ
1 dem naturalis obligatio ſubſit, ſumi poteſt, num in foro † cõ ſcientiæ huiuſmodi legatum teneat, vt primo loco demon
2 ſtratur ex eo, quod forum † conſcientiæ maxima ex parte obligationem naturalem reſpicit, vt quod naturaliter eſt debitum, licet nõ ciuiliter, obliget in foro conſcientiæ, ꝙ autem nullo hoc iure debetur, nequaquam in foro conſcientiæ debeatur, vt hic. In tantum, vt nec per euangelicam denuntiationem, quę datur, vbi res in foro cõſcientiæ debetur, legatum mulier conſequatur, Bar. ad reprim. verbo denuntiationem, col. 2. Cano. c. nouit, de iudic. capit. quia plerunque de Imm. Eccleſ. Iaſ. l. 1. nu. 19. in princip. ff. de condi. indeb. Corn. conſi. 137. col. 1. lib. 2. & conſ. 256. colum. 1. lib. 4. licet ſecus, vbi naturaliter ſaltẽ deberetur, locis prę allegatis, ac no. Iaſ.

in

Source : BIU Cujas

in l.ſi poſt diuiſionem.nu.5.& l.cum quis,nu.14. C.de iur.& fact.ignor.Brun. de forma.titu. de pot. & eſt.formæ 26.lim. in 3.& 4.effect.Vaſch.de ſucceſ.creat.lib. 1. §.2. nu.16. ac pa-
3 tet etiam, quia quod fit†ipſo iure, obligat in foro conſcientiæ,Tiraq.fidem faciens de communi in l.ſi vnquam, verbo, reuertatur.num.291.& ſeq.C.de reuo.donat.& Vaſch. cõtr. Ill.c.102.& c.104.circa finem. At quo apertior hæc quæſtio, fiat etſi ad nos non ſpectet, ſed potius ad ſacros theologos, q magis, per fidem quam per ſcientiam Regnum Dei capiũt ut ait Ang.conſi.181.in ſecundo dubio,eam in duo mẽbra, diuido.Primum,num hæres in foro conſcientiæ obligatus, ſit vxori præſtare legatum.Alterum,num uxor legatum for te detinens in foro conſcientiæ ſit tuta.Quantum ad primũ
4 dubio procul non teneturthæres conſcientiam amplecti,& præſtare legatum per ea quæ ſupra relata ſunt quod ſcilicet actus reddatur ipſo iure nullus,nullaque ſubſit obligatio ciuilis,nec naturalis. Non enim dici poteſt hæres peccare in non præſtando legatum conſuetudinis authoritate,attento
5 quod fit†lege permittente, non includit in ſe peccatum. c.
6 qui peccat,23.q.4.l.Grachus.C.de adult.Vnde fit, quod hæres ab inteſtato abſque,læſione conſcientiæ apud ſe hæreditatem in minus ſolenni uoluntate relictam detinet, Bald. & Iaſ.in l.ſi poſt diuis. num.5. & ſeq. C.de iur. & fact.Ignor. Vaſch.alleg.lib.prim.§.1.num.23. poſt Bal. in auth. ingreſſi. num.15.C.de ſacroſan.eccle.vbi refert,quod non peccat hę
7 ræs,†qui hæreditatem fratribus minoribus relictam detinet cum ſint in capaces,quia vbi lex, inquit ipſe,prouidet ſuper certo,id quod obtinet in foro iudiciali, rationabiliter obtinet in foro conſcientiæ,addens,ita tenere Diuum Thomam cuius locus refertur quoque per Abb.in c.1.num.9.de conſt. ac meminit Afflict.de iure prothom.in rub.num.7. & ſequ. Alb.conſ.42.num.1. Alclat.c.nouit.num.57. de iudic.ut idẽ
8 conſuluendo uult Bald.conſ.285.ſi quis iuris. colum. prima. lib.3. ea ratione quod aliter dicendum non eſt in foro†conſcientiæ, quod in foro ciuili, quia vbi lex ciuilis aliquid decernit,eius decretum etiam in foro conſcientiæ, ſeruãdum eſt,modo dolus,uel peccatum non inſit, alioquin ſequereſ, quod uitio legis multi illaqueati,& damnati eſſent,quod abſurdum eſt,cum bona ſit lex, & humano generi expediens, ac excuſans conſcientiam a peccato idem alibi ſcribit Bald.
9 in cap.in omni, num.1.de teſta.quod is, quem lex † humana excuſat,non peccat, niſi ſit contraria legi diuinę, & propterea leges in foro conſcientiæ ſeruandæ ſunt,alias ſequeretur quod omnis legum forma, & ſubtilitas duceret ad inferos, & legum cõſcientia eſſet magis damnata,quam maleficiorum,ſequitur Felinus cap.prim.num.47.de conſt.concordat Iacob.a Santo Georg in l.1.§.pro ſecundo.num.3.C.de cad. tol.Alex.conſ.209.num.7.lib.2.& in l.nemo poteſt.num.24. & ibi quoque Iaſ.num.73.& in 2.lect.num.96. & ſeq.de leg.
10 prim.ubi refert ex hoc alias conſuluiſſe, venientes† ab inteſtato in foro conſcientię licite poſſe auocare hæreditatem a ſcripto hærede in teſtamento minus legitime publicato, vt etiam patet eius conſ.67.colum.fin.lib. tertio, cum qua concluſione in effectu tranſit Rip.dict. l.nemo.nu.100.vbi uult,
11 nec euangelicam†denuntiationem intentari poſſe per hęredem ſcriptum in minus ſolenni teſtamento,contra venientes ab inteſtato, licet ex aduerſo per uenientes ab inteſtato illa quidem contra talem ſcriptum hęredem exerceri poſſit ut ipſe hęreditatem nolit cum peccato retinere, cum quõ ſentit Alex.d.conſ.209.col.4. Couar.c. cum eſſes.num.10. de teſta.Vaſch.de ſucceſſ.creat.lib.1.§.2. num.10.& 15. quicqd alii contrarium velint,vt apud Corn.conſ.129.col.1.ver.vbi nonnulli lib.2.Sicuti in ſimili dicimus de muliere,quæ exc e
12 ptione† velleiana adeo tuta exiſtit, q in foro conſcientiæ, nõ obligatur,Bart.ad reprim. uerbo,denuntiationem,num.
13 17.Alciat.d.c.nouit. num.40. idem de muliere † ptæter conſenſum uiri aduerſus.l.municipalem.contrahente,quę in foro conſcientiæ redditur tuta, non obſtante contractu,ut exhis,& aliis firmat Tiraq.dell.connub.glo.4.num.16.23.& in ſpecie ſentit Alciat.d.c.nouit.num.44.licet in totum nõ ita ſe explicet, ob dictum Bal.ab eo ſupra relatum, num.31.de quo tamen nihil curandum eſt ex inf. per nos deducendis, num.25.vt magis quoque explicite loquutus eſt Pech.de teſta.coniug.lib.quarto. capit.13.num.7.& in ſimili not. Ant. Gomes.de teſta.c. vltimo num.46.pręcipue cum hęc ſit iuſta,ſancta,& optima prouiſio,ut ſup.4. præfat. num.9. Quin
14 etiam eſto,quod hæres†tacitam fidem preſtitiſſet,de legato vxori reddendo,illud adhuc in iudicio animæ,nec fiſco.nec conſanguineis ipſius teſtantis reſtituere teneretur, ſed tute ſibi retinere poſſet,Couar. in quarto decret.ſecunda part. c. 8.§.5.num.6.& 10.improbando Bar.aſſerentem,vt reſpectu, fiſci tute retinere non valeat,in l.fin.num.9.ff.de his,quibus vt indig.cum quo tamen tranſit Ruin. conſ.49.circa finem. lib.4.Alba.conſ.42.in fine, ac illum a morſu Couar.defen-
dit Vaſch.Contr.Ill.q.c.102.nu.24.intelligendo tamen,vbi legatum fiſco deferendum eſſet,ut ſup.q.2.num.7.& ſeq.cę
15 terum†rogatus ſub fide rem vxori incapaci reſtituere, in foro conſcientiæ tutus non eſt, quin in animam ſuam legitimis hęredibus ſatis facere teneatur id omne,quod eis auferetur, Cæpol.Caut.38. col.pen. vbi in idem periculum immiſſiſſet rogantem,Iacob.de Santo Georg.in l.cum tacitũ col. fin.ff.de probatio.ad quod inf.annot.circa finem.Quo ad ſe-
16 cundum,num vxor†rem legatam detinens tuta ſit in foro, conſcientiæ, ut quia ad ſunt monitiones, vt plerunque.fit, per hæredem impetratę conrta celantes vel occupantes bona.uidetur,quod vxor nequaquam tuta reperiatur, quoniã
17 leges, & ſtatuta omnino ſeruanda ſunt, etiam in foro conſcientię,Glo in c.quæ in Eccleſiarum, de conſ.Dec.poſt Feli. in c.1.num.18.eod.tit.& de communi atteſtatur, Iaſ.d.l. nemo poteſt in 2.lect. num.105. quantumcunque lex ſit dura, Rip.in c.ſi quando num.27.de reſcrip.quod locum ẽt habet rei noſtræ propius accedendo,in conſuetudine, Bal.l.ſi quis non dicam.num.3.C.de epiſc.& cler.& in rub.ext.de cõſue. in fine,vbi ait,quod is, qui facit in fraudem conſuetudinis, mortaliter peccat præſertim quando ipſimet ciues eam poſuerunt,proinde Curt.conſ.78.colum. fin.in fin.dicit, quod non minus peccat transgreſſor conſuetudinis, quam legis, ſcriptæ,ad idem Abb.in repet.c.cum eſſes.num.9.de teſtam. & Io.Fab.in § fin.ad finem,inſt.de legat.quod traſgreſſor legis,& conſuetudinis, quæ in patria habetur,eadem pęna punitur & ſupra etiam meminimus quæ.prima,num.9. & ſeq. ac tanto magis noſtra hæc conſuetudo,obligat, quæ tendit ad obuiandum fraudibus, vt ſup. in 5. præfat.ex traditis per Alex.conſ.209.num.7. & ſeq.lib.2.Ex aduerſo autem, quod vxor legatum detinens tuta ſit in foro conſcientiæ, facit dictum Bal.in l.1.num.5.C.de teſtam. quod vbi hæres de iure polli quocunq; ingenio habere poteſt de bonis relictis in teſtamento minus ſolenni,non peccat,cum quo tranſit Iaſ.in l.cum quis.num.15.de iur.& fact.ign. Sicuti videmus, quod
18 nedum†legatarius rem in minus ſolenni voluntate relictã, quæ ſibi naturaliter debita non uidetur, ſed etiam hæres in non minus ſolenni teſtamento contentam hæreditatem, quę nullo iure ſit debita,quemadmodum res ſe habet in terminis huius noſtræ conſuetudinis. vt ſępe dictum eſt, ſalua conſcientia retinere poſſunt,Iaſ.poſt Alex. d.l. nemo poteſt num.95.& 107.in poſteriori lect. in priori autem num. 71. & ſeq.Corn.conſ.119.colum.9.verſ.nam relictum lib.2.Capyt. deciſ.89.idque tunc, cum vxor ſui ipſius conſcia certo ſcit, talem fuiſſe liberam,& ſpontaneam uoluntatem mariti ſui nullis per eam ſeducti fraudibus,& adulationibus ad ſibi relinquendum.Cum enim noſtra hęc diſpoſitio prodita ſit ad obuiandum fraudibus,fictisque adulationibus,quibus mariti ab eorum vxoribus relinquendum ſeducuntur,vt ſup. 5. præfat.ſicque,diſpoſitio hæc non ſuper certo, ſed in fraudis, deceptioniſue præſumptione fundata reperiatur, veritate aliter ſe habente,in interiore animæ iudicio non ligat,Bald. auth.ingreſſi.num.15.C.de Sacroſ.Eccl.Iaſ.in rub. ff.de acq. hær.colum.fin. Dec.c.1.num.18.4. concluſ. de conſt. Alciat. conſ.53.num.6.li.9. & in c.nouit.num. 42.de iudic.& uoluit Rip.d. c.l.nemo.num.101.Vaſch. d.§.1.num.42.& §.2. nu. 11. & ſeq.ubi præſupponit, hanc veriorem in puncto iuris,& tutiorem,quo ad animarum ſalutem.prout dicimus de eo, q
19 †rem detinet ex contractu bona fide.ac omni fraude remota inito cum muliere,aut minore,citra viri,uel proximiorũ conſenſum,contra legis ſanctionem,qui rem tuto detinet, ex quo ſcilicet fraus omnis abeſt,atque læſio,ut id veriſſimũ firmat Tiraq. de ll.connub.Glo.4.num.21.& ſeq.& Couar.in c.quamuis 2.part.4.§.num.6. Quemadmodum etiam exaduerſo tutus in foro conſcientiæ exiſtit hæres.arb itrando, legatum huiuſmodi fraudulenter factum,lege ſic concomit-
20 tante,at vbi certus,†eſſet,liberam, & ſpontaneam fuiſſe teſtatoris voluntatem legatum tunc citra peccatum retinere non poſſet,quia omnis,qui uoluntati teſtatoris contrauenit mortaliter peccat,Abba.d. c.cum eſſes colum.3. de teſtam. & quia tunc videtur conſcientia læſa,& omnis,qui facit cõtra conſcientiam, etiam lege permittente,ædificat ad gehẽnam ignis glo.c.inter hæc 33.q. 2.etiam quod ſcrupuloſa ſit conſcientia, quoniam illam cogitur deponere.c.per tuas.de ſimon. Rip. d.l. nemo.num.101. & ante eum ſentit ibi Alex. num.24.verſ.niſi tamen veniens,quatenus daclarando,quæ ſupra dixerat,inquit, quod quoties ab inteſtato ueniens læſam conſcientiam haberet,ut quia illa ſibi dictaret, q male faceret, credens ſe in hoc Dei iuſtitiã lædere,is tutus nõ erit in foro conſcientię,quia etſi erronea foret talis conſcientia, ligaret niſi illam prius deponeret,ad idem propius acceden do Ang.conſ.81.in 2.dubio, vbi conſultus, an liceat hæredi legatum factũ uxori incapaci in animę iudicio retinere, reſpondet, quod vbi hæres remordentem conſcientiam habet,

Source : BIU Cujas

21 bet,ad præſtationem legati tenetur,ꝙa cōſcientia †remordēs ſemper eſt ſeruanda, alias non, & in hunc ſenſum loquitur Alciat. in d.c.nouit.nu.44. Iuncto nu.31.quatenus in ꝓpriis terminis ait, ꝙ vbi reperitur vxori plus relictum, quam lex permittat,dicere poteſt hæres, quod non habet conſcientiā læſam, ſed quod credit, ꝙ blanditiis maritum fraudauerit ad ita legandum,ſubdens,bene cauere, qui ita iurant, ne ædificent ad gehenam. Ego vero indiſtincte,etiam ſecundū ma
22 gis receptam ſententiam, teneo, mulierem †in interiori animæ iudicio non poſſe tute bona a marito ſibi relicta obtinere, quin ad illorum reſtitutionem,vbi apud ſe exiſtant, in foro conſcientiæ cogi poſſit. nam cum vxor per hanc tam iuſtam, honeſtam, & ſecundum aliquos, ſanctam legem relictorum ex latere mariti effecta ſit in capax, ab illorum contractatione ſe abſtinere debet, vt ex authoritate Caietæ in 2. q.26.art.3.firmat Couar.ad 4.decret.2.par.c.8.§.5.nu.8. & latius in c.cum ęſſes.nu.4.ad 12.vſque.de teſtam. vbi cōtraria refutat,& in ſpecie quę ſupra retulimus,vt iterum meminit in eadem ſententia perſiſtens.in c.peccatum.2.par.3. §.circa fi.de reg.iur.in 6.cum quo tranſit.D.Clarus li.3.recep.ſent.§. teſtamentum.q.90.vbi inquit, ꝙ aduerſa opinio nunquam ſibi placuit, quodque non auderet pro ea conſulere, ſaltem ante factū, licet poſt factum poſſet mulier a reſtitutione perceptorum excuſari, maxime ubi fuiſſet in bona fide. Quod poſterius dictum uix etiam ego admitterem, inſcio, aut reclamante hærede,niſi in caſu præſcriptionis legitime decurſæ, vt ſup.in 5.& 6.q.& ita in caſu emanatę monitionis in his puris terminis tradit Chaſſ.ad conſuet.Burg.4.rub.7.§.verb. des prochains.q.pe.incip.quidam mercator, & arguendo ad partes concludit Pech.de teſta.coniug.li.4.c.13.in fi. Borgn. de vſuf.mul.relicto.nu.121.& ſeq.Vaſch.de ſucceſſ.creat. li. primo.§.2.nu.13.cum aliquot ſeq. vbi ēt.nu.16.obſeruat, nō
23 iuſte poſſe rem furto ſubtrahi, & ita ēt quo ad terminos noſtros vera ſe habet,& magis cōis ſententia.Tum quia lex †ipſo iure operatur,vnde obligat in foro conſcientiæ, vt ſup.diximus.num.3.per Tiraq in d.l.ſi vnquam.verbo,reuertatur. nu.291.& ſeq. & Vaſch.d.c.102.nu.22.& c.104. circa finem, vbi vult.ll.non obligare,niſi cum id exprimunt,aut cogitāt, cogitare autem ſatis videntur,cum obligant ipſo iure,vel facto,tum etiam quia cum nec naturalis ſubſit obligatio, mulier in nullo ſe fundare poteſt, vt in animæ iudicio tuta eſſe poſſit,ꝙ eſt de mente eorum omnium, qui volunt, hęredē, & legatarium minus ſolemnis voluntatis in detinēdo rem ſibi relictam,niſi ex eo fore tutos, ꝙ illis naturalis obligatio aſſiſtat, vt Alex.Iaſ.Ripa,& cæteri alii recentiores in alleg.ll.nemo pōt,ex Bar.doct.nu.18.obſeruant, vnde,a ceſſante ratione naturalis obligationis, vt hic ſuccedit,res ꝓ nobis proculdubio manifeſta exiſtit,vt ſuper huiuſmodi obligationis defectu præ cæteris nititur Vaſch.d lib.1.§.1.num.22.& ſeq. §.2.nu.13.& ſeq.Niſi aduerſam ſententiam ſaluare velimus in caſu, quo mulier certo ſciret, eius maritum ꝓprio motu, & ex ſua libera voluntate,non autem ad ſui importunitatē, alteriusue interceſſionem ductum fuiſſe ad ſibi relinquendum,ex his,quæ ſup.in contrarium adduximus, nu.18. uerſi. idque tunc.Licet ſuper hoc adhuc ſubſiſtam, ex iam deductis,cum etiam vxor vix certa eſſe poſſit,quod vir citra coniugalem amorem, & affectum ductus fuerit, & ſic non deprehenſus hac noſtra prohibitione, ut ſup.in præfat.5.Quare mulier ſub tali dubitatione, ſe tute in iudicio animæ firmare non poteſt,vt idemmet Vaſch.perpendit.d.§.2. ante alle-
24 ga.num.11.Vnde bene caueant †mulieres, & ſuam perſcrutentur conſcientiam,quæ plerunque bona maritorum ſuorum,nedum quæ ſibi relicta ſunt,detinent, verumetiā multo maiora furto ſubtrahunt, memores dicti ſacræ paginæ, quid prodeſt homini,ſi totum mundum lucretur,animę vero detrimentum patiatur, & ne (vt inquit Caſt.conſ.348. in fi.li.2.) lucrum quærant in burſa, damnum uero in conſcientia,capiantque veſtem,ſed perdant fidem, miſer'homo, qui iram Dei non timet, & iudicium eius, cui nihil eſt occultū, ad quæ pulchre Crau.conſ.282.in fi.Et ex his conſtat, nō be
25 ne ſenſiſſe Bal.†conſ.204.teſtator legauit, col.2.li.1.repetito. conſ.419.lib.5. quatenus in caſu huius noſtræ prohibitionis vī velle, ꝙ monachi hæredes inſtituti conſcientiam ample cti teneantur,ac permittere, ꝙ vxor, teſtatoris volūtate plene fruatur,cuius dicti meminit Alciat. d.c.nouit. nu.31.de iud.ac de eo ſibi in conſulendo ſeruit conſ.53.nu.10.lib.9.& Rebuf.in c.poſtulaſtis,in gl.repetitio,num.47. de cler.excō. admin. licet Bal.iſtud ſuum dictum non firmet, ſed arguendo loquatur,vt per eum eſt videre, prout idem Alciat. docet conſ.10.nu.17.lib.8.& cui in propria quæſt. contrarium ſentit Anchar. conſ.79. in fine. ac in caſu huius noſtræ conſuetudinis tradit.D.Menoch.conſ.11.in fine.libro primo.Neque
26 diſcrimen † aliquod conſtituendum fore,arbitror, opulenta ſit hæreditas, legatum vero paruæ æſtimationis, uel ne, quicquid alias in ſimili dicat Felin.in c.1.nu.48. de conſt. cū ſcilicet,hæc exprecedentibus corruant.Minuſque curandū
27 quod cauſa verſetur †coram arbitro,ut plerumq; ſit,aut quocumque alio iudice, qui forum conſcientiæ ſequi hēat quicquid in legato facto per filiumfam.in eius vxorem, ac in minus ſolenni uoluntate decantet. Caſ.conſ.428.in 4.dub.li.2. cuius meminit Pech.de teſta.coniug.libr.i.c.1.in fine,dicens id certe notatu dignum, licet ſuper eo adhuc, non firmet pedes,cum enim nihil tam in foro conſcientiæ, quam quocunq; alio iure ſit debitum,nulla ſana,atq; diſcreta cōſcientia dictat,vt uxori quicquam adiudicari poſſit, ꝙa cōſciētia;
28 †legū rationib.non ligata,ſed quibuſdam imaginibus intellectus adhærens,non obligat,Bal.l.2.num.quinto.C.de pen.
29 iud.qui male iud.& propterea debet †iudex ſuam formare, conſcientiam ſecundum iura c.qualiter, ſecundo de accuſ. Barb.conſ.36.num.7.& 8.lib.2.& arbitrari,quod iuri conue-
30 nit, Crau.conſ.190.num.5.nec etiam poteſt †arbiter, ſeu arbitrator ex certa ſcientia de alieno largiri,ex quo ei permiſſum non uidetur,rem alienam donare, quin etiam ſpecies furti eſt,de alieno largiri,no.Ale.ad Bar. in l.ſi ſocietatem.§.
31 arbitrorum num.24.ff. pro ſoc. & de ſimili authoritate †arbitratoris cum facultate procedendi facti ueritate inſpecta nō nulla ad rem digna tradit Crau.de antiq.temp. 1.part.diſtin. 14.nu.7.Quod locum,habet,etiā,quod extent literę principis,vt partes concordentur, Bald. conſ.323. cum quidā Me-
32 dicus.lib.1.Neq; ēt Alciat.†alleg.conſ.53.num.7.& ſeq.li.9. contrarium ſentit,a ceſſante ratione cuiuſcunq; obligationis, ſuper cuius exiſtentia.Alciat.nititur, quæ in terminis noſtris ceſſat,vt ſæpe dictum fuit. Prout nec ipſe Felin.†eius dictum uidetur firmare in c. eccleſia S. M. num.91.in fine,de conſt.ad quem locum ſeipſum remittit,in dic.c.1. Vt Felin.
33 quoque improbat Vaſch.de ſucceſſ.creat.li.1.ad l.quoniam
34 in prioribus C.de inof.teſta.nu.451.Verum ubi mulier †de cōſenſu hæredis, ut plerunq; contingit,rem legatam detineret etiam data marito fide de re vxori reſtituenda,tuta erit in foro conſcientię ex eo quod talis detentio,ſeu acquiſitio potius fit ex uoluntate hæredis veri domini,quam mariti, vt id quoque,tradit Couar.d.§.5.num.8.in 2.& 3.illat.ac ſentit Pechi.d.c.13.in fine,de teſta.coniug.lib.4.confert Cœpol.cau. 38.colum.2.& Iacob.a S.Georg.in l.cum tacitum num.6.ff.
35 de prob.Quod accipiendum arbitror,prout verba Cou.†ſentiunt,ubi res legata ad ipſum hęredem ſpectaret, ſecus ſi ad alium cohęredem,legatarium, aut ſubſtitutum pertineret, iuxta ſup.annot.q.2.num.24.nam hoc caſu tuta mulier non erit,niſi his ad quos res ſpectat, denuntiatū fuiſſet,& ipſi accipere nolent,Vaſch.alleg.c.102.num.23.& ſeq.ad quod ſup. per nos annot.nu.15.Quodq; Iterum accipiendum eſt reſpectu ipſius mulieris,vt quęſtio formata exiſtit,quod, ſi tuta ſit in foro conſcientię, donec,& vſq; quo hęres permittat, vt legatū retineat,nec ei moleſtiam,inferat,cęterum ſi hæres pęnitentia ductus nolet amplius in hoc bnplacito verſus uxorem perſeuerare, ex quo tunc ſibi competit ius legatum repetendi,vt ſupra q.11.& 12.non crederem, ex prædictis vxorem tutam fore, ad quod confert,quod no. Vaſch. q.Illuſt. c. 29.in fi.ex Sot.& Caſt.in locis per eum allegatis in reliquis autē quid ualeat promiſſio hæredis facta de legato vxori præſtando,ſatis ſupra diximus q.1.

SVMMARIVM.

1 *Pœna priuationis hæreditatis per teſtatorem, adiecta ad præſtandum legatum vxori,hæredem non afficit & num.6.cum ampliat num.10. & ſeq. & limitat.num.13.*

2 *Prȩcepto teſtatoribus iniuſto non obtemperando, quis in pœnam non incidit.*

3 *Hæres facto defuncti, in eo, quod contra legem diſpoſitum eſt, libere contrauenit, Quod locum habet etiam, quando contra conſuetudinem fit.num.4.*

5 *Voluntas teſtatoris contra bonos mores non ſecus eſt nulla,ac contra legē ſcriptam.*

7 *Hæres inuentarium,& cautionem de utendo,& fruendo arbitrio boni uiri ab uxore requirere poteſt,etiam quod teſtator præceperit,eam non moleſtari ſub pęna priuationis, cum ampliat,& declaratione.*

8 *Inuentarii,& cautionis remiſſio per teſtatorem facta quid operetur.*

9 *Hæres permittendo, vſufructuarium ſimpliciter abſque inuentario, & cautione vti frui omnem ſolennitatem ei remittere uidetur.*

10 *Teſtator hæredem inſtituere non poteſt, ut legatum præſtet vxori,etiam relinquendo alicui alteri capaci in caſu controuerſiæ nu.11.*

12 *Contrauenies nunquam currit in pęnam,niſi volente,vel conſentiente, in cuius fauorem appoſita eſt pœna.*

13 *Hæres non præſtando vxori legatum in pœnam adiectam cadit, cum legis prohibitio fauorem hęredis ſolum reſpicit, & hęres ipſe in legatum conſenſiſſet.*

14 *Hęres ſub pœna caducitatis,Ita vt poſſeſſionem hęreditatis non recipiat,niſi mortua vxore,quæ interim ſit uſufructuaria,ſpreta conditione hęreditatem adire poteſt,& libere,vti & frui.*

Quęſt.

Source : BIU Cujas

Quæst. XV.

Postremo ex his, quæ supra sæpe diximus, huic nostræ dispositioni resisti non posse, ob præcisam necessitatem ex ea inductam, & omnem sublatam potentiam, fit, ℭ licet maritus hæredi præcipiat, vt sub hæreditatis priuatione, † aliaue pœna vxori legatum præstet, impune poterit hæres tali non parere præcepto, tanquam a iure improbato. l. 1. in fine. C. de his, quæ pœn. nom. Cum. n. secundum Cast. in rub. ff. eod. non obtemperans † præcepto a iure improbato non delinquat, iniustum esset, ℭ is caderet in pœnam. Adeo quod hæres † facto defuncti libere in eo contrauenire potest, quod contra legis sanctionem dispositum, Bald. cons. 161. quidam Mæchus li. 5. Soc. cons. 56. nu. 2. in fi. lib. 3. Crau. cons 2. nu 5. & seq. cum alijs adductis per Cacher. dec. 180. num. 1. vt nec etiam de pœna per testatorem contrauenienti apposita curandum sit, cum nemo possit facere, quin leges in suo testamento locum habeant, vulga. l. nemo pōt, de leg. 1. Neuiz. cons. 9. nu. 11. & seq. nam vbi actus est nullus & legi contrarius, non valet adiectio pœnæ. l Seius, & Augerius. ff. ad l. Falcid. Ias cons. 40. col. fi. lib. 1. & de communi testatur Couar. in c. quamuis. 2. par. 4. § num. 4. in 6. Quæ cōclusio locum habet, nedum, quando testator aliquid contra legem scriptam præcipit, verum etiam, vt res nostra agitur, cū contra † consuetudinem patriæ disponit. Ioā. Fab. §. fi. nu. 3. in fi. inst. de legat. quia, vt ipse ait, transgressor legis, & consuetudinis eadem pœna punitur, de quo latius sup. in prox. qō. num. 17. vnde videmus, † voluntatem testatoris aliquid contra bonos mores disponentis non secus esse nullam, acti qd contra legem scriptam disponeret. l. conditiones, quæ contra. ff. de cond. inst. l. si quis inquilinos. §. fi. de leg. 1. Rom. consil. 219. in princ. Et ita, ℭ hæres iussus voluntatem testatoris adimplere † versus incapacem, sub priuatione hęreditatis, pœnam aliquam non incurrat non adimplendo voluntatē testantis, tradit Cast. cons. 5. nu. 4. li. 1. cons. 125. in 7. dubio. li. 2. Ias. post alios per eum adductos. cons. 40. in 3. dubio, col. fin. li. 1. & in specie voluerę Anch. cons. 79. in fi. Soc. cons. 79. nu. 47. iunctis præced. li. 4. Alba. cons. 41. nu. 6. Alciat. cons. 11. in 5. dubio. li. 5. Phan. de inuent. hæred. 7. par. nu. 114. Crot. consilio 273. nu. 7. 8. 12. & seq. vbi inquit, ℭ cum statutum disponere non possit, vt spurius succedat, non potest etiam disponere, vt quicunque opposuerit, quod talis sit spurius, sic puniatur, & nonnihil D. Menoch. cons. 11. nu. 25. li. 1. ac Rui. consil 44. col. 2 nu. 7. li. 2. licet postmodum sentiat pœnalem hāc dispositionem valere pro parte, a statuto permissa, intātum, ℭ si in ea contra fiat per hæredem, pœna committatur in totum, de quo latius infra, verb. vltra, q 4. Sicuti in simili videmus, ℭ si testator prohibeat, hæredem sub pœna priuationis hæreditatis vxorem non molestare, in conficiendo inuentarium, & ad satisdationem præstandam, hæres adhuc inuentarium, & cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri impune requirere potest, Cast. cons. 221. col. 1. li. 2. Ias. d. cō sil. 49. col. fin. & de communi attestatur Soc. cons. 131. nu. 14. lib. 1. Crau. cons. 187. in fi. & cons. 200. nu. 5. Dilect. de arte testa. tit. de variis testamen. præcep. caut. prima. nume. primo. Plot. l. si quando. nu. 607. C. vnde ui, & in terminis statuti permittentis, partem vsufructus vxori relinqui. idem no. Plo. cō sil. 168. col. fi. inter cons. vlt. volum. Chass. in simili ad consuetu. Burg. 4, rub. 7. §. verbo, donationis. nu. 6. cum alijs in materia abūde deductis per Rolan. cons. 92. in 1. dub. li. 1. & Borg. de vsuf. mul. relict. nu. 148. & Pech. de testa. coniug. lib. 5. c. 9. nu. 4. vbi in tota illa quæst. pulchra ad rem conferentia tradit, quæ in facti contingentia perlegi poterunt, & quæ scrib. Pinel. in l. 1. 2. par. num. 75. & sequen. C. de bon. mat. vbi ampliando, & limitando procedit. Quod locum sibi vendicat, ēt ℭ hæres mortuo testatore promitteret, vsufructuariā non molestare, quia eam adhuc molestare, non diceretur, petendo cautionem, & inuentarium, Ale. l. quod de bonis. §. 1. nu. 5. ff. ad l. Falcid. sequitur Pic. in l. Titia. §. Titia cum nuberet, nu. 125. de leg. 2. ac in propria materia voluit Soc. d. cons. 79. nu. 47. & seq. li. 4. Hoc tamē intelligendo, qñ promissio esset generalis, non autem expressa, vt apud Pinel. vbi sup. vers. limitantur ēt illa iura, cum vers. seq. ac conferunt s̄. no. q. 1. nume 85. Est uerum, ℭ talis remissio † inuētarii operatur, quod vxor non solenne inuentarium, sed qualemqualem bonorum descriptionem, facere tenetur, quinetiam ubi & hanc descriptionem omisisset, in suspitionem furti nō incideret, secundum ueram, & communem conclusionem firmat Paris. cons. 61. col. fi. lib. 3. & Pech. cum eo. d. c. 9. nu. 3. & nos inf. dicemus, verbo uiginti. q. 3. ubi tñ hęres, † uxorem ita simpliciter utifrui, permitteret. nihil tunc poterit uxori impingi, ex quo omnis hęc solennitas sibi interim remissa uidetur, Alciat. d. cons. 11. in 6. dubio, lib. 5. Pech. ubi supra nu. 4. uers. hinc existimant, & Borg. ubi sup. nu. 149. Itidem hæc nostra conclusio procederet, ēt ℭ testator † sub conditione hęredē instituisset, si legatum redderet, ut scilicet, hęres spreta conditione adire possit, non secus, ac si nulla scripta conditio esset, propterea ℭ illa in fraudem legis videtur adiecta. l. siquis sub conditione. ff. de cond. inst. l. Seius, & Augerius. ff. ad leg. Falcid. nam cum hęres a legati pręstatione sit liberatus, in pœnam testamenti non incidit, ut similem ex hoc quæstionem decidit Bald. in l. 2. nu. 6. uers. sed pone. C. de iur. dot. ac idem in effectu sentit Cast. in l. ℭ conditionis. ff. de dona. cau. mor. ad solutionem. l. Meuius. ff. de cond. & demō. Item quicquid ultra modum legatum est, ut sępe dictum fuit, pro non scripto habetur, si ergo id onus pro non adiecto existit, per consequens legatum ipsum ad instar simplicis relicti cēsetur redactum, quod per hanc nostrā dispositionem est improbatum, qua ratione utitur in simili Bal. in l. hac edictali, noua lect. nu. 15. C. de secun. nup. cum quo transit Soc. consi. 30. nu. 41. li. 1. Quinetiam, ubi maritus † uxori legasset, & casu, quo hęres ei controuersiam faceret, cuidam alteri capaci reliquisset, adhuc non ualeret hoc secundum legatum in pœnam hæredis sic factum, ex eo ℭ nullam pœnam meretur hęres, si huic conditioni non obtemperauit. Cast. in l. Lucius. §. tres, col. fi. uers. interdum legatum. ff. ad Trebell. cum quo in specie sentit Anch. d. cons. 79. in fi. ubi paulo ante uerbū ad rem memorabile ait, quod contrauenienst nunquam incurrit pœnam, nisi ille, in cuius fauorem posita est, uelit, & consentiat, alias inepte agitur. Verum ubi essemus in casu, quo hęres † in legatum consensisset, & uxor capax legati effecta esset, quoties, scilicet statutum hęredis fauorem solum respiceret, & ipse hęres libere consentiret, ita ut consensus ualeret, utique tunc hęres contrafaciendo in pœnam caderet, ut in his terminis consuluit Barb. cons. 12. columna 7. lib. pri. Licet id ad casum nostræ consuetudinis applicari non possit, ex eo quod hęres uxorem nullo modo legati capacem reddere potest, nec ualidum cōsensum præstare, ut s̄. abūde diximus quæstio. prima. Et ex his constat, non curandum de cautela illa, sub qua maritus hæredem instituit, ita vt possessionem hæreditatis sub caducitatis pœna recipere non audeat, nisi mortua vxore, quæ interim sit vsufructuaria, qn scilicet hæres spreta hac conditione hęreditatem adire, ac vti, & frui libere valeat, quam quidem cautelam licet implicite excitauit Alban. in lucubrat. ad Barto. in l. 1. numero 14. C. de sum. trinita. Nisi essemus in casu, quo vsusfructus, vel pars ipsius vxori relinqui possit cuiuscemodi statuta reperiuntur, tunc bene recurrendum esset ad tradita per Ioan. Andr. ad Specula. titu. de instr. edit. §. nunc vero aliqua, in fi. ad quem se remittit Alban.

SVMMARIVM

1 *Legare verbi variæ significationes.*
2 *Legare verbum hic quomodo accipiendum.*
3 *Relinquere verbum proprie ad ultimas uoluntates adaptatur, sed magis amplum, & latum habetur, quam legare.*
4 *Legare vox olim latissima erat, hodie vero restricta.*
5 *Hæcque quadrupliciter accipitur.*
Stricte.
Lage.
Largius.
Largissime.
6 *Dispoptio, hæc legatum stricte sumptum dubio procul comprehendit, & quidem secundum quatuor legatorum genera, vbi quodlibet per se genus exemplificatur.*

LEGARE. Principium.



1 Legare † est in legationem aliquem mittere, Cicer. in 5. verr. Centuripini Andronem Legarunt. Saluſt. in iugurt. Legantur tamen in Aphricam maiores natu, & in iure nostro speciales quoque tituli habentur. ff. & C. de legatio. & de officio legati in iure Pontificio. Quandoq; ponitur pro assignare Liui. 8. belli puni. patere nos omnia aduersa casibus belli, & fortunæ Legare. eiusdem significationis nos delegare habemus, quando debitorem alium loco suo substituimus. l. delegare. ff. de nouatio. Indeque delegare causam, quoties princeps, vel ordinarius iudex aliū deputat, supponitque, vt loco suo causam audiat, de quo frequens in vtroque iure habetur mentio. At hæ significationes nihil ad rem, de qua agimus, cōferunt, nec subiecta quoque materia patitur, secundum quam accipienda sunt verba l. Insulam. ff. de præscrip. verb. Bal. l. data opera. nu. 45. C. qui accus. non poss. Vnde quoties verbum legare ad moriētium dispositiones refertur, vt hic, † significat decernere, seu mandare, quia decernit testator, dum uult, tale quid alicui præstari, Alciat. l. verbis legis. ff. de verbo. signifi. l. Centurio. nu. 65. ff de vulga. quæ vox passim in iure habetur. Idem dicēdum est de verbo † relinquere, quo huiusmodi statuta plerunque

Source : BIU Cujas

runque vtuntur,cum & illud proprie ad vltimas volũtates adaptetur l.1.§.fi.de tab.exib.glo.in l.his verbis,in princip.ff. de hære.insti.in §.si vero nulla, verbo,relictis, Auth. de hær. & falcid. & in clem.2.verbo,relicti,de iur.patr.ac not. Ias.in l.cum filiofam.num.8.& ibi etiam Soc.Iun.num. 10.& seq. de lega.1.Bertran.in l.hac edictali in princ.nu.25.C. de secũ. nup.& in specie Alex.cons.26.nu.4.lib.2.D.Ceph.cons.414. num.15.& seq.lib.3.& Plot.cons.168.nu.37.& 39.inter consil.ult.uolunt.quod etiam magis amplum & latum habetur quam uerbum legare Bertran.ubi sup. & Crau.in rub. de le-
4 gat.1.nu.73.& 74. Verum legare significatio †olim latissima erat, apta ad quamlibet ultimam uoluntatem d.l. uerbis legis.ff.de uerb.sig.hodie uero ex frequentiore usu simpliciter de his,quę particulariter in testamento relinquntur, accipitur.ut puta,domus,fundus,argentum,uel pecunia numerata. dicta l.verbis. legis, in fine Bartol. dict.l.Centurio, num. 16.Bal.l.quoties col.fi.C.de hær.inst.ubi is ait, ꝙ licet verbũ legare olim commune esset,hodie tamen posteaquam iuris prudentia nomina distinxit,vt constat.tit. de hęr. inst.de legat.& fideicom.desiit esse commune sequitur Rip.d.l.Centurio.num.98.& in 2.resp.num. 11.de lib. & posthu. & Crau. vbi sup. Ad maiorem tamen intelligentiam sciendum est, quod huiusmodi verbum legare , vt ex recentioribus colligitur in rub.de leg.1,quatenus,vt dixi,ad morientium dispo-
5 sitiones refertur quadrupliciter†accipitur, stricte, large, largius,& Largissime. nam prim.loco stricte accipitur,quoties aliquid particulariter directe relinquitur, veluti domus,pecunia,& similia,de quo habetur.ff.de leg.1.2.& 3. C.& insti. de legat.quæ significatio a qualibet alia dispositione adeo separata existit, ut nec fideicommissum compehendat, ut in allega.rubricis est uidere,ex copula inter se posita iuxta no. in rub.ff.de iur.& fact.igno.Large, cum fideicommissum cõ prehendit l.2.prope finem.C.Comm.de legat.dum ibi habetur,quod omne,quod est legatum,intelligitur fideicommissum.& e conuerso,ac probant varia iura , in quibus hæc nomina confunduntur.l.Caius.§.fin.de leg.2.l.Sæpe.l.Paula.§. fi.l.fideicommissa. §.si quis alicui.l.vxorem. §.testamẽto de legat.3.cum similib.quod hodie de plano concedendum est ratione adæquationis inuicem factę l.1.de legat.1.& l.2.C. comm.de legat.Largius quoties præter fideicommissum cõ prehenditur donatio causa mortis. l. & fideicommissum. de leg.3.largissime vero quatenus ꝙlibet vlt.dispõnem tam specialem,quæ vniuersalem , sicque hæredis institutionem importat.d.l.verbis legis.ff.de uer.sig.& §. disponat auth.de nup.Et quo ad primum caput,quo stricte accipitur,dubium
6 †non extat,quin nostra hæc dispositio in eo procedat, cum mens,& uerba ipsius conueniant.l.item veniunt. § aptanda ff.de pet.hær. cũ sup.adductis verb.maritus.quinta quæst.1. nu.24.& quidem ſm quatuor illa legatorũ genera,quę olim in usu erant,ac hodie sunt licet eorum differentiæ sint abolitę,vt dicit Rip.in rub.de leg.1.nu.16. & in propria materia no.Bal.cons.204.testator legauit col.fi.li.1.repetito cons.419. lib.5.s.per vendicationem, per sinendi modum,per damnationem,& per præceptionem, veluti per uendicationem , si dicat maritus.|seruum illum tibi vxori do, lego, uel rem illam tibi præsume.habe.vendica.Per sinendi modum,hęres meus talem rem vxori permitte sumere,& sibi habere , per damnationem,hæres meus vxori dato,aut illi ab hærede dari iubeo. aut hæres damnas esto dare,per præceptionem,vbi uni ex hęredibus dicat præcipito rem illam,prout Ita declarat Rip.in alleg.rub.de legat.1.num 16. Alciat.Parerg li.2.c. 1.Couar.c.Raynutius.§.10.in princip.de testam. Reliqua autem capita difficultates nonnulas præse ferunt,& ideo singulatim procedendo.Quęritur primo .

SVMMARIVM.

1 *Dispositio hæc,prohibens,maritum legare vxori, num prohibeat etiam per fideicommissum relinquere, nu.5.& seq.amp.nu.14.15.limit. nu.16.20. 21.sub limit.nu.22*
2 *Municipalis dispositio legandi, ad fideicommissum non trahitur contra.*
3 *Vxor olim prohibita hęres instituti , per fideicommissum fieri poterat,quid autem hodie nu.12.*
4 *Sex.Peducei factum egregium in reddendo hæreditatem mulieri,voluntatis defuncti penitus ignaræ.*
6 *Legata,& fideicommissa facta sunt synonima,ita vt nomen vnius alteri conueniat.*
7 *Stat.loquens de legatis ad fideicommissum trahitur & econtra.*
8 *Nomina legatorum , & fideicommissorum in iure plerumque confunduntur.*
9 *Differentia nulla existit inter titulum institutionis,legati,vel fideicommissi,quo ad facultatem acquirendi.*
10 *Datum ex fideicommisso capitur a defuncto.*
11 *Mulier secundo nubens,extraneo relinquere non potest,cum onere restituendi secundo viro.*
13 *Hæres grauatus cui velit hæreditatem restituere, vxorem eligere non pot.*
14 *Episcopus onus habens hæreditatem viri distribuendi , in vxorem qui equã præter modum elargiri non potest , nisi quo ad alimenta , vbi vxor paupper esset.*
15 *Hæres gratia conditionis implendæ grauari non potest, vt aliquid præstet vxori.*
16 *Hæres non grauatus, vxori defuncti suo arbitratu relinquere potest, etiam via donationis inter uiuos nu.10.*
17 *Spurius hæres abinstituto patris fieri potest..*
18 *Vxori uulgari prohibitus relinquere potest socerum instituere .*
19 *Vxor prohibita dare secundo uiro , filiis tamen ex eo , quantum velit , dare potest,salua tamen legitima filiis prioris tori.*
20 *Coniunctionis sola ratio fraudis suspicionem non inducit.*
22 *Prohibitus alicui relinquere, censetur quoque prohibitus, ne relinquat per mediam personam , vbi nu.seq.varie hęc propositio exemplificatur.*
23 *Traditio incontinenti ab hærede in uxorem facta fraudis suspitionem arguit.*
24 *Vxor rei mariti continue insistendo,compatiente hærede,fraudis coniecturã demonstrat.*
25 *Fraudis suspitio in dubio cessat,nisi ex aduerso demonstretur.*
26 *Grauati vxori,restituere , in modo restituendi diligenter cauere habent, ne suę ac mariti,& uxoris animæ detrimetum afferant.*
27 *Consuluentes circa formam restituendi rem vxori præter modum relictum , caueant.*
28 *Ecclesia militans decipi potest,at non triumphans.*
29 *Grauati vxori restituerẽ iudicio ad se excusandum sub iuramento cogi possit etiam quod iuraverint se non denuntiaturos .*
30 *Maritus habens bona acquisita , vel cum expressa facultate dandi, vel relinquendi vxori,ea libere relinquere potest hac nostra prohibitione non attenta, idque planius cum necessitate vxori relinquendi nu.33. cum amp. num. seq.*
31 *Spurii in bonis datis patri, vt ad illos transeant,recte succedunt.*
32 *Donatio inter coniunges valet,cum in contrahendo matrimonio reseruata, est facultas inuicem donandi.*
34 *Vxori vti incertę personæ ex certis relinqui potest .*
35 *Maritus rogatus percepta certa quantitate vxori restituere , absque alia deductione, legatum complere potest.*
36 *Maritus lucrum,sibi quærendum remittere potest , & si illud exinde apud vxorem remaneat,cum declaratione .*
37 *L.si sponsus.§. si maritus. ff. de don. inter virum. plures habet Illationes.*
38 *Maritus si sibi relicturum aliquem roget,vt ipse vxori suæ relinquat, legatum tenet.*
39 *Reconciliatio l.3.§.fi.cum l.sed si uir,§.quod legaturus.ff.de donatio. inter vir.& vxo.*
40 *Generalis illatio ad quæstionem.*

Quæst. PRIMA.

1 NVm nostra hæc† dispositia prohibens, maritum legare vxori, prohibeat etiam per fideicõmissum relinquere.Ale.& Ias.in l.1.hic nu.7. in fine, ille autem nu.6.uers.tñ oportet,de legat.1.
2 assentire videtur,quod municipalis †dispositio legandi ad fideicom.nõ trahatur, quũ uolunt, cognitionem differentiæ nominum inter legata,& fideicommissa, licet hodie ea sint adęquata,valde utilem fore, propter statuta quæ de his loquuntur , in quibus verba proprie ac stricte intelliguntur l.prima.§.hæc verba.ff.de negociis gest. & passim habetur. Quod antiquitus citra vllam
3 difficultatem obseruabatur,nam quib. olim†directe relinqui non poterat,eis per fideicommissum cõsulebatur,fideicommittendo eorum,qui capere poterant,vt refert imperator inst.de fideicom. hęr. in princip.Et nuncupatim ꝙ olim vxor prohibita hæres institui,per fideicommissum fieri posset,vt ad eam bona peruenirent, post Quintil. obseruat Pet. Pech.de test.coniug.lib.1.ab initio c.1.ubi ob id refert, apud
4 Cicer.lib.2.de finibus, Laudari†quendam Sex.Peduceum.q rogatus a C.Plotio, cum tamen sciret nemo cum rogatum , vltro ad mulierem venit,eique nihil opinanti uiri mandatũ
5 exposuit, hæreditatemque reddidit. At de iure. †quo nos vtimur,diuersam sententiam arbitramur veriorem, & tenendam nam cum hodie legata,& fideicom.adequata sint, d.l. 1.de.leg.1.& l.prima.C.comm.de leg. non in conuenit,vt statutum loquens in vno ex æquiparatis trahatur ad alterum etiam in re odiosa,& correctoria,glo.in l.quod vero.ff.de legi.Doct.in l.2,de legat.1.precipue quando generalis adæquatio facta reperitur per viam regulę vt inter legata,& fideicõmissa habetur.d.l.1.& d.l.2.licet secus, vbi equiparatio facta non esset per uiam regulę, & generaliter,sed in aliqua tantũ parte,Ias.auth.nouissima.nu.38.C.de inof.testam.Rip.l.si cõstante.num.69.& seq.ff.sol.mat.Hinc est quod hodie legata,
6 †& fidei commissa facta sunt synonima,Ita ut nomen unius conueniat alteri d.l.2.C.comm.de legat . ibi. & si specialiter legati tantum faciat testator mentionem, & c.vt in re statutaria ibidẽ no.Cas.col.1.uer.3.& ultimo,inferens ob id statutum loquens de legatis trahi ad fideicommissum,& e cõtra,
7 Idẽ post alios recẽtiores obseruat Cra.in rub.de leg.1.nu.156.

ac

ac ſentit in ſpecie Corn.conſ.185.colum.1.uerſ.idcirco.lib.1. & tex.haud obſcurum habemus in l.& fideicommiſſum, de leg.3.ubi expreſse habetur, fideicommiſſum appellatione legati contineri, quicquid fuerit de iure 12.tab.ſecundum Torniel.in alleg.rub.nu.22.per quē text. uult ibi Soc. Iu.in fin.id maxime procedere, cum ſtatutū (ut hic) loquitur de legato.

8 Et proinde uidemus, ꝙ hæc nomina † in iure plerunq; cōfunduntur.l.Caius.§.fi.de leg.2.l.Paula.§.fi.l.fideicom. de leg.3. & alibi ſæpe, ubi id, quod relictum eſt per fideicom.appellatur legatum.Huc optime confert, quod in præſenti materia ſcribit Torniel.in l.Gallus.in prin.nu 6.ff.de lib.& poſth.qua

9 tenus uult, in ultimis uoluntatibus, quo † ad capacitatem, & facultatem acquirendi, non eſse differentiam inter titulum inſtitutionis, legati, & fideicommiſſi, licet inter ſe aliæ differentiæ reperiantur.Accedit quoque quod illud, quod datur

10 † ex fideicom.capitur a defuncto.l.cohæredi. §.cum filię.ff. de uulg.Ergo ſi a defuncto non capit uxor, ut hic, nec per fideicom.conſequi poteſt, quod a defuncto prouenit, ut ſimilem meditationem habuit Bar. in l.quod conditionis. circa medium.ff.de donatio.cauſa mor.Alex.poſt Bal.in l.ſi is qui. nu.5.uerſ.utrum autem. ff.de uul.Cępol.caut.38. nu.1.Iaco. a S.Georg.in l.qui teſtamentum.nu.11.ff.de probat.Bermon. de concub.uerb.qui ēt filios.nu.16. & quia etiam uxoris recipientis perſona ſpectanda eſt, non autem perſona reſtituentis.l.cum dotem. ff.ad l.Falcid. & infra proxima q.dicam. ut in ſimili de prohibitione.l.hac edictali. C.de ſecun.nup.not.

11 ibi Bertran.nu.57.ut ſecundo nubens † ultra modum ibi prę fixum extraneo relinquere non poſſit, cum onere reſtituendi ſecundo uiro, eo quia perſona ſecundi coniugis recipientis ſpectanda eſt, non autem perſona reſtituentis, & ita ēt ut

12 his, † quibus olim per fideicommiſsum, licet non directe relinqui poterat, nec hodie ualeat fideicommiſsum, no.gl.legem hanc antiquorum declarando inſti.de fideicom.hęr.in prin.uerb.quib. Et demum ratio, quę cauſam dedit prohibēdi legatum, eadem omnino locum ſibi uendicat, in fideicō. alioquin nihil etiam facilius eſset, quam huic prohibitioni fraudem facere, relinquēdo uxori per uiam fideicom. quod nomine legati fieri non poteſt, ut in propria materia ſtatuti prohibentis, maritum in uxorem teſtari, ut non poſſit etiam codicillari, tradit Pet.Pech.de teſtamen.coniug. l.4.c.4. atte ſtando de communi. Quæ quidem concluſio ampliatur, ut procedat, ne dum ubi maritus per fideicom. uxori relinqueret, heredem expreſse grauando ei reſtituere, uerumetiam,

13 quando rogaret hęredem, † cui uelit, hęreditatem arbitratu ſuo reſtitueret, quia tunc prohibita adhuc erit uxor eligi per hęredem, cum illa uideatur electa per maritū, & ab eo capere, quod prohibitum eſt, non autem ab hærede, Bar. l.ſi. nu.7.ff.de his, quib.ut indig.& ſuo, in conſ.194.in 2.dubio.li. 1.Caſt.l.Lucius.§ in teſtamento, in fi.de legat.1.ubi aſserit, ita ſe habere veritatem, Cæpol.caut.38.in 4.caut. ſentit Alexā. d.l.ſi is, qui.nu.7.in fi.ff.de uul.& conſ.54.nu.1.& 18.li.7. Iac. a S.Georg.l.qui teſtamentum.nu.7.ff.de probatio. Dilect.de ar.teſtan.ti.1.caut.14.nu.9.Couar.in 4.decret.2.par.c.8.§.5.nume.3.in fi.eandem quoque ſententiam tuetur Palleot.tract. de noth.& ſpur.fil.c.44. Quę adhuc procedit, eſto, quod epi-

14 ſcopus † hoc onus diſtribuendi haberet, ut nec ipſe quicquā prēter modum elargiri uxori ualeat, cum non uideatur datum arbitrium diſponendi contra ius, Bal.l.id, quod pauperibus q.22.nu. 34.C.de epiſ.& cle.cum quo tranſit Io.Iacob. a Cane tract.de execut.ulti.uolunt. 2.par. §. conſentaneum. in fine. Quod de plano procederet in uxore diuite, & modū habente alendi ſe, ſecus in paupere, tunc in eam, quo ad alimenta elargiri poterit, ex annotatis per Capram conſi. 54.colum.fin.Cæp. ubi ſup.caut.o.& Iacob.a S.Georg.in l.cum tacitum nu.6.ff.de probatio.& d.l.qui teſtamentum nu.7.cum hoc in caſu mulier ēt ab ipſomet uiro capere prohibita non exiſtat, ut infra uerb.Solidos q.6. Secundo Ampliatur cōclu

15 ſio procedere, ut nec gratia † conditionis implendæ poſſit teſtator grauare, ut præſtetur uxori, ueluti hęredem inſtituendo, uel cui aliquid relinquendo ſub conditione, ut tot uxori det, quæ mortis cauſa capio dicitur. l. ꝙ cōditionis.ff.de donat.cau.mort.Iacob.ubi ſup.col.pen.de quo latius infra hoc eodem uerb.q.8. At hæc noſtra concluſio locū ſibi non ven

16 dicat, ubi hæres † a teſtatore nō grauatus, ſed ſponte, & a ſeipſo uxori defuncti relinqueret, nam tūc ſubſisteret relictum, prohibitione hac non attenta. Cum id mulier non mariti iu

23 dicio, ſed mera inſtituti uoluntate habeat. Sicuti alias uidemus, quod inſtitutus † teſtatoris præmortui filium ſpurium abſque ſuſpitione fraudis hęredem ſcribere poteſt, ex eo ꝙ ſpurius iudicio huius teſtantis, & non patris hæreditatem conſequi dicitur, & per conſequens capere poteſt, licet bona fuerint patris, cum per additionem idem patrimonium inſtituti effectum ſit, a quo ſpurius prohibitus capere non repe

17 ritur, Bartol.dicta l.ſi is, qui, nume.3. ubi de communi atteſtatur Alex.num.6.& cum eo omnes tranſire, refert Iaſ.nu. 10.ff.de uul.& ſecundum quam conſuluit Bal.conſ.140.caſu eſt talis li.2. quod frater legitimus, a patre inſtitutus fratrem ſpurium hæredem facere, poteſt.ad idem Cępol.caut.38.col. 1.Iacob.a S.Georg.in d.l.cum tacitum col.fi.ff.de proba.Couar.d.c.8.§.5. num.11.in ſimili ſentit Caſ.conſ.ultimo.num. 1.uerſ.ſed ſi ipſe,& num.2.li.2.Palleot.de noth. Spur.q;. fiiis, c.45.num.10.uerſ.ideo tunc.& ita per hanc Bar. doct.nuncupatim uult.Cur.iun.conſ.7.num.19.licet ante eum idem annotauerit Bal.in d.l.ſi is, qui, ult.no.& Ale.conſ.99.num.5.& 10.lib.7.loquens in caſu fortiori quando talis inſtitutus vxori relinqueret ſecundum formam & tenorem teſtamenti,& ultimæ uoluntatis mariti, de quo ſup.meminimus uerb.maritus, q.9.num.2.ad idem Ruin.conſ.44.num.14.& ſeq.lib.2. Pet.Pech.de teſtam.coniug.lib.4.c.6.colum.fin.uer.non dubium. nec ab hinc longe diſtat, quod ſcribit Alcia.conſ.17. col.1.lib.2.per tex.ad hoc expreſſum in l.fin. iuncta glo.ff.de

18 his.quib.ut indig.ubi prohibitus † relinquere vxori uulgari, poteſt ſocerum inſtituere, nec ideo fraudem legi facere dici

19 tur, ad quod etiam adducit, quod uxor † prohibita dare mari to ſecundum legem, hac edictali.C.de ſecund.nupt. filiis ex eo quantum uelit, dare poteſt, nec fraus ulla præſumitur, dū modo prioris tori filiis ſalua ſit legitima, Dec. conſ. 245.& Crau.conſ.193. nu.11.confert, quod in ſimili conſuluit Cagnol.in l.ſi.num. 47.uerſ.quærebat vxor.C.de pact. ubi cum in facti contingentia, quæreret vxor, ut maritus teſtaretur, qui graui infirmitate detinebatur, frater autem mariti, cui hęreditas ab inteſt.deuoluebatur, id tacite impedire niteretur, dubitans maritum vxori, vltra quam ipſe uellet, relicturum.ſed ut uxori ſatisfieret in aliquo, illamque placaret, per ſtipulationem ſibi promittere, uellet, eam habere omnino licere ſub pœna, tales res, quæ erant de hęreditate,& ſucceſſione fratris, etſi Cagno.dixiſſe referat. promiſſionem hanc non ualere, tamquam factam in fraudem illius.l. nihilominus conſilium ei dediſſe, ſubdit, ut promiſſio fieret de bonis ipſius promittentis, quia tunc ualeret; Quę ſane declaratio procedit, nedum ubi iuſtitutus per uiam ultimę uolunt. relinqueret, quemadmodum quęſt.Bart. concepta exiſtit, & nos ſuperius loquuti ſumus, uerum etiam locum ſibi uendi

20 cat, ubi † inter uiuos donaret, ſeu aliter concederet, licet ſecundum Ale.conſ.51.circa finem li.2. maior fraudis ſuſpitio ex datione inter uiuos, quam ex cauſa ultimæ uolūtatis oriatur, ſic Bal.in d.l.ſi is. qui col.fin.a quo non diſſentit ibi Alex. col. pen.Corn. conſ.236.num.6.li.2.Io.Lup.in rub.ext.de donat.int.uir.& vxor.§.30.num.9.verſ.ſecus tamen cum num. ſeq.& Iacob.ubi ſup.modo tamen vere,& realiter, non autē doloſe, ac fraudulenter id euenerit, ut idem Lup.paulo ꝫ.animaduertit, ac ſentit Iacob.quatenus vult, hunc modum relinquendi tutum non eſſe, cum raro inueniatur amicus, qui reſtituat nō rogatus a teſtōre,& mox & nos dicemus. Tāto magis cū datio inter viuos phibita nō ſit etiam inter ipſos met coniuges, ut infra q.6.unde huiuſmodi translatio per inſtitutum in vxorem defuncti multo minus interdicta cenſeri debet, ex annotatis ad rem per Alex.conſ.54. nume.16.&

21 ſeq.lib.7.Rurſus declaratio iſta procedit eſto, † quod talisper ſona ſit coniuncta vxori, cum ſola coniunctionis rario fraudis pręſumptionem non inducat Bart.conſ.194.num.1.lib.1. Roma.conſ.367. circa finem.Alexand.d.conſ.54.nu.19.Iaſ. conſil.110.uumero 2.lib.1.& text. eſt apertus.in d.l.fin. ff. de his, quib.ut indig.cuius meminit Alciat.d.conſ.17.nu.6.lib. 2.& in propriis terminis Plot. inter conſil.vltim.uolunt.conſil.168.num.25.& ſeq.D.Menoch.de arb.iu.li.2.caſu 459.nu. 28.& in filio conſuluit Alex.d.conſ.99.nu.5.& 10.lib.7.vbi in fortiori caſu eſt loquutus, ut ſupra retulimus.ad quod infra, uerbo, uxori q.3.Idque præcipue ubi aliqua in huiuſmodi datione inſereretur cauſa, ueluti meritorum, & ſimilium, vt apud Alciat: d.conſ.17.nu.6.& Cor.d.conſ.236.num.5.Cętterum vbi aliquæ coniecturę fraudis ſubeſſent, tale, relictum uel datio nequaquam ſubſisteret, tanquam tunc ſuppoſita fuerit perſona ad legem fraudandam, cum indubitati iuris,

22 ſit, quod † prohibitus alicui relinquere, cenſetur etiam prohibitus, ne per mediam perſonam relinquat.l.3.§.non tantum ff.de donat.inter uir.& uxo.l.hac edictali, in fine princ. C.de ſecund.nup.l.1.circa medium.C.de natur.lib.1.quod pro regula firmat.Iaſ.in d.l.ſi is, qui num. 8.D.Menoch.vbi ſup.nu. 28.veluti cum ſtatim. † poſt mortem mariti ad rei legatæ traditionem in uxorem deuentum fuiſſet. Nam ex huiuſmodi actus celeritate pręſumitur fraus, ſicque id factum contemplatione mariti Bal.l.eam quam. num.40. C.de fideicomm. Alex conſ.90.col.fin.lib.2.Dec.conſil.182.num.8.Corn.conſil.303.col pen. lib.3.Corſet.Sing.in uerbo præſumptio. celeritas actus, & in nor. caſu Capra conſ.81.Io.Lup.in rub, ext. de donat.int.uir.§.30.num. 13.& 14 cum aliis late congeſtis per Tiraq.de Retr.municip.§.1.glo.7.num.77.& glo.14.nu.

37.&

Source : BIU Cujas

37.& ſeq.& in propria materia. Alex.d.conſ.54.num.1.& 17. lib.7.& plot.alleg.conſ.168.nu. 22.& ſeq. vbi declarat, quomodo intelligatur incont inenti,de quo etiam per Dec.conſili.235.colum.2.uer. quinto præſumitur. & per Tiraq. alle.
24 glo.14.num. 28.aut quia hæres inſtitutus†paſſus fuiſſet, vxorem ſtatim & continue rem mariti poſſidere. arg. l.ſicut.§. ſuperuacuum ff.quib.mod.pig. tac. ſoluat ut poſt Imol.not. Alex.d.l.ſi is qui.num.6.Caſt. conſ.193. in 1.dubio.li.2.Iaco. a S.Geor.in l.qui teſtamentorum.num.11.ff.de probatio. & in ſpecie Pech.de teſtamen.coniug.lib.2.c.4.& lib.4.c.6. nu.8. Plot.d.conſ.168.num.28.ubi aliam addit coniecturam, quã do conſtaret.relicta per maritum fuiſſe prius relicta uxori, exindeque de uoluntate vxoris in eius coniunctum translata. Aut ubi conſtaret,talem perſonam defuncto accommodaſſe tacitam fidem de reddendo vxori Bal.Ang. & Iaſ.d.l. ſi is,qui,Salic.l.matre.in fine C.de natur.liber.Iaco.ubi ſup. Soc.conſi.84.num.2.lib.3.Vel quod in teſtamento hunc pro amico nominaſſet.Iacob.de S.Georg. in l.cum tacitum nu. 6.ff.de probatio.Aut quando maritus opera vxoris, vel eius interceſſione ad huiuſmodi relictum deueniſſet, iuxta not. per Ruin.conſ.112. num.8.lib.1.ad quod etiam infra verbo, uxori.q.3.Et demum ubi alię concurrerent præſumptiones quæ diuerſimode ſecundum facti contingentiam eſſe poſſunt,ut apud Anan.conſ.13.Bar.& Scrib.in l.poſt contractũ. ff.de donatio.& in d.l.ſi is,qui,ad quos Pech. ſe remittit d.c. 6.num.8.Lup.d.§.30.num.6.& ſatis confert. Bal.conſ.75.ſpu
25 rio lib.2.Licet in dubio†omnis ſuſpitio fraudis ceſſet,niſi ex aduerſo demonſtretur ut probat Bald.conſil. 349. numero 6.li.1.conſ.140.nu.1.in fine lib.2. Ale.conſ.51.in fine lib.2.&
26 Plot.in ſpecie d.conſ.168.nu.25.Vnde diligenter † Caueant in modo reſtituendi hi, qui ſuo arbitratu,uel ſuam exonerãdo conſcientiam,cupiunt vxori defuncti reddere, quod eorum fideicemmiſſum fuit.Licet cautius agerent,id reddere hęredi,cui de iure ſpectat, conſuluentes nedum ſuæ, ſed & mariti, & ipſiuſmet vxoris animæ, cum ij omnes a peccato non uacent.ob fraudem,quam aduerſus legem committũt Couar.ad 4.decret.2.parte c 8.§.5.num.8.in 3.illat. & nu.10.
27 in fi.vbi ſentit,ad hoc etiam cauere†cõſuluentes, cum aliis per nos ſup.congeſtis, uerbo non poſſit q.1.2.& 14.& infra,
28 uerbo,vxori q.3.& quamuis militans†Eccleſia poſſit decipi non tñ triumphans. cui nihil eſt abſconditum Bal.l.cũ oportet in princ.numero 14. C.de bonisquæ liberis. Tanto magis
29 cum ij†in iudicio, etiam quod nullæ ex prædictis adſint coniecturæ, cogi adhuc poſſint,ab his ſub iuramento ſe excuſare,ut per Bar.l.fi.nu.10.ff.de his,quib.ut indig. l.non intelligitur.§.tacita.ff.de iur.fiſc.& conſ.194.nu.3.& 4.li.1. Io. dilectus de arte teſt. ti.1.cau.13.nu.14.Alba.conſ.42.num.2. Pech.in propria materia de teſtam. coniug. lib.4. c.6.nu.7. Palleot.de Noth. ſpu.que. lib.1.c.43.in fi.& nos ſ.uerbo, non poſſit,q.2.nu.19.etiam ꝙ quis iurauerit, ſe cuipiam non denuntiaturum,Card.conſ.35.& Felin. cum eo in c.intimauit num.4.de teſti.Vaſch.quæſt.illuſt.c.102.circa finem,ubi quandam Couar.declarationem ad hoc datam improbat.Verũ,
30 enimuero ubi maritus†bona aliqua haberet,ſibi relicta, uel acquiſita cum expreſſa licentia,& facultate dandi,uel relinquendi vxori,libere poterit illa vxori relinquere,hac noſtra prohibitione non attenta,per ea,quæ in ſimili tradit Soc.cõſil.48.col.1.& 2.& cõſ.53.col.fi.li.1.de muliere prohibita ultra quartam bonorum ſuorum alienare in præiudiciũ filiorum,quæ alienare poteſt bona ſibi relicta,uel acquiſita cũ licentia, & poteſtate alienandi,ex quo ille,qui diſpoſuit,conditionem hanc rei ſuæ imponere potuit,& ſic per ſuã diſpoſitionẽ tollere legis prouiſionem, cum quo tranſit Dec. in l. fi.3.no. C.de pact.& in eiſdẽ terminis Siluan.conſ.49.nu.83.
31 & ſeq.Hinc eſt, ꝙ quum bona†patri conceduntur; & acquiruntur,ſi fiat pactũ,uel conceſſio, ita ut in illis ſpurii ſuccedãt puta,in emphiteoſi,quæ patri ꝯceditur, talis cõceſſio valet &ſpurii ſuccedũt,cũ hoc in caſu ſpurii iudicio potius cõcedentis,quam patris dicantur habere,Bal.l.2.colu.1. C. de iur. emph.Benedictus c.Raynutius,verbo, & uxorem,deciſ. 5.nu.129.de teſtam.Simile.habetur in diſpoſitione orationis Diui Marci,ſecundum Dec.in l.de alimentis in fi.& Alciat. nu.5. C.de tranſ.per quã,& ſi ſuper alimentis non tranſigatur,niſi cum decreto prætoris,ex voluntate tamen teſtatoris ita diſponentis,abſq; alia ſolennitate tranſigi põt.idem vide
32 mus in donatione†inter coniuges,qui vbi in ꝯctu matrimonii ſibi facultatem reſeruauerint inuicem donãdi, donatio inter eos facta valet,Duen.regu.221.in 4.limit.Chaſſ.in cõſuet.Burg. 4.rub.§.7.verbo,s'autrement.Pet.Pec. de teſtam. coniug.lib.1.c.7.& lib.4.c.13.& Plot.conſ.16.num.15. idque
33 Planius locum habebit, vbi maritus † talia bona relicta, donaraue, ea cõditione habuiſſet,ut illa exinde vxori relinquere deberet,propter neceſſitatem, qua maritus ad complẽdũ relictũ aſtringebatur, per ea quæ. tradit Roma.conſ. 219.in ſecundo dubio, Crau.conſ.144.col.1. Tiraq.de legib.connu. gl.8.q.23.ante,& circa fi. vbi in tota illa quæſt. multa ad hæc tradit Alciat.conſ.38. in prin.lib.8.conferunt inf.annotata, verbo, viginti,quæſt. 8.num.40. & ne dum vbi quis in ſpecie
34 grauatus eſſet vxori relinquere, ſed etiam incertæ†perſonę de certis, veluti vni ex tali familia, ſeu deſcendentia, cuius vxor eſſet,ex quo adhuc cauſatiue relinquitur, & vxor non a viro,ſed a priore diſponente dicitur capere. l. vnum ex familia,vbi Caſt.in prin.de leg.2. Rui.cõſ.116.nu.15.li.2. Et rei propius accedendo pro principali dicto eſt text. in l. ſi ſponſus.§.ſi quis rogatus. ff. de donat.int.vir. etiam quod maritus
35 †rogatus, percepta certa quantitate, vxori ſuæ reſtituere, ſine vlla deductione onus ſibi iniunctum compleret, quia nihil maritus de ſuo dat,ſed de alieno reſtituit, plenius voluntatem defuncti ſequutus,inquit tex.ad quod lo. Lup. in rub. ext.eod.§.47.in princ.& quia in bonis alienis non viget prohibitio Caſt.l.ſi is,qui.nu.5.ff.de vulg & pup. Et proinde fit,ꝙ
36 ſi maritus † lucrum ſibi quærendum remittat, ob quam remiſſionem lucrum ipſum in perſona vxoris remaneat, huiuſmodi remiſſio valet, cũ nihil ex viri patrimonio veniat, & per conſequens ceſſet ratio prohibitionis d. l.ſi ſponſus.§. ſi maritus,quo vtitur Soc.conſ.114.nu.8.lib.1. facit,ꝙ idem. Soc.not. conſ.53.col.fi.li.4.& magis ad rem.Anto.Gomes.in 2.par.var.reſol.c.3.de donatione.num.24. vbi plures ex hoc
37 tex.illationes†facit, ac plura alia in idem congregat Lup.§. 47 per varias col.modo id in ſimplicibus remiſſionis, ſeu refutationis terminis exiſtat,vt apud Ruin.conſ.170.num.8.& 9.lib.1.& conſ.98.num.13.& ſeq.eod.lib.vt idem ſentit Soc. conſ.34.col.1.li.4.Crau.conſ.200.in prin.& ex mox dicendis
38 apparebit. Hinc etiam ſi maritus†aliquem ſibi legaturũ, aut hæreditatis nomine relicturum,rogauerit, vt vxori ſuę relinquat,qui non ſibi, ſed vxori ſuæ relinquat, tenet relictum. l. ſed ſi vir.§.quod legaturus.ff.de dona.int.vir. cuius meminit Franc.Conna.in comment.iuris ciuilis.li.8. hoc eod.tit.recõ
39 ciliando†legem illam,cum l.3.§.fi.ff.eod.quæ ambæ leges ſe cum pugnare videntur, vt illa procedat in eo, qui cum mihi legare vellet,rogaui eum,vt vxori meæ legaret,nihil tamen habet uxor,ꝙ de bonis meis vnquam fuerit, neque a me legatum habet, ſed a teſtatore, qui rogatu meo donauit eam legato,hæc vero lex tertia loquitur, cũ quod mihi dederas, uelles tradere,iuſſi,vt uxori meæ dares, videor.n.donationẽ acceptaſſe, poſtea in vxorem contuliſſe, & ideo dicitur ibi, maritum iuſſiſſe,dari vxori ſuæ,cũ iubere domini ſit, & eius qui poteſtatem habet,at §.quod legaturus,ait,maritum rogaſſe, qui volebat legare, a quo ſenſu non diſſentit ibi gloſ. necnon Lup.d.§.47.num.22. licet conciliationem aliam nõ aſpernandam ad hos tex.afferat Couaru. de ſponſa. ſecunda par.cap.7.§.1.num.11.& Gomes.ubi ſupra.Vnde generaliter
40 inferre poſſumus,quodcunque relictum in uxorem alicuius per extraneum collatum ſubſiſtere, etiam quod ſolius mariti contemplatione proueniat, ex quo nihil ex mariti facultatibus venit, ſed alterius, in quibus non viget prohibitio, ꝙ ex his quoque,quæ Roman. not.comprobari poteſt in conſi. 405.& Rip.cum eo,in l.fœminæ.q.16.C.de ſecund.nup.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommitti num poſſit vxori, vt alicui capaci reſtituat, Ampl.nu.17. limit.nu.18. & ſequen.*
2 *Donatio inter virum & vxorem fieri poteſt, vt alteri reſtituatur.*
3 *Perſona capientis, & non reſtituentis conſideranda eſt.*
4 *Fratres minores, & ſi per eorum regulam immobilium ſint incapaces, capiunt tamen, vt alteri concedant.*
5 *Donatio a patre filio valet, vt alteri detur.*
6 *Gallica conſtitutio, prohibens, donationem, ſeu aliam diſpoſitionem fieri a pupillo in tutorem, fideicommiſſariam diſpoſitionem non comprehendit.*
7 *Conſtitutio Mediol. prohibens in non ſubditum alienari, locum non habet, quin non ſubditus alij acquirat, vel promittat.*
8 *Relinqui poteſt vxori cauſa dandi Eccleſiæ, aut alteri cauſæ piæ, vbi varie exemplificatur,nu.ſeq.*
9 *Legatum vxori factum cauſa ſepulturæ, etiam magni pretij, valet.*
10 *Idem cauſa conſtruendę, vel dotandæ capellæ, ſeu aniuerſarij celebrandi.*
11 *Nec non cauſa ingrediendi monaſterium.*
12 *Item cauſa dotis conſtituendæ communi filiæ.*
13 *Gratiaue ludorum præparandorum.*
14 *Aut honoris, alteriusue dignitatis adipiſcendæ.*
15 *Ac ſtudiorum, ſeu doctoratus obtinendi cauſa.*
16 *Vel in reparationem ædium incendio combuſtarum.*
17 *Subſtituto fit locus, cum relinquitur vxori.*
18 *Vxor cum rogata eſt, reſtituere veriſimiliter non petituro, legatum non tenet.*
Vxor alicui reſtituere tunc grauari poteſt, cum illico, & incontinenti reddere debet, ſecus ex interuallo.
19 *Vxor num grauari poſſit ad diſtribuendum inter pauperes, & 21.& ſeq.*
20 *Conſtitutio Mediola. prohibens, in non ſubditum immobilia transferri ex*

contra-

Source : BIU Cujas

contractu seu vltima voluntate, comprehendit etiam, vt nec executor testamenti esse possit.

22 *Mulier grandeuæ ætatis, ac probatæ fidei, & formidabilis conscientiæ executrix a viro deputari potest.*

23 *Præsumptio præsumptionem tollit, sicuti clauus clauum trudit.*

24 *Integritas vitæ, hominisque sanctimonia, & authoritas efficiunt, vt plerumque a iuris regulis recedamus, cum declaratione. nu. 26.*

25 *Matronæ graui, & fide dignæ valde deferendum, etiam contra iuris regulas, cum declaratione. nu. eq.*

27 *Creditores posteriores lasciuæ, & pomposæ vxori, cuius causa coactus fuit maritus cedere foro, præferuntur.*

28 *Statutum valet, per quod bona vxoris capi possint pro ære alieno contracto per maritum.*

29 *Barbatij declaratio, circa distributionem vxori commissam improbatur.*

30 *Electio pauperum vxori committi potest.*

31 *Vxor, num ex causa restitutionis rei sibi commissæ, aliquid in præmium accipere possit.*

32 *Legatum factum creditori vxoris, num saltem, quo ad illius vtilitatem subsistat, & num quid repeti possit ab vxore.*

33 *Remissio per virum in vim legati alicui tertio, qui ex causa interusurij pro dote non soluta esset debitor, facta valet, secus in ipsammet vxorem.*

34 *Dare prohibitus, censetur quoque prohibitus gratis remittere.*

35 *Lex vir vsuras. ff. de donatio. inter virum sensus contra modernos Pedemontan.*

36 *Remissio pignoris facta per virum vxori in re sibi obligata valet.*

37 *Donare prohibitus, pignus tamen remittere potest.*

Quæst. II.

1 Versa vice, num per virum fideicommitti † possit vxori, vt alicui capaci restituat. Respon. quod sic, quoniam is, qui insolidum capere non potest (vt hic) capit, ut alii restituat, non vt pro se retineat. l. cum ei qui. de legat. 2. l. cum dotem. ff. ad leg. Falcid. l. cogi. §. hi, qui solidum, & ibi Ale. ff. ad Treb. glo. & scrib. cum ea in l. eam, quam. C. de fideicom. Dec. l. non videtur quispiam. ff. de reg. iur. Aret. in casu not. cons. 67. nu. 4. uer. sed quia si hæreditas, Bermond. de concub. verb. quinetiam filios. nume. 19. & 20. Palleot. de Noth. spur. que. lib. c. 45. nu. 9. Simile uidemus esse in donatione inter coniuges, cuius vestigia multum hæc
2 nostra sectatur dispositio, quæ licet † prohibita sit, toto tit. ff. & C. donat. inter vir. & vxo. facta tamen per virum uxori, ut alteri restituat, ualet, Ale. cons. 152. nu. 8. uers. quinimo. lib. 6. per tex. in l. si sponsus. §. si quis rogatus. ff. de donat. inter vir. Soc. cons. 114 num. 8. vers. accedit. li. primo. sed planus etiam est tex. in l. profectitia. §. si quis certam. ff. de iur. dotiū. & in l. Sulpitius. ff. de donat. inter uir, per quem decidit. Bal. in l. hac edictali. nu. 4. & ibi etiam Bertran. nu. 56. C. de secun. nupt. & ubi vir ultra modum illic statutum vxori relinquat, cū one
3 re, vt alteri restituat, relictum valet, quia consideranda † est persona capientis, non restituentis, vt idem voluit Bal. consilio 336. amplius sciendum col. 2. lib. 3. cons. 22. quædam domina. nu. 2. li. 5. quorum tex. meminit Roman. in l. 2. in prin. ff. de donat. ac per eosdem tex. similem quæstionem decidit Roma. cons. 219. nu. 10. & in materia no. Pech de testam. coniug. li. 1. c. 18. num. 3. Phanuc. de lucro dot. gl. 8. nume. 66. tex. quoque non obscurus habetur. in l. vlt. §. fi. C. de bo quæ lib. per quem in specie sic dicit Barb. cons. 12. col. 12. num. 7. li. 1. Anch. iun. q. 27. nu. 8. 1. par. Alban. secundum authoritatem per eum allegatam in lucubrat. ad Bar. in l. 1. nu. 14. C. de sui.
4 tri. Hinc est, quod fratres † minores, & si per eorum regulam immobilium sint incapaces, capiunt tamen, ut alteri concedant, & tradant. Dec. cons. 559. col. 1. Natta cons. 441. nu. 30.
5 Pari modo licet donatio, a patre in filium in potestate existentem non ualeat, nihilominus cum donatur, ut alteri det filius, & penes se non retineat, donatio ualet, Iason. l. frater, a a fratre, col. pe. in 9. limit. ff. de condit. indeb. quod & uoluit Bar. in l. 2. §. si uero. num. 2. ff. de donat. Simile habetur apud
6 Rebuff. tract. de donat. & aliis dispos. glo. 5. de Gallica † Constit. prohibente donationem, seu aliam dispositionem fieri, a pupillo in tutorem, ut illa in fideicommissaria dispositione locum non habeat. Nos quoque idem habemus de constit.
7 † dominii Mediolan. §. collegiis, de pœnis, cuius pœna prohibentis bona in non subditum alienari, locū non hēt, ubi subditus non sibi, sed alii acquirit, quia licet sibi non acquirat, alii tamen acquirere, & promittere potest, Plo. cons. 108. num. 53. in 2. uolum. cons. crimin. ad idem, quod Federic. no. cons. 20. col. pen. uers. & preterea licet. Hęc cōclusio planior
8 † erit, ubi contingat relinqui uxori, ut daret ecclesiæ, uel alteri piæ, aut publicę causę, l. si sponsus. §. pinde & l. si maritus ff. de donat. int. uir. Vnde ut in præcedenti. §. habetur, valeret
9 legatum † uxori causa sepulturę, etiam quod esset de monumento magni prætii. cum illud non fiat uxoris, sed Deo dedicetur, inquit ibi tex. de quo meminit Alex. d. cons. 152. nu. 8. lib. 6. & Tiraq. de priuileg. pię caus. in 130. priuileg. qui uult dispositionem illius tex. non procedere ratione piæ cau. sed quia ut tex. ait. cessat ratio prohibitionis, cū ex ea donatione is, cui donatur, non fiat locupletior, quod uerum, arbitror, ut ex mox dicendis apparebit de legato facto uxori in pauperes distrubuendo pro anima testatoris, quod non ualet, & tamen dicitur factum in piam causam, in simili Federic. de Sen. cons. 12. nu. 4. & seq. Io. Lup. in rub. ext. de donat. int. uir. §. 48. colum. 3. uers. idem dicas, & uers. seq. prout exemplum
10 dari potest, quando relinquitur vxori † ad construendam, dotandamue capellam aut celebrādum aniuersarium pro ani
11 ma defuncti necnon quum relinquitur, † si ingrediatur monasterium, cum tunc relictum factum censeatur monasterio, auth. ingressi. C. de sacros. eccle. ut relictum hoc modo factum incapaci ualeat, tradit, ac admittit Anan. in c. 2. nu. 19. de testam. & c. 1. nu. 4. de magist. Bero. cons. 163. num. 31. iuncta. supra ab initio traditis, lib. 1. facit Ale. in l. necessariis nu. 13. ff. de acq. hær. quod summe notandum est, cum facile euenire possit, ęp maritis magis gratum sit, ut eorum uxores religionem potius ingrediantur, quam ad secundas nuptias trā seant, ar. §. nos igitur auth. de nup. aut miseram uitam uidualem obseruent. §. cum igitur auth. de non elig. sec. nub. Idem
12 dici potest, ubi relinqueretur † ad constituendum dotē cōmuni filiæ. l. siue uxor. ff. de donat. int. uir. & ux. l. profectitia. §. si quis certam. ff. de iur. dot. Plot. cons. 168. nu. 43. int. cons. ult. vol. ad quod ēt Lup. all. rub. de dona. int. uir. 49. §. in prin. Crem. sing. 4. Chass. in consuet. Burg. 4. rub. 7. §. in uerbo, s'au
13 trement. nu. 11. vel etiam ubi gratia † ludorum p̄parandorū
14 legaret. l. nup. ff. de dona. int. uir. honorisue gratia, † aut alicui us dignitatis adipiscēdę, l. qđ adipiscēdę. cū. l. seq. e. tit. ac no. Lup. in rub. de donat. int. uir. § 54. in prin. quæ oīa habuit ab
15 Host. cod. tit. num. 6. ubi idem, infert. esse ex causa † studiorū, doctoratus obtinendi, militięue, seu nobilitatis acquirendę cum enim hæc utriusq; coniugis, eorumue familię estimationem. atque reip. commodum respiciant, non ita seuere, & inclementer agenda sunt, quin relaxata dici possint, ab hoc prohibendi iure, quod non amare, nec tamquam inter infestos tractandum est, sed ut inter coniunctos maximo affectu, & solam inopiam, & eorum deceptionem timentes, ut ait tex. in l. si id, quod. §. 2. ff. de do. int. uir. verum cū hęc potius uirilia sint officia, quam muliebria, congruentius exemplificari possunt, ubi huiusmodi prohibitio esset utrique promiscua tam uxori in uirum quam econtra, qualis hęc nostra non est, ut inf. verb. uxori quæst. 4. Idem forte dici posset, vbi
16 in reparationem † ædium incendio combustarum relinqui contigerit, ut l. quod si uir. ff. de donatio. int. quod summæ equitati conuenit propter infortunium constante matrimonio sequutum, ex quo mulier, ut inquit ibi glo. tantum de suo amisit, quod accepit. Quinetiam nedum per fideicōmissum vxor grauari potest, uerum † etiam per substitutionem
17 quando sibi facta esset substitutio, ut scilicet, tunc fiat locus substituto, vxoris incapacitate non attenta. Oldr. consil. 39. num. 2. Bal. alleg. cons. 336 num. 2. lib. 3. cum quo transit Beltrand. in l. hac edictali, vers. si uero plus. num. 23. C. de secun. nup. sensitque Salic. in l. 2. C. de hær. instit. & Io. dilect. de arte
18 testa. tit. 1. caut. 14. Sed hoc, velim, intelligas, † nisi in fraudem consuetudinis factum esset, veluti cum uxor alicui restituere rogata esset, verisimiliter rem non petituro, ut pote, summo Pontifici, Imperatori, Regi, aut amico ualde dilecto, ex quo tunc factum videtur in fraudem legis ut habeat vxor, ęp habere non potest, Bal. d. l. hac edictali, nu. 56. in fine, & pulchre admodum idem Bal. d. cons. 336. num. 2. Alex. alleg. §. hi qui solidum in princ. l. 2. C. de hęr. instit. & cons. 202. num. 9. lib. 6. Corn. cons. 217. lib. 3. Barba. cons. 27. in 2 dubio, circa finem. lib. 1. Iacob. a S. Georg. l. cum tacitum. num. 8. de probatio. ac sentit aperte tex. in d. l. Sulpitius, ibi, si color, uel titulus, & c. immo nec sequuta adhuc expresse a repudiatione a fideicommissario res fiet vxoris, ut apud Palleot. de Noth. spur. que fil. c. 45. num. 10 nisi in casu prox. q. præced. num. 16. & seq. Nec non ubi relictum purum esset sicque illico, & incontinenti restituendum veniret, secus si ex interuallo, ita ut vxori interim vtilitatem sit allaturum. tunc respectu interusurii medii temporis non subsisteret d. l. Sulpitius. ff. de donat. int. uir. & uxo. Iaf. auth. præterea nu. 26. & Dec. nu. 12. vterque in 3. limit. & reliqui omnes C. unde uir. & uxo. Dec. l. non videtur quisque num. 2. & Cagn. nu. 4. ff. de reg. iur. Bertrand. alleg. l. hac edictali. in prin. num. 59. in fine, modo qui certum, & extimabile contineat, ut infra verbo, viginti q. 1. num. 4. & q. 6. Itidem intelligas id locum sibi vendicare, vbi uxor certę personę. aut loco restituere rogata esset, secus si
19 incertæ, ueluti, ad † erogandum, vel distribuēdum inter pauperes, etiam pro animo ipsius testatoris, nam tūc nequaquā valebit relictum tamquam factum in fraudem legis, Alex. cons. 57. num. 7. lib. 2. cons. 54. num 12. lib. 7. Soc. l. quem hæredi. num. 2. ff. de reb. dub. Ias. l. non dubium. num. 47. ubi decisionem hanc ualde commēdat. C. de ll. l. Captatorias. nu. 6.

C. de

Source : BIU Cujas

C.de teſtam.mili. Bened.c.Raynutius,uerbo,& uxorem.5. deciſ.num.215.& uerbo. Si abſque liberis,ſecundo. nu.171. de teſtam.Chaſſ.in conſuet.Burg.4.rub.7 §.uerbo, par teſtament.num.22.Boer.in conſ.Bitur.tit.de teſtam. §.4. in fi.& pro not.refert Gerar. ſingu. 93.ac inter memoralia commemorat Cotta, uerbo,ſtatuto ciuitatis, Brun.ꝙ ext.maſc.7.artic.q.5.num.30.Pech.de teſtam.coniug.li.1.c.8.nu.4. Alban. in lucubrat.ad Bar.d.l.1.num.15.C.de ſum.trin. Crot.conſil. 273.num.10.& nouiſſime Plot.inter conſ.ult.uolunt. conſi.
93 gatur de donatione causa mortis, qnæ † nec in agro nostro Alexandrino, nec in aliqua, si fas est dicere, orbis terrarum parte inter vulgares legatum appellatur. Idque multo ma-
94 gis, † vbi aliunde cautum esset verba statuētium intelligi debere, vt litera iacet, vbi verba secundum communem vsum loquendi præcipue intelligēda sunt, & prout a uulgo exponuntur, Ias. l. fi. nu. 12. C. de succes. edi. quo arg. vtitur Curt. Iun. cons. 6 nu. 7. vbi nuncupatim vult, staturum uetans, maritum relinquere vxori, non intelligi, econtra vxorem marito non posse relinquete, eo quia vulgus mariti appellatione non intelligit de vxore, de quo. infra verbo vxori q. 4. Ad idem optime confert doctrina Bal. in l. de quibus nu. 36. ff.
95 de legi. vbi, quoties sermo † in vulgari est dubius trāsferri debet in latinum, vt significatio vulgaris habeatur, econtra autem, vbi sermo literalis est dubius, vulgarizzari debet, vt in-
96 telligatur, hæc. n. vera † inquit Bal. expositio est ipsius vulgarizzatio, estque hic, qui vulgi intellectus dicitur. Et proinde non immerito ait Paris. cons. 62. nu. 24. lib. 4. ꝙ attendendus
97 est sensus, & intellectus † opinioni vulgi applaudēs, alias sensus auribus uulgi non consonans, tamquam extraneus, est repellendus. At verbum legare vulgarizzando, nemo illud exponet pro donare causa mortis, nec talis sensus vulgari opinioni quoquomodo applaudet, ergo &c. & licet antiqui
98 tus verbum, legare, † longe exhuberans esset, nihilominus hodie ex frequentiore usu, etiam peritorum, speciale nomē legatorum non excedit, Bal. l. quoties in fi. C. de hære. insti. Rip. post alios. in l. Centurio nu. 98. ff. de uulg. & hoc etiam verbis dispositionis inherendo, pro ut nec aliter facere debemus, vt docet Bal. in c. significante nu. 5. & seq. de appel. vbi
99 subdit, ꝙ omnis assessor † præoculis habere debet legem illā, quæ dicit, in dubio melius est, verbis edicti seruire l. 1. §. Si is, qui nauem. ff. de exercit. cuius meminit Ias. cons. 147. col. 1. lib. 4. & de hoc etiam in re consuetudinaria sibi seruit idē Ias. cons. 136. col. 1. eo. lib. & Rebuff. ad const. Gallic. tract. de consuetud. nu. 69. in prefat. Verum his non obstantibus, contrariam sententiam arbitror in iure veriorem, & tenēdam,
100 vt per hanc † prohibitionem donatio causa mortis seorsum a testamento non valeat, nec illius, vxor sit capax, quam cōtra Dec. tenuit Rip. in l. 2. nu. 15. de leg. 1. & ibi etiam Alciat. nu. 15. & suo in cons. 226. ꝙ secundum impres. Venetam habetur cons. 2. lib. 5. eiusdem quoque sententiæ reperit Pech. Decium impugnando de testa. coniug. lib. 4. c. 5. Tum ex generalitate quæst. per eum formatæ, tum etiam quia partem negatiuam manifeste tuetur, & in puris terminis huius no-
101 strę consuetudinis Idē nouissime tenet D. Menoch. vir † Papinianeus acutissimi ingenii, & Clarissimus I. C. cons. 11. nu. 9. 10. 19. 21. & seq. lib. 1. Vbi subdit, non multum tribuēdum auctoritati nonnullorum contrariam opinionem Tenentium, cum tantum simpliciter illam sint sequuti, vt in præcedenti quoque capite diximus nu. 19. Quiue omnes potissimum ex paritate rationis mouentur, Propterea ꝙ ratio, qua testando, vel codicillādo, prohibetur maritus legare vxori, ne, s. blanditijs, & adulationibus muliebrib. spolieī, & decipiatur, in quod, dū testatur mortis cogitatione turbatus, & plurimum ægrotans facillime allici potest, vt sup. pfat. 5. per
102 æque militat donādo causa mortis, ad quam deuenire † non solet maritus, nisi aut mortis cogitatione, aut cōmotus imminente periculo interritus l. 2. 4. & seq. ac. l. Senatus. §. mortis cā. ff. de dona. causa mort. & inst. de donat. in prin. vbi etiā Aret. 1. not. Riminal. num. 16. & Bened. in c. Raynutius uerb. testamentum. 4. num. 6. & 20. de testam. quo quidem tempore & muliebrib. blanditijs, fictisque adulationibus maritus seduci, & allici facillime potest, vt supra præf. 5. num. 32. 40. & seq. Et proinde cum talis donatio non liberaliter, sed dolose, & fraudulenter composita, & facta cēseatur, nimirum
103 ꝙ † non teneat, vt apud Bened. vbi sup. num. 6. non secus, ac mox in relicto facto in testamento cōclusum extat. Etenim
104 ab eadem potentia † causę debet par effectus procedere. l. si Socer. in fine. ff. sol. matrim. ex quo tex. ita not. Bal. in l. conuenticulam colum. 2. C. de Epi. & cleri. sequitur Rip. in rub. ext. de iudic. num. 61. & non longe a proposito quod donatio causa mortis identitate rationis subsistente veniat, ubi alias non veniret, not. Tiraq. de ll. connub. gl. 5. num. 82. Quę quidem conclusio eo minus dubitabilis erit, quo magis proxi-
105 me testamenro † fiet donatio, & ab infirmo ea ægritudine, qua postmodum decessit ex quo tunc censetur actus ultimę voluntatis, vt in simili prohibitione consuluit Chass. consil. 39. 7. dubio nu. 47. & seq. & sup. proxima q. diximus nu. 52. & 53. & vbi etiam de facili insurgit præsumptio fraudis, cum scilicet, donatio fit ab infirmo, vt apud Alber. in l. omnes. §. Lucius, circa finem. ff. quæ in fraud. cred. & bonus est tex. in lege vnius libertus. ff. si quid in fraud. pat. Huic conclusioni nec lata quoque huius verbi, legare, significatio repugnat. l. verbis legis. ff. de verborum significatio. clarior text. l. & fideicommissum de legat. ter tio, ac nota. in specie Dom. Menoch. d. cons. 11. num. 12. Vnde nimirum si huic extensio
106 ni fiat locus. Nam lex † exorbitans, uel correctoria existenti tate rationis in quolibet casu procedit, qui saltem ex lata significatione sub uerbis legis cōtinetur, gl. in auth. Vt hi qui ob. perhib. in princ. uerbo, ad curationem. Ale. d. l. 2. num. 3. & 7. de leg. 1. scrib. l. si constante 9. quæst. 1. part. ff. sol. matri. Dec. l. qui se patris num. 26. C. unde lib. & Rolan. cons. 72. colum. fi. lib. 1. quando in re fauorabili, ut hic, uersamur, ut late diximus supra in 7. prę fat. & infra etiam dicemus, licet secus, ubi nec sub propria, nec sub lata significatione cōtinea tur, ex quo tunc a uerbis recedendum non est, uel saltem nō ita facile fit extensio, Alex. consi. 139. num. 5. lib. 6. Rui. consi. 43. num. 9. lib. 3. ac not. moder. d. l. si constante alleg. q. 9. A, quo etiam non dissentit singularis doctrina Bar. in l. ubi ita donatur 1. opp. ff. de don. causa mort. Quinimo si institutio, quæ sub largissima significatione uerbi, legare, continetur d. l. uerbis legis. ff. de uerb. sign. hac prohibitione comprehē ditur, ut sup. q. 4. multo magis sub ea complecti debet dona
107 tio causa mortis, quæ † in gradu proximiori huic uerbo, leti, cōtinetur, d. l. & fideicommissum, & supra etiam diximus in exordio huius uerbi legare. Qui quidem tex. supponēs, legati appellatione, & fideicommissum, & donationem causa
108 mortis contineri, eo fortius stringit, quod † se refert ad eos, qui uel nihil, uel non totum ex testamento capiunt, ut obseruat Franci. Balduin. in commento ad l. Papiam, uersic. sic enim huc referendum. Nec ab eadem sententia longe, abest ꝙ consuluit Cast. cons. 438. in 2. dubio, uer. nec est ratio, li. 2.
109 ubi in casu statuti, † quo non licet ascendentibus ultra tertiam bonorum in testamento extraneis relinquere, etsi ex eo, ꝙ dicitur in testamento, non uideatur prohibitum ultra tertiam extraneis relinquere per uiā donationis causa mortis, uult tamen Cast. ut nec per uiam donationis causa mortis extraneis ultra modum præfixum relinquatur, eo ꝙ non subest ratio, quare ascendens deberet plus prohiberi, ultra tertiam extraneis relinquere per testamentum, ꝙ est magis fauorabile, l. in testamentis. ff. de reg. iur. qnam per donationem causa mortis, nec quare descendentes deterioris conditionis esse deberēt secundo casu, quam primo, & tamen lex seu statut. debet esse rationabile c. erit autem 4. distin. & ubi non est dare diuersitatem rationis, ibi nec iuris danda est. l. 2. ff. de minust. rupt. l. illud. ff. ad l. Aquil. ita loquitur Castr. in ꝓposito aūt, cū nō sit rō cur potius maritus prohiberi dēret, relinquere uxori per uiam legati ultra solidos uiginti, quam per donationem causa mortis, quæ legato omnino cōparatur. §. 1. inst. de don. l. fi. de do. cā mort. & l. illud. ff. eo. neq; cur uenientes ab intestato, seu futuri hæredes deterioris conditionis magis essent in casu donationis causa mortis, quam legati, maritus nō minus censeri debet prohibitus relinquere per uiam donationis causa mortis, q̄ legati, ex quo ubi nō est dare diuersitatem rationis, nec etiam iuris est danda, ut
110 ait Cast. & quippe summa † uirtutis est rationis identitas, cū per eam tacite dicatur casus a lege comprehensus l. his solis ibi satis etiam tacite cautum putamus. C. de reuocan. donatio. nec dicatur lex extendi, ubi eadem est ratio, sed enuclearī. l. si postulauerit §. sed si negauit. ff. de adulter. Vnde dicit Calder. cons. 1. ut lit. pend. qnod ubi eadem est ratio, non dicitur quis nouum casum addere, sed ꝙ in priori casu ratione inclu debatur, secundum æquitatem detegere, seu declarare.

Source : BIU Cujas

tare, inde alibi Caſt. conſi. 441. col. fi. li. 1. ait, ꝙ cum in plurib. caſibus eadem eſt ratio, ea omnes illos caſus decidit, non ꝓ extenſionem, ſed ſicut genus omnes ſuas ſpecies comprehẽdit, ita generalis rõ diuerſas ſpecies, & ideo infert, ꝙ expreſſo caſu, propter rationem omnes veniunt, in quibus ipſa rõ viget. Hinc alibi ſcite not. Bal. in l. omnes populi nu. 16. verſ. tertio, quæro. ff. de iuſt. & iure, ꝙ non videntur diſſidentia, q̃ in rõne cõueniunt, quia ratio eſt coniũctio diuerſorum ad eundem finem tendentium, & rurſus paulo ꝯ. habet iudex ptãtem aſſimilãdi, & ſimilitudinẽ rationis iudicandi, etiam in iure municipali, ad idem Bal. in l. de quibus num. 35. ff. de legi. Vbi ait, ꝙ qñ plura eandẽ rationem habẽt, licet de vno fiat mentio, fit exẽplariter, non reſtrictiue, plura ſcribit Cur. conſ. 9. nu. 20. Vbi tandem concludit, ꝙ quando conſtare poteſt de mente, & ratione legis, etiam ex coniecturis, ꝓ eandẽ legem, vel per aliam, abſolute verba ſtatuti regulamus ſecũdum rationem, & mentem, & hanc aſſerit eſſe regulã infalibilem, plura alia idem Curt. tradit conſil. 80. col. 2. & 3. Rola. conſ. 14. nu. 30. & 31. li. 3. vbi refert, hoc eſſe commune dictũ apud maiores noſtros, in re conſuetudinaria not. Rebuff. ad conſtit. Gallic. tit. de conſuet. Gl. 1. num. 7. ad finem vſq;. Burſat. conſ. 40. nu. 9. & ſeq. Riminal. ſen. conſ. 18. ante num. 17. & omnium latiſſime Tiraq. ceſſ. cauſa 1. par. num. 138. cum
111 pluribus ſeq. vbi concludit, †id procedere in omni materia correctoria, exorbitanti, odioſa, atq; pęnali, ꝙ multo magis hac in noſtra procedit, quæ omni extenſione eſt digna, ut ſup. 7. prefat. & Burſ. vbi ſupra num. 10. quo arg. vtitur in ſpecie Petr. Pech. de teſtam. coniug. lib. 4. c. 5. nu. 5. verſ. ſed non ignoro, & D. Menoch. d. conſil. 11. num. 16. & ſeq. Quin etiam
112 eſto, ꝙ in caſu †expreſſo potentior ſit ratio, quam in alio, in exorbitantibus fit extẽſio de vno ad aliũ in materia fauorabili, in qua nos uerſamur, vt per Ruin. conſi. 118. nu. 10. lib. 2. Rolan. conſ. 72. nu. 68. lib. 1. Cui adſtipulatur, ꝙ pulcre ſcribit
113 Alciat. †lib. 2. circa finem, de verb. ſignif. Vbi materia extenſionis omiſſa, quæ late in iure, etiam & integris voluminib. explicata habetur, illud admonet, quod hæc argumentandi ratio ad l. C. non pertinet, quia ſpectant huiuſmodi ad dialecticos, quorum ars in contentione verborum conſiſtit. l. C. vero id ſolũ decet, vt rationes legis videat. Vbi ratio diſſimilis eſt, ibi argumentum inefficax ſcit, at vbi ſimilitudo rõnis adeſt, etſi alioquin res diuerſimodę ſint, abvna ad aliam procedemus, concludens ipſe Alci. ex ſimilitudine rõnis legum ſcientiam porro extendendam eſſe, locis, argumentisue hiſce, qui ſe logicos dicunt. derelictis. Qua in re non ommittã
114 quoq;, quam vehementer in eos, †qui legis mente, ac ratione omiſſa, a verbis recedere nolũt, inuehitur Cicero ꝓ Aul. Cecin. ſic dicens. Si verba ſequi volumus, ſi ad verbum rem attingere, nos labi, neceſſe eſt. Cum. n. voluntas, & cõſilium & ſententia inrerdicti intelligitur, imprudentiã ſummã, aut ſtultitiam ſingularem putabimus in verborũ errore verſari rem, & cauſam, & vtilitatem cõem non relinquere ſolum, ſed etiam perdere. Rurſus Idem Cicero, non ex verbis totũ ius pendet, ſed verba ſeruiunt hominum conſilijs, & auctoritatibus, quæ lex, quod Senatuſc. quod magiſtratus edictum, ꝙ fędus, aut pactio (vt ad priuatas res accedamus) ꝙ teſtmñ, quę iudicia, aut ſtipulationes, aut pacti, aut conuenti formula non infirmari, aut conuelli poteſt, ſi ad verba rem deflectere uelimus? conſilium autem eorũ, qui ſcripſerunt, & rationem, & auctoritatem relinquamus. Et ſi in verbis (adhuc ſubiungit. Cic.) ius conſtituamus, omnẽ vtilitatẽ interdicti, dum verſuti, & callidi volumus eſſe, amiſſuri ſumus. Verba ſane hac in materia extenſionis aurea, & memoria perpetuo retinenda. Accedit (ut ſentit Alciat. d. conſ. 2. circa fi. li. 5.) quod hæc noſtra diſpoſitio, non contrahendi formam,
115 ſed effectum reſpicit, at donatio† cauſa mortis, etſi faciem contractus habeat, effectũ tamen ultima uoluntas eſt l. fin. ibi, & omnes effectus, & cæt. de donat. cauſa mort. Vt id per regulam, ꝙ hæc donatio, quo ad effectum ultimę uoluntati æquiparetur, firmant Scrib. omnes in l. 2. de leg. 1. Vbi Iaſ. nu. 11. ait, totum mundum obſeruare, ad idem Bald. conſil. 294. quæritur unum num. 2. libro 2. ubi inquit, ꝙ donatio cauſa mortis, quo ad acquiſitionem magis accedit ultimę, uoluntati, ex eo ꝙ per mortem acquiritur, & obligatio incipit ab hærede. Cum itaq; quo ad effectum, ad quem noſtra hęc diſpoſitio reſpicit, cã mortis donatio magis participet de ultima uolun. q̃ de ꝺctu, ꝺñs eſt, ut illa ſub ultima uolũtate con
116 tineatur, quoniam natura compoſiti, ſeu mixti† eſt accedere ad illud, de quo magis participiat, l. quæritur. ff. de ſtatu. hom. Bald. conſilio 237. quidam magnificus, circa finem libro 3. Anch. conſ. 384. num. 4. Ang. & cæteri omnes in l. 2. in princip. ff. de uerborum oblig. ꝙ in materia obſeruat Chaſſ. ad conſuet. Bur. 4. rub. 7. §. uerbo, par teſtament. num. 20. uerſed tamen reperio. Et ita etiam intelligere uoluit Pet. Pec. alle. c. 5. nu. 4. cũ communis do. ſententia, cui ipſe nititur, non aliter ſe habeat, quam vt donatio quo ad effectum vltimæ voſuntati aſſimiletur, ſecus quo ad ineundi modum. Huc ẽt facit, ꝙ ſi hæc noſtra diſpoſitio in donatione cauſa mortis locum non haberet, de facili fruſtraretur eius intẽtio, q̃ fuit euitare fraudes, & adulationes mulierum, decurrendo, ſ. ad donationem cã mortis eundem effectum habentem, quem vltima volũtas hẽt, poſteaquam quo ad effectum hæc dona
117 tio vltimæ voluntati æquiparatur d. l. fi. & tñ effectus† magis quam modus, cõſiderandus eſt l. fin. ff. mand. quo arg. vtitur in ſimili Natta in l. hac ꝙſultiſſima. §. ex imperfecto nu. 45. C. de teſta. Crot. ꝙſ. 206. nu. 22. & ſeq. & in materia Pet. Pech. loco prælleg. nu. 4. circa finem, verſ. nã ſidonare, & ſup. me minimus nu. 50. & ſeq. Quin etiam veritatem ſectando, nõ abſonũ erit dicere, donationem cã mortis in omnibus conuenire vltimæ voluntati, contractibus vero in nullo, ꝓ tex.
118 d. l. fi. †C. de dona. cau. mort. ponderando narrationem, quæ fit ibi circa dubitationem, num donatio illa ꝺctibus, an vlt. volunt. æquiparetur, vna cum reſolutione, ꝙ vlt. voluntati æquiparetur. Vnde cum ex narratione finalis mens diſponẽtis colligi ſoleat l. fi. ibiq; Scrib. ff. de hær. inſtit. finalis rõ Imperatoris fuit, omnino tollere omnem æquiparationem donationis, quo ad ꝺctus, ac ei ſolum tribuere naturam vltimę voluntatis, quod aperte ẽt ſuadetur ex verſi. vt oẽs effectus ſortiatur, quos vltimæ habent liberalitates, nec ex quacũq; parte abſimilis ei intelligatur, ex quo non obſcure colligit, donationem in oĩbus vltimæ voluntati conuenire, ꝺctibus aũt in nullo, præcipue ponderando verba illa vniuerſalia
119 ſic geminata, oẽs, & ex quacumq;. Cum geminatio † cõprehendat, quæ alias nõ comprehenderentur, aut quæ compre hendi non deberent l. proſpexit. ff. qui, & a quib. l. fi. ff. de milit. teſt. Ita ſane hunc tex. hoc mõ perpendi, memini, in ſchola aliquando audiuiſſe, & non male, quo ſic admiſſo, qõ noſtra citra omnem controuerſiam exiſtit. Illud quoque pro fundamento huius noſtræ ſentẽtiæ occurrit, Nam nemo dixerit, ꝙ vxor per hanc noſtram prohibitionem legati incapax effecta non ſit. Vnde ſicuti his oĩbus mortis cauſa capere permittitur, q & legata accipere poſſunt l. omnibus. ff. de
120 dona. cã mor. Ita a ꝺrio, qui † per legem ex legato in teſtõ capere non põt, is neq; ex donatione cã mortis capit l. Senat. in prin. ff. eo. quẽ tex. in re ab hac nõ omnino abſimili, expẽdit Franc. Viu. in ſua collect. cõm. op. verbo, vſurarius manifeſtus col. 2. ver. ſed in iſta ambiguitate, & no. Pariſ. l. 2. num.
121 36. de leg. 1. Sic qui †teſtari nõ põt, nec mortis quoq; cã donare põt l. 1. in princ. ff. de tut. & rat. diſt. cuius meminit Tiraq. de ll. ꝺnub. gl. 5. nu. 68. & nõ lõge a ꝓpoſito Crot. idẽ quoque argm̃ ſic concludẽdo, conſ. 206. num. 17. & ſeq. & proinde ſi vxor legati incapax reperitur, vt eſt, neq; ex donatione cauſa mortis capere põt, per gñalẽ iuris antiqui regulã, qua incapax legati, incapax quoq; eſt donationis cã mortis d. l. in oĩb.
122 & d. l. Senatus, a qua quidem regula † lex noua ſuam recipere habet interpretationem, glo. & ſcrib. in l. fi. §. in computatione. C. de iure delib. Crot. d. ꝙſ. 206 nu. 15. 20. & 21. & ſcrib.
123 paſſim. nam oĩs interpreratio, †quæ fit de vna lege ad aliam fieri poteſt de ipſa lege communi ad ius municipale, Ang. in ſubſcript. ad conſ. Soc. Sen. 302. col. fi. lib. 2. pro ut non mi
124 nus dicendum eſt in re conſuetudinaria, † ob parem potentiam, quam ipſa habet cum lege ſcripta l. de quibus. ff. de legi. & ſup. diximus præf. 4. & ſic not. Rebuf. ad cõſt. Gal. tit. de conſuet. art. 1. glo. 1. nu. 9. vbi agens de extenſione conſuetu
125 dinis, ait ꝙ in parificatis, †& æquatis a lege, conſuetudo extenditur, ex quo tunc nõ extenditur per hominem, ſed per
126 legm. Vnde alias dicimus, ꝙ ſicut †ſe habet cõſuetudo ad legem, ita ſe habet ſimile conſuetudinis ad ſimile legis, Barb. c. inter cęteras nu. 34. de reſcrip. Quæ quidem interpretatio eo facilius aſſumi debet, vltra ꝙ hæc noſtra diſpoſitio eſt digna omni extenſione, vt ſup. præfat. 7. ꝙ generalis comparatio facta eſt donationis, & legati, vt mox diximus, in tatum ꝙ tex. in l. illud ĩ prin. ff. de dona. cauſa. mor. aſſeuerat, quod cumq; in legatis iuris eſt, id in mortis cã donatione accipiẽdum eſt, quem tex. proprie ſcriptũ prodidit Franc. Balduin. de lege Papia, ad propoſitam materiam illius, qui nihil, vel non totum iure legati capit, vt idem iuris ſit in mortis cauſa donatione, quod in legatis. Huic quoque argumento ac-
128 cedit concluſio illa, ꝙ facta† æquiparatione duorum a iure antiquo, præcipue ita generaliter, vt hic, ſeu per viam regulæ, diſpoſitio legis nouæ in vno, in alio facta cenſetur, glo. in l. quod vero. ff. de ll. in l. ſi quis ſeruo C. de furt. quam dicit cõmunem Curt. Iun. conſ. 150. nu. 4. ac not. in materia Iaſ. in l. 2. nume. 32. ibique Rip. nu. 21. de leg. ã. Iaſ. in l. tranſigere nu. 15. C. de tranſa. auth. nouiſſima nume. 38. C. de Inoff. teſta. Rip. l. ſi conſtante nume. 69. & ſeq. ff. ſolut. matrimo. & in re omnino ſimili Chaſſ. conſ. 39. nume. 84. & Crot. vbi ſup. Nec prætermitti etiam poteſt, quod diſpoſitio iſta, dum prohibere cępit, maritũ legare uxori, illud fecit gratia frequentioris

vſus,

Source : BIU Cujas

vſus, ideoque caſum minus frequentem nequaquam exclu
ſiſſe videtur, vt ſup. hoc eodem verb. q. 4. num. 22. ac in ſimi-
li perpendit Tiraq. de retract. §. 22. gl. 1. num. 4. Crot. conſil.
364. nu. 22. & 23, Poſtremo, ſi quis abſurde id inſtitutum pu-
tauerit, cogitet vna cum I.C. in l. ſi ita vulneratus, verſ, quod
ſi quis ff. ad l. Aquil. longe abſurdius eſſe, iſtud hac noſtra di-
ſpoſitione non teneri. Cum neq; huiuſmodi muliebres adu-
lationes, & malos mores in viros ita propagari, oporteat, nā
(ut inquit tex.) non eſt nouum, †vt iure ciuili, contra rōnem
129 diſputandi, pro vtilitate communi plerumque aliquid reci
piendum ſit. Non obſtant modo in contrarium adducta. Nā
quo ad primum, rationis idētitas cum lata ſignificatione vo
cabuli ferr, vt ſub prohibitione legati contineatur donatio
cauſa mortis, ex mox relatis, ꝙ in materia ſenſit Alex. in d. l.
2. num. 12. verſ. tu dicas. de leg. 1. & ibi quoq; Rip. nu. 10. qui
communem opinionem ſequutus vult, ſtatutum vetans,
130 †minorem, ſeu mulierem abſque propinquorum conſenſu
contrahere, ex rationis identitate procedere in donatione
cauſa mortis, idem uoluit Tiraq. de ll. connub. gl. 5. num. 76.
& 82. & Lamb. ad ſtat. vt mulieres ſine cert. ſol. ſe oblig. glo.
23. q. 1. vbi de cōiori atteſtatur. Vnde non ſine probabili rō-
ne Iaſ. in d. l. 2. nu. 27. dubitat de eo, ꝙ dicit Bal. in c. qa. V. in
fine, de iudi. ſtatuto prohibente, rem vendi, vel donari foren
ſibus, non cenſeri prohibitam donationem cauſa mott. Cū
(vt inquit Iaſ.) eadem ratio ſtatuti prohibentis vendi, uel do
donari forenſibus, qui ciuitatis onera non ſuſtinent, militet
quoque in donatione cauſa mortis, quod dictum Bal. pro ve
ro non habuit idem Iaſ. in l. non dubium num. 3. C. de teſta.
& Vaſq. cum co. lib. 1. de ſucceſ. creat. 10. §. num. 90. in fine. &
131 proinde videmus quod licet ſtatutum, † loquens de contra-
ctu locum non habeat in ſtipulatione, donatione, & ſimilib.
qui improprie contractus ſunt. Nihilominus, vbi eadem ra-
tio, quæ in cæteris ϑctib. procedit, in his locū hēt, tunc cōpre
henduntur ſtatuto, Iaſ. l. 5. in princ. nu. 4. ff. de verb. oblig. l. 1.
5. not. ff. de pac. l. Barbarius col. 2. ff. de off. præto. Alciat. l. La-
beo. 2. ff. de uerb. ſignif. Cum (ut hi dicunt (eadem legis ratio
vt mulieri, vel minori ob conſilij imbecillitatem ſuccurra-
tur in vtroq; militet. Quod multū confert in propoſito hu-
ius noſtræ conſuetudinis, q̄ & ipſa ad euitādas fraudes intro
ducta fuit ut ſup. præfat. 5. cum quib. tranſit Nouel. in rub. ff.
verb, ob. num. 20. & ſeq. & ibi Galliaul. num. 66. & ſeq. Idem
quoq; inferentes ad ſtat. †prohibens, alienationem immobi
132 lium in forenſem fieri ex contractu, ut comprehenda tur
donatio ſtipulatio, vel alius ϑctus, licet improprius, ex quo
eadem ſtat. ratio ſubeſt, ac de re fauorabili agitur. Sicuti ver-
ſauice ſtat. loquentia de ϑctib. nec proprios qñq; ϑctus com
plectuntur, quū in eis rō ſtat. non procedit. Veluti in ſta. pro
233 hibente mulierem, aut minorē contrahere ſine propinquo
rum conſenſu, ꝙ non comprehendit ϑctum, q̄ in mulieris,
ſeu minoris commodū cedit, licet abiq; propinquorū præ-
ſentia celebratus ſit, Iaſ. l. qui iuraſſe 2. not. ff. de Iureiur. l. nō
omnis §. fin. num. 6. ff. ſi cer. pet. Bar. conſi. 53. num. 8. & 9. li. 4.
late Tiraq. de ll. connub. gld. 8. q. 8. Natta conſ. 173. num. 5. &
Lamb. ad ſtatutum, vt ſup. in fi. q. 59. Ad ſecundum ea facilis
patet reſpōſio, ꝙ cum donatio cauſa mortis quo ad effectū,
ad quem hic habetur reſpectus, magis ſapiat naturam vlti-
mæ voluntatis quam contractus illa legati prohibitione cō
tinetur, quia natura mixti eſt, accedere ei, de quo magis par
ticipiat, vt s̄. diximus, ex quo laſ. in §. omnium nu. 29. Inſt. de
actio, dictum Bal. ex aduerſo allegatum de hermaphrodito
134 vt non comprehendatur† ſtatu. ſolennitatem aliquam re-
quirente in contractu mulierum, declarando, uult, ut illud
procedat, quum hermaphroditus eque in vtroq; ſexu valet.
ſecus ſi in ſexu muliebri magis prævalet, quia tunc compre
henderetur. inſuper in materia fauorabili, cuiuſcemodi res
135 noſtra ſe habet, vt ſupra 7. præfatio, diſpoſitio† concepta in
ſimplici porrigitur ad mixtum, Aret. l. ſi ita ſcriptū in princi
pio ff. de lib. & poſthu. Bar. & alij in l. 2. in prin. ff. de verb. ob.
Ruin. conſ. 114. nu. 5. & 7. lib. 1. Do. Ceph. conſi. 69. num. 14. &
Tiraq. de ll. connub. glo. 5. nu. 71. Quod locum habet, etiam
quo d de uno, vt hic agi uidetur, & nō de utroq; diſpoſitio lo
queretur, ut probat Crot. quicquid alij contrariū dicāt, in l.
Gallus. §. & quid ſi tñ, nu. 34. in 1. concluſ. ff. de li. & poſthu.
Quin ēt in re odioſa caſus mixtus ſub ſimplicib. cōtineatur,
quoties ad mixtum mens diſponentis ex identitate rationis
aptari poteſt, Ang. conſ. 257. colum. 2. Alex. conſ. 141. nu. 13.
lib. 7. Tiraq. ubi ſup. num. 76. Quæ ſimilitudo rationis facile
hic deprehendi poteſt ex ſup. relatis. Et ex hoc patet reſpon-
ſio ad illud, quo dicebatur, qualitatem donationis cauſa
mortis ſimplici diſpoſitioni repugnare, illiuſque rationem
uariare, & per conſequens ſub ſimplici non comprehendi
quoniam immo qualitas donationis cauſa mortis priori. ac
ſimplici diſpoſitioni adhæret, eiq; adſtipulatur propter oīno
damcomuenientiam, & comparationem, quam hēt cūlega
to d. l. illud, cum ſuperius adductis. Vnde fit reflexio argumē
ti, dum xcilicet qualitas hæc adiecta cum principali diſpoſi-
tione omnimodo conuenit, ut idem Alciat. ſentit dicta l. ſe
cunda ff. de vetbo. ob. in ſuis illationibus. Nec vſpiam in uo
lumine ſtatutorum, ſeu conſuetudinum noſtrarum cautū
habetur, uerba intelligi, ut litera iacet. Quamuis nec tunc re
136 mota †adhuc eſſet interpretatio, & quæ de iure admittenda
foret, quam nec ipſi quoq; ſtatuētes amouere poſſunt. Aret.
conſil. 108. circa princip. Cotta in ſuis memor. uerbo, ſtatuto
cautum, Alba. conſ. 20. nu. 6. & ſeq Ruin. conſil. 70. nume. 8.
lib. j. & pulchre ſane, ac docte in ſpecie demonſtrat. Do. Me
noch. alleg. ſæpe conſ. 11. nu. 19. Similis quoque fit retorquu
tio de c. quanquam de uſur. in 6. cum, etſi longe inter ſe do-
137 ctores controuertant, illa †in praxi prævaleat opinio, ut di-
ſpoſitio illius c. in donatione cauſa mortis locum habeat,
ut not. uterque Soc. in d. l. 2. de leg. 1. Sen. nu. 9. in fin. & Iun.
nu. 25, Natta l hac cōſultiſſima §. ex imperfecto nu. 45. C. de
teſta. quam tutiorem, & magis communem dicit. D. Clarus
§. donatio. q. 7. licet diſpoſitio illius cap. longe etiam diſtet a
terminis noſtris, cum illa reſpiciat formam, & ſolēnitatē te
ſtandi ob cautionem præſtandam, ubi donatio cauſa mor-
tis ϑctui æquiparatur, ꝙ etiam animaduertit Soc, Noſtra au
tem diſpoſitio effectum reſpiciat, ubi intra ultimæ uolunta
tis terminos conſiſtit, ut ſupra demōſtrauimus, ut aliud quo
que diſcrimen affert D. Menoch alleg. conſ. 11. num. 22. Ad
quartum reſpōd. durū quipppe nō eſſe, quinimo æquū. & iu
ſtū, ut ſublata facultate marito legādi uxori, dēpta etiā cen-
ſeatur facultas donādi cā mortis, tū ex gñali comparatione
adinuicē facta, Tū ex paritate rationis, Tū ēt gratia rarioris
uſus, ut iam hęc omnia cōprobata fuere. Quicquid ſit in do-
natione inter uiuos de qua loquitur Ale. loco ex aduerſo al
le. conſ. 54 nu. 20. lib. 7. qui Paulo ante nu. 9. potiſſimū ſe fun-
dat ſup diſparitate rōnis, de qua re late ſup. q. 4. nu. 22. & ſeq.
Nec inconueniēs eſt, ꝙ diſpō emanata in uno caſu, aut in
una ſpecie, trahat ad alias ſpēs, in quibus eadem militat rō,
ſecundum Soc. Iun. in l. 2. 3. not. nu. 10. de leg. 1. qui proprie ad
138 regulā, a quo remouetur genus, remouetur etiam quælibet
eius ſpecies, ſubdit, regulam illam intelligi, quoties in quali
139 bet ſpecie eadē ſubeſt rō, alias ſecus, & ita de genere† ad ge
neralem rationem plerumque arguūt ſcrib. ut pote Bald. in
auth. poſt fratres C. de legi. hære. Vbi uult, ꝙ attendi dēt rō,
tanquam uirtus intrinſeca legis, & tanquam genus p̄dicans
de ſingulis ſpeciebus, hoc eſt, ſicut genus proprie cōprehen-
dit quaslibet ſuas ſpecies, ita rō generalis cōplectitur oēs ca
ſus ſub rōne cōprehenſos, ꝙ dictum Bal. ſic explicat Cagn.
in l. in toto nu. 6. ff. de reg. iur. pro quo adducit, ꝙ not Bar. in
l. regula. §. ſi quis ff. de iuris, & facti. ign. Vbi ſi lex eſt ſpecialis
rō autem generalis, generaliter eſt intelligēda. Hinc etiam
140 dicit Alexā. conſ. 75. nu. 3. lib. 5. ꝙ qñ†in pluribus caſibus eſt
una, & eadem ratio, illa omnes caſus determinate decidit,
quia ſicut genus omnes ſuas ſpecies comprehendit, ita rō
generalis diuerſas ſpecies caſuum emergentium comple-
ctitur, ſequitur Dec. conſ. 284. col. 2. Cagno. d. l. in toto nu. 6.
ꝙ in re conſuetudinaria not. Burſ. conſ. 40. nu. 11. Et licet di
uerſi. ſint tituli, de legat. & donat. cauſa mortis, diſtinctaque
loquutione ll. plerunq; uſæ ſint, id tamen factum nō fuit, vt
omnimodo diuerſitas inter hæc oſtenderetur, ſed ut ſingula
141 †ſingulis appellationibus deſignarent̄, & nominarent̄, ſecū
dum ꝙ docet Imperator in §. alio quoq; inſt. quib. mod. Te-
ſtam. infir. Sicuti uidemus in locatione, & uenditioue, de q-
bus diſtincti facti ſunt tractatus, & tñ locatio ijſdem regulis
conſiſtit, quib. emptio l. 2. ff. locat. Idem legimus eſſe in lega
tis, & fideicommiſſis, quæ etſi per omnia ſint adęquata. l. j. de
le. 1. & de iure. ff. unico tręclatu collocata, de iure tñ Cod. &
inſtit. diuerſi tractatus facti ſunt, de legatis, & fideicommiſ-
ſis. Alia quoq; ad hoc reſponſio colligi pōt ex not. per Dec.
in l. 1. nu. 27. uer. nō ob. iura, & in 3. lec. nu. 92. ff. de reb. cred.
quæ omittitur, cum præcedens difficultatem ſatis diſſoluat.
Quinimo ſicuti facultas legandi per l. Falcidiam, ne teſtaio-
res hæreditate legatis exauſta ab inteſtato decedere contin
gat, coanguſtata fuit, ut inſt. de l. Falc. in princi. ita etiam ne
mariti muliebribus Blanditijs ſeducti, futuris hæredibus ni
hil, uel minus relinquant, eorum facultas ad ſolidos xx. co-
anguſtata fuit, alludendo ad diſpoſitionem l. Falcidię, argu-
142 mento reflexo, ſicuti†lex Falcidia loquens de legatis, ex idē
titate. uel ſimilitudine rationis ad donationem cauſa mor-
tis extenſa fuit l. ſi mortis l. ſi quis C. ad l. Falc. in quo poſterio
ri loco, ex identitate rationis proprie fit extēſio de donatio
ne cauſa mortis ad mortis cauſa capionem, ita etiam ex pa-
ritate rationis abſurda uideri non debet extenſio de legato
ad donationem cauſa mortis, cum, ut ait gloſ. in d. l. ſi mor-
tis, donatio cauſa mortis ad inſtar legatorum inducta ſit, ſi
quidem interpretatio, quæ fit de una lege ad aliam, fieri po-
teſt de ipſa lege cōi ad ius municipale, ut s̄. diximus. nu. 123.

Source : BIU Cujas

143 Eadem retorquutio fit de oratione†Diui Marci in l. cum hi in princ.ff.de transſ,Vt cum oratio illa loquens per verbum, relicta,ꝙ in vltimam voluntatem ſonat,l.1.§.fi.ff.de Tab.ex hib.glō.§.fi.inſt.quib. ex cauſ. man.non licet,cum ſup.adductis hoc eodem verbo, in princ.nu.3.ad alimenta trahatur, nedum in teſtamento,vel codicillis, ſed etiam in mortis cā donatione relicta,aperte diſcernatur,ꝙ diſpoſitio ita trahit ad relicta in teſtamanto,ſicuti ad ea,quæ mortis cauſa donā tur,quod fieri non poſſet,niſi identitas iuris extaret, ac niſi idem iudicaretur de donatione cauſa mortis, ꝙ de vltima voluntate,vt apud Dec.in l.de alimentis in fin.ſuper intelligentia illius tex. C. de transſ. Prout ſimilis quoque fit retorquutio de eo,quo dicebatur,ꝙ ſi lex ſeu conſuetudo voluiſſet,Idem iuris eſſe in donatione cauſa mortis, quod in le-
144 gato,illud dixiſſet,quoniam Immo diſpoſitum†a lege,ſtatuto,ſeu ϙſuetudine in vno cenſetur quoq; diſpoſitum in alio de quo conditores idem ſtatuiſſent,vbi interrogati fuiſſent, glo.communiter recepta in l.Tale pactum,in fine.ff.de pac. Alex.conſ.24.nu.34.lib.2,conſ.54 nu.6.lib.4.Curt.cōſ.9. nu. 16.& ſeq.Dec.conſ.64.col.pen.& pulchre Angel. conſ.345. nu.5.vbi ait,ꝙ communis intentio prudentium ciuium,ſtatuentiumue talis eſſe præſumitur,qualis eſſe debet,ſi nominatim tunc interrogati fuiſſent,ſeu veriſimiliter eo in caſu conſtituiſſent,quem ſenſum ex bono,& æquo accipiendum eſſe,autore Ariſt.5.Moral.refert Alciat.lib.3.de verbo.ſig.in princ.& per quam regulam Iaſ.in l.Barbarius col.2.ff.de off. prætor.ſumme tueri nititur opinionem Barto.in l.more, in prin.ff.de acq.hæred. ꝙ ſtatututum vetans,mulierem cōtrahere abſque conſenſu duorum proximorum,procedat etiā in quaſi contractu, veluti in hæreditatis aditione, eo quia cum id propter ſexus imbecillitatem proceſſerit,eadem ratio militat in hoc quaſi cōtractu,ne mulier ex imbecilli cōſilio damnoſam hæreditatem adeat,ſi de hoc conditores interrogati fuiſſent,idem ſtatuiſſent.Cum itaq;ſtatuentes,ſeu tacitus cōſenſus populi idem diſpoſuiſſent, atq; ſtatuiſſent in mortis cauſa donatione,ꝙ in legato,vbi de ea interrogati fuiſſent,ſeu veriſiſſ prouidiſſent, ſiquidem, vt id ēt addā,
145 pro expreſſo† habetur,ꝙ veriſimiliter expreſſum fuiſſet, ſi de eo cogitatum eſſet,quæ eſt regula aurea, & inter omnes doctrinas laudata,vt precedit Zaſ.in §.actionum nu.49.inſt. de actio. ſeu mauis conſuetudo hoc in caſu prouidiſſet, vbi ille tunc contigiſſet,aut ita frequenter,quemadmodum, in caſu legati,Id vtiq;,a lege,ſeu ϙſuetudine omiſſum dici nō poteſt.Quinimo ſi municipalis diſpoſitio†ita ſemper inter-
146 pretanda venit,ne a ſapiētibus reprehendi valeat, vt conſulēdo Bal.dicere ſolitus erat,teſte Cor.conſ.85.col.2.lib.3.cō ſil.44.col.1.lib.4.Soc.conſ.63.nu.13.lib.1.vt ipſe Bald. idem re vera obſeruauit conſ.91.ſtatutum lib.4.intelligēdo noſtrā hanc conſuetudinem procedere in ſolis terminis legati, & non in donatione cā mortis,illa non careret reprehenſione ꝙ fraudibus,ſeu delinimentis vxorum in viros obuiare intēdens, legare ſolum prohibuerit,eadem facultate viris derelicta in vxores elargiendi per viam donationis cauſa mortis quæ a iure legati non diſſider,quæue maritos blāditijs, fictiſque adulationibus mulierum non minus illaqueare poteſt,
147 quam legatum,vt ſuperius dictum fuit.Qua in re verba†Cicer.pro Aul.Cec. non in elleganter vſurpare poſſumus, videamus per Deum Immortalem,quod ius,quamue conditionē nobiſmetipſis, ac quam ciuitati legem cōſtituere velimus,huiuſce generis vna eſt prouiſio per hanc conſuetudinem,qua nos vſi ſumus,cōſtituta,ea ſi nil ualet,aut ſi ad hāc rē,uel præſentem cōtrouerſiā nō pertinet,quid negligētius aut quid ſtultius maioribus noſtris dici pōt, qui aut tātæ rei prætermiſſerint prouiſionem, aut eam cōſtituerint,quæ nequaquam ſatis verbis cām,& rationem iuris amplecteretur periculoſum eſt,diſſolui legem hāc,conſuetudinemue noſtram,captioſum eſt omnibus hāc rem ϙſtitui eiuſmodi, vt cum in vim donationis cauſa mortis geſta ſit, reſcindi iure nō poſſit,Verumtamen turpiſſimum eſt,illud tantę ſtultitię maiores noſtros,& qui legem hanc,ſeu cōſuetudinem tam prudenter in ſcriptis redigerunt, cōdemnari,vt pleriq; Iudicant,id in mentem eis nō veniſſe.Ad vltimum breuiter reſpondetur,tolerandum omnino,ꝙ hæc noſtra diſpoſitio,phibens legare,donationem ēt ca mortis, comprehendat.licet hæc a communi vſu loquendi inter legatum nō recipiatur,tū per generalem comparationē ad inuicem factam,tū ꝑ rationis paritatem,tū etiam gratia rarioris vſus, vt ſupra diximus ad ıñſionem 4.argumenti nu.137. Quamquam nō
148 oīs†cōis vſus loquendi attendendus eſt,ſed peritorum,& iuriſtarum,ut docet Curt.Sen.conſ.9.nu.10.iuncto nu.23.longeque durum eſt,talem communem vſum loquendi probare,ut alias ſupra meminimus uerbo,maritus, quæſt. 1.num. 41.& ſeq.unde nos iuriſtę iuriſperitorum loquendi uſum ſectando, eleuatum obiectū facile ex precedetibus euadimus.

Cæterum vbi donatio hæc ſine legitima ſolēnitate in donatione inter viuos requiſita celebrata foret, citra difficultatē corrueret, cum vim ſolius vltimę voluntatis hoc in caſu ſapiat, quæ per hanc noſtram diſpoſitionem ſublata remanet ut ſupra diximus.nu.5.& 66.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio relinquendi vxori num in mortis cauſa capione locum habeat. reſolutio num.3.& ſeq.limit.nu.14.*
2 *Mortis cauſa capio quid.*
3 *Mortis cauſa capio proprie nnn eſt legatum, nec donatio cauſa mortis, num.4.& 11.*
5 *Mortis cauſa capio a contractu inter viuos originem ſumit dic vt num.13.*
6 *Mortis cauſa capio non comprehenditur ſtat. loquente de inſinuando legatum,vel donationem cauſa mortis.nu.13.*
7 *Conditio dandi incapaci eſt poteſtatiua, & ſic omnino implenda venit.*
9 *Incapax bonorum teſtantis,fit etiam incapax eorum,quæ mortis cauſa capiuntur.*
10 *Spurius,vel naturalis nec per mortis cauſa capionem, nec per donationem cauſa mortis capit.*
14 *Mortis cauſa capionis,& cauſa inter viuos vxor eſt capax.*
15 *L.Meuius.ff.de cond.& dem.intelleſtus.*
16 *Legatarius,ut ius ſibi ſpectet ratione legati facti cum cōditione,aliquid dandi vxori,conditioni parere habet,ſicq; ſoluere,quicquid ſibi impoſitū fuit.*
17 *Cautella,qua vxor fiſcum excludat.*
18 *Io.Ceph.improbatur.*
19 *Diſcipuli officium eſt, præceptoris ſui ſententiam deffendere, cum declaratione.*
20 *Homerus quandoque dormitat.*

Quæſt. VIII.

1 Hinc finitimum eſt,quid in mortis†cauſa ca-
2 pione,quę nuncupatur,quic quid†occaſione mortis alicuius obuenit,quum aliud ſpeciale nomen non habet.l.qui pretio.l.mortis cauſa capitur.l.inter mortis. ff.de donat. cau.mort. glo.in l. fuit quæſtionis. ff. de acq.hær.Couar.in rub.de teſtam. 3.part.num.26.& illam ſane hac prohibitione complecti,quis forte dixerit.Primū,
3 quia mortis cauſa capio† proprio ſumpto vocabulo non eſt legatum,nec legati nomine ſtricte continetur d.l.mortis cā capitur,ibiq; Caſt.& Rip.in l.in quartam.nu.25.ff.ad l.Falc.
4 Item nec mortis † cauſa donatio eſt, ſed ab ea differt. Cum donatio cauſa mortis a defuncto,mortis vero capio ab alio quam a defuncto proueniat,Barto.& Caſtr. d.l.qui pretio,& ideo ex hoc ſolo,quod ab alterius bonis,quam defuncti,pficiſcatur,nō debet vxor cenſeri prohibita ex ea capere.cum ſcilicet ex bonis mariti non capiat, argō text.in l.his,qui ex bonis. ff.de vulg.unde fit,quod quicquid mortis cauſa capitur,non dicitur capi iure relicti l.1.§.item ſi ita. ff.ad leg.Fal. illudq; potius ſapere naturam contractus,quam vltimę uoluntatis,Bart.d.l.inter mortis 2.oppoſitione.Hinc eſt,quod
5 Bald.in l.pen.C.ad leg.Falcid.ait quod mortis † cauſa capio ſumit originem a contractu inter viuos,cum quo tranſit Bened.in c.Raynutius, verbo,teſtamentum 4.num.43.de teſta. qui clarius quoq; loquendo vult,quod talis mortis cauſa capio nō venit appellatione donationis cauſa mortis,aut legati, licet ei æquiparetur.Hinc etiam alibi Bal.in l.2.nu.6.C.de
6 iur.dot. ſtante † ſtatuto ꝙ legatum, & donatio cauſa mortis inſinuari debeat vult, nō comprehendi mortis cauſa capionem,tamquam, quid per ſe diſtinctum, ſequitur Sigiſ. tract. ſtat.Bal.uerbo legatum,in princ.Brun.in repert.ſuper conſt. decret. ſta.uerb.legatum, & Bened.d.§.teſtamentum,nu.43. vbi is inquit,ꝙ mortis cauſa capio non comprehenditur ſtatuto diſponente de legatis,& donationibus cauſa mortis inſinuandis. Ad idem bonus videtur tex.in l.Meuius.ff.de conei.& de.ꝙ quē gl.in allegata l.inter mortis.ff.de don.cā mor. dīas referens inter donationē cā mortis, & mortis cā capionē,ait ꝙ q ex teſtō eapere nō pōt legati,uel fideicōmiſſi nomine,uel donationis cā mort. capit tñ hoc modo, 1. mortis cā capione,& per eundē tex.ſcribit Bal.in lvnica §.ſinautem
7 nu.2. C.de Cad.toll.ꝙ conditio† dandi incapaci eſt poteſtatiua,& ſic omnino eſt adimplēda, vt locus eſſe poſſit legato.
8 Cæterum contrariū†uerius exiſtimo,qñ præter idētitatem rōnis, q̄ ita militat in mortis cā capione, ſicuti in legato, & donatione cā mortis,& ꝑ ꝙñs eadem diſpoſitio militare debet, ut ſupra proxima quæſtione abunde dictū fuit nu.110.&
9 ſeq.incapax† bonorū teſtatoris, fit ēt incapax eorū q̄ mortis cā.capiuntur.veluti gratia ϙdōnis implendę ab eo,cui bona teſtatoris relicta ſunt,cū illa ex defuncti uolūtate acquirantur,tex.eſt nō obſcurus,in l.quod ϙdōnis,ubi ſcrib. ff.de do. cau.mort.Cepol.caut.38.in 10.caut.Iaſ.l.pro hęrede. §.papinianus.2.not.ff.de acq.hær.cum alioquin ut ait glo.in d.l.qđ conditionis.) parata eſſet fraus legi, ꝙa poſſet teſtator oīa bona ſua, vel partē alicui relinquere, vt vxori incapaci tātūdē ꝑſtaret, quod leges uehementer abhorrent.l.ϙ legem. ff.de legib.cum ſimilibus, ex qua gl.not.ibi Imol. ſingulariter(ut

ipſe

Source : BIU Cujas

ipſe ait, ꝙ ſicuti teſtator prouidere non poteſt incapaci per viam legati, vel iure inſtitutionis, ſic non poteſt per viā cōditionis implendæ, ſeu mortis cā capionis, quia illud ſubrogatur loco bonorū defuncti. Hinc per eandē glo. vult, Bal. in d. l. pen. C. ad leg. Falc. ꝙ in mortis cā capione eadē capacitas requiritur, q̄ in fideicōmiſſo, item quæ in legato, vt id ad Bal. rei noſtræ proxime accedendo, adiungamus, l. oībus. ff. de don. cau. mort. ex qua ſic colligit Imol. qui eſt capax lega
10 ti, eſt capax mortis cā capionis, inferens ex hoc, ꝙ filius †natural. s, vel ſpurius, qui eſt capax legati, capere nō pōt donatione cā mortis, ad idē Bal. in c. 1. §. naturales, nu. 6. ſi de feu. fue. cōtr. ꝙ ſic reſpectu capacitatis mortis cā capio æquiparat donationi cā mortis, ſeu legato, licet nō ſit eadē, vt id, etſi ſatis aperte ex p̄dictis colligatur, ſentit Bened. d. §. teſtm̄ 4. nu. 43. Aerſ. & in hoc æquiparat. Et ex his aperta ſolutio conſtat ad primum obiectum, quia licet mortis cā capio nō ſit
11 proprie †legatum, & ab alterius, quam mariti, bonis proueniat, vxor tm̄ ex ea nō capit, ꝓpea ꝙ ex defuncti volūtate capit, & quod capitur, loco bonorū defuncti ſubrogatum eſt. Et quia ēt eadem capacitas requiritur in mortis cā capione, quæ in legato, vt mox probauimus, vltra ꝙ rōnis idētitas cū lata ſignificatione vocabuli ſuadent, vt illa ēt cōprehēſa cē ſeatur, de quo late ſupra proxima q. nu. 106. 109. & ſeq. Eadē
12 reſponſio datur ad deciſionem †Bal. in l. 2. nu. 6. C. de iur. do. quia ibi non agitur de inhabilitate capientis, ſed tm̄ de inſinuatione facienda, quæ longe diuerſa eſt, a termīnis, de quibus agimus, & ſi incapacitas ibidem ſubeſſet, nō aliter dixiſſet Bal. quam ꝙ alibi dixit, ex gl. communiter recepta in d. l. quod conditionis. ff. de donatio. ca. mort. vt ſupra relatum fuit, Et hoc vult in effectu Bened. d. §. teſtm̄ 4. circa finē, quatenus poſtquam ex allegata glo. retulit, in mortis cā capione ea requiri, quæ in fideicommiſſo, & iō non poſſe in ſpurium, vel alium incapacem cōferri, eandem quoque capionem in hoc æquiparari donationi cauſa mortis, licet non ſit idem cum ea, inſert, ꝙ ideo nō comprehenditur ſtatuto diſponente de legatis, & donationibus cā mortis inſinuandis. Inſuper nō obſt. ꝙ mortis cā capio originem ſumit a p̄ctu inter viuos, ſecundum Bal. in d. l. penult. C. ad leg. Falci. Nam reſpondeo, ꝙ Bal. ea in parte, qua dicit, mortis cauſa capionem ſumere originem a contractu inter viuos, loquitur qñ
13 †mortis cauſa capio ex diſpoſitione inter uiuos celebrata, p uenit, vt formata per eum quæſtio aperte demonſtrat, vendo tibi rem pro decem, ſi poſt mortem meam ſtichum Titio dederis, vt idem in ſeq. quæſtione vult, vt ſi nulla facta mentione mortis dixero, vendo, ſi dederis ſtichum Titio, quæ nō mortis cauſa capio, ſed conditionis cauſa capio erit. hæ nāque capiones ex prouiſione ſeu contractu inter viuos originem ſumunt, & proueniunt. Cum enim mortis cauſa capio generale adeo ſit verbum, relatum ad omne, quod occaſione alicuius mortis obuenit l. qui pretio l. mortis capio, & in l. inter. ff. de donat, cau. mort. & ſupra ab initio diximus, Nimirum, ad contractus inter uiuos etiā trahatur. Et iō arbitror,
14 ꝙ de huiuſcemodi †capionibus vxor ſit capax, pro vt de cēteris contractibus, & commertijs inter viuos capax reperitur, vt ſupra, hoc eodem verbo, quæſt. 6. nu. 13. Nos vero hac in q. loquimur de mortis capione, q̄ in teſtō aut codicillis fit, & ſic quæ ab vltima voluntate depēdet, & ab ea originē ſumit, & ita ipſemet Bal. in d. l. penult. iunctis, quæ paulo ante dixit, ex glo. in d. l. quod conditionis, procedit, & ſic etiā militāt reliqua ſupra adducta. Minus obſtat tex. in l. Meuius ff. de cond. & demon. quoniam ſecundum ſcribentes ibi, & in d. l. quod conditionis, ac clarius ſecundum Caſtr. in l.
15 oībus. ff. de don. cau mor. aut †quærimus, num mortis cauſa capio in perſonam incapacis, ſicque uxoris concipi poſſit, quo ad hunc finem, vt ibi ſoluatur conditio, & dicendum, eſt ꝙ ſic d. l. meuius, Aut quo ad effectum, vt apud vxorem remaneat, & tunc nequaquam, cum ſit incapax d. l. omnibus d. l. quod conditionis, Bald. l. vnic. §. finautem nu. 2. C. de cad. toll. & l. eam quam. col. fi. nu. 55. C. de fideicom. & ſic ſibi aufertur per fiſcum, aut per alium, ad quem pertinet. Vn
16 de legatarius †vt ius ſibi in legato facto cum onere, aliquid dādi vxori, ſpectare poſſit, parere hēt ꝺdōni, & ſic vxori ſoluere, quicquid per teſtatorē impoſitum, & ordinatum fuit, licet vxor exinde illud nō retineat, ſed ſibi auferatur, aut per fiſcum, aut per hæredem inſtitutum, ſecundum diſtinctionem ſupra traditam, verbo, non poſſit, quæſt. 2. Vbi tm̄ vxor
17 †cuperet, fiſcum omnino excludere, rem ſibi dari recuſet. Nam tunc fiſcus nihil auferre poterit, Bar. d. l. quod condōnis, prope finem. Veruntamen hæres ſpreta omnino conditione indiſtincte hæreditatem adire poteſt, ac ſi nulla conditio inſcripta eſſet, vt ſupra verbo, no poſſit, quæſt. vlti. Qua-
18 re ex prædictis coijcitur, non bene † ſenſiſſe Do. Ioan. Ceph. ad manus meas poſt formatam quæſtionem deuentū. conſ. 414. in 3. fund. numero 26. & ſeq. lib. tertio quatenus aſtruit, huiuſmodi legatum ſuſtineri in vim mortis cauſa capionis ex clauſula codicillari, ad hoc, vt illa actus ualiditatem, eo modo, quo fieri poſſit, operetur, propterea quod mortis cauſa capio a legato, fideicommiſſo, ꝙ mortis cauſa donatione differt, ita vt diſpoſitio, quæ in vim legati, tamquam ab inteſtabili emanata, ſubſiſtere nō poteſt, in uim mortis cā capionis ualeat, hæ namq; meditationes iuri, e doctorum traditio
19 nib. non multum arrident, & licet diſcipuli †officium fuiſſet ſententiam pr̄ceptoris ſui deffendere. i. dicere & ibi no. Bar. ff. de arb. Iaſ. l. generaliter, ad fin. ff. de in ius uoc. tamen amicus Socrates, amicus Plato, magis amica ueritas, ut docet Felin. in c. 1. ad finem, nu. 56. de conſtit. Cotta in memor. Verbo, inimicitiæ capitales in fine, & Neuiz. Sil. Nup. li. 5. nu. 37.
20 ad finem, & nu. ſeq. Sed quandoque bonus †dormitat Homerus gl. c. ſi quis cum nouerca. 32. q. 7.

SVMMARIVM.

1 *Vltima voluntas innominata, & in genere datur, quæ nec teſtamentum, nec codicillus, nec donatio cauſa mortis eſt, & in ea procedit hæc noſtra diſpoſitio, ac. num. 2.*
3 *Conuentio facta inter milites de inuicem ſuccedendo, vltima voluntas in genere eſt.*
4 *Diſpoſitio patris inter liberos coram duobus, vltima voluntas in genere eſt.*

Quæſt. IX.

1 Porro nec illud reticēdum eſt, hanc noſtram diſpoſitionem †procedere, nedum in relictis, q̄ ab illa ultima uoluntate dependent, quæ in ſolemni teſtō, codicillo, donationeue cauſa mortis fit, de quib. ſupra abunde loquuti ſumus. Verum etiam in quacumque alia ultima uolūtate, quæ nec teſtamentum, nec codicillus, nec mortis
2 cauſa donatio ſit, ſed ultima uoluntas †innominata, & in ge
3 nere, ueluti eſt conuentio facta inter milites de inuicem ſuc
4 cedendo, ut l. licet. C. de pact. nec non diſpoſitio †facta per patrem inter liberos coram duobus, ut l. fi. C. famil. ercīſ. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtam. ac no. Prac. Pap. in forma legati rei ſing. uerbo, ualere debeat, nu. 12. & ſi quæ alia ſit minus ſolēnis ultima uoluntas in iure recepta. Cum eſſe teſtamentum, ſeu ultimam uolūtatem in genere, idem ſit effectus, Bald. & cæteri omnes cū eo in d. l. licet in fi. licet huiuſmodi quoq; relicta aliquando aliunde corruant d. l. fi. & d. §. ex imperfecto, cum ibi not.

SVMMARIVM.

1 *Vxor per hanc prohibitionem num viro ab inteſtato ſuccedat, omni proximitate defficiente, concluditur negatiue num. 10. & ſeq. cum declaratione. num. 20. & 21.*
2 *Facere aliud eſt. aliud omittere.*
3 *Stat. vetans, bona in non ſubditum transferri per contractum, ſeu per vltimam voluntatem, num comprehendat, vt nec etiam ab inteſtato ſucceda tur, contra verius. nu. 11. 12. & ſeq.*
4 *Succeſſio ab inteſtato ex legis prouidentia venit, vnde legitima ſucceſſio dicitur.*
5 *Generali acquirendi prohibitione non intelligitur comprehenſus actus, ex prouiſione legali proueniens.*
6 *Prohibita alienatione ſiue per ſtat. ſiue per hominem, non intelligitur prohibita ſucceſſio ab inteſtato, contra. nu. 10.*
7 *Titulus legis, & titulus hominis inter ſe differnnt, declara. nu. 17.*
8 *Succeſſio ab inteſtato ſummæ virtutis eſt.*
9 *Prohibitus alienare in extraneum, ſucceſſuro ab inteſtato relinquit.*
11 *Prohibitio in certam, & particularem perſonā comprehendit, ut nec etiam ab inteſtato tranſmiſſio fiat, & nu. 16.*
12 *Stat. prohibens, mulierem ex teſtamento ſuccedere, comprehendit, vt nec etiam ſuccedat ab inteſtato.*
13 *Prohibitus capere ex teſtamento, prohibitus quoque cenſetur ab inteſtato, ſicuti e contra, non prohibitus ab inteſtato capit ex teſtamento.*
Conditio ſuccedendi ex teſtamento plenior eſt, quam ab inteſtato.
14 *Facto negatiuo obligatus curare debet, ne id etiā ex legali diſpoſitione fiat.*
15 *Ratio prohibitionis ita militat, non teſtando, ſicuti teſtando.*
18 *Iudicium idem habetur de tacita voluntate, quod de expreſſa.*
19 *Decedere ab inteſtato, eſt ſpecies relicti.*
20 *Mulieri ex hac diſpoſitione non vltra in bonis viri ab inteſtato debetur, quam ſit permiſſum, ſibi relinqui, cum declaratione. nu. 21.*
22 *Benigior via ſemper eligenda, præcipue pro vidua, & miſerabili perſona.*

Quæſt. X.

Poſtremo illud quoque non intempeſtiue ſe offert, num hæc noſtra diſpoſitio prohibens, ex quacumque ultima uoluntate uxori relinqui, ut ſupra uidi-
1 mus,, prohibeat †etiam, ut nec ab inteſtato uxor uiro ſuccedat, quum defficiunt agnati, & cognati, uel ſi aliqui ex his ſuperſunt, inhabiles tamen ad ſuccedendum, exiſtunt, An uero uxore excluſa, fiſcus aut alij poſt eam uocati, iuxta notata. l. prima, C. de bon. uaca. libro decimo, Iaſ. l. prima, columna, fin. C. und uir. & uxo. Afflict, tit. quæ ſint reg. uerbo uacantia, admitti debeāt, hanc quæſtionem uidi bis in facto

Source : BIU Cujas

cõtingere. Primũ in uxore cuiuſdã militis Hyſpani,illineq; ab annis duob.in alia cuiuſdam Placentini,qui hac in ciuitate vxores duxerant, & cũ poſt longũ incolatũ ambo ſine tiberis deceſſiſſent & fiſcus Bona Hyſpani nõ modici valoris apprehendiſſet, vxore recl amante ad III.Dom. Quæſt.extra ord.ſibi uti legitimæ ſucceſſori bona omnia apprehenſa,dimiſſa fuerunt,in bonis uero Placentini, etſi quidam eius fratres comparuiſſent, cum tamen vti dominio Mediol. nõ ſubditi eſſent incapaces,fuit vxor iudicialiter cõtinuata,in quorum poſſeſſione adhuc exiſtit, etſi ſuper hoc longe diſceptatum eſſet adhucque diſceptetur,ſed Dij boni,quam leuiter & oſcitanter, ij, qui & fiſci,& aliorum partes fecerunt (pace eorum dixerim) in controuerſijs huiuſmodi proceſſerint, omiſſis his,quæ contra vxores magis iuridice, & appoſite allegari poterant in vim huius noſtræ conſuetudinis,quæ non minus ab inteſtato. quam exteſtamento vxores in bonis uirorũ ſuorum incapaces reddit.Namq;& ſi prima facie, uideretur dicendum, vxorem a ſucceſſione viri ab inteſtato per hanc noſtram diſpoſitionem nõ fore prohibitam. ex edicto vnde vir,& vxor,cum prohibitionisverba loqui non uideantur in caſu inteſtati,& ſic in nihil faciente, ſed in caſu teſtati,ſicq; in eo,qui mediante aliquo actu,& facto transfert. Et
2 aliud †ſit facere, aliud omittere, vt not. ad reg.delictum,de reg.iur.in 6.ad l.fi.C.de acq.poſſ.& ſi dicatur,quod qui decedit inteſtatus relinquere videatur venientibus ab inteſtato eo ipſo,quod alteri non reliquit.l.ſi quis cum teſtamentum, & l conficiuntur in princ.ff.de iur.codic.Reſpondetur,quod cum iſtud ex iuris fictione proueniat,caſus fictus municipali diſpoſitione non comprehenditur,vulga.l 3 §.hæc uerba.ff. de neg geſt.Bar.& alij poſt eum in l.omnes populi 6. q.princ. ff.de ioſſit.& iur.& ita non longe a propoſita quæſtione,ut ꝑ
3 ſtatutum † vetans bona in non ſubditum transferri per contractum,ſeu per vltimam voluntatem,prohibitum non cẽſeatur,ſuccedere ab inteſtato, conſuluit Cuma.conſ 84.col. 1. vbi etiam uult, eſto quod factum fuiſſet teſtamentum . & in eo non ſubditus factus hæres,etſi talis inſtitutus ſuccedere nõ poſſit ex teſtamento, quod propter ſtatutum redditur nullum, nihilominus ſuccedet ab inteſtato l. 2.in 2.reſponſo.C.ſi quis omiſ cau. teſt.& l.1.§,ſciendũ.ff.de ſucceſſ.edic. & cum Cuma.idem uult Corn.conſ.212. col.1.2.& fin.lib.2. nec non Soc.Sen conſ. 292.colum fi.lib.2.ubi magnum uerbum aſſerit , ita ſe habere magis communem ſententiam .
4 Hoc itidem comprobarur,quod cum ſucceſſio ab inteſtato ex legis prouidẽtia veniat, vnde legitima hæreditas proprie dicitur.l.3.§.de illo.ff.pro Soc.l.lege obuenire,vbi Alciat.in prin.ff.de verb.ſig. & Pariſ.conſ.71.nu.28.li.3.inconueniens non eſt, vt talis ſucceſſio hac noſtra prohibitione cõprehen
5 ſa non cenſeatur.nam in generali † acquirendi prohibitione nunquam intelligitur comprehenſus actus,qui ex prouiſione legali prouenit,Fulgo.conſ.102.col.fin.verſi.item nec ẽt. Soc.conſ.81.nu.11.& 16. lib.3.Tiraq. de retrac. municip.§.1. gl.9.nu.166. ſimile argumentum concludit Ruin. conſ.115. nu.23.& conſ.144.nu.6.li.3.Rolan.conſ.84.nu.32.& ſeq.li.1.
6 & latius conſ.80.nu.32. & ſeq.lib.3.vbi prohibita † alienatione, ſiue per ſtatutum,ſiue per hominem, non comprehenditur ſucceſſio ab inteſtato, tanquam actus proueniens a lege,
7 Sũt enim diuerſi † titulus legis,& titulus hominis, ita vt uno ſublato, alter adhuc exiſtat, vt in propoſita materia ſcite ꝑpendit D.Io.Ceph.conſ.59.nu.18.& ſeq.ac nu.28.& ſeq. inferens ex hoc,non fore per hanc noſtram prohibitionem ſublatum ius accreſcendi, tanquam ex legis prouidentia, & nõ hominis proueniens, & in eadem facti contingentia conſuluit Natta conſ.463.col.pen.& fin.ſequitur D.Menoch. aſſerens id memoriæ commendandum in 4.remed. adipiſc. poſſ. nu.128.& ſeq conferunt infra annotata verbo, viginti, q. 8.
8 num.40. & quippe ſummæ † virtutis eſt inteſtati ſucceſſio, in tantum ꝙ prohibitus alienare in extraneum, recte poteſt re
9 linquere extraneo ſucceſſuro † ab inteſtato,gloſ.cõiter recepta in l.pater.§.Iulius Agricola de leg.3.Barto.Imo.Caſtr.& alij in l.cum pater.§. cum inter.de leg.2. Alex.de magis commuti atteſtando conſ.56.nu.6.li.1.conſ.55.nu,4.li.3.Socin. conſ.217.nu.8.& 9.li.2. cum aliis late congeſtis per Tiraq.de retract.municip.§. 26.gl.1.nu.6.& ſeq.Bero.conſ.93. num.28. lib.2.& nos ſupra diximus hoc eodem uerbo,q. 5.num.6.ubi firmauimus, vxorem poſſe ſubſtitui filio impuberi ea in parte,pro qua filio eſt ſucceſſura, hac noſtra prohibitione non attenta,quæ quidem concluſio, vt prohibitus acquirere, poſſit tamen ex teſtamẽto accipere, vbi alias fuiſſet ſucceſſurus adhuc & multo magis procedit,vt citra inſtitutionem, teſtatorisq; diſpoſitionem ab inteſtato ſuccedat Tiraq. ubi ſ. n.7.
10 & 6.Nihilominus,ꝙ vxor,† nedum ex teſtamento mariti nõ capiat,ſed nec etiam ab inteſtato viro ſuccedat per hanc noſtrã prohibitionẽ,niſi quatenus in ea ꝑmiſſum exiſtat, vxori relinqui, indubitanter tenẽdum eſt, quoniam ubicũq; facta
11 reperitur † prohibitio ſiue,per cõtractum,ſiue per vltimam voluntatem in certam, & parti cularem perſonam odio ipſius,vt hic contingit per ea,quæ ſupra in quinta præfatio.diximus,tunc prohibitio comprehẽdit, vt nedum ex teſtamẽto,ſed etiam ab inteſtato non fiat in tatem perſonã trãſmiſſio,tex.eſt non obſcurus in l.codicillis.§. matre, i biq; Barto. Bal.Caſt.& alij de leg.ſecundo,& theorica Bart.habetur cõmuniter recepta, in l.peto.§.fratre, nu. ſecundo,verſ.aut prohibitio facta eſt limitatiue reſpectu perſonæ, eo.tit.de leg.2. & in l.ſi ita quis.§.ea.lege.num.ſeptimo,ver.quandoq; prohibitio.ff.de verb.oblig.quam dicit communiter receptam Iaſ.in l.filiusfam.§.diui nu.101.in fine,& Socin.Iun. cum eo, nu.200.de leg.primo ſequitur Fab. monta.de emp. & vend. quarta part.q.16.nu.23.in princ.& num.23.circa medium, vbi ait,pro hoc eſſe tex.ad literam in dicto §.matre,vt idem poſt Bal.& Caſtr.obſeruat Iaſ.dicto §.ea lege nume. 9. Eandem concluſionem ſequuntur Caſtr.conſ.60.num.1.lib.ſecundo, Alex. conſ.55.nu.6.& conſil. 59.nu.17.lib.tertio, idẽ quoque Iaſ. conſ.120.col.prima.in fi.lib.primo.Dec. conſil. 23.col.fi.verſi.nec obſtat.Siluan.conſ.ſexto nume.31.in fin. & ſeq.conſ.25. num.17.& 26.Couar.cap.Raynaldus in prin. nume.10.de teſtam.Ruin.conſ.143.nume.15.conſ.144.num. 3.& 9.lib.tertio Vaſque lib. primo, de ſucceſſ.creat. §. decimo de teſta.pot.num.88.& Burſ.conſ.37.nu.5.& 6.Et magis
12 prope,ꝙ ſtatutum † vetans,mulierem ex teſtamento ſuccedere,vetare quoque videatur,illam ſuccedere ab inteſtato, vt quia diſponat,filiæ nuptæ extra territorium, nil poſſe ex teſtõ relinqui, tradit Bru.quod extan.maſc.8.articu.q. 5. vbi ait,quod licet Anna.conſ. 89.col. 1.idem firmans,nihil alleget,pro eo tamen eſt tex.in d.§.matre,ſe etiam remittendo adea,quæ ſupra in 7.artic.præcedenti dixit,vbi eandem quæſtionem ex memorato tex.& theorica Bar.firmat, improbato Cuman.ex aduerſo deducto,cum alijs prænarratis. Idem
13 generaliter, ꝙ prohibitus † capere ex teſtamento, cenſeatur quoq; prohibitus ab inteſtato,nobis ex ſcripto reliquit Cur. Sen.conſ.40. nu.17.ſicuti e contra,vt ipſe Curt.ait,non prohibitus ab inteſtato,poteſt ex teſtamento capere,& burſat. cũ eo conſ. 37,nu. 14.Idque multo magis procedit in prohibitione,quæ nõ per hominẽ,ſed ꝑ legem,vt hic, fit, vt ꝑ multa iura,ac rõnes ponit.Vaſq; vbi ſupra nu.90.& Burſ.d.conſ. 37.nu.2.vbi atteſtatur de cõi,immo plenior eſt condõ ſuccedendi ex teſtamento,quam ab inteſtato,Salic.auth.ex teſtamento,nu.1.& ibi etiam Garon.nu.7.& ſeq.C.de ſecũ. nup. vbi aſſignatur ratio, vnde ſi tollitur facultas ſuccedendi ex teſtamento,multo magis ſublata cenſetur ab inteſtato. Et
14 quidem,qui ad ſimile factum † negatiuum tenetur, curare debet,ne aliquo modo,etiam alienatione legali,res in perſonam prohibitam transferratur,glo.communiter recepta in d.l.ſi quis ita. §.ea lege,verbo,intereſſet.ff.de uerb.oblig.pro qua ibi doct. aſſerunt,facere tex.in d.§.matre,licet glo. non alleget,vt idem obſeruant Bal.in rub.C.qui admit.in fi.Ale.d.conſ.55.nu.6.Gurt.conſ.73.nu.30.Dec.conſ.300.nu.2.conſil.445.nume. 26.Tiraq.de retract.municip.§.1.glo.14.nu. 14. Rolan.conſ.31.nu.27.& conſ.84.nu.37.lib.1.Bero.conſi. 93. nu.30.lib.2.Ant.Gab.lib.4. de fideicom. concluſ.10.num.10. Burſat.alleg.conſ.37.nu.5.& 6.facit tex.cum ſua materia l. hac edictali.C.de ſec.nup.vbi ſecundo nubens,qui ſecundo viro plus relinquere non poteſt,quam vni ex filijs primi matrimonij,cui minus reliquerit,facere etiam non poteſt,vt ſecundus vir ex legali diſpoſitione id plus cõſequatur, vt hoc ibi põderat Bal.col.2.& Soc.Iun.in d. §.diui.nu.200.eandem meditationem fundando ex text. dicti §.matre.Idem Caſt. dicto §.ea lege.nume.5.& Roman.conſ.448. in fine. Tanto magis cum noſtra hæc diſpoſitio cõcepta reperiatur ſub negatiua,præcedente verbum, poteſt,quę pręciſam neceſſitatem inducit,ac generaliter modum oẽm remouet,vnde effici diſpoſitio poſſit, vt etiam ex prædictis cõſiderat Cur. Sen. d.conſ.73.nu.30.& Burſ.d.conſ.37.nu.4. verſ. maxime cum ſtat.de qua re ſupra abũde diximus,verb. non poſſit in prin. & fere per omnes quęſtiones ibidem poſitas.Cęterum ratio
15 † prohibitionis,ne maritus blanditijs , & delinimentis vxoris condendo teſtũ, libera facultate ad libitum diſponendi priuetur,& decipiatur,de qua ſupra in 5.præfatio.ęque mili tat, non teſtando, ſicuti teſtando,quia uxor videns,aliis non exiſtentibus cõiunctis, ſe fore ab inteſtato ſucceſſuram,ſuis blanditiis,& fraudibus curare poſſet, virum a teſtando retrahere,& efficere,vt inteſtatus decederet, ne forte diſponẽdo, alium hæredem faceret,aut minus ſibi relinqueret,vt ſupra uerbo,non poſſit,quæſt.1. nu. 55. & per conſequens non inconuenit,vt hæc noſtra diſpoſirio tam in caſu inteſtati, quã teſtatiprocedat,cum eadem in vtroq; militer ratio,vt ſupra proxima quæſtio.diximus,nu.110.& ſeq.& in materia ſuper identitate rationis fundar argumentum Cur.dicto conſ.40. nu.17.in fi.Siluan.conſ.25.nu.25.& Burſ.d.conſ. 37. nu. 8.&

Ex

Source : BIU Cujas

Ex his aperta ſolutio conſtat in contrarium adductis. nam quicquid ſit, vbi prohibitio facta reperitur in certũ genus p ſonarum, vt hoc in caſu loquuntur Cuma. Corn. Soc. & Alii ex aduerſo allegati, & ſi docto. circa id adhuc valde inter ſe controuertant, vt videre eſt, apud recentiores in dic. §. Diui. ſup. 7. quæſt. Bar. & etiam ex præcedentibus colligitur, caſus
16 noſter in prohibitione † ſingulariũ perſonarũ hoc eſt vxorũ verſatur, ubi omnes citra ullam difficultatem admittunt, prohibitionem comprehẽdere utrũq; caſum, ſ. teſtati, & in teſtati, vt mox abunde demonſtratum fuit, & ita Soc. ſe ipſum explicat allegato conſ. 292. circa finẽ, & conſ. 81. nu. 16. verſ. ad quartum lib. 3. Siluan. d. conſ. 6. ante. num. 32. conſil. 25. num. 26. & ita doctores omnes hanc opinionem ſequen
· tes diſtingunt, vt apud recentiores in d. §. diui, ſuper alleg. 7. quæ. Bart. Etſi etiam de Cuma. parum quoq; curandum ſit cum aduerſus eum in eodẽ caſu conſuluerit Cardin. Zabar. conſ. 135. ut meminit Burſ. d. conſ. 37. nu. 9. ubi etiam. num. præcedenti aliter reſpõdet ad allegatum conſ. Soc. 292. Nec
17 quicquam releuat, quod titulus ab inteſtato † tamquam legalis, longe diſtet ab eo, qui a teſtamento, ſicq; ab homine venit, quoniam maritus ſic prohibitus relinquere, curare habet, ne dum, vt per ſuam prouiſionem, ſicq; teſtando non relinquat, ſed nec etiam mediante proui ſione legali, vt fit ab inteſtato, ſuccedendo. Ale. d. conſ. 55. num. 6. li. 3. per gl. in dict. §. ea lege. cum ſupra deductis, ut eandem difficultatẽ ſentiens ita reſoluit Caſtr. d. §. matre. nu. 2. & Burſ. aliis relatis d. conſ. 37. nu. 4. & 11. vnde, ut dicit Laſ. §. ea lege nu. 44. de buit maritus teſtamentum, vel codicillos facere, & alios nõ prohibitos hęredes inſtituere, quod ſi non fecit, tacite vxorẽ ab inteſtato cenſetur uocaſſe. l. ſi quis cum teſtamentum, & l. conficiuntur in prin. ff. de iur. codic. etſic ꝯ prohibitionem
18 fecit. Nam de tacita † uoluntate idem iudicium, eſt, ꝙ de expreſſa, uulg. l. cũ quid. ff. ſi cert. pet. ut in materia no. Dec. cõſ. 422. nu. 5. Vnde Bal. in d. §. matre, ex eo, tex. no. ꝙ decedere,
19 † ab inteſtato, eſt ſpecies relicti, & propterea ſecundum eundem Bal. in l. 1. nu. 16. C. quan. non per part. ꝓñtiam fac, ſi relictum eſſ, capi non poteſt, cum ſit prohibitum. Minus obſtat quod dare accreſcẽdi dictum fuit, cum illud ex mera neceſſitate, iure ſic diſponente, proueniat, ne contingat, maritũ, decedere pro parte teſtatum, pro parte non, qua ratione ceſſante, ceſſat huiuſmodi ꝓuiſio, vt nos dicemus infra, uerbo, ultra, quæſt. 5. ubi etiam demonſtrabimus, id quoque nõ ita de plano procedere. vnde fit, quod vxor uiro ab inteſtato nõ ſuccedet, vltra quam a ſtatuto permiſſum ſit, poſſe rei relinqui, ſicque non ultra quam in ſolidis viginti, vt hoc idẽ de-
20 clarat Brun. alleg. 8. articu. queſt. 7 niſi mulier. † reperiretur in caſu quo ſibi debita eſſet quarta ꝑ auth. ꝑterea C. vnde vir & ux. uel quid aliud per aliam ſpecialem prouiſionem ſibi deberetur, vt Brun. hoc ibidem notat, ad quod etiam cõferunt infra annotata verbo, viginti queſt. 8. nu. 40. & ſeq. Ve-
21 rumtamen, vbi cauſa, cum ſolo fiſco † ageretur, non crederem, ut tunc poſſet uxor ab eo excludi, quin ratione portionis. licet minimæ, cui ſuccedit, ut ſupra vidimus, ad reſiduum in uim iuris accreſcẽdi admitti debeat, excluſo fiſco ut per Corn. in pleno conſ. 324. li. 4. ut idem uoluit in d. auth. præterea in fine, & ibi Fabian. de Pep. num. 96. cum ſeq. poſt Senenſ. per eum relatos, & ad Corn. quoq; ſe remittit Oliu. tex. tract. de ſucceſ. abinteſta. nu. 120. de quo etiam nonnihil infra, uerbo, ultra, quæſt. 5. nu. 15. Et cũ infelix uxor in hoc æquiorem partem ſequi uideatur. in ſolatium uiri prædefũcti, ut perpendit Dec. in l. 1. nu. 2. C. und. uir. pro quo confert tex. in l. iure in princ. ff. de iur. dot. tutius putarem, illam ad-
22 mittiere, quam excludere, cũ benigniorꝝ † uia ſemper ſit eligenda l. benignius. ff. de legib. c. fin. de re iud. & quidem pro uidua, & miſerabili perſona. l. unic. C. quan. Imper. int. pup. & uid. Laſ. l. inter pares. 1. notab. ff. de re iud. & ſcrib. paſſim, ꝙ fiſcus non reperitur habere. l. non puto. ff. de iur. fiſ. Matheſ. ſing. 72. Crau. conſ. 5. col. fin. ac. notatur in l. 1. ff. ſol. matr. & hac forte ratione Ill. Domini Queſtores moti fuere ad relaxandum uxori bona uiri Hiſpani, de quo ſupra initio q. mentionem habuimus.

SVMMARIVM.

1 *Vxor vnde dicta ſit, nu. 2. & 9.*
2 *Vxores olim lotos maritos ungebant.*
3 *Vxor tenetur marito pedes, & caput lauare, cibus parare, & alias obſequiales operas præſtare, cum declaratione nu. 4. & ſeq.*
5 *Vxor marito operari non tenetur, niſi iuxta conditionem ſuam.*
6 *Vxor ad ea omnia, quæ mariti ſaluti, & decori conueniunt, tenetur.*
7 *Andromache Hectoris vxor pabulum equis mariti ſubminiſtrabat.*
8 *Vxor rem coquinariam propter honorem, etiam hoſpitum aliquando contemnere nondebet, quod & regiæ vxores facitarunt.*
10 *Vxor tribus modis olim habebatur, fare, vſu, & emptione, quæ hodie ab aula receſſerunt, nu. 11.*
Et quorum aliqua in Agro Alexandrino adhuc obſeruantur.
12 *Conſenſus ſolus quoquo modo præſtitus verbis, vel ſignis ad ſubſtantiam matrimonij ſufficit.*
13 *Vir, an mulier, in matrimonio contrahendo prius interrogari debeat.*
14 *Clandeſtinum matrimonium, num. inſe, & præcipue quo ad dei iuditium teneat.*
15 *Clandeſtinum matrimonium contrahentes peccant, & quas pœnas luere habeant.*
16 *Nuptiæ in Agro Alexandrino ſub aliquibus adhuc antiquis obſeruationibus fiunt.*
17 *Nuptię deteſtantur, quæ cum maximo apparatu, atque ſumptu, vt plurimum fit, celebrantur.*

VXORI. Principium.



1 Alicetus in l. cum te. col. 1. C. de donat. ante nup. vxorẽ dictã † habuit ab vſu viri, in quo exta t, cuius expoſitionem (quantum ad nos legiſtas attinet) irridet Caſtr. conſ. 154. col. fi. lib. 1. quæ nec apud grammaticos eſt recepta, volentes, uxorem dictam ab vnguẽdo, quaſi vn
2 xor, propterea ꝙ vxores † olim lotos maritos vngebant, ſecũdum Donat. in Hecira Terr. per illud Ennij, exin Tarquiniũ bona fœmina lauit, & vnxit, quod & ex noſtris notat Grat. conſ. 131. nu. 9. lib. 2. & magis aperte Luc. de pen. in l. etſi inſtrumenta, in prin. C. de fid. inſtru. lib. 10. quia, vt ipſe ait, mos antiquitus erat, vt nubentes puellæ ſimul uenirent ad limẽ mariti, & priuſquam ingrederentur, lineis viros ornarẽt, &
3 oleo vngerent, & proinde nimirum ſi vxor † hodie adhuc tenetur marito pedes, & caput lauare, cibos parare, & alias obſequiales operas præſtare, Abb. c. literas nu. 27. de reſtit. ſpol. Capr. conſ. 72. col. 3. Ant. de prat. inter conſ. Ale. conſ. 133. li. 4. Rip. in l. reſp. nu. 4. & 5. de dona. int. vir. & vx. & Io. Lup. in
4 rub. extr. de dona. §. 50. nu. 33. Niſi mulier † talis condõnis, & nobilitatis eſſet, quæ non ſine dedecore hæc vilia miniſteria
5 facere poſſet, cũ nõ teneat mulier † viro operari, niſi iuxta ꝙ dõnem ſuã, vt ſeipſum declarat Abb. d. c. literas, nu. 27. cui adſtipulat Dec. conſ. 202. nu. 6, Tiraq. de legib. cõnub. l. 1. nu.
6 26. & ſeq. & Natta conſ. 462. nu. 11. & ſeq. Ni ſaluti, & † mariti decori cõduceret, tunc enim non modo quicquam prætermitti non dẽt, ſed omiſſum deteſtamur, ſicuti hĩ de Andro-
7 mache, quæ † tanto ſui Hectoris amore, & charitate tenebatur, vt in ſubminiſtrando equis pabulo, quibus mariti decus & vita credebatur, diligens, & accurrata fuerit, vt refert Io. Lup. ext. de dona. int. vir. & vxo. in rub. §. 31. nu. 2. Vbi ſcribit
8 quoq;, vt ꝑ honorẽ ẽt hoſpitum † generoſa vxor, ſi oportuerit, rẽ coquinariã nõ cõtemnat, quã aliqñ a generoſis, & fortiſſimis viris peractã legimus, & ẽt generoſæ vxores regali dignitate fulgẽtes factitarunt, vt infra verbo, viginti q. 8. nu. 118. & ſeq. Sunt, & alii, vt apud eundẽ donat. qui aſſerũt, vxo
9 rẽ † dictam ab ungẽdis poſtib. Nã cũ puellæ nuberent, ac mariti domum intrarent, poſtes ungebant, putãtes, ex hoc omnia mala ab ea domo arceri, vt apud noſtros etiam hĩ, teſte Barbat. conſ. 26. nu. 20. lib. 4. Dec. conſi. 540. nu. 3. & Grat. d. conſ. 131. nu. 9. lib. 2. Vt illud tamen antiquitatis non omitta
10 tur, ſciendũ eſt, ꝙ tribus modis † vxor olim habebatur, fare, vſu, & emptione, Alciat. in l. pronuntiatio. §. 1. ff. de uerb. ſig. & Palleot. de not. ſpurijſq; fil. c. 4. Confarreatio ſo lis pontificibus conueniebat, cum in ea far adhiberetur, quod ſacrificiis aptiſſimum exiſtimabatur, vnde & hæc matrimonia ſacra nũcupabãt. emptio quibuſdã ſolennitatibus per agebaꝫ & ſe coemendo inuicem interrogabãt, uir ita, an ſibi mulier materfamilias eſſe vellet, illa rñdebat, velle, mulier an ſibi paterfamilias vir eſſe uellet, ille velle, reſpondebat, atq; ita mulier, in manum viri conueniebat. quę vero abſq; hac ſolennitate ꝫhebantur nuptiæ, ea vxor uſu habebatur. Hodie
11 uero hæc, & alia, quæ olim obſeruari ſolebant vtroque iure, põtificio, & cęſareo receſſerunt ab aula, cũ ſolus ꝙ ſenſus qua
12 litercumq; † præſtitus, tam verbis, quam ſignis, verbis tamen æquipollentibus ad fęderis matrimonij ſubſtantiã ſufficiat. l. nuptias. ff. de reg. iur. §. nuptias, auth. de nup. c. tuę c. tua nos c. ſi inter de ſponſ. Dec. cõſ. 231. nu. 4. quod nec ſancta Trid. ſynod. Seſſ. 24. de reform. matr. c. 1. in prin. reijcit, ibi, libero ꝫ hentium conſenſu, ex quo deciditur illa conuiualis quæſtio
13 quis prior, vir, † an mulier interrogari debeat, Nã ſm Abb. in d. c. ſi inter 2. not. nõ eſt uis, an vir, ſeu mulier prior interrogeꝫ, licet in aliquibus locis, & forte nõ ab re, ſeruetꝫ. vt primo interrogetur, mulier, quia, vt ſubdit Abb. cum mulier ſit variabilis, cautius eſt, eius ꝙ ſenſum perſcrutari prius, ne vir primo ꝙ ſentiẽs remaneat deluſus, illa exinde nõ ꝙ ſentiẽte. Ob ſeruãda tñ ſunt ꝑter ꝙ ſenſum, ad legitimũ mr̃imoniũ ꝫhendũ, ſolennia quædã a S. Ro. Eccleſia introducta, vt c. fi. de clã de. deſponſ. cap. aliter. 30. q. 5. quorum nonnulla approbauit Sanct. Trid. ſynod. allega. ſeſſ. 24. capit. 1. de reform. matr. ad

Source : BIU Cujas

hoc ne quis non in nuptias, ſed in clandeſtinum matrimonium incidat, vnde tunc nec vxor, ſed cõcubina appellatur c. oĩbus 34. diſtinc. Palleot. de not. ſpur. que. fil. c. 5. nu. 3. licet
14 re ipſa, præcipue quo† ad Dei iudiciũ, ſubſit mr̃imoniũ, mõ vterq; libere conſenſerit, alio non ſuppoſito impedimento c. 1. c. conſultationi de ſponſ. glo. & ſcrib. in e. ad diſſoluẽdũ de deſponſ. impub. Palleot. vbi ſupra nu. 5. præterquam cũ ſine præſentia parochi fit, quo in caſu nullum, & irritum fit ex Triden. Synod. vbi ſpra ibi, qui ſi aliter, ac notat Nauar. in ſuo Manual. confeſſ. c. 22. de imped. interd. & feriarum, Cui adde ꝙ in eadem facti contingentia cõſuluere Menoc. cõſ.
15 69. & D. Ceph. conſ. 421. Verum ita ꝫhentes† bene peccant, Abb. c. 1. de claud. deſponſ. Nauar. ubi ſupta, pęnaſque luere habent, quas refert Hoſtien. in ſumma de cland. deſpõſ. nu. 7. & Sacra Trident. Synod. vbi ſupra recẽſet, licet & ij affectũ coniugalem retineant, ita vt vxor, & maritus appellari poſſint d. §. oĩbus. & Palleot. vbi ſup. nu. 5. in fine. Quod huic no ſtræ diſpõni ſatis deſeruit, eius ratione inſpecta, vt ſupra præ
16 fat. 5. & uerbo, maritus, q. 3. In agro autem noſtro† Alexãdri no, dum de eo ſermo hic habetur, vltra pontificios ritus, p-ſeuerant adhuc quædam antiquarum obſeruationum veſtigia, veluti in vico Villæ fori nuptiæ per cõfarreationem, dũ Libo inter nubentes, & affines atque cognatos partito fiũt, cum varijs ſalibus, feſtis, conuiuis, tubicinis, ac cum liminibus corronatis, vt vere illud Luca 2. vſurpare poſſumus.

Feſta corronato iam pendent limine ſerta,
Inſula que in geminos diſcurrit candida poſtes.
Et veteres luſere ſales, & more ſabino
Excipit hic triſtis conuitia feſta maritus.

Quorum etiam meminit Merula noſter li. 6. antiq Viceco. Adeſt quoque ſacerdotalis benedictio cũ aqua, & igne thuris accenſi, in locum aquæ, & ignis, quæ olim in nuptiarum feſtiuitate accipiebatur, iuxta l. ſcia. ff. de donat. inter vir. & vxo. Vt meminit Luc. de pen. in l. etſi inſtrumenta, in princ. C. de fid. inſtru. lib. 10. Nec non circumſpicitur interrogatio quæ per Sacerdotem fit viro, & vxori, vna cum reſponſione hincinde ſubſequente, exindeque amplexus, & manibus ap prehenſio, quæ omnia ſolennitati, quæ olim per coemptionem fiebat, ſatis arrident. Veruntamen non deero, quantũ
17 poſſum, morem † illum deteſtari, ſecundum quem, vt pluri mum, nuptiæ agi non videntur, niſi cum maximo apparatu atque ſumptu, quæ, vbi quis cõſuleret Demeam apud Terr. in Adelph. vna cum Aeſchino de his conquerente, miſſa ꝑcul dubio faciet, dum Aeſch. ait.

Occidunt me quidem, dum nimis ſanctas
Nuptias ſtudent facere, in apparando,
Totum conſumunt diem. Dem. *quid agitur Aeſchine.* Aeſ.
Hem pater mi, tu hic eras. Dem. *tuus hercle vero,*
Et animo, & natura pater, qui te amat pluſquam
Hoſce occulos, ſed cur non domum.
Vxorem accerſis. Aeſ. *cupio, verum.*
Hoc mihi mora eſt tibicina, & Hymeneum qui cantent. Dem.
Eho vim tu huic ſeni aſcultare. Aeſ. *quid.* Dem.
Miſſa hęc face, Hymeneum, turbam, lampadas,
Tibicinas, atque hanc in orto maceriem iube dirui,
Quantum poteſt, huc transfer, vnam fac domum.
Traduc & matrem, & familiam omnem ad nos. Aeſ.
Placet. & cæt.

S V M M A R I V M.

1 *Prohibitio hæc num comprehendat mulierem, cum qua nondum conſumatum eſt matrimonium, ſed tantum de præſenti contracta ſponſalia, & de ſimilibus remiſſiue.*

Quæſt. PRIMA.

ET proinde cum nullæ iſtarum nuptialiũ obſeruationũ in cõſumatum matrimonium ſonent qn etiam ſolus cõſenſus, vt ſupra vidimus, ad illud ꝫhendum ſufficiat, liquidò cõſtat, noſtram hãc† diſpõnem procedere etiam in ea muliere, cum qua nõdum cõſumatum fuit matrimonium, ſed tm̃ ſponſalia de præſenti contracta reperiuntur, cũ mulier hoc in caſu iam nomen vxoris ſortita ſit, licet ſecus in ſponſa de futuro, vt late ſupra diximus, verbo, maritus, quæſt. 1. ſub qua claſe putatiuã vxorẽ, cõcubinam, meretricẽ, tam clericorũ, q̃ magiſtratuum, præſidũ, militum, & hebræorum collocauimus, vt ibi videre eſt.

S V M M A R I V M.

1 *Minor hac noſtra diſpoſitione ita comprehenditur, ſicuti maior, cum limitatione, nume. 4.*
2 *Minoribus non minus, quam maioribus ſubuenitur in his, quæ malos mores concernunt.*
3 *Conſuetudo maioris virtutis eſt in legandis minoribus, quam lex ſcripta.*
5 *Mulier impubes, etiam deſponſata per verba de præſenti, ſponſa de futuro eſt,*
6 *Mulier hac prohibitione comprehenſa exiſtit, etiam quod eam, vti forenſis ignorauerit.*
7 *Marito lucrum dotis defertur, etiam quod mulier ſtat. ignorauerit.*

Quæſt. II.

NEC refert, vt hac noſtra diſpoſitione comprehendatur, maior, an
1 minor† ſit vxor, tum quia generalis eſt diſpoſitio, quæ indiſtincte intelligi dẽt. Bal. l. ſi mater. in fine C. ne de ſta. defunc. Ale. conſ. 49. nu. 7. li. 1. Marſ. vbi de communi ſing. 481. Natt. conſil. 541. num. 15. & ſeq. Tum quia in his quæ malos† mo-
2 res concernunt, non minus ſubuenitur minorib. quam maioribus, Bal. l. 1. colum. 1. & ibi Garro. 1. no. ac Dec. l. 2. C. de ſe cun. nup. Tum etiam quia iſtius prohibitionis ita capax eſt vxor minor, ſicuti ¦maior, & ideo comprehenditur etiam minor, Bar. l. 1. nu. 37. C. quæ ſit long. conſue. Alex. conſ. 119. nu. 34. & ſeq. lib. 6. conſ. 62. nu. 18. lib. 7. & Boer. deciſ. 140. nu.
3 2. Quin etiam maioris† virtutis eſt in ligandis, minoribus cõ ſuetudo, qualis hæc noſtra exiſtit, quam lex ſcripta, Card.
4 in Cle. 1. opp. 3. de in integ. reſtit. Niſi mulier† eſſet impubes, ex quo tunc nec vxor dici poteſt, dum matrimonium non
5 tenet, ſed ſola† eſt ſpõſa de futuro, ẽt ꝙ per verba de pñti deſponſata fuiſſet. c. 1. §. idem quoque, de deſponſatio. impub. in 6. vnde tamquam ſponſa de futuro cõprehenſa cenſeri non debet, vt mox in proxima quæſtione retulimus. Cui etiam accedit, ꝙ mulier impubes non ita capax, & habilis rationis huius noſtræ prohibitionis reperitur, quemadmodum cum pubes exiſtit, ita vt conſuetudo æquo uinculo vtranque liga re poſſit, Bar. d. l. 1. num. 37. & Alex. d. conſil. 62. num. 18. Inde
6 fit, ꝙ comprehenditur† mulier etiam ꝙ huiuſ. prohibitionis ignara fuiſſet, vt pote forẽſis, cũ ob vinculũ mr̃imonij legib. mariti effecta ſit ſubdita, ut no. in l, cũ q̃dã puella ff. de iuriſ. om. iud. & ꝛ. diximus. 8. præfat. nn. 20. & 38. cũ aliquot ſeq. & vxor ſibi imputare dẽat, cur alienigenæ ſe dederit, iuxta reg. l. qui cum alio. ff. de reg. iur. & ſimile hr̃ in ſtat. lucrum dotis
7 marito defferente, quo† mulier forẽſis cõprehenſa exiſtit, ẽt ꝙ ſtat. diſpoſitionem ignorauerit, ut per Cuma. conſ. 20. col. 1. Dec. conſ 19. col. 2. Curt. iun. conſ. 129. nu. 6. & ſeq. Soci. Iu. conſ. 14. col. 2. lib. 1. & per recentiores in l. exigere dotem. ff. de iudic. Tiraq. de legibus connub. glo. 2. nu. 5. & Couar. de matrim. 2. par. c. 7. in prin. nu. 8.

S V M M A R I V M.

1 *Coniunctis perſonis vxoris legari poteſt, hac prohibitione non attenta, & nu. 3. declaratur nu. 7. & 11.*
2 *Extenſio de perſona ad perſonam difficilime fit etiam in re fauorabili.*
4 *Parentibus vxoris legari poteſt, declaratur. nu. 7. & 11.*
5 *Socrus vxorem docet ad maritum ſpoliandum.*
6 *Socer nurui rel inquit, vt idem cæteri coniuncti facere poſſunt, cum declaratione nu. 7. & 11.*
7 *Perſona interpoſita legatum vitiat.*
8 *Coniunctio ſolius ſanguinis, aut amicitiæ legatum factum in fraudem legis non arguit.*
9 *Maritus interpoſitæ perſonę legando, animo fraudandi legem, vt vxor habeat ſumme peccat.*
10 *Eccleſia militans ſed non Triumphans decipi poteſt.*
11 *Vxoris opera, vel prouiſio requiritur, ad hoc vt legatum factum coniunctæ perſonæ non teneat.*

Quæſt. III.

PLANE etiam cum noſtra hæc diſpoſitio in uxore tantum loquatur, ad alias perſonas
1 non ſe extendet, etiam quod uxori coniunctæ† exiſtant l. ſi uero. §. de uiro. ff. ſolut. matrim. ut ex eodem tex. ſimile argumentum in re conſuetudinaria ſumit Luc. de pe. in l. 1. col. 5. uerſ. & faciunt hæc C. de impon. lucrat. deſcrip. li. 10. nam-
2 que de perſona ad perſonã† difficilime fit extenſio, etiam in re fauorabili. Tiraq. in l. ſi unquam uerbo, libertis, nu. 28. 29. 30. C. de reuoc. donat. ac in materia obſeruat Dom. Cephal. conſi. 408. num. 66. & ſeq. Et ideo maritus † coniunctæ perſonæ uxoris ſuæ legare utique poterit hac noſtra prohibitio
3 ne non obſtante, cum ex ea talis perſona cõprehenſa nõ ſit, Alex. conſ. 54. nu. 6. li. 7. Curt. iun. conſ. 6. nu. 18. uerſ. id circo non uidetur, ubi remouet obiectum. l. 3. §. 1. & l. cum hic ſtatus. § ſi nurus. ff. de donat. inter uirt. & uxo. Quinimo & pro-
4 prijs ipſius vxoris parentibus † adhuc poterit legare, ut text. habetur expreſſus, in l. ſi gener. ff. de his, quib. ut indig. quem. ad id expendit Alber. in l. nec inter, in fine C. de donat. inter uir. & uxo. & in ſpecie laſ conſ. 110. nu. 2. li. 1. Alciat. conſil. 17. col. 1. lib. 2. quod ſecundum Lugdun. impreſſ. habetur nu. 71. Ferdin. Loaz. in rub. ff. de iuſt. & iur. num. 55. & abunde Plot. conſ. 168. num. 25. & ſeq. ac nu. 72. inter conſultim. uolunt
5 ꝙ in lib. ſuorum conſil. habetur conſil. 17. quamuis Soerus †ſit illa, quæ uxorem docet ad maritum ſpoliandum, iuxta illud Iuuenal. ſatir. 6.

Illa docet ſpolijs nudi gaudere mariti.

Tanto

Source : BIU Cujas

tanto magis cum (vt ipſe quoq; ſentit. Cur. vbi ſup.) non eadē, vel tanta prohibitionis ratio militet in alijs, q̄ in ipſamet uxore, quia non eadem, (vt patet ad ſenſum) affectione mari
tus erga alios, qua in vxorem, accenditur, quamuis ſint eius
6 coniuncti. Sicuti ēt non cēſetur ſocer † phibitus relinquere nurui, nec cæteri quoq; mariti coniuncti cēſentur uetiti eius uxori relinquere, ut ſupra uerbo, maritus, q. 8. & 9. Niſi talis
7 perſona † in fraudem legis interpoſita, uel adhita fuiſſet, tunc enim non magis ualeret legatum, quam ſi in perſonam ipſiuſmet uxoris conceptum fuiſſet l. hac edictali, in princ. C. de ſecund. nup. l. 2. circa medium C. de natur. liber, quod ta-
8 men aliunde, quam ex ſola † ſanguinis, aut etiā amicitię con iunctione apparere debet d. l. ſi gener, ibiq; gl. & ſcrib. ac ſentiunt Ale. Cur. Alci. & alij ſuperius adducti, & ita ſentire uoluit D. Menoch. de arbitr: iud. lib. 2. caſu. 459, num. 28. quod qualiter apparere poſſit iam diximus uerbo, legare. q. 1. num. 71. & ſeq. & hoc in caſu loquitur pract. Pap. in form. lib. quo ux. agit ad dot. uerbo. dedit, & le. nu. 2. quatenus ait, quod ali quando adeo ſagaces ſunt mulieres, & aliqui uiri ſtulti, uolē tes legare uxori ſuæ ultra ſummā ſtatuti, quod ſupponere faciunt aliquem loco uxoris, de quo ipſa cōfidit, cui fit legatū quod tamen ipſo iure eſt nullum, cum in fraudem legis fit
9 factū. Verū caueat maritus, † quia ubi id faceret animo fraudēdi legem, ut in effectu uxoe hꝛet, ſumme pec caret, ut nō longe a propoſita materia not. Crau. conſ. 193. nu. 11. in prin. & ſupra diximus, uerbo, non poſsit, q. 1. nu. 9. & ſeq. & uerbo,
11 legare, quæſt. 1. nu. 26. & ſeq. quia ubi deciperetur † Eccleſia militans, non tamen triumphans, cui nihil eſt abſconditum Bald. l. cum oportet, in prin. num. 14. C. de bon. quæ lib. Et ſic
11 opera, † uel prouiſio uxoris requiritur, ut legatum factum cō iunctæ perſonæ non ſubſiſtat, cū ubi maritus ex ſui mera, & ſimplici uoluntate ad hiuuſmodi legatum in cōiunctū, ſeu amicum uxoris deueniſſet, nulla opera per uxorem adhibita, legatū ualeret, alioquin tamquam factum in fraudem, & contēplatione uxoris corrueret, ut non obſcure ſentit Ruin. conſ. 112. nu. 8. li. 1. ex cuius dictis euitantur non nulla relata per Bertran. in l. hac edictali in princip. uum. 12. cum aliquot ſeq. C. de ſec. nupt. quæ in contrarium facere uidentur, licet Bertr. ut in ſolutione 3. caſus aperte ſentit, loquatur in caſu, quo illud ſpeciale habetur, ob tranſitū ad ſecunda uota, ubi lex pro comperto habet, illud in fraudem, & contemplatione ſecundi coniugis factum fuiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Vxor num verſa vice prohibita ſit marito relinquere, commemorantur auctores affirmatiuæ opin. numero 36. deinde tuetur negatiua, num. 37. quæ & verior, & crebrior exiſtit, ac tenenda in iudicando, et conſulendo nu. 39. & 88. cum declaratione. nu. 90.*
2 *Diſpoſitum in vno ex correlatiuis, etiam iuris communis correctorium, locum habet in alio, etiam in pœnalibus. nu. 4.*
Et alijs diuerſis modis. nu. 7.
3 *Correlatiua ſimul, & eodem tempore naſcuntur, & naturaliter fiunt.*
5 *Conſuetudo Bulgari ita procedit in marito, ſicuti in vxore.*
6 *Correlatiuorum idem iudicium, eademque diſciplina.*
8 *Maritus, & vxor ſocij diuini, & humani thalami.*
9 *Romulus vxores, proclamauit, in ſocietate fortunarum, ciuitatis, & liberorum.*
10 *Vxoris donationem propter nuptias, ſtantibus liberis, non lucratur, ſicuti maritus, ſtantibus liberis, ad dotem quoque nihil prætendit, quod infertur ad conſuetudinem Alexandrinam, cum ampliatione nu. 14.*
11 *Vxor donationem propter nuptias non lucratur, quando onera matrimonij non ſuſtinuit.*
12 *Franc. Beccius ſummus iuriſta, & accutiſſimi ingenij.*
13 *Donatio propter nuptias ita filia ſeorſum a patre habitanti reſtitui debet, ſicut dos.*
15 *Pactio inita ſuper donatione propter nuptias præcipue obſeruanda venit.*
16 *Ratio prohibendi, ne maritus relinquat vxori, æque militat, ne vxor relinquat viro, at contra nu. 66. & ſeq.*
17 *Mulieres debilioris ſunt conſilij, & faciliores ad captandum, quam viri.*
18 *Mulieri potius, quam viro ſuccurritur, nu. 84.*
19 *Mulières omnes fatuæ.*
20 *Vxores ob nimiam maritorum reuerentiam, ſeu metum plerunque non ultro teſtantur, maritos conſanguineis præferendo.*
21 *Maritus frequentius relinquit vxori, quam econtra vxor marito.*
22 *Vxor raro aliquid vltra dotes habet.*
23 *Mulier raro largitur viro, immo inter miracula aſcribitur.*
24 *Lex, quælibet ue diſpoſitio loquens in vno, ratione frequentioris vſus, caſus alios ſimiles licet non ita frequentes, non excludit.*
25 *Regula ſucedo tibi pro vt tu mihi, declaratur. nu. 87.*
26 *Legitimatus per curiæ oblationem quemadmodum ſoli patri, & non agnatis ſuccedit, ita ſolus pater ſuccedit ei, & non agnati.*
27 *Patruelis ſicut nepoti ſuccedit in feudum, ita nepos patruo.*
28 *Succeſſio debet æqualis eſſe, ut qualiter quis ſuccedit, taliter ſuccedatur ei declara. nu. 87.*
29 *Mater Ill. ſicut filio non ſuccedit, ita nec filius ei.*
30 *Vitricus vbi, ex lege municipali priuigno non ſuccedit, ita econtra priuienus vitrico non ſuccedit.*
31 *Sorore excluſa per ſtatutum a ſucceſſione fratris. num frater pariter a ſucceſſione ſororis excluſus cenſeatur, quid ſecundum communem nu. 87.*
32 *Spurius eo modo quo parentibus ſuccedit, eodem parentes ſuccedunt ei.*
33 *Vxori auferre liberam facultatem viro relinquendi, iuri communi confert, contra nu. 40. 64. & 88.*
34 *Lex Papia quid diſponebat.*
35 *Extenſio facilis fit, reddeundo ad ius commune.*
38 *Doctoris opinio perfunctoria, & citra diſcuſſionem in conſideratione non habenda.*
40 *Vxori a iure communi permiſſum, quantum velit viro ſuo relinquere.*
41 *Lex quando aliquid vult, exprimit.*
42 *Aduocatorum allegatio dicentium, ſi ſtatutum hoc voluiſſet, dixiſſet.*
43 *Regulis iuris inhærere debemus, niſi incontrarium ſpecialis appareat diſpō.*
44 *Correlatiuorum regulæ locus non fit, ſtante diuerſitate rationis.*
45 *Iniuria illata vxori cenſetur facta marito, qui ex ea agit, ſed non econtra.*
46 *Pax, quę propter criminis abolitionem neceſſaria eſt de iniuria facta vxori requirenda eſt a viro, non econtra.*
47 *Statutum loquens de iniuria illata marito vxorem non comprehendit,*
48 *Mater filios in poteſtate non habet, etiam mortuo viro, & Cur.*
49 *Comparitio iudicialis magis ſpectat viro pro vxore, quam ex aduerſo.*
50 *Maritus fideiubet pro vxore, non e, contra.*
51 *Maritus vxorem nobilitat, non e conuerſo.*
52 *Mulier luget maritum, at non vir vxorem.*
53 *Pœnæ impoſitæ ſecundo Nubenti intra annum luctus virum non comprehendunt.*
54 *Legatum factum marito, vbi ſecundum matrimonium non contraxerit, conditione remiſſa, debetur, ſecus in vidua.*
55 *Domus ſine vxoris cuſtodia faciliter conſeruari non poteſt.*
56 *Maritus vxorem de adulterio accuſat, non e contra.*
57 *Libido in fœmina fœdior eſt, quam in viro.*
58 *Statutum loquens de adultero, locum non habet in adultera.*
59 *Mulieri luxurioſæ datur curator, ſed non ita viro.*
60 *Statutum, vt tot pro ſingulo centenario ratione dotis non ſolutæ præſtentur, valet in marito, non in vxore.*
61 *Conuentio inter vxorem, & hæredes mariti inita, vt fructus ex rebus pro dote hypotecatis non imputentur in ſortem, non tenet.*
62 *Alexandrinum ſtatutum de ſolutione dotis mulieri facienda declaratur.*
63 *Tutor, ac magiſtratus puellam in prouincia ducentes in vxorem, ex eius teſtamento, tamquam indigni, non capiunt, ſecus in vxore,*
64 *Mulieres olim alios ſibi hæredes facere & ſcribere poterant, ſed non fieri hæredes.*
65 *Mulieres olim perpetua tutela aſtrictæ erant, ac ſecundum mulieris tab. bonorum poſſeſſio non dabatur, ſed pueris, ſeruis, & exulibus, quibus teſtamēti factio non competit, æquiparatæ erant.*
66 *Dilectio eadem non eſt viri ad vxores, quæ econtra vxoris ad virum.*
67 *Viri non tam vxoribus infeſti, adulatores, & Blandi, quam vxores viris exiſtant.*
68 *Mulieres multas habent malitias, & vitia ſecum ferunt.*
69 *Mulier inter auaritiæ filias reponitur.*
70 *Fœmina dolus, decipulas, fraudes, & fallacias ſuo veluti iure ſibi vendicat.*
71 *Fœminæ fraudulentę, vti vulpes, magiſque fraudis capaces, quam maſculi, nume. 72.*
73 *Dolus, & lata culpa in muliere conſideratur, nec non fraudis conſilium, quicquid glo. ſenſerit, potius in ea ſimplicitatem ac bonam fidem conſiderari, cum declaratione.*
74 *Mulier ſagatior viro.*
75 *Leges hominibus diuerſæ imponuntur, ſecundum eorum conditionem.*
76 *Mulieres apud omnes auctores male audiunt.*
77 *Mores, & defectus uxoris ſufferre, per quam difficile.*
78 *Puella, reum mortis in virum petens, cur a morte liberet.*
79 *Mulier nulla bona in toto corpore iuris ciuilis inuenitur.*
80 *Correlatiuorum regula, reſpectu eiuſdem, & indiuidui actus procedit.*
81 *Maritus, & vxor ſimul, ac ſub eadem charta teſtari poſſunt ſed duo ſunt teſtamenta.*
82 *Prohibitio hęc gratia mariti inducta cenſetur, quæ propterea in eius odiū retorquenda non eſt.*
83 *Maritus, & vxor ſecundum conſuetudines Alexand. ad imparia iudicantur.*
85 *Viri proniores ſunt in legando vxoribus, quam vxores in legando viris.*
86 *Vxor vna ex mille reperitur, quæ teſtetur, & viro relinquat,*
89 *Doctoris opinio paruæ æſtimationis habetur, quando perfunctorie, & abſque diſcuſſione loquitur.*
90 *Legatum factum per vxorem marito ad importunas ipſius preces, blanditias, & adulationes non tenet.*
91 *Opiniones inuicem contrariæ reconciliantur.*

Quæſt. IIII.

Quid vice verſa, num hac noſtra prohibitione cōprehēſa erit uxor, ne et
1 ipſa † marito legare poſsit. Cur. Sen. integro ꝙſ. 11. cēſuit, ꝙ ſic,
2 uirtute. correlationis, q̄ int. uir. et uxo. eſt eū diſpoſitum † in

Source : BIU Cujas

uno ex correlatiuis, etiam correctorium iuris communis, locum habeat in alio, tex. in proposita materia habetur in l. fi. vbi Bar. & alij. C. de indic. vid. toll. Bart. l. fi. ff. de accep. l. 1. ff. de eo. quod met. caus. vbi inquit, quod lex aliqua dicēs de vxore, intelligi quoque debet de viro, cum vxor absque viro esse non possit. Hinc dicit Bal. in rub. C. de reb. cred. in fi.
3 ꝙ correlatiua †simul, & eodem tempore dicuntur nasci, & naturaliter simul esse, vbi alludit ad illud dictum Philosophi 6. Topi. ꝙ in diffinitione unius correlatiui semper debet poni reliquum, & paulo post, impossibile enim (inquit) vnū correlatiuum cognosci sine reliquo, meminit Felin. in prohem. decret. verbo, Gregorius nu. 5. Hinc etiam Bal. in l. nemo martires, in fi. C. de sac. san. eccles. ꝙ in correlatiuis vbi vnum prohibetur, & punitur, reliquum etiam prohiberi, & puniri videtur, & econtra, ꝙ licet vni licet vtriq;. & ideo cō
4 clusio ista procedit etiam in materia †pœnali. Feli. vbi supra nu. 4. & 9. ac de magis communi attestatur Ias. in l. si prius. nu. 54. ff. de op. no. nunt. Et in re consuetudinaria, vt cōsuetudo inducta in vno ex correlatiuis procedat in alio, notat Io. Nicol. in l. generaliter. nu. 42. C. de sec. nup. Rub. Alex. consi. 151. nu. 4. & Rebuff. tract. consuet. 2. artic. glo. 1. nu. 8. Et pro-
5 inde videmus, ꝙ consuetudo †Bulg. disponens, ꝙ vbi maritus relinquat vxorem dominam, & vsufructuariam bonorum suorū existentibus liberis, cēsetur tm̄ reliquisse alimē ta, licet loquatur de marito, militat etiam ecōtrario in vxore maritum relinquente dominum, & vsufructuariū, vt vir, extantibus liberis, alimenta solum habeat, ita Bal. & alij in auth. hoc locum, in fi. C. si mul. sec. nup. cum par ratio, (inqt Bal.) siue effectus sit in vtroque, sequitur Pic. in l. Titia. §. Titia cum nuberet. nu. 41. de leg. 2. Ias. d. l. fi. nu. 8. & seq. C. de in dic. vid. tol. & l. non tantum nu. 4. ff. de re iud. Rebuff. loco ꝓxime alleg. Boer. decis. 194. nu. 5. & perpetuo menti commē dandum ait Io. Nicol. d. l. generaliter. nu. 43. & in effectu cor
6 rel atiuorum †idem est iudicium, eademque. disciplina Euerar. in sua centur. locorum, loco a correlatiuis. nu. 10. vbi subdit, ꝙ regula correlatiuorum est regula parium, de qua late scribit Ant. Gabr. lib. 6. de legib. & constit. concluſ. 3. vbi am
7 pliat hanc conclusionem procedere †in re correctoria, pœnali, consuetudinaria, statutaria, & alijs diuersis modis. Fa-
8 cit, ꝙ maritus, & vxor dicuntur esse †socij diuini, & humani thalami l. 1. ff. rer. amot. ac una, & eadem caro c. debitum. de bigam. Cor. cons. 5. in prin. lib. 1. Io. de lign. tract. de amicit. c. de amicit. vir. ad vxo. vnde apud Liui. 1. ab urbe condita fer-
9 tur Romulus, †proclamasse, vxores in societate fortunarū, ciuitatisque, & liberorum fore, ut ex nostris refert Tiraq. de legib. connub. l. 1. glo. 1. nu. 29. unde non incōuenit, quoddi spositum in vno ad alterum quoq; trahatur, alioquin bona iusta, & ęqua societas non esset, sed falsa, & vt dici solet, leonina, l. si non fuerit. §. fi. & l. seq. ff. pro soc. Rub. consi l. 55. nu. 1. Tanto magis cum nostra hæc dispositio sit fauorabilis, omnique extensione digna, vt supra diximus præfat. 7. & sic facilius permissa videtur extensio de marito ad vxorē, ad not. in l. si constante 9. quæst. primæ part. Bar. ff. sol. mat. reg. odia. de reg. iur. in 6. & passim habetur. Inde fit, quod sicut mari-
10 tus †ex forma alterius nostræ consuetudinis, incipientis, Itē quod maritus, & cæt. non succedit vxori in dote extātibus filijs ex eo matrimonto. ita etiam mulier, stātibus liberis ex ipso matrimonio, donationem propter nuptias, seu, vt dicitur, antifatum præmortuo marito ad rationem solidorum quinque pro singula libra non lucratur, vt habetur in cōsuetudine, quia itidem, quæ licet non ita distincte loquatur, sumpta tamen declaratione a cōsuetudine, qua maritus stātibus liberis dotem nō lucratur, ita accipi debet, ac si dispositum esset in ea Io. de amic. cons. 5. per totum, Bello. consil. 17. in 1. dubio, & non obscure sentit Salic. in auth. dos data. quæst. 5. vers. hodie tamen C. de donat. ante nup. vt meminit quoq; ipse Io. de amic. d. cons. 5. nu. 13. 14. & 22. Idem admittit Phan. de lucr. dot. glo. 9. nu. 47. & 48. Anto. Gabr. lib. 6. tit. de leg. & const. concluſ. 3. nu. 11. Natta cons. 258. nu. 8. D. Cepha. cons. 408. nu. 14. vbi etiam paulo ante vult, quod sicuti
11 †maritus dotem non lucratur, ubi nō sustinuit onera matrimonij, ita nec vxor donationem propter nuptias lucratur, quando matrimonij onera non sentit, & nouissime D. Frāc.
12 Becc. †summus Iurista, & acutissimi ingenii cons. 43. nu. 18.
13 Vbi ex hoc vult, donationē †propter nuptias ita restitui debere filio seorsum a patre habitāti, sicuti dotē, ratione ęqualitatis seruandæ inter dotē, & donationē ꝓp nuptias, & multa quoq; exempla huiusceemodi æqualitatis seruādæ refert Bursat. cons. 120. nu. 3. cū aliquot seq. ꝙ ēt dispositum reperitur de iure cōi, præterquam quo ad usum fructum, ut ꝑ Afflict. d. cons. 37. nu. 6. Quin etiam vbi conuentum esset, dotem
14 restitui †vna cum antifato in omnem casum, & euētum dotis restituendę, vt plurimum, fit adhuc intelligi debet, liberis non existentibus, vt diffusē per Crau. consil. 56. inter consilia Siluan. quicquid in eadem facti cōtingentia ex aduerso scripserit Natta. cons. 391. & Alba. cum eo cons. 68. quorū argumento ad plenū respondet Crau. vt apud eum est videre pro ut & alibi ipsemet Natta cons. 268. nu. 8. arguit de pacto lucrādæ dotis ad donationē propter nuptias ratione æqualitatis, quod quidem argumentum male formatū esset, vbi iura ita abrogata fuissent, vt alibi, vbi supra præsupponit. Verūta men (ne & hoc quoq; ad rem huius nostræ consuetudinis, de
15 qua verbum fecimus, omittatur) vbi aliter per pactū expressum inter coniuges actū fuisset, illud seruandum esset, Rol. a valle cons. 62. fere per totum lib. 1. in quibus quoq; terminis. cōsuluit Rub. cōs. 151. licet eius decisio præcipue in vltima sua consideratione dubia admodum reddi possit, ex traditis per Crau. d. cons. 56. Tanto magis cū promissio ibi ad formā statutorum loci concepta fuisset, secūdum Bal. in l. quod nomine, in fine ff. de cond. indeb. cuius dicti in terminis nostrarum consuetudinum meminit Dec. cons. 195. nu. 1. ad idem Fulg. consi. 203. col. 2. uer. tanto magis, sed de his latius alibi Deo dante dicemus, & demum regulariter masculus, & fœmina a pari procednnt, præterquam in casibus in quibus expresse constituta reperitur differentia, Dec. l. fœminæ num. 86. ff. de regul. iur. cum qui discrimen inter eos ponunt, naturæ accusatores existant l. maximum C. de lib. præter. Secūdo loco (ad propositam quæst. redeundo † accedit, quod ra-
16 tio † in prohibendo marito relinquere vxori, ne, s. ob maritalem affectionem spolietur, & decipiatur, vt in 5. præfat. ne dū par est in ꝓhibēdo vxori, relinquere viro, sed qdē ma-
17 ior, & fortior, ex eo, ꝙ mulieres †ob fragilitatem sexus debilioris sunt cōsilij, & faciliores ad captādū, quam mariti. l. assiduis. C. qui pot. in pig. habe. l. si mulier C. ad velle. & propterea tali fauore magis dignæ, q̄ viri censentur, cum ob sexus fragilitatē potius mulieri, † q̄ viro succurratur, Dec. l. femi-
18 næ. nu. 82. ff. de reg. iur. Barb. cons. 23. nu. 8. li. 4. & tex. est celebris in l. cum multæ, in prin. C. de donat. ante nup. ibi, cū melius erat mulierib. ꝑp fragilitatem sexus, quam maritis subueniri. tex. quoq; in §. etsi cōsentiat auth. vt immob. ante nu. per quem notat Alciat. in reg. 1. præsump. 42. num. 2. ꝙ mulier de facili præsumitur decipi, præsertim propter uiri seductiones, ad idem gl. in l. 2. in prin ff. ad Velle. vbi vult, ideo ibi specialiter mentionem haberi de viris, quia ab eis fœminæ facilius decipiebantur, Ias. cōs. 204. colum. 2. lib. 2. & genera-
19 liter mulieres †omnes fatuas appellat Aquens. in l. 1. ff. de legibus. idcirco iustum, & ęquum videtur, quod hęc nostra dispositio loquens in marito ad vxorem quoque extendatur, tam respectu maioritatis, quam paritatis rationis, quæ extēsio eo facilius permissa vī, quo non est mala ratio, vt mulier sit ꝓhibita viro suo relinquere, ne ab eo cogatur testari, Bal. l. 1. nu. 18. C. de sacros. eccles. cum quo transit Sigism. ad stat. Bas. verbo, legatum, num. 2. vt plerumque fieri solet, secundum Fulg. cons. 71. in fine vbi inquit, ꝙ vxores. †plerumque
20 in vltimis constitutæ, aut metu, aut nimia reuerentia maritorum, ne illos forte sibi indignantes reddant, aut efficiant, non vltro testantur, sed maritos contra responsa prudentū & naturæ rōnem cōsanguineis ꝑferūt, & licet hæc in sta. nō sit expressa rō, ex quo tm̄ vnica est, pro expressa hr̄ Bal. Castr. & alij in l. quāuis. C. de fidei. & not. fuit s̄. præf. 5. nu. 58. & 59. Tertio ponderat Cur. ꝓhibitionē hāc rōne frequētioris vsus
21 in maritū emanatā videri, dū frequētius †cōtingit maritū te
22 stari, & vxori relinquere, q̄ e ꝯ. Cum vxores raro †aliquid ha-
23 beant vltra dotes, ut est tex. licet Curt. non alleg. in l. assiduis in prin. C. qui pot. in pig. hab. & raro contingat, ꝙ mulier †uiro largiat̄ l. si aspōso. C. de do. ante nu. immo inter miracula ascribatur, gl. in l. si stipulata, uerbo solenne. ff. de dona. inter uir. & ux. præcipue statuto existente, quod decedente uxore maritus lucretur dotem, quod & nos per aliam consuetudinem habemus. unde uxor eadem dispositione comprehensa uidetur, licet ratione rarioris usus expressa non fuerit. nā
24 lex, †seu alia quæuis dispositio loquens in uno, ratione frequentioris usus, casus alios similes non excludit, etsi non ita frequentes sint, glo. in l. quinta. uerbo sponsam, C. de rap. uirgi. Corset. singul. uerbo frequentia, de quo & nos supra, uerbo, legare, q. quarta. num. 22. & sequen. Quarto eadem opi-
25 nio secundum Ruin. cons. 174. nume. 7. uers. & ista opinio, lib. 1. comprobatur ex regula illa, quod ego †succedo tibi, pro ut succedis mihi l. communium, in prin. C. de nat. lib. §. filiū. §. si quis igitur. auth. quib. mod. nat. effic. sui. ubi legitimatus
26 per oblationem † curiæ, quemadmodum soli patri, & non agnatis, succedit, ita solus pater succedit ei, agnati uero nequaquam, ex quo notat ibi Bar. post Beluis. qđ sicut patruelis †
27 nepoti succedit in feudum, ita econuerso, nepos patruo succedit, Ruin. cons. 12. nu. 6. lib. primo. ubi exinde uult, quod si cōuentum est, vt fratris filius succedat patruo, eodē
28 modo patruus illi succedet, qa successiones † dēnt esse æquales, ut qualiter quis succedit, taliter succedat̄ ei l. lege duodecim

Source : BIU Cujas

cim tab.C.de legit.hær.vbi Bal.id notat in 4.not.ad idem gl.
29 in §.fin.inſtit.ad Tertul.vbi ſicuti mater illuſtris†filio nō ſuc
cedit, ita nec filius ſuccedet ei.ſic quoq; ſecundum Caſt. d.l.
lege 12.tabul.nu.3.ſi per legem municipalem diſponatur, q̄
30 vitricus † ſuccederet priuigno, diſpoſitum ēt cenſetur, vt eꝫ
priuignus vitrico ſuccedat, ſequitur Rui.vbi ſupra eadem ra
tione Soc.in rub.ff.de acq.poſſ.q.2.vult, q̄ ſi ſoror†per ſtatu-
tum a ſucceſſione fratris excludatur, ita ēt frater a ſucceſſio
ne ſororis veniat excludendus, cuius opinionem diſputādo
ſuſtentabilem dicit ibi Soc.iu.nu.121. Hinc etiam Bart.no.
in l.fi.nu.5.ff.de his, qui.vt indig.quod eo modo, quo filii ſpu
32 rij†parentibus ſuccedunt, eodem parentes ſuccedunt filiis,
Ale.conſ.150.nu.6.li.2.Ant.Gabr.li.6.de legib.& conſtit.cō-
cluſ.3.nu.24. & ſeq. vbi de magis cōmuni atteſtatur, & ſub
vi reciproeæ ſucceſſionis pro maiori parte includuntur, quę
a D.Ceph.conſ.408.ab initio vſque ad xvj.argumentum an-
notantur. Vltimo ex mente Bal.in l.1. nu.18. C.de ſum.trin.
33 perpendi poteſt, q̄ auferre†vxori liberam facultatem relin-
quendi viro, id videtur conforme diſpoſitioni iuris cōis. l.1.
& l.hac edictali.C.de ſec.nup.vbi coniunx tranſiens ad ſecū
da vota eius ſecundo viro vltra tertiam, aut plus relinquere
non pōt, quam vni ex filijs primi matrimonij, cui minus reli
34 quit. ſimile olim erat ex lege Papia,† ſecundum quam eius,
quod vxor marito relinquebat, & econtra liberis non extan
tibus, decima fiſco applicabatur.l.fi.C.de inſir.pęn.cęlib. tā-
to itaque magis de viro ad vxorem permiſſa videtur exten-
35 ſio, dum fit redditus†ad ius commune, iuxta gl.in cap.ſtatu-
tum, verbo, numerandum de præben.in 6. Iaſ.authent.quas
actiones.nu.24'C.de ſacroſanct.eccl. Soc.conſ.150.num.37.
lib.1.& late Curt.iu.conſ.5.nu.29.quod argumentum habe-
tur apud Alber.in 2.par.ſtat.q.112. Et ita in Curtij ſententiā
36 venere†Rip.in rub.ff.de acq.poſſ.nu.7.verſ.& pro iſta opinio
ne, & nonnihil etiam in l.ſi conſtante.nu.62. ff.ſol.mat.Iaſ.l.
non tantum.nu.7.ff.de re iud.& l.fi.nu.14.& ſequ.C.de indic.
vid.toll.vbi refert, ita conſuluiſſe ſuper ſtatuto ciuitatis Par-
mæ, cui conſilio alii doct. Papienſes ſe ſubſcripſerunt, vt ue-
re reſpondit conſ.112.li.1.Doctor.autem Papienſes, qui con
ſilio Iaſ.ſe ſubſcripſerunt, fuerunt Ambroſ.de Opiz. & ipſe-
met Curt. vt eorum ſubſcriptiones ad conſilium Iaſ. refert
Siluan.conſil.31.quamuis, ut ſubdit Siluan.Curt. totum hoc
conſilium Iaſ.ſibi aſcripſerit in allegat. conſ.11. Hinc refert
Pau.de monte Pic.in auth.præterea.nu.42.C. unde vir. & vx.
q̄ per hæc conſilia, cum caſus contigiſſet Papiæ, & cauſa eſ-
ſet comiſſa, omnes dicebant, rem eſſe claram, & ita Iudex
ſequebatur hanc opinionem, motus, auctoritate iſtorū con
ſulentium.Huic quoque ſententiæ ipſum met Silua. aſcribe
re poſſumus, cum ipſe talia conſilia Iaſ. & aliorum inter ſua
non retuliſſet, niſi cum eis ſentiret, argumento l.Imperator.
ff.de in die. adic.& cum Iaſ.tranſit ēt Crot.in l.omnes popu-
li.nu. mihi 114. uerſ.nona concluſio.ff.de iuſt.& iu.Neuiz.cō
ſil.95.nu.21.necnon aſſentitur Ruin.d.conſ.174.num.9.li.1.
quando ſtatutum ſimpliciter prohibet, maritum relinquere
vxori fauore ipſius mariti, qualis hæc noſtra conſuetudo ſe
habet, vt ſupra 7.præfat.vt hoc in caſu, ait Ruin. ſaluatur opi
nio Curt.& Iaſ. Eandem quoque ſententiam diſputando ad
partes tenet Berhol.Romul.in rub.ff.de acq.poſſ.nu.25. vſq.
ad finem commenti, vbi exiſtimat, hanc partem veriorem,
& cum ea tranſit Plot. in l. ſi quando.nu.434. C. unde vi. niſi
aliunde cautum eſſet, ſtatutum ſeruari, ut iacet, ad literam,
quod nuſquam in uolumine noſtrarum conſuetudinū ſcri-
ptum reperitur, & ſimul cum eo Borg.Cau.trac. de uſufruct.
mul.relict.nu.124.Ant.Gab.lib.6. de legib. & cōſtit.cōcluſ.
3.nu.4.5.& 6.ac demum eiuſdem ſententiæ reperitur Alba.
41 in lucubratio.ab Bar.in l.prima.nu.18.C.de ſumm.trin.eam
limitando, niſi extaret ſtatutum, defferēs lucrum dotis ma-
rito, vxore prædecedente, nam in eo, in quo maritus ab inte
ſtato ſuccedit, vult, ipſum etiam inſtitui poſſe, de qua limi-
42 tatione infra dicemus, uerbo viginti.q.8.nu.54. & diuerſam
ſententiam Croti dubitabilem aſſerit Pariſ.in alleg.rubr.de
acq.poſſ.nu.39. eo quia ratio prohibitionis, per eum aſſigna-
ta, æque uiget in oppoſito. ut non ab re dixerit D. Menoch.
conſ.11. nu.18. forte in praxi difficile eſſet, ab hac opinione
recedere, ut ipſe eandem opinionem eſt ſequutus. conſ.136.
37 num.11.Diuerſam ſententiam†Soc.admittit, eamq; tuetur.
conſ.74.li.3.quem ſequitur Horman.Det.in rubr.ff acq.poſſ.
nu.38.& late Crot.nu.31.ad fi.uſque comment. ubi argumē
ta Iaſ.diluit, quicquid ipſe Crot. alias eundem Iaſ. ſimplici-
ter referendo, perfunctorie contrarium uoluerit, cuius con-
38 trarietas nihil officit, cum illius opinionis†ratio habēda nō
ſit, quam quis perfunctorie, ac citra diſcuſſionem referr, ut
docet Abb.in c.bonæ memoriæ 2. in fi.de poſtul.prælat. Ca-
guol.in l.nemo poteſt.nu.8.ff.de reg.iu. cum alijs infra dedu
ctis.num.89.eandemque opinionem latius probat Curt. iu.
conſ.6.in primo dubio, Alciat. li.2.de uer.ſig. uerſ.reſtringi-
tur rurſus, qui idem in effectu uoluit in alleg.rub.de acq.poſſ.
num.13.in fine.& ſeq.Crau.de antiq.temp.4.par.ſectio.1.nu-
me.71.& ſequen. qui etiam in terminis huius noſtræ cōſue-
tudinis exinde conſuluit, licet eius conſilium nondum ſit
impreſſum, incipiens, quæſtionis eſt, utrum ſtatutum ciuita
tis Alexandriæ.idem aſſentitur Cotta ſequutus Soc.& Curt.
iun.in ſuis memorabi. uerbo, litera, & Dec. in effectu in l.1.
ſecundo notab.uerſ.& idem in ſtatuto.C.de in ius uoc.quan
do ſcilicet, diſpoſitio magis reſpicit fauorē mariti, quā uxo-
ris, qualis hæc noſtra conſuetudo exiſtit, ut iam diximus, qđ
dictum Decij ex diametro pugnat Rnino. d.conſ.179. nu.9.
ut ſupra relatum fuit, eandem quoque ſententiam ſequitur
Anch.Iun.quæſt.27.in prima parte. Rolan.conſ.60.nu.37.li.
1.Ferd.Loaz.arguendo ad partes, in rubrica. ff.de iuſt. & iur.
nu.34.cum pluribus ſeq. ubi ait, q̄ ita intrepide conſuleret.
Pet. Pech.qui rem ex profeſſo agit de teſtam.coniug.lib.4.c.
3.Plot.inter conſ.vltim.vol.conſ.168.nu.64. & 66. & ſeq.ac
nu.71.quod in lib.ſuorum conſ. habetur conſ.17.vbi firmat,
locum habere, etiam quod cautum eſſet ſtatutum intelligi
præcise, vel ad literam, & ſic ſe correxit in eo, quod contra-
rium voluit, in l.ſi quando nu.434.hancque pro vera habet
D.Menoch.alleg.conſ.11.nu.18.poſteaquam alteram ita eſſe
negat, ubi etiam pro hac parte citat Soc.Iun.in d.Rub. ff. de
acqu.poſſ.nu 115.qui ait, hāc deciſionem ſemper ſibi placuiſ
ſe, & nouiſſime eam in pleno conſilio tuetur D.Io.Ceph.cō
ſil.408.ubi ueriſſimam cum alio præſtantiſs. doctore dicit,
& pro ea iudicandum, ubi eſſet dubia, quod non putat. nu.
63.& 99.licet Pariſ.in alleg.Rub.de acq.poſſ.nu.39.indecisā
relinquat, dicens, ueram deciſ.pendere a ratione, & cauſa, q̄
bus ſtatutum emanauerit, cuius meditatio in eandem quo
que partem declinat ex diuerſitate rationis inter uirum, &
uxorem, ut infra dicam. Et ego eamdem opinionem una
39 cum Crau.alleg.conſ.ueriorem, †atque iuſtiorem arbitror,
nec ab ea recedendum, in iudicando, uel conſulendo. cum
illa imprimis iuris regulis nitatur, ut pote, præmiſſo una
cum Soc. dicto conſ.74.nume.3.de iure commune conceſ-
40 ſum eſſe†uxori, quantum uelit, uiro ſuo relinquere l.ſi.C.de
infir.pęn.cælib. ibi, tūn igitur poſt hac maritus, uel uxor ſibi
inuicē relinquāt, quantū ſuperſtitis amor exegerit.l.fi. C.ſi
quis aliq.teſt.prohib.l.quæ iam. ff. de dona. inter uir.& uxor
Item, & hæredem in partem, uel in totum inſtituere. l.ma-
ritum.l.maritus. ff.ad l.Falcid.l.Lucius.§.quæ habebat. ff.ad
Treb.l.fin. de legat.primo.l.cum pater. §.a te peto, de legat.
ſecundo.& l.ſecunda. ff.de his quib.ut indig.Rofred. in titu.
de bon.poſs.unde uir, & ux.in princ. & ſuper 6.in princ. Et ſi
plerunque hac legum benignitate coniuges inuicem ſe de-
cipientes abutentur, ut ipſe Rofred.refert, & ſupra etiam di-
ximus in quinta prefatio.num.40. & ſequen. cum caſus iſte,
quod uxor marito non relinquat, a conſuetudine noſtra ſit
omiſsus, cenſeri debet relictus diſpoſitioni iuris commu-
nis.l.ſi cum dotem.in prin. ff.ſol.matrim. l.ſi extraneus.ff. de
cond.ob cauſ.l.commodiſſime. Vbi Iaſ.præcęteris. ff.de li.&
poſth.quo argumento nuncupatim utuntur Soc.d.conſ.74.
nu.3.Crot.rub.ff. de acq poſſ.nu.34 & ſeq.& Pet.Pech. alleg.
c.3.in princ. Item cum ſolus maritus incluſus reperiat̄, uxor
ipſa excluſa uidetur l.cum prætor.ff.de iud.l.maritus.ff.de p̄
curat.ac in materia no.glo.in l.1.uerbo declarat.C. de adul.
Soc.loco proxime alleg.& cum eo Pech.d.c.3.nu.5. cumq;
etiam ſtatuentibus, ſeu conſuetudinem in ſcriptis redigen-
tibus facile fuiſſet, caſum h unc, uti alterū, exprimere, ſi mēs
eadem in caſu omiſſo fuiſſet l.5. §. ſin autem ad deficientis,
C. de caduc.toll.quem in ſimili notat Bal.conſ.298.quęritur
41 utrum, col.1.lib.2 ubi ſubdit, quod quando lex†aliquid uult
exprimit.Bonus tex.in c inter corporalia.de translatio.epiſ.
ibi, inde ſi circa translationem idem fieri uoluiſſet, quod de
ceſsione dixerat, & de translatione poterat expreſſe, ex quo
42 Bal.not a, inquit, allegationem†aduocatorum, qui dicunt.
ſi ſtatutum hoc uoluiſſet, dixiſſet, ſimilis habe tur text. in c
ad audientiam de decim.quod argumentum ſenſit etiā Pet,
Pech. d.c.3.nu.2.& 5.& Crot.d.rub.ff.de acq.poſſ.in fi. Idque
præcipue cum caſus iſte, quod uxor uiro nō relinqnat, haud
exigui ſit momenti, ut obliuione, aut incogitātia omiſſum
ex naturali rōne dici poſsit, ut ſiſi argumentandi gñere utit̄
Soc.d.conſ.74.nu.3.uerſi. item adeſt ratio. Quin potius cum
de hac tam notabili, & non exigua re nihil expreſſum ſit, a
ſtatuentibus neglectum intelligi debeat.l.apud Labeonem.
§.ait prætor.ff.de iniur. Oldr.conſ.185.ver.tertio eſt conſide
rare. Accedit, quam difficile iura permittant extenſionem,
de perſona ad perſonam l.ſi vero.§ de viro.ff.ſol.mot.l.ſi ita
quis.§.penul. ff. de teſtam.& ſupra diximus proxima quæſt.
nu.2.Alijs quoq; iuris regulis hęc concluſio nititur, quibus
43 enixe inhærere† debemus, niſi in cōtrarium ſpecialis diſpo-
ſitio appareat, Bal.l.ſi tutor, in fi.C.de ſer.pig. dat.quibuſue,
ſtare debemus, ubi caſus aliter non excipitur.Caſtr.conſilio

Source : BIU Cujas

109.col.1.lib.1.Dec.l.1.num.6.&7. ff.de reg.iur.& omnium, latiſſime Tiraq de Retract.municip. §.1.glo.9.num.209. Secundo poſteaquam tota vis in correlatiuorum regula conſiſtit ut diſpoſitum in uno ad alterum extendatur,huic regu-
44 læ†locus aliter non ſit,quoties in altero eorum difformis,& diuerſa ratio militat,Bar.& alii in d.l.fi.C.de ind.vid.tol.l.fi. ff.de accept.& de communi atteſtatur Soc.d.conſ.74.nu.4. in fine,Curt.ſen.conſ.50.num.8.Bald.conſ.188.nume.2. lib. 1.conſ.6.num.7.lib.5.Felin.in proęm. Decret.verbo Gregorius.num.10.& ſeq.& in ſpecie Curt.iun.conſ.6.num.12.Ancha.Iun.quæſt.27.num.4.in 1.part.Alciat.d.lib.2. de ver.ſig. uerſ. quod tamen declarandum,Rolan.conſ.60.num.32.& ſeq.lib.1.Rub. conſ.151.in fine, cum aliis late congeſtis per Ant.Gabrie.lib. 6.de legibus. & conſtit. concluſ.3.nu.51. & D.Ceph.d.conſ.408.num.52.Et ne longe exempla petamus, iſtud non obſcure dignoſcitur per tex. in l. 1.in fi.cum l.ſeq.
45 ff.de iniur.& §.patitur inſtit.eo.vbi iniuria†facta vxori cenſe 61 tur facta marito,ac pro ea vir agere poteſt actione iuiuriarū, non tamen econtra, iuiuria facta marito,illata cenſetur vxori, ex diuerſitate rationis,quia, vt tex.ait,deffendi vxores a viris,non viros ab vxoribus æquum eſt,quod & a Iaſ. perpenſum fuit,in d.l.fin.nu.2.C.de ind.vid.toll.Felin.d.verbo,Gre-
46 gorius,num.12.vnde fit. quod pax, † quę plerumq; propter criminis abolitionē neceſſaria eſt de iniuria facta vxori, neceſſarium quidem erit,ut habeatur a uiro non econtra, Pariſ.de pute. de ſind.uerbo, ultimo circa prædicta. nu.7. Quinimo iniuria illata vxori non eſt eadem, & tantæ efficatiæ,
47 qualis eſt illa, quæ fit marito,ita vt ſtatutum†loquens de iniuria illata marito comprehendat vxorem, Aret. conſ.130. num.4.cum,vt ipſe ait,non ſit eadem ratio in offendēte vxorē,ſicuti maritum,& propterea de uno ad alium non debet, fieri extenſio.Hinc etiam videmus,quod lex ciuilis diſponēs
48 quod vir filios habeat in poteſtate,e contra † ad vxorem nō extenditur,ut illa etiam defuncto marito,filios in poteſtate habeat.§.mater.inſtit.de exhęr.lib.quia, vt ait Iaſ.in d. l.fin. num.26.res ad inuicem proportionabilis non eſt,ſicq; diuerſa ſubeſt ratio, ad idem Iaſ.in l.2.5.not.ff.de in ius vocan. ubi ideo uult,ibi expreſſum fuiſſe dē vxore.quia ſola diſpoſitio, de uiro ad vxorem extenſa non fuiſſet, ex quo comparitio,
49 †in Iudicialibus,de qua ibi agitur, magis ſpectat ad virum, pro vxore,quam e contra,& ſic proportionabilis vtriq; non
50 eſt.inde etiam fit,quod licet maritus†poſſit pro vxore fideiubere, non tamen vxor fideiubet pro marito.l.1.& 3. ubi Bal. id not.C.ne vxo.pro mar. cum ratio imbecillitatis mulieris, cui Senatuſconſ.ſuccurrere voluit,non ita in viro,atq; uxo militet.l.2.§.verba, iuncta glo. in prin.illius legis, verbo,pro
51 viris.ff. ad Velle.Item maritus† nobilis vxorem ignobilem, nobilitat.l.fœminæ.ff.de ſenat.ſed non e contra,maritus plebeius per vxorem nobilem nobilitatur, Bart.l.fin.num.3.C. de verbo.ſign.quia, vt ibi ait Iaſ.num.17.vxor radiis quidem viri illuſtratur,non ita e conuerſo. videmus quoque q̄ mu-
52 lier,tenetur lugere uirum.l.1.& 2.C.de ſecun.nu.At uir vxorem,nequaquam.l. vxores.ff.de his qui not.infam,per quam no.ibi Bal. uirum,& vxorem ad imparia iudicari, Cum ratio perturbationis ſanguinis,nimiæque feſtinationis,ad nuptias quæ in uxore conſideratur,diuerſa ſit in uiro,& ideo genera
53 liter, pœnæ, † quæ mulieri ſecundo nubenti infra annum luctus imponuntur,locum nō habent in uiro. Dec.& garro. in d.l.1.uterque in 2.no. C.de ſec.nup.ex diuerſitate rationis, vt ipſi aiunt, vbi Dec.quoq; infert,qđ licet maritus, & uxor ſint correlatiui,ſtatutum in vno locum non habet in altero, quando ſubeſt diuerſa ratio. Similiter relictum†factum ui-
54 ro ſub conditione, vbi ſecundum matrimonium non contraxerit, remiſſa conditione, debetur, ſecus in vidua,ex diſparitate rationis, propterea quod magis cōuenit viduę a ſecundis nuptijs abſtinere, quam viro, magiſq; contra bonos mores facit mulier, ad ſecunda vota tranſeundo,quam uir, qui cum domus regimini vacare habeat, cogitur quodammodo vxorem ducere,vt docet experiētia,quia(ut ait Phy-
55 loſ.1.Polit.non poteſt domus† faciliter ſine vxoris cuſtodia cōſeruari,ita Caſtr.in d.l.fi.nu.5.Cde ind.uid.toll.de cuius dicto dubitat Paul.Pich.in l.Titia. §. Titia cū nuberet nu.143. de leg.2.idem ſeruari videmus in l.1.Cde adult.vbi licet ma
56 rito, † accuſare vxorem de adulterio, non tamen e ꝯ uxori maritum, eo quia, (vt ibi ait Alber.)per adulteriū uxoris fit maius præiudiciū viro circa prolē, cū alius, & ſordidus ſibi ſuccedere poſſet, q̄ ſi vir adulteretur, ex cōplexuq; viri ipſe ſolus afficitur, ex complexu vero uxoris filij afficiuntur.
57 eſt & alia ratio,quia libido † in fœmina fœdior eſt, quam in viro quam ponderat Tiraq.de leg.connub.l.1.nu.45. quin ēt
58 ſtatutum†loquens in adultero,locum non habet in adultera,Bal.conſ.6.nu.6.& 7.lib.5.quia, vt inquit Bal. mitius agitur cum adultero, quam cum adultera, ſicq; ſunt diſpares. Hinc etiam legitur apud Spec.ti.de acto.num.11.& 12. quod
59 licet mulieri † luxurioſæ detur curator, tanquam prodigæ perſonæ,famæ,& bonorum l.mulieri. ff. de curat.furio.uiro tamen luxurioſo non ita datut,eo quia non eadem,vel ſaltē tanta ſubeſt ratio in maſculo,quæ in fœmina,quæ magis ardet, & in qua luxuria opprobrioſior eſt,ſequitur Abb. in c.paſtoralis.nu.7.de iud.Io.Lup.in c.per veſtras.§.21.nume.23.de dona.inter uir.& hoc argumento vtitur in ſpecie Ferd. Loa. in alleg.rub.de iuſt.& iur.nu.51.ad quod tamen radde Rip.in l.is,cui bonis,nu.16.& ſeq.ff.de verb.oblig.Proinde alibi ha-
60 betur,quod ſtatutum factum†in marito, vt tot ſibi præſtentur pro ſingulo centenario rōne dotis non ſolutæ,nedum locum non habet in uxore,vt totidem ſibi per hæredes mariti in caſu dotis non redditæ dentur, ſed nec ēt in ea valet ſtatutum,quia id ſolum toleratur in marito propter onera matrimonij,quibus vxor aliter non deſeruit, Abb.conſ.39. li.2. cum quo tranſit Rub.conſ.55.ex quo decidit,non valere cō
61 uentionem†inter vxorem,& hæredes mariti initam, vt fructus percipiendi ex rebus ſibi pro dote obligaris, in ſortem non imputentur,eſto q̄ maritus fructus rei ſibi hypotecatæ ex cauſa dotis lucrari poſſet,vbi ſubdit, quod locum non habet in uxore iſto in caſu, quod in marito ſtatutum eſt, & de communi atteſtatur Soc.conſ.56.num.2.lib.3. & Iaſ.§.fuerat.nu.19.inſtit.de actio.quod nobis ſeruit ad id,quod plerūque in reſtitutione dotium conuenitur inter vxorem,& hæredem mariti,de tot præſtādis,vſque quo reddita fuerit dos,
62 prout ſtatuto†noſtro cautum extat, de ſolutio. dot.poſt diuor mul.ſol. fol.114.dum ibi magnifico Prętori præcipitur, vt quouſq; dos mulieri ſoluta nō fuerit, teneatur dari,& aſſignari facere mulieri competentia alimenta ſecundum dotis, & mulieris qualitatem,vt ſcilicet neutrū iſtorū valeat,& teneat,vt in his terminis conſuluit Abb.d.conſ.39. ad quorum etiam declarationem in caſu occurrenti perlegi poterunt congeſta per Crau.conſ.189.col.pen. verſ.ſextus caſus. Plot.in l.ſi quando.num.458.cum aliquot ſeq C.vnde vi, cō ſi.37.nu.7.8.14.& ſeq.D.Ceph.conſi.290.lib.2. & præcæteris, Couar.li.3.Varia.reſol.cap.primo,nu.3. in ſexto, & ſeptimo caſu. Demum videmus (cæteris alijs omiſſis, quæ paſſim in iure habentur,præcipue apud Sebaſ.Med.in reg.contrariorū eadem eſt diſpoſitio in limit.& apud Gabriel. alleg. conclu.
63 3.nu.51.53.54.& 58.) quod ſi tutor † pupillam,ſeu magiſtratus puellam in ſua prouincia in vxorem ducant, ex eius teſtamento non capiunt, tanquam indigni, at vxor ex eorum teſtō bene capit.l.2.ff.de his quib.vt indig. ex quo gl. in uerbo aufertur,inquit,nota rationem diſſimilem vxoris,& mariti,& rationem affert tex.in l. fi.de leg.primo, quia tutor, & magiſtratus delinquunt nuptias prohibitas contrahendo,& ideo merito puniuntur, quod mulieri imputari non poteſt, quæ decepta fuit. Qui quidem tex. in ſui ratione optime ad rem noſtram confert,quia ſicuti tutor, & magiſtratus ex teſtamento vxoris hoc modo ductæ non capiunt, eo quia vxorem decepiſſe vidētur, & ſic quia deliquerunt, puniēdi ſunt, vxor autem bene capit relictum ſibi factū,ex quo vllius fraudis participem iura eam non habent, neque ipſa deliquit,vñ de ex aduerſo, cum vxores viris in vltimis ſuis cōdendis elogiis infeſtas, adulatrices, & doloſas ſe præbeant, quales vxoribus non ſunt viri,ut mox dicam, non inconuenit, q̄ ſolum uxores legati uirorum ſuorum effectæ ſint incapaces, quæ ſolæ in hoc quodammodo pro delinquentibus habentur, viri autem nequaquam.Et ita etiam antiquitus, tempore quo eadem facultas relinquendi mulieribus adempta erat, vt ſupra præfat.5.nu.50.& ſeq.& præfat.6.nu.3.vſu obſeruabatur.
64 Cum eas † alios ſibi hæredes facere, & ſcribere, & inſtituere poſſe, permiſſum eſſet, hæredes uero fieri nequaquam, vt commemorat Pet.Pech.de teſtam.coniug.lib.1. c.1.num.4. Vbi quid amplius,& grauius aduerſus mulieres fuiſſes ſancitum,refert, quod ſcilicet, perpetua tutela † aſtrictę fuiſſent,
65 ac ſecundum mulieris tabulas, bonorum poſſeſſio non daretur,illæque æquiparatæ eſſent pueris,ſeruis, & exulibus,q̄bus omnibus iure noſtro teſtamenti factio denegata eſt. His itaque ratiocinatis,diuerſitatis ratio inter maritum, & vxo-
66 rem obſcura non eſt,ſiquidē nedum eadem†ſecūdum Ariſt. 8.Aethic.c.5.eſt dilectio viri ad uxorem,quæ vxoris ad uirū, ſed cuique iſtorum eſt virtus,& actio,quod ēt ex noſtris not. Io.a Ligna.de amicitia c.de amicitia viri ad uxorem.num.9. ubi uult, maiorem dilectionem eſſe in uiro ad uxorem, quā
67 econtra. Verum nec ita † uiri uxoribus ſunt infeſti,adulatores, & blandi, ſuper quibus nititur ratio huius noſtræ prohibitionis,ut ſupra præfat.5. quales uxores uiris exiſtunt, ut ſecundum Soc.d.conſ.74.colum.2. facti experientia docet, cū
68 mulieres†multas habeant malitias, & uitia ſecum ferāt,quę enumerare, difficile eſſet,ut refert, dixiſſe Alber. in l. filia in orbitate.C.de inoffic.teſtamen.quod & aliis probis auctoribus comprobari poteſt,relatis per Luc.de Pen. in l.1.colu.1. C.de mul.& in quo loc.lib.10.Neuiz.Silu.Nup.lib.primo.nu

mero

Source : BIU Cujas

mero 150.cum seq.Iodoc.in suo Enchir.parium, verbo, vxor mala, & longe elegantius, & probabilius per Tiraq.de legib.
69 connub.9.l.nu.47.cum pluribus seq. vbi inter † cæteras auaritiæ filias, inter quas reperitur fraus, fallacia, & perfidia. fœminas, reponit. Quis enim nescit, ait Tiraq. fœminas † dolos,
70 decipulas, fraudes, & fallacias, suo veluti iure sibi vēdicare, quas ideo Apul.lib.9.Meta. appellat familiares fœminarum artes. Vnde, vt refert Ioseph.lib.antiq.5.c.17.cū Sāsonis vxor Philisteis reseraſſet ænigma illud de Leone, & apum mellificatione, quod illis Sanson proposuerat interpretandum, exclamasse Sansonem, Nihil est dolosius fœmina. Inde Propert.lib.2.ad amicam scribit.

Sed nobis facile, est uerba, & componere fraudes,
Hoc vnum didicit fœmina semper opus.

Et Ouid.2.de Remed. am.

At tu nec voces (quid enim fal lacius illis.)
Crede nec æterno pondus habere deos.

Seneca in Agam.

Tecum ipsa nunc euolue fœmineos dolos?

Et in Octauia.

Mulier dedit natura cui pronum malo.
Animum ad nocendum pectus instruit dolis.

Et in Hippol.

Instruitur omnis fraude fœminea dolus.

Cuius ex nostris meminit Barbat.consil.54.colu 9. versic venio nunc ad vxorem, lib.prim.consil.8.colum.5.lib.4.& inter cons.Curt.Sen.cons.66.num.4. vbi id ad propositam materiam nostram infert. Ad idem quoq; Eurip. in Danae apud Stob. Serm.71.

Sic enim dici solet, mulieribus artes.
Cure esse, viros autem iaculandi peritiores.
Nam si dolis victoriam nanciscī liceret.
Nos sane viris imperaremus.

Et in Androm.

Multas inuenire quæas fraudes, mulier enim es.

Idem in Hippol.mulierem ita loquentem introducit.

Profecto vtique viri sero inuenirent.
Nisi mulieres fraudes inueniremus.

Rursus in Iphigen.in Tauris.

Ingenioseq enim mulieres ad inueniendum fraudes.

Aristoph.in Comædia Concion.de fœminis & ipse ait.

Ipse enim sunt decipere consuetæ.

Aeschines quoque Socraticus Poeta Satyricus, Ionicas om
71 nes fœminas † uocabat uulpinas. siue fraudulentas, vt uulpes Inde Codrus.

Sydera non tot habet cœlum, flumina pisces.
Quot gerit scelerata fœmina mente dolos.

Faustus in distic.

Cuncta sub astrigero regnantia crimina Cœlo.
Nutrit in æternos fœmina nata dolos.

Hinc etiam ex nostris Bar.de reprobat.test.nu.5.scribit.

Fœmina fallare, falsaque dicere quando carebit.
Beccharia piscibus, & mare fluctibus tunc que carebit.

Auicenna quoque ex rerum naturæ scriptoribus in exordio, lib.9.de animal.& ex illius authoritate Albert.Mag.lib.eiusdem tit.8.c.1.scribunt, fœminas esse fraudulentas, fraudisq;
72 † capaces, magis, quam masculos. Inde Solom. prouer.5. Ne intenderis fallaciæ mulieris. Et Hesiod. Qui mulieri cōfidit, confidit & is deceptoribus. E quibus, & aliis similibus Tiraq. ipse verum, non habet, quod alias per gl.& scribentes refer-
73 tur in l.vbi.ff.de eden.dolum scilicet, nec quidem † latā culpam in muliere non præsumi, & alibi fraudis consilium non inesse, sed potius simplicitatem, ac bonam fidem, Bal.l.precibus num.21.C.de impub. in rub.C.de rer. permuta. propefinem in l.cum allegas, num.9.C.de vsur. præterquam in iuris ignorantia, in qua assentitur Tiraq. hęc quidem procedere, cum scilicet, quęritur, an in fraudem legum quicquam, sit factum. Nam cum mulier leges ignoret, videri nō potest in earum fraudem fecisse, nisi alia suadeant, in cæteris autem credit ipse plus fraudis, doliue inesse mulieribus, quam masculis. Exemplum quoque habemus Adam seducti ab Eua nō e conuerso, de quo meminit in specie Plot.ff. 168.num.71.inter consil.vltim. uolunt. quod in lib.suorum consil. habetur, cons.17.ut non immerito dixerit glo.in l.si a sponsa, uerbo, raro. C.de donat.ant.nup.& l.2.verbo, octa-
74 uum. C.de his, qui ven.æta.impetr. mulierem, † esse viro sagatiorem, & non minus Bal.in l.quicumque num.17.princ. C. de ser.fugit. maiorem semper abusionem esse in fœmina, q̃ in masculo, ut nimirum, quoque quod in ea magis, quam in uiro legis processerit prouisio c.1.4.distin. Nam secundum Apost. propter transgressionem apposita est lex. Quia, ut inquit ibi Archid.num.4 diuersa diuersis mensuris mensuran-
75 tur, ideo oportet, quod diuersæ, † leges imponantur hominibus secundum eorum conditionem. Huc etiam spectat Corasius in præfat.ad l.qui liberos num.63.ff.de rit.nup. Vbi ait, ꝙ adeo molestæ, & male moratę habentur mulieres, quod om-
76 nes † authores male audiūt mulieres, quæ & hodie strenue operam nauant, ne scriptores vaniloqui fuisse videantur, vn-
77 de per quam difficile † est, subdit Coras. maritum sufferre, deffectus, & mores vxoris, de quo etiam supra meminimus, in 5.præf.num.40.& seq.vbi inter cætera egregiā vxoris astutiam retulimus, quæ induxit maritum ad omnia bona sibi relinquenda, ac nonnulla notat Lamb. de iure patr.lib.1.2. artic.10.quæst.princip.2.part.& non minus abs re confert, ꝙ scribit Chass.in consue.Burg.1.rub.§.5.nu.99.in 12.casu, vbi
78 agens, de quæstione illa, cur si puella † reum mortis in virū, suum petat, cum ex cōsuetudine Frantiæ morte liberet, ait, se nullam huius rationem afferre, nisi quod per matrimonium maior reo videtur imponi pœna, quam per mortem, per multa, quę & ipse de mulierum malitia affert, ubi & illud refert, quod communiter, vt ait, recitari solet de quodā demone existente in corpe cuiusdam hominis, qui exire nolebat, nisi ad sonum mimi, & cuiusdam alterius instrumenti ad chorizādum, qui cum audisset, petiit, quid hoc esset, & tunc, cum ei dictum fuisset, quod erat quidam, qui vxorem acceperat, & erant ibi multæ iuuenculę chorizantes, timēs, ne eidem vxor daretur, incontinenti aufugit, dicens, video, quod vultis mihi dare vxorem, malo potius ab hoc loco recedere, quam vxorari. Sed prius quam locum hunc absoluam, illud quoque Iodoci, in Ench.parium, verbo, mulier. Philosophi, præterire non possum, vbi quod cum hāc in materiam incidisset, ait, percurrisse omnes iuris ciuilis textus, quo aliquid inueniret, quod hoc loco posset in fauorem, & laudem mulierum inferere, & probare, aliquam mulierem bonam existere, & tandem se obtult.l.mulier bona.ff.de iu. dot. quam, cum diligentius inspexisset, inuenit, sic habere, mulier bona sua omnia in dotē dedit, & deprehendit, bona non esse hoc loco nominatiui casus, vt sit epitheton mulie-
79 ris, sed accusatiui casus vt in toto † corpore iuris ciuilis mulierem bonam inuenire, non poterit. Et sic argumentum concludendo, stante inter maritum, & vxorem diuersitate rationis, nimirum, quod dispositum in uiro, non eque dispositum in vxore censeatur, Non enim, vt theologi adhuc dicūt uir, & uxor æquali iure gaudent, æqualitate quantitatis, circa quod casus noster versatur, quicquid sit in æqualitate proportionis, ut apud Scot.in 4.senten.distin.22.quæst.1.articu. 2.circa princ. Ter io accedit, quia correlatiuorum regula, su per qua tota uis aduersę sententiæ rotatur vt dispositum in
80 vno ex correlatiuis locum habeat in alio, procedit † respectu eiusdem, & indiuidui, actus, vt pote in emptione, & venditione, quia prohibita venditione, censetur prohibita ratione correlatiuorum emptio. ex quo agitur de eodem actu indiuiduo. idem in proposito, nostra hæc dispositio prohibens maritum relinquere vxori vlta certum modum, censetur quidem prohibere uxorem vltra modum recipere, quia idē actus est, idemue indiuiduum, vbi vnum sine altero stare nō potest, secus in casu, de quo agimus ubi actus sunt diuersi, di uersaq; dispositio, quia dicere, quod etiam vxor censeatur, prohibita, vltra modum marito relinquere, diuersus est effectus, diuersaque dispositio cum aliud sit testm̃ mariti aliud testamentum vxoris, quorum vnum sine altero stare potest
81 etiam quod sub eadam † charta vtrumque contineatur, vt fieri potest, ad notata per scribent.in l.licet. C.de pact.cum duo sint testamenta. sicut duo fuerunt testantes Oldr.cons. 174.de qua re ex professo agit Petr.Pech. de testam. coniug. li.1.c.17.ut Nimirum si uno prohibito, non censeatut prohibitum aliud, ita sane ponderant Soc. d. cons.74. nu.5. Crot. rub.ff.de acq.poss. nu.38. Curt.iun.non ralato. Soc d.cons.6. num.13.uers. secundo aduertendum sequitur Crau.de antiqui.temp.4.part.sectio.1.num.72. Ferdin. Loaz.rub.ff.de iust. & iur.num.46. Plot.alleg.cons.168.num.71. Ant.Gabr.lib 6. de legib.conclus.3.num.30.& 38.& D.Ceph.d.consi.408.nu. 68.& seq.& num.88.82.& seq. Quarto secundum Curt.iun. memorato cons.6.num.16.ueri. secundo quod etiam, fundamentum non leue sumitur ex eo. quod hæc nostra cōsue-
82 tudo, seu dispositio † dicitur emanata gratia mariti. ne maritali affectione spolietur, & decipiatur, vt supra prefat.5.iunctis, his, quæ notat Dec.in 2.lectura rub.ff. si cert. pet.num.3. & Ant. Gabriel.ubi supra num. 56. arguere autem, quod eodem modo intelligatur vxor prohibita uiro relinquere, est conuertere, quod in uiri fauorem fuit introductum, in eius odium, atque perniciem, quod nec iuris ratio, nec ipsa equitas patitur. l.nulla.ff.de legib. l.quod fauore. C.eo. & hoc fuisse uidetur de mente Dec.in l.1.num.8.uers.& idem in statuto.C.de in ius uoc. quatenus uult, dispositionem, etiā in correlatiuis respicientem unam personam, ad aliam non trahi Alciat.d. lib.2.de uerb.sign. ibi uidetur enim uirorum meliorem conditionem solum fecisse, & in specie D. Ceph. dicto

con-

Source : BIU Cujas

conſil.408. in 6.fundamento, num.49. & ſeq. ad quod etiam tendunt ea, quæ idem Do.Cepha. ſupra in 5.fundamento, & nonnihil etiam in quarto, ſcribit. Quin etiam nec vllus fauor uxoris verſatur, ſed potius odium ob liberam legandi facultatem ſibi ademptam, ac diſponendi de bonis ſuis pro libito voluntatis. l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. l. 2. ff. ſi quis a par. mā. cum alijs ſupra adductis. præf. 5. num. 48. perpendit D. Ceph. vbi ſupra nu. 39. & nos etiam infra. nu. 84. Quinto loco ex eodem Curt. nu. 11. verſ. ſed quid, fortius fundamētum fieri po-
83 teſt, ꝙ alibi in Codice conſuetudinū noſtrarum † magis proſpectum habetur marito, quam uxori, Dum, ſ. maritus, vxore abſque filijs decedente, integram dotem lucratur, mulier autem prædecedente marito, quid minimum conſequitur ex donatione propter nuptias, quod vigintiquinque ℔ quolibet centenario non excedit, ita ꝙ, cum maritus & vxor ad modum diuerſum cenſeantur, dici non poteſt, quod cōſuetudo vniformem in vtroque conſiderationem habuerit, Cu iuſcemodi meditationis fuit etiam Soc. d. conſ. 74. col. fina. quoties alias prohibitio hęc vxori relinquendi alia annecteret, quæ vxori viro relinquenti non conuenirent, veluti vbi vltra certam quantitatem vellet, non poſſe relinqui vxori, præter alimēta, veſtes, & alia muliebria, vt plurimum ita ſe habent huiuſcemodi leges municipales. Tunc. n. ſecundum Soc. a contrario non cenſetur vxor prohibita viro relinquere, cum diſpoſitio vtrique proportionabilis non exiſtat, idē vult Plot. in d. l. ſi quando. nu. 434. & alleg. conſ. 168. nu. 66. Alia in iure valde exquiſita affert argumenta Excel. pręcep. D. Ceph. alleg. conſ. 408. cuius ſcripta, cum paſſim circumferrantur, apud eum videnda, relinquo. Non obſtant modo in contrarium deducta. Nam quo ad primum correlationis argumentum, illud ex ſupra relatis corruit, tum quia diuerſa prohibitionis ratio inter ſe militat, tum quia illud non procedit in diuerſo actu, ſed ſolum in vno, & eodem, tum quia maritus, & vxor apud nos ad imparia iudicantur, quod ſecus eſt, in caſibus ex aduerſo relatis, veluti præcęteris extat in propter nuptias donatione, quæ ex aperta iuris diſpoſitione pari paſſu cum lucro dotis incedere debet. l. ſi. C. de dona. propt. nupt. & auth. dos data, cod. titul. vt explicite ſentiunt Io. de Amic. & Bell. & Crau. locis præalleg. vt idem quoque eſt in conſuetudine Bulgarina ſecundum obſeruat Loaz. alleg. rub. ff. de iuſt. & iu. nu. 55. his, & aliis ex aduerſo recenſitis caſibus ſigillatim reſpondet Do. Ceph. alleg. conſ. 408. ad quem me remitto. Ad ſecundum negatur aſſumptum, ꝙ eadem, & maior ſubſit ratio in prohibenda vxore uiro relinquere, quam in caſu contrario, quoniam immo diuerſa deprehenditur ratio, cum non ita infeſti, doloſi, & adulatores vxoribus ſint viri, quales ſe viris uxores præſtant, quæ dolis, fraudibus, blanditiis, atque fallatijs, magis quam viri ſtudēt, & incumbunt, & quibus idem amor non exiſtit, utſupra in 2. pro hac parte fundamento affatim diximus, ut nimirum ſi
89 earum calliditati, eſto quod debilioris conſilij ſint, non ſuc-
84 curratur, quoniam ita † demum mulieribus ſubuenitur, ubi callide non uerſentur. nam deceptis, & non decipientib. iura opitulantur l. 1. §. uerba ff. ad Vellei. quia infirmitas fęminarum ut ait text. non calliditas auxilium meretur, ita Soc. d. conſ. 74. col. 2. & D. Ceph. d. conſ. 408. nu. 97. licet quoque, ut reſpōdet Crot. in rub. de acq. poſſ. prope finem, nullus hic fauor mulieris uerſetur, ſed potius odium, facultate ſibi adēpta ad ſui libitum per uiam ultimæ uoluntatis de bonis ſuis diſponendi, quod ſemper reuocari poteſt, quod ſecus eſt in l. cum multæ. C. de donat. ante nupt. & ſupra etiam diximus in 4. fundamento. Ad tertium, quod diſpoſitio loquens in uno rōne frequentioris uſus, caſus alios non excludit, (omiſſa reſponſione Croti in alleg. rub. de acq. poſſ. col. fin. negantis, conſtare, diſpoſitionem hanc ratione frequentioris uſus fuiſſe emanatam, cum admodum fragilis ſit reſponſio, cum a communiter accidentibus, unde ualidum ſurgit argumētum. l. certi conditio. §. ſi nummos ff. ſi cert. pet. l. neq; nataleſ. C. de prob. l. non hoc. C. und. leg. & Marſ. ſing. 1. ſatis con-
85 ſtet. proniores, frequentiore ſue, eſſe uiros † in legando uxo-
86 ribus, quam ex aduerſo ſint uxores in relinquendo eorum uiris, una † enim ex mille uxor reperitur, quæ teſtetur, & relinquat uiro, at mariti in dies teſtantur, & aliquid uxoribus relinquunt, ut facti experientia docet, quæ eſt efficax rerū magiſtra. c. quam ſit, de electio in 6. & paſſim argumentum hoc ſcribent. obſeruant, ut Alex. in ſpecie, conſi. 54. num. 9. li. 7. & Soc. alleg. conſ. 74. col. fi. lib. 3. unde fit, quod iuris Cæſarei latiſſimum campum diſcurrendo, leges pluſquam ſexcentum extant loquentes de marito relinquente uxori, de uxore autem relinquente uiro, raræ admodum comperiuntur, alio modo ad argumentum reſpondetur ſimul cum Curt. iunior. d. conſ. 6. num. 16. uerſ. non obſtat quartum, quod cum ex ſupra abunde relatis in ſecundo fundamento non eadē, ſed diuerſa ſubſit ratio, maritusque & uxor ad imparia iudicentur, dici non poteſt, ꝙ de marito tantum expreſſum fuerit, ut de caſu magis frequenti, ſed quia in eo ſolum rario legis, ſeu uſus utentium, loquendo de ui huius noſtræ conſuetudinis, proceſſit, ac de eo collectores conſuetudinis tātum ſenſerunt, ad idem uideri poteſt Pech. de teſtamen. coniug. lib. 4. cap. 3. circa finem. Quarto loco non obſtat regula reci
87 procæ ſucceſſionis, illa. n. in diſpoſitione † affirmatiua procedit, non in negatiua, ut res noſtra agitur, Lap. alleg. 101. col. penult. uerſ. non obſtat quinta, Caſtr. l. lege duodecim tabu. num. 3. C. de leg. hær. ſuper quæſtione illa Bald. de ſtatuto diſponente, quod ſoror fratri non ſuccedat, ubi frater ſorori ſuccedere, non cenſetur excluſus, quia, ut inquit Bald. dato uno inconuenienti, non debet aliud dari, cuius quidem Bal. ſententiam dicit communem, nec ab ea recedendum in iudicando, & conſulendo Iaſ. in d. rub. ff. de acq. poſſ. col. fi. cū quo & ibi Horm. Det. num. 27. & ſeq. Rui. in fine, Socin. Iun. num. 92. & ſequen. ubi num. 122. in actu practico, uult, nō eſſe ab hac opinione communi recedendum, Alciat. lib. 2. de de uerbo ſig. uerſ. eadem ratione, & in propria materia meminit Soc. d. conſ. 74. num. 4. in princip. quicqnid contrariū ipſemet dixerit in d. rub. de acq. poſſ. ſuper qua ſententia nitur Ruin. ſibiipſi etiam contrarius conſ. 174. num. 7. & 9. li. primo. & ita etiam reſpondet D. Ceph. d. conſ. 408. num. 37. 73. & 86. idque præcipue ſtante diuerſitate rationis, ut ſup. probatum fuit, a quo nemo diſcrepat. ultra quod allegata regula reciprocæ ſucceſſionis non ita de plano procedit, quin etiam de iure communi perſonarum correlatio olim reciprocam ſucceſſionem non induxerit, nec hodie adhuc induca t, ut late demonſtrat Alciat. d. rub. de acq. poſſ. num. 12. & ſeq. & Do. Ceph. ubi ſupra nu. 25. & ſeq. in primo & ſecundo fundamento. Ad ultimum breuis & illa patet reſponſio, ꝙ
88 imo de iure † communi libera facultas data eſt uxori relinquendi marito, quantum uelit. l. maritum. l. maritus. ff. ad legem Falcid. l. fin. C. de infir. pęn. cœlib. & nos ſupra diximus in 6. præfatio. in princ. Nec allegata lex Papia, minusque diſpoſitio. l. hac edictali, quicquam obſunt, cum in diuerſis terminis loquantur, ut a ſeipſis patent, & in caſibus ſpecialib. qui & ius commune in contrarium extare arguunt, iuxta l. prima. ff. ad munic. cum ſimilibus, quod in propria materia not. Barbat. conſil. 12. colum. 6. uerſi. & facit tex. lib. 1. immo ſi ad primæuam iuris diſpoſitionem uolumus tranſitum facere, nos habemus intentum, ut uxor teſtari in uirum prohibita non ſit, licet capere ab eo non poſſit, ut ſupra in ſecūdo huius partis fundamento, nu. 64. diximus, unde fit retorquutio argumenti. Et ſic ex prænarratis ſatis, ſuperque conſtat, opinionem hanc nedum ueriorem, ſed etiam creberiorem eſſe, ab eaque in iudicando, & conſulendo non recedendū, tanto magis cum plures ex aduerſo allegati, ueluti Rip. Neuiz. & alii, perfunctorie, & abſque alia diſcuſſione cum con-
89 traria opinione tranſeant. nam nullum fiundamentum fit ſuper opinione † doctoris, quando rem non examinat, nec firmat, ſed perfunctorie, & abſque diſcuſſione loquitur, teſte Fulg. conſ. 101. alias 102. colum. 3. uerſ. namque ut not. Cur. ſen. conſil. 68. colum. 4. uerſic. his ſic ſtantibus, Iaſ. conſi. 151. colum. fin lib. 4. Alciat. reg. 1. præſump. 51. num. 4. Neuiz. Sil. Nup. lib. 5. num. 29. Soc. iun. conſi. 1. col. fin. num. 143. lib. 1. cō ſil. 42. num 25. libr. 2. & ſeruat Do. Menoch. ſuper hac noſtra conſuetudine conſ. 11. num. 23. circa finem, ac nos ſupra diximus uerbo, legare q. 7. num. 19. Quæ quidem opinio tanto magis erit plana, ubi cautum eſſet, uerba ſtatuti intelligi ad literam, prout iacent, ut paſſim habetur. nam fere in omnib. ut Pauli Pich. uerbis in auth. prętera. num. 41. C. und. uir. & uxo. utar, mundi ſtatutis per mille annos quiſpiam occulo corporeo, legere non poterit in ſtatuto, quod loquatur de uxore, niſi mentaliter ex quadam interpretatione, quę per ſtatutum reiicitur, & ita pro abſoluto habent Curt. iun. Cotta. Anch. Ferdin. & Plot. locis ſupra allegatis, & ipſemet Pic. num. 42. Anton. Gabriel. lib. 6. de legib. & conſtit. concluſ. 3. num. quinto, & 49. ubi atteſtatur de magis communi, quo in caſu non fit etiam extenſio, quæ alias ex identitate ratiouis, ſuper qua potiſſimum nititur pars aduerſa, concederetur, ut apud Euerard. in loco a ratione legis. nume. 11. ut id uolunt Curt. & reliqui ſupra adducti. Illud tamen non omitterem,
90 quod ubi maritus † uxorem nimium ad ſibi relinquendum, importunis precibus, blanditijs, & adulationibus infeſtaſſet, non minus ualeret legatum in ſe factum, quam per eum in uxerem, Afflic. deciſ. 69. cum aliis ſupra deductis in 5. præfatio. num. 49. 53. & ſeq. Et ſic in hunc modum reconciliari po
91 terunt opiniones † inuicem oppugnantes, ut ſupra uidimus, niſi quod in hoc poſteriori caſu neceſsarium erit, de hiſce male geſtis per maritum conſtare, ut proprie contingit in caſu Afflict. & notant Docto. in l. fin. C. ſi quis alium teſt. proh. Dec. conſ. 289. nume. 2. & 6. Iaſ. conſ. 141. nu. 3. & 4. lib. 4. ubi uult, admitti probationes etiam per coniecturas, & inditia,

vt

Source : BIU Cujas

vt pulchre de hoc Petr. Pech. lib. 1. c. 3. de testam. coniug. secus erit in casu antecedenti, vbi consuetudo prohibitoria id omne operarur, ut supra præfat. 5. & verbo, non possit in prin.

SUMMARIVM.

1 *Legatum factum mulieri nondum vxori legantis, postea tamen effectæ, num teneat, quid in institutione num. 8. item in relicto sub conditione numero 10. & sequent. fere ad finem vsque, cum duabus declarationibus. numero 31. & 35.*
2 *Legatarij capacitas tempore mortis testantis spectatur.*
3 *Donatarius num mortis causa donationis sit capax, non donationis tempus, sed mortis intuendum est.*
4 *Excommunicatus, num ex mortis causa donatione capiat.*
5 *Donatio facta vxori ante contractum matrimonium tenet, cum ampliatione numero 7.*
6 *Tempus contractus in actibus inter viuos inspicitur.*
8 *Institutio capacitatem tempore mortis requirit.*
9 *Testamentum ab initio nullum propter hæredis incapacitatem, non reconualescit, etiam quod hæres efficiatur capax.*
10 *Capacitas in relictis conditionalib. spectatur tempore euentus conditionis, quod in omnibus successionibus locum habet. nu. 11.*
12 *Soluto matrimonio mulier desijt esse vxor, idem in marito. nu. 14.*
13 *Vidua non comprehenditur statuto prohibente, vxores rebellium commorari in ciuitate.*
14 *Maritus mortua vxore, desinit eius esse maritus.*
15 *Maritus etiam quod a mortuis resurgat, coniugem non recuperat.*
16 *Vidua appellatione vxoris non venit, & vbi appellatur vxor, profertur cum dictione quondam. nu. 18.*
17 *Nouerca statim, quo desijt esse vxor patris, desinit esse Nouerca.*
19 *Legatum annuum multiplex est, ab initio purum, postea conditionale.*
20 *Forensis non capax legati, sic disponente statuto, effectus postea ciuis legatum capit.*
21 *Legatum annuum durat, vsque quo habilitas ex parte legatarij subsistit.*
22 *Filius banniti prohibitus stare in ciuitate, intelligitur patre viuente, non autem mortuo.*
23 *Inhabilitas capiendi mixta considaratione proueniens, quomodo intelligenda.*
24 *Actus in tempus permissum collatus non tenet, quando lex ab initio resistit.*
25 *Contractus mulieris initus sine consensu viri, lege sic prohibente, non tenet, etiam quod eius effectus in tempus soluti matrimonij collatus fuerit.*
26 *Seruus prohibitus manumittti propter filij obsequium, mortuo filio, manumitti potest, cum limitatione.*
27 *Gratiam in perpetuum non assumit, qui semel demeruit.*
28 *Cessante causa, cessat effectus iam consumatus, non consumandus.*
29 *Qualitatem adiunctam verbo sufficere, adesse tempore, verbi, quomodo intelligendum.*
30 *Mater priuata tutela per secundas nuptias, eam amplius non recuperat ob mortem secundi viri.*
31 *Legatum conditionale factum mulieri ante cõtractum matrimonium, cuius conditio soluto matrimonio euenit, tenet.*
32 *Accidentalia inter, vel post extrema, in consideratione non habentur.*
33 *Matrimonium per ingressum religionis ante sequutam copulam, etiam altero, inuito, dissolui potest.*
34 *Matrimonij separatio legatum dissoluit.*
35 *Legatum in causam soluti matrimonij factum, subsistit.*

Quæst. V.

1 **Porro quid** si contingat, legare †mulieri, quę nondum sit uxor legantis, postea uero effecta uxor, an tunc debeatur legatum, quis prima fronte dixerit, deberi, ex eo quod cessat tenor consuetudinis unde cessare debet eius effectus, ut in simili arguit Ba. in l. fi. num. 9. ante finem C. comm. ut riuf. iud. restringuntur enim consuetudines, inquit Bald. per actus, ex quibus inducuntur, sicut præscriptiones, ut proprios facti terminos non excedant, & nos supra diximus præfatio 7. num. 6. & præfatio 8. ante num. 99. & cum decisione Bal. transit Ale. in l. post dotem num. 25. ff. solu. matri. Verum m. hi uidetur, ueritatem aliter se habere, ut legatum non debeatur, propterea quod
2 capacitas† in legatis non tempore cõditi testamẽti, sed tempore mortis testatoris spectari debet, quo tempore cum capax uxor non reperiatur, merito ꝙ legatum corruat l. non oportet, de leg. 2. l. in fraudem. §. 1. ff. de his, quibus ut indig. l. interuenit. ff. de leg. præst. l. 3. §. quando autem. ff. de iu. fisc. ubi glo. & Bar. in eo proprie exemplificant, qui tempore testamenti erat capax, tempore autem mortis incapax, ut ad legatum non admittatur, ad idem l. 4. & ibi Bald. C. de legat. Plat. post. Odofr. in l. 1. C. de delat. lib. 10. scrib. quoque in l. si deportati seruo. de leg. 3. l. 1. ff. de reg. Caton. Salic. in l. 1. nu. 4. C. de Sacrof. eccles. Bero. consi. 103. num. 2. & seq. lib. 2. Rimin, qui dicit communem instit. de donat. in princip. num. 531. facitque regula l. omnia, quæ in testamento. ff. de re. iu. & nõ longe a proposita matera est gl. in l. miles ita §. mulier uerbo, cadere. ff. de testam. milita. de qua supra uerbo, maritus, quæst. 3. num. 45. alia etiam sup. diximus, verbo, non pos. sit, quæst. secunda. num. 17. & seq. Facit, quod in simili, notat Capra. cons. 81. Nec dictum Bal. in allegata l. fin. num. 9. C. com. vtri Iud. difficultatem facit, quoniam ideo ibi non fit locus consuetudini, quia qualitas ab ea requisita, sicque habilitas succedendi, deficit, cum mulier nõ decesserit in matrimonio secundum tenorẽ illius consuetudinis, at hic consuetudinis tenor casui nostro optime deseruit, ex eo qđ mulier tempore mortis testantis, quod spectandum est, vxorata, sicque legati incapax, reperta fuit, ut mox diximus unde dictum Bal. nobis seruit. Idem in donatione causa mortis seruandum erit, inqua hanc nostram dispositionẽ adhuc militare, diximus supra uerbo, legare, quæst. 7. Cum & ibi nõ
3 tempus† donationis, sed mortis intuẽdum sit, an quis capere possit l. in mortis causa. vbi scribent. ff. de donat. ca. mort. & Rimin. Vbi sup. nu. 531. ex quo Host. in sua summa, eodem tit. Infert, quod si donatarius mortis tempore excommunicatus†
4 reperiatur, donatio euanescit, licet dictum istius satis tutum non sit, iuxta notata per Abb. & alios recent. in rub. ext. de testam. Felin. c. cum voluntate, in fine de sent. excom. mu. Franc. ead. Rub. de testam. in 6. num. 32. nisi forte in anathematizato, vt apud Franc. vbi supra, & Due. reg 272. in prima limit. secus esset in donatione inter uiuos ubi tamen dispositio in ea procederet, qualis hæc nostra non se habet, vt
5 supra, verbo, legare, quæst. 6. nam tunc bene valeret† donatio ante contractum matrimonium uxori facta. l. si sponsus, in princ. vers. si vero. ff. de donat. inter uirum & uxo. vt no. in specie Plot. inter cons. crimin. cons. 130. num. 49. & inter consi. ultime uoluntatis consi. 168. num. 78. ex quo tunc cessat ratio prohibitionis, & suspitio fraudis, Ale. consi. 142. nu. quinto lib. quinto, unde inter viuos, an ualeat, vel ne actus. tempus contractus inspicitur. §. 1. Instit. de in util. stipul. glo. & scrib. in l. sed interim. §. prim. ff. de donatio. int. uir. ad idẽ tex. in l. si prędia in princ. ff. co. Roman. cons. 509. in 5. dubio, circa finem, Alex. cons. 171. nu. 9. lib. 2. Quin etiam vbi con-
6 tingeret, donationem† factam ante matrimonium non valere, & maritus exinde contracto matrimonio aliud in eius locum supponeret, donat. adhuc valeret. l. si donatę res. §. 1. eod. tit. quam adhoc valde extollit Roma. cons. 146. num. 4. & Lup. cum eo extr. de dona. inter vir. & vzo. §. 56. num. 6. Si tamen maritus ante contractum matrimoniũ aliquid non spe matrimonij a muliere dono accepisset, cui ex inde ꝓtracto mrimonio maritus donaret, vel relinqueret, talis, largitio tunc subsisteret in vim remunerationis, Lup. vbi supra. §. 32. num. 8. vers. ex quo infero, ad quod conferunt inferius an not. verbo, viginti. q. 8. num. 82. & seq. Idem pariter erit, vbi mulier hæres instituatur, quod adhuc per hanc dispositionẽ prohibitũ, extat vt supra verbo, legare, q. 4. cum in instõne
8 †etiam tempore mortis testantis capacitas spectetur, Odofr. & Plat. in d. l. 1. C. de delat. lib. 10. habetur tex. in l. si alienũ. §. 1. ff. de hær. Instit. Vbi Bal. & Imol. tex. illum notant in bãnito, fratre minore, & alio incapace ex forma iuris communis, vel statuti. ad idem tex. in §. in extraneis, ibique scribentes instit. de hære. qual. & diff. Barb. quoque & Imol. in l. filio præterito. col. fi. ff. de iniust. rup. vbi in quæstione vsurarij testantis absque cautione de restituendis vsuris, in sua distinctione sentiunt, quod vbi ab initio per hæredis incapacitatem testamentum† defficit, licet, hæres postea capax efficiatur, non recõualescit, ex eo quod defficit de extremis, per d. l. si alienum. §. 1. ad idem Salic. in l. 1. num. 4. C. de sacrof. eccles. Castr. consi. 41. in princ. lib. 2. Dec. consi. 661. colum. fin. Suarez. alleg. 26. nu. 24. Bero vbi supra. Borgn. qui in notabili quæstione id obseruat tract. de vsufr. mulier. relict. nu. 195. vers. p parte autem affirmatiua, & in pulchro casu cõsuluit Curt. iun. cons. 7. num. 4. & Tiraq. post eum de Contin. poss. defun. in hær. in 1. declar. 2. part. in fine, ac alio in casu scribit Couar. lib. 3. Var. resol. c. 3. circa finem, vers 11. & nos etiam diximus, verbo, non possit. q. 3. num. 21. & seq. Quæ de plano procedunt in legato, donatione causa mortis, & institutio-
10 ne pura, sed difficultas stat in conditionali, † cuius conditio post solutum matrimonium euenit, nam cum in casu isto solum spectetur capacitas, seu habilitas tempore existentis conditionis l. cœtera. §. 1. de le. 1. l. eum qui post. vbi præceteris Cast. ff. de cond. & demon. Crau. cons. 11. num. 9. cons. 16. num. secundo. ac monet Rimin. Instit. de don. in princ. num.
11 532. Alciat. istud in omnibus† successionibus affirmans cõs. 119. num. 3. lib. 9. Alb. cons. 106. colum. 1. & seq. & Bero. d. consi. 103. numero 6. lib. secundo, vtique cum hoc tempore uxor amplius incapax nõ reperiatur, relictũ subsistere uidetur nã mulier mortuo marito desijt esse vxor, Bar. & alij in l. Titia scio. §. vsuras de leg. 2. Bal. l. cũ accutissimi. nu. 8. C. de fideic.
12 quia vt inquit Bal. mulier soluto† matrimonio a lege viri soluta est, inferens ex hoc statutum prohibens vxores rebellium

Source : BIU Cujas

13 lium ſtare in ciuitate non intelligi de †viduis, quæ vxores eſſe deſierunt, Idem uult Bal. in l. fi. C. de iniur. quia, ut ipſe ait ſicut priuilegium vltra mortē non extenditur, ita nec odiū, Soc. conſ. 90. nu. 3. lib. 3. in ſimili Tiraq. de legib. connub. gl.
14 6. num. 19. vbi mortua vxore, uult, maritum † quōdam illius deſinere eius eſſe maritum cum matrimonium morte alterius diſſoluatur, intantum, ut etiam ſi reſurgat, qui mortuus
15 eſt, non recuperet † coniugem, inferendo ad quæſtionem, de qua per eum, ad hoc etiam Cor. conſ. 50. num. 3. lib. 4. & facit tex. iuncta gl. in l. prima. C. und. uir & ux. vbi appellatione
16 †uxoris non uenit illa, quæ nō eſt in matrimonio, ſed uidua reperitur ob ſolutum matrimonium. Ex quo notat ibi Roman. quod licet mulier vidua in priore matrimonio adhuc ſtare præſumatur. l. fi. C. de bon. mater. ac notatur in l. V. §. ex actio. C. de rei uxor. actio. Nihilominus diſpoſitio loquēs de uxore intelligi debet de ea, quæ uere eſt in matrimonio, nō de uidua, quæ fingitur eſſe l. 3. hæc uerba. ff. de neg. ge. ſequitur Alex. conſ. 207 num. 9. lib. 6. ubi num. ſeq. infert. quod in ſtatutis, quibus uerba propr ie accipiuntur, quando fit mention de uxore, non uenit uidua q̄ deſijt eſſe uxor, ſicuti nō cō
18 tem relicti, cuius vxor ſit capax. A venientibus vero † ab inte ſtato an,& quando præſtanda ſint legata, recurrēdum eſt ad materiam l.eam quam.C.de fideicom.& ita intelligo Bal.in d.l.5.q.3.nu.17.C.quan.non per.par.ad quem ſe remittit Ale xan.in Apoſt.ad Bal.in l.1.nu.9.C.de ſec.nup.vt ibi quoq; me minit Garro.nu.119.

SVMMARIVM.

1 *Deriſio iudicis Montis puliciani circa ſupputationem ſolidi legalis.*
2 *Solidus dupliciter accipitur.*
3 *Solidus in iure pro aureo, & e contra aureus pro ſolido accipitur, ſecundum uero communem uſum loquendi pro numo æreo, & minuto, nu.7.*
4 *Numiſma, ſolidus, & aureus, idem ſunt.*
5 *Libra auri ex aureis ſeptuaginta duobus conficitur, ex noſtratibus uero nonaginta ſex.*
6 *Donatio hodie abſque inſinuatione vſque ad octingintos aureos valet, & ſecundum aliquos etiam vltra mille.*
8 *Pataui ſolidus pro aureo accipitur.*
9 *Solidus vſualis ex duodecim denarijs conſtat, & viginti conſtituunt libram.*
10 *Solidus dictus eſt, quia integer, non a ſoliditate, vt aliqui uoluere.*
11 *Semiſis dicitur, quod ex dimidia parte fit.*
Tremiſis ex tertia, nu.eod.
Quadrans ex quarta, eod.

SOLIDOS. Principium.

1 

Tne ſuper ſignificatu huius verbi in deriſionem † illius iudicis Montispuliciani incidamus, qui donationem librarum tercentum reuocauit, in quātum libras xxv. exceſſerat, ſupponens donationem abſque inſinuatione iuxta diſpoſitionem l. ſancimus. C. de dona.ratione habita ad ſolidos vſuales non vltra valere, vt meminit Io.Andr.ad ſpecul.de inſtrum. edit.§.porro, circa finem, appellans iſtum non iuriſtam, licet
2 de brodio iuris, vt ipſe dicit, guſtaſſet, ſciēdum eſt, ꝙ ſolidus † dupliciter accipi poteſt, primo ſecūdum legalem sāctionē, ſecundo iuxta communem loquendi modum, ſeu vſum. Et primo loco, ſi ſecundum legalem ſactionem ſolidū accipia-
3 mus, erit aureus, quia ſolidus † in iure pro aureo, & ecōtra au reus pro ſolido accipitur l.quotieſcunq. vbi gl. C.de ſuſcep. lib.10.gl.in rub. C.de vet.num.pot.li.11. vbi notat, ꝙ numiſ-
4 ma, † ſolidus, & aureus idem ſunt tex. quoq; clarus habetur in §.& iudicare auth.de deff.ciuit. vbi quos aureos prius dixe rat, mox ſolidos appellat, ad idem tex.in l.fi.& ibi Iaſ.ff.de in ius voc.l.2.C.de ſport.d.l.ſancimus. C.de donat.c.1.c.nonnul li de iudic.c.placuit.12.q.3.Anto.de Can.tract, de inſinuat.2. par.q.31.Crau. conſ.314.in fi.& de ſolidis viginti mētionem facit tex.in l.cum ex falſis. ff.de manu.teſtam. inductus ſecū dum Abb.in d.c.nonulli. in fine, cuius meminit Ant. de Cā. vbi ſupra, ſimilis tex.in l.ultima, in prin.C.commu.de leg.l.1. §.ne autem.C.de comm, ſer.manu.c.fi.de maled.& c.ſi quos
5 12.q.2.quorum ſeptuaginta † duo conſtituunt libram auri gl. in §.nos aūt, inſtit.de Attil.tut.§.fi.de pœn.tem. litig.& d. l. quotieſcunq;, ac doct.in omnibus fere memoratis locis, un-de Caſtr.in d.l.ult.in princip. C.comm.de leg.infert.ꝙ cum
6 donatio † vltra quingentos aureos abſque inſinuatione non ualeat, poterit hodie in noſtratibus, quorum nonaginta ſex conficiunt libram, ualere uſque ad octingentos, ſequuntur Fel.in c.conquerente, de off.ord.Soc.conſ.48.nu.8.li.1. Iaſ.d. l.fi.ff.de in ius uoc.l.2.§.ex his, nu.16. ff.de uerb.oblig. ubi aſ-ſerit, ſic obtinuiſſe in facto. Cor.conſ.54.col.2.li.4. Dec.con-ſil.432.nu.15.Bello.conſ.4.nu.14.& D.Clar.§.donatio, quæ-ſtio.14.uerſ.ſciendum eſt etiam, ubi ſecundum Duen. refert, hodie valere etiam vltra mille aureos. Si vero ſolidum iux-
7 ta conſuetudinem † & communem loquendi vſum accipia-mus, æreus, & minutus numus erit, cuius meminit Io. Andr. ad ſpec.loco præall. & Can.ubi ſupra, ſecundum quem ſen-ſum acceperat ille bonus iudex Montispulciani, & de hoc æreo mentionem faciunt Bar. & Ang. in d. l. quotieſcunq;, Bar.quoque d.rub.C. de uet.num.pot.dum poſteaquam una cum gl.dixit, numiſma, ſolidum, & aureū idem eſſe, ſubdit, at hodie aliter ſeruaī, & ita paſſim in Italia ſeruari, uidemus, ut idem eſſe in Gallia, aſſerit Boer.deciſ.327.col.2.prēterquā
8 Pataui, † ubi ſolidi etiam pro aureis ex more ibi loquentiū intelliguntur, teſte Cagn.in l.1.num.103.ff.de off.eius. Quive
9 ſolidus † ex duodecim denariis minutis conſtat, ut refert Ioā. And.ubi ſupra, Curt.tract.mon.nu.6. & viginti conſtituunt libram, Brun.de augum.mon.2 propoſ.nu.12.& 18. vt in ore eſt omnium, ac patet Lippis, & tonſoribus. Et dictus eſt ſoli-
10 dus, eo, quia integer eſt, ac nihil ſibi deeſt, cum ſolidum dica tur integrum.l.ergo.§.illud videndum. ff.de fideicom.liber. l.ſi quis ſolidum.ff.de hær.inſtit.l.ſi is qui.ff.de vulg.l.cogi.§. hi qui ſolidum.ff.ad Treb.& l.ſolidum. ff.de ſolut.unde ſi nō
11 eſt integer, ſed ex dimidia parte, dicīt † ſemiſſis, ex tertia tre-miſſis, ex quarta aūt quadrans, idem eſt de ſolido aureo, ut notat Couar.de uer.collat.numis. c.3.prope finem principij, vbi aſſeuerat, falſo ex hoc exiſtimare gl.in l.1. C.de vet.num. pot.uolētem, ſolidum a ſoliditate dictum, eo quia de ſolido & puro auro fiat.cum, vt inquit Couar. aurei ueteres, & ſoli di frequentiſſime percuſſi apparent ex auro mixto, & non puro, & hodie ex communi vſu ſolidus ex puro argento, & etiam ex ære, vt nos habemus, conſtet, licet cum glo. illa ſen tiat quoque Alb.in d. l.fi.ff.de in ius voc. & Boer. alleg.deci-ſio.317.num.primo.

SVMMARIVM.

1 *Solidus hic quomodo accipiatur, concluſio.nu.6.*
2 *Lex municipalis interpretationem a iure communi recipit, immo a commu ni vſu loquendi, num.11.*
3 *Conſuetudo a iure communi interpretationem ſumit.*
4 *Verba prolata a uulgaribus ſecundum communem loquendi uſum, a iuris pe ritis vero ſecundum iuri ſperitorum loquendi modum accipi debent.*
5 *Statuta mutuant uerba a iure cōmni, cum ſuo uero, & proprio intellectu.*
7 *Solidi mentio in l.municipali intelligitur de æreo paruæ monetæ iuxta com-munem loquendi uſum nu.12.*
8 *Appellatio ſolidorum aureorum, ducatorum, vel aureorum intelligitur, & regulatur ſecundum modernum cuiuſque regionis uſum.*
9 *Stat.ſequens de moneta intelligitur de uſuali, & expendibili in loco.*
10 *Conſuetudo facilius iuxta conſuetum loquendi modum, quam ſecundum aliā iuris ſcripti diſpoſitionem intelligitur.*
11 *Verba legis municipalis a communi loquendi uſu interpretationem ca-piunt.nu.2.*
13 *Blaſphemans Deum quomodo puniatur ſecundum Cano.*
14 *Solidorum duplex vel triplex ſpecies in agro Alexandrino expenditur.*
15 *Solidus Sabaudiæ frequentior, et vſitatior in prouincia Alexandriæ, & ille in diſpoſitione uenit.*
16 *Libra quo ad noſtram prohibitionem eodem iure cenſetur, quo ſolidus.*
17 *Libra tum ad pondus, tum ad numerum accipitur.nu.ſeq.*
18 *Libra numeralis, ſeu numaria ſolidis viginti æreis conſiſtit, licet modo ma-ior, modo minor ſecundum regionis conſuetudinem exiſtat.*

Quæſt. PRIMA.

1 

Deo iuxta quam iſtarum expoſi-tionum, quod nobis lo coprimæ quæſtionis ſuccedit, noſtra hæc † diſpoſitio accipi debeat, non parum re-fert, & quidem prima fronte, vt ſecundū legalem ſanctionem accipi debeat, nobis
2 ſuadet, ꝙ diſpoſitio † municipalis, vt certiſ-ſimi iuris eſt, a iure cōi interpretationem recipit l.2.C.de no xa.gl.& ſcrib.in l.fi.§.in computatione, C.de iur.delib.Bar.l. omnes populi.6.q.princ. & reliqui cum eo. ff. de iuſti. & iur. & in propoſita materia notat Cuma.conſ.30.col.1. Quod in
3 conſuetudine † quoque (vt res noſtra agitur, procedit c.ex li-teris.de conſtit.c.dilectus, de conſuet.Salic.d.l.2.nu.2. & ſeq. Ale.conſ.119.col.2.lib.6. Et magis prope, ꝙ lex municipalis loquens de ſolidis, intelligatur de legalibus aperte ſentit A-le. ad Bar.in d.l.quotieſcumque.C.de ſuſcept. lib.10. quate-nus vult, legem, vel ſtatutum mentionem faciens de ſolidis intelligi debere de his, de quibus habetur mentio in l.fi.ff.de in ius voc.ubi ſolidus pro aureo accipitur, ut ibi per doct.& ſupra etiam ab initio diximus. Quod iterum comprobatur, quoniam, vt diximus, ſolidus in iure accipitur pro aureo, igi tur crededendum eſt, cum ad edenda ſtatuta, conſuetudinē ue in ſcriptis redigendam, non niſi periti eligantur, ꝙ potius more iuriſperitorum ſtatuētes, ſeu collectores loquuti ſint, quam aliter, vt ſimilem facit meditationem Rip.in rubr. ff.
4 ſol.mat.num.69.nam ſicuti verba † ab idiotis, & vulgaribus prolata ſecundum cōem uſum loquendi accipi deoēt, ita q̄ a ſtatuentib.& iurisperitis proferuntur, ſecundum iurisperi-torū loquendi modum accipiuntur, Bal.c.1.in prin.col.pen.
5 de ſucceſ.feud.quoniam ſtatuta, † vt ipſe ait, mutuant uerba

Source : BIU Cujas

a iure communi cum ſuo vero, & proprio intellectu, ad qđ Ale.conſ.2.num.17.lib.2.conſ.5.nu.11.lib.3. & a contrario ſenſu ſentit Alciat.in l.pecuniæ.nomine.nu.4.ff.de uerb.ſig. in quantū uult, ꝙ ubi in ſermone hominis illiterati, & idiote facta eſt pecunię mētio, intelligere debemus de pecunia, numerata, quam vulgareś denarios uocant. At diuerſa ſen-
6 tentia† ut, ſecundum conſuetudinem communemq; uſum noſtra hæc municipalis diſpoſitio intelligatur, & ſic de ęreo ſolido paruæ monetæ, verior eſt, & magis amplectenda, ex manifeſta concluſione, ꝙ licet in iure communi, vbi de ſolido fit mentio intelligatur de aureo, quorū ſeptuagintaduo librā cōficiunt, vt ſupra in principio dictum fuit nu.5. Nihi-
7 lominus in diſpoſitione municipali mētio† ſolidi intelligiť de ereo paruę monetæ iuxta cōem loquendi vſum, ita Caſt. in alleg. l.fin.in prin.C.com.de leg.Felin.c. conquerēte, pro pe finem. de off.ordin.vbi & Ann.inquit quod quādo in ſtatuto, uel ab homine fit mentio de ſolido, intelligitur de paruo ſolido, videlicet, monetæ minutæ, idem ſentit Bar d.l. quotieſcunq;. C.de ſuſcep.dum poſteaquam ex tex.collegit appellationem ſolidi, ēt ꝙ non dicatur de aureo, intelligi de ſolido aureo, ſubdit, id uerum eſſe cum a iure profertur, at ſecundum conſuetudinem in partibus ſuis intelligiť de ſoli do minuto, cum quo tranſit ibi Ang.& indiſtincte in partib. Italiæ dixit Boer.deciſ.327.col.fi.idem aſſeuerans, eſſe in Frā cia, ꝙ itidem ſentire voluit Bart.in rub. C.de uet. num. pot. lib.11.dum poſt gl. aſſerentem, numiſma, ſolidū, & aureū, idem eſſe, addit, at hodie aliter ſeruatur. ad idē Brun.de aug. mon. in 2.propoſit.nu.18.ſicuti, vt paulo infra ait, appellatio
8 †ſolidorum aureorū, aut ducatorū, vel aureorū intelligiť, & rťať ſecūdum modernum cuiuſcunq; regionis uſum. idem
9 quoq; videmus in ſtatuto† loquente de moneta, quod intelligiť de uſuali, & expendibili in loco, Alex.conſ. 104.li.1. Qđ eo facilius in re conſuetudinaria, qua nos uerſamur, locum
10 habet, quo conſuetudo† iuxta communem, & conſuetum loquendi modum, potius quam ſecundum aliam iuris ſcriti diſpoſitionem intelligi debet, ex uulgata regula, in haben tib.Symbolum facilior datur tranſitus. Cra.conſ.118.nu.4.cū aliis ſuperius adductis, uerbo maritus. quæſt.1. nu.38. & ſeq. & in re conſuetudinaria no.Chaſſ.in conſuet.Burg.1. rub.7. §.uerbo.lxv.Solz.tournois. & ita in agro noſtro Alexādrino ac circumquaq. ubi fit mentio de ſolido, intelligiť de æreo, ut omnes ſciunt, & uident. Non obſtat, legem municipalem a iure communi interpretationem recipere, eiuſq; uerba, tā quam a peritis prolata more iuriſperitorum intelligi debere, in primis enim negari poteſt aſſumptum, quod talia verba non a peritis, ſed ab idiotis prolata fuerint, ut plurimū fit, Roma.conſ.32.nu.4. Secundo reſp.qđ immo quęlibet muni
11 cipalis† diſpoſitio, & eius uerba a communi uſu loquendi interpretationem recipiunt. l. librorum. §. quod tamen Caſſius de le. 3.l.Labeo.ff.de ſup.leg.Dec.conſ.472.nu.13.conſ. 540. num. 8. cum aliis late congeſtis per Tiraq. de Retract. §.2.gl.1.nu.5. & ſeq.Roman.quoq; conſ.4.nu.5.conſ.23.& d. conſ.32.num.4. improbato per eum dicto Bar. aſſerentis verba prolata a ſtatuentibus, & iuriſperitis intelligi ſm modum loquendi iuriſperitorum, cū illa ſecundum cōem loquendi uſum vulgi interpretanda ſint, ut aſſeuerat adeſſe gloſas, qui
12 bus inhærendum eſt. & ita eadem ratione ductus, ꝙ lex† municipalis iuxta communem loquendi uſum de paruo ſolido intelligatur, uoluit Caſtr.d.l.fi.in prin.C.comm. de leg.eodē, quoq; argumento in propoſita materia vtitur Socin. conſ. 6. nu.4.lib.1.ac voluit Bar.in l. vxorem.§.legauerat, de leg.3. & bonus eſt tex. in c.2.iuncta glo.de maled. ubi Blaſphemans
13 †Deum. ſi diues ſolidorū. 40. alioquin.30. ſiue. 20. ſi uero ad id nō ſufficiat, quiq; ſolidorum uſualis monetæ pœna a iudice ſeculari mulctatur, & ſubdit glo.verbo, uſualis monetæ, idem eſſet, ſi hoc adiectum non fuiſſet, ut de moneta, quæ in uſu habetur, ſoluatur iuxta conſuetudinem loci, ſi ſic tex. cum gl.habetur in c.olim.de iniur. per tex.iuris Cęſarei in l. ſi ſeruus pluriū. §.fi.de leg.1.l.nummis de le.3. Alba.in ſimili
14 conſ.6.nu.2. & 2. Quinimo licet duplex† in agro noſtro Alexandrino ſolidorū ſpecis expendatur, videlicet Mediolani, & Sabaudiæ, & qñq; Genuæ. Nihilominus cū ſolidus Sabau die frequentior, & vſitatior ſit, ac minoris quoq; æſtimatio-
15 nis, diſpoſitio magis de eo, quam de aliis intelligi debet, d.l. nummis, Abb.d.c.2.in fine de maled. Salic.l. quicunq;.num. 5.in fi. C.de ſer.fug. Ale.conſ.104.nu.3.verſ.nec obſtat. lib.1. Brun. de aug mone.2.propoſit.nu.16. & ſeq. & conſ.91.colū. fi. Socin.conſ.24.num.4.lib.2.& Soc iun. conſ.42.num. 5. & ſeq.lib.2. per tex. in d. l.ſi ſeruus plurium. §.fin.ibi, deinde, regionis, in qua verſatus eſt, de legat.prim. Quod autem di
16 ximus de ſolidis, † pro ut noſtra hæc diſpoſitio loquitur, idē dicendum arbitror de libra, quemadmodum tales prohibitiones pluribus locis conceptæ teperiuntur ut etſi in iure
17 Cæſareo, & Pontificio libra † ad pondus auri, & argenti, referatur, quod ex xij.vncijs conſtat, vt l.properandum §.ſin autem utraque C.de iud.l.unic.C.de ratio.op.pub.l.quotieſ cumque C.de ſuſcept.lib.10.l.unic.C.de arg.pret.eod.li. l.2. C.de epiſ.aud.l.ab executione C.quorum appell.non recip. l.ciuitas C.de off.rect.prouinc. & c.qſquis 17.q.4.Nihilominus cum ſecundum communem loquendi uſum uox librę
18 †reſpectu monetæ ad numeralem, ſeu nummariam referatur, quæ ſolidos uiginti ęreos, & minutos ualet, ut paſſim videmus, ac no.Brun. de aug.mon.in princ.in 2. ꝓpoſit.nu.14. & 18.& Couar.de uet.num.collat.c.4.col.1.& 2.Hę, inquam prohibitiones de libris ſolidorum uiginti minutorum intelligant, iuxta ſuperius deducta, & Bar.in l. Paulus.in princ.ff. de ſolut. Vnde in hoc cōſuetudo regionis eſt attendenda, ſecundū quā libra numeralis mō maior, modo minor exiſtit, Curt.tract.de monet.q.12.& Brun.ubi ſupra, ſicuti libra ad pōdus reperitur, ut per Plat.in l.2.C.de metallar.lib.11.

SVMMARIVM.

1 *Solidi valor quo tempore ſpectandus ſit, nu.ſeq.*
2 *Pecunia pro tempore currens, vbi ex legis diſpoſitione agitur, ſpectanda eſt.*
3 *Lex intelligitur de moneta, quæ pro tempore currit.*
4 *Lex dat formam futuris, ſecundum futura, non ſecundum præterita.*
5 *Lex debet eſſe clara, & exequibilis.*
6 *Pecunia mutata, cenſetur quoque mutata conſtitutio.*
7 *Conſtitutio de pecunia loquens intelligitur de ea, quæ in generali populorum conſuetudine viget.*
8 *Pecuniæ valor in dependentibus ab vltima voluntate quo tempore attendi debeat.*

Quæſt. II.

1 **Sed difficultas** conſiſtit, quod nam† tempus circa valorē ſolidi inſpici debeat, tempus ſcilicet, cōditi ſtatuti, ꝙ ſuetudinisue inductæ, an vero præſens tempus, & ſic communis uſus hodiernus. Nam ſi tempus inductæ conſuetudinis inſpicere intendimus, vt voluiſſe vī glo.in c.conquerente, verbo, duos ſolidos de off. ord.Iaſ.l.cum quid, col.fi.nu.29.ff.ſi cert.pet.Abb.conſil.56. lib.2.Soc.Iun.conſ.101.nu.10.lib.3.& ante iſtos Bald. conſil. pen.& ſeq.lib.1.non in modica difficultate pro tam exigua re poſita reperietur vxor, in probando ualorem, & æſtimationem, quæ tempore inductæ conſuetudinis ſecundum cō munem vſum vigeret.cum, vbicumque quis probare habet communem vſum tempore emanatæ diſpoſitionis, ſibi non ſufficiat, probare communem uſum a decem annis citra, vt docuiſſe vī Bar.in l.Labeo. ff.de ſup.le.ſed probare habeat cōem uſum eiuſdemmet temporis emanatæ diſpoſitionis, ſecundum Ferrat. caut.52. cum aliis ſuperius adductis, uerbo, maritus, q.1 nu.42. cum non modica alia difficultate, ut ibi diximus. Verum oīs difficultas in terminis noſtris ceſſat, quibus præſens tempus, & hodiernus uſus, non autē initium inductæ conſuætudinis ſpectandum eſt, quoniam ubi-
2 cumque ex legis diſpoſitione agitur, inſpici debet † pecunia pro tempore currens, & quando legi contrauenitur, non autem qñ ipſa lex edita, uel inducta conſuetudo fuit, Spec. tit. de ſolut.§.nunc aliqua ver.fin.cum quo tranſit Bal.præter q̄ cum lex ſolemnitatem reſpicit, extra quod caſus noſter verſatur, in l.illud.in fi.C.de ſacroſ.eccle.Cana. cum eo tract.in ſinuat.2.par.in fi.Clarius idem Bal.in l.fi.in princ. C.com.de
3 lega.vbi explicite uult.in lege† intelligi de moneta, quæ pro
4 tempore currit, ex eo ꝙ lex dat formam † futuris, ſecundum
5 futura, non ſecundum præterita, necnō quia lex eſſe dēt exequibilis, & clara, ꝙ non eſſet, ſi de veteri æſtimatione probari oporteret, & ideo lex ad tēpus negotij trahitur, non econtra, in idem quoque, ubi de cauſa lucratiua, ut hic, agitur, cō ſulendo Bal.aſſentitur conſ.pen.prope fi.lib.1. & plenius Roma.conſ.123.col. 1.& 2.ea ratione ductus, ut ipſe ait, quoniā conſtitutio continue loquitur, unde mutatione pecuniæ cō tingente, de illa & ipſa conſtitutio loqui intelligitur, & qua
6 mutata† pecunia, intelligitur ad nouam quoque mutationē conſtitutio mutata.l.pe.C.qui admit. eiuſdem ſententiæ reperitur Ale.104.nu.3.uer.& ideo dicit lib.1.Cor.conſ.287. ꝓpe fi.li.1.conſ.321.in fine.lib.3.Curt.poſt Martin.Laud.tract. de monet.q.5. late Brun. eod.tract.12.concluſ. vbi atteſtatur de communi, & Anton. Gab.lib.3.titul. de ſolut. concluſ.5. a quibus etiam non diſſentit Alciat.in l.hæc enuntiatio. numero 3.ff.de uerborum ſign. quatenus aſſeuerat, donationē non inſinuatam ultra aureos quingentos noſtrates, vt olim, non corruere ex l.ſancimus. C.de donat.quicquid aliter uſum fuerit Iaſ.vt s̄.etiam a nobis ab initio relatum eſt, cū aurei, ut ipſe ait, qbus hodie vtimur, ex generali omniū populorū conſuetudine ſint veterib. illis ſubrogati, adeo ꝙ quæ de ſolidis in iure ciuili cauta ſunt, ad hoſce noſtros q̄uis leuioris ponderis, referenda ſunt. Vnde non obſcure Alc.velle
7 deprehenditur, cōſtitutionem† de pecunia loquentē intelligi de ea, quæ in generali populorū cōſuetudinę uiget, & nō

quæ

Source : BIU Cujas

quæ tempore legis conditæ extabat, non ſecus ac ſi conſtitutio ipſa hodie ꝓmulgata fuiſſet. Accedit hic agi ad illud, ꝙ
8 †ex ultima uoluntate debet, vbi aliud, q̃ cõditi teſtamenti tẽpus, non ſpectatur, Iaſ. l. cum quid. 1. lect. nu. 28. ff. ſi cert. peta. Brun. ubi ſupra concluſ. 9. Soc. iun. conſ. 142. col. 2. lib. 2. An. Gabr. lib. 3. tit. de ſol. concluſ. 4. & non minus vere, q̃ docte Arie. Pinel. in 1. par. rub. C. de reſcind. vẽdit. c. 3. nu. 21. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio hæc licet de pecunia numerata loquatur, ad omnes tamen res trahitur, nu. 3. 12. & 16.*
2 *Pecuniarum deſiderio ad illicita quis facile impellitur.*
4 *Mariti frequentius pecuniam vxoribus relinquunt, quam alias res.*
5 *Computatio facilior fit in pecunia, quam alijs in rebus.*
6 *Sequeſtratio ne dum in pecunia, ſed etiam in cæteris rebus prohibita.*
7 *Diſpoſitio hęc cur magis ſub nomine pecuniæ, quam ſub qualibet alia ſpecie concepta fuerit.*
8 *Pecunia omnia æſtimantur, non econtra.*
9 *Res omnes in pecuniam conuerti poſſunt.*
10 *Pecuniam habens, dicitur rem omnem habere.*
11 *Solidi loquutio non ita grauis eſt, qualis pecuniæ.*
12 *Numus ex ſuo proprio ſignificatu de numerata pecunia intelligitur.*
13 *Pecuniæ nomine in ſtatutis quid contineatur.*
14 *Saxonica lex prohibens, ægrotum vltra ſolidos tres non poſſe diſponere, ad omne in hæreditate contentum trahitur.*
15 *Numus, & pecunia pro ſynonimis accipiuntur.*

Quæſt. III.

1 Et licet noſtra hæc diſpoſitio †potius de ſolidis, ſicq; de pecunia numerata, quã aliis de reb. quæ longe plures exiſtunt, loquuta ſit, vt dixerit quis, illã potius voluiſſe auferre muleri facultatem ab eius, uiro capiendi pecuniam, quã quaſcunq; alias res, quaſi mu-
2 lier ex pecuniarum deſiderio †facilius ad ſeducendum virũ, vt ſibi relinquatur, ſicq; ad illicita vt ſupra pręſ. 5. impelli poſſit, iuxta illud Virg.

Quid non mortalia pectora cogis.
Auri ſacra fames?

Et apud Propertium.

Autum omnes victa iam pietate colunt.

Ad quod alludit tex. in l. ſi quæcumq;. C. de epiſ. & Cle. & in ſimili obſeruat Cuma. conſ. 97. alias 98. col. 1. in fin. Nihilo-
3 minus non per hoc fit, quin †ad omnes res, & corpora quæ in pecunia numerata non conſiſtunt, diſpoſitio trahatur,
4 quæue de pecunia numerata ideo meminit, quia mariti †frequentius, & vſitatius, quam aliis in rebus eorum vxorib. rerelinquebant, & propterea dicendum non eſt, quod earum quoq; rerum, quæ extra pecuniam cõſiſtunt, eadẽ nõ ſit diſpoſitio, cum ſit omnium ratio ſimilis, ut ſupra diximus, verbo legare, quæſt. 4. nu. 22. & ſeq. cũq; ẽt in fauorabilib. ſimus ut ſupra in 7. prefat. quorum utrunq; admittit Alcia. in l. pecuniæ uerbum in prin. nu. 2. & 3. ff. de uer. ſig. pro ut non lõge a propoſito de l. 2. ff. de duob. reis, conſiderat ibi Roncheg. nu. 4. quæ lex, & ſi in pecunia loquatur non tñ excluditur, quin aliis in ſpeciebus rerum conſtitutio fiat. cum ibi de pecunia ideo habeatur mentio, ex quo illud erat, frequentius, & uſitatius apud iuriſcon. & ea eſt rationis ratio, licet ipſe nõ
5 dicat, quia facilior fit †in pecunia computatio, quam in agris & aliis in rebus, quib. eſt difficilior cõputatio, & obſcura portio. l. fi. ff. de adim. leg. vt ex eo tex. no. Bal. conſ. 383. qñ ſuper facto. nu. 5. verſ. tertio requiritur lib. 3. Simile habetur de ꝓ-
6 hibita, †ſequeſtratione pecuniæ. C. cuius diſpoſitio & ſi loquatur in pecunia, in cæteris quoq; reb. quæ in pecunia non conſiſtũt, locum habet, ut ibi per ſcrib. idẽ habetur in diſpoſitione conſtitutæ pecuniæ, quæ ad omnes res trahitur, & ſi ſub nomine pecuniæ ſit concepta, vt rub. C. de non num. pe. iuncta. l. 2. ad idẽ tex. in l. Sancimus in princ. iuncto. §. alias, uero, & ibi ẽt gl. verbo. non in auro, quam ualde cõmendat Sal. nu. 6. C. de donat. Et nõ inconuenit, ꝙ hæc noſtra diſpoſi
7 tio †magis ſub nomine pecunię, ut omnes res quarumcunq; ſpecierum comprehẽderet quam ſub qualibet alia quauis ſpecie concepta fuerit, quæ non ita facile extra rem com-
8 prehenſam extenderetur. Nam omnia pecunia †æſtimantur, non e contra. l. ſi ita fideiuſſorem, ibique ſcrib. ff. de fideiuſ. per quem tex. dicit Bal. conſ. 53. col. 2. lib. 1. quod pecunia loco cuiuslibet rei ſuccedit, quia ad hoc artificialiter inuenta eſt, ſecus in cæteris rebus. Vnde alibi Bal. ſimilem quæſtionem decidendo in l. generaliter. nu. 14. C. de epi. & cle. ait ꝙ quantitas æſtimationis ſemper ineſt rei, ad idem Bal. in l. Sãcimus in prin. ante nu. 9. C. de donat. Tex. quoq; habetur in l. 1. ff. de contrah. emp. vbi pecunia dicitur eſſe perpetua æſtimatio hoc eſt, gñalis oĩum rerum, ſm gl. Hinc tex. in d. l.
9 2. C. de cõſtit. pecun. ait, oẽs res †in pecuniam conuerti, poſ-
10 ſe, ex quo no. ibi Bal. nu. 4. ꝙ habens †pecuniam, cenſeẽ hẽre oẽm rem, quã uult, & ſic oẽs res nomine pecunię continẽt d. l. 2. l. pecuniæ. 2. & 3. ff. de uer. ſig. c. totum. 1. q. 3. & illud eccleſ. c. 10. Pecunię obediunt omnia, de qua re etſi multa, ac faceta tradat Marſ. in l. 1. §. præterea. nu. 44. ff. de queſt. & Neuiz. Silu. nupt. lib. 4. nu. 111. cum aliquot ſequen. illud tamen ſilentio nõ inuoluam, quod his verſib. Petr. Arbitr. cecinit.

Quiſquis habet nummos, ſecura nauiget Aura,
Fortunamque ſuo temperet arbitrio.
Vxorem ducat Danaen, ipſumque licebit.
Acriſium iubeat cedere, quod Danaen.
Carmina componat, declamet, concrepet, omnes
Et peragat cauſas, ſitque Catone prior.
Iuriſconſultus paret, non paret, habeto,
Atque eſto quicquid Seruius, & Labeo.
Multa loquor, quoduis nummis præſentibus opta,
Et veniet, clauſum poſſidet arca Iouem.

Quorum ex noſtris meminit Cotta in memorab. verbo, pecuniæ, & Tiraq. quoque licet non ita ad vnguem, in l. ſi vnq̃, verbo, facultatem. C. de reuoc. dona. qui & illud non minus reticendum Horat. li. 2. Sat. 3. refert.

Omnis enim res.
Virtus fama, decus, diuina, humanaque pulchris
Dinitijs parent, quas qui conſtruxerit, ille
Clarus erit, fortis, iuſtus, ſapiens, etiam & Rex,
Et quicquid uolet.

Et quamuis, ne & hoc quoq; pro maiori intelligentia omit-
11 tatur hæc loquutio †ſolidi non ita grauis forte comperiatur, qualis pecuniæ, quæ omnem rem, vt ſupra retulimus, ample ctitur, ꝙ ſecus in ſolido vĩ, qui tam ex ſui ꝓprietate, q̃ ex cõi vſu loquendi, tantum in numerato, ſeu in moneta conſiſtit,
12 veluti eſt †nummis, ut Iaſ. in l. talis ſcriptura. nu. 23. & ſeq. de leg. 1. in l. certi condictio. §. ſi nummos. nu. 3. ff. ſi cer. pet. Alciat. l. pecuniæ nomine. ff. de uer. ſig. Non ex inde fit, quin oẽs res quarũcunq; ſpecierum hac noſtra diſpoſitione ex identitate rationis cõprehendantur. Cũ alioquin de facili eluſoria reddi diſpoſitio poſſet, de facilique ei fraus fieret, qđ iura valde aborrent. c. ſi ciuitas de ſent. excomm. in 6. cap. quamquam devſur. eod. li. Sicuti, ne longa exempla petamus, dicitur de pecunia, quæ etſi tam de proprio, & ſtricto vocabulo, quam de communi vſu loquendi in numerato tantum accipiatur, vt per Bar. in d. l. talis ſcriptura, in prin. cum quo cæte-
13 ri communiter tranſeunt, teſte ibi Ale. vt prolata †per ſtatutum in pecunia tantum numerata verificẽtur, Bal. l. 2. §. creditum, col. fi. ff. ſi cer. pet. & Curt. tract. de ſequeſtr. pecu. col. 1. Nihilominus vbi ratio ita militat in alijs ſpeciebus, ſicuti in pecunia numerata, & alias de facili diſpoſitio reddi poſſet eluſoria, ac fraus fieret legi, pecuniæ appellatio in ſuo generaliſſimo ſignificatu accipitur, & quo ad omnia refertur l. 1. in fine, cum l. ſequen. ff. de calum. Iaſ. d. l. talis ſcriptura. num. 29. & ſeq. ſequuntur omnes Moder. in d. §. creditum, in not. idq; præcipue cum de re fauorabili agitur, vt mox diximus, ac notat Caſtr. in l. ſed Iulianus. §. ſed etſi, nu. 4. ff. ad Macedo Bar. & alij in d. l. talis ſcriptura. Vt ſimilem quoque meditationem facit Tiraq. de retract. munic. §. 1. gl. 14. nu. 44. uerſic.
14 alias autem. Et ita in ſimili diſpoſitione legis †Saxoniæ prohibentis, ægrotum vltra ſolidos tres nõ poſſe diſponere, vt ſub huiuſmodi loquutione, quicquid in hęreditate eſt, continea tur, ex allegata. l. pecuniæ. 2. & 3. ff. de uer. ſig. not. Petr. Roiz. in deciſ. Litua. 1. nu. 145. Idq; etiam fortius ſtringeret, vbicũ-
15 q; nummus, † & pecunia vt Roiiz. admittere videtur pro ſynonimis acciperẽtur, quod & voluit Iaſ. in l. nummis. nu. 10. ff. de in lit. iur. in l. ſcire debemus, nu. 11. ff. de ver. obl. & Cur. d. tract. de ſe quæſt. in prin. nu. 3. & ſequen. pro quo mihi non obſcurus videtur tex. in l. propemodum. ff. de verb. ſig. ibi, ſic dicimus centum aureos eum habere qui tantum in prædiis cæterisque rebus ſimilibus habet, iuncto verſi. præcedenti, vbi de pecunia fit mentio. ſimilis text. in l. ſi ita legatum, de le. 1. vbi quod prius pecuniam appellauerat, poſtea nummos vocat, ut ibi obſeruat Rip. 6. no. & ita ꝙ hæc noſtra prohibi-
16 tio, tam in pecunia numerata quam in aliis quibuſcunq; rebus procedat, vidi ſemper in concuſſe ſeruari, & ut cum iuriſconſ. in l. 1. ff. de ſenat. dicam, nec vſq; contrarium relatũ eſt, nec unquam receptum. licet aliquando viderim per nõ nullos modicæ doctrinæ aliud in medium deduci, & mihi, contigerit de iure reſpondere, & dubio eleuato reſolitionẽ dare. in cęteris autem ferme regionibus res citra controuerſiam exiſtit, cum earum diſpoſitiones vt plurimũ de tertia, aut quarta bonorum parte, ſeu de ſolo vſufructu loquantur in quibus huiuſmodi diſceptatio non cadit.

SVMMARIVM.

1 *Veſtes, annuli, & alia iocalia uxori relinqui non poſſunt, niſi alias a uiro donata uxori, vel aliunde obuenta eſſent.*
2 *Veſtes lugubres per uirum vxori relinquuntur, hac prohibitione nõ attẽta.*

Source : BIU Cujas

Qvæst. IIII.

1 **Inde fit, quod** nec veſtes, † annuli, & quæcunque alia localia vxori legari poſſunt, etſi frequentius relinqui ſoleāt, cum & hæc prætęr modum permiſſum exiſtant, ut pungit verbū Alba. cōſ. 41. nu. 3. modo intelligas de his, quæ uiri, propria ſunt, non ipſiuſmet vxoris, ut pote ab ipſo uiro donata, uel aliunde ſibi obuenta, iuxta notata per Alc. conſ. 42. li. 5. de quo. ſ. uerbo. legare. q. 6. nu. 55. cū tunc nihil de ſuo relinquat maritus. l. unū ex familia. §. 1. l. Meuius. §. debitor, & l. debitor, de leg. 2. l. legatum. §. ꝯ ff. de libe. leg. cum mille ſimilib. & latius. ſ. dicemus,
2 uerbo, uiginti, q 8. in prin. & nu. 38. Vel niſi ſint veſtes † lugubres, quæ uxori viduæ ſm patriæ conſuetudinem præſtari ſolent, cum etiam, ubi maritus illas non relinqueret, ab eius hærede deberētur, Ang. l. decreto. C. ex quib. cau. infa. irrog. & infra dicemus hoc eodem uerbo. q. 6. nu. 114. & ſeq. nā tunc potius ex legis, ſeu conſuetudinis prouidentia. q̄ uiri diſpoſitionē talis præſtatio prouenit. unde nimirum, ſi illa debeātur hac noſtra prohibitione non attenta, per ea, quæ infra. dicemus uerbo, uiginti, quæſt. 8. nu. 40. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus tam rei ſingularis, quam vniuerſalis uxori relinqui poteſt.*
2 *Lex parum de vſufructu quandoque curat.*
3 *Vſus fructus pars dominij eſt, pærſque hæreditatis, & de illius ſubſtantia dicitur.*
4 *Prælatus ſicuti dominus rerum Eccleſie non eſt, ita nec vſusfructus earum.*
5 *vſusfructus, cum vxori non debetur, num hæredi, vel legatario proprietas ſpectet.*
6 *Verba legis vbi conueniunt, & eius diſpoſitio couenire debet, etiam legis ratione ceſſante.*
7 *Mulier non valens ex forma ſtatuti vltra quartam bonorum extraneo relinquere, de fructibus quoq; vltra quartam diſponere non poteſt.*
8 *Lex hac edictali, C. de ſecund. nup. tam in vſufru. quam in proprietate procedit.*
9 *Vaſallus ita de uſufructu rei feudalis ſine conſenſu domini diſponere non poteſt, ſicuti nec de proprietate.*
10 *Alienare prohibitus, cenſetur quoque prohibitus in re uſumfructum conſtituere.*
11 *Vſumfructum in vita habere, plus quandoque eſt, quam ſubſtantiam nude proprietatis.*
12 *Vſufructu omnium bonorum ultra ſex, vel ſeptem annos vxor non gaudet, vbi ultra quartam bonorum ſibi relinqui non poteſt.*

Quſtæ. V.

1 **Hinc quoque** depræhenditur, non valere legatum vſusfructus † tam rei ſingularis, quam vniuerſalis quā liberalitatē uiri in eorū vxores ſæpe numero exercent, eas relinquēdo dominas, & uſufructuarias bonorum ſuorum. Nam etſi non tanta ſit uſusfructus, q̄
2 proprietatis eſtimatio, & ob id lex † aliquando parum curet de uſufructu, nec tantum, quantum de proprietate, ut notat Ang. ex glo. in §. ſi uero ſolum. auth. de nup. Nihilominus cū nil ultra ſolidos uiginti permiſſum ſit legari uxori, nec ētde
3 vſufructu relinqui poteſt, qui † eſt pars dominii. l. quarta. ff. de vſufruct. l. qui uſumfructum. ff. de uerborum obligationib. quiue pars hæreditatis, ac de hereditatis ſubſtantia dicitur eſſe, pulchre Aret. conſ. 159. in fine, vbi ualde inuehitur ꝯ aliter excogitanrem, quo argumēto utitur in ſimili Barb. in c. ſi quis ſane col. 14. uerſ. 7. facit, de pecul. Cler. de rectore, ſeu
4 prælato, † ut ſicuti ipſi rerum Eccleſiæ non ſunt domini, ita nec uſusfructus earū, cum ſi eſſent domini vſusfructus, dicerentur domini in parte, ex eo, ꝙ vſusfructus, eſt pars dominij & ideo, ut ſubdit Barb. cū denegatum ſit, eos eſſe dominos in totum ſunt denegandi, quia ubicunq; alicui denegatum, eſt totū, denegatur & quęlibet eius pars. l. quæ de tota. ff. de rei vend. & ita in terminis huius noſtræ conſuetudinis cōſuluit Chriſtoph. Caſtillion. conſ. 2. in 2. dubio qui pro ridiculo habet, de hoc dubitare, idem in ſtatuto Piſano prohibente relinqui vxori vltra libras quindecim, ut legatum vſusfructus non ualeat, uult Bal. conſ. 204. teſtator legauit, lib. 1. repetito cōſ. 439. li. 5. ubi ēt explicat, cui † nā talis vſusfructus,
5 ſpectet, hæredi, uel legatario proprietatis, q̄ iterū confirmat cōſ. 230. ꝙ ſcripſi, eo. li. 1. in idē Ale. conſentit, cōſ. 21. col. fi. li. 4. dum ſtante prohibitione, ꝙ maritus habens deſcendentes vel aſcendentes, vxori vltra florens ſexdecim nō relinquat, uult Ale. ꝙ licet in perſona vxoris, ſtantibus aſcendentibus, vel deſcendentibus, legatum vſusfructus non teneat, his tñ poſtea deficientibus, ſicq; ceſſante impedimēto, legatū uſus fructus pro annis futuris reconualeſcit, Adeo ꝙ Ale. aperte ſentit, quouſque illa prohitio viget qualis hæc noſtra extat, q̄ perpetuo durat, legatum vſusfructus non ſubſiſtit, idē in effectu voluit conſ. 99. nu. 5. & 10. lib. 7. & magis explicite conſil. 128. circa medium, verſicu. ex his etiam infero eodem. lib. 7. licet in cōſ. 57. nu. 9. in fine lib. 2. id pro conſtanti non poſuerit, eiuſdem quoq; ſententiæ extat Soc. conſ. 79. col. fin. lib. 5. vbi ſuper eod. ſtat. Piſano refert, quod licet alias quidam cō ſuluiſſent, ut de vſufructu poſſet maritus libere diſponere, ipſe tñ ſubſcribere noluit, ex quo viſum ſibi non fuit verum, id quoq; eſſe de mente Alc. affirmare poſſumus cōſ. 11. nu. 5. li. 5. nec non Bero. conſ. 60. nu. 46. & 47. lib. 2. a contrario ſenſu ubi illud ſtatutū Plumbini ibi vigeret. Accedit generalitas diſpoſitionis, quæ tamquam generalis non minus de uſufructu, quam de aliis rebus intelligi debet. l. 1. §. & generaliter. ff. de leg. præſt. cum ſimilibus, quo argumento vtitur in ſimili Crau. d. conſ. 194. nu. 3. in 2. reſponſo. Nec non adſtipulat, ratio prohibitionis, quæ ita militat in uſufructu, ſicut in qua cunq; alia re, vnde eadē ſubeſſe debet diſpoſitio, uulg. l. illud ff. ad leg. Aquil. cum late ſupra cōgeſtis in uerbo, legare, q. 7. nu. 109. & ſeq. Conueniuntq; verba prohibitionis, cū vbi relinquitur vſusfructus, nedum rei ſingularis, verum ēt omnium bonorum, veluti proprie dum vxor relinquitur domina, & vſufructuaria, dicatur legatum, toto ti. ff. de vſu, & vſu fruct. leg. quemadmodum Bar. & cæteri poſt eum appellāt,
6 in l. Tiria. §. Titia, quæ. pen. de leg. 2. Vñ ſi prohibitionis † verba conueniunt, & eius diſpoſitio conuenire debet, Caſtr. cōſil. 85. in princ. lib. 1. Soc. conſ. 37. nu. 1. lib. 1. eſto, ꝙ legis ratio ceſſet. idem Caſtren. conſi. 154. in princ. lib. 1. cum aliis ſupra adductis, verbo, maritus, queſt. 9. num. 24. Et ita partim
7 his, & aliis rationibus ſuper ſtatuto, quod † mulier habēs, filios vltra quartam bonorum in extraneos nō relinquat de fructibus quoque vltra quartam diſponere nō poſſit, conſuluit Socin. conſil. 93. in 3. dubio lib. 1. Cuius meminit Tiraq. tract. Retract. 1. glo. 7. num. 41. in fine. idem uidemus in termi
8 dis prohibitionis. l. hac edictal. C. de ſec. nup. quę. † locum habet, etiam dum ſolus uſusfructus relinquitur, ut ibi nota. Bertran. uerſita tamen, num. 12. cum quo tranſit Crau. d. cōſil. 191. num 4. & fuit de mente. Caſtr. conſi. 150. colum. fin.
9 lib. 2. Simile habetur, nam ſicuti uaſallus † de re feudali ſine conſenſu domini diſponere non potoſt, ita nec de uſufructu cum pars ſit dominii, ut de marito in vxorem proprie diſponente refert Boer. deciſ. 199. num. 3. & 4. Pariſ. conſ. 98. col. 1. & 2. lib. 2. & Petr. Pech. atteſtando de communi lib. 5. de teſtam. coniug. c. 6. ubi etiam uolunt, ꝙ prohibitus † alienare,
10 cenſetur etiā prohibitus in re uſumfructum conſtituere, Nata conſ. 470. nu. 2. ad idem Paulus Fuſ. ſing. verbo prohibitus uendere nu. 106. ubi inquit, qđ licet ſimpliciter prohibitus uendere fundum, non cenſeatur prohibitus uēdere eius fructus. Nihilominus prohibitus uendere certæ perſonę, ut hic per ea, quæ ſupra diximus, uerbo, legare quęſtione decima. numer. 11. & 16. odio ipſius, nec fructus uendere poteſt. Quinetiam ſi ux. capax uſusfructus eſſet, proprietatis autem nequaquam, plus quandoq; reperiretur habere, quam ſi pro
11 prietaria relicta eſset, cum plus ſit, † quandoque liberum uſumfructum in uita hīe, q̄ ſubſtantiā nudæ proprietatis cū oneribus hæreditatis, maxime ubi ux. foret iuuenis, quæ longo tempore præſumeretur uiuere, quam meditationē in ſiſi habuit Anch. conſ. 421. num. 2. ut merito cum Aret. d. conſ. 159 in fine, dicere poſſimus, ꝙ alioqui beſtialis cauilatio diceretur, & uulpecula eſset, qui hanc cautellam inueniret, non conſiderans in hoc forum conſcientiæ, & mentem ſtatuti. Pleriſque tamen in locis citra omnem controuerſiam poſita res eſt, quib. tertia, uel quarta pars uſusfructus infra illud includitur, quod uxori relinqui poteſt, ut iure Longob. cautum reperiebatur. l. fi. tit. de his, quæ a uir. in mul. dant. uel relinq. ac meminit Roſ. de bon. poſs. un. uir. in prin. & Andr. de Barulo. in coment. ad eaſd. leges titul. vigeſimoſecundo. li-
12 cet etiam hoc in caſu uxor † integrali uſufructu omnium bonorum, ut plerunque contingit, ultra ſex, uel ſeptē annos gaudere non poterit, quaſi per tanti temporis ſpatium, ſuā habuerit portionem, iuxta computationem. l. hæreditatū. ff. ad l. Falc. ut in terminis ſtat. Mediol. conſuluit Alc. ꝙſ. 11. nu. 5. li. 5. & conſ. 10. nu. 10. ver. non habemus. li. 8. Notatq; in ſimili Cor. conſ. 249. nu. 4. li. 3. & Crau. d. conſ. 194. nu. 4.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta num vxori relinqui poſſint, noſtra hac prohibitione non obſtante. nu. 3. & ſeq. Ampliat. nu. 21. 24. & 85. limitat. 86. 119. & 123.*
2 *Legatum, quo uxor fit domina, & omnium bonorum vſufructuaria, ſtantibus liberis, ad alimenta tantum redducitur.*
4 *Prohibitus capere, non cenſetur prohibitus capere in cauſam alimentorum, quod generaliter procedit. nu. 6. & 7.*
5 *Statutum prohibens, in non ciuem fieri legatum, non comprehendit, quatenus fit in cauſam alimentorum.*
7 *Generalis excluſio cauſam Alimentorum non comprehendit.*
8 *Vxor in vſufructu inſtituta, ita vt tacita, & contenta eſſet pro omni eo, quod in bonis mariti conſequi poſſet, grauata ob id non cenſetur, quominus dotes ſuas conſequi ualeat.*
9 *Spurio pro alimentis relinqui poteſt, etiam a patre, & quod lex municipalis contrarium uelet, declara. nu. 31.*

Fęmina

10 Fœmine licet per stat. sint exclusæ, nihilominus alimenta petere possunt, declara. numero 72.
11 Bannitis alimenta a patre impune præstari possunt, non obstante proclamate, quod bannitis subsidium non præstetur, declara. nu. 75.
12 Constitutio Mediolani prohibens, non subdito posse relinqui, causam alimentorum non comprehendit, declara. nu. 75.
13 Sta. prohibente, mulierem absq; certa solennitate contrahere, non comprehenditur obligatio ex causa alimentorum, declara. nu. 75.
14 Alienandi prohibitio per testatorem facta ad causam alimentorum non trahitur, declara. nu. 75.
15 Bona ecclesiæ in causam alimentorum, et si alias sint prohibita, alienari possunt, declara. nu. 75.
16 Serui censiti ob famem absque terra alienantur, licet alias non possint, declara. numero 75.
17 Damnatis ad perpetuum carcerem vtroque iure relinquitur, declara. numero 75.
18 Vasallus ob necessitatem victus feudi commoditates impune vita durante, alienare potest, declara. nu. 58.
19 Reus criminis post delictum bona pro alimentis distrahit, declara. numero 75.
20 Alimenta magis debita sunt, quam successiones.
21 Expensæ ex causa infirmitatis vxori relinqui possunt.
22 Appellatione alimentorum continentur expensæ, quæ in medicis, & medicinis fiunt, & quid generaliter comprehendatur. nu. 23.
24 Alimenta spiritualia uxori pro eius anima relinquuntur, idem putatiuę uxori, & concubinæ.
25 Cumani consultatio declaratur.
Et nu. seq. vsque ad nu. 76. & aliquot etiam seq.
26 Vxori quarta in bonis viri non debetur, nisi in subsidium, vbi aliunde non habet, vnde viuat.
27 Appellatio in causa alimentorum tunc prohibita, quando agitur cum inope.
28 Stat. vt ferijs non obstantibus, in causa alimentorum procedatur, locum habet dum agitur de alimentis inopis.
29 Legatum factum pro anima, lege municipali repugnante, ad hoc ut valeat, in pauperem, non in diuitem collatum esse debet.
30 Minor prohibitus relinquere, præterquam ad pias causas, ad hoc vt valide relinquat, intelligitur in pauperem.
32 Lex cum alicui vult, alimenta esse præstanda, non nisi in casu necessitatis intelligere intendit, & nu. 40.
33 Alimenta, quæ filijs per parentes debentur, & e contra, non præstantur, nisi vbi aliunde sumi non possunt. Idem in patronis erga libertos. numero 61.
34 Filij primi matrimonij a matre non aluntur, nisi aliunde pasci non valeant.
35 Filijs naturalib. ultra sextam alimenta non debentur, præterquam vbi aliter viuere non possunt.
36 Frater fratrem alere non tenetur, nisi necessitate vrgente, cui aliunde prouideri non potest.
37 Donatarius donatorem alere tenetur, cum is aliter pascere se non potest.
38 Ecclesia patronum aliunde non habentem, vnde se alat, pascere tenetur.
39 Hæredes vxorem, donec transeat ad secunda vota, alere tenentur, modo non habeat, vnde viuat.
41 Dives, vt petat alimenta, lege cautum non reperitur, secus si pauper.
42 Alimenta efficatius debentur liberis, quam vxori.
43 Spurio ex iure naturali debentur alimenta.
44 Donatio inter coniuges valet, quo ad eorum sustentationem.
45 Alimenta, quæ a primogenito cæteris fratrib. debentur, illa tunc præstanda sunt, vbi fratres honeste aliunde alere se non possunt.
46 Declaratio ad l. is cui, & l. seruos. ff. de alimen. & cib. legat. & numero sequent.
47 Capacitas spurij capacitati serui æquiparatur.
48 Fratrib. minorib. in causam duntaxat alimentorum, ac pro alijs sibi necessarijs relinqui potest.
49 Fratres minores in arctiori paupertate constituti sunt, quam serui, & damnati in metallum.
50 Alimentorum legatum hic ex solo iudicis officio debetur.
51 Alimenta, quę iudicis officio debentur, præstanda sunt vbi quis aliunde non habet, vnde viuat.
52 Dec. improbatur in l. de alimentis. nu. 5.
C. de transact.
53 Iudex clementior lege esse non debet.
54 Alimentorum legatum quando dicatur pium.
55 Pia causa, quæ dicatur.
56 Alimentorum causa indistincte priuilegiata iudicãda non est, sed dumtaxat in casibus, quibus ita reperitur.
57 Declaratio ad l. eas, & l. legatum. ff. de cap. diminut.
Et numerum seq.
58 Alimentorum legatum cur potius in facto, quam in iure consistere dicatur.
59 Necessitate victus licet, quod alias non est licitum.
60 Alimentorum præstatio, quæ fit vxori, ex iure potius ciuili, quam naturali prouenit.
61 Alimenta, quæ filijs debentur, a iure naturali, quæ vero parentibus, a iure ciuili descendunt.
62 Iura naturalia per iuris constitutionem quandoque moderantur, & temperantur.
63 Princeps ex causa contra ius naturale rescribere potest.
64 Consuetudine ius naturale, vel gentium tolli potest.
65 Dispositio emanata ratione æquitatis, ad alium casum non extenditur.
66 Cardin. Zabar. conf. 66. declaratur.
67 Pauperior nemo est his, qui in Xenone repositi sunt.
68 Abb. conf. 27. lib. 2. explicatur.
69 Geminianus. conf. 80. explanatur.
70 Calcaneus. conf. 59. exponitur.
71 Dec. in l. principalibus. col. fin. ff. si cer. pet. declaratur.
72 Crauet. conf. 189. col. 1. interpretatur.
73 Bal. dictum in l. 1. §. ius naturale, in fine aperitur.
74 Plot. conf. 168. nu. 71. inter conf. vltim. vol. & conf. 108. nu. 84. 2. vol. diuers. Crimin. enucleatur.
75 Nouocomensis ad statutum, quo mul. sin. cert. solenn. non contrahat. glo. prima. quæstione vigesimasecunda ostenditur, quibus in terminis loquatur.
76 Boer. conf. 46. nu. 9. elucidatur.
77 Petr. Pech. lib. quarto. de testament. coniug. capitulo nono, & quinto explicatur.
78 Necessitatis causa, præcipuè famis, multa permissa sunt, aliàs prohibita.
79 Necissitas nulla par fami existit,
80 Lex in necessarijs cessat. ac ipsa necessitas est lex.
Alimentorum ius in inope pecunia æstimabile non est.
81 Famæ morientem omnes pascere tenemur, & multò magis domesticum, & nobis coniunctum.
82 Vxorem mendicare valdè opprobrium est, etiam mortuo viro.
83 Vxor quamdiu stat vidua, in priore matrimonio dicitur manere.
Ac quodammodo in seruitio viri extare.
Nec non viri adhuc Immago dicitur.
84 Maritus necessaria alimenta vxori aliunde non habenti relinquendo, libe ralitate aliqua vti non videtur.
85 Vxori in causam alimentorum non relinquitur, etiam quòd tantum ex proprijs manib. aut ingenio victum sibi parare queat.
86 Tregnanti integra alimenta relinquuntur.
87 Vxor quonam modo alimenta sibi relicta petat.
88 Qusq; nascitur nudus, & pauper.
89 Paupertatem allegans, vti fundamentum suæ intentionis, illam probare debet,
90 Necessitati se fundans, illam probat, etiam euidentem.
91 Donatum alicui expressa causa pietatis, ita non præsumitur, nisi apparente necessitate talis personæ.
92 Statuto permittente, vt in causa pia ferijs non obstantibus procedatur, causa alimentorum uxoris statuti beneficio utitur, constito de inopia ipsius mulieris.
93 Prohibitum dum quid regulariter est, præterquam in certis casibus, qui casum excipit, probare debet, nulla habita fide assertioni superinde emanatæ.
94 Alienationem rei ecclesiæ legitime factam, asserens, duo iunctim probare debet, necessitatem, & utilitatem.
95 Pauper quatuor modis quis discernitur.
96 Vxor paupertatem de facili probare potest, habita cõsideratione ad reditus, qui annuatim percipiuntur.
97 Operarum mulieris habenda est ratio, num ex illis alere se possit, & de quibus mulieribus.
98 Iudex valde prudens, & circumspectus esse debet, in perpendendis operis mulieris, an ex illis alere se possit.
99 Pietas maxima est, quæ pro paupertate facit.
100 Alimentorum causa mixti fori est.
101 Alimentorum in causa etiam ad mulctam procedi potest, & ad litis expensas subministrandas.
102 Alimenta non ad solius vitæ subsidium, sed iuxta qualitatem, & dignitatem mulieris præstanda sunt limit. num. 136.
103 Viduæ alimenta non debentur, quę ad molitiem, pompamue pertinent.
104 Doctor asserens opinionem aliquam esse veriorem supponit contrariam in praxi seruandam.
105 Legatum alimentorum uxori præcipue nobili multum confert, vt quod ad victum suum deest, per hęredem suppleatur.
106 Rusticis pro eorum alimentis subministrantur alia, cępe, panis grossus, caseus, & similia.
107 Auctor tractatum de re rustica editurus est.
108 Hæres uxorem, cui alimenta debentur, cogere non potest, vt in hospitali recipiatur.
109 Marchus Antonius Cuccus, grauis & excellens pręceptor, humanissimus, & scientissimus, nu. 136.
110 Vxor cogi non potest, ut alicui dominæ ad eius victum parandum, pro pedisequa seruiat, idque non indistincte. nu. 111.
112 Alimenta quo tempore uxori præstanda sint, ampla distinctio. numero 118.

Source : BIU Cujas

113 *Alimenta quomodoad domum vxoris sint deferenda, & an ipsius vxoris expensis.*

114 *Vestes quo tempore præstentur vxori, & quid de lugubribus, an quolibet anno renouari debeant, nu. 116.*

115 *Vestes quæ non reddi debeant hæredi, vidua ad secunda vota transeunte.*

116 *Vidua cautionem præstare debet de vestibus reddendis, vbi secundo nubat.*

117 *Vxor pro alimentis pecuniam petere non debet, alias succumbet.*

118 *Legatum annuum adeo ab initio anni debetur, quod etiam legatario tũc decedente, eius hæredi totum debetur.*

119 *Alimenta præterita num vxor petere valeat, & nu. seq.*

120 *Priuilegia tributa alimentis procedunt in futuris, non in præteritis.*

121 *Iudicis officium futuris, non præteritis alimentis suffragatur.*

122 *Mora in his, quæ iudicis officio expediuntur, non nisi per iudicialem interpellationem committitur.*

123 *Alimenta debita vxori euanescunt, quando ad talem fortunam deuenit, vt a se ipsa alere valeat.*
Idem in spurio.

124 *Necessitate permissum eatenus durat, quatenus ipsa necessitas imminet.*

125 *Legatum ob causam necessitatis corruit, necessitate cessante.*

126 *Paupertate cessante, omnia cessant, quæ propter illam inducta sunt.*

127 *Legatarij capacitas in annuis legatis singulis annis inspicitur.*

128 *Mulier magis, quam vir in egestatem inclinat.*

129 *Mulier in egestatem relapsa num legatum alimentorum semel extinctũ recuperet, & num. seq.*

130 *Legatum factum vxori, donec morari voluerit cum filijs morando cum filiis, debetur, licet pro præterito morata non fuerit, declara numero sequen.*

131 *Legatum donec vxor cum filijs suis steterit, aut inviduitate, vel caste vixerit, derelictis filijs, vel facto transitu ad secunda vota, aut impudice viuendo, non reconualescit, vbi mulier ad commorandum cum filijs reuertatur, aut iterum efficiatur vidua, vel caste viuat, idem ubi mulier ob aliquod delictum, fuive culpa ad paupertatem deueniat, nume ro 132. & seq. limit. nu. 136.*

132 *Mulier impudice viuendo amittit legatum.*

133 *Paupertati suo vitio comparatæ non subuenitur.*

134 *Qui ob maleficium deductus est ad inopiam, perdũt beneficium pauperta ti indultum, casualiter vero, miseratione sunt digni. nu. 137.*

135 *Vxor virum alere non tenetur, qui ob aliquod suum maleficium ad paupertatem deuenit.*

136 *Morbo Gallico affecti quod carmen decantare habent.*

137 *Paupertas casualiter obuenta, miseratione est digna.*

138 *Alimenta prius filiis, quam vxori assignanda sunt, cum fructus bonorum non sufficiunt, declara. nu. 153.*

139 *Neapolitana consuetudo, per quam, vbi filius non vult cohabitare cum patre, ei pro numero filiorum alimenta præstantur, patrem non astringit non habentem, quod sibi ad alimenta sufficiat.*

140 *Charitas ordinata a se ipso incipit.*

141 *Mater fœliciter viuere, & grassari non debet, filius autem famæ perire.*

142 *Ratio cur filij a parentibus, & parentes a filijs non conueniuntur, nisi in quantum facere possunt.*

142 *Patrono per libertum de alimentis prouidendum non est, nisi pro ipso liberto suis detractis alimentis, & alijs necessarijs.*
Mater pauper, & habens aliunde victum quærere, filium lactare non tenetur.

143 *Necessitatis tempore etsi omnia sint communia, id nihilominus non procedit, cum quis adeo egenus est, quod absque eo, quod habet, viuere non potest.*

144 *Fontem in fundo, agris suis sitientibus, habens, ad vicinos deriuandum cogi non potest.*

145 *Alere quempiam nemo astringitur, cum non nisi, quantum sibi sufficit, habet, declara nu. 153.*

146 *Naufragium passis, tabulam ne vnum alij extorquere, liceat.*

147 *Socij ubi duo sint, & viaticum ambobus non sufficiat, num alteri ab altero totum suscipere liceat.*

148 *Mori insontem, quam sontem viuere, satius est.*

149 *Proprietas in deffectum alimentorum non distrahitur, limit. secundum Castr. cuius tamen dictum improbatur. nu. 152.*

150 *Alimenta nulla præstanda sunt, vbi fructus ob malam qualitatem, temporis non colliguntur, idem cum onera fructus omnes absorbent.*

151 *Capitale pecuniarium pro alimentis relictis non est distrahendum, sed tantum lucrum.*

154 *Modus præstandorum alimentorum in praxi.*

155 *Hæres non confecto inuentario, ad integra etiam alimenta non tenetur, cum fructus non suppetunt, contra Nattam.*

156 *Baldi & Ang. opinio damnatur, volentium, vt inter matrem, & filios diuisio fiat, etiam quo ad solum frumenti sextarium.*

157 *Hæres non facilis conuentionis est in casu alimentorum vxori relictorũ, cum nonnulla per vxorem obseruanda sint, ad hoc vt securum fiat iudicium.*

Quæst. VI.

1 Verum tanto maior subest difficultas in legato †alimentorum, aut quando vxor domina, & usufructuaria, qui modus legandi in communi usu habetur, teste etiam Pract. Pap. in form. lib. ad dotẽ, uerbo, dedit, & legauit in princ. omnium bonorum, stantibus 2 liberis relinquitur, ubi †legatum ad alimenta tantum ex generali consuetudine Bulg. redducitur, iuxta not. in auth. hoc 3 locum. C. si sec. nupt. mul. An, sclicet, tunc vxor † per hanc nostram prohibitionem huiusmodi legati reddatur capax, Cuma. qui in ore omnium habetur cons. 30. in 1. dubio. cen suit, uxorem capacem, quia ubi quis est incapax, & prohibi 4 tus †capere, excipitur semper legatum alimentorum. l. is cui l. seruos. de alim. & cib. leg. cum quo transit Curt. in apost. ad Ale. in l. is, qui uerbo cogitare in fin. ff. de uulg. & Pract. Papi. ubi supra, verbo quinquaginta. Brun. de consti. & decre. verbo, legatum, col. fi. Boer. cons. 46. nu. 9. Rimi. Instit. quib. alie. lice. vel non in princ. nu. 85. Petr. Pech. de testam. coniug. li. 4. c. 9. Plot. cons. 168. num. 73. int. cons. ultim. uolunt. & in li. suorum cons. 17. ac simpliciter ad Cuma. se remittit Alban. 5 ad Bar. in l. 1. num. 16. C. de sum. trinit. & in statuto †prohibẽte, fieri legatum in non ciuem, ut non comprehẽdatur, quatenus in causam alimentorum relinquitur, no. Cardin. Zab. cons. 66. prope finem, in simili Gemi. cons. 80. nec non Abb. cons. 27. num. 3. lib. 2. Bost. nuncupatim de Cuma. mentionẽ faciens tit. de alim. præstan. vxori. num. 12. ea quoque ratio- 6 ne, quod vbi generaliter †nil potest relinqui, ratione tamen alimentorum reliquitur, quam etiam rationem habuit Ange. tract. de testam. gl. item relinquit mulieri cõcubinę col. fin. num. 10. nec non Dec. in l. principalibus. in fi. ff. si cer. pe. & cons. 165, num. 6. Crau. cons. 189. in princi. vbi ait generaliter verum, ꝙ generalis † exclusio, seu prohibitio nequaq̃ 7 comprehendit casum alimentorum, Bursat. aliis relatis cõs. 32. num. 24. & non longe a proposito Signo. cons. 176. num. 8 11. vbi in casu, quo maritus vxorem instituerat † in vsufructu omnium bonorum, ita vt tacita, & contenta esse deberet pro quolibet iure, quod petere, & consequi posset in suis bonis, consuluit, nõ videri vxorem grauatam, quominus dotes suas ab hæredib. consequi possit, motus, ꝙ cum maritus, & uxor sint socii diuinæ, & humanæ domus. l. 1. ff. de rit. nup. fauore personarum in dispositione mariti, & vxoris nunquã infringitur ius respiciens alimenta, imo semp hoc videt exceptum esse, & reseruatum, argumento. l. alia. §. eleganter l. ex aduerso, & l. quamuis, cum l. seq. ff. sol. matrim. Simile vi 9 demus in spurio †cui licet a patre nihil relinqui possit, auth. ex complexu, C. de incest. nup. in causam tamen alimentorum ualet relictum, Ang. Instit. de iur. nat. in princ. col. 2. & §. legari, de legat. Alba. cons. 44. & de magis communi attestatur Alci. cons. 213. nu. 8. lib. 9. quod procedit etiam, quod pater disposuisset, eius filio spurio alimenta non præstanda, Ias. cons. 26. nu. 4. lib. 1 aut etiam statuto sic cautũ esset, Alci. cons. 18. nu. 18. lib. 9. quę omnia no. Bonacos. tract. de æquit. Can. conclus. 2. ea ratione, quia spurius non capit legatum sibi factum, ut spurius, sed ut alimenta. Idem habetur in sta- 10 tuto fœminas †excludente, per quod fęminæ ipse non adeo censendæ sunt excluse, quin alimenta petere possint, statuto non obstante Bal. l. 1. §. ius naturale, prope finem. ff. de iusti. & iur. Brun. quod extan. masc. 9. artic. quæst. 2. Crau. dicto cons. 189. colum. 1. Sic quoque videmus in statuto, seu pro- 11 clamate prohibente, †bannitis præstari subsidium, per quod cum non dicatur, quod pater filio alimenta non præstet, alimentorum prestatio non censetur prohibita, ea ratione, qa in generali dispositione non comprehenditur exclusio alimentorum Socin. iun. consil. 54. colum. 2. libr. 3. & D. Ceph. cons. 324. num. 12. & seq. Pari modo licet ex decreto †nostro Mediol. de pœn. §. collegiis, non subdito relinqui non possit. ratione tamen alimentorum relinquitur, Plo. cons. 108. nu. 12 83. in 2. uolum. cons. crimin. Item sub statuto † prohibente, mulierem sine certa solennitate contrahere, non compre- 13 henditur obligatio ex causa alimentorum. Nouocom. ad statut. quod mul. sin cert. solen. non contrah. glo. 1. quæ. 22. 14 Hoc idem habetur in prohibitione †facta per testatorem, vt ab eo ad legem argumentum deprehendatur iuxta §. dispo nat. auth. de nupt. de bonis non alienandis, quæ nihilominus in causam alimẽtorũ distrahi possunt, testatoris prohibitio ne non attenta, ut per Bar. & communiter omnes in auth. 15 res quæ. C. comm. de legat. Et quod dicimus de bonis †Eccle siæ. non alienandis, quę tamen alimentorum causa alienari possunt. l. sancimus. prima. C. de sacrosan. eccles. Et quod 16 de seruis †censitis proditum est, qui licet absque terra alienari prohibeantur. l. quemadmodum. C de agric. & cens. li. 11. recte tamen propter famem alienantur, ut per gl. ibi, verbo. uendi, post principium & Bar. cum ea, Ac quod dicimus de reb. in causam libertatis, sequestratis, quæ & ipsæ in cãn

alimo-

Source : BIU Cujas

alimoniæ distrahi possunt l.fi.ante finem.C.de ord.cog.Nec
17 non etiam de damnatis†ad perpetuum carcerem,quibus so
lum ratione alimentorum relinqui potest, vtroque Iure,ci-
uili & canonico.Felin.c. qualiter, & quando 2.§. ad corrigen
18 dos,nu.27.& 28.de accusat.Sic etiam vasallus†ob necessita
tem victus citra aliquam pœnam feudi commoditates, vita
durante,alienare potest,Bald.cap.1.§.aut libellario.num.3.
19 quib.mod.feud.amit.Pariter reus†criminis & si post delictū
commissum bona sua alienare non valeat,pro alimentis ta
men potest,Bar.l. post contractum nume.12.ff.de dona.quia
vt ibi inquit Annib.nu.263.quod ex necessitate fit, legis di-
spositioni non subiacet,& durum esset,homines absque ali
mentis arctare.Clem.pastoralis de re iud.l.necare ff.de libe.
20 agnos.Quod demum non inconuenit,cum magis† debean
tur alimenta,quam successiones,Bero.cons.165.nu. 21. lib.
2.Quinimo ne dum pro alimētis relinqui uxori permissum
21 videtur,sed etiam pro expensis,†quæ infirmitatis causa fie-
rent,vt sentit Cast.in d.auth.res,quę, in fine.C. com. de leg.
Bal.cons.20.quid importent,in prin.lib.2.Crau.cons.199.nu
me.3. & in responso pro genero, nu.94.in simili Nouocom.
alleg glo.1.q.22. in fine,vbi etiam rationem subdit, quoniā
expensæ quæ in medicis, & Pharmacis fiunt alimentorum
22 †appellatione comprehenduntur,vt per alios nota.Ias. in l.
cum hi.§.qui transigit.ff.de transac.Dec. l. de alimentis nu.
3.vbi attestatur de communi C.de transac. Crau.d.cons.199.
nu.3.cum alijs adductis per Rolan.cons.12.nu.3.& 4.lib. 1.
23 vbi late explicat,quæ appellatione†alimentorum veniant,
quod & optime facit Pet.Pech.de testam.coniug.lib.5.c.10.
in princip. vbi quid de vestitu pretioso.Ad idem Asc. Clem.
tract.de patr.pont. in 17 .effectu, nu.36.37.& 38.vbi circa fi-
nem vult, medicinales expensas etiam magnas deberi, mo-
do facultas ex parte alimentantis nō defficiat,& Bartho. Re
mul.in l.filiusfam.§.diui nu.141.vbi nouiter vult,vt ipse ait,
quod bona prohibita alienari, nedum ad expellendam fa-
mem, sed etiam pro necessarijs ad salutem corporis,ratione
24 valetudinis alienare licet, Ac nedum pro alimentis†corpo-
ralibus,verum etiam pro spiritualibus, hoc est, pro anima
uxoris præmortuæ permissum est,posse relinqui, quia licet
vxor post mortem cibo non indigeat corporali,ei tñ neces-
sarius est cibus spiritualis pro anima,& cui cibus corporalis
debetur,fortius debetur ei spiritualis pro redemptione ani-
mæ,Benedic.in c.Raynutius,verbo,& vxorē,nomine Adel.
5.decis.nu.125.de testa.cum quo transit Duen.reg.366.nu.6.
Ant.Gab.lib.6.de alim.conclus.1.nu.21.conferunt.supra.an
not.verbo,legare,quæst.2.nu.8.& seq.Et nedum quoque ve
ræ.& Iustæ vxori in causam alimentorum relinquitur, verū
etiam putatiuæ,& concubinæ, vt supra, verbo maritus quæ
stio.2.in fine,& quæst.seq. ad finem pariter. Ego quidē hanc
25 Cuma.†consultationem in iure probabilem fore, arbitror,
pro vt passim ab omnibus receptam vides,at uelim, quod il
lam non ita ruditer,ac de plano ad sonitum verborum in-
telligas,vt credas, legatum factum vxori in causam alimen
torum absolute valere,vt scio a plerisque in facti contingē-
tia acceptum fuisse,sed tunc demum,cum vxor aliunde nō
habet,vnde alimenta sumat,sicque tātum in subsidiū , idq;
ex mente legum,Cuma.& cęterorum scriben. esse, prout a
proprijs cuma.fundamentis non discedendo,hunc in modū
demonstratur.Nam dum in primis vult Cum.ꝙ cum muni
cipalis dispositio,declarationem a iure cōi semper recipiat,
& ad iuris interpretationem reducatur,secundum quod in-
capax,& prohibitus accipere,a legato alimentorum nō cē-
seatur exclusus d.l.is,cui d.l.seruos,ita ab hac municipali di
spositione mulierem incapacem efficiente,legatum alimē-
torum excipiatur.Eodem retento argumento, & cōclusio-
ne ad iuris interpretatione m reducēdo,nostra hæc dispō de
necessarijs alimētis accipi dēt,quoties scilicet vxor aliunde
nō hēt,vnde se alat.Sicuti videmus in muliere absque ulla,
vel modica dote nupta,quæ etsi in bonis mariti præmortui
26 quartā habere†debeat,iuxta auth.prēterea.C.und.uir.& ux.
tunc demum hanc quartam ꝙsequitur, ubi aliunde nō hēt,
unde uiuat,& sic in subsidium dumtaxat,cum alio remedio
sibi succursum esse nō p̄t,ut tex.a quo allegata auth.est sum
pta,aperte uult,in §.qm̄ aūt,de exhibend.rei.sicuti igit uxor
nihil habens in bonis unde uiuat,quartam consequi potest
ex quo tunc subsistit ratio dispositionis, quæ fuit, ne infelix
coniux mendicare cogatur,Alex.d.auth.præterea nu.4. Soc.
con.121.nu.44.lib.4.Corn.cons.249.col. 2.& 3.lib.3. & ante
eos Signo.cons.231.col.fi.intantum si contingat,quod uxor
patrem habeat diuitem,a quo alimenta petere pōt,ad quar
tā nō admittitur,Ale.d.auth. præterea.nu.11.ubi Dec.nu. 10.
ꝑpē finē dicit cōem,licet una cū Ias.ab hac opinione disce-
dant,sed p̄ tex.apertū in d.§.qm̄, ibi, nam si aliunde forsan
habeat,sequitur ibi Cur.nu.9.& nouissime D. Ceph.cōs.244.
nu. 20. & seq. Quin etiam ubi ex suis operis alere se pōt.ad-
huc excluditur,Soc.d.cons.121.num.45.& seq.ita etiam(cō
cludendo argumentum)Cumani interpretationem ad ter-
minos iuris communis reducendo, non inconuenit, ut illa
quantum ad necessaria alimenta intelligi debeat,s. quando
aliunde non habet coniunx, vnde viuat,pro vt a dispositio-
ne d.auth. præterea ad casum huius nostræ prohibitionis ar-
gumentum sumit Plot.d.consi.168.num.45.inter consil.ult.
volunt.Idem videmus in eo, cui concessum est,ne in causa
27 obtentorum alimentorum possit cōtra se appellari,† vbi id
intelligitur, quando per inopem alimenta petuntur,& pro-
pter inopiam,Bar.l.fi.circa princ. ff. de appella.recip.ex quo
28 Are.cons.97.in fine,vult,stante statuto,†vt in causa alimen
torum ferijs non obstantibus procedatur,id intelligi,ubi ali
menta propter inopiam constitui,petuntur. Sic in muliere,
quæ si filios habens, per legem municipalem testari non po-
test vltra decem pro centenario,etiam pro anima,ad hoc vt
29 legatum† pro anima valeat, debet esse collatum in pauper-
rem,& non in diuitem, Anchar. cons.25. Sic etiam si minor
30 †annorum 18. præterquam ad pias causas ex forma stat. pro-
hibitus est relinquere non ualet relictum factum matri, ni-
si sit pauper, Alexand. l. Diuus, num.4. ff.ad legem . Falcid.
Et propius accedendo idem adhuc videmus in filio spurio,
cui, etsi nihil permissum sit,posse relinqui,præterquam quo
ad alimenta ex æquitate canonica,quæ in quocumque foro
spectari debet c.cum haberet, & ibi scrib.omnes, de eo, qui
dux.in matr.Aba.cons.115.colum. fi.lib. 2.Ias.cons.26.nu.4.
lib.1.Rip.l.1.num. 66.ff.sol.matr.Alciat.qui magis commu-
nem dicit cons.213.num. 8.lib.9.Rolan.cons.22.num.31. &
seq.lib.3.Bursat.cons.62.num.9. & supra meminimus,num.
31 9. Id tamen intelligitur†in casu necessitatis, quando a seip-
so filius alere se non potest,alioquin nihil ei debetur,propte
rea quod,quum necessaria alimentorum causa non subest,
non censetur pro alimentis factum legatum,& causa occur
rendi,ne fame pereat,Bal.cons.258.erant tres fratres consil.
448.quæritur in primis nu.4. lib.1.cons.116.spurius non po-
test.lib.2. Calcan.consil.59.colum..fin. Capr. cons.54.num.
26.Iacob.Put.Conciuis noster consi.62.num.15.& seq.inter
consi.eiusdem Calca. Dec.consi.576.colum.1. Alciat.dicto
cons.223.circa finem,Iacob. Aemil.consil.146.num.5.Sua-
rez. verbo,pater,num.40.Natta consi.297. num.8.& Bursat.
d.consil.62.num. 9.& 12.quod non obscure vult text.in d.c.
cum haberet in fine, ibi,necessaria subministret,pro vt pon
derat,Rip.d.l.1. nu. 70.ff.sol.matr.Vt in paupere quoq; intel
ligit Aret. cons.48.num.5.idem aperte firmat Bermon.trac.
concub.glo.qui etiam filii,paulo,ante,num.58.vbi posteaq̄
iuris canonici æquitatem, per quam spurio alimenta relin-
qui,possunt, modificauit, vt non procedat, quando spurius
aliūde haberet,vnde victum lucrari posset,subdit,quod hęc
modificatio maximam de iure æquitatem continet,quia ra
tio finalis, & impulsiua æquitatis canonicæ est,ne spurij pri
uati alimentis fame pereant, quæ ratio cessat, quando spu-
rius habet,vnde alere se potest, ergo cessante causa, cessare
debet dispositio l.adigere §.quamuis.ff.de iur.patr.quo argu
mento in simili relicto facto vxori vtitur Castr.consi.31.co
lum.1.lib.2.Sic etiam & si per executores datos per patrē ad
distribuendum bona inter pauperes, spurius vbi sit pauper,
eligi possit,id tamen intelligitur, non quod omnia bona dē-
tur, sed duntaxat ad mensuram alimentorum,Iacob.a San.
Georg.in l.qui testamentum,num.7. ff.de probat.& alibi cō
siderat Castr.in l.si is,qui num.5.ff.de vulg.si spurius est pau-
32 per,& meretur.Itidem quotiescumq; lex†vult,alicui prę̄stā
da esse alimenta, sentit,illa non nisi in casu necessitatis præ-
stari debere,cum, s.aliunde non extat,vnde possint, sumi ve-
33 luti in parentibus†erga filios,& econtra,ac in patronis erga
libertos.l.si quis a liberis §.sed si filius §.solent. & l.fi. ff.de li.
agnos toto tit.C.de alen.lib.ac Par.Mant.cons.276.num. 10.
34 lib.primo,& sic licet filij†primi matrimonij ex bonis dotali
bus per matrem secundo viro traditis alendi sint, secūdum
Bal.in l.hac edictali, in lect.antiq.verbo,deferre.C.de secun.
nup. id tamen intelligitur, vbi aliunde non haberent, vnde
se alerent,vt ibi declarat Bertran.vers.si uero plus. num.20.
35 Parimodo etsi filijs † naturalibus præter sextam debeantur
alimenta in bonis patris ab intestato. §.consideremus auth.
de trient. & sem. §. discretis authent. quibus modis nat. eff.
sui.id tamen locum habet,vbi aliunde non extet,unde se pa
scant,Bart. d.§.consideremus numero tertio,Paris.consilio
14.numero 28.libro secundo quod etiam senti t Caccialup.
authen. si qua illustris. columna penult. C.ad Orfic.idem ex
36 tat,in fratre†etiam exhæredato versus eius fratrem,Cæpol.
37 caut.247.in donatario†donatorem versus,vt not.in l.si quis
38 argentum, §. penultimo, C.de donat.in Eccleſia†uersus pa-
tronum suum Paul.Citad.de iure patronat.sexta,parte quar
to,articulo quæst. secunda, idem legimus esse in hæredibus
39 uersus ipsammet uxorem , quam alere tenentur, donec se-

cundo

cundo nubat, modo aliunde non habeat, unde uiuat, Ale. l. de alimentis. C. de transact. Iaſ. l. diuortio nu. 19. ff. ſol. matr. Bal. & Caſtr. l. fi. C. de bon. mater. Idem Bal. conſ. 92. hæres uiri lib. 2. Corn. conſ. 52. col. fi. lib. 1. Alia huiuſcemodi habentur apud Roffred. 5. part. ord. iud. tit. de off. iudic. quo pet. ali.
40 Et generaliter †quotieſcumque ex legis diſpoſitione, uel iudicis officio alimenta debentur, ita demum petuntur, ſi aliũ de non habetur, unde ſumantur, Ale. conſ. 48. nu. 2. lib. 3. cõ ſil. 27. nu. 2. lib. 4. & Roffred. queſt Sabat, 26. nu. 12. ubi uult,
41 lege cautum non reperiri, quod diues †petat alimenta, ſecus ſi pauper, & miſer, non habens, unde ſe alat, quod ex æquitate prouenit. Vnde hæc omnia, iuxta illud. Titire cõge pecus, includendo, ſicuti ſecũdum iuris diſpoſitionem quarta uxori non debetur, præterquam in caſu inopiæ, & ubi infelix cõiunx mendicare cogeretur, ac priuilegium alimentis attributum, intelligitur de alimentis propter inopiam, alimenta quę ſpurio incapaci relicta ad ſummam dumtaxat neceſſariorum alimentorum redducuntur, Necnon quæ ex iuris diſpoſitione alimenta debentur, intelliguntur, niſi quatenus, quis a ſe ipſo alere ſe non poteſt, ita hanc Cumani interpretationem ad iuris cõis terminos redducendo, illa quantum ad neceſſaria alimenta, & non ultra intelligi deber, ubi ſcilicet coniunx aliunde non habet, unde uiuat. Cum enim, ut pręceteris ait Dec. d. conſ. 576. nu. 3. neceſſaria alimẽtorum cauſa non ſubeſt, nequaquam cenſetur factum legatum ꝓ alimentis. Quinimo ſi non minus efficaciter alimenta debi-
42 ta ſunt liberis, quam uxori (quæ etiam efficatius †deberi, poſſumus ingenue fateri, ut naturalis rõ dictat, ex no. per Crau. conſ. 189. nu. 3. pręcipue poſt ſolutum matrimonium, ut magis prope no. idem Crau. conſ. 194. nu. 4. uerſi. pręterea, & rõ quoque aperta eſt quoniam liberos alere, eſt de iure naturali l. 1. §. ius naturale ff. de iuſt. & iur. c. ius naturale diſtinc. 1. uxorem uero alere, de iure ciuili, ſeu poſitiuo eſt l. dotis fructus ff. de iur. dot. Roffred. quæſt. ſabat. 29. nu. 3.) & alimentorum præſtatio, quæ filio incapaci debetur, quæue (ut dixi) ſortior, & efficatior eſt, uti ex uire naturali, & immutabili de-
48 ſcendens §. ſed naturalia inſtit. de iur. nat. Roffred. ubi ſup. nu. 2. & Cæpol. caut. 247. intelligitur tantum quo ad alimenta neceſſaria, manifeſte deprehenditur, ne dum ex paritate rationis, quæ inter uxorem, liberos, & alios deſcẽdẽtes adeſſe uidetur, ut tex. obſeruat in l. pen. ff. ut in poſſ. leg. cuius meminit Roman. conſ. 517. in prin, ſed etiam a fortiori id locũ habere in legato alimẽtorum facto uxori, ut hæc quo ad alimenta dũtaxat neceſſaria accipere ualeat, cum nihil habet unde ſe alat, Quod quidem argumentũ etſi in ſpurio, & non in filio legitimo conceptum ſit, negari tamen nõ poteſt, qn
43 & ip ſe ſit filius, cique †ex naturali iure alimenta ſint debita, ut per tex. in d. §. ius naturale. not. Dec. conſ. 611. nu. 5. prope finem, & quoad alimenta tamquam uerus filius Iudicãdus ſit, teſte Pallæ. tract. de noth. ſpur. que. lib c. 48. nu. 3. & ſic ſpurio alimenta magis debita ſint ratione naturalis cõiunctionis, quam uxori, ut iam diximus, ſimile argumentum in materia concludit Iacob. Emil. conſil. 146. nu. 10. & in terminis alimẽtorum uxori debitorum obſeruat Fabian. in Auct. pręterea nu. 84. C. unde uir. & ux. ad hoc etiam Crau. conſ. 229. nu. 14. & nonnihil adhuc confert, quod ſcribit Bal. communiter receptus in l. eam quam nu. 41. C. de fideicõ. Vbi ſi ſpurio relinquatur prędium magni redditus pro alimentis, qđ ultra alimenta ſupereſt, aufertur, quia, ut Bal. ait, cauſa certis finibus circumſcripta effectum producendum limitat & reſtringit, & quod alibi idem Bal. ait, in l. ſi ſponſus. §. ceſſa in 2. lectur. in fine. ff. de donat. inter uir. ubi, ꝙ ſpurio filio mendicanti non prohibetur pater aliquid in elemoſinã conferre, ponderando uerbum illud, mendicanti. Ac magis prope facit, quod non obſtante ſimili prohibitione donandi
44 †uxori, quo ad eius ſuſtentationem donatio ualet l. ex annuo, & ibi gl. ff. de donat. int. uir. & ux. & quod alias dicimus de conſuetudine, ut integra hęreditas ſpectet primogenito
45 cæteris †autem fratribus nihil, qua non obſtãte, etſi a primogenito alimenta cęteris fratribus præſtanda ſint, id tamen locum obtinet, ubi aliunde honeſte ſe alere non poſſint, qñ ſcilicet conſuetudo de alimentis præſtãdis nihil dicit, ſecus ubi expreſſe alimenta, uel aliquid loco eorum relinqueret, ita poſt Martin. Laud. tradit Tiraq. ue iur. primigen. quæſtio. 75. num. ſecundo. & nono, quod arbitror, uelle ſentire, licet non ita explicite, Couar. quarto decret. cap. 8. ſecunda part. §. 6. nu. 10. pro ut uxor per hanc noſtram conſuetudinem excluſa in totum remanet, nec ei alimenta, uel quid aliud loco eorum reſeruata exiſtunt, igitur ni mirum ſi in caſu, quo alimẽta deberi poſſunt, nõ niſi ubi aliunde non habentur, præſtanda ſint, & ſic noſtra hæc conſuetudo intelligi debeat poſteaquam nil ulterius prouidet, Sic etiam ſecundum refert Floria. in l. ſic pro rata. ff. de relig. & ſup. fun. ſunt qui ex eo tex. uolunt, ꝙ ſi uxor dotes ſuas marito inopi relinquat, in tali relicto locum non habebit diſpoſitio l. hac edictali, C. de ſec. nup. eo quia uidetur maritus tutus potius ratione inopiæ, quam ratione relicti. Sed iura, & fundamenta Cum. ſingulatim adhuc proponendo, noſtra hæc concluſio apertius demonſtratur, ꝙ ſcilicet huiuſmodi legatum ad neceſſaria dumtaxat alimenta redducatur, quãdo infelix coniũx
46 non habet, unde uiuat. Namq; †l. is cui, & l. ſeruos. ff. de alim. & cib. leg. adducte per Cuma. loquuntur in perſonis, quæ nihil ꝓprij habent, ergo omnino fateri oportet, illas de neceſſarijs alimentis loqui, ueluti l. is cui, quæ loquitur de damnato in metallum, qui tamquã ſeruus pœnę alicius rei non eſt capax l. in metallum, ff. de iur. fiſc. l. 4. ff. de his, quæ pro non ſcrip. Idem dici debet de l. ſeruos, cum loquatur de legato facto in ſeruos, qui nihil ſuum habent. §. item nobis, inſtit. ꝓ quas perſon. nob. acq. quiue penitus ſunt incapaces l. nõ minus. ff. de hære. inſtit. l. ſi mihi. §. regula de leg. 1. no. in ſimili Alex. in l. 4. §. ait prætor. nu. 3. ff. de re iud. & quantum attinet ad ius ciuile, ſerui pro nullo hebentur l. quod attinet. ff. de regu. iur. & ita hãc meditationem ad d. l. ſeruos, expreſſe ſentit Abb. conſ. 27. nu. 3. lib. 2. a qua etiã non longe diſtat Caſt. conſil. 5. nume. 5. lib. 1. quatenus vult, poſſe ſpurio relinqui
47 vſque ad alimẽta ex allegato. c. cum haberet, ſicuti & ſeruus talis legati eſt capax d. l. ſeruos, ponderando verbum, illud, talis, per quod Caſtr. capacitatem †ſpurij capacitati ſerui æqparat, & tamen ſpurius dumtaxat quo ad neceſſaria alimenta eſt capax, vt ſupra diximus, ac idem Caſtr. paulo infra tradit. Eandem quoque meditationem clare habuit Signo. cõ ſi. 40. col 4. nu. 3. verſi. pręterea in ſumma, & verſic. pręterea cum hoc, vbi expreſſe hæc iura intelligit in his, ꝙ in ſumma paupertate poſiti ſunt. ad idem bonus text. in l. qui bonis. ff. de. ceſſ. bon. qui ibi per Alber. citatur pro concordanti ad d. l. is cui, vbi tex. loquitur de relicto alimentorum facto in eũ, qui ceſſerat bonis, & ſic qui nihil habebat, vnde viueret, & de eo, quod miſericordiæ cauſa indultum eſt, vt inquit tex. idem videtur de mente Bar. d. l. ſeruos quatenus l. illam ad
49 fratres †minores trahit, vt eis in cauſam alimentorum, ac ꝓ alijs neceſſarijs relinqui poſſit, licet alias ſecus, ſiquidem fratribus minoribus non paſſim alimenta relinquuntur, ſed dũ taxat quo ad vſum neceſſariæ ſuſtẽtationis, cum ex eorum regula in arctiſſima †paupertate conſtituti ſint, & in maiori quam exiſtant ſerui, ac damnati in metallum c. exijt. §. perfecto, de verbo. ſignif. Bart. tract. minoric. lib. 1. c. 1. Ale. l. ſi ſtichum. §. ſtipulatio. in fi. ff. de verb. oblig. Iaſ. l. cum hi. §. ſi vnu. 5. verſi. iſtam regulam. ff. de tranſact. ſentitque Signor. d. conſ. 40. col. 2. & 3. Id quoque non obſcure ꝓ ipſummet tex. d. l. ſeruos. demoſtratur, ea in parte, qua vult, legatum illud
50 †alimentorum iudicis officio præſtãdum, quaſi alio iure nõ debeatur, Cum iudicis officium, tamquam remedium extraordinarium, non competat, niſi in ſubſidium l. in cauſæ. 2. ff. de minor. quod & ipſe Cuman. ſentit uerſi. ad hoc, & quatenus ait, legatum non proprie deberi, ſed iudicis officio præſtandum eſſe ad idem etiam Bal. in l. id, quod pauperib. nu. 27. uerſ. vel poteſt dici C. de Epiſcop. & cler. ubi per allega. l. ſeruos, vult, huiuſmodi legata potius ualere tuitione iudicis & eius officio implorato, quam iuris rigore, & in l. ſeruo alieno, in princip. de leg 1. ac Rip. in l. 1. nu. 47. eo. tit. & ante omnes ſentit glo. in d. §. item vobis. inſtit. per qua. perſ. nob. acq. in uerbo, nihil ſuum, ubi tale relictum factum pro alimentis, nult, æquitate, & non ratione deberi, per tex. d. l. ſeruos, ut ex eadem quoque lege not. Ang. in l. eam quam col. 1. C. de fideicom. huiuſmodi legatum peti officio iudicis, quod non præſupponit obligationem. Ad hoc etiam Bar. tract. minor. lib. 1. cap. 1. & lib. 2. diſtinc. 7. c. 2. & non minus aperte Iaſ. in l. ſi uictum. nu. 6. ff. de re iud. ubi firmat, tale iudicis officium dari miſericorditer, nulla præſuppoſita obligatione, neque actione, & non nihil etiam in l. 1. nu. 8. circa medium. ff. de iuriſd. om. iud. commemorando d. l. ſeruos, & Gomes. quoque de teſta. c. ult. nu. 46. Si itaque huiuſmodi legatum iudicis officio pręſtandum eſt, ſuccedit concluſio illa, ꝙ ubicumque
51 alimenta ꝓ iuę icis officio, & non iure actionis alicui præſtanda ſunt, ita demum præſtari debent, ubi aliunde quis nõ habet, unde ſe alat l. ſi quis a liberis. §. ſed ſi filius ſ, & §. alimenta. ff. de lib, agnoſ. Bar. l. libertis quos. §. 1. nu. 3. ff. de alimen. & cib. leg. l. mulier. §. cum proponeretur. nu. 3. ff. ad Treb. Alex. l. de alimentis. C. de tranſact. conſ. 48. nu. 2. lib. 3. conſ. 27. col. 1. lib. 4. vbi communem dicit, Iaſ. l. d luortio. nu. 19. & ſeq. ff. ſol. matr. ea ratione, quia iudicis officium fundatur in mera æquitate, & ideo ubi quis aliunde alere ſe poteſt, ceſſat æquitas. Hinc eſt quod nonnulli ex ſcrib. mentionem faciẽtes de huiuſmodi alimentis iudicis officio debitis, exponunt, & ſic propter inopiam, ut pote Bar. in l. fi. in princ. ff. de appella. recip. Et Camb. tract. clauſul. de renunt. Iuriſ. alim. circa medium uerſ. ſed quæritur, an a ſententia. Et ſic tex. d. l. ſeruos, de neceſſarijs alimentis omnino intelligi dẽt, quoties aliun

de

52 de non habetur, unde illa ſumantur, quicquid uelit Dec. †in d.l.de alimentis.num.5.aſſeuerans, prædicta procedere, quã do petuntur alimenta officio iudicis ex diſpoſitione legis, vt in patre, & filio, ſecus ex diſpoſitione hominis, vt hic, vbi de tali legato, quod officio iudicis petitur, idem cenſeri uult Deci. quod in legato alimentorum ſimpliciter. d. l. ſeruos. Nam vltra quod Deci. nihil adducit, quo ſuam ſententiam probet, vnde erubeſcimus cum ſine lege loquimur. §. conſi deremus auth. de trien. & ſemis, & alia huiuſcemodi relata habentur per Crau. conſ. 164. num 3. Dec. in hoc aperte contradicit ſenſui d.l. ſeruos, ex ſupra commemoratis, nec non oppugnat prænarratæ concluſioni, quæ indiſtincte vult, ꝙ vbicumque per iudicis officium alimenta debentur, illa in caſu dumtaxat neceſſitatis, præſtanda veniunt, ſecus ſi iure actionis, vt pote ex teſtamẽto, vt proprie exemplificatur per Alex. in l. 1. §. ſed excipiuntur num. 5. ff. de fer. Item contraue nit rationi, quia iudicis officium mouetur, vt talia alimenta præſtentur, quæ ſoli æquitati, pietatiue, ſeu (vt alibi habetur, miſericordiæ nititur, quæ in vtroq; æque militat, & qua ratione ſtante, ſolent hæc inuicem æquiparari, vt per Alex. poſt Gul. Cun. vbi ſupra verſ. dicit tamen. Immo tantum ab eſt, vt diuerſitatis ratio ſubſit, cur iudex officium ſuum mitius exercere habeat, quãdo legatum ex hominis diſpoſitio
53 ne debetur, quam cum ex lege præſtandum ſit, quin potius res in oppoſitum ſe habeat. Cum iudex †clementior lege eſſe non debeat. vulg. l. Celſus, vbi glo. & ſcrib. ff. de arbitt. Bal. c. 1. num. quinto de off. deleg. Abb. cap. ex parte 3. not. eod. ti. & paſſim habetur. In idem reincidit ſubſequens Cumani ar gumentum, in quantum vult legatum alimentorum quaſi pium regulariter eſſe præcipuum, ab alijſque, exorbitare, & tãquã ad pias cauſas factum ſuſtineri, licet alias improbaretur, ad cuius corroborationem conferunt notata per Rom. conſ. 199. num. 11. & ſeq. Quoniam non omnis alimentorum
54 cauſa dicitur †pia, ſed quando conſtat, rem ad inopiam eſſe redactam, vt declarant Are. conſi. 97. num. 2. Alex. poſt alios d. §. ſed excipiuntur, num. 5. in l. diui. num. 3. ff. ad legem Fal. Iaſ. l. cum is, qui §. ſi muller. ff. de cõd. indeb. & ante iſtos uoluit expreſſe Bar. tract. de alimen. num. 23. & l. ſolent, nu. 13. ff. de ali. & cib. le. in ſpecie loquẽdo de alimẽtis vxori legatis. Natta conſ. 410. num. 5. ad idem pulchre Bal. in l. 1. num. 26. C. de ſacroſ. Eccleſ. vbi in materia relictorum, quæ in piam cauſam fiunt, quærens, num homini diuiti facta, dicantur in piam cauſam, diſtinguit, aut eſt diues ſecundum conditionem perſonæ ſuæ, & ei dare, nõ eſt pia cauſa, ſed fruſtra dare & perdere, aut eſt pauper modicitate patrimonij ad qualitatem perſonæ relata, & tunc dicitur pia, quatenus egenti datur, ſed quatenus ſupra modum daretur, non eſſet pietas, ad idem Bertach. de Epiſ. 4. part. lib. 4. num. 82. Dec. conſ. 72. nu. 3. Quinimo legatum factum vxori per maritum non dicitur pium, ex quo non ratione piæ cauſæ, ſed amicitiæ, & coniugalis amoris cenſetur, emanatum, Gra. conſ. 140. num. 6. lib. 2. vbi & hoc vult, non iudicari a pari cũ pia cauſa. Hoc etiam a ceſſante ratione demonſtratur, Nam ideo alimentorum
55 cauſa dicitur pia, quoniam pia †dicitur cauſa, per quam anima, vel corpus animatum ſubleuatur, Bald. auth. ſimiliter, in princ. C. ad legem Falcid. unde cum per alimenta animatum corpus tueatur, dicitur pia cauſa, ſic in neceſſariam ꝙñtiam, qñ vxor præter alimenta ſibi relicta hẽt unde ſe alat, le
56 gatũ piũ dici non põt Præterea & ſi alimentorum cauſa †ual de ſit fauorabilis, ac multa hẽat priuilegia, nõ tñ ita ſe hẽt, ut paſſim, & indiſtincte iudicanda ueniat priuilegiata, ſed dum taxat in caſibus quibus expreſſe priuilegiata reperitur, in cæteris autem ſecundum ius ordinarium cẽſeri debet, l. in fraudem, in fine ibique, Bal. ff. de teſtam. milit. Natta d. conſi. 613. colum. fin. & in matetia not Grat. conſ. 22. nu. 24. lib. 1. At in propoſito, nullibi reperitur, quod alimentorũ cauſa, uti res pia, ſit priuilegiata, niſi in caſu, quo prouiſio pauperi facta eſſet, utſupra dictũ eſt, ergo, &c. & proinde alibi habetur, cauſam alimentorum, non adeo eſſe piam, ut plus debito peti poſſit, Anch. conſ. 150. ante num. 6. & capit. deciſ. 65. nu. 53. Quinimo cum noſtra hæc diſpoſitio, relinqui vxori, generaliter prohibeat, ex cauſa etiam pietatis intelligi debet, propterea quod, ne dum iure cautum non reperitur, hanc ad huiuſmodi legatum conualidandum cauſam ſufficientem, eſſe, verum etiam totum oppoſitum extat, quatenus, hæres grauatus, hereditatem pauperibus diſtribuere, ſeu pro anima ſua, cui vellet reſtituere, huic mandato uerſus uxorem parere non cogitur Alex. conſi. 57. num. 7. lib. 2. conſi. 54. nu. 12. lib. 7. cum aliis ſuperius adductis, verbo legare. q. 4. nu. 13. & ſequen. & quæſtio ſecunda, nume. 19. & ſequen. & ita notat in ſimili Alc. conſ. 213. nu. 12. lib. 9. ex cuius dictis ſub tertia ſolutione nõ minus concludens deprehenditur ratio, ꝙ cũ hæc noſtra diſpoſitio ſit prohibitoria, ne relinquat vxori, ẽt ꝙ cauſa pietatis ſufficeret, aſſertioni tñ teſtatoris ſtãdum non eſſet, ſed cauſa ipſa aliter probanda veniret, iuxta doctrinam Bar. in l. ſi forte in fine. ff. de Caſtr. pec. & latius infra dicemus verbo, viginti. q. 8. nu. 22. & ſeq. adhuc nos incidimus in idẽ, vt ſubeſſe debeat inopia ex parte vxoris, ad hoc, vt hæc pietatis cauſa (quæ aliter ex ſupra deductis conſiderari non poteſt) pro legitima, & ſufficienti habeatur. Eundem ſenſum, declarationemue habet iudicis officium, per quod vult Cuma. hoc legatum alimentorum ſuſtineri, vt mox dictum fuit nu. 50. & ſeq. Idem ſuadet & aliud Cumani arg. ꝙ legatum alimentorum cum naturalem explicationem habeat, & in facto conſiſtat, nulla iuris ciuilis conſtitutione in
57 fringi, †mutariue poſſit l. eas & l. legatũ ff. de capit diminuit. vt ſcilicet, de neceſſarijs quoque alimentis intelligatur, dũ leges iſtæ allegari ſoleant concordantes ad d.l. ſeruos. de quibus iam late dictum fuit, & ita eodem leuato fundamento vult Signor. d. conſ. 40. col. 3. ac ſentit glo. in d.l. legatum, dũ
58 exponendo, cur huiuſmodi legatum †potius in facto, quam in iure conſiſtat, ait, quia non conſideratur, an ex teſtamento capere poſſit, vel non, ſed hoc factum, an comedere, vel bibere poſſit, ſubdẽs, idem eſſe in habitatione, quia nec ſine illa quis viuere poteſt. Ecce quomodo ad ſolam neceſſitatẽ habetur conſideratio, ad idem Bal. in l. 1. nu. 2. C. qui nõ poſ. ad lib. peruen. vbi agens de damnato ad perpetuum carcerẽ qui penitus inteſtabilis eſt, ita vt nec teſtamentũ facere, nec aliquid ſibi legari poſſit præter alimenta. per d.l. legatum de cap. diminut aſſerit, id verum eſſe, quoniam alimenta capit natura, non perſona, quia non cenſetur perſona, ſed quædã natura, exuriens, cum quo ſentit Felin. in c. qualiter, & quãdo 2. §. ad corrigendos nu. 27. & ſeq. de accuſat. & ita etiam in caſu neceſſitatis victus, loquitur Bald. vna cum apoſtil. in c. 1. §. aut ſi libellario nu. 3. quib. mod. feud. amit. quatenus ibi ad corroborationem Bald. volentis, vt ob neceſſitatem
59 victus poſſit feudum alienari, quia propter †neceſſitatẽ maxime victus, licet, quod alias non eſt licitum, ſubdit apoſtilator, rationem, quia alimenta de iure adeo naturali ſunt, ꝙ quilibet capax illorum eſt, etiam frater mendicans, & ſic de alimentis in caſu neceſſitatis, & inopiæ, glo. Bal. & Feli. intelligere uoluerunt, ad quo etiam confert tex. in d.l. eas. ff. de c. dimin. ibi. Quia in bonum, & æquum concepta eſt. Cũ enim id ex æquitate veniat, quæ tunc demũ inſurgit, quando aliũ de non habetur, vnde alimenta ſumantur, vt ſupra diximus. per laſ. in l. diuortio nu. 19. ff. ſol. matr. cõſequens eſt, vt a ceſſante ratione æquitatis, hæc iura de neceſſarijs alimentis loqui uoluerint, etiam ſuadente æquitate, vt præ cæteris retulimus, ſenſiſſe Bermond. de concub. gloſ. qui etiam filij nu. 58. Preterea animaduertendum cenſeo, locum hũc Cumani, ꝙ legatum alimentorum naturalem præſtantionem habeat, ita vt per ius ciuile infringi, corrumpiue non poſſit d.l. eas. Et §. naturalia, inſtit. de iur. nat. nimis tutum mihi nõ vi
60 deri, cum præſtare †alimenta vxori, iure ciuili potius, quam naturali proueniat l, dotis fructus. ff. de iur. dot. cuius etiam ſupra meminimus per Roff. quæſt. 29. nu. 3. quod ſolum dicitur eſſe immutabile, quæmadmodum declarat Couar. in c. peccatum. ſecunda part. §. 11. nu. 3. & ſeq. de reg. iur. in 6. & ꝑ
61 inde videmus, ꝙ licet ius †alimentorum, quod filijs debetur tolli non poſſit, eo quod a proprio iure naturali prouenit, nihilominus ius alimentorum filiorum erga parẽtes, quod nõ proprio iure naturali, ſed gentium debetur, tolli, & remitti, poteſt, Felin. c. ſi diligenti. nu. 5. de for. comp. poſt Bart. in l. ſi quis a liberis. §. parenſ. ff. de lib. agnoſ. & hoc modo intelligo Crau. conſ. 194. nu. 4. quatenus uult, rationem alimẽtorum in conſideratione non habendam, niſi in perſona, quam qs de iure naturali alere tenetur, vnde ſecus etiam eſſet in vxore erga maritum, quem alere non tenetur, ſaltem poſt eius mortem, Crau. vbi ſupra. Quemadmodum nimis quoq; tutum non exiſtit, abſolute dicere, ꝙ legatum alimentorum ideo iuris terminos excedit, quia in facto conſiſtit d.l. legatum, & propterea tamquam quid facti iuris conſtitutione mutari non poteſt, & per conſequens uxor, licet ex lege municipali effecta ſit incapax, ad legatum tamen alimẽtorum admittitur, tamquam id per legem municipalẽ mutari non poſſit. Etenim non longe exempla petendo, videmus, ꝙ de iure naturali parentes liberos ſuos alere tenẽtur l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſti. & iur. & tamen plerumque talis neceſsitas a iure ciuili remittitur, præcipue vbi aliunde habent liberi, unde ſe alant d.l. ſi quis a liberis. §. ſed ſi filius. ff. de lib. agno. Iaſ. l. ius ciuile nu. 25. ff. de iuſt. & iur. Cagno. in l. iure ſanguinis. nu. 7. & 8. ff. de regu. iur. & ſupra etiam attigimus. nu. 33. Sic uidemus in ſpurio, cui de iure ciuili nil penitus etiam ꝙ alimentis relinqui poteſt, authẽ. ex complexu C. de inceſt. nup. & tamen ſi, ea quæ facti ſunt, qualia denominantur alimenta, nulla iuris conſtitutione tolli poſſent, utique alimẽta relicta ſpurio ualerent. Huc etiã ſpectat, quod ſcribit Are.
62 in §. naturalia inſtit. de iure nat. ubi licet ea, quę iuris † naturalis

Source : BIU Cujas

ralis ſunt, dicantur non mutari, ex cauſis tamen vult, per iuris conſtitutionem moderari, & temperari, ad idem Io. An. in c. poſſeſſor in 2. artic. de reg. iur. in 6. vbi & ipſe ait, ius naturale poſſe ex cauſa declarari, & modificari, ſic Bal. in l. reſcripta num. 8. C. de precib. imper. off. no. quod ptincepsꝛ ex
63 cauſa contra ius naturale reſcribere poteſt, ſicuti patet in libertate, quæ iuris naturalis eſt, & tamen imperator ratione hoſtilitatis ſtatuit, ꝙ capti in bello ſerui fiant capientium, l. libertas. ff. de ſtat. hom. Felin. & alii in c. quæ in eccleſiarum num. 26. & ſeq. de conſtit. quam rem ex profeſſo tradit Cou. in d. c. peccatum 2. par. §. 11. num. 3. & ſeq. de reg. iur. in 6. Et
64 in terminis conſuetudinis, vt per eam ꝛius naturale, vel gentium tolli poſſit, not. Abb. in c. fi. colum. 2. de conſuetud. ac ſentit Cag. d. l. iura ſanguinis num. 6. iuncto ſeq. Et ideo conſtat, locum hunc Cumani abſolute verum non eſſe, ſed tũc demum procedere, quando concomitantur naturalis æquitas, pietaſ, ſeu miſericordia, quæ potiſſimũ verſantur in his, quę naturalis præſtationis ſunt, vt nos admonet Diu. Thom. 2. 2. q. 57. art. 3. ad 3. Cuius meminit Couar. d. c. peccatum, ſecunda part. §. 11. num. quarto, & ita ſentire uoluit tex. in d. l. eas, de cap. dimin. ibi, quia in bonum, & ęquum, nec nõ text. in l. qui bonis. ff. de ceſſ. bon. ſub illis verbis. Miſericordię cauſa, in l. mela. ibi, tamen pietatis intuitu. ff. de alim. & cib. leg. iuncto Alex. in l. 1. §. ſed excipiuntur, num. quinto, uerſic. & ideo. ff. de fer. idem gl. in §. item nobis, uerbo nihil. inſtit. per quas perſ. nob. acq. Ang. l. eam quam colum. 1. C. de fideicõmiſſ. & Signor. conſ. 40. colum. 3. uerſ. præterea præſtatio, & ſupra etiam ſæpe mentionem habuimus. At huiuſmodi nõ concomitantibus, conſequens eſt, ut iuris ciuilis diſpoſitio in ſuo robore perſiſtat vulg. regul. ceſſante cauſa legis, ceſſat eius diſpoſitio. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur patron. ceſſante que cauſa priuilegij, deſinit eſſe, priuilegiũ. l. Titia. §. uſuras. de leg. 3. de quo ad ſunt pleni tractatus, ad quod optime con
65 fert dictum Io. Andr. in c. 2. vt lit. pend. vbi vult, quod diſpoſitioꝛ emanata ratione æquitatis, ſeu humanitatis ad alium caſum non extenditur, de quo meminit Crot. in l. omnes populi. num. mihi 138. ff. de iuſt. & iur. Et demum eandem obſeruationem faciunt Bal. Calc. Iacob. Put. Iaſ. Dec. & alij ſuperius adducti. Sic etiam ab hac noſtra meditatione non diſſident, Card. Abb. Dec. & cæteri in atteſtationem Cumani
66 ſuperius accerſiti. Nam in primis Card. ꝛ alleg. conſ. 66. loquitur de legato in alimoniam pauperum in hoſpitali commorantium, citato text. in d. c. cum haberẽt, de eo qui duxit in matr. ac citatis alibi docto. qui loquuntur de relicto facto in ſpurium, qui tantum ad neceſſaria alimenta eſt capax, & nõ vltra, vt ſupra demonſtratum fuit num. 31. Nam quis paupe
67 rioꝛ eſt his, qui in Xenone repoſiti ſunt, inquit tex. in l. ſi quis ad declinandam, circa medium C. de Epiſ. & Clet. Abb. quo
68 que ꝛ allegato conſi. 26. nu. 3. lib. 2. loquitur de eremitis mendicantibus, qui cum proprium habere non poſſint, per conſequens de neceſſarijs alimẽtis & ipſe ſentire voluit, ut illius verba aperte arguunt, licet infra ab hoc etiam recedere uideatur, vt tales mẽdicantes omnino incapaces ſint, idem de fratribus mendicantibus pro vſu ſibi neceſſario concludit
69 Gemin. ꝛ d. conſi. 80. circa finem, nec non Calcan. ꝛ conſ. 59.
70 num. 9. vbi aſſerit, id eſſe ſpeciale in mendicantibus, eo quia nihil habere poſsũt, tam in communi, quam in particulari, præterquam alimenta, a quocumque eis relinquantur. Dec.
71 ꝛ quoque in l. principalibus. colum. fi. ff. ſi cert. pet. aſſeuerans in generali prohibitione, aliment orum cauſam non includi, ꝙ fuit etiam poſtremum argumentum Cumani, in caſu neceſſariorum alimentorum loquitur, dum ipſe uult, quod licet prohibitus ſit Officialis negotiari aut fęnus exercere in prouincia, quam regit, nihilominus pro eius neceſſitate contrahere põt, veluti, emere cã victus, aut equos pro neceſſitate comparare, adeo ꝙ loquitur de his, quæ officiali neceſsario ſubminiſtranda ſunt, vt explicite vult tex. ab eo citatus in ſæpe alleg. c. cũ hꝛet, in fine, de quo iã verba fecimus nu. 31. prout etiam de neceſsarijs alimentis loquitur Bal. ab eodem Dec. citatus in l. qui filium, præcipue iuncto text. ff. ubi pup. educ. deb. & l. alimenta. C. de neg. geſt. Neq; ab hoc diſſi
72 det Cra. ꝛ d. cõſ. 189. col. 1. qui, vltra quod ducitur authoritate card. Dec. in locis allegat. loquentium, vt iam relatum fuit. & ipſe loquitur in caſu, quo filia dotem alias nõ hꝛet, ſicq; vbi aliunde commode, & honeſte uiuere nõ poſſet, ut nõ obſcure uult cor. ab eo relatus ꝙ ſ. 85. col. fi. nu. 24. cõſ. 290. col. 9. nu. 10. li. 3. Nouel. l. 1. nu. 109. & ſeq. ff. ſol. mat. & Natta cõſi. 410 nu. 15. 18. improbando, ſeu declarando Signor. allegat.
73 conſ. 176. Nec aliter quoq; ſentit Bal. ꝛ. ſuperius allegatus in l. 1. §. ius naturale circa finem. ff. de iu. & iur. Vbi in ſpecie loquitur de ſtat. omnia negante filiæ nihil habenti, ex quo tũc ſtatutum tenderet in peccatum, ꝓpea quod pater ad filiam necandam inuitaretur, cum quo tranſit campeg. trac. quod extan. maſc. q. 6. circa finem num. 50. & 51. Nec etiam ab his
74 diſſentit Plot. ꝛ tum in conſ. 168. nu. 83. vltim. volunt. tum in conſ. 108. nu. 84. 2. vol. conſi. crimin. cum ipſe illic ductus ex Cuma. & iuribus, quæ hunc ſenſum recipiunt ex ſupra deductis, ſe explicet, vbi a marito relicta non eſſent permiſſa per ſtatutum, aut non ſufficientia pro alimentis, vnde de neceſſarijs alimentis ſentire voluit, vt etiam ſuperius ſentit num. 45. & conſi. 130. nu. 43. 1. tom. conſi. crimin. hic vero loquatur ſecundum terminos Card. d. conſ. 66. vbi de alimẽtis in pauperes agitur, vt ſupra retulimus. Idem dicendum eſt de
75 Nouocom. ꝛ ad ſtat. quod mul. ſine cert. ſolen. non contrah. glo. 1. q. 22. cuius iura, & auctoritates in caſu quoque pręciſe neceſsitatis procedunt, ut pote eſt alienatio, quę in causã alimentorum fieri poteſt, teſtatoris prohibitione non obſtãte de bonis non alienandis, ex diſpoſitione auth. res. quæ C. communia de leg. quę procedit, vbi aliunde alimenta ſumi non poſſunt, vt ibi præ cæteeris not. Bar. & Caſt. circa finem, Romul. in l. filiusfam. §. diui. nu. 131. & ſeq. de leg. 1. Item alie natio, quę in cauſam alimentorum citra vllam ſolennitatẽ minori eſt permiſſa, Nec non etiam Eccleſiæ, Vt idem dicẽdum eſt de ſeruis originarijs, & cenſitis, ac etiam de rebus in cauſam libertatis ſequeſtratis, quę in caſu, fami occurrendę procedunt, vt per glo. in l. ob æſ. C. de præd. min. & l. quemadmodum C. de agric. & cenſ. lib. 11. vtrobique argumento l. fi. C. de patr. qui fil. diſtrax. quæ in nimiam paupertatem, & egeſtatem verba ſua dirigit, & l. ſancimus. C. de ſacroſ. eccl. quæ de abominabili fame loquitur, ut non minus aperte loquitur tex. in l. fi. C de ord. cog. per illa uerba, Si aliqua alia facultas eſſe non poterit. Item pariter dicendum eſt de damnato ad perpetuum carcerem, atque ad mortem, nec nõ de Bannito, Luxurioſo, Infami Hęretico, Iudæo, Apoſtata, & Saraceno, qui nullam teſtamẽti actiuam, & paſſiuam factionem habent, ut apud And. de Beſſet. in rep. l. 1. nu. 108. C. de ſacroſan. eccl. quod tamen alimentorum capaces eſſe aſſeuerat, ne fame, infirmitate, frigore, aut ſimili languore pereãt. Adeo ꝙ & hic Beſſet. de alimentis in caſu duntaxat neceſſitatis ſentire uoluit. Quemadmodum de alimẽtis ob neceſſitatem victus loquitur Bal. in c. 1. §. aut ſi libellario nu. 3. quib. mod. feud. amit. ut ſupra etiam diximus nu. 58. Nec nõ Bar. in l. poſt contractum num. 12. ff. de dona. ut uerba Ann. ibi nu. 263. iam relata expreſſe ſonant, & D. quoque Ceph. allega. conſ. 324. nu. 11. Et ita etiam in caſu extremę neceſſitatis loquitur Romul. d. §. Diui nume. 141. & ſeq. ut eius uerba ſonant, & magis explicite ſupra uoluit q. 2. nu. 133. quatenus notat, pro neceſſitate, ne quis fame pereat, multa contra iuris regulas facta eſſe, ut nonnulla alia de famis neceſſitate rucenſuit Petr. Royz. deciſ. 3. nu. 248. cum pluribus ſeq. Vt nimirum quod hęc noſtra diſpoſitio, quę in caſu fami occurrendæ relaxauit habenas, in reliquis reſtringenda ueniat, ut per Neuiz. conſ. 66. nu. 39. cum alijs adductis per Tiraq. Retract. municip. §. 26. glo. 1. nu. 23. Quinimo excluſus in totũ, cenſetur etiam excluſus ab alimentis, Bal. l. precibus. num. 48. uerſ. 6. dico. C. de impub. & alij. ſubſtit. Vnde ex prędictis, ut tandem in hoc receptui canamus, oculatiſſime conſtat, hanc Cumani conſultationem, cum eius ſectatoribus, ut ſub hac noſtra diſpoſitione legatum alimentorum non cenſeatur prohibitum, de neceſſarijs alimentis intelligi omnino debere, quando, ſcilicet, uxor aliunde non habet, unde illa ſumat, ipſumque Cum. luxta allegata non aliter ſenſiſſe, minuſque intelligere potuiſſe, non autem ut paſſim, & indiſtincte in cauſam alimẽtorum uxori relinqui poſſit. Cũ alioquin facile eſſet marito, alimentorum captato colore, hanc diſpoſitionem defraudare, ut per Iacob. Put. Patriciũ noſtrum Alexandrinum inter conſi. Calcan. conſ. 62. nu. 16. Signor. conſi. 40. nu. 4. verſi. idem non eſt. Soc. Iun. conſil. 99. col. fi. lib. ſecundo Alciat. conſ. 213. nu. 12. lib. 9. ad quod etiã Bald. in l. id, quod pauperibus, col. pen. nu. 34. C. de epiſ. & cleric. Vbi inquit, quod licet alimenta ſpurio relinquantur, nõ tamen prętextu alimentorum poſſunt omnia ei conferri. & Barb. cum eo in cap. cum tibi, nu. 14. de teſtamẽ. Ann. in Rub. de inf. Lang. nu. 5. & quæ in ſimili not. Crau. in rñſ. pro Genero. nu. 101. & 103. & nos inf. dicemus hoc eod. uerb. numero 90. & uerbo, uiginti, queſtio. 8. numero 21. Quinimo ſi in cauſam alimentorum indiſtincte liceret marito legare uxori, longe plus eſſet, quam ubi data ſibi facultas fuiſſet, relinquere tertiam, aut quartam ſuę ſubſtantię. Cum magis quandoque ſit, alimenta hãbere in uita abſque onere, quã totam ſubſtantiam cum oneribus hereditarijs, præcipue in iuuene. ut per Anch. conſ. 421. num. ſecundo, & patet ad ſenſum. Niſi eſſemus in caſu quo citra dimidiã uſufructus uxori relinqui poſſet, & legatũ alimentorum dimidiam uſusfructus non excederet, ut hoc in caſu conſuluit, & cõcludit Cuma. d. conſ. 30. nume. quarto, & abſque ulla difficultate, Cũ quo tranſit Crau. conſi. 135. num. 35. quod huic noſtrę diſpoſitioni, per quam legatum uſusfructus etiam in totum tolli

tur,

Source : BIU Cujas

tur, ut ſupra q. proxima, applicari non poteſt, pro vt in his ter
76 minis loquitur Boer. † conſ. ex aduerſo allegato 46. nu. 9. Et
77 hoc modo intelligi debet. Pet. † Pech. ſequutus Cuma. de te
ſta. coniug. lib. 4. c. 9. nu. 4. & 5. Immo ſi legatum alimento-
rum (vt ipſe Pech. præſupponit) continetur in legato vſusfru
ctus, a quo alimenta veniunt, & pari iure procedunt, legatū
autem vſusfructus per hanc noſtram diſpoſitionem ſit ex-
cluſum, vt ſupra proxima quæſt. hoc Pech. argumentum re
torquendo, alimentorum quoque legatum non minus, quā
vſusfructus, cenſeri debet excluſum. Neque nobis abſurdū,
& inconueniens videri, debet, ꝙ huiuſmodi alimentorum
legatum, ne & aliqua ad hæc tendentia omittamus, in caſu
potius neceſſitatis, quam alio ſuſtineatur, Nam multa † ob
78 neceſsitatem maxime famis, alioquin prohibita, permiſſa
ſunt, vt omnium latiſſime more ſuo videre eſt apud Tiraq.
de Retract. munic. §. 26, glo. 1. a nu. 16. vſq; ad 32. Petr. Royz.
deciſ. 3. nu. 253. cum aliquot ſeq. & nonnulla etiam obſer-
uat Do. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. caſu 182. ac Burſat. con
ſil. 16. nu. 63. Idque optimo iure, cum, vt Tiraq. ait nu. 24. nul
79 la † omnino neceſſitas par fami exiſtat, vt ipſe quam doctiſ-
ſime comprobat. Et ex noſtris quoque hac in ſpecie alimen
torum ſcribit Port. Imol. conſ. 160. nu. 13. ꝙ ea eſt conditio
neceſſitatis, ꝙ legis ipſius vinculum diſſoluit. Nam in neceſ
80 ſarijs † ceſſat lex, & ipſa neceſſitas eſt lex, Dec. l. quæ propter
neceſſitatem. ff. de reg. iur. Quod ex eo etiam per uim ratio-
nis ſuſtinetur, ꝙ ius alimentorum in inope, cum alioqui fa-
me perire, aut medicare cogatur, pecuniæ æſtimabile non
eſt, ut apud Couar. lib. 3. Var. reſol. capit. 1. nume. 3. in 6. ca-
ſu. circa finem, ver. niſi dixeris, vt per conſequens hac noſtra
prohibitione comprehenſum non cēſeatur, vt inf. verbo vi
ginti. q. 1. & ſeq. & præcipue q. 7. nu. 4. Hæcque tanto magis,
quando agitur de alimentis per virum vxori inopi præſtan-
dis. Nam etſi omnes etiam ex præcepto diuino obligemur,
81 paſcere fame morientem, ne alias inter homicidas nos aſcri
bi, contingat, c. paſce 86. diſtinc. nihilominus multo magis
domeſticum; & nobis coniunctum exurientem ſubleuare
tenemur c. non ſatis & c. ſeq. ead. diſtinc. Aret. conſ. 48. nu. 3.
qualis dubio procul eſt ipſa vxor, quæ dicitur eſſe ſocia diui
næ, & humanæ domus l. 1. ff. rer. amot. vnaque, & eadem ca-
ro. c. debitum, de bigam. quo arg. vtitur Signor. conſ. 176. nu.
11. & conſ. 231. col. fin. Mant. conſ. 276. in prin. lib. 1. Nam val
82 de † opprobrium eſt, coniugem mendicare, Abb. cōſ. 17. col.
fi. lib. 1. etiam mortuo viro, Sali. & alij auth. præterea C. vnd.
83 vir. & vx. ex quo mulier † quandiu ſtat vidua, dicitur manere
in priore matrimonio l. fi. C. de bon. mater. Cor. conſil. 111.
col. 1. lib. 3. & quodammodo in ſeruitio viri extare Bal. l. di-
uortio. in princ. col. 3. ff. ſol. matr. & alibi dicit in I. Pignoris,
in fine, C. de pig. actio. quod vidua adhuc eſt imago viri mor
tui, & per conſequens æquum, & iuſtum eſt, ſi non habet vn
de viuat, ꝙ ex bonis mariti alatur, ſicuti conſtante matrimo
nio alenda eſſet. vt poſt Ricard. notat Bal. & ſcrib. in d. l. fi. C.
de bon. mater. Vbi Caſtr. idem vult, quando fructus bonorū
viduæ integre non ſufficerent, vt ſupra etiam meminimus,
18 in 6.huc quoque Ale.conſ.74.nu.4.lib.1.ubi ait,iura nõ†preſumere,ꝙ facile quis uelit delinquere pro modico,ſicut pro
19 magno commodo,unde concludit,teſtem† non repelli propter modicum emolumentum,quia non preſumitur, ꝙ ob id uelit deierare,hæc,& alia in ldem tendentia not. Tiraq. de iud.in reb.exigu.poſt princ.uer,& id quidem non abſq;

SVMMARIVM.

1 *Maritus diſponere poteſt,ne hęredes bona ſine conſenſu, ſen licentia vxoris alienent, noſtra hac prohibitione non attenta,declar.nu.4.*
2 *Statuto diſponente, vt Inſtrumenta valorem a lib. 50. ſupra continentia regiſtrentur,inſtrumentum legitimationis non comprehenditur.*
3 *Suſpitio eadem non eſt in inſtrumentis quid æſtimabile non continentibus, quæ in alijs.*
4 *Pecuniarium commodum facile ad illicitum impellit.*
5 *Vxor conſenſum ſuum alienationi hæredis præſtare recuſans, Iudicis officio cogi poteſt.*
6 *Mulier,etſi tutrix eſſe non valeat,a teſtatore tamen mandari poteſt,ut eius conſilio tutela adminiſtretur.*
7 *Religioſus ordinis minorum, licet teſtamentarius executor eſſe non poſſit, non tamen exequenti conſulere prohibetur.*
8 *Teſtator cognoſcẽs hęredes,aut minores,aut malemorigeratos, prouidere ſolet,vt ipſi cum conſilio prudentis vxoris procedant.*

Quæſt. PRIMA.

1 Ed neque ex eo,ꝙ noſtra diſpõ ſub hoc numerali nomine,viginti, cõcepta eſt,otioſa in tñ exiſtit,qn deprehẽdere poſſimus, licere marito†diſponere,ꝙ eius hæredes abſq; ꝙſenſu,& licẽtia vxoris res aliena re,ſeu locare nõ poſſint,cũ non appareat,cõ modũ aliqđ ſaltẽ æſtimabile in hoc verſari, ita vt diſpõnis verba cõuenire poſſint l.4.§.p̃tor ait,vbi Bart. Ale.& reliqui ff.de dam.infe.Ro.qui in re cõſuetudinaria lo
2 quitur cõſ.491.nu.2.& in caſu, cũ extat ſtatutũ,†ꝙ inſtrumẽta ualorem a qnquaginta libris ſupra cõtinẽtia regiſtrari debeant,inſtrm legitimationis nõ cõprehendatur ex eo, ꝙ legitimatio ęſtimationem nõ recipit, ita vt valorem librarũ qnquaginta ſupra cõtineat,ꝙ ſoluit Cuma.munitus ſubſcriptione qnq; doctorum in conſ.97.ſtante dicto ſtatuto, Vbi
3 rationem etiam ſubdit,quia nõ eſt†eadem ſuſpitio in inſtrumentis non continentibus quid æſtimabile, quę in aliis. Cũ pecunia,ſeu pecuniarium†commodũ facile ad illicitũ impellat,l.ſi quæcumque.C.de epiſcopis,& clericis. Vnde illud Virgilianum.

Quid non mortalia pectora cogis.
Auri ſacra fames.

De quo ſupra meminimus,verbo,ſolidos,quæſt.3.num.2.& non longe, vt ſimilis diſpoſitio ad conſenſum præſtandum per vxorem,vti quid inæſtimabile,non trahatur,not.Bal.inſtit.de oblig.col.fi.ſequitur Iacob. a S. Georg.in l.cum quædam puella §.1.nu.4.ff.de iuriſd.omn.iud.& nũcupatim tradit Alex.conſ.57.nu.3.& ſeq.lib. 2.vbi ſubiungit,quod qui dicere vult, iſtud præter modum taxatum vtilitatem aliquã uxori allaturum, probare debet,vnde conſtito de aliquo certo commodo,locus erit diſpõni,vt tale relictum nõ teneat, & inſignis eſt tex.in l.Sulpitius.ff.de don.inter vir.& uxo. de quo meminit Io. Lup.in rub. ext.cod.29. §.ante num.3.pulchre Bertran.in l.hac ędictali,in princ.num.56.verſi. quam tamen opinionem.C. de ſec.nup. Dec.Auth.præterea num. 12.in tertia limit. C.vnde vir.& vx. Eo tendit text.in l. ſi vir vxori,eodem tit.de donat.inter vir.& vx.& in c.1.§.donare, qual.olim feud. alie.vbi agitur de fraude,quæ in locando rẽ committitur, quando aliter transferri non poteſt, conferũt ſupra notata verbo,legare,quæſt. ſecunda num.18.& quæſt, 7.num.63.& ſeq.Quamquam (vt inquit Alex.) vix commodum aliquod æſtimabile contingere poteſt, ex eo quod ubi
5 vxor†petita ſibi licentia per hæredes ſine iuſta cauſa cõſentire recuſaret, aditus iudex ad conſenſum ſuum præſtãdum illam compellit, aut permittit, actum præter conſenſum vxoris poſſe expediri iuxta notata in l.ſi cum dotem.§ eo autem tempore.ff.ſol.matr. Abb. c.nullus de iur.pat. & conſil. 65.3.dub.lib.2.& ideo ubi in caſu, quo contraueniri contingat,adiecta ſit pœna priuationis hæreditatis,aut alia, & hęredes contraueniant,eo ipſo in pœnam incidunt,vt idem concludit Alexand.d.conſ.57.& cum eo Barb.qui in eadem facti contingentia conſuluit conſil.12.in 2.dubio colum.8. & ſeq.lib.1.& cum Alex.tranſeunt Brun. quod exta.maſc.7.artic.num.31.Petr.Pech.de teſtam.coniug.lib.4.c.8.Plot.conſil.168.num.33.inter conſil.ult.volunt.& noniſſime Lamb. Nouocom.in coment.ad ſtat.prohib.mul. ſine ſol.ſe oblig. glo.6.nu.2.cum ſuperius adductis verbo,non poſſit,queſtio.
6 15.ſimile habetur in muliere,†quæ licet tutrix eſſe non poſſit,a teſtatore tamen mandari poteſt, vt eius conſilio tutela adminiſtretur,Dec.in l.fœminæ nu.20. ff. de reg. iur.ſic ẽt
7 religioſus†ordinis minorum licet teſtamentarius executor eſſe non poſſit,cle.exiui. §.cum q; de verb.ſignifi.non tamen prohibetur exequenti conſulere Io.Dilect.de art. teſtan.tit. de tu.& exec.teſt.caut.7.Quod præcipue locum habebit,vbi
8 hęredes † eſſent,aut minores,aut male morigerati,quib. talis prouiſio adhiberi ſolet,uxor autem ſit prudens, & ſagax, per ea,quæ notat Io.Lup.in rub.extra.de do.int.vir.& uxo.§. 47.in fine,ad quod etiam conferunt ſupra not. verbo,legare q.2.num.22.& ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Vxori confertur gratia honoris, ſeu nobilitatis, alteriuſue dignitatis adipiſcendæ,quæ pecuniarium commodum æſtimabile non habeat.*

Queſt. II.

1 Pari modo hæc noſtra diſpoſitio otioſa non reperitur,quin in vxorem†conferri poſſit gratia honoris, ſeu nobilitatis, alteriuſue dignitatis adipiſcendæ,quæ commodum aliquod pecuniarium æſtimabile non habeat l.quod adipiſcendæ cum duabus ll. ſeq. ff. de donat. inter vir.& vxo.Io.Lup.in rub. ex eo.§.54.colum. prima,laſ. l.ſi diuortio,numero decimotertio, circa principiũ ff.de verborum oblig.& ſupra etiam diximus verbo,legare. queſt.2. numero 13.& ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſio a confectione inuentarij,& redditione rationis num per maritum vxori relinqui poſſit.*
2 *Remiſſio,ſeu liberatio tutori relicta a confectione inuentarij, & reddenda ratione quo ad non ſolenne inuentarium, & ſcrupuloſam dumtaxat inquiſitionem operatur,niſi contrarium cautum eſſet,*

Quæſt. III.

1 Quinve dici videatur,valere remiſſionem† factã pervirum in uxorem tutricem datã vt ad conficiendum inuentarium,& reddendam rõnem nõ teneatur,cum aliquid certi,& æſtimabile ex hoc in uxorem collatum non cernatur,Crau.conſi.131.colum.1. Non dico quod mulier in totum a confectione inuentarij,& redditione rationis libera, & exempta ſit, cum alioquin id in euidẽtem eius vtilitatem,& commodum tenderet,unde non ſubſiſteret,ut ſupra in prima queſt.diximus numero quarto, ac no.in ſpecie Chaſſ.in conſue.Burg.6.rub.6. §.uerbo par inuẽtaire.num.27.ſed duntaxat ut a ſolenni inuentario, †& ſeru
2 puloſa inquiſitione,quam huiuſcemodi remiſſio operari ſolet, libera reperiatur Dec.conſilio 178.colum.2.uerſi.nec uidetur,

Source : BIU Cujas

detur, Ruin.conſ.54.nu.13.lib.1. & latius conſ.69. num.3.& ſeq.ad finem vſq; lib.2.Pariſ.vbi de vera, & cõi concluſione atteſtatur conſ.61.in fine lib,3.Ioſeph.Ludo. deciſ.61.nu.37. & ſupra diximus verbo,non poſſit q.vlt.num.8. niſi contrarium ex lege ſpeciali cautum eſſet, vt nos ex Nouis conſtit. habemus tit.de tutel.§. tutores,ac notat.Plot.in l.ſi quando. nu.370.C.vnde vi.etſi nec id nobis difficultatem ferat, cum mater hoc decreto comprehenſa non reperiatur, vt idem Plot. obſeruat.num.373.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus tam liberti, quam eccleſiæ vxori conferri poteſt, noſtra hac prohibitione non attenta, limit.nu.6.*
2 *Ius patronis eccleſiæ, tamquam quid ſpirituale æſtimationem non recipit.*
3 *Iuſpatronatus non ponitur in æſtimo pro collecta.*
4 *Iuſpatronatus creditoribus cedi non poteſt.*
5 *Iuſpatronatus in obligatione generali non venit.*
7 *Iuſpatronatus ad inſtar ſucceſſionis rerum patrimonialium regulatur.*
8 *Hæres qui non eſt, nec in iure patronatus ſuccedit.*
9 *Epiſcopi conſenſus ad hoc, vt legatum iuris patronatus valeat, accedere debet.*
10 *Præſentatio per patronom, cui ius patronatus legatum fuit, tute fieri non poteſt, niſi epiſcopi conſenſus præcedat.*

Quæſt. IIII.

1 Et quin etiam ſumere poſſimus, licere marito iuſpatronatus† liberti in vxorem transferre, attento quod illud æſtimationem non recipit l.3.§ fi.& ibi Barto. 3.not.ff.de præſcrip.verb.Dilect.de ar.teſtan.tit.de leg.caut. 21.& in materia eſt tex.in l.quod autem.§.fi.ff.de don.inter vir.& vxor.in l.ſi conſtante §.ſi vir.vbi Caſtr. & Alex. ff.ſol. ma.in l.plane.2.§.fi de leg.1.vbi gl.no.nõ eſſe locupletiorem qui manumittit, licet iuriſpatronatus acquirat, Bal.l.etſi dotis.num.3. C de iur.dot.Imol. l.2.in princ.colum.2.ff.de do. Paul. Citad. de iur.patr.in 13.part.num.22. & Cæſar. Lamb. cod.tract.lib 3.q.11.in 1.artic.num.2.Vt idem dicendum eſt (& quidem frequentius, & longe facilius) in.iure patronatus
2 eccleſiæ, quod ſcilicet vxori relinqui poſſit, cũ & illud† tam quam quid ſpirituale, avt annexum, æſtimationem quoque non recipiat, glo.in c.cum Bertoldus, verbo patrono, cũ qua tranſeunt ibi Abb. Felin. & cæteri omnes ad finem, de ſent. & re iudic. Curt.ubi de communi atteſtatur tract.de iur.pat. verbo.ipſe, vel is queſt.30.num.70 Lamb.eodem tract.lib.1. 35.artic.2. quæſt prin.2.parte colum.1.vnde fit, quod iuſpa-
3 tronatus† non ponitur in æſtimo pro collecta, eo quia æſtimationem non recipit, idem Lamb.d.lib.1.37.artic.2.quæſ. prin.2.part.nu.4.inde etiam patronus qui nihil aliud, quam
4 iuſpatronatus† in bonis habet, tale ius creditoribus cedere non poteſt, cum æſtimationem non recipiat, Abb.c. quæri-
5 moniam num.4.de iure patro.ſicque ius patronatus† in obligatione generali non venit, Neguſ.de pigno.2.memb.2.par. num. 60.Et a libi dicitur, quod ius præſentandi non concernit fructus tendentes ad alicuius ſuſtentationem, ſed quodammodo fructus cõſcientiæ, Pic.in l.Titia.§.Titia cum nuberet q.39 nu.129.de leg.2.ad quod etiam pulchre Dec.cõſ. 675.nu.7.& 8.cũ quo tranſit Port.Imol. li.1.regul.35.in 17.limit.Ant. Gab.de don. cõclu.2.nu.85.& licet aduerſus Dec. inſurrexerit Tiraq.in l.ſi vnquã, verbo, donatione largitus, nu.354.& ſeq.C. de reuocan.dona. ex cuius dictis hæc noſtra concluſio prima fronte turbari poſſet, inſpecta ratione diſpoſitionis, quæ reſpicere non videtur, quod res æſtimationem recipiat, ſed duntaxat, quod maritus libera voluntate diſponendi ab uxore non decipiatur, nec ſpolietur, ut ſupra præf. 5. Verum hæc nihil ad nos, cum noſtra hęc diſpoſitio ad certum modum ſe reſtringendo, reſpicere quoque uoluerit, quod res eſtimationem recipiat, rationib. iam ab initio, & in prima quæſtione adductis. Vnde vbi aliquid præter
6 modum taxatum æſtimabile † ſubeſſet commodum, tunc locus fieret diſpoſitioni, vt ex doctrina Bart.in l.4.§. ptor ait. ff.de dam.inf.e.not.ipſemet Tiraq.ubi ſupra nu.356.& ſupra etiam demonſtrauimus. quæſt.1.num.4.ueluti quando ratione iuris patronatus ut plerumque fit, quod & Abb. Curt. & Neguſ.in locis memoratis animaduertunt, aliqua penſio deberetur patrono, a ceſſante ſcilicet ratione, quod de ea recipitur eſtimatio. Cæterum ubi diſpoſitio aliter, quam ſub tali numerali nomine concepta eſſet, ut huiuſcemodi ſtatuta reperiuntur, mulier ita a iure patronatus, ſicuti a cęteris
7 alijs rebus excluſa remaneret, quoniam iuſpatronatus † ad inſtar ſucceſſionis rerum patrimonalium regulatur c. ex literis capitulo, cum ſeculum de iure patronat.in tantum, ut
8 qui† non eſt hęres, in eo non ſuccedat, Brun.quod extan.maſcul.octauo, articulo quæſtio.24.numero 117. Verum uxor, ut legato iuriſpatronatus tute potiri poſſit, curare debet, ut
9 conſenſus Epiſcopi† accedat, ſi non a principio, ſaltem ex poſt, etiam ſecuta morte teſtantis, alioquin legatum poſſet periclitari, ut ſecundum communẽ firmat Curt.alle.uerbo, ipſe, uel is, queſt.7.nu.15.& rurſus uerbo, pro eo.q.4.Rui.conſil.109.nume.2.& 6.ante finem lib.5.& Do.Menoch.cõſi.90. a nu.88.vſque ad num.108.vbi bis de magis recepta ſnĩa atteſtatur. Licet quo ad conſenſum poſt mortem pręſtandum contrarium velit Duran.de art.teſtan.tit.de lega. Caut. ult.
10 Vbi tamen ſe offert occaſio præſentandi, tunc conſenſus † Epiſcopi præſentationem omnino præcedere debet, alioquin nullius effectus erit præſentatio, vt ſecũdum communem docet Calde.conſ 6 de iure patr. & Curt.cum eo, dicto uerbo, pro eo.quæſt.2.in fine. Vnde caueat vxor, ubi contingat, tale iuſpatronatus ſibi relinqui.

SVMMARIVM.

1 *Sepulchrorum iura vxori relinqui poſſunt, hac prohibitione non attenta.*

Quæſt. V.

1 Huc Proxime accedunt Iura † ſepulchrorum, vt cum quid religioſum ſint, ac commodum pecuniariũ non reſpiciant, ſecundum prodijt Alexan.in l.quamuis.§.fi. nu.4.ff.ad treb.& Cæſ.Lamb.de iurepatr.libr.1.35.articu.2. quæſtio.princip.2.part.colum.2.in illis conſiſtere poſſit legatum verſus vxorem.

SVMMARIVM.

1 *Commodum reppreſentationis, quod ex dote oritur, vxori prodeſt, hac prohibitione, non obſtante, limit.nu.3.*
2 *Dos vb vxori legata eſt, nulla expectata dilatione, ſoluenda venit, licet, alias annus competeret ad ſoluendum.*
4 *Legatum factum vxori pro eo, quod ſibi aliunde debetur ſubſiſtit, & in quo.*

Quæſt. VI.

1 Hinc Etiam deprehenditur, ꝙ cum repreſentationis† commodum, quod ex dote legata oritur, non in quantitate, ſed in ſolo tempore conſiſtat l.1.& ibi Bar.declarat in princ.ff.de dot.prælcg.non parum conferret legatum dotis factum per virum vxori, vt ſcilicet, hæres mariti vxori dotem† mox reddere debeat, nulla expectata dilatione, etſi
2 alias annum ad illam in pecunia ſoluẽdam haberet, vt per Ang.Aret.in §.ſed.ſi vxori, in princip.inſti.de legat.vbi dicit id ſumme notandum, cum, vt plurimum, viri hodie dotes vxoribus ſuis relinquant Io.Dilect.de art.teſtam.tit. de leg.
3 caut.17.& Rolan.conſ.10.li.1. Niſi de cereto commodo† medij temporis vxori ſpectaturo per hæredem doceatur, tunc tantundem de dote detrahendum eſſet, vt per gloſ.in l.2. §. ego quæro ff.de dot.prę leg.l.1.§.ſi quis creditori ff.ad leg.Falcid.& ſupra diximus, verbo legare, quæſt.2. num.18.& hoc eod.verbo quæſtio.1.nu.4.quod facilis probationis non erit, etſi hæres promptam pecuniam non habẽs ex tam celeri ſolutione faciẽda, damna, & incommoda pati poſſet, aſtrictus ad diſtrahendum bona longe viliori pretio, quam alias cum legali dilatione fieret, vt idem Rolan.notat vbi ſupra in fine
4 Idem erit in legato† facto vxori pro eo, quod ſibi debetur, p̃cipue ex cenſura legis, vt inf.quæſt.8. nu.38.& ſeq.vſque ad 55.vt ſcilicet, legatum ſubſiſtat, etſi illud vxori aliquod cõmodum ſit allaturum, in muniendo eius credita, tum pluribus actionibus, tum fortioribus, & longioribus remediis, q̃ commodum pecuniarium conſiderabile non afferunt, vt l. ſi creditori, vbi Ang.Caſt.Alex.& Iaſ..de leg.1.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio inæſtimabilis res eſt.*
2 *Emancipatio res inæſtimabilis,*
3 *Legatum a marito factum patri vxoris ſuę, vt illam fortę ſpuriam, aut iuſtam filiam legitimet, aut emancipet, valet, licet exinde plura commoda vxori ſuccedant.*
4 *Alimentorum relictum in inope, pecunia æſtimabile non eſt.*

Qvæſt. VII.

1 Itidem ex his deſumitur, quod, cum legitimatio † inęſtimabilis res ſit, vt recte Cum.probat, conſi. 97.cum quinque doct.ſubſcriptionibus ibi ſeq. qualis ēt exiſtit emancipatio, † cum ea ſit libertatis cõceſsio l.cum oportet.§.cum autem,& ibi not.Bal.in prin.C.de bo.quæ lib.& in
2 l.1.C.de ingrat.lib.quæ & ipſa inęſtimabilis eſt l.libertas. ff. de reg.iur.l.plane 2.§.fi.& ibi ſcrib.de leg.1.Cum.quoq; vbi ſupra,& Iaſ.in l.1.nu.106.de leg.1.ſicuti nec hominis corpus eſtimationem recipit l.1.§.ſed cum liber.& l.fi.ff.de his, qui deiec.Iaſ.§.omnes autem, in fine inſtit.de actio.ſi contingat
3 per maritum fieri legatum † patri vxoris ſuæ, vt illam forte ſpuriam, vel iuſtam filiam legitimet, aut emancipet, tale relictum ſubſiſteret, Ita vt pater, agnito legato, ad emancipandam, ſeu legitimandam filiam iudicis officio cogi valeat, l. ſi cui legatũ.ff.de cond.& demon.not.in l.quãuis C.de fidei cõ.& Iaſ.ubi ſupra.& licet exinde vxori plura ſuccedere poſſint cõmoda, quę, tũ filijs emancipatis, in ſibi libere acquirẽdo, vt §.hodie quoq; inſtit.per quas perſon.nob.acq.l.ſi viua matre C.de bon.quæ lib.& d.l.cum oportet §. cum aũt. Tũ ēt legitimatis, in cõſequendo ius agnationis,& ſucceſſionis

Source : BIU Cujas

ut auth. quibus mod. natu. eff. ſui obueniunt, Hæc tamen nec ad aliquod eſtimabile reddigi poſſunt, ita ut habenda ſint in conſideratione, Barth. l. poſt emancipationem §. primo. ff. de liber. legat. ac obſeruant Cuman. & alij ſui ſectatores d. conſ. 97. Prout etiam his proxime accedit relictum
4 †alimentorum uxori Inopi factum, quod ideo ſuſtinetur, qa pecunia eſtimabile non eſt, ut ſup. uerbo ſolidos, q. 6. nu. 80. Alia huiuſcemodi æſtimationem non recipientia ſparſim in iure habentur, quæ diligens lector huc accommodare poterit. hæc pro rei introductione hactenus ſufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Maritus cum teſtando confitetur, tot dotis nomine recepiſſe, quæ exinde vxori relinquit, num talis diſpoſitio ſi non iure legati hac prohibitione obſtante, ſaltem in vim debiti confeſſi valeat, reſolutio num. 9. & ſeq. ampli nu. 21. & ſeq. limit. nu. 38. & ſeq.*

2 *Debitor aliquando creditori ſuo legat, quod ei debet.*

3 *Mulier, cui relicta fuit dos, & alia facta legata, generaliter cum hæredibus tranſigendo in dote ſibi præiudicaſſe non cenſetur.*

4 *Confeſſio mariti bonam fidem recognoſcentis, ac pro exoneratione conſcientiæ, num teneat, nu. 27.*

5 *Relictum pro male ablatis reuocari non poteſt, nu. 27.*

6 *Mariti per experientiam de pauco conſcientiam erga vxores faciunt.*

7 *Deportati teſtamentum, in quo mentio habetur de male ablaturum reſtitutione, tenet.*

8 *Confeſſio mariti proteſtantis, etiam notario pro vxore ſtipulante, res in cophonis exiſtentes proprias vxoris eſſe, num in vim donat. morte confirmatæ ſubſiſtat. & nu. 37. & ſeq.*

9 *Confeſſio in teſtamento facta verſus incapacem præſumitur ſimulata, & in fraudem legis adiecta.*

10 *Mercedis cauſæ leges multum fauent.*

11 *Troiæ deſtructio ob mercedem Neptuno, & Apollini retentam prouenit.*

12 *Confeſſioni prohibiti diſponere, niſi reſpectu vnius, vel certæ cauſæ, non ſtatur, niſi de veritate cauſæ aliunde appareat. Idque regulare eſt.*

13 *Confeſſio mariti de dote recepta non probat, niſi de vera numeratione conſtet, præcipue in vltima voluntate, nu. 14.*

15 *Maritus confitendo, a ſecunda vxore dotem recepiſſe, quam ſibi poſtea relinquit, filijs primi coniugij non præiudicat, niſi de vera ſolutione appareat.*

16 *Confeſſio vxoris verſus maritum incapacem non probat.*

17 *Declarationi matris factæ in teſtamento, qua aſſeruit, merces in domo exiſtentes, de pecunijs filiorum eſſe, non ſtandum, quoties Mater non plus maſculis, quam fœminis relinquere poteſt.*

18 *Patri confitenti, tot ab aliquo recepiſſe, non ſtatur, vbi id in filij legitimæ præiudicium tenderet, nu. 22.*

19 *Confeſſio mariti de dote recepta in teſtamento facta in vim legati, ſeu fideicommiſſi tenet, vbi non adeſt prohibitio legandi. Intelligendo vt nume. ſeq.*

21 *Declaratio l. qui teſtamentum. ff. de probat. & l. cum quis decedens, §. Titia. de leg. 3.*

23 *Regula certiſſima, quæ numquam fallit, quod vbi aſſertio, rem de illicita, & a iure improbata, licitam, & permiſſam facit, illa ad actum iuſtificandum prolata nihil probat.*

24 *Maritus aſſerens, legare vxori ob maximos labores, et vigilias per eam præſtitas in longa ipſius mariti infirmitate, aut ob alia benemerita in ipſum collata, legatum non corroborat.*

25 *Fides ei non adhibetur, cui alias non creditur, etiam quod in infirmitate conſtitutus, ſacram Euchariſtiam aſſumpſerit.*

26 *Morientes non omnes verum dicunt.*

28 *Confeſſio geminata num valida exiſtat. & nu. 64.*

29 *Maritus ſuę ipſius dotis confeſſioni, aut eius hæres contrauenire poteſt.*

30 *Confeſſio dotis a marito cum iuramento emanata num ſubſiſtat. & numero 89.*

31 *Temporis lapſus opponendi exceptionem non numeratæ dotis mariti confeſſionem non conualidat.*

32 *Temporis lapſus ſuſpitionem potius arguit, quam tollat.*

33 *Confeſſio dotis in vltima voluntate emanata, non niſi in vim donationis facta præſumtur.*

34 *Renuntiatio exceptionis nonnumeratæ dotis arguit confeſſionem factam animo donandi.*

35 *Plotus nimis generaliter eſt loquutus in caſibus. in quibus exceptio non numeratæ dotis opponi non poteſt.*

36 *Confeſsio per virum ante contractum matrimonium emanata ſubſiſtit.*

37 *Confeſsio viri de dote recepta nec in vim donationis morte confirmatæ valet.*

38 *Confeſsio viri tenet, conſtito de veritate dotis, adiectaue cauſę, cum ampliationibus nu 40. & ſeq.*

39 *Maritus, quum in antenuptiali conuentione promiſsit, certam partem hæreditatis vxori relinquere, eius hæres, ad id complendum, aſtringi poteſt.*

40 *Legis factum, ita vt hominis, ſufficit, ad mariti confeſsionem ſuſtinendam.*

41 *Hominis factum quoties ad neceſſariam legis diſpoſitionem accedit, de eo ratio non habetur, ſed ſolum legis diſpoſitio conſideratur.*

42 *Legatum factum vxori pro quarta, quæ ei debetur ex diſpoſitione auth. præterea C. vnde vir, ſubſiſtit, idem in quarta, quæ vxori a viro ſine cauſa expulſæ dari debet ex l. fi. C. de repudijs.*

43 *Legatum vxori factum ratione antifati, quod maritus ex diſpoſitione alterius noſtræ conſuetudinis facere tenetur, valet, cum declaratione, num. ſequent.*

Alexandriæ conſuetudinis declaratio, de conſtituendo antifato per maritum vxori, & nu. ſeq.

44 *Donatio inter viuos per maritum vxori, non imputatur in legatum factum ex cauſa antifati.*

45 *Antifatum nondum conſtitutum, ad hoc vt valide in caſu noſtræ conſuetudinis relinqui poſſit, quid obſeruandum.*

46 *Clauſula, quæ in dotis conſtitutione inſeri ſolet, & in caſu dotis reſtituendæ, eam reddere iuxta formam iuris, ſtatuti, & conſuetud. quid operetur.*

47 *Promiſſio referens ſe ad ius, non in plus obligat, quam ex forma iuris debeatur.*

48 *Sermone generali, & effuſſo ea veniunt, quæ mortis, & conſuetudinis ſunt.*

49 *Vir vxori donare præſumitur, quæ ſecundum morem ciuitatis conſueta ſunt, donari.*

50 *Io. Iacob. Ghilinus vir prudentiſſimus, Reg. & Duc, Med. Senatus Cancellarius meretiſſimus.*

51 *Antifatum num eo ipſo, quo conſtituta fuit dos, cenſeatur quoq; illud conſtitutum, & nu. ſeq.*

52 *Contractus ſecundum loci conſuetudinem geri videntur, etiam quod nihil ſit expreſſum.*

53 *Antifatum ipſo iure conſtitutum non cenſetur, nec a muliere peti poteſt, niſi ipſa curauerit, vt ſaltem conſtante matrimonio ſibi conſtitueretur.*

54 *Domicilium quod nam in donatione propter nupt. ſpectandum ſit, viri, ſ. an celebrati contractus.*

Vxor prohibita viro ſuo relinquere, tute relinquere poteſt, quod per ſtat. ea prædecedente, defertur marito, & quid tunc valeat legatum.

55 *Legatum factum vxori, vt honorabilius ad ſecunda vota tranſire poſſit, matrimonio durante, a ſecundo viro auocari non poteſt.*

56 *Filię ſpuriæ relictum, quod uiro in dotem datum fuit, conſtante matrimonio vendicari non poteſt, imo prædecedente vxore, vir illud lucratur ad formam ſtat. de lucro dotis. nu. 57.*

57 *Maritus datum pro dote ſpuriæ lucratur, ſtante ſtatuto, vt vir dotem lucretur.*

58 *Probationes adeo certæ, et exactæ ad aſſertionem mariti verificandam non requiruntur, quin id etiam ex coniecturis, præſumptionib. & alijs indicijs effici poſſit, quod varie demonſtratur nu. ſeq.*

59 *Confeſsio mariti valet, conſtito, dotis pr omiſſionem præceſſiſſe, etiam quod dotis inſtrumentum non reperiatur, modo caſus amiſſionis probetur.*

60 *Confeſsio, mariti, ne dum confeſsionis actum ex parte ipſius mariti operatur ſed etiam promiſſionem dotis ex parte illius, cui fit confeſsio.*

61 *Dotale inſtrumentum dicitur, quo maritus confeſſus eſt dotem, cum ex illo eodem remaneat creditor.*

62 *Confeſsio mariti de dote recepta valet, quando maritus diu vxori alimenta præbuiſſet, declarando. nu. ſeq.*

64 *Confeſsio geminata, viri aſſertionem probat.*

65 *Cautella pro vxore, vt præter dotis confeſsionem mariti in teſtamento habitam, curet aliam inter viuos habere.*

66 *Dotis recognitio in vltima voluntate non plus operatur, quam recognitio inter viuos.*

67 *Confeſsio ſecundi mariti, conformis doti, primo viro datæ valet.*

68 *Confeſsio mariti de dote recepta verſus vxorem forenſem probabilis eſt.*

69 *Idem quando facta eſt per virum cum conſenſu curatoris, & iudicis decreto.*

70 *Nec non quando non cum uxore, aut eius patre, ſed cum alio extraneo, quod tamen dubitabile eſt.*

71 *Confeſsio mariti de dote recepta pro parte probata vera, in totum præſumitur vera, & quanta debeat hæc pars eſſe, nu. 72.*

72 *Partis appellatione intelligitur ſemper de dimidia.*

73 *Confeſsio dotis ſubſiſtit, quando in rationibus mariti de illius ſolutione conſtat:*

74 *Confeſsio dotis receptę tenet, quando maritus poſtea iuſsiſſet, illam reſtitui mulieri, cum ad ſecunda vota conuolare voluerit.*

75 *Confeſsio de dote recepta multum adiuuatur ex ſolertia, & ſagacitate mariti confitentis.*

76 *Mariti cauti eſſe debent, ne inuoluantur ad confitendum, integram dotem non habitam recepiſſe, ne exinde oporteat, eorum hæredes illam reddere.*

77 *Confeſsio mariti de modica ſumma valet.*

78 *Confeſsio de dote recepta non in genere, ſed diſcretim facta, multum operatur.*

79 *Omnia a lege diffinita non ſunt.*

80 *Confeſsio de dote recepta num ſubſiſtat, iudicis arbitrio relinquitur.*

81 *Hæres veram notitiam habens dotis confeſſæ, illam ſoluere debet, etſi de iure aſtringi non poſſet.*

82 *Remunerationis gratia quod fit, permutatio, ſeu compenſatio, tituluſne onerosus potius, quam quid gratuitum cenſendum.*

83 *Donare prohibitus, in cauſam remunerationis donationem facere poteſt.*

84 *Donatio inter coniuges remunerationis gratia tenet.*

Dona-

Source : BIU Cujas

85 *Donatio remuneratoria ob natiuitatem filiorum non reuocatur.*
86 *Donatio inter patrem, & filium remunerationis causa valet.*
87 *Pater filium spurium ob merita præcedentia instituit.*
Dispositio l. hac edictali. C. de sec. nnp. prohibens, coniugem alteri non plus relinquere, quam vni ex filijs primi coniugij, locum non habet, quum pro benemeritis relinquitur.
88 *Miles concubinę remunerationis gratia donat.*
89 *Idem clericus.*
90 *Et doctor.*
91 *Res prohibitæ alienari, in remunerationem distrahi possunt.*
92 *Personæ prohibitæ alienare, in causam remunerationis distrahere valent.*
93 *Renuntiationis gratia multa specialia.*
94 *Edicta prohibitoria contra benemeritos prodita non sunt.*
94 *Remuneratoria donatio communibus regulis, seu statutis locorum non subijcitur.*
95 *Legatum vxori factum, remunerationis gratia subsistit, etiam nulla meritorum habita mentione.*
96 *Merita aliunde, quam ex viri assertione constare debent, ad hoc vt subsistat legatum.*
97 *Merita non omnia valent, sed quæ remuneratione sunt digna & præmio condonato æquipollent.*
98 *Merita, quæ nam sint remuneratione digna, iudicis arbitrio censenda, & temperanda veniunt.*
99 *Nobilis, & diues maiorem solet referre gratiam, quam ignobilis, vel panper.*
100 *Merita in vxore erga virum digna, & equipollentia largitioni discutiuntur & num. seq.*
101 *Vir in vxorem duplicem habet seruitutem,*
102 *Vxor pene famula est viri i*
103 *Beneficium non præstat, qui debitum impendit.*
104 *Seruitia obsequialia vxoris in virum remanerationem non exigunt, reliqua autem prȩmio digna sunt, fallit nu. 117.*
105 *Vxor, quæ maritum a morte, seu ab alio imminente, & graui periculo liberauit, remunerationem meretur.*
106 *Homo sicut non æstimatur, ita non æstimatur, quod causa salutis eius datur.*
107 *Meniæ vxores viros suos Lacedæmones capitali pœna damnatos magna cum sagacitate liberarunt, idque impune.*
108 *Vxor comitis Ferdinandi Gundisalui idem fecisse dicitur.*
109 *Vxoris Io. Maturæ egregium factum in liberando eius virum a pœna furcharum.*
110 *Hypsicratea mitridatis uxor virilẽ habitum induta, & tonsis capillis equo se, & armis assuefecit, quo facilius laboribus, & periculis eius interesset, vt oblata occasione non defecit.*
111 *Mitridas se impium & ingratum vxori præstitit.*
112 *Plotina mulier tonso capillo, & in masculam faciem reformato habitu, cum ctorum periculorum mariti particeps fuit, & pro mariti salute adeo perui gil, quod eum in exilium sequuta est.*
113 *Abigail eius virum Nabalim summa cum prudentia cum Dauide in eum irato & ad illius exitium appropinquante, reconciliauit.*
114 *Pacis causa recognitio viri in vxorem tenet.*
115 *Tranisia Titum Iunium maritum suum proscriptum in arcam conijciendo a trucidatoribus liberauit.*
116 *Mulieris factum præclarum, quæ nostris temporibus in oppido solerij Agri Alex. virum suum a carcere euasit.*
117 *Obsequialia officia vxoris in uirum tanta quandoque sunt, quod remunera tionem merentur, ad instar aliorum meritorum.*
118 *Themistochlis, & Diotari Regum vxores suis viris solæ ad ministrabant & inseruiebant.*
119 *Regina Anglię noua, & inaudita medella in regem odoardum eius uirum ad hibita, qua eum gladio uenenato percussum sanauit.*
120 *Alcestæ Admeti Regis Thessaliæ vxor vitam mariti, propriæ prætulit.*
121 *Dominici Catalusij maxima charitas, & amor in vxorem lepra infectam.*
122 *Merita per vxorem præstita, etiam in facultatib. viri, t alia esse possunt, quę remunerationem mereantur.*
123 *Andromachæ hectoris vxor equis pabulum subministrabat.*
124 *Lucratur quis ob notabilem laborem passum quod alias non posset.*
125 *Vxor viro pestifero inseruiens remuneratione est digna.*
126 *Leonora nobilis matrona ex præclara familia de Mantagatijs Medio. nob. Patritio Hyeronimo Canefro eius viro morbo fere contagioso laboranti adeo inseruiuit, vt legato vsusfructus sibi facto commode potiri posse, ab authore responsum fuerit, cuius controuersia exinde composita fuit*
127 *Aluisius Bellonus Reg & Duc. Mediol. Senat. Illustr. vir integerrimus, & scientissimus.*
128 *Maritus ignobilis aut senex, nobilem, seu puellam in vxorem ducens, ei tute legare potest, ac validam confessionem de dote recepta facere, cum ampl. nu. 130. & limit. nu. 131. 132. & 133.*
129 *Vxores diuites, licet rusticas, ac vilis prosapiæ hodiernis temporibns quærunt homines, credentes ex diuitijs nobilitatem etiam consequi.*
132 *Largitio, quæ a viro ignobili, & pene in nobilem, & puellam vxorem fit moderata esse debet, & non nimis excessiua.*
133 *Vxor iuuentutis, seu nobilitatis intuitu compensationem aliam prætende re non potest, quando de certo dotis augmento cum viro conuenit.*
134 *Recognitio facta per maritum vxori, matrimonio non subsistente, in recom pensationem amissi pudoris, subsistit,*
135 *Maritus, & vxor eodem contextu testantes, sibi inuicem relinquunt.*
136 *Maritus, & vxor vbi inuicem conuenerint, vt superstes aliquid consequa tur, tunc vnus ab alio capit, intelligendo tamen, vt infra.*
137 *Omnia, quæ quandoque contingent, animo præsagire, non possumus.*
138 *Difficile, & periculosum est, cauere de singulis.*
139 *Legatum factum vxori, donec vitam vidualem, & honestam duxerit, ac seruauerit, num teneat, resolutio nu. 143. & seq.*
140 *Vitam vidualem seruare. modici grauaminis non est.*
141 *Habitatio vbi relicta est vxori in domo cum filijs, ei quoque debentur alimenta in recompensationem laboris, nu, 153. & seq.*
142 *Maritus hæres ab vxore institutus ea lege. vt nomen, & arma patris sui, atque familiæ assumat, non tenetur hæreditatem filijs pri. coniugij conseruare, nu. 157. & seq.*
144 *Mulierem decet primo coniugio contentam esse, & vitam vidualem seruare.*
145 *Nuptiarum reiteratio salua honestate fieri non potest.*
146 *Matrimonio vnico contenta exemplar est honestatis, & pudicitiæ.*
147 *Virginitas sola potis est, Deo animas præsentare.*
Matronæ Romunæ vno contentæ matrimonio corona pudicitię honorari solitæ.
148 *Areopagitæ Demotionis filia, sponso mortuo, negauit se alteri nuptarum eo quod adulterum acciperet, non maritum. Portiæ minoris præclarum responsum.*
149 *Anniæ Romanæ grauis responsio, horanti, vt ipsa vidua Iuuenis, formosaque iterum nuberet.*
150 *Valeriç Maioris responsum egregium, cum solicitaretur, vt vidua se nuberet.*
151 *Fœminæ Indorum, Trach. Getarum, Catheorum, & aliarum nationum ad sepulchra maritorum defunctorum se conferentes, cum mortuo concremãdas, & humandas se offerebant.*
152 *Barbat. cons. 80. nu. 19. lib. 3. declaratio,*
153 *Bal. in l. fi. nu. 8. C. de ind. vid. toll. explanatio.*
154 *Onus non modicum est, habere curam filiorum, & rei familiaris.*
155 *Cibariorum impensæ naturali etiam ratione ad eum pertinent, qui vtendum accipit.*
156 *Matri cum filijs non commoranti nihil debetur.*
157 *Legatum factum vxori, vt cum filijs, alijsue hæredibus, eorum, & domus re gimini incumbendo, commorari deberet, tanquam remuneratiuum laboris tenet, arbitrio Iudicis.*
158 *Legatum factum vxori, & filiabus simul commorantibus tenet respectu fi liarum, licet non vxoris.*
159 *Vxor donec remanet vidua, dicitur esse de familia viri, illiusque nomen retinet.*
160 *Auctoris benigna excusatio ad lectorem de operis exilitate, ex Sedulij Poetę carminibus.*

Quæst. VIII.

Cæterum post quam huc peruenimus, pro complemento aliquid dicẽdum supereſt, qñ
1 maritus † testando confitetur, & asseuerat, tot dotis nomine ab uxore, eiusue parentibus recepisse, quæ exinde ei telinqt, num hęc mariti dispositio conferat, ita ut si non iure legati. prohibente consuetudine, saltem in uim agniti, uel confessi debiti ualeat. & subsistat. Bald. consilio 467. confessio uiri, lib. 3. repetito consilio 381. lib. 5. annuere uidetur, quod sic, dum uult, mulierem tunc actione dotis agere, eius datio nem probando per confessionem mariti, quem refert, & sequitur Bursat. consil. 32. nume 34. Non enim maritus hoc in casu aliquid de suo uxori relinquit, sed quod omnino redde re debebat l. unum ex familia §, 1. de leg. 2. neque est nouum
2 quod debitor † aliquando creditori suo leget, quod ei debet l. si creditori cum l. seq. de lega. primo l. Meuius §. debitor l. debitor, de legat. secundo. l. legari §. contra ff. de libe. lega. & l. proprias C. de legat. cum alijs sexcentum, & quidem ipsemet maritus relinquat uxori, toro tit. ff. de dote præleg. & §. sed si uxori. institit. de legat. unde cum quidam maritus uxori uaria reliquisset legata, & dotem, quam uere receperat, &
3 mulier † cum hęredibus mariti generaliter de omnibus iudicijs, legatis, & prælegatis sibi in testamento factis transegisset, refert Las. in l. si de certa nu. 6. C. de transf. Fulgu. consuluisse; mullerem sibi in dote non præiudicasse, eo quia erat legatum rei ꝓpriæ ipsius mulieris, q̃ in aliquo grauari nõ potuit. Quod tãto planius procedit, quo ꝓtingit, maritum sic fateri
4 † recognoscẽdo, ut plurimum fit, bonã fidem, ac pro exoneratione cõscientiæ suæ, cum quoties agitur de salute aię, iuris apices nõ attẽdãtur, sed fauor animę, cuiuslibet alterius dispõnẽ excedat, ut per Corram in suis memorab. uerbo, apices, uer. ex his, ubi per Ang. infert, ꝙ adeo ll. fauent animę ꝙ
5 relictum † pro male ablatis, & sic pro exoneranda anima, re uocari non potest, quia habet uim debiti cõ fessi, tamquam cõfessum parte præsente. Ad idem Butr. cõs. 55. in fi. ubi huiusmodi legatum per maritum factum uxori sustinet, ex eo

Source : BIU Cujas

quod factum fuerat ad exoneraudum con ſcientiam defuncti, & animę, erat fauorabile, quia, ut ipſe Butr ſubdit, expe-
6 rientia docet, maritos †de pauco facere conſcientiam, licet multa ab vxoribus perceperint. Hinc eſt, quod teſtamentũ
7 †deportati conſeruatur, in quo ſolum fit mentio de reſtitutione male ablatorum, cum tunc potius debiti redditio, quã teſtamentum appelletur, Roman. conſi. 199. nume. 8. Et quãdo velimus, hęc in vim dotis, ſeu debiti confeſſi non deberi, ea in vim donationis morte confirmatæ ſuſtineri, expreſſim
8 fatetur Ruin. conſ. 44. col. fi. lib. 2. vbi in caſu, quo †maritus in teſtamento confeſſus, & proteſtatus fuerat notario pro vxore ſtipulante, res, in cophonis exiſtentes iuris proprias fuiſſe vxoris, conſuluit, hanc cõfeſſionem in vim donationis morte confirmatæ ualere, non obſtante, quod ex lege municipali nil poſſet vxori relinqui, cum hoc in caſu confeſſio nõ ſit relictum, tacitum, vel expreſſum, ſed ſeparata ſpecies a municipali diſpoſitione non comprehenſa. Diuerſam ſentẽtiã, ꝙ talis confeſſio, ſeu aſſertio aliquam. dotis receptionẽ non probet, vt nec relictum debeatur, Cuma. recte probat, conſ.
9 31. colum. fi. in 3. dubio, eo quia cõfeſſio † uerſus incapacem in vltima uoluntate præſumitur ſimulata, & in fraudem legis adiecta, per duos tex. inſignes, primo. l. qui teſtamentum ff. de probatio. quem dicit mirabilem Anto. Corſet. in rep. c. grandi col. 5. de ſup. neg. prælat. ac pulchrum, & notabilem ait Cagnol. in l frater a, fratre nu. 325. ff. de cond. indeb. Alterum vero l. cum quis decedens §. Titia de leg. 3. qui loquitur in cauſa mercedis, non minus fauorabili, quam dotis cauſa,
10 cum ll. cauſæ mercedis, †multum faueant, iuxta not. ꝑ Bal. & alios in authẽ. niſi breuioris C. de ſent. ex bre. recit. vnde Math. 20. voca operarios, & redde ſingulis mercedem ſuam & alibi contra retinentes mercedem operarijs ualde inuehitur Iacob. in 5. ecce merces operariorum, qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudata eſt a vobis, clamat, & clamor eorũ in aures domini Sabbaoth. Hinc legitur apud Homer.
11 lib. 21. Illiad. (licet poeticum ſit figmentum) propter †mercedem Nuptuno, & Apollini retentam in conſtructione murorum Troiæ illius deſtructionem proueniſſe. Et regulare, eſt, vt per allegata iura inquit Anch. in re omnino ſimili cõ-
12 ſil. 25. & cum eo Dec. conſ. 120. nu. 3. quod prohibitus †diſponere, niſi reſpectu vnius, vel certæ cauſæ, non poteſt diſponere, niſi de veritate cauſæ, aliter quam per confeſsionem, aut aſſertionem diſponentis appareat, cum talis aſſertio facta in fraudem præſumatur, & quęſitus color, hinc ait Soc. conſil. 66. num. 12. circa fin. lib. primo. abſit, quod in prohibitione certo caſu permiſſa ſtetur uerbo dicentis, ſeu aſſerentis caſum permiſſum. idem conſil. 52. num. quinto, & 11. lib. quarto, Capra conſ. 81. nu. 9. Crau. conſi. 175. & trac. de antiq. tempo. prim. parte, ſect. propoſitum noſtrum nume. 64. cum aliquot. ſeq. Vbi, dicit, id eſſe generale in qualibet materia, & alibi idem aſſerendo in reſp. pro Genero numero 187. id notiſsimi iuris appellat, & nos infr. quoque dicemus in ſecun-
13 da ampl. Vnde fit, quod confeſsio †viri de dote recepta non probat, niſi aliter de uera numeratione cõſtet, tamquam in fraudem donationis prohibitæ inter coniuges facta, doct. in l. ſi diuortio. ff. de verbo. oblig. Caſt. conſ. 86. in princ. lib. ſecũdo, Soc. late conſ. 65. & 66. per varias coll. lib. 1. Iaſ. conſ. 32. lib. tertio. Idemmet Ruin. conſi. 49. in ſecundo, & tertio dubio lib. ſecundo. Pariſ. conſ. 62. numero quinto, & ſeq. lib. 1. & communem regulam dicit Dec. conſil. 132. num. 2. Grat. conſi. 36. num. 4. & conſ. 54. num. 28. lib. 1. Quod præcipue locum habet, vt alleg. iura proprie loquũtur, in aſſertione, ſeu
14 confeſsione, quæ †fit in vltima voluntate, Cuman. atteſtans de communi dicto conſ. 31. in 2. dubio, circa fi. & dubio ſeq. Alẽx. conſ. 122. col. 2. & ſeq. lib. 7. Soc. l. 1. nume. 99. ff. ſol. matr. conſ 199. in princ. lib. ſecundo, conſ. 79. in princ. lib. quarto, Corn. de communi quoque atteſtando conſ. 132. nu. tertio. lib. tertio, Camb. tract. Clauſ. tit. de verb. enuntiat. in vlti. volunt. col. 6. Ruin. loco prox. alleg. Couar. lib. 1. uariar. reſol. ca. 7. nume. quarto, verſ. ſed quod etiam, & ante eos Bal. in l. rationes nume. tertio C. de probatio. vbi poſteaquam voluit, donationem in teſtamento factam parte præſente, ſeu notario ſtipulante non poſſe reuocari, ſubdit, illud verum inter capaces, alias præſumitur figmentum, ſi lex impedimẽtum præſtat. Idem Bald. in l. prima. numero quarto C. de falſa cauſa adiecta. vbi confeſsio in vlti. voluntate non præſumitur ſimulata, quia aut vera, aut graruitã præſumitur, niſi (vt ſubdit Bald.) fieret verſus incapacem. Quinimo dum ſola confeſsio interuenit, magis ſuſpicandum eſt de fraude, ad not. in l. ab Anaſtaſio, & l. per diuerſas C. mand. Bald. conſi. 332. præmittendum eſt, nume. tertio lib. primo. Iaco. Put. qui dicit communem inter conſ. Calc. conſ. 62. nume. 7. verſi. ſecũdo in alio, & nos etiam infra dicturi ſumus in ſecunda amp.
15 numero 23. Hinc ſi maritus † confiteatur, a ſecunda vxore dotem recepiſſe, quã ei poſtea relinquat, hęc confeſsio filijs primi coniugij nõ prędiudicat, niſi vera ſolutio appareat, Bal.
16 conſ. 11. iſta mulier li. 5. Ac verſauice, ſola confeſſio †vxoris erga virum incapacem non probat, idem Bal. conſ. 398. q. talis, colum. fi. lib. 1. & de vxore etiam certam quantitatem ſecundo viro legante tamquam ſibi debitam, & in expenſarũ recompenſationem pro ea in litigando factarũ, vt tale legatum in præiuditiũ filiorum primi coniugij nõ valeat, niſi aliter probetur, quod illa quantitas marito debita fuiſſet, cõſuluit Ruin. conſi. 44. in vltimo dubio lib. 5. Sic etiam, ꝙ declara-
17 tioni †matris in teſtamẽto, factæ, qua aſſeruit, omnes merces in domo exiſtentes de pecunijs filiorum eſſe, ſtandũ non ſit, in caſu, quo mater non plus filijs maſculis, quam fœminis poterat relinquere, conſuluit Dec. conſ. 184. nu. 11. Nec ad
18 hucpatri †confitenti, tot recepiſſe ab aliquo, ſtãdum ſit, quoties id in filij legitimæ præiudicium tenderet, niſi aliter de eius ueritate conſtet, Alex. obſeruat conſi. 26. nu. 1. lib. 2. cõſ. 18. libro quarto, cum alijs adductis per D. Ceph. conſilio 85. nu. 29. & ſeq. & Phan. de inuent. hær. 7. parte nu. 118. & ſeq. Et prope. ẽt ꝙ recognitio viri in teſtõ verſus vxorẽ de dote recepta, numerationem aliquam non probet, niſi aliunde legitime verificetur, licet fideic. inducat, voluit Ca. conſ. 405. in 1. dubio lib. 1. vt quo ad fideicommiſſum idem vult Curt. iun. conſ. 248. circa finem, & nos infra num. 27. quod cum dubio procul ſit prohibitum, vt ſupra diximus verbo, legare qõ. 1. nihil ſuffragatur, uxori vt ſ. eo. uerbo legare q. 7. nu. 3. Ad idẽ pulchre Bal. conſ. 14. Antonius col. fi. lib. 2. & in puris terminis conſuluit Io. de Canemort. relatus per Vital. de Camb. tract. clauſ. tit. de ſimul. num. 17. quando maritus, ſtante hac noſtra prohibitione, in teſtamento confeſſus, eſt etiam ad interrogationem vxoris, tot de bonis paraphernalib. vxoris alienaſſe, ut talis quoq; confeſſio nõ ualeat, tãquam facta in fraudem ob ſtatuti prohibitionem, Barb. conſ. 80. col. fi. uer. ſed quo ad dotem lib 3. Plot. conſ. 168. num. 41. inter conſil. ult. uol. & ſecundum allegata ſentit Alban. ad Barto. in l. 1. nu. 17. C. de ſum. trin. ac ſuper ſtatuto Pap. ſcribit Alci. conſi. 325. num. 1. quod ſecundum imp. æſ. Venet. eſt conſil. 82. lib.
19 5. idem Alciat. conſil. 71. num. 5. cod. lib. Secus ubi uxor †eſſet capax, ſicq; ei nõ obſtaret prohibitio, tunc in uim legati, ſeu fideicommiſſi talis confeſſio ualeret, ut Caſt. & Cur. iun. in locis iam relatis uolunt, & in ſpecie concludit Alci. conſ. 131. in princ. lib. 9. ac uoluit Phan. ubi ſup. num. 118. & 119.
20 Hoc tamen intelligendo, † ut ipſe Phan. admonet, qñ maritus præter uerba confeſſionis aljs quoq. uerbis legatum, ſeu fideicommiſſum importantib. uſus fuiſſet, alioquin nõ ſubſiſteret, niſi in uim debiti confeſſi, quod etiam non ualeret, niſi confeſſio uxore præſente, & acceptãte, aut accedente iurõ mariti, facta fuiſſet, ꝙ memoriæ commendandum uenit Hæc cõcluſio, quã & ueriorẽ & crebriorẽ putamus, ampliatur, vt procedat, qualitercũq; confeſſio fiat, ſiue abſente, ſiue
21 præſente uxore, ſibiq; ſtipulãte, ex generalitate tex. d. †l. qui teſtamentum, & d. §. Titia, ꝙ explicite obſeruat Cu. d. conſ. 31. col. fin. quia, ut ipſe ait, ſi ratio fraudis eſt illa quæ annullat, eadem fraudis ſuſpitio tam præſente, q̃ abſente uxore ſubeſt, ac manifeſta cauillario eſſet tex. cum gl. d. l, qui teſtamentũ intelligere parte abſente, & nõ præſente, cũ quo ſentit Angel. cõſ. 181. col. 1. ver. nec credo hoc caſu, & Vital. Cab. poſt Io. de canem. ubi ſupidem uoluit Bal. d. l. rationes. nu. 3. C. de prob. ubi aperte loquitur de confeſſione facta de teſtõ præſente parte, uel notario ſtipulante, Ruin. conſil. 49. in 2. dubio lib. 2. & Phan. d. 7. parte, de inuent. hær. num. 117. Nec docto. in l. ſi diuortio, quo ad hoc differentiam conſtituunt, an uxor ſit abſens, uel præſens. Quinimo in caſu noſtro præſentia uxoris maiorem ſuſpitionẽ fraudis arguit, quam abſentia, ut ſupra diximus uerbo, legare, q. 7. nu. 53. & ſeq. Alioquin liberum eſſet marito, de facili prohibitionem hanc de fraudare, & deludere, confitendo ſe debitorem uerſus uxorẽ ex cauſa dotis receptæ ad conualidandum relictum ſibi prohibitũ, legib. omnib reclamantib. ut ſępe dictum. fuit, quo arg. in materia ad plenum utitur Soc. d. conſ. 65, nu. 10. & ſ. 66. nu. 16. uer. nam alias, Cra. d. conſ. 175. col. 1. uer. & niſi, & al leg. ſect. propoſitũ noſtrum nu. 67. & in reſp. pro Genero nu. 61. & 187. cum alijs ſup. deductis, uerbo, ſolidos q 6 num. 75.
22 uerſ. unde ex prænarratis, prout confeſſio patris †(ut ſup. diximus) filio non præiudicat, quo ad diminuendã eius legitimã cum alias aperta eſſet uia malitijs ad fraudãdũ filios ſuos legitima, Alex. d. conſ. 26. nu. 1. lib. 2. Iaſ. l. ſi arrogator nu, 25. ff de adopt. & l. 1. in prin. nu. 4. & ſeq. ff. de eo per quem factũ er. Ruin. conſi. 169. num, 12. li. 2. & D. Ceph. conſ. 85. num. 30. ſecundo ſiconcluſio procedit, quum maritus ex cauſa dotis quæ tam prędipua eſt, ut l. 1. ff. ſol. matr. uxoris debitorẽ ſe facit, multo fortius locũ habebit, ubi alia ex cauſa nõ ita fauorabili debitorẽ ſe conſtituit, ut exempla nonnulla refert tex. d. l. qui teſtamentum, nec nõ tex. dicto §. Titia, loquens in cauſa mercedis, nõ minus fauorabili, quam cã dotis, ut mox

dixi-

Source : BIU Cujas

diximus,& conſuluit Dec.d.conſi.132.& reperitur quoq;in cauſa pia,vt ex eo tex.no. Floria.d.l. qui teſtamentum nu.3. vbi infert,ꝙ licet,per ſtatutum loci contra talia ad pias cauſas relicta nil poſſit,opponi,hoc tamen bene poterit opponi ꝙ id, ꝙ ſonat in piam cauſam,in fraudem legis adiectū fuerit ſic etiam Anch.cōſ.25.Cambis.Plot.& Alc.locis p̄alleg. Et generaliter,ex quacumq; cā maritus faciat ſe debitorē,ꝙ cedit, tam in genere,quam in ſpecie expreſſa,cum,vt inquit tex.in d.l.q teſtm̄,ex quo vxor inſolidum capere non poteſt, cauſa hæc in fraudem legis in teſtamēto adiecta ſit,vt s̄.diximus nu.9.& ſeq.dū concluſionē firmauimus,ad hoc ēt Rip. in l.fęminæ nu.49. C.de ſec.nup. Hinc ſumit Iaſ.poſt Bald.in
23 p̄lud.feud.nu.90.ꝙ certiſſima eſt regula,†quæ nūquā fallit ꝙ vbi aſſertio rem de illicita, & a iure improbata licitam,& a iure permiſſam facit, illa ad actum iuſtificandum prolata nihil probat, imo vt iam quoq; retulimus nu.14.ex hoc magis ſuſpicandum eſt de fraude, & iuris circumuentione, nō ſic eſſe,vt p̄nūciatū fuit,ꝙ ſentit ēt Barb.cōſ.28.nu.6.& ſeq. li.3. Inde colligere poſſumus, ꝙ cā,quę vt plurimum a mari
24 to†vxori ſuæ legāte aſſeri ſolet, videlicet,ob maximos labores,& cōtinuas vigilias in longa ipſius mariti infirmitate ab vxore p̄ſtitas,ac p̄p alia benemerita, in ipsū collata nihil releuat,tāquā in fraudē legis adiecta,ex gñali,vt diximus,iuris regula,atq; certiſſima,inter perſonas prohibitas,huiuſcemodi aſſertionibus ſtandum non eſſe, ſiue generalibus, ſiue ſpecialibus,niſi de veritate illarum aliter conſtet,doctor.communiter in l.ſi donatione C.de collatio.Soc.d.conſil.66.nu. 13.& ſeq.Ruin.d.conſ.44.colum.fi.vterq; atteſtans de cōi,& omnium latiſſime tradit Tiraq.in l.ſi unquam, uerbo,donatione largitus,in tertia declarat.nu.87.& ſeq.C.de reuoc.donatio.Alciat.& alij ſup.adducti.Accedit Bald.in cap.1.§.va-
25 ſalli,prope finem,de pace conſt.Vbi ſcribit, non eſſe†ei fidē præſtandam, cui alias non creditur,ſi infirmitate laboret,ēt quod ſanctiſſimam euchariſtiam aſſumpſerit, cuius verba
26 dixit aurea Curt. Sen.conſi.69.in prin.nam morientes†non ſemper verum dicunt,Oldr.conſi.191.num.2. Marſ.in prac. crimin.§.reſtat num.12. Dom. Iacob. Menoch. conſilio 39. num.69.& ſeq.Et ſic tertio loco memorata concluſio,quantumlibet mariti perſona grauis, & honeſta ſit d. l. cum quis decedens. §. Titia honeſtiſſima fœmina de leg.tertio,& no. Tiraq. d.l.ſi unquam, verbo,donatione largitus num.89.in fine,quod repetit.tracta.de pœn. temper.cauſa.51.num.83. ver.quamquam etiam, & conſulendo tradit Bello.conſ.48. numero octauo, & Dom. Menoch.dicto conſil.39. numero 71.ac ſatis conferunt uerba Bald.in dicto §.vaſall..mox rela
27 ta. Vndē fit, nihil adhuc releuare aſſertionem illam pro exoneranda anima, vt in his terminis conſuluit Bal. conſ.398. quæſtio talis, colum.finali iuncto themate lib.1. & conſilio 14.Antonius, lib.2. pro quo etiam Bar.in rep.l.1.num.37. C. de Sacroſ.Eccleſ.ubi quoties quid pro male ablatis alicui relinquitur, niſi aliter probetur male ablatum iudicatur de eo,quod de puro legato,idem Bar.in l. qui vxori. ff.de auro, & argento leg. Floria.dicta l.qui teſtamentum num.tertio, Alex.conſ.122. num.6.li.7. confert,quod ſcribit Socin.iun. conſ.99.colum.fi.lib.2.& quæ ſuperius a nobis notata ſunt, verbo,legare.q.2.num.19.& ſeq.ad hoc explicite Crot. conſil.194. per totum,vbi tandem inquit,ꝙ vbi prohibitus teſtari,aut legare,poſſet,pro exoneratione conſcientiæ relinquere, diſpoſitio legis ſic prohibentis eluderetur, cum teſtator videns,ſibi interdictam eſſe facultatem legandi, pro exoneratione conſcientiæ relinqueret, & ſup. etiam anotauimus uerbo legare q.7.nu.50.& ſeq. Quanquam relata per Cottam in d.verbo, a pices extra eius dictū adhuc nō uagādo, nō loquuntur inter perſonas incapaces,quarum aſſertionib.rem licitam de illicita facientibus nullo pacto ſtandum eſt,ut ſupra diximus numero 23.quæ nec etiam omnino indubitata exiſtunt,ut in oppoſitum ſe offerunt Bar.in d.l.cum quis decedēs.§. codicillis,ipſemet Ang.in l.1.C.de falſa cauſa adiecta,& Tiraq.alijs relatis de priui.piæ cauſæ.in 117. priuileg. ultra ꝙ huiuſmodi confeſſum alio iure non debetur,quam ſub ſpecie legati, vt declarat Aret.conſ.64.in 2.dubio, & ita cōiter teneri firmat Feli.in c.olim num.8.de reſcript. ꝙ per hanc noſtrā prohibitionem non ſubſtit, ut s̄.diximus nu.18.
90 num. 22. & ſeq. in doctore † autem, & alijs quoque præcedentibus, Io. Lup. in rub. ext. de donat. int. vir. §. 39. nu. 13. verſicu. vnum non eſt, & Tiraq. l. ſi vnquam, verbo, donatione largitus. num. 23. & ſequen. C. de reuoc. donatio. Et generaliter ꝙ
91 res † prohibitæ alienari, ob remunerationem tamen diſtrahi poſſint, & etiam perſonæ alias prohibitæ, diſtrahere ex cauſa remunerationis utique valeant, ex Bar. & alijs firmat Iaſ. cōſilio 227. colum. 6. verſicu. octauo facit, lib. 2. conſil. 73. colu. ſecunda. verſicu. confirmo optime, lib. 3. qui idem voluit, licet non ita explicite in d. l. ex hoc iure. num. 60. & alia quam
92 plura remunerationis † gratia ſpecialia exiſtunt, quæ omniū latiſſime congerit Tiraquel. dicta l. ſi unquam, verbo donatione largitus, a num. 11. cum pluribus ſequen. C. de reuocā. donatio. & Do. Menoch. de arbit. iud. lib. ſecundo. caſu 434.
93 Sed illud nobis pro regula ſit, ꝙ † contra benemeritos prodita non ſunt edicta prohibitoria, Bal. conſil. 53. Item prouiderunt, in fine lib. 2. vt pro regula ponit Soc. iun. conſil 91. nume. 20. lib. 2. & alibi inquit Bald. conſil. 51. generali ſtatuto, ad finem. lib. primo. quod ratione multitudinis meritorum decet fieri derogationem generalium ſtatutorum. Hinc ait
94 Barb. conſ. 2 num. 6. lib 3. quod donatio † remuneratoria cōmunibus regulis, ſeu ſtatutis locorum non ſubijcitur, & alibi inquit Io. Lup. alleg. §. 50. num. 7. ꝙ hæc donatio non iudicatur per regulas aliarum donationum. Cum itaque cauſa remuneratoria adeo exiſtat fauorabilis, vt ei multa ſpecialia ſint, ne dum conceſſa, ſed nec ipſa iuris regulis aſcripta reperiatur, hæc ampliatio ſatis comprobata habetur, vt di-
95 ſpoſitio in cauſa † remunerationis concepta ſubſiſtat, noſtra hac prohibitione non obſtante. Quod & deffectus ipſius rationis ſuadet, cum, vbi adſunt merita, non præſumat̄ fraus ex aliquo interdicto, inquit Bald. in cap. edoceri. nume. 7. de reſcr. per glo. in toties alleg. l. qui teſtamentum. ff. de probat. meminit Tiraq. ubi ſup. nu. 46. in fine, & in ſpecie vult Plot. conſ. 168. num. 74. int. conſ. vltim. volunta. quod in volum. ſuorum conſiliorum reperitur ſub nume. 17. & ſupra etiam verbum attigimus, verbo, vxori. quæſt. 5. in fine. Quinetiam eſto, quod de meritis nulla ſit facta mentio, eorum adhuc cō templatione res geſta præſumi debet, non ſecus, ac ſi de illis expreſſa mentio facta eſſet, modo tamen præceſſerint merita, Iaſ. dicta l. ex hoc iure. num. 55. circa finem. ff. de iuſtitia & iure, per glo. in l. ſi donatione. C. de collat. quam dicit, omnes ibi tenere, cum alijs relatis per Tiraq. d. verbo, donatione largitus nu. 70. cum octauo ſeq. ultra quos idem ſentire uoluit Ioan. Lup. in dicta rub. de donat. §. 31. numero tertio & §. 46. numero quarto, verſiculo hæc tamen, & non obſcure Bero. conſilio 64. numero primo. lib. primo. Vinius uerbo, donatio facta a patre, num. 6. Riminal. inſtitu. de donatio. nu princip. numero 84. Plot. conſil. 1. num. 18. & ſequen. D. Ioan. Ceph. conſ. 94. nu. 18. & in ſpecie relicti facti in vxorem, ut ob eius merita teſtator motus uideatur ad legandum, not. Ale. conſ. 171. num. 7. uerſic. præterea lib. 2. præſuppoſito tamen,
96 quod de meritis † aliūde, quam ex mariti aſſertione, ſiue generali, ſiue ſpeciali etiam iurata conſtet, cū ſcilicet ſimus inter perſonas prohibitas, Soc. conſ. 66. colum. 3. verſic. ſed omnia præmiſſa, lib. 1. Capra conſil. 81. num. 9. late Tiraq. dicto, verbo. donatione largitus. num. 87. & ſeq. Vaſq. lib. primo. de ſucceſſ. reſoluit. §. quinto. num. 10. & 11. D. Clar. vbi atteſtatur de magis communi. §. donatio. quæſt. 3. verſic. ſed hic occurrit, & Riminal. loco prox. alleg. num. 84. & ſeq. ubi idem uult, etiam quod diſponen ab onere probandi merita partē releuaſſet, & ſupra etiam diximus. num. 9. & ſeq. Verum qa
97 non omnia merita † in hoc ualent, ſed illa dumtaxat, quæ remuneratione ſunt digna, ac præmio condonato æquipollent, ut per Ale. in dicta l. ſi donatione, numero 4. C. de colla. conſ. 55. num. 4. li. 1. Iaſ. d. l. ex hoc iure. num. 53. uerſi. ſecundo intellige, ſo. de Amic. conſ. 31. num. 10. Dec. conſi. 369. num. 12. verſi. & benemerita debent, & D. Ceph. dict. conſ. 94. nu. 19. alioquin actus, non tenet, niſi quatenus ipſa merita valent, quicquid ſenſerint, qui noluerunt, iuxta dimidium pręmii merita ſufficere, Alex. & Iaſ. locis alleg. Soc. atteſtans de communi, conſ. 91. ante nu. 9. lib. primo. Cotta. verbo, donatio facta filio, cum aliis congeſtis per Tiraq. dic. verbo, donatione largitus. nu. 79. & aliquot ſeq ad idem Chaſſ. conſ. 7. nume. 11. Pariſ. conſi 90. num. 13 in fin. & num. ſequen. lib. 3. D. Clar. d. §. donatio. q. 8. verſi. ſcias etiam, & Plot. in ſpecie alle
98 ga. conſi. 168. num. 74. Et quæ † ad huc iudicis arbitrio penſanda, & temperanda ueniunt, vt animaduertūt. Soc. conſ. 295. num. 7. in fine lib. 2. Iaſ. conſ. 154. num. 5. lib. 2. Curt. iun. conſil. 126. num. 11. uerſ. ſed circa hoc, & cum his, quoque docti. ſſi. Menoch de arbit. iud. lib. 2. caſu 132. num. 7. & caſu. 434. ꝙ uoluit etiam Barbat. conſ. 2. num. 16. conſ. 29. num. 12. lib. tertio, & D. Cla. dict. §. donatio quæſt. 3. uerſ. ſed quæro. Tum in ſpectanda qualitate relinquentis, num diues ſit, nobilis, aut ignobilis, ſeu pauper, cum ad diuitem, & nobilem magis ſpecter liberalitas, ſoleatque † ipſe maiorem referre gra-
99 tiam. quam pauper, vel ignobilis, ut docet Tiraq. dicto, verbo, donatione larg. num. 84. & ſeq. & Port. Imol. conſ. 21. nu. 36. Tum etiam in obſeruanda qualitate benemeriti, vna cū tempore, & temporis quantitate collati beneficii, ſecund. Alex. d. conſ. 55. num. quarto, Barbat. & Port. Imo ubi ſupra. Difficultas verſatur in diſcutiendo, quæ nam merita in uxo
100 re erga uirum ſubeſſe poſſint, quæ † digna, & æquiualentia largitioni dici poſſint, præcipue cum uxor in obſequiis erga uirum eſſe debeat, l. ſicut. ff. de oper. lib. in tantum, ut in-
101 quit, glo. in c. quod Deo, verbo, hunc. 33. q. 5. quod uir † dupli cem habet in uxorem ſeruitutem, unam, quo ad debitum reddendum, alteram quo ad miniſterium ſibi exibendum,
102 & alibi habetur, ꝙ uxor pene † famula uiri eſt, & ordine naturali ſibi ſeruire tenetur, cap. eſt ordo, & cupitulo, ſatis eadem 33. quæſt. quinta. Abb. cap. literas. num. 27. de reſt. ſpoliat unde uix eſt, quod merita, ſiue ſeruitia ex parte uxoris in virum ſubſint, quæ præmium, ſeu remunerationem exigāt, cum talia potius ex neceſſitate, vel officio debeantur, quæ remunerationem non recipiunt. l. ſi ſeruo. ff. de hær. inſt. ubi,
103 non cenſetur præſtare † beneficium, qui debitum impendit, & in l. proxime. ff. de ritu nupt. cum dicitur, magis debitam libertatem præſtitit, quam ullum beneficium in mulierem contulit, ad idem. l. vnum ex familia. §. primo. de leg. ſecundo. ibi, non enim facultas neceſſariæ electionis propriæ liberalitatis beneficium eſt. Quid enim eſt, quod de ſuo videtur reliquiſſe, qui, quod reliquit, omni modo reddere debuit, & ita nos admonet Iaſ. dicta l. ex hoc iure. num. 55. in fine. Rip. d. l. ſi vnquam. q. 14. circa finem. & iterum in 3. reſpon. in fine titu. de donatio. inter vir. & vxo. cum alijs abunde deductis per Tiraq. in dicto verbo, donatione largitus. nu. 106. & ſeq. Io. Lup. in rub. extra de donatio. inter vir. §. 50. num. 33. & in not. caſu tradit Dom. Ioan. Ceph. dicto conſ. 94. nu. 16. & ſeq. ad idem Flor. in 2. diſpo. 4. dub. col. 2. uer. item ad idem quod etiam, ubi ob id vult, mulierem potius turpiter recipere.
104 Sed cum hæc in officiis. ſiue ſeruitiis † dumtaxat obſequialibus procedant, quę tamquam uiro debita remunerationem aliquam non exigunt, quę ſunt, ut ſupra, diximus uerbo, vxori in princ. non autem in meritis, ſeu beneficiis, quę extra obſequialia conſiſtunt, ſic extra naturalia ut aliqui appellāt ad quæ uxor cum nulla lege obligata ſit, illa, quidem, vbi præſtita fuerint, præmio, & remuneratione ſunt digna, vt Salic. explicat in l. filiæ cuius num. 12. C. fam. erciſcun. & cum eo, Rip. in l. fœminæ. num. 41. C. de ſecund. nupt. & ita etiam ſentiunt Abb. Iaſ. Ioan. Lup. & Rip. met. atque Tiraq. locis præalleg. Quod & uoluit Anna in c. primo. nu. 7. de cler. ægrot. quum requirit, talia benemerita eſſe extra naturalia cū naturalia uxor facere teneatur. & Plot. in ſpecie dic. conſil. 168.

num.

Source : BIU Cujas

num.74.uerſicu.& debent eſſe ſeruitia,Dubio procu.In uxo re erga uirum adeſſe,& conſiderari poſſunt merita largitione digna, hac noſtra prohibitione poſt poſita. Vt quia uxor
105 †maritum a morte, ſeu ab alio imminente, & graui pericu lo liberaſſet,ueluti, vbi marito de capitali crimine in carce ribus detento,vxor veſte muliebri induta carceres intraſſet cauſa uiſitandi eum,aut cauſa præbẽdi alimeta. & veſte mu liebri uirum induiſſet, qui in forma mulieris a cuſtodib.exi re permiſſus,aufugit,dimiſſa in carceribus muliere eius veſtibus induta.Nemo enim dixerit,quin hoc ſit inſigne bene ficium, & remuneratione dignum,l.ſi pater.§.prim.ff.de donatio.merces,enim inquit tex.eximii laboris appellanda eſt, quod contemplatione ſalutis certo modo æſtimari non pla
106 cuit,& ait ibi glo.quod ſicut homo†non æſtimatur,ita non æſtimatur id, quod cauſa ſalutis eius datur, ſimilis text.in l. etiam.§.ex prærerito.ff.de manu.vind.& cap.ſi quis Papam 79.diſt.ut ex his not.Ioan.de Amic.conſ.31.nume.1. Barbat. conſil.2.num.16.conſil.29.num.12.lib.3. & clarius poſt Ann. & Maria.Ioan.Lup.in Rub.ext.de donat. inter uirum.§.32. num.8.vbi,quod valet donatio remuneratoria inter coniuges,non ſolum quando remuneratur ſeruitium,ſeu intereſſe numarium, verum etiam ſi interueniat allud ſeruitium, honoris,aut periculi,vt pote,ſi cũ uir.ut iam retuli,eſſet ad mortem damnatus,& carceratus. vxor forte ſagax,& aſtuta eum a carcerib. liberaſſet,dando ſibi veſtimenta muliebria aut habitum,abſit enim,inquit Lup.quod hic dicamus, donationem mariti in remunerationem huius beneficii factã
107 non ualere. Quemadmodum proprie euenit Meniarũ†uxoribus in Lacedemonios, ut refert Valer. Max.lib.4.capi.6.in fine,& ex noſtris meminit, aſſerens nec id quidem puniendum.Floria.in l.liber homo colum.2.ff.ad.l.Aquil.& in ſua diſput.2.dubio.3.Paris de pur.tract.Sind.verbo, carcer. §.an ſi plures,in fine.num.18.Tiraq.cum eis ad.l.3.connub.num. 69.Mandoſ.tract.de ingrat.cap.37.& alibi quoque in materia.Ioan.Lup.allegat.rub.de donatio.§.50.num 4.qui refert,
108 idem feciſſe uxorem†comitis Ferdinandi Gundiſalui,vt habetur in Valer.Scholaſt.Hiſtoriæ lib.4.tit.3.capit.4. commemorans, ſimile factum non minus egregie ſuis temporibus
109 euenisſe in uxore†cuiuſdam Ioan. Maturę ſibi notiſſimi, in uilla de cauales.Cum enim,inquit ipſe, comes de Aguilar, dominus uille illum odio habuiſſet,capi fecit,& ad furchas, deduci, cum autem prope Eccleſiam iter agendum eſſet. ipſe ad eccleſiam confugit,ubi poſiti ſunt cuſtodes,interim capti famulus equum domini ad eccleſiam deducit,& illuc quoque eius vxor uiſitandi gratia acceſſit, & cum nocte ſequenti cogitaſſet, cuſtodes fraudare, & famulo perſuaſiſſet, ut domini veſtibus indutus equum aſcenderet, interq; medios cuſtodes abiret, quatenus cuſtodes dominũ fugere credentes, eum inſequerentur, & interim recedentibus cuſtodibus libere ab eccleſia diſcedens liberaretur, famulo id aggredi non audente, uxor facere pollicita, equum ipſa aſcendit,& ſic mariti veſtibus induta,lanceam manu dextra geſtãs calcaribus equum percutiens inter medios cuſtodes fugit, quam maritum credentes cuſtodes,eam inſequuti ſunt, eccleſiam, & maritum deſerentes, quæ ubi maritum incolumen, atque liberum eſſe putauit, cuſtodibus eam inſequentibus ſe oſtendit, quam cum cognouiſſent, ab inſecutione deſiſterũt,& ſic maritum a morte liberauit. Non minus quo que laudanda,& digna etiam remuneratione fuit Hypſicra-
110 tea†Mitridatis uxor,quæ uirilem habitum induta, & tonſis capilis,equo ſe,& armis aſſuefecit,quo facilius laboribus,& periculis eius intereſſet. Quin etiam victum a Cneo Pomp. per eſſernatas gentes fugientem animo paritet, & corpore, infatigabili inſequura eſt.cuius tãta fides aſperarum, atque difficilium rerum Mitridati maximum ſolatium, & iucundiſſimum lenimentum fuit. vt apud Val.Max.lib.4.capit 6. Mandoſ.alleg.capitu.37. & in materia refert, ac notat Plot. conſil.primo.num.18.& ſeq. vbi proprie notat, quod uxores ſequentes uiros vagantes,dicuntur mereri, ob idq; donatio in eas facta tanquam remuneratoria tenet, & ante eum in facti contingentia arguendo ad partes uoluit Florian.alleg. 2.diſput.in 3.dubio,vbi id,dicit,boni exempli eſſe,ut mulieres ad amorem coningum,& eorum conſeruationem virili
111 ter excitet.Licet exinde Mitridas†ſe impium, & ingratum ei præſtiterit,ſtatuens, uitam veneno illam ſecum finiturã, ut Mandoſ paulo infra meminit. ut eandem imitata Plotina †mulier apud Apul.lib.7.tonſo quoque capillo.& in ma
112 ſculam faciem reformato habitu,inter ipſas cuſtodientium manus,& gladios nudos,cunctorum periculorum particeps & pro mariti ſalute peruigilem curam ſuſtinens maritum in exilium ſequuta eſt, quod & ex noſtris refert Tiraq. ad d. l.tertia connub.num.66.Et non minus etiam prudenter etſi
113 cum longe minore ſudore,ſe geſſit Abigail†pro ſalute Nabilis eius uiri,cui cum Dauidem iratum cognouiſſet, & ad illius exitium cum armatorum cohorte appropinquare,obuiam prudẽs mulier cum magnis muneribus illi facta eſt,ad eoque præferocis,& irati iuuenis animum circumegit,vt ex inimico confeſtim Dauid amicus illi, & ex hoſte hoſpes factus fuerit,ut prim.regum.c.25. & cap.ſi aliquid. 22.q.4.Cuius exemplo crederem, quod ubi maritus opera, aut contẽ-
114 platione vxoris pacem†a ſuis inimicis conſequutus fuiſſet vel cum eis reconciliandus eſſet, hac largitione mediante, tunc recognitio uiri in uxorem ualeret,iuxta not.per.Ioan. Lup. in dicta rubrica. extra de donatione. §.32. in fine. Barbat.conſil.11.num.9. lib. ſecundo & Neuiz.conſi.8.num. 21. Et Auguſto Cęſare Imperate, cum ad ulciſcendam iulii, mortem multi proſcriptorum in urbe trucidarentur, ſe ẽt
115 præbuit Tanyſia, †quę Titum iunium maritum ſuum proſcriptum in arcam coniecit,atq; eum apud Philopęmenem libertum,repoſuit.ut quæſitus in propriis ædibus,nec inuentus, incolumis in tanta hominum crudelitate euaſerit, ut apud Xiph.Dion.Nicei abbreuiat in Auguſto.illud quoque
116 in oppido † Solerii agri noſtri Alexandrini annis proximis euenit, quod cum quædam mulier maritum in carcere haberet,de cuius ſalute ſatis dubitabatur, & ei limam a tergo recluſam attuliſſet, ut ſe a cõpedib. ſolueret,fingens exinde, velle maritum ſaucium, & infirmũ viſere, & ei medellam præbere, vt aliquando facere conſueuerat, acceſſit ad carcerem tetrum quidem ac profundum, ad quem per varia oſtia tendebatur, & illuc ingreſſa cum vno ex cuſtodibus, eo ipſo quo oſtium carceris, quo maritus extabat, apperitur, mulier in carcerem cuſtodem impellit, & mox egreſſo marito ita ad rem commonito, & præparato, oſtium carceris cum intus cuſtode clauſit, & ad poſteriorem portam veniens, marito eam inſequente, petitione facta alteri cuſtodi, vt ipſi mulieri eggredienti apperiretur, aperto oſtio, mox ipſa mulier cum tam magno conatu, & impetu ſe cuſtodi oppoſuit, quod maritus proſiliens euaſit.Verum hæc pro tempore fœlix mulier, ne dum præmium aliquod pro tam collato beneficio non exegit, ſed cum maritus in patriam reſtitutus, inueniſſet, eam non parum pudice vixiſſe, vltimo exitio cum piggio-
117 ne retribuit. Quin etiam & obſequialia † officia tanta eſſe poſſunt, vt pote quæ diutiſſime, præcipue a nobili matrona cum magna cura,& ſolicitudine,ac in graui, & longa ægritudine mariti, præſtita eſſent, quæ extra naturalia dici poſſent, ſicque remuneratione digna, & dijudicanda adinſtar aliorum meritorum,vt conſulendo vult Dec.conſil.202.nume.6.quem refert & ſequitur Pariſ. conſil.90.num.13.lib.3. Tiraquel.d.verbo,donatione largitus nume.108. Ioan.Lup. in rubr.de extr.de donat.§.45.nume.13. Natta conſil.462.nume.12. & in ſimilibus terminis Port.Imol. conſil.21.nume. 23.& ſequen.ac facit text. in alleg.l.etiam §.ex præterito, ibi, quod eum ſanauerit. ff.de manum.vind.nã ratione infirmitatis a regulis iuris communis plerumq; recedere ſolemus, Alexand.conſil.209.num.11.lib.6.Pro vt feciſſe legitur vxor
118 Themiſtoclis†Athenarum Regis, quę viro infirmo pene ſola miniſtrare, & inſeruire voluit. Necnon Stratonica vxor Diotari regis, quæ ipſa marito ſeni,infirmo, ac debili fercula parabat,vt illius ſemedicam,miniſtram,& ſeruam profiteretur,authore Mandoſ.tractat.de ingratitud.cap.37.Idem
119 feciſſe dicitur vxor Odoardi Regis†Angliæ,qui cum ſepulchrum Domini viſitaſſet, & a quodam Mauro gladio venenato percuſſus fuiſſet, nec medicorum remediis alleuiaretur,tãdem in Angliam ſine ſalutis ſpe reuerſo vxor nouam, atque inauditam,ſed amore,& pietate plenam adhibuit medellam,plagas mariti toxico plenas, atque infectas, quæ ipſius veneni vi claudi non poterant, lingua dietim lingendo, atque humorem venenoſum, ſibi dulcorem dulciſſimum ſuggendo, cuius vigore, dicam verius, fidei vxoriæ virtute, ſic omnem materiam veneni attraxit, vt integratis vulnerũ cicatricib. ille pene curatus illa incolumis euaſerit, apud Epiſ.Placent.hyſtor. Hyſpan prima par.capit.4. ac etiam refert Ioan.Lup.dict.rubr.de donatio. §.50. num.14. circa me-
120 dium.Sic etiam legitur de Alceſte†Admeti Regis Theſſaliç vxore, quæ vitam mariti propriæ prætulit, vt illam Plato in Simpoſio, & Seneca in Medea ſummopere extollunt, ac ex noſtris refert Mandoſ.alleg.cap.37.idem commemorans de Triaria Lucij Vitellii imperatoris vxore. Vt nec minorem quoque ex aduerſo, ne forte contingat, mulieres nimiũ ob
121 id in viros extolli,coniugalem charitatem, & amorem†Dominicus Cataluſius,qui Lesbi rerum potiebatur,erga uxorẽ demonſtrauit,quæ cum in lepram incidiſſet, vir minime veritus a contagione ſe infici poſſe, aut aſpectus horrore auerti, etenim illuuies magis, quam viuum corpus videri poterat,neque tetro odore, quem vlcera mittebant, nunqua aut menſa,aut lecto communi eam prohibuit, coniugalis enim charitas apud eum contagionis timorem, tetrumque conſpectum,

ſpectum, odoremque in ſecuritatem, ac voluptatem verterat, ꝙ eam iuxta Dei verbum, andem carnem ſecum eſſe arbitrabatur, vt apud Fulg. li.4. cap. ſexto. multaque alia huiuſcemodi videri poſſunt apud Mandoſ. alleg. capit. 37. & non nihil quoque apud Florian. in 2. diſpu. 3. dubio, columna fin. uerſic. ex iſtis omnibus. Idem forte dicendum erit, ubi Ta-
122 lia merita † non in perſonam uiri, ſed in ipſius quoque facultates, in quibus viri decus, & ſalus conſiſtebat, per uxorem impenſa fuiſſent, cum magna tamen ipſius cura, & ſolicitudine, ut ſupra relatum eſt, ut Homer. narrat. de Andro-
123 machæ, † quæ tanto ſui Hectoris amore, & charitate tenebatur, ut in ſubminiſtrando equis pabulo, quibus mariti decus, & uita credebatur, diligens, & accurata fuerit, ut habetur apud Franciſc. Barbar. in ſuo libello de re uxor. lib. 2. cap. ſeptimo, ac refert Io. Lup. in alleg. rub. de donat. §. 31. nume. ſecundo, & in ſimili conſuluit Port. Imol. conſi. 21. nume. 23.
124 Nec enim inconuenit, ut quis † ob notabilem laborempaſſum aliquid lucretur, & conſequatur, quod alias non poſſet, Roman ſing. 536. Neguſ. de pignor. 5. memb. 5. partis numero 13. & Barbar. conſi. 11. num. 9. & conſ 26. num. 29. lib. 2.
125 His proxime accedit, quando vxor † huiuſmodi obſequia, & ſeruitia tempore peſtis viro infirmanti præſtitiſſet. Nam cum hæc nonniſi ex nimio amore, & ſuperhabundanti charitate impenſa dici poſſint, remuneratione ſunt digna, modo de eis conſtet, ita Rip. in l. fœminæ num. 51. C. de ſecund. nupt. Cum non modico vitæ periculo ſubiiciat ſe mulier, ſeruiendo marito morbo peſtifero laboranti, ita vt in remunerationem tanti periculi inconueniens non ſit, quod id ipſa capiat, quod alias non poſſet, Barbat. vltra loco mox excitata. conſi. magis ad rem accommodato, 54. colum. ſecunda, verſic. etſi dicatur eodem. lib. ſecundo, & Curt. iun. conſi. 6. nume. 20. verſic. ſecundò præmitto. Vnde his proximis diebus, cum Nob. Patritius Hyeronimus Canefrus nobil. Matro-
126 nam Leonoram † ex nobiliſſima familia de Mantegatiis Mediol. eius vxorem generalem vſufructuariam bonorum ſuorum vitam vidualem ducentē reliquiſſet, & de inualiditate relicti per hanc noſtram conſuetudinem ab eius ſororibus hæredibus inſtitutis opponeretur, reſpondi, tale relictū commode ſuſtineri poſſe, tanquam non mere lucratiuum, ſed remuneratorium eſſet, cum illa nobiliſſima mulier fere per continuum triennium magna cura, diligentia, & ſolicitudine marito inſeruiſſet, graui, & fere contagioſo morbo laboranti, etiam contra medicorum præcepta, qui iuſſerant vt a nimia mariti conuerſatione præcauere deberet, vt non ſine vitę diſcrimine ipſa incolumis euaſerit, & ſecundo nupſerit cum generoſo, & nobiliſſimo viro Cæſare Calcamuggio; re prius amicabiliter compoſita cū hæredibus defuncti pru-
127 dentia, & dexteritate Illuſtr. Domini Aluiſii † Belloni Reg. & Duc. Mediol. Senatoris meritiſſimi, viri utique integerrimi, atque ſcientiſſimi, cui cauſæ cognitio ab Excellentiſs. Senatu demandata fuerat. Inde etiam fit, quod ſi maritus,
128 † ignobilis, aut ſenex nobilem, ſeu puellam, in vxorem ducat, & ei dotis non uere receptę confeſsionem faciat, aliqdue relinquat, ex quo iſtud in remunerationem perditę nobilitatis, ſeu iuuentutis, quæ præmium recipere poſsunt propter eorum inæqualitatem, tunc valebit relictum, atq; confeſsio facta per maritum vxori, prohibitione aliqua non attenta, quæ talem remunerationem non impedit, Bartolus, Alex. Iaſ. & reliqui in l. ſi diuortio, ad finem, ubi aſſerunt, ita de conſuetudine ſeruari. ff. de uerbo oblig. idem Iaſ. l. ex hoc iure. numero 55. de iuſt. & iure. Soc. l. prima. num. 72. ff. ſolu. matrimonio. conſilio 66. numero 11. lib. primo. Dec. conſilio 232. numero tertio. Curt. iun. conſil. 6. numero 20. Neuiz. Sil. nupt. lib. ſecundo. numero 28. Rip. l. fœminæ. numero 44. C. de ſecund. nupt. Ioan. Lup. in rubr. ext. de donat. int. uir. §. 31. & 32. cum alliis relatis per Tiraq. tract. de nobilit. cap. 18. numero 19. D. Clar. §. donatio quæſt. 9. verſicu. ſed pone. Alciat. conſil. 41. in princ. lib. quinto. & conſil. 38. numero ante 6. & ſequen. libr. octauo. Rimin. ſen. conſil. 216. numero 23. Viui. in ſua collect. comm. opinio. verbo. donatio inter uir. num. 7. Beech. conſ. 79. num. quarto & ſequen. qui omnes pro maiori parte de communi atteſtantur, & nouiſsime Ioſeph. Ludo. atteſtans de ueriori, & magis communi deciſ. 66. numero 12. & ſequen. licet hodiernis temporibus, ut is ſubiungit, parum iſthæc practicentur, quia homines omiſsis iſtis nobi-
129 litatibus, quærunt, uxores † diuites licet ruſticas, & uiliſsimæ proſapiæ habere, credentes ex diuitiis nobilitatem etiam cō ſequi, ad notata per Tiraquel. de Nobil. c. 3. nu. 7. dicentem. Diuitię ſi abſunt, imbecilles fiunt nuptiæ. Laudant enim nobilitatem homines, Magis autem affinitatē ſequuntur diui-
130 tum. Quod procedit, † ne dum ubi ante matrimonium, vel in ipſo actu matrimonii interueniret, verum etiam poſtea, ſicque conſtante matrimonio, ut tuetur Ioan. Lup. dicto. §. 32. num. 6. & ſeq. licet aliqui ex prædictis contrarium velint ſed maior pars eorum, etiam conſtante matrimonio, loquū tur, & ita non longe a terminis conſuluendo. ſentit Barbat. conſ. 80. circa finem, uerſ. erit etiam inueſtigandum, lib. 3. & Plot. conſ. 168. num. 75. & 76. inter conſil. ultim. uolunta. quod in volum. ſuorum conſi reperitur. num. 17. etſi cauſa, prohibitiua, de qua ſupra pręf quinta magis vigere videatur in iuuene erga ſenem, quam e contra, cum ex eo quod, etſi minus fida eſt uiro, & minori affectione, & amore ab eo proſequi ſolet, ut apud Neuiz. Silua nupt. lib. 2. num. 6. & Petr. Pech de teſtam. coniug. lib. 1. c. 18. colum. ſecunda magis apta ſit ad uirum decipiendum, & ad eius hæreditatem captandam, quod ſentire noluit Petr. Pech. libr. præalleg. capit. primo num. tertio, per dictum Bart. in l. Mutianæ num. 6. ff. de cond. & demonſtratio. Niſi dicas, legitimam remunerationis cauſam depellere quamcumque ſiniſtram ſuſpitionem, tamquam teſtator ex ea, & nulla ex alia ductus fuerit ad ſic
131 vxori largiendum, vnde ubi conſtaret, † quod aſſidua, & importuna petitione vxoris, aut aliis doloſis artibus maritus, tractus fuiſſet ad legandum, crederem, quod tunc corruere legatum, ex diſpoſitione iuris communis, per ea, quæ notat. Afflict. deciſ. 69. Petr. Pech. allegat. lib. primo. de teſtam. coniug. cap. 2. in ſecunda limitatione. & quæ nos ſupra. diximus præf. quinta. num. 49. & ſequen. prædictam tamen concluſionem, intelligas, procedere, ubi talis largitio nimis exceſſiua non eſſet, ſed tantum moderata, arbitrio boni uiri. habito reſpectu nobilitatis, & iuuentutis ipſius mulieris, cū alias in eo ſaltē in quo excederet, non ualeret, Bald. Nouel. tract. dot. 10 parte, num. 20. & cum eo quoque Ioann. Lup. dicto. §. 32. num. 9. Itidem illam intelligas, niſi tempore matrimonii inter ipſos coniuges, aut agentes pro eis conuentum fuiſſet, de certo dotis augmento faciendo per maritum, nam tunc cum uideatur de remuneratione facienda vxori pro quantitate tunc conuenta in augmento dotis concluſum
132 vxor † iuuentutis ſen nobilitatis intuitu compenſationem aliam prętendere non poteſt, ſed maritus, & hæres dicere poterunt illud Euange. non facio tibi iniuriam. nō ne nummo conueniſti mecum, ſic Plot. dicto conſ. 168. nume. 67. ideo
133 ſtante, ꝙ in cōſtitutione dotiū ſolet, aut pacto expreſſo, aut tacito conueniri de augumento dotis iuxta formam ſtatuti aut alterius noſtræ conſuetudinis, quæ mari tum ad ita faciendum obligat, ut ſupra in prima ampliat. diximus. num. quadrageſimotertio, & ſeq. hęc noſtra concluſio parum nobis ſufragari videtur, ſed hoc non pro conſtanti, ideo cogita. Accedit, vbi contracto matrimonio in caſu prohibito, ma-
134 ritus recognitionem † aliquam in vxrem feciſſet, vt ſcilicet talis recognitio ſubſiſtat, ex eo ꝙ illa in compenſationem amiſſi pudoris, & violatę pudicitiæ ſuccedit, & ſic in cauſam remuneratiuam, ut per Bal. Nouel. trac. dot. 11. par. 10. & 12. membr. colum. penul. & ſeq. & nos ſup. dixi mus, uerbo, maritus. quæſtio. 2. nume. 19. Non longe quoque ab his diſtat
135 mutua, & reciproca largitio, Cum ſcilicet maritus, † & uxor uno, & eodem contextu teſtātes, quod proculdubio fieri poteſt, ut obſeruant Caſtr. & reliqui poſt eum in l. licet. numero ſecundo. C. de pact. inuicem ſibi donaſſent, & reliquiſſent attento quod illa potius quędam permutatio, ſeu compenſatio, quam largitio cenſetur eſſe, ut dicit text. in l. quod autem §. ſi uir & uxor, & ibi not. Bald. ff. de donat. int. uir. & vx. Roma. conſil. 146. numero 3. Io. Lup. alleg. rub. de donatio. §. 50. a numero 11. infra per uarias colum. & latius Tiraq. ad d. l. ſi unquam, uerb. donatione largitus numero 110. cum pluribus ſeq. C. de reuoc. donat. conferunt, quæ proxime in materia tradit Petr. Pech. de teſtam. coniug. lib. 1. cap. 18. & 19.
136 Idem pari ratione eſſet, ubi inuicem † conuentum fuiſſent, ut ſuperſtes aliquid conſequeretur, propterea ꝙ illud, ꝙ tunc acquiri contingit, non ex mera liberalitate, ſed ex incerto, dubioque euentu, & cauſa tantundem ex aduerſo acquirendi, prouenit, Iaſ. poſt alios in l. ſi pater puellę C. de inofficio. teſtamen. Dec. conſilio 202. numero 5. late Tiraq. ubi ſup. numero 126. cum aliquot ſeq. Alban. in rub. de donat. int. uir. & uxo. numero 15. Mynſing. in reſp. 49. numero 3. & 4. & Petr. Pech. alleg. lib. 1. capit. 7. Modo tamen diſpar admodum ſpes non eſſet lucri illius capiendi, ſed prope æqualis ætatis ambo eſſent, ita ut lucrum, ſeu damnum non magis ad unum, quam ad alterum ueriſimilius eſſet peruenturum, non autem ubi alter eſſet adeo ęgrotus, ut nulla prope ſpes eſſet, aut uitę, aut conualeſcentię, uel etia ſenex, alter contra ęta te florenti, & proſpera ualetudine, cum tunc largitio in merum fauorem ſuperſtitis, & ut mera grauita cenſenda foret, ut Tiraq. hoc idem explicat ubi ſup. numero 134. & ſeq. & Alban. ubi ſup. Necnon modo res diſpoſita per uxo. ſua ipſius eſſet, & non aſcripta marito, ut monet Io. Lup. dicto §. 50. numero 34. & ſic de bonis paraphernalibus, cum dotalia iure patrio ſpectent uiro, unde non eſſet reciproca largitio. Poſtremo, ut tandem receptui canamus, & cętera Iudici penſanda

Source : BIU Cujas

ſanda relinquamus, cum multa incidere merita poſſint, quę ſi ſingula exequi uoluerimus, ne dum longum eſſet, ut ait. l. C. in l. etiam. §. ex præterito. ff. de manu. uind. ſed etiam diffi cile, & periculoſum. ſecundū ꝙ prodit Connan. in commēt. iuris ciuilis. lib. prim. cap. 11. colum. ſecunda, ubi inquit, quod
137 omnia, †quæ quandoque contingent, tamquam præſagire
138 animo non poſſumus, difficileque †eſt, & periculoſum cauere de ſingulis, ex memorata concluſione per quam ualet, relictum ex cauſa oneroſa, ſeu remuneratoria, noſtra hac prohibitione propoſita, videtur quoque ſuſtineri poſſe lega
139 tum uxori factum ſub ea conditione, ut in dies fit, donec uitam uidualem, & honeſtam duxerit, atque ſeruauerit, pro pterea quod tunc legatum non lucratiuum cenſetur, ſecun dum naturam legati, ut l. legatum eſt de legat. 2. ſed oneroſum, donec mulier uitam uidualem, &c. quod modici grauaminis non eſt, tot titu. C. de ind. uid. toll. quod uoluiſſe uidetur Barbat. conſ. 80. colum. fin. num. 19. lib. tertio. Pro quo etiam facit, quod in legato eſſe non intelligitur, niſi quod onere deducto ſupereſt, l. non amplius. & ibi ſcrib. de leg. 1. unde quatenus corruere deberet legatum, eatenus tantum corrueret, quod ſupereſſet deducto onere, ut ſupra uerbo, le gare quæſt. 7. num. 63. & ſequen. & uerbo, ultra quæſt. prim. num. 7. Ad idem confert, quod not. Bal. in l. fin. num. 8. C. de
140 indict. uid. tol. ubi, ſi maritus habitationem †relinquat uxori in domo cum filiis, uult mulieri deberi ēt alimenta, ex eo ꝙ in recompenſationem laboris id factum cenſetur. dū uxor in obſequio filiorū ſtat. l. ſeio, id princ. ff. de anu. leg l. in reb. §. poſſunt. ff. commod. cum quo tranſit Pic. in l. titia cum nu
141 beret. §. Titia. q. 84. de leg. 2. Ang. tract. de teſt. gl. donec caſta, & honeſta in fi. Cre. ſing. 65. ubi ēt uult cēſeri tacite alimenta relicta uxori qū iuſſit maritus, filios apud eā educari, & iam nobis ſupra innotuit, quā plurimū condonandū eſſe his, quę remunerationis gratia fiunt, Ad ſtipulatur, qđ ſcribit Rip. in l. fœminæ uu. 44. in fi. C. de ſecun. nu. cū inquit, ꝙ ſi uxor ui
142 rū †inſtituat heredē ea lege, ut nomē, & arma patris ſui, ſuę que familię aſſumat nō tenetur maritus hæreditatē filiis pri mi coniugii conſeruare, ex eo, quod non ex mera liberalita. ſed ob cauſam inſtitutus fuit. l. hoc iure. §. fi. ff. de donation.
143 Contrarium uero puto de iure tenendum, ut tale †legatum factum, donec uxor uitam uidualem, & honeſtam ſeruauerit non ſubſiſtat per hanc noſtram prohib itionem, quoniā tantum abeſt, quod iure cautum habeatur, ut obſeruatio vi duitatis & caſtitatis in uidua talis ſit, quod præmium a uiro mereatur, quale exigitur in his, quæ remuneratione ſunt di-
144 gna ut ſupra diximus, Quin potius mulierem †deceat, contentam eſſe primo coniugio, & uitam uidualem ſeruare, ſiquidem, ut inquit Bal. in auth. cui relictum, in princ. & ibi etiam Caſtr. C. de indict. viduit. toll. reiteratio nuptiarum
145 †ſalua honeſtate fieri non poteſt, ac magis expedit Reip. honeſtatem ſeruari, quam multiplicatio populi ex corruptis
146 moribus, & ideo, ut ſubdit Bal. quæ unico matrimonio † eſt contenta, exemplar eſt honeſtatis, & pudicitiæ, ſequitur Socin. in l. hæc conditio. 3. not. ff. de condit. & demonſtra. cum aliis ſimilibus late congeſtis per Neuiz. ſil. nupt. lib. ſecundo nu. 30. & ſeq & longe copioſius per Tiraq. in l. boues. §. hoc ſermone. num. 141. & aliquot ſeq. ff. de uerbo. ſigni. omnibus uiduitatem mulieri ſuadentibus, & cælebris eſt text. in cap. hac. ratione. 31. quæſt. 1. ibi. Nam ſecundum quidē accipere ſecundū præceptum Apoſtoli licitum eſt, ſecundum autē ueritatis rationem, uere fornicatio eſt, & Paul. ad Thym. pri mo cap. 5. viduas honora, quę ueræ uiduæ ſunt. vnde Imperator, auth. de nup. §. ſoluto autem, cenſuit, fęlix, & beatum eſſe, mulierē primo coniugio ſtare contentā, & rurſus, auth. de nō elig. ſec. nub. §. optimū ait optimū eſſe, atq; laudabile, & dignum oratione, ut mulieres ita ſe honeſte tractent, qua tenus, quæ ſemel ad uirum venerunt, ſeruent inuiolatum moriētium thorum, & huiuſmodi mulierem & miramur, pariter, & laudamus, & non procul a uirginitate ponimus, & ſecundum Ang. conſ. 396. num. 4. nec id mirum, cum ſo-
147 la virginitas †ſit potis Deo animas pręſentare, auth. de Leno. circa princ. & proinde mulier, ut ſubiungit Ang. tranſiēs ad ſecunda uota proprietate lucrorum, & facultate libere la giendi priuatur, ut non immerito apud priſcos Romanos, q̄ vno contentæ matrimonio fuerant, corona pudicitiæ hono rarentur, ut apud Tiraq. d. §. hoc ſermone. num. 153. Neque de his quoque præclara deficiunt exempla. Et primum illud quod Diuus Hieronimus, ut a ſacris uiris incipiam, ad louiā
148 ſcribit de Demotionis † Areopagitæ filia, quæ ſponſo mortuo negauit, ſe alteri nuptarum, eo quod adulterum acciperet, non maritum. Illum enim etſi defunctum, ſibi tamen adhuc uiuum eſſe, quod ex noſtris refert Tiraq. vbi ſupra. nu 3. 152. qui num. pręcedenti illud pleclarū Portię minoris reſpō ſum refert datum mulieri laudanti ſecundum maritum ha bere, quod pudica matrona nunquam niſi ſemel nupſiſſet
149 Necnon quod de Annia † Romana fertur, quæ hortāte quo dam, ut vidua Iuuenis, formaſaque iterum nuberet, reſpondit, nolle. ſi enim bonum coniugem, vt primum, habere cō tigiſſet, perpetua, ne eum amitteret, moleſtia torqueri, quod ſi contra, in malum incidiſſet uirum, nimium graue ſem per habituram illud malum, quod nulla neceſſitate cogente, ſibi ipſa peperiſſet. ut apud Fulgo. libro 4. cap. 6. & Egnat.
150 eodem. idem de Valeria † Maiore Meſſalarū fratrum ſorore habetur, quę cū uidua ſolicitaretur, ut viro nuberet, reſpō dit, Seruium qui eius maritus fuerat, apud ſe adhuc uiuere ꝙ apud omnes, alios mortuus uideretur, ut apud eundem Fulgoſium. loco pręallegato. Legitur quoque mos indorum
151 †Thrac. Getarum. Catheorum, & aliorum diuerſarum nationum, quorum fœminæ ad ſepulchra maritorum defunctorum ſeſe conferebant, & orbatę viris ex uitæ tedio mactandas, deinde cum mortuo concremandas, & humandas ſe offerebant, teſte Valerio Maximo. libro ſecundo, capitulo primo, & Alexandro ab Alexander. libro tertio. capitulo ſeptimo, ac Herodot. libro quinto. Et propterea ad inſtitutum noſtrum reddeundo, cum conditio caſtitatis, & uiduitatis ſeruandæ ex coniugali iure potius ſit debita, quā uxori remiſſa, tali prēmio, & remuneratione digna cenſeri non debet, vt actui alias non ualituro uim tribuat, per ea, quæ ſupra diximus. num. nonageſimoſeptimo. & centeſimo tertio, ad quod etiam conferunt ſuperius notata, uerbo lega re. quæſtione ſecunda, numero 31. Tanto magis cum non deſint, qui velint, cauſam remuneratoriā tantum fieri, cen ſerique pro meritis. præteritis, ſiue præcedentibus, non autem futuris, ut poſt Imolam, & Romanū. notat laſo. in lege ex hoc iure numero 53. verſiculo. intellige tamen ff. de iuſti tia & iure. etſi iſtud nimis tutum non exiſtat, ut apud Tiraquel. in l. ſi unquam, verbo. donatione largitus numer. 109.
152 C. de reuocādis donationib. Nec obſtat Barb. †d. conſi. octua geſimo numero. decimonono. libro tertio. quoniam ultra quod ipſe ſine lege loquitur, ut de eo parum curandum ſit, quia erubeſcimus, cum ſine lege loquimur. §. conſideremus authentica. de trient. & ſem. non conſuluit in terminis ſtatu ti prohibentis maritum legare uxori, ut ſcilicet legatum in modum relatum ualeat, ſed in caſu ſtatuti prohibentis, maritum donare vxori, qui eſt caſus a noſtro longe diuerſus, quia cum ſtatutum loquatur in donatione, pręſupponi non debet, ut locum habere uoluerit in huiuſmodi relicto, quod mera donatio non eſt, ſed conditionalis, & ob cauſam. cum, vt clarius in terminis eiuſdem ſtatuti Regienſis ipſemet Bar bat. alibi. loquitur conſilio vigeſimotertio, libr. quarto idem met ſtatutum, tanquam prohibens donationem fieri in vxo rem, locum aliter non habeat in legato, quin illud uxori libere fiat, ut ſupra etiam diximus, uerbo, legare. quæſtione ſexta adeo quod Barbat. longe a terminis noſtris eſt loquutus. Nec etiam obeſt, in legato quicquam non contineri, niſi quatenus ſupereſt deducto onere dicta. l. non amplius, aſſumptum quidem admittitur, ſed denegatur conſequentia, quod ſcilicet hmōi conditio aliquod onus ſecum afferat, ꝙ præmio, ſeu remuneratione ſit dignum, ut mox diximus
153 Minus, quoque ad rem facit dictum Bald. † in dicta l. finali. numero octauo. C. de indict. uid. tol. cum Bald. non loquatur, ubi adeſt prohibitio non relinquendi uxori, quæ etiam ad alimenta extenditur, ut ſupra diximus. uerbo, ſolidos, quę ſtione ſexta ſed potius in caſu permiſſiuo, quam prohibitiuo, ex uulgari regula cum de uno diſputat ur, cætera præſupponuntur habilia l. qui teſtamento. ff. de teſtament. l. ut gradatim. ff. de munerib. & honoribus. cap. primo. de ætate, & qualitate. Et ubi velimus, quod Bald. generaliter ſit loquu tus, ideo ibi admittitur, ut relicta habitatione mulieri una cum filiis in recompenſationem laboris, alimenta ſibi debeātur, quia mater in obſequio filiorum permanet, domus regimen habens, cum, ut experiētia rerum magiſtra docet,
154 non modicum †ſit onus curam filiorum, & rei familiaris ha bere, ut notat Dominus Menoch. conſilio 62. numero octauo. & ſic talis eſt eius labor, qui talem remunerationem me retur, ut ſentit textus in dicta l. Seio, in principio. ff. de ann. legat. & ibi etiam Baldus, Caſtrenſ. l. prima columna prima. verſiculo aut enim. C de legat. & Petr. Pech. de teſt amen. coniug. lib. quinto. capitulo decimo. numero quarto. circa finem. in tertia concluſio. cum alioquin ubi alimenta non cenſerentur relicta, ex iure ſibi deberentur, quoniam, ut ait tex. in l. in rebus. §. poſſunt. ff. commod. & Bald. quo-
155 que loco præall. cibariorum †impenſæ naturali etiam ratio ne ad eum pertinent, qui vtendum accepiſſet. ex quo inferri
156 poteſt, quod ubi †mater cum filiis non moraretur a ceſſante cauſa, nihil ſibi deberetur, ut non obſcure ſentit tex. dic. l. Seio, dum uult, legatum pro parte tantum filiis ſuperſtitis deberi, cum pro ea parte adimpleta ſit conditio, vt idem vo luit Brun. tractat. de diminut. 8. 9. & 11. concluſ. & Dominus Menoch.

Source : BIU Cujas

Menoch. ubi ſup. Quod adhuc intelligendum videtur, qualitercunque mater cum filiis non moraretur, tam ex ſui quã filiorum culpa, aut etiam ex caſu, licet alias hæc inter ſe diſtent, iuxta not in d. l prima. C. de legat. l. diuortio. ff. ſoluto matrimonio. propterea quod ſolus labor eſt ille, ob quem alimenta debentur, ut apud Ruin. ad intelligentiam dicta l. Seio conſil. 42 num 11. uerſiculo ſed contra hanc lib 2. Dec. conſ. 526 num. 3. 4. & ſequen. Petr. Pech. d. cap. 10. num. 4. ea. colum. & ſeq. Borgn. de uſuf. ux. relic. nu. 138. & pulchre Benint. deciſ. 98. nu. 2. & ſeq. Sicuti habetur in tutore, qui legatum non conſequitur, niſi onus ei adiunctum agnoſcat. l. Neſennius ff. de excuſ. tuto & ideo ubi mater cum uno tantum ex filijs habitaret, filius ei adhuc ad ratam ſolum teneretur, ut eſt caſus d. l. Seio Chechar. deciſ. 98. num. 19. habita tamen conſideratione laboris arbitrio boni uiri, ut per Bar. d. l. Seio.
157 in fine. Quare ubi aliquid relictum † fuiſset uxori, ut fit quã doque, quæ cum filiis, ſeu aliis hæredibus, eorum, & domus regimini incumbendo, commorari deberet, legatum huiuſ modi tanquam remuneratiuum laboris ſubſiſteret, in quantum tamen ipſe labor mereretur, iudicis arbitrio pẽſandus, ut ſup. uerſ. uerum quia. num. 97. & ſeq. & adhuc prope Petr. Pech. d. cap. 10. colum. 5. in 3. concluſ. ac Benint. alleg. deciſ.
158 98. num. 8. Verum † ubi legatum factum eſſet uxori, & filiabus ſimul in caſu, quo uxor uelit uidua permanere, & cum filiabus commorari, legatum ſuſtinebitur ex perſona filiarum. licet non uxoris. Hier. Alb. conſ. 36. ante finem. Vltimo non obſtat, quod tradit Rip. in d. l fœminæ. num. 44. C. de ſec. nup. nam eius dictum in terminis, q. noſtrę, ſtante, quod hæc noſtra prohibitio non diſponit, quominus uxor ad eius libitum uiro ſuo relinquat ut ſupra verbo, vxori q. 4. applicari, non poteſt, quod ſilicet maritus ea conditione leget vxori, ut patris ſui, atque familię nomen, & arma aſſumat, ex eo ꝙ
159 uxor etiã donec remanet uidua, dicitur eſſe de familia uiri, ac illius nomen retinet. l. quicumque cum ibi no. per Bar. & alios. C. de re mil. lib. 12 iuncta. l. filii. §. uidua. ff. ad municip. ac not. ſcrib. in l. cum quædam. ff. de iuriſd. om. iud. unde cũ nil aliud mulieri adiũgi, poſſit, quam quod ei de iure competit, non debet id onus cenſeri, per quod liberalitas ceſſet, ex ſupra deductis, præcipue ſub uerſ. difficultas uerſatur num. 100. Et ſic prudenter Rip. loquntus eſt in uxore, quæ uirum ſub hac lege inſtituit, in quo militat eius conſideratio, ideo ubi noſtra hæc prohibitio inter coniuges reciproca eſſet, ut aliquibus in locis exiſtit, tunc forte relictum per vxorem in uirum ſub hac conditione factum non corrueret, quaſi non ſit mera largitio, ſed ob cauſam facta, d. l. hoc iure. §. fin. ff. de donatio. & cum eo Rip. ubi ſupra idque multo magis ubi re lictum aliquod in ſe aſtimabile non contineret, ut ſupra, diximus, hoc cod. uerbo, q. 1. & ſeq. Hæc ſunt, quæ tibi, aman
160 otiſſime lector, menſa † mea præbet exilis, ſi uero ampliores dapes appetis, illas a frugalioribus carpe, Iuxta illud Sedulii Poetæ mutuo habitum a Cotta in ſuis memoro. uerbo, memoria.

Diuerſas quicunque dapes conuiua requiris,
Dignatus noſtris accubitare toris.
Pone ſupercilium, ſi te cognoſcis amicum,
Nec quæras opus hic Codicis artificis.
Sed modicæ contentus adi ſolennia menſæ,
Pluſque Libenti animo, quam ſatiare cibo.
At ſi magnatum caperis dulcedine rerum,
Diuitiasque magis delicioſus amas,
Nobilium nitidis Doctorum veſcere cœnis,
Quorum multiplices nec numerantur opes.
Illic inuenies, quicquid mare nutrit edendum,
Quicquid terra creat, quicquid ad aſtra volat.
Cærea gemmatis flaueſcunt mella caniſtris,
Collucentque ſuis aurea vaſa ſauis.
At nos exiguum de paupere carpſimus horto,
Rubra quod appoſitum teſta miniſtrat holus.

Cæterum ubi adhuc non acquieſcas, illud pro obſonio accipe.

Inuidus, aut taceat noſtri detractor honoris,
Aut aliud melius, ſi ſciat, edat opus.

LAVS DEO.

Galliæ Tabula Gloſſarum.

EXORDIVM. car. 283
Præfationes. ibid.
Item quod. 294
Maritus. 295
Non poſsit. 301
Legare. 310
Vxori. 323
Vltra. 328
Solidos. 330
Viginti- 337

FINIS.

Source : BIU Cujas

ROCHI CVRTII IVRISCONSVLTI CLARISS.

Enarrationes in Capitulo cum tanto.

DE CONSVETVDINE.

AD MATERIAM STATVTI FACIEN.

SVMMARIVM.

1 *Tituli de consuetud. ad superiores continuatio, & progressus. & num. 3.*
2 *Consuetudo an legem præcesserit. Et vnde illa ortum duxerit.*
4 *Ius omne scriptum, certius & nobilius est non scripto.*
5 *Consuetudo an consistet iure scripto.*
6 *Consuetudo in scriptis redacta, suum nomen an amittat.*
7 *Consuetudo quid differat a lege.*
8 *Rescripta dicuntur ius scriptum.*
9 *Consuetudo, quid. varie & nu. 13.14.*
10 *Difinitio verbane etiam impropria admittat.*
11 *Difinitionem non vitiat breuitas.*
12 *Difinitio an causam efficientem necessario complecti debeat sicut conuerti debet cum suo definito. & nu. 5.*
16 *Legis condendæ ius habentes, non propterea possunt, consuetudinem inducere.*
17 *Consuetudo unde dicatur.*
Et a quibus possit introduci.
18 *Consuetudo quotuplex.*
Et quotupliciter accipiatur & nu. 20. 21.
19 *Consuetudo quædam est iuris, quædam facti.*
22 *Consuetudo quando sit ius pretorium, & quando ciuile.*
23 *Consuetudo, Obseruantia, Stylus, Ritus, Mores, Vsus, Desuetudo, Solitum, et Consuetum, quid inuicem differant.*
24 *Consuetudinem seu obseruantiam facti quot vices inducant. Et quid de iuris consuetudine.*
25 *Clausulæ consuetæ communiter apponi, vt habeantur pro appositis, sufficit aliquos actus interuenisse.*
26 *Clausula ad hoc ut apponi consueta dicatur in instrumento, Notariorum, consuetudo an attendatur.*
27 *Stylus, quid Et in quo maxime a consuetudine differat.*
28 *Ritus circa quæ versetur.*
Tum quid differant. mores, usus & consuetudo.
29 *Desuetudo, quid. & num. 31.*
30 *Consuetudo negatiua, quam varie dicatur.*
32 *Consuetum. & solitum, an & quid differant.*
Et quid in vsitato & consueto.
33 *Solitum verb. an possit in uno tantum actu verificari.*
Et quid de verb. consueto. num. 34.
35 *Solitum & consuetum vnius personę particularis, est factum, circa quod lex disponit, consuetudo vero, est ius disponens.*
36 *Consuetudo facti, in duabus vicibus verificatur. Quod fallit in blasphemante.*
37 *Compromisso in aliquem vt pronunciet de iure, an poterit pronunciare secundum consuetudinem, & statuta loci. & nu. 39. 41. & 44.*
38 *Ius verbum quomodo in dubio accipiendum.*
40 *Compromissarius an possit causam decidere secundum priuilegia. remissiue.*
42 *Delegatus a principe, non tenetur in commissione sibi facta seruare loci in quo, est consuetudinem.*
43 *Verba intelligenda sunt secundum qualitatem proferentis ipsa.*

PRAEFATIO.



Onsuetudinis, materia quam sit celebris, subtilis & quotidiana, nemo est, qui nesciat, vt Iurisconsulti Vlpiani verbo vtar, in l. nemo est, q ne sciat. ff. de duobus. reis. ideo rubr. de consuetudine, & capitul. cum tanto, quod est capitulū fina. quod cetæris est celebrius, ad communem utilitatem, Rector magnifice, viri patres reuerendi, & vos fratres ornatissimi, utiliter commentari decreui, prius tamen Redemptoris nostri ac Virginis sacratissimę præsidio ex corde inuocato. Procedam itaque accuratissime, quantum ingenii mei uires patientur, ordinem Abbatis Panorm. secundum morem nostrum sequendo, & ea maxime, quæ ipse attingit, discutiendo. Quibus discussis, plures quæstiones, prout, ex alto mihi concessum fuerit, pulchro ordine absoluam. Et licet plerique summi canonum ac legum uertices. quorum calciamenta soluere non essem dignus, materiam ipsam tractauerint, ausim tamen affirmare has meas lucubrationes vobis, ac cæteris studiosis, plurimum profuturas, & id re ipsa in dies percipietis. Continuatur hæc rubrica ad præcedentes

1 per † Summistas, & per Abb. hic post alios, in hunc modum, visum est supta de iure scripto, quod consistit in constitutionib. & rescriptis, merito subijcitur de iure non scripto, quod consistit in consuetudinibus, & ab hac continuatione nemo discrepat. Contra istam continuationem opponitur dupliciter. Et primo, vt non sit bona, quia † consuetudo fuit ante

2 legem, & sic ante ius scriptum, ergo titulus de consuetudine debebat situari ante titulos præcedentes, arg. glo. in c. quorū dam, in verb. prædicatorum, de elect. lib. 6. Et quod fuerit ante legem, est tex. in c. fi. §. ius uero consuetudinis. 6. dist. & ibi no. Card. Alex. probatur etiam in l. 2. in prin. iuncto. §. 1. ff. de orig. iur. & hoc etiam dicit Ioan. And. in sum. huius tit. posita post cap. fi. infra eo. in fi. principij, dum dicit, ꝙ consuetudo habuit ortum post ius naturale, quando cęperunt homines simul uiuere, allegando tex. in d. §. fin. & idem repetit colum. 4. in princip. idem dicit Barb. hic colum. secunda. & dominus Pet. Rauen. in suis alleg. & conclu. in materia consuetudinis positis post suum Alphabetum aureum, colum. 3. in fine. Et in hoc errant nouiores in rub. supra de constit. ubi dicunt, quod lex fuit ante consuetudinem, per tex. in §. ex non scripto. insti. de iu. nat. ibi, consuetudo legem imitatur. Sed ille tex. non urget, attenta gl. ibi, quę declarat illud uerbum, imitatur, aliter, quam præfati Doct. intellexerint. Istam oppositionem reperi factam per D Andr. Barbat. hic colum. 2. & saluando dictam continuationem & situationem, respōdet, quod constitutio editur a principe, alleg. no. in rub. sup. de const. consuetudo uero editur ex usibus hominū l. de quibus, ff. de leg. Ideo, ut ipse dicit constitutio, tanquam edita a nobiliori inuentore, præfertur consuetudini, & propterea

3 †Titulus de constitutionibus præcedit istum titulum. Sed ista solutio, cum reuerentia, non est solida, quia in titu. de consti. ponuntur nedum iura Pontificum, sed inferiorum, & propterea uerbum constitutio, in illo titulo sumitur large, vt dicunt Abba, & communiter alij ibi. in rubr. Præterea, ista solutio non tollit argumentum de anterioritate consuetudinis. Vnde ego aliter respondeo & dico, & licet considerato respectu, de quo in argu. supra facto, iste titulus debuerit præcedere titulos de constitutio. & de rescri. tamen

4 ex alio respectu, scilicet quia omne † ius scriptum est certius & nobilius iure non scripto, ut Abba. & alij dicunt in rubric supra de constitu. merito situatio prædicta rationabilis est. nam duo contraria procedere possunt, diuersis respectibus consideratis, ut uult glos. in capitulo secundo de arbi. lib. 6. in uerbo, ciuilis Do. Anto. in capitulo fi. in lectura, col. penult. in fi. infra eod. allegans bonam glo. in capit. 1. in glo. 2. infra de collu. deteg. Idem dicit Abb. in dicto capitu. fina. in glo. in verbo, rationabilis. in fi. & Gemi. referens pulchra

5 exempla, in capitu. illud 12. distinctio. Secundo, dum † dicitur, quod consuetudo consistit in iure non scripto, oppono de toto libro feudorum, qui continet consuetudines, ut rubri. illius libri denotat, & tamen sunt scriptæ. Probatur ēt in capitu. secundo de præben. lib. 6. ubi consuetudo est scripta Pro solu. Do. Anto. hic colum. 4. post multos per eum relatos, & Barto. in l. de quibus. in lectura, colum. quinta. & in repeti. in 1. quæstio. principa. & Docto. communiter in l. secunda in princip. ff. de vulga. & pupilla. & nouiores hic sequuntur, & dicunt. Si consideramus consuetudinem quando inducitur, impossibile est, ꝙ sit scripta, quia ex tacito cōsensu insurgit. Si vero consideramus consuetudinem, prout est inducta, illa potest in scriptis redigi ad probationem, sed tamen scriptura non est de natura cōsuetudinis. Et dant exē plum in ꝯsuetudine feudorum, item in contractu, qui licet exꝯuentione partium in scriptis redigi debeat, & redigatur, tñ non dr̄ ꝯctus in scriptis, allegātes gl. 4. in l. ꝯctus. C. de fide instr. Et consuluit Pau. de Cast. in cons. 42. incip. tria sunt. ꝙ licet partes contrahentes cōcordent, ut certa die fiat instrumentum, tamen contractus ante est perfectus, & non dr̄ celebrari in scriptis, quia scriptura ad faciliorem probationē

Source : BIU Cujas

requisita videtur,& contractus tenet a principio.Firmat etiã plene Aretinus in consil.suo 160. incipien. longa est. colum. 3.in secundo dubio,& Barb. alias multas authoritates adducens,& dicens ita consuluisse & obtinuisse, in rubr. infra de empt.& vend. in 2.col.præmissa tamen solutiõ non videtur solida , quia præsupponit, quod licet consuetudo in scriptis redigatur, tamen adhuc consuetudo dicatur . Sed repugnat tex.in §.constat. Instit.de iure natu.vbi verbum, constat, ex vi ipsius verbi,videtur denotare essentiam & naturam consuetudinis esse, vt non sit scripta.idem probat tex. in c.consuetudo §.cum itaque. 1. dist. ibi, quæ vero in scriptis est redacta,non est consuetudo.Et licet nouiores hic respondeãt, q̃ text.in d.§.cum itaque. loquatur in consuetudine nondũ formata,tamen responsio ipsa non congruit illi textui, qui loquitur de consuetudine,quæ pro lege suscipitur, cum deficit lex,& sic loquitur in consuetudine formata & completa. Item ipsa solutio confunditur per tex.in d.§.constat.ibi,ius, quo vtimur.& sic loquitur de consuetudine inducta & completa.Secundo,dom.Anton.hic colum.4. aliter soluit prædictam difficultatem , & dicit, quod vt in pluribus in consuetudine non interuenit scriptura,ita in lege, vt in pluribus interuenit scriptura. Et propterea non obstat illud, quod particulariter dicitur in consuetudine feudorum , quæ in scriptis redacta est,quia a communiter cõtingentibus aliud est, 6 ut in dicto §. constat. Tertio aliter † respondet excellentissimus præceptor communis, d.Iasin dicta l.secunda. colum. 3.ff.de vulg.& pup. scilicet quod illa consuetudo feudorum fuit redacta in scriptis per non habentem potestatem legis condendæ, scilicet per Obertum de Orto .ideo consuetudo adhuc dicitur,alias secus.Et propterea concludit post Raph. Cumanibi,& plerosque alios per eum relatos,quod consuetudo in scriptis redacta, non dicatur amplius consuetudo , & refert duas vtilitates,vt per eum, & alia vtilitas colligitur ex doctrina Bart.in dicta l.de quibus.in lect.in fine. Aliter,& quarto ego respondeo ad motiuum supra factum , & dico, quod consuetudo quæ in scriptis redigitur , dicitur consuetudo, quia consuetudo fuit,argumen.l.insulam.in fi.ff.de acquiren.rer.dom.sed proprie non dicitur consuetudo. Et hãc opi.etiam videtur tenere Bald.in dicta l.de quibus.in repeti. 7 columna prima. vbi dicit quod consuetudo † differt a lege in tribus.Primo sicut tacitum & expressum. Secundo,sicut nõ scriptum & scriptum. Tertio,sicut successiuum & instantaneum. Et ista opin.in stricta disputatione verior videtur,licet alia sit communior,videlicet, quod licet consuetudo sit redacta in scriptis,tamen consuetudo adhuc appellatur, ut tradunt Doct.supra in princ.huius oppositionis allegati. Nõ est tamen absurdum dicere,quod id, quod prius erat ex sola cõsuetudine,postea ius scriptum factum sit,vt est casus, quẽ ibi no.d.Anto.in cap.videtur.infra qui mat.accus pos.quem refert & sequitur Aret.cons.13.incip. viso diligenter themate.colum.tertia. Aliter etiam opponit do.Andr.Barb. hic in princip.sed quia leuis est oppositio, & ipse eam soluit, illam omitto.Ex hac continuatione sic defensata habes colligere 8 vnum notandum,scilicet,quod rescripta dicunt ius scriptũ. Facit text.in §.sed quod principi.Institu.de iure natu. & hoc procedit,nedum respectu eorum, inter quos emanaruut ipsa rescripta,sed etiam respectu aliorum, quando per talia rescripta de iure aliquid deciditur.ita decidit Archidia. & Geminia.in cap.ignorantia.38.distin.glo.Ioan.And. & Abb. in colum.2.in capit.quia G.de iud.tradit Felin. alia allegans,in rubr.supra de rescrip.in princip.& in cap.in causis.columna fin.de re iud.& bene probatur in illo tex. & alia iura allegãt Archi. & Gemi. in d. capitulo ignorantia. & facit text. cum glo. in §. sed quod principi. Insti.de iure nat.Rescriptum ergo facit ius generale , quando in eo aliquid diffinitur de iure,per prædicta . Si tamen rescriptum contineat commissionem vel delegationem aliquam , tunc solum facit ius inter partes.c.P. & G.infrà de offic. .de legat.Ioan.An.& Abbas in dicto capitulo quia G.Item si rescriptum contineat gratiam vel priuilegium,non facit ius in fauorem aliorum, qui in rescripto non continentur . §. plane. Institut. de iure naturali. lege prima , ff. de constitu. princip. capitulo sane . de priuileg. & capitulo porro.eo.ti. Expedita continuatione, Primo 9 quæritur de definitione consuetudinis . Abb. † hic in primis hanc quæstionem formar,& recte agit, quia licet omnis definitio sit periculosa,l.omnis definitio.ff.de reg.iur.tamen vt intelligatur,quid sit id,de quo agitur, teste Cicerone, omnis de re aliqua institutio, debet a definitione ꝓficisci. facit tex. in l. 1.ff.si cert.pet.Definitur ergo primo secundum Isido. ut legitur in c.consuetudo.1.dist.Consuetudo,est quoddam ius, vtentium moribus approbatum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex. Hanc definitionem improbat Bart. in d.l de quibus.in lect.col.2.ad fi.& ea ratione mouetur, quia ista definitio non continet substantialia,s. tacitum consensum populi.Ipsam tamen definitionem sequitur Bar.sibi contrarius in repeti.d.l.de quibus in 1.quæstione principali,in prin.nec alij ibi discrepant,& ibi Bar.declarat singula verba huius definitionis. Et si voluerimus eam tenere, argumentum Bart. in lectura non videtur obstare,quia tacitus consensus inducentium consuetudinem, satis colligitur ex illis verbis, moribus vtentium, vel dicas, ut etiam sentiunt nouiores hic, ꝙ in definitione non est opus exprimere substantialia rei definitæ,sed bene substantiam & quidditatem ipsius rei, secundum glo.in dicta l.omnis definitio.ff.de reg. iur. Probatur ẽt in l.1. ff.de testam. ubi in definitione testamenti non ponuntur testes, nec alia substantialia . Ex alio tamen non videtur bona dicta definitio,quia dicitur in ea, quia consuetudo habet uim legis,cum deficit lex.sed huic obstat,quia etiam existente lege, consuetudo inducitur , quæ derogat ipsi legi, ut probatur in c.fin.infra eo.& in d.l.de quibus. ff.eo.Hanc difficultatem soluit dom.Anto hic in repetitione,in versi. uisa materia.ad fi & Gemi.post Lauren.in d.cap.consuetudo. columna 3.& Bar.in d.l.de quibus.in 1.quæst.dicens,quod hoc casu,s.quando lex existit,& consuetudo contraria inducitur improprie deficit lex, quia consuetudo ei derogat. Ex quib. 10 verbis habes reportare,quod uerba in definitione possunt esse impropria,nec id absurdum reputatur,prout non reputat Bar.ubi supra.& hoc notandum uidetur. Aduertendum tamẽ est,quod res definita seu ipsum definitum capit proprietatem,scilicet ut dicatur proprie tale propter definitionem, ut declarat Bart.in l.omnes populi.in 3.q.6.principalis. ff. de iust.& iu.vbi dicit,quod tribus modis cognoscitur aliquid esse proprie tale, vt per eum. Sed adhuc obstat, quia existente lege, consuetudo inducitur conformis ipsi legi, ut probatur in cap.cum dilectus.& ibi Abb.in 2.notab.supra eod. & in c. sopite.infra de censib.& tradit Abb.in c.fi. colum.pen. infra eod.& D.Ant.hic col.16. uer.quarto restat videre, & hæc uidetur melior probatio,quia præcedens tollitur per d. Anto. & per Geminian post Laur.& per Barto supra relatos.Posset dici, quod etiam prædicta difficultas tollitur, quia quando consuetudo est conformis legi, est potius confirmatio , uel obseruantia legis,quam consuetudo,ut dicit dom.Alexan. in d.l.de quibus . in princ.in apostil.allegando gl. magnam in cap.pri.de const.lib.6.& alia , ut per eum, prædictam etiã 11 definitionem † improbat dominus Ant.in capitu.fi.infra eodem colum.26.vers.visa materia.ad finem,& Hostiẽ. hic in summa,ea ratione,quia est nimis breuis,nec videtur secundum eos absurdum,quod reprobetur prædicta definitio posita in d.cap.consuetudo,quia ille est text. Isidori,qui non habuit potestatem legis condendæ,ut patet ex text.in cap.sancta Romana ecclesia.in 15.dist.ubi Isidorus non connumeratur inter eos, quorum dicta pro lege suscipiuntur. & tradit , Felinus.in capi.secundo supra de rescrip. charta penult.Sed tamen definitio ipsa sustineri potest, ut sup. demonstratum est nec alicubi legi,quod propter breuitatẽ definitio improbetur.Secundo definitur per Iaco.Rauen.vt hic Ioan.An.& 12 Abb.referunt.Consuetudo, est ius † quoddam, quod est moribus populi uel maioris partis,ratione initiatum,&c. & sequuntur Cyn.& Barto in l.secunda.quęstione prima.C.quę sit longa consuetudo.Sed hanc definitionem inprobat Do. Anto.hic colum. 26. versi.uisa materia.& Bar.in dicta repeti.l.de quibus.colum.secunda uersi.expeditus de contrariis, uenio ad quæstiones.Et mouetur Barto.ea ratione, quia hęc definitio non comprehendit consuetudinem alicuius Capituli uel collegij. & propterea aliam definitionem tradit Barto.ibi,quam sequuntur communiter posteriores, & similiter eam refert & sequitur Do.Petr.Rauen.in suis allegationibus & conclusionibus consuetudinis, positis post suum Alphabetum aureum,in prin.ubi aliud nõ dicit in ista quęstione definitionis consuetudinis. Nouiores tamen hic saluant hanc definitionem supra relatam,dicentes,quod uerba illa,totius populi uel maioris partis, sunt posita in ea ex abundanti.Patet secundum eos,quia non sunt posita in de- 13 finitione Isidori.Item,quia † in definitione non est opus exprimere causam efficientem, ut est glos. licet ipsi non allegent,in l.omnis definitio.ff.de regu.iuris.unde dicunt, quod ea,quę ex abundanti dicta sunt, non habent vitiare l. testamentum. C. de testamen. Ista tamen saluatio non est solida,ut puto, quia non est uerisimile, quod definiens ponat uerba in definitione ex abundanti, nec in dubio id est dicendum,argumen.l.si quando.ff. de legatis primo . in principio capitu.si Romanorum.post princip.ibi,ut quid membranas occupant.decimanona distin.glo.in capitu.solitæ.de maio. & obe,in uerb.tanqnam.Item,licet dicta uerba essent posita in ipsa definitione ex abundanti,tamen quia definitio nõ conuertit cũ definito,cũ non congruat ꝯsuetudini collegij, non est bona.l.prima.§.dolum. ff.de dolo. Tertio definit Io. 14 An.† in sum.sua de consuetudine, posita post hunc tit. in fi.

Con-

Source : BIU Cujas

Consuetudo, est quoddam ius, moribus illius introductum, qui authoritate. publica legem condere potest. Hanc definitionem improbat Abb. hic, quia inferiores a Papa non possunt condere legem contra canones, per iura adducta, per eum & tamen possunt iuducere consuetudinem. c. fin. infra eo. c. cum omnes & ibi not. supra de const. cum similib. Noniores soluant istam definitionem dicentes quod satis est, ꝙ procedat a communiter contingentibus, seu secundum cō munem regulam, quæ habet, quod illi possunt inducere cōsuetudinem, qui possunt legem condere, ut ipsemet Abba. dixit in rub. infra de iud. circa definitionem iudicii. sed ista, saluatio non est solida, quia regula communis est in contrarium, scilicet, quod clerici possunt inducere consuetudinē contra canones, dicto c. cum omnes, cum concordantib. sed non possunt leges uel statuta condere contra canones, cap. quod super his. de maio. & obe. item non est tutum dicere, quod satis sit definitionem procedere a communiter cō
15 tingenribus, quia† immo definitio debet conuerti cum omni definito, vt dicit Barb. improbans Abb. in dicta rub. de iu. Et licet ipse hoc non probet, ego ibi adduxi multa, & maxime gl. cum qua ibi Dd. transeunt, in l. prima. ff. de legi. quæ dicit, quod illa definitio legis, quæ ibi ponitur, videlicet. Lex est commune præceptum &c. est potius descriptio, quam definitio, & assignat rationem, quia aliqua lex est, quæ non est communis. Allegaui etiam id uelle in terminis Bar. in l. prima in principio. ff. de regu. Catonia. & text. qui bene hoc probat, cum glo. prima in l. prima. §. dolum. ff. de dolo item facit, quia si sufficeret definitionem procedere a communiter contingentibus, definitiones non essent periculosæ, ut ad sensum patet. cuius contrarium dicit text. in dicta l. omnis definitio. Aliter igitur est respondendum ad argum. Abba. ut respondet Barb. hic, quem nouiores non uiderant, Dicit enim Barba. quod Ioan. And. in definitione sua non dicit, ꝙ consuetudo inducatur ab eo qui potest disponere contra legem, sed dicit, quod cōsuetudo pōt induci ab eo, qui potest legem publicam condere, quod etiam conuenit vniuersitati clericorum, uel prælatis, qui possunt statuta publica condere, cap. cum omnes. & cap. cum M. Ferrarien sis. & ibi no. supra de consti. item posito, quod Ioan. And. diceret id, quod Abbas præsupponit, adhuc difiniti o procedit respectu consuetudinis laicorum, qui possunt statuere contra. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. ista tamen secunda saluatio non placet. quia Ioan. And. definit consuetudinem in genere, non autem loquitur in specie de consuetudine laicorum. Sed in
16 super † ista definitio non est bona ex alio respectu, ut puto, quia in ea præsupponitur, quod illi possint inducere consuetudinem, qui possunt legem condere, sed hoc est falsum, qa particulares personæ, dato quod sint tales, quæ possint legē condere, consuetudinem tamen non inducunt vt infra in tertia quæstio. patebit, Alias multas definitiones uide per Host. hic in summa, & per doct. hic relatos per Barb. qui defendit satis verbose definitionem Azo. in sum. C. quæ sit longa consuetudo, & per domi. Anton. in dicto capitulo finali uersicu. visa materia ubi præsupponit, quod nulla tuta reperiri possit, minus tamen periculosa uidetur definitio Isidori. quam supra primo loco retuli, & defensaui. Secundo quæ
17 ritur, unde † dicatur consuetudo, Dic. ut dicit textus in dicto capitul. consuetudo. & summiste hic in principio, quod ideo sic dicitur, quia in communi est usu. Ex quo infero, quod particulares personæ non possunt inducere consuetudinem, quod intellge, ut in sequenti quęstione dicetur. Et scias, quod quatuor sunt introductoria consuetudinis, scilicet, mores, tempus, ratio, & consensus populi, vt inquit Bal. in capitulo finali. infra eodem titulo. Primum probatur in §. ex non scripto. Instit. de iure natural. Secundum probatur in dicta l. de quibus. & in l. diuturna. ff. de legi. Tertium probatur in l. quod non ratione. ff. eodem titulo. illa tamen lex aliter intelligitur per aliquos, ut dicam infra in glo. in uerb. rationabilis, in ultimo aduertendo. Quartum probatur, quia sicut se habet consensus populi expressus in statuto, ita se habet tacitus in consuetudine. dicta l. de quibus. ita Bal. ubi supra & refert & sequitur ibi Barba. colum. penultima. Tertio
18 quæritur, quot† modis sumatur consuetudo, seu quotupiex est cunsuetudo. Bartol. in dicta l. de quibus, in lectura. colūna 2. in principio. dicit, quod tripliciter capitur consuetudo. Primo, pro assuefactione unius hominis uel etiam animalis irrationabilis l. si seruus plurium. §. finali. ff. de leg. primo. §. pauonum. instit. de re diui. Secundo. pro facto pluriū personarum, seu pro moribus vel usibus eorum, ut in d. l. de quibus. & in d. c. consuetudo. 1. distin. Tertio, pro iure resultāte ex usu, & moribus plurium personarum, ut in illo textu etiam probatur, & in §. inueterata. in d. l. de quib. & in l. sed ea. & in l. sequen. ff. de legi. idem clarius dicit Alber. in d. l. de quibus. col. 11. in hoc puncto plenius loquitur dom. Ant. de But. in d. c. fi. in repe. col. 4. vers. 2. & col. 22. vers. visā materiā. & in effectu ipse & communiter doct. in hoc residere viden
19 tur, quod consuetudo plurium, seu† consuetudo unius ciuitatis vel loci, duplex sit, una facti, altera iuris. Cunsuetudo facti, est mos vel usus hominum, Consuetudo autem iuris, est quæ prouenit ex ipsis moribus, & usibus hominum mediate, & immeditate ex tacito consensu populi, qui resultat ex ipsis moribus, vt etiam declarat Bart. in d. l. de quibus. in lectu. ad finem. & in repetit. in vltima quæstione primæ principalis, & Ioan. And. hic colum. 4. Ange. in §. ex non scripto. instit. de iure naturali. & Oldr. in consilio. 254. incipien. quia tota pars, colum. secunda. ubi dicit, quod consuetudo quædam est facti obseruantia, sicut est in auibus consuetudo volandi, & consuetudo patris familias. Alia est iuris, quæ pro lege habetur. Tradit etiam pulchre Gem. post Archid. in dic. capitulo consuetudo. colum. secunda & dicit domi. Ant. in d. repe. colum. 6. quod consuetudo tripliciter sumitur. primo pro habitu bono uel malo. Secundo, pro materia, ex qua cōsuetudo inducitur, id est, pro actibus, & moribus. Tertio, pro
20 iure sumpto ex materia prædicta. & dicit† Oldradus. in consilio. 254. incipient. ad obiectus, qui fiunt. colum. prim. quod consuetudo potest dicere tria, scilicet actum frequētatum, habitum generatum, & ius ex utroque collectum. allegat Hugo. in capitulo. mos est. prima distincti. & dicit. d. Anton. in dicta repe. colum. 6. quod proprie usus est materia consuetudinis. sed large capiendo usum pro habitu firmato, idem sunt. & hanc consuetudinem unius loci vel populi, appellat publicam Bald. in rubri. C. quæ sit longa consuetudo. & dicit aliam esse, quæ priuata appellatur, de qua in l. 3. in fine. C. de episcopa. audien. ubi est exemplum de consuetudine hominis particularis in delinquendo, quam Bart. in dicta l.
21 de quibus. appellat assuefactionem. Duplex† est ergo consuetudo, una facti alia iuris item alia est diuisio, ut patet ex prædictis, quia vna dicitur publica, alia priuata. item alia est diuisio, quia una dicitur consuetudo compulsiua, alia repulsiua, alia priuilegiatiua, alia permissiua, alia interpretatiua, alia correctiua, alia confirmatiua, alia prælatiua, ita declarat Bal. tradens exempla in l. diuturna. ff. de leg. Item alia est diuisio, quam facit Host. quem refert Car. Flo. in capi. cum dilectus. colum. 8. in 7. quæstione infra eo. Dicunt enim, quod quadruplex est consuetudo, vna generalissima, ut illa, quę est inter omnes Catholicos orandi uersus orientem. capitulo ecclesiasticarum. vndecimo. Alia est generalis, quam seruat tota prouincia. capi. ex tuarum. de autho. & usu. pal. alia est specialis, quæ in vna ciuitate locum obtinet. l. vendi tor, §. si constat. ff. communia prædi. alia est specialissima, ut puta patrisfamilias. l. vel vniuersorum. ff. de pignor. act. cum similibus. Hanc diuisionem tradit Hosti. in summa huius. ti. §. finali. Car. Flor. in dicto capitul. cum dilectus. item alia est diuisio, quia aliqua cōsuetudo imitatur legem, aliqua interpretatur legem, alia derogat legi, alia alios effectus producit ut tradit Hosti. in dicto §. fi. & Crad. Flo. in capitulo fin. quęstio. 45. infra eo, & dicam in q. Abb. extra glo. in prima concln. Alia etiam est diuisio, quam tradit. domi. Anto in capitulo fina. in lectu. columna sexta. infra eod. videlicet una est priuata solo sensu apetitiuo inducta, quædam priuata appetitu rationabili causata, quædam publica, communi ratione, & declara, vt per eum ibi colum. 6. & plenius colum. fin. inqu antum autem dixi, ꝙ consuetudo facti assumitur, pro assuefactione, quot uices requirantur ad hoc, ut aliquis, dicatur assuetus, vel consuetus aliquid facere, dicam infra in quęstione quinta. inquantum autem dixi, quod consuetu
22 do† est ius, dubitare quis posset, an dicatur ius prætorium, vel ciuile, utilitas est magna, quia si est prętorium, remedia sunt annalia, si ciuile, sunt perpetua. instit. de præpe. & tempo. actio. in principio, declarant Barto. & alii in l. quinta. in princi. ff. de verborum obligationib. & alibi sæpe. in hoc puncto reperio Bald. in l. fina. circa. 5. colum. C. unde leg. vbi dicit quod si consuetudo est inducta a potestatibus terrarum, tunc censetur ius prætorium, si autem a populo censetur ciuile idem uult Bald. in l. ex placito. in decima quæstione. C. de re. permu. & sequitur communis præceptor in dicta lege de quibus. columna antepenult. in princip. Aduerte tamen quia non uidetur, quod consuetudo possit induci a potestatibus terrarum, quia non potest induci a particularibus personis, ut dixi in præcedenti quæstio. Sed pro solu. dicas, quod talis consuetudo inducitur a potestatibus terrarum ob populi tacitum consensum & tolerantiam, unde ab ipsis solis non inducitur, ut in simili dicit Bart. in repetitio. l. secūdę. columna. 11. C. quæ sit longa consuetudo, & dicam infra in capitulo finali. in octauo requisito consuetudinis, in principio. & in quæstione sexta. Quarto quæro, quid differant Consuetudo, Obseruantia, Stylus, Ritus, Motes., Vsus, & Desuetudo, item Solitum & Consuetum. dom. Anton. in di

Source : BIU Cujas

cto capi. fin. in dicto verſi. viſa materia. in effectu dicit. Obſeruantiã eſſe quid facti, quæ concernit uſum vniusiudicis uel ttibunalis vel interpretationem ſermonum citra actum ſcribendi, & differt ſecundum eum a conſuetudine, quæ eſt populi uel vniuerſitatis, quia obſeruantia non requirit tempus, ſed ſufficit, quod aliquibus actibus arbitrio iudicis ita ſit obſeruatum. Paulo tamẽ ante præſupponit, requiri duos uel tres actus. Item differunt ſecundum eum, quia conſuetudo, vim omnem legis habet, obſeruantia facti habent tamen unum effectum declaratiuum, quia ſi lex eſt multipliciter intelligibilis, ſeruari debet id, quod pluries ſeruatum, eſt in curia. Exemplificat dom. Anto. multis modis iſtam obſeruantiam, & præcipue exemplicat in lege, quæ dicit ferias, meſſium & uindemiarum eſſe obſeruandas, quia non determinando tempus, ſtabitur huic obſeruantiæ. l. præſides. ff. de feriis. item exemplicat in lege dicente cautionem eſſe præſtandam, quę non determinat vſque ad quem diem, tũc enim ſtabitur obſeruantiæ. l. ſi finita. in principio. ff. de damno infecto. Exemplificat etiam in caſu. l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de edil. edicto. & allegat idem tenere Nicol. de Mata. in dicta l. de quibus. Prẽmiſſam doctrinam domi. Anton. in quantum dicit quod obſeruantia non requirit certum tempus, tenet etiam domi. Alex. in conſil. ſuo. 107. incipiente. pro inueſtigatione. colum. fina. in ſecundo uolum. & idẽ ſentit in conſilio 36. incipiente. uiſo themate in fine. eodem volumi. idem Aret. in conſilio 11. ad finem. Sed aduerte, quia textus contrarium probat, in l. prima C. quæ ſit longa conſuetudo qui textus loquitur de obſeruantia in curia iudicis, & requirit longum tempus, niſi dicas, quod debet intelligi, quando illa obſeruantia erat contra ius, tunc enim requiritur, quod ſit præſcripta, ut in iſto textu. dicitur, ergo infertur, quod ſi non ſit contra ius, ſed ſolum interpretatiua uel declaratiua, non requitur quod præſcripta ſit, & ſic non requiritur curſus temporis. Vel melius dicas, quod loquitur de obſeruantia populi, quæ ſumitur pro conſuetudine, ideſt, pro iure non ſcripto, quę conſuetudo facit ius quoad omnes, ſed Docto. præallegari loquuntur in obſeruantia unius iudicis vel tribunalis, uel perſonę, ut ſupra dictum eſt. & uide pro declaratione, quæ dicam infra in capitulo fin. poſt ſecundum requiſitum cõſuetudinis, in eadem quęſtione, quod tempus requiratur ad conſuetudinem indicendam. in ſecunda concluſi. in ſecunda illatione, vbi tangam
24 an in conſuetudine præter ius, requiratur tempus. Et† aduerte, quia videtur quod duæ uices inducant talem obſeruantiam uel conſuetudinem facti, de qua ſupra. ita paulo ante dixit hic dom. Anto. idem Abb. in capitulo finali de appel. idem dicit clare Bald in l. diuturna. ff. de legibus. allegando textum in l. tertia. in fine. C. de epiſcopi. audiend. & alia idem dicit Bartol. in l. prima. C. quomodo & quando iudex in l. mela. §. primo. ff. de alimen. & cib. leg idem Imo. in cap. cum eccleſia Sutrina. in glo. in uerbo, tertio, de cauſa poſſeſſ. & proprie. Hoc tamen non procederet in blaſphemante, ga duę uices non facerent, ut diceretur conſuetus blaſphemare, de quo infra dicam in ſequenti quæſtione quinta. in fine. Et quod duæ uices regulariter ſufficiant, etiam probari uidetur in dicta l. ſi finita ibi, aliquando caueri ſolet. Conſuetudo tamen iuris quandoque duobus actibus contenta eſt, ut per glo. in rubr. C. quę ſit longa. conſuetudo ſed in hoc non datur determinatio, quia ad eam inducendam requiruntur tot actus, ex quibus tacitus conſenſus populi ueriſimiliter, colligatur, ita qnod quandoque plures requiruntur, ut declarabo in capitulo finali infra eodem. in 7. requiſito conſuetudinis, ubi plenius attingentur prędicta, & ibi etiam tangam, an unus actus ſucceſſiuus ſufficere poſſit. Contra tamẽ illud, quod dictum eſt, ſcilicet, quod obſeruantia non requirit curſum temporis, obſtat ultra ſupradicta deciſio Bal. qui contrarium uoluit in l. finali. C. quæ ſit longa conſuetudo. ubi dicit, quod obſeruantia præſcripta curiæ, eſt obſeruanda & ſic Bald. præſupponit, quod ad talem obſeruantiam tempus requiratur. Sed nihil ad hoc allegat Bal. unde præcedens doctrina uerior uidetur per prędicta, uel dicas, quod Bal. loquitur in obſeruantia, prout ſumitur pro conſuetudine, quæ facit ius generale in ciuitate uel loco in quo eſt, nos uero loquimur de obſeruantia unius curiæ uel tribunalis, uel
25 perſonæ, ut etiam ſupra dixi. Ex† præmiſſa doctrina infero, pulchram declarationem ad regulã, quæ habet quod clauſulæ conſuetæ apponi in inſtrumentis, habentur pro appoſitis. cap. cum M. ſupra de conſt. & dicto §. quia aſſidua. cum ſimilibus, quia non intelligitur, quod ſit talis conſuetudo, quæ requirat curſum temporis, vel quæ ſit præſcripta, ſed ſufficiunt aliqui actus, vt ſupra. Ita collige ex doctrina do. Ant. in dicto capit. fin. verſiculo viſa materia. & in columna penultima, & in terminis ita decidit d. Franciſc. de Are. in conſilio ſuo vndecimo, incipien. procedendum eſt. columna finali. vbi dicit, quod clauſulæ conſuetæ apponi, etiam per ſpatium minoris temporis decem annorum, habentur pro appoſitis in inſtrumento, quod notandum puto. Eſt etiam nota. quod iſtam obſeruantiam appellat aſſuetudinem do. Anton. in dicto capitulo finali. verſiculo præallegato. & Bartol. in dicta l. de quibus. in prima quæſt. appellat aſſuefactio-
26 nem. An † autem attendatur conſuetudo notarij eiuſdem, uel Notariorum communiter, quoad hoc, vt clauſula dicatur conſueta apponi in inſtrumento, tradit Alexander poſt alios per eum relatos, in l. Gallus. §. idem credẽdum. ff. de liberis & poſthumis. maxime in quarta columna. in princip. & plenius in conſilio 28. incipien. viſo. columna finali. in ſe-
27 cundo volumine. vide per eum. Stylus autem, quid ſit. †Ioã. Andr. in dicta ſumma ſua de conſuetudine, columna quarta poſt multa dicit, quod eſt vſus vel mos concernens ordinem ſcribendi, tamen alleg. text. in capitulo quam graui, de crimin. fal. & in capitulo penultimo, de confirma. utili, vel inutili, & bene probatur in dicto capitulo quam graui. ibi, tam in bulla, filo, & charta, quam in ſtylo. ex quibus verbis denotatur, quod mos circa bullam, vel filum. uel chartam, non dicatur ſtylus. Idem Car. in dicto capitulo finali, columna 16. infra eodem quæſt. ſeptima. idem dicit Domin. Antonius in dicto capitulo finali, columna 22. verſiculo uiſa materia. & dicit, quod eſt particularis perſonæ, vel officij certi, & allegat idem tenere Nicol. de Mata. in dicta l. de quibus. & refert multas differentias inter ſtylum, & conſuetudinem. & illa eſt potiſſima, qa conſuetudo ualet contra ius, ſed non ſtylus iudicis, qui tantum valet ad declarandum mentem iudicis, & ad interpretationem iuris dubij. & hanc doctrinam dom. Anton. refert & ſequitur domin. Franc. de Aret. dicens eam eſſe pulchram, in conſil. ſuo centeſimodecimoquarto. incipiente, clariſſime & excellentiſſime Doctor. in princip. idem dicit Alexand. in dicto conſil. 36. ad fi. Item ea eſt utilis differentia, vt in ſtylo non requiratur ille curſus temporis, qui requiritur in conſuetudine, vt per Do. Anton. in loco ſupra allegato, & ſic idem eſt, quod in obſeruantia. Et de iſto ſtylo, vt non requirat dictum curſum temporis, tradit etiam Alexand. conſ. 107. incip. pro inueſtigatione, & in dicto conſilio 36. in ſecundo uolum. Sed hoc intelligę, quando ſtylus non eſt contra ius, ſed eſt ſolum interpretatiuus. Quando autem ſtylus vel conſuetudo eſt contra ius, tunc debet eſſe præſcripta, ſeu requiritur curſus temporis. ita declarat Soc. alias authoritates allegans, in conſilio ſuo 260. incipiẽ. in cauſa. colum. 12. & ſatis probatur in capitulo finali. infra eodem titulo. Item ad talem ſtylum interpretatiuum non requiritur pluralitas actuum. ita ſentit Abbas in capitulo in cauſis. in ultimo notabi. infra de re iudicata. per textum in capitulo finali. uigeſima diſtinctio. & clarius Alexand. in dicto conſilio 36. ubi dicit, quod illud, quod obſeruat ſemel iudex in uno dubio, puta in declarando, quæ cauſa ſit breuior, debet in alijs cauſis obſeruare. Bartol. autem in repet. dictę l. de quibus. in ultima quæſtio. primę principalis, dicit quod ſtylus concernit ordinem nedum ſcribendi, ſed loquendi & procedendi. & idem in effectu dicit in l. ſecũda. columna nona. C. quæ ſit longa conſuetudino. idem prę ſupponit Alexand. in dicto conſilio 36. idem Bald. in l. finali. C. quæ ſit longa conſuetudo. poſt Cynum in l. prima. eodem titulo dicens, quod ſtylus eſt practica alicuius curiæ. idem dicit d. Petrus Philip. Corneus in conſil. 277. incipien. poſt ſup. ſcriptum conſilium. colum. 2. in tertio volum. Ang. tamen Aret. in §. ex non ſcripto. in princ. inſtitu. de iure natu. dicit, quod ſtylus non magis ordinem iudiciorum, quam extraiudiciorum concernit. Ego cõcludo, quod communis uſus videtur capere ſtylum, prout capiunt & dicunt Bart. in dicta l. de quibus. & alij Doct. ſupra relati, ſed de iure ordinem ſcribendi tantum concernere videtur, per tex. in dicto capitulo quam graui. quem ſupra induxi. Ex prædictis infertur, quod ſtylus non facit ius, quo ad omnes, quia eſt particulatis perſonæ, uel officiij. Limita tamen hoc, niſi ſit ſtylus Principis, uel habentis poteſtatem legis condendæ. cap. ex literis. & ibi Abb. ſupra de conſt. Abb. in c. bonæ. el primo de poſtul. præla. Alexand. in conſil. 39. incip. uiſis. colum. fin. in 3. uolum. facit text. in capit. in cauſis. infra de re iudica. & bene ad propoſitum tradit Specu. in titu. de teſtam §. publicatis. verſicu. deinde. & in titu de reſcrip. præſenta. §. ratione formæ quoque. in princip. faciunt, quæ congerit Domi. Felyn. in capitu. ſecundo, in verb, ſtylus curiæ. de reſcrip. ſupra. & hoc declarabo infra extra gl. poſt conclu. 8. in 2. amplia. ubi attingam de ſtylo curię vel urbis Romæ, ad quos extendat. Aliter tamen ſumitur ſtylus in l. prima C. de ſacroſanct. eccleſ. ſcilicet pro diſpoſitione, ut dicit Ioan. Andr. in dicta ſumma ſua conſuetudinis, columna quarta. Aliquando ſumitur pro ſtylando, unde dicitur ſtylicidum l. ſi ſtylicidii. ff. quemad. ſer. amit. & ita etiam dicit Ioan. Andr. in loco præallegato.

Ritus

Source : BIU Cujas

28 Ritus autem concernit †usum uel obseruantiam circa solen
nitatem actus. ita Abb. per illum tex. in c. cum secundum. de
temp. ordi. & in cap. in aliquibus. de decimis. Omnia tamen
prędicta largo modo sub consuetudine comprehenduntur.
Item etiam comprehenditur præscriptio, vt dicit d. Anto.
hic in dicto versicu. visa materia. Sed respectu præscriptio-
nis in specie quid differat a consuetudine, videbimus in c. fi.
infra eo. post Abb. Quid autem differant Mores, Vsus, & con
suetudo, tradit Domi. Anto. hic columna quarta. versiculo
secundo. & etiam tradit Barto. in dicta l. prima. C. quæ sit lon
ga consue. columna nona. & in dicta l. de quibus. columna
51. & dixi supra in tertia quæstione. consuetudo enim so-
nat in ius, & vsus & mores in factum, ex quo consuetudo in-
ducitur. ita in effectu dicunt præfati Doct. Ioan. And. hic, &
Do. Anto. & Imo. in cap. cum consuetudinis. infra eod. & d.
Pet. Philp. Corneus in consil. 89. incip. uisis. circa fi. in primo
volu. In quibus locis dicunt, quod vsus & consuetudo diffe-
29 runt, vt causa & causatum. Desuetudo †autem, est non vsus
proprie, vt per Hostien. hic colum. penult. sed Pau. de Castr.
in dicta l. de quibus. colum. 2. dicit, quod desuetudo differt a
non vsu, & a contraria consuetudine, quia secundum eum.
Non vsus dicitur, quando non occurrit casus, in quo opor-
tuerit legem seruare. & dato, quod hoc per mille annos con
tigerit, non propterea lex esset abrogata. Exemplum in cau
tione damni infecti, quia licet raro, vel nunquam acciderit
casus, in quo expedierit eam petere, per hoc non est correc-
tus titu. De dam. infect. Desuetudo dicitur, quando casus cō
tigissent, sed non fuisset petita cautio. Exemplum tradit in
satisdatione, quam debet præstare actor, cum dat libellum,
vt in authen. generaliter, C. de episco. & cleric. cum simil. illa
enim a longissimis temporibus citra nunquam fuit petita, &
propter hoc dicta auth. & similes, sunt per desuetudinem
abrogatæ. ad hoc alleg. tex. in dicta l. de quibus. & tradit Spe-
cu. in tit. de satisda. Contraria vero consuetudo dicitur, si di- 33
ctæ satisdationes fuissent petitæ, & tamen non præstitæ, ani-
mo introducendi consuetudinem, ne præstentur, & tunc
etiam multo fortius lex abrogatur, & de hoc dicit vidēdum
esse per Cyn. in l. secunda. C. quæ sit long. consuetud. Cyn. ta-
men ibi post Nic. de Mata. aliter loqui videtur, quia dicit, ꝙ
30 † consuetudo negatiua quandoque dicitur contraria con-
suetudo, quandoque desuetudo, quandoque non vsus. Con-
traria ꝯsuetudo dicitur, qñ ius ꝓmittit, & ꝯsuetudo vetat, vel
econtra. Desuetudo vero dicitur, quasi diuersa a suetudo, vt
quando lex aliquid sub certa forma statuit, & consuetudo
statuit illud sine illa forma, vt in alienatione rerum minoris,
hęc enim, secundum eum, non est proprie consuetudo, quia
ad idem tendit cum lege, scilicet ad permissionem aliena-
tionis, sed in aliquo detrahit, scilicet in diminutione solen-
nitatis. Non vsus autem est illud, quod non habet implicare
affirmationem contrariam legi, nec in substantia, nec in for
ma, vt quia non accidit casus, vel si accidit, homines nō fue
runt vsi lege pro tali casu, tamen non fecerunt contrarium, 34
& talis non vsus non tollit legem. & exemplificat, ut per eū.
31 Mihi videtur, †quod desuetudo dicatur cessatio consuetudi
nis, id est, non vsus, uel non obseruantia cōsuetudinis, vt vis
verbi sonat, & a vi uerbi licitum est arguere. cap. cum secun
dum Apostolum. infra de præbend. l. 2. §. appellata. ff. si cert.
petatur. & vbique notatur, iura tamen quandoque su-
munt desuetudinem pro contraria consuetudine, vt proba-
tur in dicta l. de quibus. in fine. ff. de legibus. Et sic secundum
sonum verbi, desuetudo importat non vsum cōsuetudinis,
non vsus autem, est terminus magis largus, quia importat
etiam non vsum legis. In effectu tamen non differunt, quia
uterque est non vsus, & istud voluit, ut mihi uidetur, Host. su
pra relatus. Differentiam tamen Cyn. quam supra dixi, uult
etiam Barrol. in proœmio digestorum, §. & antea. ubi appel-
lat desuetudinem, deuiationem, seu diuersionem a recto in-
tellectu, & secundum eum non differt a non usu. Vel forte
dici posset aliter, uidelicet quod desuetudo dicatur nō usus,
qui habet contrarium usum, & sic non dicitur simpliciter
non usus, quia ille quandoque non habet contrariū usum, ut
declarat Abb. post alios in cap. Ioannes. de cleri. coniugat. &
dicam infra. cap. fin. in secunda glo. in prima parte, ad finem
& ista etiam uidetur mens Bar. & aliorum supra relatorum.
32 Quinto quæro, an †differant Solitum & consuetum. Bart. in
l. prima. C. quomodo & quando iudex. dicit, quod de hoc nū
quam fuit bene clarus, tamen dicit, quod consuetum uerifi-
catur in pluribus uicibus, ut supra dictum est. Solitum uero,
in una uice. l. Mela. §. sed si alimenta. ff. de ali. & cibaria. leg. ubi
dicitur, quod si quis legat alicui alimenta, quæ uiuus ei præ-
stabat, attenduntur illa alimenta, quæ tempore mortis præ-
stare solitus erat, & si uarie præstitit, ut quia tempore testa-
menti uno modo præstitit, alio modo tempore mortis, ulti-
ma præstatio attenditur. illud ergo uerbum, solitus, uerifica
tur in una prstatione, scilicet in ultima, ut not. Bart. ibi, & in
d. l. 1. quem simpliciter refert & sequitur Barbat. hic colum.
antepen. idem dicit Ang. in §. ex non scripto in fine. instit.
de iure nat. gen. & ciui. ubi hoc extollit. & dicit Paul. de Cast.
in d. l. 1. quòd illud dictum Bar. communiter tenetur. Idem
Pau de Cast. in consi. 99. inci. ut plenè attingamus. Alexand.
in consil. 5. colum. fin. in 5. uolu. Corneus in consil. 27. incip.
in hac constit. in fin. in 3. uolu. Et dicit præfatus Doctor in
consi. 89. incipiente uisis ad fi. in 1. uolu. quòd Visitatum &
Consuetum æquiparantur, & secundùm eum non uerifica-
tur in uno actu. Respectu autem Soliti, facit quod dicitur de
re solita infeudari, uel in emphyteusim dari per ecclesiam,
quia sufficit, quòd una uice fuerit infeudata. ita decidit Pau.
de Cast. in consi. 163. incipien. uiso instrumento In hoc ta-
men contrarium dicit do. Alexand. in consi. 9. incipien. uiso
themate. colum. 2. in 3. uolu. post Iac de Belui. in capitulo. 1.
qui feu. da. pos. in principio, & quid in hoc tenendum sit, pa-
tebit ex dicendis in capitulo fin. infrà eod. in requisitis ad cō
suetudinem inducendam. nouiores tamen hic dicunt, quod
immo solitum non uerificatur in una uice. mouentur, quia
quod semel fit, raro fieri dicitur. allegant l. nam ad ea. ff. de le
gat. & tex. in l. fin. §. sed quia. ibi, semel & non sæpius. C. de iu
re delib. Secundo mouentur authoritate Bal. in l. item lapil-
li. colum. penult. uersicu. octauo quæro. ff. de rer. diuis. ubi di-
cit, quod illa uerba, solito cursu. non uerificantur in uno a-
ctu. & subijciunt, idem sentire Bald. in l. binos. in fi. C. de ad-
uoca. diuer. iudi. Tertio mouentur, per tex. in l sed Iulianus.
§. finali. ff. ad Macedonianum ibi, solebat subministrare. & in
l. tertia. §. proinde. ff. de in rem. uer. ubi probatur, quod con-
suetum & solitum, pro eodem ponūtur, & multa similia iu-
ra adducunt. Et respondent ad tex in dicta l. Mela. §. sed si ali
menta, quod debet intelligi de ultima præstatione solita,
quæ uerificatur in pluribus actibus, non autem ibi fit mētio
de unica præstatione. Ego autem defendo communem opi
nionem, & dico, quod uerbum solitum, est terminus gene-
ralis uel uniuersalis, ita dicit Bar. ad quem nouiores non ad-
uerterunt, in dicta l. prima. C. quomodo & quando iudex. ex
quo infero, quod potest in uno actu tantum, & etiam in plu
ribus uerificari. De uno actu probatur in dicta l. Mela. §. sed
si alimenta. quem text. statim defendam ab impugnatione
nouiorum. De pluribus actibus probatur in l. ut liberis. C. de
colla. ad fin. ibi, ut assolet & in l. solemus dicere. ff. de iudic. &
in l. naturalem. §. pauonum. ff. de acquiren. rerum domino.
ibi, ex consuetudine solent. & in glos. in l. cum allegas. C. de
usuris, quę appellat solitum illud, quod prius dixerat cōsue-
tum. Facit etiam bonus text. in l. 1. ibi, more solito. C. de ser-
ui. & aqua. & in l. uenditor. §. si constat. ibi, solitum salarium.
ff. communia prædiorū. & clarius in l. prima. §. si quis hyeme
tantum. ff. de aqua quotidia. & æstiua. & in §. duo autem sunt
genera. in eadem l. & quod solitū uerificetur & in uno actu
& in pluribus, præsupponit etiam Pau. de Cast in consil. 134.
incipien. notandum. columna quarta. Sed consuetum †non
potest uerificari in una uice, sed in pluribus tantum, ut pro-
batur in l. tertia. in fine. C. de episcop. audien. & in l. prima. in
uerbo, frequenter. C. quæ sit lon. consuetu. Illud ergo, quod
est consuetum, dicitur solitum, sed non econtra, & propte-
rea quandoque iura ponunt Solitum & consuetum pro sy-
nonymis, ut ponit glos. in dicta l. cum allegas. C. de usur. &
ita procedunt iura adducta per nouiores, ut etiam infra di-
cam. Et quod solitum uerificetur in una præstatione, dico
quod bene probatur in dicta l. Mela. §. sed si alimenta. indu-
cendo, ut supra induxi. Nec obstat solu. quam tradunt no-
uiores ad illum textum dicentes, quod ille text. non loqui-
tur de unica præstatione, sed debet intelligi de ultima præ-
statione solita, quæ uerificatur secundum eos in pluribus
actibus, quia dico, quod immo ille text. loquitur de unica
præstatione, ut sonant illa uerba in singulari prolata, ibi,
eam præstationem sequendam, quæ nouissima fuit. nec pro
bant nouiores, quod illa nouissima præstatio de necessitate
uerificetur in pluribus actibus, & istud dicere, est diuinare,
nihil enim obstat, quo minus possint in uno actu præstari ali
menta, etiam unius anni uel plurium. Et stante præmissa
conclusione, scilicet, quod uerbum solitum est terminus ge
neralis, & potest uerificari tam in pluribus uicibus, quam in
una uice, declarando ut supra, non bene uidetur locutus do
minus Franciscus de Are. in consilio suo septimo, incipien-
te proceden. colum. prima, ubi dicit, quod uerbum solitus,
minus importat, quam consuetus, quia potest importare
usum sine consuetudine, allegando Bart. in dicto §. alimen-
ta. qui id non dicit, & doctrina sua ibi intelligi debet ita, ne
contradicat his, quæ dicit ipsemet in dicta l. secunda, C. quo
modo & quando iud. Et si recte considerentur uerba Are-
tini, ratio per eum assignata, repugnat dicto suo, quia di-
cere, quod uerbum solitus potest importare usum sine con-

Source : BIU Cujas

ſuetudine, ut inquit Aret. hic ſermo ſonat, quod etiam poteſt importare conſuetudinem, & ſic plus importat Solitus, quam conſuetus. Vel dic, quod licet uerum eſſet id, quod Are. dicit, tamen doctrina ſua non repugnat ſupra dictis per me, quia ipſe tradit aliam differentiam inter ſolitum & cõſuetum vltra eam, quam ſupra retuli, & reſpectu illius ſuæ differentiæ, verbum Solitus minus importaret, ſed reſpectu differentię ſupra per me relatæ. aliud eſſet. Non obſtante, modo in contrariũ adducta, per nouiores. quia faciliter reſpondeo & in primis nõ obſtat, dum dicitur, illud, quod fit ſemel, raro fieri dicitur, ergo ſolitum dici non poteſt, quia dico, quod licet raro fieri dicatur, per hoc non ſequitur, quia ſolitum non dicatur, non obſtat etiam authoritas, Bal. in dicta. l. item lapilli. quia licet Bald. id diceret, authoritas ſua contra communem non eſt attendenda. l. unica. in uerbo. crebrior opinio. ff. de offici. quæſto. & tradunt omnes in capitu. primo, ſupra de conſtitu. Non obſtant modo text. in dicta. l. ſed Iulianus, & in dicta. l. tertia, quia reſpondeo, quod illa iura non negãt, quin uerbum Solitum uerificetur in una uice tantum, licet etiam in pluribus uicibus uerificetur, cum ſit terminus generalis, ut ſupra dictum eſt, & ſic ſtat
35 defenſata communis opinio, Et nota, quod tale† ſolitum & conſuetum unius perſonę particularis, non habetur pro lege, ſed eſt factum, circa quod lex diſponit, conſuetudo uero. eſt ius diſponens. ita in effectu Bar. in dicta. l. de quibus. in prima quæſt. & dixi ſupra in quarta quæſtione. item not. q̃ in tali ſolito vel cõſueto non requiritur curſus temporis, prout requiritur in conſuetudine propria, quæ pro iure non ſcripto ſumitur, de qua in capitulo fina. infra eodem, & in dicta. l. de quibus. cum ſimilibus. ita Paul. de Caſtr. in dicta l. de quibus. colum. prima, idem diximus ſupra in quarta quæſtione, & ibi dixi hoc eſſe notãdum ad intelligentiam regulæ, quæ habet, quod clauſulæ ſolitę apponi in inſtrumentis
36 habentur pro appoſitis. item† no. quod tale conſuetum ſeu conſuetudo facti, quæ aſſuefactio appellatur, vel obſeruantia, vt dixi ſupra in tertia quęſtione, & ſequenti, in duabus, vel tribus uicibus verificatur, vt dixi ſupra in 4. quæſtione, tamen hoc non procedit in blaſphemante, quia ex duabus vel tribus uicibus non dicitur habere conſuetudinem blaſphemandi, vt pulchre dicit Cyn. in l. 2. C. de reb. cred. & Alexan. in l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœnis. Iſti. tamen nulla ratione vel lege mouentur, ideo cogita an verum dicant, attento, quod in aliis criminibus aliud eſt, vt prædixi, & eſt gl. & ibi declarat Imo. in capitulo cum eccleſia Sutrina. in uerbo, tertio. de cauſa poſ. & proprieta. poteſt forte dici, quod in hoc crimine aliud eſt, quia lubricum linguæ non eſt facile ad pœnam trahendum, ut inquit tex. in l. famoſi circa fin.
37 ff. ad leg. Iul. maie. Sexto quærit Abbas† de quæſtione quotidiana, pone, fit cõpromiſſum in aliquem, ut pronunciet, de iure an poterit pronunciare ſecundum conſuetudinem, & ſtatuta loci, Et poſt multa concludit quod ſic, per plura fundamenta, ſequen. opinionem dom. Anto. in capitulo Quintauallis. in fin. de iureiuran. & improbando opinionem Guide Suza. in quadam quæſtione ſua. pro præmiſſa opinione, domin. Anto. & Abb. illud fundamentum potiſſimum videtur, quia conſuetudo & ſtatutum, dicitur ius. §. conſtat. inſt. de iure naturali, facit gloſ. in prooemi. Clem. in verb. iuris. & iſta opinio eſt communis, ut ex infra allegandis patebit. Et licet Barba. hic poſt multa dicat, quod vera eſt concluſio, q̃ ſi mandatur cauſam decidi ſecundum ius, intelligitur de iure communi Romanorum, & non de iure cõſuetudinario, aut ſtatutario certi loci, per multa iura, & deciſiones per eũ relatas, tandem tamen ſubiicit, quod poſſent opiniones ad concordiam reduci hoc modo, aut mandatur a Principe cauſam decidi ſecũdum ius, & tunc intelligitur ſecundum ius commune, quia Princeps veriſimiliter ignorat conſuetudines vel ſtatuta particularia. cap. primo. de conſtitu. libr. 6. Aut vero mandatur cauſam decidi ab Ancianis regentib. ciuitatem, vel compromiſſum fit a partibus in arbitrum, vt cãm decidat ſm ius, & tunc vñr habuiſſe reſpectum ad conſuetudinẽ & ſtatuta loci, ſi ſunt eiuſdẽ loci ſecus, ſi ſunt forenſes, ignari dictę conſuetudinis, & ſtatutorũ. & ſic in effectu Barba. non diſcrepat a concluſione Abb. hic. Reperio tamen, quod ipſe Barba. in conſilio 66. incip. illud in medium referam. colum. 3. in tertio volum. contrarium tenet, reſpondendo ad obiecta, & ſubiicit, hanc opinionem ſecundam eſſe communem, ſed errat, vt patet ex authoritatibus congeſtis in locis infra allegandis. opinionem igitur primam tenemus pro qua facit vltra adducta per Abb. hic, talis ratio nam mens ciuium cenſetur in dubio ſe referre magis ad ius conſuetudinarium, vel ſtatutarium, quam ad ius commune. ita Bartolus. & Alexander in l. hęredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellianum. in l. ut iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de operis liber torum. tradit Felinus, plene in capitulo ius generale columna tertia. prima diſtinc. multa alia adducens, idem Alexan. in conſi. 127. incip. uiſo teſtamento. in ſecundo uolumi. & facit text. in l. ſi duo. in fine. ff. de acquiren. hæredita. & in l. ſemper in ſtipulationib. ff. de regu. iur. & præmiſſam rationem in propoſito refert Felin. in dicta c. ius generale.
38 Vltra communiter† adducta, pręmiſſam concluſionem cõprobo tali ratione, nam vbi fit mentio de ſententia, intelligimus de ualida. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. & facit, quia falſę tabule, non dicuntur tabulæ. l. 2. §. primo. ff. quem ad teſta. ape. ergo illud, verbum. de iure, hoc caſu debet intelligi de iure ualido, & ſic de conſuetud. vel ſtatuto, quod derogat iuri communi in eo loco, in quo uiget, & ſic illud inualidum reddit. capitulo fin. infra eodem. l. de quibus. in fi. ff. de leg. Secundo præmiſſam concluſionem comprobo alia ratione, nam de reſcripto nullo vel elidibili non expedit facere mentionem in impetratione. glo. eſt in capit. ex tenore. ſupra de reſcrip. cum aliis, quæ ibi Felin. congerit colum. tertia. in ſimili ergo dicamus, quod de tali iure communi, ſublato per conſuetudinem, nõ expediebat facere mẽtionem in compromiſſo, igitur non debet cenſeri eſſe factam, mentionem, argumen. cap. ſi Romanorum. §. primo. ibi, vt quid membranas occupant. 19. diſtinc. Tertio facit ratio talis, nam indefinita æquipollet vniuerſalis ſi pluribus. ff. de legib. 2. ergo illud uerbum De iure, intelligitur etiam de conſuetudinario. & hæc ratio eſt de mente Abba. hic. & aliorũ, idem tenentium, Quarto facit, quia ſi fiat commiſſio de iure & conſuetudine, ſi cõſuetudo derogabit iuri, attendetur ipſa conſuetudo. ita Bald. hic in princ. & eſt bonus textus. in capitulo tertio. de eo qui mit. in poſſ. cauſa rei ſeruandæ. alias rationes & fundamenta multa ac alias authoritates dictam concluſionem comprobantes, vide per Felinum in d. capitulo, ius generale. 1. diſtinct. in capit. primo. de ſponſal. in ſecundo notab. in cap. licet cauſam. de prob. ubi etiã Abb. & poſteriores tradunt. & dicit Felin. dicto capitu. ius generale, quod hæc eſt communis opinio. idem dicit, communis pręceptor, do. Ias. in l. præſcriptione. C. ſi contra ius uel uti. pu. ubi plene loquitur. & in l. de quibus. colum. antepen. ff. de legibus. & pleniſſime in l. omnes populi. ff. de iuſtitia. & iur. colum. 5. & tribus ſequentibus. Et ex dictis rationibus ſatis patet ſolutio ad tex. in §. quoties. Inſti. de iure naturali. qui in contrarium allegatur. ibi enim dicitur, quod appellatione iuris intelligimus de iure communi. Sed dicas id non procedere, vbi conſuetudo uel ſtatutum adeſt, derogans ipſi iuri communi, vel reſponde, vt reſpondet Abba. hic. Tenendo
39 igitur† prædictam concluſionem, amplia eam, vt maxime procedat, quando in caſu, circa quem fieret compromiſſum eſſet conſuetudo generalis totius orbis, quia ius commune appellatur. ita inquit Bald. decidens pulchrum caſum de cõſuetudine Martini, in l. ſecunda. C. de bonis quæ lib. & refert & ſequitur Barbat. in capitu. primo, ſupra de conſtitu. colu. ſecunda, Si tamen diſputando uolueris tenere partem contrariam, uidelicet quod ſi fiat compromiſſum de iure, non poſſit pronunciari ſecundum conſuetudinem, potes, illam fundare ex text. hic adducto per Abba. in capitulo tertio, de eo, qui mi. in poſ. cauſa rei ſer. inducendo hoc modo, nam ibi fuit facta commiſſio de iure, & de conſutudine, & ſententia eo caſu lata non valuit, quia non fuit ſeruata conſuetudo, ergo pręſupponitur, quod ſi fuiſſet facta commiſſio de iure, nõ habita mẽtione ꝓſuetudinis, quod ꝓſuetudo nõ debuiſſet obſeruari. Et hanc opinion. etiam plene defendit Barbat. hic, licet poſtea diſtinguat, ut ſupra retuli. Et diſputando ſatis poſſet hæc opinio ſuſtineri, & ad contraria poſſet reſponderi vt infra. Non obſtant igitur adducta pro opinio. communi per Abbat. hic. & in primis non obſtat, dum dicit Abbas hic, quod conſuetudo eſt ius. §. conſtat. inſtit. de iure natu. cum ſimi. quia id non negatur. ſed dicitur, quod appellatione iuris in dubio intelligimus de iure communi. §. quoties. inſtitut. de iure natura. Non obſtat. etiam, dum dicitur, quod genus debet verificari in qualibet ſpecie, ergo tale compromiſſum, factum de iure, comprehendet etiam conſuetudinem. capitulo ſciſcitatus. de reſcrip. quia reſpondetur, id uerum eſſe, niſi ratio ſuadeat, quod in altera ſpecie verificetur, prout in caſu iſto, ubi altera ſpecies, uidelicet ius commune, eſt dignius, tunc enim de digniori intelligimus. dicto §. ſed quoties, Non obſtat modo tertium fundamentum, dum dicitur, quod iura mandant iudicari ſecundum conſuetudinem capit. tertio. de eo, qui mit. in po. cauſa rei ſeruandæ. cum ſimilibus. ergo compromiſſarius iudicando ſecundum conſuetudinem, ſatis dicitur iudicare de iure, argumentum l. ſi. ita ſcripſero. ff. de conditionib. & demonſtration. quia reſpondeo quod iſtud argumentum procederet in dubio, vbi ſimpliciter eſt facta commiſſio. Sed in caſu quæſtionis præmiſſæ ex quo partes ſe reſtrinxerunt, & compromiſſerunt de iure, illud uerbum debet intelligi

Source : BIU Cujas

ligi de iure communi.dict.§.sed quoties.Non obstat etiam, dum quarto loco adducitur text.in cap.1.ut lite peuden.vbi verbum,de iure,verificatur in iure speciali, videlicet in priuilegio,quia respondeo, quod ibi verbum de iure, intelligitur de iure speciali propter verba præcedentia, in quibus dicitur, quod ille archiepiscopus habebat priuilegium, quæ verba declarant illud verbum, de iure, sequens. l. si seruus plurium. §. fina. ff.de legat.primo. Et eodem modo respondeo ad text.in capit.licet causam.de probatio.quem vltimo loco Abbas adducit,quia versus finem illius text.fit mentio de priuilegio ecclesiæ Rauennatensis, nimirum, si ibi verbum, de iure, verificatur in priuilegio. Et opinio ista contra communem bene videtur probari in dicto capit. tertio, de eo, qui mit.in possess. vt etiam deducit Barbat. hic, & in dicto consil. 66. A communi tamen non est recedendum, vt tradunt Ioan. And.Abb.& alij in capit.primo, supra de con-
40 stitu.& Doct.alibi sæpe. An autem †compromissarius de iure,possit pronunciare seu causam decidere secundum priui legia,satis colligitur ex prædictis,& ex doctrina Abb.hic, & tradit clarius Abb.in capitu.Cumana.in gloss.in verb. de iu-
41 re.infra de electione. Limitatur†tamen dicta conclusio supra formata pro communi, multis modis. Primo, nisi capiendo illud verbum, de iure, pro iure communi, causa citius expediretur.ita Roman.in rubr.de arbit. colum.6.argumen.l.primę, ff.de arbitr.vbi dicit,quod compromissum ad finiendas lites pertinet,& sequitur Fel.in locis supra relatis, & licet communis præceptor hanc limitationem mordeat in dicta l.præscriptione. tamen ipsemet eam sequitur in dicta l.omnes populi Secundo limita,nisi compromissum fiat de iure communi.ita Alexand. in l.post dotem. ff.solu.matrimo.& tradunt nouiores in dicto capit.licet causam.Differunt enim ius commune & ius municipale vel cõsuetudo, vt inquit Bald.in capit.primo,in princip supra de constit.Et licet aliter dicat Alexand.in l.Gallus.§ quidam recte.in fin. ff.de liberis & posthumis,& Bald.in titu.de pace Constan.in princip. colum 7. vbi inquit, quod locales consuetudines, quo ad locum ipsum, dicuntur ius commune, & licet etiam communis præceptor hanc limitationem impugnet in dicta l.præscriptione. per adducta per eum, tamen rationabilis videtur, quia in claris non est locus coniecturis. l. continuus. § cum ita. ff de verborum obligationib. Ex quo enim compromissum fit de iure communi,clare apparet, quod excluduntur alia iura specialia, argumen. l.cum prætor. ff.de iudic.& c.nonne bene dicimus de præsump. Tertio forte li-
42 mitari † posset, vt non procedat in commissione facta per Principem alicui delegato, quia ille non tenetur seruare statuta loci, in quo est delegatus ita Bald.in capitu.licet.in fin. de offic.ordin. sequitur Felin. in capitu.cum dilecta.colum. 19. versiculo limita quarto. in fin. supra de rescrip. & idem videtur velle Barb hic supra relatus. Aduertendum tamen est,quia Bald.in dicto capitulo licet. loquitur solum de statutis disponentibus circa iurisdictionem, in statutis autem respicientibus iustitiam,aliud sentit.& hoc clare dicunt Angel.& Alexand.in l.ex imperfecto. C.de testament.per text. ibi cum glos. Et facit, quia iudex etiam delegatus debet seruare leges vel statuta litigantium in decidendo, seu in decisiuis,vt plene dicam in capitu fin.infra eo.in penultima quæstio. post scripta Abb ibi. & hæc ratio est vrgens contra li-
43 mitation em prædictam. Quarto limita,nisi † compromissum fieret per aliquem forensem, qui verisimiliter ignoraret tale statutum vel consuetudinem,quia verba sunt intelligenda secundum qualitatem personæ proferentis ipsa verba.l plenum. §.equitii ff. de vsu & habit. ita limitat Barbat. hic in distinctione sua,columna 13. idem decidit Felin. alia adducens,in dicto capitulo ius generale.Hoc enim casu cessat ratio mentis compromittentium, de qua facta est mentio. supra in probatione conclusionis supra firmatæ, vnde actus agentium non operantur vltra eorum intentionem.l.
44 non omnis.ff. si certum petatur. Vltimo limita dictam†conclusionem, vt procedat respectu consuetudinis præscriptæ, vel iam firmatæ,quia de illa censentur intellexisse compromittentes,non autem censentur intellexisse de consuetudine, vel obseruantia, quæ nondum transiuisset in formam consuetudinis. hoc volunt glos. & Bartol. in l. Labeo. ff. de suppel.legat.vbi dicunt, quod communis vsus vtendi debet esse prescriptus spatio decem annorum. Et in proposito refert Domin.Franc.de Aret.in consi.suo 11.inc.procedendũ. col.fin.& est rationabilis decisio, licet Aret.ipse eam non audeat firmare.Firmat tñ,q vbi contrahentes,vel facientes cõpromissum,ignorarent statutum loci contrarium obseruantiæ,& de ipsa obseruantia notitiam haberent, quod tunc cẽserentur contraxisse secundum ipsam obseruantiam, licet nondum esset præscripta, & sic licet nondum transiuisset in formam consuetudidis. Et allegat text.secundum unam lect. in l.de die, in prin ff.qui satisd.cog.& Do.Ant.in c.fi.infra eo. & alias authoritates,ut per eum. Multa alia super hac rub.attinguntur per Compo.Inn.D.Ant.Io.de Imo. & alios.Discutiam illa,Deo fauẽte,in c.fi.ẽ.co.Et per hæc remanet utiliter expedita hęc rubrica de cõsuetudine incipit capit.fin. de consuetudine.

SVMMARVM.

1 *Cap.cum tanto,de consuetud.summaria diuisio.*
2 *Ius naturale,pro diuino sumi posse,*
3 *Peccatum grauius reddit diuturnitas peccandi, & auget illud impunitas. & numero 5.*
4 *Ebrietas assidua,peccatum mortale,alias minus. Tum ibid. assiduitatis vis & imperium.*
6 *Peccandi perseuerantia num augeat peccatum, etiam non interueniente reiteratione.*
7 *Pœna vbi & quando molienda & minuenda, tamquam temporis præscriptione abolita.*
8 *Bononiense statutum super delictorum impunitate, quinquennio transacto tacite.*
9 *Peccatum continuatum eadem etiam specie delicti,grauius punitur in foro animæ,licet secus in foro contentioso.*
10 *Peccator,est infelix,& peccati seruus.*
11 *Peccatum incommoda consequentia.*
12 *Consuetudo nihil potest contra ius naturale, cuius transgressio inducit peccatum.*
13 *Consuetudo contra fidem,non valet.*
14 *Consutudo non valet contra præcepta diuina,nec præscriptio cum mala fide,nec contra ecclesiæ edicta.*
15 *Consuetudo limitare potest ius diuinum ex causa.*
16 *Consuetudines quæ non ferendæ,vel admittendæ.*
17 *Consuetudo quod instrumento persona absens inseratur,non valet,vbi illi præiudicaretur,& non esset de instrumenti substantia.*
18 *Consuetudo non valet Simoniam permittens,vel vsurarum solutionem.*
19 *Consuetudo non valet,quod donec dos reddatur mulieri per hæredes defuncti mariti,quid annuatim dotis causa soluatur,nomine alimentorum,si illa habeat aliunde vnde viuat.*
20 *Fideiussor solutum nomine vsurarum repetere potest a principali debitore, vbi contra contractum non admitteretur de consuetudine exceptio vsurarum.*
21 *Consuetudo,quod suspensi teneantur in patibulis,an valeat.*
22 *Consuetudo non.soluendi decimas,an valeat.*
23 *Consuetudo in præiudicium matrimonij,non valet,inem nec ꝙ vxor non teneatur sequi virum.*
24 *Consuetudo auocans quem a matrimonio,non valet.*
25 *Iuramentum nutriens peccatum,etiam leue,non tenet.*
26 *Consuetudo suggerens occasionem & causam peccandi,non valet. nu.28.*
27 *Consuetudo,quod credatur omni scripturæ mercatorum,non valet.*
29 *Consuetudo an valeat,ꝙ publicatis attestationibus recipiantur testes.*
30 *Consuetudo contraria honestati,non valet,nec item præceptum.*
31 *Papa per se & sine cardinalibus ardua tractare an possit,etiam in contrarium stante consuetudine.*
32 *Consuetudo,qua Deus tentatur,non valet.*
33 *Consuetudo etiam contra ius diuinum,vel quauis aliaratione peruersa,excusat a pœna temporali.nu.35.*
34 *Senensium præsidentium iuramentum.*
36 *Consuetudinis imperium etiam in prohibitis.*

Cap. XI.

Cum tanto. Est capitulum finale sub titulo de cõsuetudine.Habet materiam amplam,ac multum subtilem,vt exorditur Abbas hic,& dicit Dominus Antonius,de Butr.quod habet materiam fortem subtilem, & longam, famosumque. est, ut inquit Cardin. Florentin. hic in princip. Quantum autem materia hæc sit utilis & quotidiana,norunt studiosi omnes,& hi præcipue, qui in foro uersantur Ioan.And. post istud capitulum materiam ipsam per uiam summæ pertractat,& Domin.Anton. de Butr.hoc capitulum subtiliter reperijt, leguntque illud canonistæ communiter,& repetijt Paduę quidam dominus Galuanus antiquus Doctor, sed est merus relator. Hanc etiam materiam tradit Angel. Aretin. in §. ex non scripto. institutio.de iure natura l.& tractant Legistæ, maxime Bartol. & Bald. & inter modernos excellentissimus communis præceptor Dom.Ias.May. repetens,in l.de quibus. ff.de legi. & Bartol.post antiquos in l.secunda C.quæ sit long.consue. Barbat. etiam hic multa pro more suo congerit. Reperio quoque, quod Domin.Felin.Sandeus uarijs in locis refert se hoc capitulum repetijsse,& maxime in cap. cum ex officij. columna quarta, de præscript.in capit.cum accessissent. colum.pen.de constit.& in cap.quod super his, in fine. de maiorit.& obedient.& in capit.auditis.colum.12.in princip. de præscrip. dicens se breuem repetitionem hic fecisse, & ubi repetitionem ipsam diligenter perquisitam comperissem, pedem fortassis rretraxissem, quia ipse Dom.Feli.bonarum

Source : BIU Cujas

rerum accumulator esse consueuit. Quidam etiam Dominus Petrus Rauen.qui memoria excellebat,quasdam allegationes & conclusiones in hac materia fecit, tamen nec articulos,nec difficultates discussit. Quid dicam ego pusillus doctor inter tot iuris vertices? Non pollicebor maria nec mōtes, quia doctoribus talem promissionem facientibus credē dum non est,vt inquit glo.in l.non omnes. in fine.ff.de re mili. Hoc solum polliceor, me laboribus non parciturum, ut materiam hanc clariorem & vtiliorem, quam hactenus sit reperta,posteris relinquam. Quantum igitur ingenii mei vires patientur,illam discutiam, & nedum, quæ per glo. & Abbatē hic dicūtur,attingam,sed plures alias vtiles quæstiones post expeditam glo.& Abb.dicta, vltra ea, quæ supra in rub. absoluta sunt, pulchro ordine & clare, Deo maximo fauente,cuius adiutorium ex corde inuoco,absoluam.Diuide istū
1 textum in duas†partes,prout duo dicta ponit. In prima agitur de uiribus consuetudinis contra ius naturale, in secunda,de uiribus consuetudinis contra ius positiuum, secunda ibi,licet etiam, & quælibet pars potest subdiuidi, ut etiam dicit Abb.hic. Casum autem figura, ut figurat Dom. Anto. de But.hic,& clarius Io. And, qui exemplificat primam partem huius tex. multis modis post Abb. antiquum & Hostiē. & vnum bonum exemplum refert Panorm.hic.colum.2. secundam uero partem exemplificabo ego multipliciter infra in quarto notabili.In textu ibi,peccata,quare dixerit peccata,& non delicta,declarant hic Io.And.& Card.Floren. & differentiam inter peccatum,delictum,& crimen, tradit gl. referens Aug.in regu.peccatum.de regu.iur.lib.6. In tex.ibi,
2 ius † naturale.intelligunt.Ioan.Andr.& communiter alij in summario,id est,ius diuinum. Ita enim sumi potest,licet ēt aliis modis sumatur,vt dicit glo.Insti.de iure nat. in princip. Et quod pro iure diuino sumi possit,est tex.in cap.primo.prima distinct. & rationem ibi assignant Doctor. maxime Gemi. An autem tex. iste procedat in iure naturaliter sumpto, infra videbimus.In tex.ibi,legitime sit præscripta.quomodo intelligatur consuetudo præscripta, plenius & clarius cæteris infra declarabo in gl. fin. in secundo requisito consuetu-
3 dinis.Nota primo ex tex.isto, † q̄ ex diuturnitate peccandi, peccatum aggrauatur. concordant iura,quæ hic Abb.alleg. idem probatur in extrauagan. qui sint rebelles post princip. ibi, quanto plus differtur punitio, tanto amplius culpa crescit. Hinc dicimus, q̄ clericus propter delictum continuatū deponi debet, ubi alias crimen non esset depositione dignū. gl.est in c.presbyter.in glos.prima. 82.distinct. probat tex. in cap.primo.de cleri.percus.& ita dicit Dom. Anton. post Gof. in cap.at si clerici.in princip. de iudic. Probatur etiam in c. ad abolendam.de hæret.& ibi no.Ioan.de Ana. & in cap.itanos.25.quæstio.2.& sicut propter delictum continuatum qs grauius punitur, sic punitur quis grauius propter delictum reiteratum,ita inquit glos. in cap. hoc vestræ.vndecima distinct. argumen.illius tex.idem glo.in l.quicunque.C.de seruis fugitiuis.tradit Domin.Felin.Sandeus, allegans aliqua ad hoc in dic.cap.at si clerici.§.de adulterijs.colum.fin. Nec est mirum, quod delictum continuatum, vel reiteratum grauius puniri debeat, quia plura delicta committit. Nam si qs dormiat cum fœmina, & sæpius cum ea fornicetur, plures sunt fornicationes,& non una. gl.est in c imitare. 6.quæst.1. tradit Bar.in l.vulgaris. ff.de furtis. & in l.nunquam plura. ff. de priuat.delict.facit etiam glos.in §.criminis. 25.distinct.in uerbo, criminale.& text.ibidem in verbo, & ebrietas. quem extollit Abb. in capit. a crapula. de vita & honesta. clerico.
4 Dicitur enim in dict. §. criminis,quod †ebrietas,si sit assidua est peccatum mortale, alias non.& etiam probat ibi tex. cū glos. quod peccatum veniale propter assiduitatem fit mortale.& ad prędicta etiā bene facit tex. in l.iij.in fine.C.de episco.audien.per quem not.ibi Bald.post Gulie. de Cun. quod qui geminat delictum, non debet sperare de venia.Hinc dicit ibi Bald. quod si quis habeat gratiam de primo delicto, non valet gratia de secundo, nisi fiat mentio de primo,quia ipsa secunda gratia censetur subreptitia,quia secundum delictum fuit grauius, attento primo, quod subijcit Bald. esse notandum. & hoc dictum sequitur Barb. hic colum. secunda,refert etiam & sequitur Ioan. de Ana.in d.cap.ad abolendam.colum.secunda.de hæretic. ubi dicit, quod propter dictam decisionem fuit alias decapitatus quidam nomine Formica in ciuitate Bononiæ, & idem dicit Barbat. in capitulo super literis,columna 24.supra de rescript. Facit textus in capitulo postulasti. eodem titulo. in verbo, de leui non scribimus. facit etiam text.in cap.fin.de fil.presbyte.lib. 6. & dicit Bald.in cap.de appellationibus.infra de appell.quod non est parcendum assuetis delinquere,per textum in dicta l. tertia. pro uno tamen delicto non debet minus diligi uirtuosus.ita Abb.per illum tex.in c.nisi.infra de off.lega. in 2.nota. Et q̄
5 maior †pœna imponatur ex perseuerantia,est tex.pulcher. in l.unica,C.de superexatoribus.libro 10.& in l.omnes.C.de delat.lib. 10. cum aliis adductis per Barbat. & apostillantes ad Abb.hic.Et dicit Bartol.in l.si cui.§.fi.ff.de accu.quod furta alibi commissa, aggrauant, furtum commissum in ista ciuitate,ut suspendi possit,vbi alias non posset,id enim operatur perseuerantia in delinquendo,allegat inter cætera textum, ind.l.3.idem Angel.ibi dicens ita seruari de consuetudine de cuius decisionis veritate, vide quæ ibi congerit Alex. in apostilla.& dom.Felin.in cap.sicut.colum.secunda, de testi. Are.in cap.cum non ab homine infra de iudic.in ultim.notabi.& Barbat.in cap.fin.colum.17.de foro competent. & in capitulo postulasti.colum.39.& sequen.eodem titu. Expræmisso notabili collige unam circunstantiam aggrauādi pec
6 catum,scilicet perseuerantiam† in peccato,quę perseueran tia etiam sine reiteratione peccatum auget, ut probat iste textus. & ad hoc allegat etiam Barbat. hic, textum quem dicit esse solennem,in capitulo cum haberet.de eo,qui dux in matrim.eam,quam polluit per adulter. Alias multas circunstantias uide in textu & per Ioan.Andre.& Abba. in capitulo sicut dignum.de homic.in princip.& aliquid per Ioa. Andre.hic colum.prima post Franc. Versel.Contra tamen præmissum notabile adduco textum in l.si diutino. ff.de pęnis,vbi dicitur,quod si diutino tempore aliquis in reatu fuerit, pœna eius subleuanda erit, ergo ibi probatur, quod ex diuturnitate peccati non aggrauatur peccatum, sed alleuiatur.pro solu. dicas, quod ille textus procedit in delicto,
7 momentaneo quod non iteratur, ut si quis olim commisisset homicidium,de quo nunquam fuit cognitum,licet nūc detegatur tale crimen &cognoscatur de eo,pœna debet ali quantulum alleuiari,ita glos.& Bartol. ibi. idem dicit Petr. de Ancharan.hic, quem refert & sequitur Barbat.hic colū. tertia. Ex quo infero,quod talis homicida decapitari non deberet,sed alia pœna leuiori puniri.Pœna enim homicidæ,est pœna mortis.dicta.l.tertia.C.de episco. audien. sed si pœna debet esse leuior,quando delictum fuit iamdiu perpetratum ergo erit minor morte;ut ad sensum patet.& hoc censeo digito ligandum esse, quia est decisio pro liberando amico a pœna mortis.& bene facit textum in l.querela.C.de falsis.& in l.adulter.C.de adulter.ubi temporis cursu crimen abolet-
tur, uel aliter ad dictum contrarium respondet,ut respondet Abb.in dicto capitulo cum haberet infra de eo, qui dux. in matri. eam, quam pol.per adulter.scilicet, quod textus noster procedit in foro animę.& ratio est,secundum eum,quia delinquens non pœnitendo,uidetur contempsisse diuinum iudiciū,& claues ecclesiæ: capitulo omnis utriusques sexus de pœni.& remis.textus autem in dicta,l.si diutino.procedit in foro contentioso, & hoc comprobatur ex eo, quod dicit dom.Alexan.in consilio primo.colum. tertia. uersicu.quinto accedit.in secundo uolum. ubi dicit. quod consuetudo, operatur,ut facilius possit fieri dispēsatio. allegat notat. per domi.Anto. & alios post glos.in capitulo cum uenerabilis, supra eodem titulo.Secundo oppono contra dictum notabile de textu.in dicta l querela C.de falsi. & in d.l. adulter.C. de adult.dī.n.in d.l. adulter.quod accusatio adulterii quinquennio tollitur.& dicta l.querela.dicitur, quod accusatio falsi,& aliæ fere accusationes criminales, tempore viginti annorum tolluntur. facit in simili textus. l. 1. C. de uectig. & commis.tradit Rom.in singula.suis.singulari incip.ius petendi.aliud est simile in cap. 2. de præscript.lib.6.& facit glo. l.Manichæos.C.de hæretic. Igitur per cursum temporis criminosus liberatur.pro solu.dicas,vt statim dictum est,soluēdo contrarium præcedens. & ita dicit Abb. in dicto ca. cum haberet.Vel aliter dicas, dicitur Pet.de Ancharan.hic, & refert Barb.hic colum. 3. in fin. quod textus. noster procedit, quando quis uult præscribere ipsum actum delinquendi per temporis diuturnitatem,quia non potest,immo quāto magis perseuerat in peccato, tanto magis punitur. Secus,si delictum est iam commissum & consummatum,quia tunc pœna infligenda temporis præscriptione aboletur.dicta l. quare.cum similibus.Et hoc comprobat Barba. hic per textum quem dicit singularem,in l. lex iulia de repetundis. §.fin.ff. ad leg.iul.repetunda.quem textum.allegat Bald.in l.prima, C.ne ex delict. defun.dicens, quod iudex in sindicatu debet decapitari, si punit eum, qui est tutus præscriptione statuti
8 q̄ notandum est ad statutum †Bononiense disponens, q̄ delinquens non possit accusari, nec inquiri post quinquēniū a die commissi delic.melior vī solutio Abb. in d.c. cum hret. & no quod etiā de iure canonico respectu pœnæ,licet,nō respectu pœnitentiæ,locum habet dispositio statuti prædicti, & dictarum legum, videlicet d.l. querela,cum similibus,ita dicit Abb.in c.fi. in 2.notab. de purga.cano.& ca. licet cām, colum. 10.de proba.& etiam Abb.in d.c.cum haberet, facit
9 tex.in c.2.in fi.de præscript.lib.6.Tertio contra †præmissum notabile oppono de glo.in l.vulgaris. ff. de furtis,quæ dicit,

quod

Source : BIU Cujas

quod si quis pluries ad alterius vxorem accedat, tamen pœna imponitur pro vno adulterio, & sic non punitur grauius delinquens ex eo, quod delictum sit continuatum. Pro sol. dicas, vt dicit Bar. ibi, scilicet, quod illud est, quia pœna adulterij, est pœna mortis, l. quanuis. C. de adult. quæ non potest iterari. Aliter etiam respondet Bart. in consil. 216. incip. Antodius, vbi dicit, quod ideo eadem pœna imponitur in casu d. glo. quia est eadem species delicti, & cum eadem persona argum. l. ei, qui. ff. de furt. allegat etiam alia, vt per eum. idē videtur velle Bal. in l. quicumq;. C. de seruis fug. in 2. notab. & in l. si duo. §. 1. ff. de arbit in fi. Alexan. in l. inficiando. §. in fans. ff. de furt. post Bart. & in l. nunquam plura. post Barto ff. de priuatis delict. inquibus locis alias authoritates adducit. idem communis præceptor Dom. Ias. alia adducens, in l. eū qui. §. in popularibus. ff. de iureiuran. colum. fin. Et not. semper, quia Bart. in d. consil. 216. concludit, quod etiam si pro adulterio imponeretur pęna pecuniaria, idem esset, & idem dicit Dom. Alexand. in d. l nunquam plura. Sed tu aduerte, quia per præmissa non tollitur difficultas text. nostri, unde ego dico, quod glo. in d. l. vulgaris, procedit in foro contentioso, sed in foro animæ, peccatum continuatum, grauius & magis punitur etiam quod sit eadem species delicti, & dicuntur plura delicta in foro animæ, ita vult gl. cum qua Do. ibi transeunt, in c. imitare 6. q. 1. & faciunt, quę tradit Abb. in d. c. cum haberet. de eo, qui dux. in matri. eam, quam pol. per adulter. Secundo nota† ex isto tex. vt etiam notant Do.
10 Anton. & Abb. quod anima per peccatum alligatur & infelicitatur. Ex hoc infero, quod homo sine peccato, est felix, quia priuatio præsupponit habitum. l. decem. ff. de uerb. oblig. c. ad dissoluendum. de despons. impu. & cōrrariorum eadem est disciplina, institut. de his, qui sunt sui, in princip. & c. 2. supra de constit. cum similibus, homo igitur peccater, est infelix, vt in hoc tex probatur, intellige hoc, pcedere, nedum respectu animæ, sed etiam respectu corporis, quia. ut inquit tex. in c. cum infirmitas, infra de pœnit. & remissionibus infirmitas corporis nonnūquā & ex peccato prouenit, & homo peccator quandoque citius moritur, ut inquit glo. per illum text. in c. episcopi. 11. q. 3. & glo. allegans alia iura, in c. qua fronte, infra de appellat. in verbo, decedant, vbi ita Abb. declarat. & dicit glos. in c. audi denique, eadem causa & quæst. quod diabolus habet potestatem in. peccatore, qua
11 si in pecore suo. Item† propter peccata veniunt aduersa tex. est in c. 2. de purg. vulgari, & probatur in d. c. cum infirmitas & in Auth. vt non luxu. contra natu. circa med. ibi, propter talia enim delicta, fames, terremotus, & pestilentiæ fiunt. Et ulterius peccatores sunt infames infamia canonica, secūdum gl. in c. omnes 6. q. 1. & notatur in c. testimonium, infra de testi. & repelluntur ab oblationibus in ecclesia illi, qui sunt publici peccatores, ut inqnit Abb. in c. quia in omnib. de vsur. colum. 2. per gl. 2. in c. oblatio. in fin. 9. dis. & sequitur
12 ibidem Ioannes de Ana. colum. 8. Tertio nota† ex isto tex. secundum Abb. & alios hic, quod consuetudo nihil potest cōtra ius naturale, intellige hoc, ut iste tex. loquitur, in iure naturali, cuius transgressio inducit peccatum, & hoc ius naturale, appellant ius diuinum Ioan. And. Dom. Anton. & communiter alij hic in summario, facit text. in c. 1. 1. distin. & gl. instit. de iure natu. in princi. Sed contra hoc notabile oppo. de c. obijciuntur 32. q. 4. ibi, quando mos erat, crimen non erat. Solue, vt per glo. ibi, & invoce refero. Secundo oppono de c. super eo de cognat. spirit. Pro solut. dicas, vt per Doct. ibi, & in voce declaro. Cum textu nostro concordat text. in cap. quanto. supra. & in cap. in his. 11. distinct. & in c. consue
13 tudinem. cad. dist. vbi dicitur quod non† valet consuetudo contra fidem. Hinc dicimus, quod non ualeret consuetudo baptizandi hoc modo. In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, & diaboli. ita Hostien. dicens communiter ita teneri in summa de baptismo, in §. quæ sit eius forma. col. 2. idem Cardin. Alexan. post Card. Flo. in d. c. consuetudinem. in fin. reprobantes glo. contrarium dicentē in c. si non sanctificatur. de cons. dis. 4. Idem tenet Dom. Petrus Rauennas in cōclusionibus suis consuetudinis, colum. 14. Videtur enim talis baptizans fidem corrumpere, secundum præfatos Doct. ponendo fidem non in trinitate, sed in creatura etiam damnata. Et generaliter dic, quod non valet consuetudo in his, quæ sunt peccata, ad excusandum ipsa peccata, ut hic not. Panormi. ex textu, allegando alia, ut per eum. Hinc dicimus
14 quod† non ualet consuetudo contra pręcepta diuina, ut per glos. hic, & exemplificat Ioannes And. hic in principio, & Dom. Anton. hic pulchre in repet. colum. 27. versic. quarto, restat videre. Hinc etiā dicimus, quod non valet præscriptio nec consuetudo præscribendi, cum mala fide, c. fin. infra de prescrip. Item non valet contra ieiunia solennia indicta per ecclesiam. ita Hostien. in c. 2. infra de obser. ieiun. & Abb. qui limitat, vt per eum in rub. eod. tit. colum. 2. licet contrarū dicat glo. 1. in d. c. 2. quam ex tollit Abb. licet eam nō approbet. & dicit Abb. in d. rub. referendo S. Thomam, ꝙ non valeret consuetudo vtendi lacticinijs in Quadragesima. Hoc tamen non procederet, quando causa subesset, quia tunc ēt
15 carnes comedi possent d. c. 2. & ibi declarat Abb. Nam ex† causa potest consuetudo limitare ius diuinum, vt etiā Abb. hic dicit col. 2. & in terminis ita decidit Card. Ale. in ca. illa. post mediū, 12. dist. allegat tex. in argu. in d. c. 2. §. 1. de obser. ieiu. Hinc dicit ibi Card. ipse, ꝙ in illis locis, in quibus non sunt pisces neque oleum, valet cōsuetudo comedendi oua & lacticinia, etiam tempore Quadragesimę. & sequitur simpliciter D. Petrus Rauennas in conclusionibus suis consuetudinis, col. 16. & idem tetnet Ioan. And in d. rub. ex forti ratione, vt per eum. In hoc tamen contrarium sentit Abb. ibi post S. Thomam & Archid. per eum relatos. & hæc opi. animæ tutior est. Quando tamen necessitas subesset, vt quia tē
16 pore Quadragesimæ aliquis esset in castro reclusus, tunc ei liceret comedere etiam carnes, quando aliud non haberet. ita dicunt Ioan. And. in d. rub. col. pen. & Archid. & alij in c. denique 4. dist. & satis probatur in d. c. 2. Ex prædicto etiam notabili† infertur, quod non valeret consuetudo, quæ haberet quod mulier non teneatur sequi maritum. tex. est, & ibi Ab. in notabilib. colligit, in c. 1. infra de coniug. lepro. Infertur etiam, quod non valet consuetudo tenendi concubinas etiam ad liberos procreandos, propter peccatum, vt per Io. And. hic in princ. alias similes consuetudines referens, quas per te videas, & tradit Abb. etiam infra col. 2. vbi declarabo. Hinc etiam dicimus, ꝙ non valet consuetudo venandi causa voluptatis in clericis. ita Host. & Ioā. de Ana. eum refert, subijciens alios idem tenere in c. 2. de cleri. vena. Hinc etiam dicimus, quod non valet consuetudo, quod clerici in Minoribus beneficiati, non teneantur ad horas seu diuinum officium dicendum. ita præsupponit Abb. post Ioan. And. in c. j. colum. pen. de cele. Missa, & Card. Flo. in clem. 1. in princip. q. 5. de cele. Miss. vbi dicit quod licet tales non teneantur ad residentiam, per c. cum omnes. supra de constit. quod loquitur stante consuetudine, tamen secundum eum tenētur ad horas. Idem dicit clarius Ioan. de Imo. ibi colum. 1. Et licet alij contradicant, vt in dictis locis traditur, tamen hęc pars est tutior, ideo amplectenda c. inuenis. de sponsa. glo. in ca.
17 vnico. de scruti. Ad præmissum etiam† notabile facit, quia non valet consuetudo, quod in instrumento describat̄ vna persona, quę sit absens, quando ipsi personæ fieret præiudicium, vel quando illa persona esset de substantia instrumēti. & ratio est, quia tale instrumentum non careret vitio falsitatis. ita Bal. in c. 1. de cog. feudi, dicit tamen ibi Bald. ꝙ vbi nulli fieret p̄iudiciū, nec persona illa esset de substātia instr̄i valeret cōsuetudo. Exēplificat ipse in cōsuetudine Perusij, sunt tres conseruatores monetæ, & quando fiunt solutiones in communi, consueuit Notarius ponere nomina omnium trium. dicit Bald. ꝙ valet consuetudo, ꝙ omnes describantur, licet vnus sit absens. Et dicunt in simili Hostien. & Ioā. And. & D. Anto. in c. 2. de fide instru. ꝙ si de more sit, ꝙ contractus scribatur, & sigilletur nomine prelatorum per suos, ad hoc deputatos, quanuis ipsi de hoc nihil sciant, tamen ꝓpter consuetudinem id non dicetur falsum. Et facit, quia nemo mentitur, nisi mentiatur animus, vt inquit Bald. in l. 1. colum. 8. in princip. C. de confes. allegando text. in l. nec exemplum. C. de fals. Ex. præmisso etiam† notabili infertur, ꝙ
18 non valet consuetudo permittens Simoniam c. non satis. & cap. sequen. cap. Iacobus & ca. veniens. infra de Simon. Hinc etiam dicimus, quod non valet consuetudo de prestandis vel soluendis usuris cap. quia in omnibus. infra de vsur. tradit Bald. in tit. de pace constan. in 9. col. in versic. nos Romanorum, & in l. humanum C. de legi. tex. glos. & Bald. in l. eos. C. de usur. est etiam text. in clem. 1. de vsur. & dicit Barto. in l. si finita. §. Iulianus colum. pen. ff. de damno infecto, quod non valet consuetudo quod missus in possessionem ob contumaciam aduersarij lucretur fructus, quia esset in fraudem vsurarum, & tradit Ioan. de Ana. in c. salubriter, colum. 8. de vsur. Et scias, quod talis consuetudo vsuram permittens, non valeret etiam pro redemptione captiuorum, vel pro eleemosynis fiendis, vt dicit Ioan. And. in 1. colum. & est bonus text. in c. super eo, infra de vsur. Et hoc procedit etiam, si quis iurasset seruare talem consuetudinem, quia non tenetur, ita Bald. in d. l. eos, & est pulchra glos. in d. clem. 1. in verbo, iuramento. Item procedit intantum, quod si existat† con
19 suetudo, quod in causa dotis, donec restituatur ipsa dos mulieri per hæredes mariti defuncti, soluatur eidem loco alimentorum ad rationem quinq; pro centenario, non valet consuetudo. Ita Ioan. de Ligna. in clem. 1. de vsur. idem tenet Imo. ibidem post Matthæum, ea ratione, quia cessat matrimonium, item, quia mulier non præstat seruitia matrimonialia, ergo non debet habere alimenta. Idem Bald. in l.

1. C.

Source : BIU Cujas

1.C.de ſumma trini. & fi.cathol. & ſentit Paul.de Caſtr. ibi columna 3.in fin. & in l.Titia. ff.de ſol.licet ſubijciat, quod communiter talis conſuetudo vel ſtatutum obſeruetur.idē concludit Abb. in c.ſalubriter,circa fi.de uſur.maxime,quā
20 do mulier non habet aliunde,unde alatur.Et in hanc opinionem inclinat Io.de An.ibi idem col.penult. vbi eam opinionem recitat pro vltima ,iuxta glo.in l.qui filium.§. Sabinus. ff.ad Treb.idem Pet.de Anc.in conſ.150.inc.in quæſtione,q̄ vertitur,idem in effectu Bart in l. at qui natura. §. non tantum.ff. de nego.geſt. & in l.in inſulam. §.vſuras.ff.ſolut.matrim.& Dom.Alex.alias authoritates adducens, in l.diuortio, in princ.colum.8.ff.eodem tit.concludentes, quod mulier poſt annum ſoluti matrimonij non poteſt petere alimēta dotis,quia quicquid accedit ſorti,vſura eſt,ſi eſt uſura, ergo non ualet conſuetudo.d.clem.unica,de uſur.Et quod dictum ſtatutum vel conſuetudo non ualeat,quando mulier habet unde ſe alat,tenent etiam Pau.de Caſt.ibi,& Aretin. colum.5.in princ.idem tenet Abb.in conſ.39.incip.illud de iure quæritur.in ſecunda.volun.ubi inter cætera adducit de ciſionem Innoc.in d.c.ſalubriter.dicentis, quod ſi hæredes, mariti dent fundum pignori vxori,vſquequo reſtituant dotem,fructus compenſantur in ſortem. Idem Alexand.plene in conſi.27.incip. viſo themate.in 4. volu.& in conſ.74 inci. viſo titulo quæſtionis. in 5.vol.col.pen. Idem communis p̄ceptor D.Iaſ.in d.l.de quibus. col.17.ff.de legibus. Et de hoc puncto etiam tradit ipſe,licet nihil firmet,in d.l.1.C.de ſumma Trinita.& fi. catholi. Ex quibus apparet, hanc eſſe communem,licet Card.in d.cle.j.de vſur. & quidam alij contrariam tenuerint opinionem, & ſorte etiam de iure iſta opin. ſuſtineretur. Quia ubi eſt dubium iuris, conſuetudo tenet, etiam in materia peccati, ut infra dicam in tertia limitatione danda ad hoc tertium notabile. Sed communiter obſeruatur prædicta conſuetudo uel ſtatutum de ſoluendo quinque pro centenario ratione dotis. Ergo ſine peccato obſeruari poteſt,attēto dubio iuris,ut dixi. Et facit,quia in dubio in foro contentioſo contractus nō debet cenſeri uſurarius. ita Bal. in l.regaſti.§.ſi tibi.ad fi.ff.ſi certum peta.Alexan. in cōſ.221.inci.ſuper ti quæſtionis.in 2.col.2.vol.& communis præceptor D.Iaſ.May.in l.1.C.de ſeruis fug.in 5.col.Et in foro contentioſo excuſaretur fideiuſſor,qui ſolueret,quando contra contractum non admitreretur de cōſuetudine exceptio vſurarum, ita quod poſſet fideiuſſor ſolutum repetere a debitore principali.ita Cardinal.& Imol.in c.peruenit.infra de fideiuſſo Alexand.in conſil.57.in1.vol Et nota,quod dicitur vxor habuiſſe aliunde,vnde ſe aleret,ita vt non poſſit dicta alimenta petere,ſi fuit alita a patre, vel ab alio. ita Abbas in d.conſil. 39. & Pau.de Caſtr.in d.l. diuortio. & hoc extollit Alexand.in l. de alimentis.C.de tranſact. Ex premiſſo†notabili infertur,q̄ conſuetudo, vt ſuſpenſi teneantur in
21 patibulis, non valet, quia id prohibetur a iure diuino, vt inquit Bal.in c.1.§.iniuria.col.2.in tit.de pa.iura. fir.allegando tex.Bibliæ Nume.c.16. & alibi, & ſequitur ſimpliciter Do. Petr.Rauen.in conclu.ſuis conſuetudinis, col. 2. Contrariū tamen præſupponit Ioā.de Ana.in c.1.col.5. infra de rapto. & Barba.in c.ſi.col.20.infra de foro competen. per text. in l. capitalium.§.famoſos.ff.de furt.Veritas huius puncti dipendet ab his,quæ dicentur infra in glo.2.poſt Abb.Item infer
22 tur,quod†non valet conſuetudo de non ſoluendis decimis. glo.eſt in c.in aliquib.infra de deci. In hoc tamē variæ ſunt opiniones,vide ibi Abb.poſt alios,& in rub.cod.tit. poſt Innoc.& alios.glo.& Doct.in c.1.de deci.lib.6. Do. Anto. pulchre in c.parochianos,infra de deci.Hoſti.in ſumma de decimis.§.& vtrum.verſi.ſeptimo quæritur.Alex.in conſi.60. incip.Roma.eccleſia.in 4.volu.Felin.in c.cauſam.in princi.infra de præſcrip. vbi multa loca congerit.Barba.in conſil.49. incip.illud in medium referam.in 3.uolu.Communis tamē videtur concluſio, q̄ non valeat conſuetudo, maxime in decimis prædialibus, vt in dictis locis reperies. & hæc fuit opinio glo.& Hoſtien.& communiter aliorum,in d.c.in aliquibus.quam ſequitur etiam Card.Flo.in cle.fi.in princi.q.6.de pœn. Sed hæc communis concluſio æque ac rationabiliter declaratur procedere in caſu,quo clerici ipſas decimas exigerent,ſecus, vbi eas non requirerent,& laudabiliter faciūt, ſi non requirunt in locis,vbi ſit talis cōſuetudo,quia ſine ſcā dalo requiri non poſſent.Ita declarat ſanctus Tho. ſecunda ſecundæ,quæſtione 77.& hanc declarationem & limitationem ſequitur Archidia.in c.maiores 16.q.7.referēs idem tenere Hoſt.in c.a nobis.infra de deci.Idem tenet Abb. in d.c. in aliquibus.in fi.idem Phil.de Peru.in c. 1. in fin. de decim. lib.6.& tanto magis eſſet rationabilis iſta declaratio, ſi clerici non indigerent, & laici non haberent reditus vltra neceſſaria ſua.Concludunt tamen præfati Docto.quod ſi laici haberent obſtinatam voluntatem non ſoluendi, etiam q̄ requirerentur,tunc peccarent mortaliter. Et facit, quia valeret conſuetudo, q̄ clerici mittant ad laicos pro decimis cōſequendis,licet aliud ſit de iure.ita præſupponit Abb.in c.2. col.3.infra de iudic.Infertur etiam ex notabili præmiſſo, q̄
23 non valet conſuetudo†in præiudicium matrimonij c. 1. infra de ſponſa.c. Gemma.eod.tit.in arg.& vide, quod paulo infra dicam,& ideo vbi eſſet conſuetudo oſculādi ſponſam vel bibendi,verba tamen & conſenſus ſufficerent, & matrimonium teneret,omiſſa conſuetudine,& ſic , licet ſponſus non oſcularetur ſponſam vel non biberet,tamen matrimonium teneret.tex. eſt & ibi Bald.not.in l.ſi a ſponſo.C.de do. ante nup.Non valeret etiam conſuetudo diſponens, q̄ ſecūdum matrimonium ſequuta copula, præualeat primo,non ſequuta copula.tex.eſt in c.fi.infra de ſponſa.duor. & ibi gl. & Doct.tradunt.Item non valet conſuetudo, q̄ vxor non teneatur ſequi maritum,vt etiam ſupra dixi.tex.eſt,iuncta gl. in c.1.de coniug.lepro.Sed limita prædicta,per tex.in d.cap. ſuper eo.de cognat.ſpiri.& dic,vt ibi not.& tradit dominus Petrus Rauen. conſiderans ſeptem caſus in concluſionibus ſuis conſuetud.columna vndecima. & ſequenti.& multo plenius de tali conſuetudine cōtra matrimoniū, tradit Do. Felin.in c.1.de ſponſa.Et faciunt prędicta contra quandam
24 conſuetudinem†prauorum iuuenum,præcipue huius ciuitatis Papiæ,qui cogunt tranſeuntes ad ſecunda vel vlteriora vota,vt ſoluant certum quid,& plerunque magnas moleſtias eis inferunr,dicentes ſe illud exigere propelle ſpōſæ. Talis enim conſuetudo aliquātulum intimidaret vel retraheret aliquem a matrimonio contrahendo,ergo non valet, argu.d.c.Gemma.vbi omnis ſtipulatio pœnalis in matrimonijs & ſponſalibus vitiatur. & ibi Abb.in prin.dicit, quod ratio eſt,quia ſtipulatio pœnalis poſſet in aliquo auferre plenitudinem libertatis matrimonij.Et dicunt Bart. & communiter alij in l.Titia.ff. de ver.obl.q̄ ſtipulatio p̄dicta pœnalis vitiatur,etiam ſi modica quantitas pœnæ in ea inſeratur. & ſequitur Abb.in.d c.Gemma verſ.circa primum.ad fi.& idē tenent alij communiter ibi.Stante prædicto notabili & regula, q̄ conſuetudo nihil poteſt contra ius naturale vel diuinum,quando eius trāſgreſſio inducit peccatum. Amplia eam Primo,vt procedat, etiam ſi omnes homines mundi tali conſuetudine vterentur.ita gl.hic,quam nemo impugnat per tex.in c.flagitia 32.q.7.idem gl.in c.quia in oīb.j.de vſuris.Secundo amplia,vt procedat,etiam ſi cōſuetudo ſolum nutriret peccatum veniale.glo.eſt in c.ſi aliquid.22.q.4.quæ
25 dicit in ſimili,q̄ iuramentum†nutriens peccatum veniale, non tenet.& ita decidunt in ſimili de preſcriptione Do. Anto.Imo.& Abb.col.penult.in c.fi.infra de præſcrip.per addu cta per eos.& comprobatur ea ratione, quia tunc conſuetudo non eſt rationabilis,igitur non valet,vt dicit iſte tex.probatur etiam hæc ampliatio argumento c. cum ab omni. de vi.& ho. cle. Tertio amplia,etiam ſi conſuetudo præberet
26 †ſolum materiam delinquendi.Exemplum in conſuetudine vel ſtatuto diſponente, q̄ homicida puniatur pecuniariter,& non perſonaliter, vt per Abb. infra col.2.de quo exemplo plenius dicam infra poſt eum.Item exemplifica præmiſſam ampliationem in conſuetudine,quæ haberet, quod filius ſpurius ſuccedat patri,quia non valeret, vt tradit Hoſt. in ſum.qui fi.ſint leg.§.qualiter.verſ.quid ſi Imperator.Et ratio eſt,quia hoc eſſet cauſa multorum peccatorum mortalium.Idem firmat Bart. plene in ſimili de ſtatuto,in l. teſtamenti.ad fi.ff.de teſta.& ſequuntur Bald.Ange.& Imol.ibidem,& dicit Aret.ibi,quod ita tenent communiter Doct.& aliquas authoritates in ſpecie refert, licet ipſe ad argumenta prædictæ opinionis reſpondeat.Et de veritate huius puncti,vide etiam Do.Anto. & alios in cap.per uenerabilem.in fra qui fi.ſint legi.& Bald.in conſilio 229.in 3.volum.Fed.de Se.in conſilio 275.& ſequit.Paul.de Caſtr. in conſilio 227.& aliquid tradit Dom.Petr.Rauen.in ſuis concluſionibus conſuetudinis,colum.6.Item poteſt exemplificari in conſuetudine,quæ diſponeret,quod poſt probatum delictum per teſtes idoneos,liberetur delinquens,ſi vellet probare,ſe nō deliquiſſe,per iuramentum,vel per leuem famam,quia nō valeret cap.ad noſtram.infra de proba. tradit Roma. in ſingu. ſuis,in ſingu.380.incipien.valet ne conſuetudo. Item poſſet exemplificari in conſuetudine,quæ haberet, quod cōtra probationem teſtium,alia probatio teſtium fieri non poſſet. nā talis conſuetudo non valet, quia per eam impeditur via ad detegendum veritatem.text.eſt in c.ſeries. infra de teſtib. & ibi notant omnes. Item poſſet exemplificari in conſuetudine,quæ haberet, quod tempus vel locus contractus non apponeretur in inſtrumento,quia non valeret ratio eſt,quia daretur materia delinquendi. ita decidit Roman. in l.in illa.ff. de verb.oblig. referendo Rotam. eſt deciſio Rotæ in antiqs, ſub titulo de conſuet.deciſ.6.& ſequitur Barbat. in conſil.3. colum.2.in 3.volum. Item poſſet exemplificari in conſuetudine,quæ dictaret, prout dictat ſtatutum Mediolani, q̄ quotieſ-

Source : BIU Cujas

tieſcunque quis petierit conſilium ſapientis, iudex id dare teneatur, quantumcumque videat calumnioſe illud peti, nam talis conſuetudo non valeret quia daretur materia calumniandi,& ſic delinquendi, & ita in ſtatuto Mediolani in ſpecie conſulit, per 12. fundamenta, Dominus Signorelus Homode.Mediolan.in conſil.ſuo 59. incipien.ſtatuto ciuitatis Mediolani, idem firmat Domin.Felin. in c.de cætero.colum.5.in princ.infra de re iud.vbi hanc deciſionem extollit idem ſequi videtur communis præceptor in l.1.in princ.colum.5.per doctrinam glo.& Bart.ibi, ff.de no.ope.nun.Item exemplifica in conſuetudine de non repetendo amiſſa in ludo,vel concedente ludum, ceſſante fraude,vt per Abb.in c. pen.colum.fin.de uita & hone.cleri.Alij tamen plerique ibi in hoc aliter loquuntur, & infra de hoc puncto in ſpecie tractabo plenius,imo exemplifica in conſuetudine, quæ haberet,quod notarius recipiens teſtes, poſtquam ſcripſit vnum 31
teſtem extenſe,ſi alius idem dicat,poſſit ſcribere ſic.Secundus teſtis depoſuit,vt primus,quia hoc modo videtur aliqualiter ſupprimi vel obfuſcari ueritas. De ueritate tamen huius puncti uide Doct.omnes uarie loquentes in c.nihil.in fi. infra de uerbo.ſignif.Ego tamen inclino in id,quod prædixi.
27 item exemplifica† in conſuetudine, ꝙ credatur omni ſcripturæmercatorum,quæ non ualet,quia daretur materia falſum fabricandi,ita expreſſe inquit Bal.in l.unica, C.de conſeſ.colum. 4.quem refert & ſequitur Barb.in rub.ſupra eod. colum.pe.ubi etiam alleg.ad hoc Abb.in c. bonæ, de poſtu. præla.idem Cępol. alia allegans in conſi.40.incip. Lucius.in 6.dubio, Alex. in conſi.3.inci.in cauſa & lite vertente inter Abraam. colum. pen.in 2.uolum.argum.c.2. de conſuetud. lib.6.& l.conuenire.ff.de pactis dot.tradit communis pręceptor Dom.Iaſ.in l.de quib.colum.17.ff.de legi.& dicit Abb. per illum tex.in c.ex parte,ſupra eod.in 2.not.quod† non ua
28 let conſuetudo inducens pronitatem ad peccandum, & idē repetit plenius ibi in vlt.notab.& dicit Abb.in c.1.colum.penult.de ferijs quod non valet conſuetudo, quæ inducit propinquitatem ad peccandum, & bene facit, quia non valet conſuetudo non iurandi de calumnia c.cœterum, infra de iura.calum.nec etiam ualet conſuetudo remittens iuramē tum iudicibus,ita Ioan.And.poſt Hoſt.& Io.Mo.in c.Romana.in uerbo,aduocatorum,de foro compet.lib.6.Dom. Anton.hic colum.25. & communis præceptor in l.rem non nouam .C.de iudi.quicquid dixerint gl.ibi & quidam alij. Contra tamen hanc ampliationem facit deciſio Rom. in ſingu-
29 laribus ſuis,ſingul.171.incip.an conſuetudo,ubi† quærit, an ualeat conſuetudo quod publicatis atteſtationibus recipiantur teſtes,& primo arguit quod non, quia datur materia delinquendi,poſtea concludit contrarium,allegando Io.and. in addit.Specu.in tit.de excep.uerſi ſed nunquid publicatis, & Domi.anton. in c.ſeries infra de teſti.qui hoc dicit circa prin.Pro ſolut.forte negari poſſet,quod talis cōſuetudo præberet materiam delinquendi,quinimo præbet uiam ad ueritatem reperiendam,uel cogita.Quarto amplia,ut† etiam† nō
30 ualeat conſuetudo cōtra ea,quæ ſunt de honeſtate ita Abb. in c.cum inter ſupra eo in 3.notab.per text.in c.cum decorem.infra de uita & honeſt.clem.idem Abb.in c.irrefragabili.in princ.de offic.ordin.& ibi uidebis exempla.Sic dicimus quod non ualet præceptum contra honeſtatem,puta,quod quis compareat in lupanari, uel in alio loco inhoneſto. l. ſi cum dies.§.pen. ff.de arbi.Et dixit Bald.in l. quod ex liberra. C.de oper.liber. quod præceptum domini inuitantis mulieres ſubditas ad tripudia, eas non arctat, quia ius honeſtatis ab omni ſuperioritate cēſetur exemptum.Poſſet etiam exēplificari præmiſſa ampliatio in caſu c.1.de uita & ho.cleri.uidelicet in conſuetudine,quam habent laici ſedendi in choro cum clericis, tempore diuinorū officiorum, id enim de honeſtate prohibetur, dicto c. 1.iuncta declaratione Inno. ibi,qui tangit an laici eo caſu peccent, de quo etiam tradit Abb. & ibi dicere conſueui, in c. 1.in princ.ſupra de conſtit. Poſſet etiam exemplificari dicta ampliatio in conſuetudine quæ haberet, quod archidiaconus præferatur uicario epiſcopi,qa talis conſuetudo eſſet contra honeſtatē,ita dicit Abb. in conſil. 21. alias 22.in 2. uolum. aliud etiam exemplū tradit Rota in antiquis, ſub hoc titulo, deciſione quarta, dicens, quod eſt inhoneſta conſuetudo,quæ habet,quod ante quam aliquis recipiatur in canonicum præbendatum,prius renunciet beneficijs alijs,quę obtinet.Item poſſet exemplificari in caſu capituli ſicut, infra ne clem.uel mona.ubi dicitur,quod notarius effectus clericus,nō poteſt exercere officium tabellionatus,nec ualet conſuetudo in contrarium ita Abb.ibi,colum.penult.ex mente Io.and.ibidem, qui inuehit contra Venetos contrarium ſeruantes, & mouetur, quia talis conſuetudo eſſet contra honeſtatem, hoc tamen limita,ut per eum.Poſſet ēt exemplificari in multis alijs iuribus dicti tituli de uita & hone.clem.item poteſt exemplificari in conſuetudine,quæ haberet,ꝙ canonicus primo receptus præcedat ſecundo receptum habentem maiorem ordinem,quia talis conſuetudo non ualeret.ita Abb.in cap. ſtatuimus.infra de maio.& obed.De quo tamen uide Docto. quos refert & ſequitur Felin.ibi in princip.qui aliter loquuntur, & dicunt talem conſuetudinem non ſapere inhoneſtatem,& ualere,ut per eos. Itē poteſt exēplificari in caſu Bart. in l.omnes.C.de decu.li 10.per illum tex.ubi dicit,quod nō ualet conſuetudo,quod decuriones,uel alij in dignitate poſiti, torqueantur,id enim uidetur inhoneſtum. Item poteſt exemplificari in conſuetudine cōtra correctionem uel morum reformationem,quia non ualet.ita Abb.in d.c. irrefragibili. & in in c.nouit.de his,quæ fi.a præla.in 2.colū.Et hoc facit contra moniales,quæ aliquando recuſant reformari a malis moribus,allegantes antiquam conſuetudinem.Contra tamē iſtam† illationem facit,quia de honeſtate Papa nō poteſt ardua tractare ſine Cardinalibus.ut eſt glo.in cap.ad apoſtolicæ.in princip.de re iudica.lib.6.& tradit plene Fel. in rubri.ſupra de conſtitu. & tamen conſuetudo in contrarium ualet immo nō ualeret conſuetudo diſpones, ꝙ Papa id non poſſet ſine Cardinalibus,ut inquit Abb.in ca. 2 infra de cleri.nō reſi.De quo etiam tradit Barbat. in tracta.ſuo de præſt.Card. in 2.q.& Card. Alex.in c.in iſtis 4.diſt. Et idē firmat D.Pet.Rꝙ.in concluſionibus ſuis conſuetudinis, col.7. Pro ſol.credo dicendum,ꝙ deciſio Abb.in d.c. 2. procedat, quia talis conſuetudo habet concurſum iuris cōis,quia de iure Papa poteſt ardua tractare ſine Cardinalibus,ſecūdum communem opinio.vt in dictis locis traditur,& ſic eo caſu valet conſuetudo cōtra honeſtatem,quia ipſa honeſtas habet ius commune ſeu communem opinionem in contrarium,ſed vbi diſpoſitio fundata in honeſtate,non haberet legem contrariam,tunc conſuetudo contra ipſam diſpoſitionem non ualeret,per ea,quæ ſupra adducta ſunt. Ex præmiſſa illatione credo male loqui Hoſtien. in ſumma de conſecra.eccle.vel.altaris.§.& qualiter.vbi dicit valere conſuetudinem,ꝙ ſacerdos poſt celebrationem Miſſæ ſtatim cibum ſumat,nam talis conſuetudo videtur cōtra honeſtarem, immo contra reuerentiam ſacramenti.Fateor tamen,quod ex quo Canon id prohibens in c.tribus.de conſecra.diſt.2.eſt canon conſilij,vt etiam dicit Hoſt.vbi ſupra, contraueniēs nō peccaret,niſi ex contemptu id faceret,vt tradūt Abb.& Moder.in d.c.1.ſupra de conſtitu.Et hoc attento, videtur quod ampliatio ſupra ſcripta in modico nobis ſeruiat,quia ſiue ꝙ ſuetudo valeat, ſiue non,contraueniens non peccat, etiam venialiter,vt tradunt Abb.& cæteri in d.c.1.niſi dicas,ꝙ hęc ampliatio vtilis eſt in caſibus, in qnibus lex loqueret de honeſtate præcepti, vt in caſu.c.iuuenis.infra de ſponſa. & tradunt nouiores in d.c. 1.& etiam exemplificari poſſet in caſibus ſupra relatis, vt in caſu d.c.ſicut.& d.l.omnes. Et quando honeſtas dicatur in præcepto,ſatis colligitur ex doctrina Abba. & poſteriorum in d.c. 1.& in c. nam concupiſcentiā. eod.tit.de conſt.& Bar.in l.creditores. C. de pigno. Quinto
32 amplia,vt nedum† reprobetur conſuetudo contra ius naturale vel diuinum,per quam peccatum inducitur, ſed etiam non ualet conſuetudo,per quam Deus tentatur.tex.eſt cum glo.in cap.2.de cleri.pugnant. in duello. Exemplum in conſuetudine duelli ineundi,quia non ualet,ut ibi. probatur ēt in toto tit.infra de purg. uulga. & in cap. monomachiam 2. q.5. In hoc tamen contrarium præſupponit Do. Signorelus Homode.in conſilio.96.incip.quæſtio diſputanda. ubi facit mentionem de conſuetudine duelli,quæ eſt in Vngaria,ſed male loquitur,per prędicta.Sexto amplia, ut non ualeat talis conſuetudo,licet eſſet obtenta per tantum tempus,cuius initij memoria non eſſet in contrarium.hoc probat tex.noſter in principio. & ita per iſtum text.dicit Ioan.And.hic, colum.2.ponderando uerbum,quacunque conſuetudine.idē dicit Barba.hic col.5. & faciunt quæ congerit Feli. in c.ſi qs. in prin.infra de maiori.& obe.Septimo amplia,etiam ſi cōſuetudo contra ius diuinum eſſet in modico,exemplum,ſi conſuetudo permitteret uſuras in uno nummo. ita Bald. in rub.ſupra eod.tit.& ibidem Barba.colum. pen. ubi alias authoritates allegat.Vltimo amplia,ut procedat etiam in iure naturali aliter ſumpto,quam pro iure diuino, uel etiam in conſuetudine contra ius gentium,ut infra tradit Abb.colū. fi.ubi dicemus poſt eum plenius.Limitatur modo prædictū notabile,& regula ex eo ſumpta,ut procedat,quando ex conſuetudine contra ius diuinum peccatum inducitur, ut dixi in princip.huius notabilis,alias bene ualeret cōſuetudo, ut infra in glo.2.declarabitur poſt Abbatem. Et ad hanc limitationem facit,quia ualet conſuetudo permittens uſuras iudæis,ac conuentiones & pacta reſpectu ipſarum uſurarum cum Chriſtianis, quia de peccato ipſorum iudęorum nō curandum eſt,quia foris ſunt.capitulo gaudemus.de diuor.ita plene tradit Paul.de Caſtro.in conſilio.394.incipien.non uidetur

detur expediens. in noua impreſſione nouorum cõſiliorum idem in effectu dicto Alexand. in conſilio ſuo 1. in 2. uolu. vbi conſulnit plene, quod papa potuit diſpenſare cum iudæis, vt exerceant vſuras in ciuitate Mantuæ, attenta cõſuetudine antiqua. Secundo limitatur, vt non † procedat quo
33 ad pœnam temporalem, quia conſuetudo contra ius diuinum, vel alias praua, excuſat, licet non excuſet a pœna ſpirituali, glo. eſt in c. denique. 4 diſt. in c. cum venerabilis, ſupra eo & ibi Abb. notat. & multas alias gl. & exempla tradit communis præceptor in l. de quibus. ff. de leg. & in l. ſingularia. ff. ſi cert. pet. colnm. penul. Et ad propoſitum maxime quadrat exemplum Romani, in conſi. 466. incip. vī prima fronte ubi loquitur de conſuetudine de non obſeruado iuramentum,
34 qua † vtebantur præſidentes Senenſes, qui in principio officij ſui ſemper iurabant de non recipiendo arbitria, & tamen illud iuramentum non obſeruabant, dicit Roma. quod illa conſuetudo eos excuſabat a pœna temporali. de quo etiam vide Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci. circa fin. ff. de offic. pro conſu. & leg. Ad prædictam limitationem etiam bene facit
35 tex. l. ſi pignore. §. fin. ff. de pig. act. vbi dicitur, quod qui facit illud, quod alij faciunt, excuſatur. Idē probatur in l. pignus. C. eo. Hinc dicunt Doct. poſt gl. in l. ſi negocia. ff. de neg. geſ. quod ille, qui dimiſit equum ſibi commodatum in patruis, qui fuit a lupis interfectus, excuſatur, ex eo quod dominus equi idem facere ſolebat, & plura in propoſito congerit Do. Pet. Phil. Cor. in conſi 28. incip. in hac conſultatione. in 3. uolum. & dicit Areti. in conſil ſuo 11. incipien. procedendum, quod conſuetudo, etiam nulla tribuit iuſtam cauſam ignorantiæ. allegat gl. in d. c. cum venerabilis, cum ſimilib. Hinc etiam dicimus, quod conſuetudo non reſidendi in eccleſijs, licet ſit irrationabilis, nec teneat, tamen excuſat a culpa, & per conſequens a pœna, donec contra ipſos non reſidentes pronuncietur, ita Card. Flo. in conſi. 122. incip. presbyter. colum. 2. Et dicit pulchre Petrus de Anchar. in conſi. 51. incip. conſuetudo, ad fi. quod conſuetudo, vt electus adminiſtret ſine confirmatione, excuſat a pœna priuationis beneficij, & plures deciſiones ad hoc congerit Alexand. in conſil. 107. incip. pro inueſtigatione, in 2. volum. Facit vulgata concluſio, quæ habet, quod etiam iniuſta cauſa excuſat a dolo. gl. eſt in l. 1. in verbo, iuſtis. ff. de abigeis in l. 1. in § fi. in glo. magna, in fi. ff. ſi quis ius di. non obtem. & ibi tradunt Doc. tradit etiam Alex. in l. qui Romę. §. duo fratres. colum. 2. ff. de verb. oblig. vbi alias glo. allegat. tradit etiam Barba in conſil. 13. in 4. colum. & communis præceptor in l. ſi quis maior. in princi. C. de tranſact. Et licet communis præceptor de hac limitatione videatur dubitare, in d. l. ſingularia, dicens, quod vī quod conſuetudo non excuſet aliquo modo in his, quæ ſunt de ſe mala, allegando Bal. in d. l. de quibus ver. viſo de cauſis, & Inno. in c. ſane de tempor. ordi. tamen Bald. nihil allegat niſi Inno. qui hoc non dicit, immo generaliter loquendo contrarium dicit Rom. in d. conſi. 466. qui loquitur de conſuetudine deierandi, & Abb. in d. c. cum venerabilis, vbi loquitur de conſuetudine contra ius naturale, quæ eſt craſſa, & ſupina. Ex prædictis † plene conſtat, quod mala conſuetudo ſeu
35 irrationabilis excuſat a pœna. Et alium effectum talis conſuetudinis tradunt Doct. quos refert & ſequitur Fel. in c. 1. in 8. limit. infra de re iud. videlicet, vt ſtante tali conſuetudine ſententia contra ius expreſſum non ſit nulla ipſo iure. Tertius eſt effectus, quia talis conſuetudo, licet mala, operatur, vt facilius poſſit ſuper actu diſpensari, vt tradunt Dom. anton. & alij in dicto capitulo, cum venerabilis. & alexan. conſilio 1. columna 3. in 2. volum.

ADNOTATIO.

¶ Quia perpetuum hoc de conſuetudine Thema, vix aut certe parum commode ſummariam hanc γνωμολογίαν admittebat, illud ipſum commodis, quoad fieri potuit, ſectionibus ſumus partiri.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo excuſat a perimij pœna, etſi conſuetudini lex ipſa deroget.*
2 *Conſuetudo in dubijs excuſat.*
Et ea ipſa eſt iurium & dubiorum optima interpres.
3 *Matrimonia retro contracta excuſat conſuetudo, modo id bona fide.*
4 *In dubijs culpa caret, qui in alteram partem flectitur, conſuetudine duce.*
5 *Cauſa ceſſante, ceſſat & effectus.*
6 *Iudi commendatio, & vſus.*
Luſorem etiam a reſtitutione conſuetudo liberat, modo abſint dolus & fraus. ibid.
7 *Conſuetudo excuſat etiam circa diuina.*
8 *Peccati præſumptionem quando tollat diuturnitas & conſuetudo.*
9 *Iuri poſitiuo præualet conſuetudo. & nu. 15. 18.*
10 *Inſtrumentum deſtitutum conſuetis ſolennitatib. viribus non ſubſiſtit.*
11 *Eccleſiæ ſtatutum vincit conſuetudo. vbi & de eiuſdem poteſtate, ſuſſiſſimę.*
12 *Conſuetudinis violator debet puniri.*
13 *Conſuetudo ſeruanda etiam in foro conſcientiæ.*
14 *Veritati conſuetudo cedit.*
16 *Ordinem iudiciarium tollere poteſt conſuetudo.*
17 *Sententiam proferri per alium, valet conſuetudo, modo iudex verb, Condẽno, vel abſoluo, pronuntiet.*
19 *Italiæ conſuetudo probata, vt in criminalibus locum non habeat remiſſio.*
20 *Compatres plures accipientem conſuetudo excuſat.*
21 *Conſuetudo valet contra ſolennitatem requiſitam in inſtrumentis a iure poſitiuo.*
22 *Iuriſdictionem priuatis perſonis concedere poteſt conſuetudo.*
23 *Iuriſdictio vendi poteſt, conſuetudine id ferente. Et poteſt delegatus ſubdelegare.*
24 *Nobilem vel ignobilem facere poteſt conſuetudo.*
25 *Iuriſdictionem tribuens vel diminuens conſuetudo, valet.*
26 *Conſuetudo, quod a iudice ſeculari appelletur ad Papam, an valeat.*
27 *Conſuetudo valet, quæ modum edit transferendæ poſſeſſionis rei in aliquẽ ſine apprehenſione corporali.*
28 *Solennitatem in actu vel inſtrumento inducere poteſt conſuetudo.*
29 *Detedere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum, valet conſuetudo. Item, cum pluribus teſtamentis. Et multa præterea contra iuris poſitiui diſpoſitionem.*
30 *Ius poſitiuum tollit conſuetudo.*
31 *Conſuetudo irrationabilis an & quando attendatur.*
32 *Conſuetudo an valeat contra ſupremam poteſtatem Principis.*
33 *Romanum ius, appellatur ius poſitiuum, quaſi manu poſitiuum.*
34 *Intelligere, verb. quomodo accipiendum, & quo referendum.*
35 *Conſuetudo mala, dici poteſt corrupte la, item quandoque abuſus.*

Sectio. PRIMA.

STante doctrina de qua ſupra, ſcilicet, ꝙ conſuetudo † irrationabilis excuſet a pœna, ex ea nouiter infero, quod Doct. præſentantes Scholares doctorandos, qui ex conſuetudine pro quocũque etiam indocto iurant, non debent puniri in foro contẽtioſo de periurio, & bene
1 facit, quod dixi ſupra, allegando Rom. in conſil. 466. Infero etiam, quod Notarij alicuius curiæ vel banchi, qui ſubſcribunt præcepta ex conſuetudine in perſona prætorum vel p̃latorum vel iudicum, qui id ignorant, nõ poſſunt puniri de falſo. ita Hoſtien. Ioan. And. & Domi. Anto. de But. in c. 2. de fi. inſtru. & Do. Alexan. alias authoritates allegans, in conſi. ſuo 39. incip. viſis in 3. volu. Et hæc bene notanda eſſe cẽſeo, quia plura dilucidaui non ſic hactenus dilucidata, & ſtatim alia notanda ſubijciam. Præmiſſa tamen limitatio non procederet, vt puto, quando talis conſuetudo expreſſe reprobaretur per aliquam legem, vt puta, quia lex derogaret conſuetudini, quia tunc non excuſaretur quis a pœna. hoc probat tex. in authen. omnes peregrini C. communia de ſucceſſ. & in authen. nauigia. C de furt. quia ſicut faciens contra leges, non excuſaretur, l. latæ culpæ. ff. de verbor. ſignifi. l. leges ſacratiſſimæ. C de legibus. pari ratione non excuſaretur, q̃ obſeruaret eam conſuetudinem, quæ a lege improbaretur, q̃a contra ipſam legem facere diceretur. Et facit, quod tradit Felin. in d. c. 1. in 8. limitatione, de re iud. poſt Io. And per eum
2 relatum. Tertio limita † vtiliter dictam regulam, ut non procedat, quando eſt dubium, an aliquid ſit peccatum, quia cõſuetudo valet, & excuſat etiam a peccato. ita vult Abb. per multa, in dicto cap. cum venerabilis. ſupra eod. maxime p̃ tex. in cap. cum dilectus. ſupra eod. tit. vbi dicitur, ꝙ conſuetudo eſt optima iurium vel dubiorum interpres. Idem vult Ab. poſt Ioan. And. in cap. at ſi clerici. col. 10. verſi. ad vnum tamen aduerte. infra de iudi. Idem in effectu dicit Bart. in l. quis ſit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de ędilit. edict. vbi loquitur in contractu, de quo dubitatur, an ſit vſurarius, quia ſi ex conſuetudine reputatur licitus, talis conſuetudo excuſat contrahentes. idem Cæpolla in tracta. de ſimula. contra. colum. 4. licet loquatur per verbũ Forte. Conſuetudo enim habet conſtituere probabile dubium iuris, glo. eſt in capi. licet. infra de ſponſa duor. & ſic error iuris excuſabit malam fidem, ſi pallietur coſuetudine. & hoc firmat etiam Do. Pet. Rauen. in allegationibus & concluſionibus ſuis, conſuetudinis. colum. 17. vbi refert Hoſtien. dicere, quod talis conſue
3 tudo † excuſaret matrimonia retro contracta, dũmodo non fuiſſent contrahentes in mala fide, vt quia ſcirent conſuetudinem non valere. alleg. Hoſtien. in cap. vnico, de poſtu. prælat. lib. 6. Et idem repetit præfatus doctor clarius colum. 18. allegando glo. & Docto. in cap. fi. infra de ſponſa duorum. Intellige tamen hoc, quando eſt dubium de iure, an matrimonium teneat vel non, quia conſuetudo in alteram partẽ excuſaret, per prædicta. Secus, ſi caſus eſſet clarus, quia tunc tãto grauiora eſſent peccata, &c. vt in tex. noſtro dicitur, & facit, quod dixi in præcedenti limitatione, in fine. Præmiſſam limitationem etiam comprobo ex his, quę dicam infra extra

Source : BIU Cujas

tra glo.in 5.conclusione circa fi.Item comprobo ex his,quę dicit Alex.in consi. 1.in 3.colum.in fi.in 2.volu.vbi dicit, ꝙ
4 †in articulo dubio non peccat ille, qui inclinat in alteram partem,allegando glos. & Do.Anto,in cap. capellanus. infra de ferijs.& notata in cap ne innitaris.supra de consti. Itē comprobo ex doctrina d.Anto.in c.cum dilectus.columna 5.supra eodem. vbi dicit,quod licet episcopus non possit statuere contra ius.tamen ex consuetudine contra ius, potest interpretari,& quod de se non operatur statutum,vigore cōsuetudinis extenditur.& subijcit, hoc esse no.quia alibi non habetur.& in effectu idem decidunt Cardi. Floren. & Ioan. de Imo.in cap.ex tuæ in 6.colum. infra de cleri. non resi. vbi dicunt,quod licet episcopus non possit statuere contra ius, tamē potest statuere circa dubium iuris in alteram partem. & sequitur D.Felin.in c.quod super his colum. pen. de maio.& obed.Item comprobo permissam limitationem ex decisione Baldi,inter consilia Card.in consilio 53. incip. dico quod istæ distributiones.vbi consuluit, & Cardi. se subscripsit,quod licet distributioes quotianæ non debebantur, nisi interessentibus diuinis officijs,nec valeat consutudo in cōtrarium.tamen si esset dubium in iure,an deberentur, tunc valeret consuetudo,vt per eos. Expræmissa limitatione superioribus diebus respondi vni sicholari deputato ad lecturam festorum,qui dubitabat,an cum bona conscientia posset legere in diebus festis pro stipendio, quod sibi præstabatur,& dixi quod sic,propter consuetudinem legendi etiam in diebus festis,quæ consuetudo valet propter dubium iuris qđ est an liceat legere vel studere dieb. in quo testis Doctores sunt varij,vt pater ex scriptis per Abba.in c.1. infra de ferijs .Item per prædictam limitationem respondi alteri Scholari, qui me interrogauit, an consuetudo excuset lusorem ad aleas, vt non teneatur ad restitutlonem pecuniæ victæ in ludo? Et dixi,quod cessante fraude, & dummodo quis ludat principꝑ cā solatij,& cū eo ludat,qui sit dñs pecuniæ, qđ valet talis consuetudo,& lusorem excusat,vt non teneatur ad restitutionem.Et mouebar,quia dubium est inter Doctores an talis restitutio fieri debeat, vt plene tradit Ioan. de Imol. post alios in c.penul.de vita & hone. cle. ergo in tali dubio consuetudo excusat, per supra adducta.Item mouebar, qa in casu premisso cessat causa prohibitionis ludi,ex quo cessant
5 †fraudes,blasphemiæ, & alia inconuenientia, propter quæ ludus prohibetur,ergo cessare debet prohibitio,vt in simili dicunt Abb.& moder.alias authoritates allegautes. in cap.quoniam contra falsam.in vltim.nota.per illum tex.de probat.Et quod prædicta consuetudo teneat ex alia ratione firmat Ioan.Andr.in capitu.penultim. de vita & ho. cler. & ibidem Cal.post S.Tho.in sec. 2.quæst.32.artic.septimo,& licet Abb.ibi contrarium teneat,tamen fundamētum suum, vt puto, non est solidum.nam dicit Abb.quod talis consuetudo reddit faciliores homines ad peccandum,vt experientia docet,ergo secundum eum non tenet.allegat text.in ca-
6 pitu.ex parte. supra eod.Sed ego† dico, quod præsuppositio, quod homo sit ociosus, vel laboribus fastiditus, & ludat principaliter causa solatij, sine fraudibus & sine blasphemijs,vt prędixi,ex tali ludo euitabuntur malæ cogitationes & peccata,vt etiam ratio naturalis suadet.nec erit curandū de intentione accedente,quæ ad auaritiam tēdat,quia principalis intentio est, quæ facit actum licitum vel illicitum, prout in mutuante pecunias,tradunt glos. & Docto.in cap. consuluit.in uerbo sperantes. ℣. de vsuris.facit glos.in capit. suam.infra de Simo.& in capitu. cum ad nostram.supra de electio.& est pulcher text.in capitu.cum voluntate.in princip.infra de senten.excommnn.facit etiam text. in l. si quis nec causam.& ibi plene not.quod principale propositum est attendendum.ff.si cer.peta.Et præmissam opinionem, scilicet vt talis consuetudo excuset lusorem a restitutione, etiā tenet Ioan.de Imo.in dicto capitu.penult.colum.penulti.7. ad fin.Idem Card.Flo.ibidem circa finem,dicens,quod consuetudo potuit dominium perdentis in vincentem transferre,ea propter,secundum eum, non tenetur vincens etiam pauperibus erogare.quo verbo etiam vtitur Ioan. de Imol. ibi,fatetur tamen Cardi.quod iure Poli,ludens tenetur pœnitentiam agere,ut per eum. quod dictum non uidetur rationabile, stantibus dictis circunstantiis. Tamen quicquid sit respectu pœnitentiæ agendæ, saltem si blasphemiæ interueniant, & tempus sine causa frustra conteratur, respectu restitutionis pecuniæ victæ, communis videtur opinio, quod consuetudo ludendi excuset victorem, ut non teneatur ad restitutionem, dummodo in eo cesset dolus & fraus.Et istam opinionem communem esse,& sequendam etiam in iudicando,attestatur plene Barba. in consilio suo 65.incip.illud in medium referam, in 4.volum.& dicit, quod auth.alerum lusus.C.de religiosis & sumptibus funer. est correcta per contrariam consuetudinem. Dicunt tamen Doct.communiter,nec ego id negarem,quod animæ tutius erit,pecuniam ipsam pauperibus errogare,arg.c.iuuenis,infra de sponsal.Item aduertendum est,quia dicunt Cardin. & Imo.in d.c.pen.quod in clericis non ualeret talis consuetudo,quicquid sit in laicis,per bonum tex.in c. inter dilectos, infra de excessi.prælat.& idem dicunt ibidem Dd. Et prædicta bene notanda sunt, quia quotidiana. Item per dictam
7 limitationem † dixi nouiter in capitulo nouit, infra de iudic. extra glo. in eo arti.an teneatur quilibet corrigere peccatorem,iuxta regulam euangelicam,de qua ibi,quod licet communis opinio sit, quod sic, tamen quia articulus est dubius,ut patet ex scripris Abb.& aliorum ibi,& Ioa. de Ana. in c.cum ex iniūcto. colum. pen. infra de hæreti. vbi refert octo opiniones, quod consuetudo, quæ est in contrarium, valet,& excusat non denunciantem,& sic de similibus dici posset. Quarto limita dictam regulam, vt non procedat in
8 peccatis præsumptis,quia consuetudo† & diuturnitas tollit præsumptionem peccati,& sic operatur, quia valet consuetudo,& nullum peccatum præsumitur.istam limitationem colligo ex decisione singulari Abb.post Hos.in c.lator.in gl. pen.qui fi.sint leg.vbi dicit,quod licet ex cohabitatione masculi & fœminæ præsumatur stuprum,quando non constat de ℣tu matrimonij,c.aliter.30.q.5.tñ, si diutius cohabitauerint,secus est.Regula ergo nostra ꝓcedit in peccatis veris, vt in exēplis relatis ꝑ Io.And.hic in princ. & aliqua retuli ℣.in prin.huius notab.tunc.n.cōsuetudo non valet nec excusat, sed quando peccata sunt præsumpta,consuetudo & diuturnitas tollit præsumptionem peccati,vt dixi. Quinto limita, utnon procedat dicta regula,quando talis cōsuetudo distingueret vel limitaret ius diuinum ex causa,quia valet,ut infra dicetur post Abb.in glo.2.maxime in versic. extra istam glo.quæritur, vbi declarabo, quæ causa sit sufficiens. Ex his est expeditum hoc tertium notabile, in quo habuistis prædictam regulam & materiam plenius explicatam,quam alibi
9 viderim. Quarto nota† ex text. quod consuetudo præualet iuri positiuo,concordat tex.in l de quibus.ff.de legi.cum similibus. Et dicit Bal.in l.quicumque. C.de seruis fugit.quod illud,quod est consuetum,dī necessarium,& nō arbitrariū, cum consuetudo dicatur actus practicus, & obseruādus ad vnguem. Et propterea sententia,℣ cōsuetudinem ciuitatis non valeret, quādo ipsa consuetudo esset notoria, vt tradit Abb.in c.1.colum.4. infra de re iudic. allegando Bald.in l.2. C.quando prouo.non est necess.quinimmo iudex faceret litem suam,ac si iudicaret contra legem, ita Bal. in authent. iubemus.in 4.nota.C.de iudi. & tradit plene Dom.Felin. in d c.1.colum.2.item si in instrumento† non interueniant so
10 lennitates, quæ de consuetudine requiruntur, instrumentū non valet, secundum Bald.in rub.de pace Constan. & dicit idem Bald.in c.imperialem.§.præterea ducatus, de prohibita feudi alien.per Fede,quod nullum est ius positiuum,quod consuetudine tolli non possit.allega.text.in argum.in d.l.de quibus. Hinc dicimus,ꝙ constitutiones,religionis, consuetudinem tollere possint,vt inquit Pet.de Anchar. in consil. 56.incip.Ioan. And. in Clem.dudum,ad fin.& sequitur Do. Fel.pulchre in c.in præsentia.columna 25.& prꝑcedenti, de
11 prob.Sic valet consuetudo† contra statuta ecclesiæ. c. cum omnes,cum ibi not. supra de constit. Hinc etiam dicimus, quod plus potest consuetudo,quam principis aut Papæ gratia,ita inquit Innoc. in c.ad apostolicam. de Simo. & ꝓfert Bald.in capit. 1.de succession.feud.& dicit Innocen.in capitulo nouit, infra de iudic. & in capitulo cum contingat. infra de foro competen.& Old.in consil.154.incip.quia tota pars colum.3.quod quicquid potest priuilegio cōcedi.potest cōsuetudine introduci,sciente illo,qui posset priuilegium cōcedere, & dicit Abb. in c.venerabilis,in 3.not. infra de præben.quod fortior est consuetudo contra canones,quam statutum. Et hoc etiam satis dixit ipse infra, vbi assignat rationem,quare valeat consuetudo contra canones,& non statutum,& dicit Bald.in l.1.C. qui testam.fac.poss.quod consuetudo inducit alteram naturam,& propterea dicimus,quod iudex debet spernere libellum formatum contra consuetudinem,sicut si esset formatus contra ius, hoc etiam vult gl. in d.l.de quib.ff.de leg.& in l.diuturna.ff.eo.ti.& ita dīnt Ang. & moder.in l.1.ff.de offic.assess.& dicit Bald.in c.1.§.1.circa princ.de his,qui feud. dare pos.quod consuetudo habet vim decreti. Itē tenaciter obseruata hēt uim iustitiæ,itē dat iurisdōnē,itē dat mādatū,per adducta ꝑ eum,& dīnt gl. Abb. & cæteri in c.inquisitionis,in prin.in verbo,alioquin,infra de accusat,quod cōsuetudo restringit arbitrium iudicis, in imꝑpositione pęnæ, & sic licet quandoq; pęna sit arbitraria de iure tamen consuetudo regulat illud arbitrium. Sed hoc limita,vt per Abb.in d.c de causis,in fin.de offi.deleg. Transgressor† ergo consuetudinis,deberet puniri, quia transgressor legis puniretur,vt est tex.clarus in cap.in his 11.distin.&
12

sicut

Source : BIU Cujas

ſicut peccaret contrauenies legi, cap.2.de ma.& obe.declarando,vt per Fely.poſt Imol.ibi,& per Fely.in cap.nam concupiſcentiam.in princip. ſupra de conſtit. ſic peccaret contrauenies rationabili conſuetudini.argu.d.cap.in his.& ita etiam dicit Feli.in c.1.colum.9.infra de ſponſa. Et per text. in d.c.in his.dicit Arch.in cap. utinam 79.diſt.poſt alios per eum relatos,contra Hugo.ꝙ ſi quis ieiunaret die Dominico id non conueniret, quia eſt dies letitiæ, & diceretur tranſgreſſor conſuetudinis populi Chriſtiani,quæ pro lege eſt obſeruanda,& ſubijcit,idem tenere.S.Thomam. Et quod con-
13 ſuetudo etiam†in foro conſcientiæ ſeruanda ſit, firmat Bal. in præludijs feudorum.colum.3.& dicit idem Bald.in l.1.in principio,C.quę ſit longa conſuetudo.quod ſicut Preſes pro uincię tenetur ſeruare leges ſcriptas,ita etiam conſuetudines locorum,& in ciuilibus & in criminalib. & dicit idem Bald.in conſilio 318.incipien.quidam nobilis.in 2. uolumi. quod conſuetudini, ſicut ipſi matri,debet adhiberi reuerentia. & ibidem in fin.dicit, quod plus poteſt conſuetudo, quã præſcriptio.& dicit.Bald.in conſil.289.incipien.quia cõſuetudo.in 4.uolu,quod conſuetudo equipollet ueritati, item priuilegio,item equipollet pacto,ſecundum Card. in conſi. 146. incipien.notum ſit.Et hæc procedunt in conſuetudine rationabili & preſcripta.Conſuetudo ergo irrationabilis nõ attenditur,vt in iſto text.clare diſponitur. Hinc dicimus, ꝙ
14 ueritati†cedit conſuetudo cap.ueritate.& c. fruſtra 8.diſtin. quę iura ita intelligi debent. Quando autem cõſuetudo dicatur rationabilis & preſcripta,infra declarabitur in gloſ. in uerbo,rationabilis.Contra tamen iſtud notabile multę oppoſitiones fieri poſſent,ut hic per Ioan.And.& plenius p Barbat. colum.14.in fi.& ſequentibus.Verum quia ipſi ſoluunt oppoſitiones ipſas,& ego dicam infra extra gloſ.in 8.cõclu.
15 nunc aliter non inſiſto.Amplia præmiſſum † not. & regu. q̃ habet,ꝙ conſuetudo præualet iuri poſitiuo,ut maxime procedat,quando per talem conſuetudinem reducimur ad ius antiquum anterius.& ratio eſt, quia res de facili reuertitur ad naturam ſuam c.ab exordio 35.diſtin.l.ſi unus.§.pactus, ne peteret.uerſic.ſed in ſpecie.ff.de pact.& in propoſito dicit Gemi.in cap.accedens.in fin.l.diſtinct.ꝙ ualet conſuetudo, quod Abbas non ſit ſacerdos.& mouetur ea ſola ratione,qa de iure antiquo non requirebatur,ꝙ eſſet ſacerdos.Ex præ-
16 miſſo†notabili infertur Primo,quod ualet conſuetudo,ꝙ in iudicijs non requiratur libellus, nec litis conteſtatio, uel alius ordo iudiciarius a iure poſitiuo inductus. ita Bal. ſupra in rub.huius tit.colum.3.poſt Inn.in c.1.de libelli obla.Hinc dicimus,ꝙ ualet cõſuetudo,ꝙ iudex ſcribat acta coram ſe. ita Bar.in l.2. ff. de ſtipula.ſeruorum.per tex.in cap.cum dilectus.de fide inſtru.& ſequitur Abb.ibidem col.1. & ſequun-
17 tur poſteriores.Hinc etiam†dicimus, ꝙ ualet conſuetudo, ut ſententia recitetur per alium,dummodo iudex proferat uerbum Condemno,uel, Abſoluo glo.eſt in c.fi.de ſent. & re iudi. lib.6.in uerbo,proferri.quæ dicit,quod ita faciũt Poteſtates Italię,qui neſciunt legere & dicit ibi Archid. quod ita faciunt Cardinales & auditores curię,& dicit Ioan. And. ibi & ſequũntur alij,quod communiter ita faciunt omnes iudices.& idem firmat pleneBarba.in conſ.48. incip.clemẽ
18 tiſſimum.in ultim.colum.in 4.uolu.Sic dicimus,quod † ualet conſuetudo,ut preſtetur fides literis epiſcopi uel officialis in negocijs alienis ab officio ſuo, licet aliud ſit de iure c. cum dilectus de fide inſtrum.& firmat Ioan.And.poſt Nicolaum de Mata.in titu.de inſtrum.edit.in additio Specula.§. nunc dicendum reſtat.uerſic.ſecundum ſupplementum. in fi.quinimo conſuetudo operatur,ut tali ſigillo credatur ſine ſcriptura,ſecundum Gemin.in cap. quanuis.colum.3. de procurat.lib. 6. & tradunt mod.poſt Abb. in cap.poſt ceſſionem.de probat.ubi alias authoritates adducunt.Et ex his dici poſſet,quod conſuetudo ualeret,ut crederetur libris mercatorum,etiam extra cauſam mercantię.Sic dicimus, quod ualet conſuetudo,ut actor non ſequatur forum rei. text. eſt in capitu.ſi clericus laicum.infra de foro compet. Sic ualet conſuetudo,quod iudex iudicare poſſit, uel iuriſdictionem exercere,in alieno territorio,ſecundum Bald.in capit. 1.de teſtibus. cog.per text.in l.3.§.fi.ff.de teſtibus.ſequitur communis præceptor.in l.fi.ff.de iuriſd.om.iudi.in 12. limitatione,allegans etiam text.in cap.ut litigantes.in fi.de offi.ordi. lib.6.Hinc etiam dicimus,quod ualet conſuetudo, quę eſt Mediolani,ꝙ debito non ſoluto ad diem ſtatutum, poſſit debitor incarcerari ad petitionem creditoris, donec debitum ſoluatur,ut tradit Do.Signorelus Homodeus in conſil. ſuo 97.incipien.quęſtio diſputanda proponatur in his terminis, mediolani eſt conſuetudo.Hinc etiam dicimus,quod ualet conſuetudo,ut poſſit delegare, qui alias non poſſet,ut tradit Barbat. in capitulo ſane. columna ſecunda, infra de foro competen.tales enim conſuetudines, quia ſolum contradicunt iuri poſitiuo, ualent. Hinc etiam dicimus, quod licet procurator non dicatur ſpecialis ad iurandum de calumnia, niſi exprimatur cauſa, tamen ualet conſuetudo, vt dicatur habere ſpeciale mandatum, licet cauſa non exprimatur,& propterea ſufficeret,quod eſſet conſtitutus procurator ad iurandum in cauſis per eum mouendis,ita Bart. in l.qui bona. §.ſi alieno. ff.de damn.infect.& ſequuntur ibi Imo.& Alexan. & Imo.in c.pertractandis.in fin.de iura.cal. & moderni, maxime magnus practicus, agnatus & præceptor,meus, Dom.Franc.Curt. in l.2. §.ſinautem abfuerit. C. de iuram.calum.Hinc etiam dicimus, quod licet de iure in paruis collegijs vel vniuerſitatibus non requiratur hæc ſolennitas,quod in inſtrumentis earum diſcribantur nomina ſingulorum,vt probat Abb.in cap. 1.in fi.de ſyndico. tradit plene Barba.in conſil.18.incip.difficile eſt lib.2.& in c. cum M.colum. 18.de conſtitu. tamen alind eſt de conſuetudine, quæ valet,vt plene tradunt doc.in l.nulli. ff.quod cuiuſque vni.no.& nouiores in c.cum omnes.in fin. ſupra de conſtit.
19 Secundo vtiliter†ex prædicto notabili infero,quod licet de iure poſitiuo in criminalib. habeat locum remiſſio, ſcilicet vt delinquens in vno loco,ſi ad aliam iuriſdictionem ſe trãſferat, ibi capi poſſit, & remitti debeat ad locum commiſſi criminis. §.ſi quis vero comprehenſorum.in Auth.ut nulli iudic.cum ſimilibus,tamen valet conſuetudo, quæ viget in Italia maxime,quod delinquens qui vadit ad aliam iuriſdictionem,ibi ſecurus ſit, nec ibi capiatur, vt ad locum commiſſi criminis remittatur. Iſtam conſuetudinem præſupponit valere Bal.in l.hæres abſens,in fi.ff.de iudicijs, vbi etiam Paul.de Caſt.& moderni,declarando,vt per eos, & allegant moderni etiam Cępollam in conſil.ſuo 59.tradit etiam Bal. in l.1.C.vbi de criminib.agi oportet.Idem clarius & plenius conſuluit Fulgoſ.in conſil.149.incip.ſuper inquiſitione, vbi dicit,quod in alia iuriſdictione de conſuetudine non fit etiã accuſatio.Conſidera tamen,quia videtur,quod talis conſuetudo non valeat,tamquam irrationabilis,quia ea attẽta, delicta remanerent impunita, contra id,quod dicitur in l. ita vulneratus ff.ad legem.Aqui.& in c.vt famæ.de ſentent.excommun. Item conſuetudo iſta eſt etiam contra publicam vtilitatem, vt probatur in dictis iuribus, ergo non valet, vt hic dicit Abb.colum.fin.extra glo.& ibi dicam in 6.conclu. Sed poſſet ſaluari iſta illatio in conſuetudine, vt non fieret remiſsio, dummodo tamen puniretur delinquens. in loco in quo ſe recepit. Et ita loquitur Bald.in locis ſupra allegat. & iſta diſtinctio eſt etiam de mente Cald.& Io.de Ana.in c. 1.infra de rapt.& refert Cæpolla in d.conſil. ſuo ſic incipien. Paul.Faber.colum.3.& prædictam diſtindionem etiam tradit Aegidius Bellamera in conſilio ſuo 11. incipien. primo quidem videtur colum.3. in fin. Tertio infertur,quod licet
20 ius poſitiuum diſponat, ne quis capiat plures compatres in baptiſmo,c.fi.de cogna.ſpirit.li.6.tamen conſuetudo in cõtrarium excuſat,vt dicit Ioan. And.ibi, & Felin.in cap.nam concupiſcentiam.colum.3.vbi alia allegat,ſupra de conſtit. Aduerte tamen, quia prædicti Dd. dicunt, quod peccatum alleuiatur per conſuetudinem,& dicitur leuis culpa ſecundum eos, non autem dicunt ſimpliciter, quod conſuetudo valeat,& ſic dicta deciſio vr̃ potius repugnare p̃dictę illatio ni, quam illam probare,vnde cõſidera, quare valeat iſta cõſuetudo,niſi dicas,quod illud eſt,quia diſpoſitio illa,de non capiendo plures compatres, non eſt circa factum ponderoſum,igitur non habet vim præcepti,iuxta notat.per Abb.& alios in d. c.nam concupiſcentiam, & licet Doctores ſupra relati,dicant, quod eſt leuis culpa, tamen eorum mens non fuit dicere, quod ſit peccatum, ſed appellarunt leuem culpam,eo quia capientes plures compatres non obſeruant id,
21 quod tex.dicit in d.c.fi. Quarto infertur,quod † conſuetudo valet contra ſolennitatem requiſitam in inſtrumentis a iure poſitiuo, quia facit inſtrumentum, quod non eſt alias de iure communi ſufficiens ad probandum,eſſe ſufficiens,tex. eſt in c. cum dilectus.§. 1. & ibi not.de fide inſtrum. idem dicit Oldra.in conſi.ſuo 105.incip.videtur dicendum.& Car. in conſ.92.incipien.Titius.colum.3.& in duab.ſeq.idẽ Abb. in conſ.53.incipien.in prędicta cauſa in 2.volum.vbi etiam dicit,quod ad hoc, vt inducatur conſuetudo, quod ſcripturæ non authẽticæ detur fides,oportet probare,quod tali ſcripturæ fides fuit adhibita,per d.c.cũ dilectus, & idẽ clarius dicit in conſi.73.incipien.in q.colum.4. eod. volum. Item valet conſuetudo, quod in libello criminaii inſeratur tenor criminum, nec ſufficiat citare, vt veniat reſponſurus obiectis,ita Bar.in l.inter accuſatorem, colum.2.ff.de public.iudic.de quo vide gloſ.& Doct.in c.2.de dilat.Item valet conſuetudo augens ſolennitatem, puta ſi requirat maiorem numerum teſtium in teſtamento, quam alias requiratur, vt in caſu c.cum eſſes, infra de reſtam.ita inquit Bald. in conſilio 352.incipien.in puncto iuris communis,in 4.volumine pari modo valet conſuetudo,quod in teſtamento minor numerus

rus testium requiratur, quam alias requireretur. l.fin. C. de testamen.& de similibus,dicam etiam infra in 9. ampliatione & seq. Et de consuetudine circa solennitatem omittendam,an valeat,vide quæ dicam infra in glos.in verbo,ratio nabilis, in septimo aduertendo, & extra gloss. conclusione 8.limitatione 1.& Angelum in consilio 126. incipien.testamenti factio, & an omissio solennitatis,a consuetudine inductæ,vitiet,actum, tradit etiam Fel. in c.cum desideres, in fi.infra de sentent.excommu.& Bald. pulchre in rubrica de pace Constan.allegando gl.in auth.vt præpo.nomen impe.

22 §.nos enim. Quinto infertur, quod licet † priuatæ personæ non habeant iurisdictionem,l.priuatorum.C.de iurisd.om. iudic.tamen consuetndo in contrarium valet, ita Bal.in d. rub.huius ti.col.3.per tex.C.in l.virosde diuersis officijs.li.10. facit tex.in c.dilecti.infra de arbitris.Sic dicimus,quod licet ciuitas non habeat facultatem tenendi Studium generale,tamen ex consuetudine acquiritur sibi illud ius, vt in Mediolano dicit Bald.consil.suo 163.incip.factum sic se habet, in 2.uolum. Sic†dicimus,quod licet iurisdictio de iure vendi non possit,quia publici iuris est,& talia æstimationē non

23 capiunt,maxime merum imperium,quod exercetur in personis, quarum nulla est æstimatio, tamen consuetudo, quæ est in contrarium,valet,ita Bal.in cap unico.§.ex eadem,in tit.de lege Conradi & Abb.in consil.suo 3.q.22.in 2.uolum. Sexto infertur, quod licet delegatus ab ordinario, non possit subdelegare,l.a iudice.C.de iudi.& ibi not.tamen cōsuetudo in contrarium ualet.l.cum prætor.§.1.quem tex.ibi extollit Ang. ff.de iud.firmant mod.in d. l.a iudice & aliquid dixi supra in prima illatione.Septimo infertur,quodconsue

24 tudo†potest facere aliquem vel ignobilem uel nobilem,puta quod censeatur quis nobilis ex progenie materna, & rō est,quia id videtur esse iuris positiui, nec talis consuetudo irrationabilis existimaretur, ita clare decidit Bart.in l.1.colu. penul.uersic.tertio ex prædictis infertur,& uersic.quarto,infertur.C.de digni.lib.12.idem Paul.de Cast. in consilio 126. incip.dubitatur primo,in quarto dubio,in nouis,& sequuntur nouiores in c.nouit.in 6.not.de iudic. ubi respondent ad text.qui in contrarium facere uidetur,in l.exemplo.C.de de cur.lib.10 Facit etiam ad istam illationem illud,quod dicit Gemi.in consil.suo 130.incip.dubium,ubi inquit,quod officium ex consuetudine,dignitas appellatur,allegat tex.in c. cum olim supra eod. tit. & idem in effectu inquit Abb. post

25 alios,in c.de multa,infra de præben.Octauo iufertur,†quod ualet consuetudo tribuens iurisdictionem, uel diminuens. c.dilecti,infra de arbit.& d.c.nouit.Consuetudo enim iurisdictionem tribuit meram,mistā,imperiosam, altam & bassam,secundum Bald.in l.etiam,colum.3.C.de excep.rei iu. & Cępol.in consi.40.incip.Lucius,facit c.si clericus laicum. ubi Abb.& alij notant,de foro comp. & consuetudo tribuit iurisdictionem etiam fœminis.l.cum prætor,in uerbo,moribus.ff.de iud.& d. c.cum dilecti. Hoc tamen procedit, nisi consuetudo tribuat iurisdictionem laicis supra clericos, c. clerici. infra de iudic. talis enim consuetudo irratiouabilis esset,ut ibi dicunt gl. & Abb.ualeret tamen consuetudo tribuens iurisdictionem clericis supra laicos,d.c. si clericus laicum. tunc enim cessaret illa irrationabilitas, ut declarant Abb.& alij, in c.qualiter,infra de iudic. & faciunt notata in c.nouit.in glo.2.eodem tit.Limita etiam præmissam illationem.ut tradit Ioan. Cald. in repet.c.postulasti. alias incipit, nostro.colum.fi.de pęnit.& remis.quæ repetitio est impressa. Et pro præmissa illatione est etiam tex. in c.cum contingat,infra de foro compet.ubi inferiores clerici exercent iu-

30 risdictionem ex consuetudine.Hinc dicimus,quod ualet cō suetudo,quod simplex sacerdos possit excommunicare.gl. est in c.nemo.2.q. 1. & mouetur, quia consuetudo dat iurisdictionem,& facit gl.quam ibi extollunt,Bald.Paul. & moderni,in l.præscriptione. C.si contra ius,quæ uult,quod per consuetudinem possit prorogari tempus appellandi,& dñt ibi præfati Doctores, quod pari modo potest per consuetudinem abbreuiari, & pari modo potest instantia triennalis per consuetudinem uel statutum prorogari uel abbreuiari, ut tradit communis præceptor in l.properandum.in princ. colum.penult.C.de iud.allegando gloss. & Doctor. præallegatos.& Ange.et Imol.in d.l.2.ff.de re iudicat. Et dicit Bart. ibidem columna secunda, in fine. quod dilationes iuris ex consuetudine minui possunt. Per præmissam etiam illatio-

26 nem† dici potest, quod ualet consuetudo,quod a iudice seculari appelletur ad Papam.capitulo duobus in fine. de appella.&ibi nota.Abb.& dicit Felinus,ibi quod ille text.non fuit gustatus a Doctoribus.Et bene facit uulgata decisio Innoc.in cap.licet ex suscepto. infra de foro compet.ubi dicit, quod quādo necesse est,semper est recurrendum ad Papam siue sit necessitas iuris, quia alius non sit iudex superior, siue facti, ut quia minores iudices non possunt de facto suas sententias exequi.quod dictum refert Abb.in d.ca.nouit. in glo.in verbo,iudicare.& alibi.Barba.tñ in d.c.licet ex suscepto. aliter loquitur,sed eius fundamento facilis est solu.Vi-

27 de plura in hac materia per Feli.in d.c.duobus.Nono† infertur,ꝙ consuetudo valet,per quam inducitur modus vel solennitas, ex qua trāsferatur possessio rei in aliquem sine apprehensione corporali.tex.est, quem Abb. ibi dicit singularem,in c.2.supra eod.tit.vbi fit mentio de modo acquirendi possessionem ex eo,ꝙ accipiatur modicum terræ in manu, vel similis actus fiat,qui modus & solennitas scotatio ibi appellatur,& licet ille text.loquatur in ecclesia, tamen habet locum etiam inter laicos,vt dicunt Docto.ibi, maxime Do. Anto.& refert & sequitur Abb.ibidem in fine. Decimo in-

28 fertur,ꝙ†consuetudo potest inducere solennitatem in actu vel instrumento,vt est glo.not.in auth.ut prępo.nomen Impe.in verb.Deo authore.quam commendat Abb.pro singulari supra in proœmio huius libri,in secunda parte.col.3.sic potest tollere consuetudinem iuris positiui.ita Bal.in l.1. C. ad Velleia.& in consi.318.incip.quidam nobilis. in 2. uolu. vbi dicit,ꝙ ualet cōsuetudo, per quam uasallus alienat feudum sine consensn domini. An autem ista illatio procederet in solennitatibus,quæ requiruntur in alienatione rei ecclesiæ,vide quæ dicam infra extra glo.in 5.cōclusione, in 2. illatione.Et ad istam illationem de solennitate, vt consuetudo circa illam operetur,uide pulchrum tex.in c.cum dilectus.de fi.instru.& Ab.& alios ibi,uide etiam multa, quæ ꝙgerit Do.Petr.Rauen.in suis conclusionibus consuetudinis sequen.ubi refert multas consuetudines circa diuersas solēnitates.& dicit glo.in ca.ecclesiastica 23.dist.ꝙ consuetudo valet,ut sacerdos cantet Euangelium sine apparatu diaconali,& dicunt ibi Docto.ꝙ manipulus,quem gestat subdia-

29 conus in manu sinistra,est de consuetudine.†Vndecimo potest inferri,ꝙ ualet consuetudo,per quam quis decedat pro parte testatus,& pro parte intestatus.ita Imo.in l.2. in princ. ff.de uulga.& pupil. Item,ꝙ quis possit decedere cum pluribus testamentis. idem dicit Bald.in d.l.de quibus.ff.de legi. ubi etiam dicit,ꝙ ualet consuetudo instituendi hæredes in codicillis.Posset etiam induci consuetudo, ꝙ pupillus posset obligari sine authoritate tutoris l.more.& ibi Bal.ff.de acquir.hęre.& faciunt,quæ tradam infra,extra glo.in 5.cōclusione Item valeret consuetudo,per.quam forenses cogerentur ad munera personalia,& eis poterit de consuetudine indici onus custodiæ pòrtarum.ita Barto.per illum tex. in l.1. C.de auro.coro. lib.10.& dicam de hoc plenius infra q.12. post scripta Abbatis.Item ualeret consuetudo, ꝙ credatur libro canonicorū super concessione in emphyteusim & solutione pensionum.ita Bald. in l.exemplo.C.de proba.& in rub.C.de fide instrum. col.fi.in c.cum causam.de prob.item Alexan.in cons.124.inci.consideratis.in 5.uolu.ubi alias authoritates allegat.Prædictæ enim consuetudines sunt contra iura positiua,nec bonus iudex illas arbitraretur irrationabiles,& propterea ualent,per istum text.cum similibus.Similiter valeret consuetudo,ꝙ emphyteuta teneretur ad solutionem canonis uel pensionis in casu,in quo de iure deberet ei fieri remissio.ita Ang.in §.lex.itaque.ad fi.in authē.de non alienan.& refert communis præceptor in l.1.C. de iure emphy.Item ex consuetudine potest quis acquirere uocem in electione Imperatoris.glo.est in c.ad apostolicę.in fin. de re iudica.lib.6.Item ualet consuetudo,ꝙ res inter alios acta alijs prosit.ita Bal.in rub.C.res inter alios acta.Item valet cō suetudo circa vestes etiam pręciosas clericorum.glo.est no

30 ta.in c.si quis uirorum 30.dist.& in summa 21.q.4.Item†ualet cōsuetudo,& tollit ius positiuum, de quo in l. is qui cum telo C.de sicca.& est generalis cōsuetudo, ut non puniatur affectus, nisi sequaē effectus,pterquam in crimine lęlæ Maiestatis,in quo non est talis consuetudo.ita Spec.in tit.de accu.§.1.uer.quid si.& refert Calcan.in cons.suo 2.col.23. tradit etiam Fel.in tracta.suo,Quando conatus puniatur.Alias similes consuetudines in specie referam infra in glo.in uerbo,rationabilis.& alibi in discussione huius materiæ,& dicā bonū verbum post expedita dicta Abb.in 8.cōclusione, uidelicet,an valeat consuetudo, ꝙ contractus non sint perfe-

31 cti,nisi de eis fiat instrumentum. Limitatur † tamen prædictum notabile,& iste tex.inquantum dicit , ꝙ consuetudo debet esse rationabilis,alias non attenditur, quia nō procedit,quo ad unum effectum,in quo consuetudo irrationabilis attenditur,s.quo ad præstandum probabilem causam dubitandi de ualiditate iuris contrarii.text.est,& ibi Abb.in 3. nota.in c.cum causam.de elect.Ex quo infert Do.Anto.ibi, ꝙ valet sententia lata contra ius,de quo potest probabiliter dubitari,aut ratione cōsuetudinis,aut alia ratione. idem firmat Do.Felin.Sandeus in c.1.colum.antepe.uer. limi. octauo.de re iudic.Secundo limita,vt non procedat, quo ad pœnam temporalem euitandam, quia consuetudo irrationabilis

Source : BIU Cujas

bilis excusat, vt plene dixi supra in 3. nota. in 2. limita. & sic datur alius effectus consuetudinis irrationabilis & alium retuli in dicto tertio notab. Sed circa præmissum notabile cadit dubitatio. An sicut valet consuetudo contra ius positiuum, ita valeat contra supremam potestatem principis, in hoc Doct. sunt multum varij, & infinita congerit Do. Felin.
32 in c. cum non liceat, de præscript. colum. 4. & 5. sequitur. vide per eum, quia nihil adderem, & etiam, quia ex eius scriptis veritatem percipies, & aliquid tradit ipse Felin. in rubr. supra de constit. colum. 2. vide etiam aliquid per communē præceptorem in l. placet. colum. 3. in princ. C. de sacrosanct. ecc. talis tamen consuetudo potius diceretur præscriptio, per ea, quæ dicit Abb. hic col. pen. & infra dicam. Quinto nota ex isto tex. secundum Abb. quod ius humanum, † appellatur
33 ius positiuum, quasi manu positum, vt per eum, & ante eum declarat Io. Andr. hic colum. 2. Sed clarius in hoc loquitur Card. Flo. hic, dicens ꝙ dr positiuū qa positū involūtate prin
34 cipis est, & sub perpetuo motu. Sexto † nota secundum Do. Anto. & Cardin. Flor. ex isto tex. ibi, sanæ mentis, quod intelligere, attenditur, prout applicatur ad hominem sanæ mentis, & non ad mentem ratione carentem, concordat text. in c. nouit, post medium, infra de iudic. ibi, nullus, qui sit sanæ mentis, &c. & ibi notat. Barb. & in. l. si ita quis, in fin ff. de eui. quem tex. alleg. Bal. in l. 1. C. de ser. fugi colum. 2. dicēs, quod sermones nostri debent interpretari secundum sensum sensatum, & propterea dicit Bal. ibi, quod in quadam inquisitione fuit manifesta falsitas, quia in ea continebat quod famulus mandauerat domino, & sequitur Barbat. in d. c. nouit, & dicit Barb. hic colu. 4. quod iste text. facit pro eo, quod dixit maximus Auerroes, inquiens quod experimentum sermonum verorum est, vt concordent rebus sensatis & intellectu fruentibus. Aduerte tamen, quod quandoque insensati sapienter interpretantur, vel loquūtur, vt de fatuo Parisiensi, q comederat ad odorem carnis assatæ, recitant Io. And. & Abb. in c. ad nostram, supra eo. tit. Et facit, quod prouerbio dici solet, Sæpe etiam est olitor ualde opportuna loquutus.
35 Vltimo notat Card. Flo. ex isto tex. quod mala † consuetudo, potest dici corruptela concordat text. in c. cum venerabilis, supra eod. tit. cum simi. Et licet proprie inter malam cōsuetudinem & corruptelam sit differentia, vt probatur in c. mala consuetudo. 8. dist. tamen large mala consuetudo corruptela dicitur, vt in isto tex. & similibus, quos ita intelligo, vt non repugnet tex. in d. cap. mala consuetudo, & ratio, quare mala consuetudo corruptela dicatur est, quia mala consuetudo corrumpit mores sub velamine consuetudinis, vt inquit Abb. in c. Messanna. in vlt. nota. infra de elect. Et scias, quod ad officium iudicis spectat, celerrime obuiare, ne mala consuetudo radices faciat. d. c. mala consuetudo 8. distinctio. & rationem assignat ibi text. quia in priuilegiorum ius ab impijs assumitur. Item scias, quod quandoque mala
36 consuetudo appellatur abusus. l. plenum. §. 2. ff. de vsu & habi. facit text. in l. 2. in 2. respon. ff. quemadmo. testa. ape. ubi testamenta falsa dicuntur abusiue testamēta & per hoc dominus Petr. Philip. Corn. in consi. 181. incipien. visa copia colum. 5. in 3. vol. refert differentiam inter vsum & abusum, vide per eum. Condescendo ad gl.

SVMMARVM.

1 *Præcepta mystica, mutata sunt.*
Et an naturalia, mutabilia sint,
Et quid de moralib. in discursu. & nu. 2.
3 *Iuris diuini transgressio, quando peccatum inducat, & quando non numero 4.*
5 *Dispensatio facta ob aliam causam, quam publicam, dissipatio est.*
6 *Ius diuinum limitare & distinguere potest ex causa consuetudo, sicut lex vel princeps.*
7 *Consuetudo legum etiam diuinarum est interpres.*
Et ratio procedendi in diuina scriptura quæ sit.
8 *Consuetudo potest disponere contra ius naturale vel diuinum, ratione suadente.*
Et quæ potissima sit ratio. ibid.
9 *Testi vni quod credatur, an valeat consuetudo.*
10 *Consuetudo, quod pœna corporalis conuertatur in pecuniariam, an valeat.*
11 *Consuetudo, q liceat interficere patris interfectorem, an valeat.*
12 *Stat. seu consuetudo permittens consanguineis vindicare mortem consanguineorum, an valeat.*
14 *Bannitus an possit impune occidi, stante duce consuetudine.*
15 *Bannitum seu hostem proditorie occidere, an liceat impune.*
15 *Bannitum occidens prætextu inimicitiæ, an excusetur.*
16 *Consuetudinis appellatione, num intelligatur de bona & præscripta.*
Et an de mala etiam. ibid.
17 *Lex intelligi debet, vt decidat casum dubium.*
18 *Inepte agit, qui intellectum eiusdem authoritatis separat.*
19 *Res vna & eadem non debet diuerso iure censeri.*
20 *Consuetudo quę sit rationabilis. & nu. 22. 23.*
21 *Consuetudo Canonibus inimica, præsumitur irrationabilis. Limit.*
24 *Rationabilitas tantum requiritur in consuetudine, quę est præter ius.*
25 *Consuetudo minuens vel augens tempus decem dierum ad appellandum, valet.*
26 *Ratio quæ requiratur in consuetudine.*
27 *Ratio consuetudinis, tribus qualitatibus prædita esse debet.*
28 *Consuetudines quæ sint irrationabilis.*
29 *Feuda dignitatum diuidendi consuetudo valet.*
30 *Consuetudo quod fœminæ succedant in feudis, valet.*
31 *Consuetudo irrationabilis non valet. & numero 33. Item nec contra honestatem.*
32 *Aggressor mitius punitur, quam qui facinus perpetrauit & confecit*
34 *Substantia, forma, & solennitas actus, quid, q uidque differant. Et contra substantiam actus non valet consuetudo. Limit.*
35 *Solennitates actus consuetudo tollere potest.*
36 *Precarium posse reuocari ad beneplacitum, an valeat consuetudo. Vbi & plura exempla consuetudinis rationabilis.*
37 *Lex consuetudinem allegans, eam approbat, nisi eam expresse reprobet.*
38 *Contraria duo diuersis respectibus procedere possunt.*
39 *Consuetudo etiam irrationabilis & inhonesta toleratur, causa scandali vitandi.*
40 *Consuetudo etiam sciente Principe inducta, non valet, nisi sit rationabilis.*
41 *Consuetudo irrationabilis tam contra ius Ciuile. quam Canonicum, non subsistit.*

Sectio. II.

Glos. 1. nihil habet, solum allegat aliquos textus concordantes ad tex. nostrum, quos in uoce induxi. Glo. 2. assignat rationem ad text. nostrum. Item intelligit tex. procedere in iure naturali continente præcepta moralia. expediamus singulas partes ordinatim. Circa primā partem, videlicet circa rationem, quam assignat glo. ad tex. nostrum dicentem, ꝙ consuetudo non valet contra ius naturale, quia naturalia sunt immutabilia. Opponitur multipliciter. † & Primo opponitur de cap. maiores. infra de baptis. & de tex. in c. 1. 5. dist. vbi dicitur, ꝙ circūciso est mutata. Item prohibitio ingressus ecclesiæ, quæ fiebat mulieri post partū, est mutata. Item sabbatum est mutatum cap. peruenit. de cōsecra. dist. 3. & notatur supra in c. translato. de constit. inducē do ut per Abba. Pro solu. dicunt Abbas & alij communiter hic, quod in dictis iuribus illa sunt præcepta mystica, id est, figuralia, quę sunt mutata, quia per aduentum Christi cessauit figura, & illuxit ueritas. Sed tu aduerte, quia tex. Gratiani & glo. in §. his itaque. 6. distinct. aliter soluunt dicentes, ꝙ mystica etiam non sunt mutata, quo ad moralem intelligē tiam. Sed adhuc dicta solutio tollitur per illud, quod supra retuli de prohibitione ingressus ecclesiæ post partum, quia id omnino est mutatū cap. 1. de purificatione post partum. Sed dic, quòd illa prohibitio non erat ratione naturali fundata, ideo fuit mutata, vt dicam in sequenti oppositione. Et ratio illius prohibitionis ponitur per Gemin. post alios, in sum. 5. distinct. in princi. Item oppo. de Sabbato, quod mutatum est c. peruenit supra allega. & tamen illud est de moralibus Pro solu. dic, ꝙ etiam dies Dominicus est Sabbatum vt patet in Euangelio ibi. Vna Sabbatorum &c. non igitur est mutatum Sabbatum, seu non est sublatum, licet sit translatum in aliam diem, ratione, de qua in d. cap. peruenit. & in his Theologis cedendum puto. Secundo oppo. & uidetur, ꝙ naturalia sint mutabilia. Patet, quia homo hēt naturalem inclinationem ad malum. c. omnis ætas 12. q. 1. declarat Abba. in c. maiores. de baptis. in §. 1. & tamē inclinatio talis mutatur c. cum. renuntiatur 32. q. 1. Pro solu. respondeo, ꝙ illud ius naturale est immutabile, quod in rōne naturali est fundatum, aliud vero est mutabile d. §. his itaque. Vel dic, vt per Bar. in l. 1. §. bestias. ff. de postu. & in sequenti contrario dicetur. Tertio oppo Nam libertas est inducta de iure naturali, c. ius naturale 1. dist. Insti. de iu. perso. in princ. & tamen homines plerunque serui fiunt. Pro solu. dicas, vt per glos. in l. manumissiones. & in l. ius ciuile. ff. de iusti. & iur. & per glos. & Angel. in §. sed naturalia. instit. de iure natur. ꝙ in totum tolli non potest ius naturale, sed in aliquibus sic. facit glo. & ibi not. Docto. in c. a nobis. infra de decim. & quod infra Abbas tradit. Quarto oppo. de l. 1. § bestias. ff. de postu. ubi animalia, quæ sunr fera naturaliter, efficiuntur māsueta. Pro solu. dicas, ꝙ illud naturale est de præsumptione naturæ, non autem est de necessitate naturæ, de qua intelligitur tex. in d. §. sed natura lia. ita Ange. ibi in fi. & Bar. in d. § bestias. alias incipit, remouet. Circa aliam partem glo. videlicet inquantum glos. restringit text. nostrum ad ius naturale continens præcepta moralia, & sequuntur Docto. hic intellige hoc nō solum in prꝛceptis Decalogi, seu in decem præceptis legis antiquæ, sed in quibuscunque alijs præceptis diuinis moralibus, vt presupponit Archid. in d. §. his itaque. & sic procedit nedum in præceptis ueteris testamenti, sed noui, prout

in

Source : BIU Cujas

in illo precepto, Nemo dimittat vxorem, nisi ex causa forni
cationis. c. dixit Dominus. 32. q. 1. & præcepta legis antiquæ
referuntur per glo. in capit. quid in omnibus. 32. q. 7. & dicit
Abba. in d. capitulo a nobis, infra de deci, quod præceptum
decimarum est de moralibus, & præmissam declarationem
sentit Abb. infra in quæstione, an valeat statutum, quod pro
homicidio pœna pecuniaria imponatur, & dicit Abb. in c. li
cet vniuersis. infra de testibus, quod illud, de quo in diuina
scriptura legitur, in ore duorum vel trium stat omne uer-
bum, est præceptum morale, & dicit Cardinal. Alexand. in
dicto §. his itaque, quod ea omnia appellantur † moralia pre
2 cepta, quæ a dictamine rationis procedũt, & ille tex. satis hoc
dicit. Extra † istam gloss. quæritur, quando transgressio iuris
diuini peccatum inducat. Abb. hic dicit, quod tunc inducit
3 peccatum ipsa transgressio, quando est contra naturalem ra
tionem. Sed vbi ratio suadet valere consuetudinem, valebit
contra ius diuinum, non tamen tollendo ius diuinum in to
tum, sed limitando, & exemplificat multis modis declaran
do. vt per eum. Tu cõsidera, quod ista doctrina repugnat tex.
nostro, qui præsupponit quod consuetudo contra ius diui-
num etiam rationabilis non teneat, quia quando est contra
ius positiuum, text. distinguit, an sit rationabilis, an non, sed
quando est contra ius diuinum, indistincte loquitur, & dicit
quod non ualet, quia iuris diuini transgressio, periculum sa-
lutis inducit. Pro solu. potest dici, ut puto, quod text. in prin-
cipio improbat consuetudinem, quę est contra ius diuinum
cuius iuris diuini trangressio periculum salutis, & per conse
quens peccatum inducit, eo enim casu non fit distinctio, an
sit rationabilis, uel non, quia semper est irrationabilis, sed
quando peccatum non inducitur, tunc procedit id, quod
Panor, dicit. Et hoc probo, quia textus noster loquitur per re
latiuum, cuius, & sic non dicit, quod omnis transgressio in-
ris diuini, periculum saluris inducat, iuxta, not. in l. 1. C. de
sum. Trin. quando ergo non inducit pericnlum salutis, con
suetudo tenet, & ita etiam expresse dicit hic Do. Anton. in
4 lectu. Sed uis est in considerando, quãdo † periculum salutis
non inducat. Abbas dicit, quod illud euenit, quando con-
suetudo est sunda ta in ratione naturali, exemplificando, ut
per eum, cuius doctrina rationabilis est. Aliter loquitur Do
min. Anton. in cap. quæ in ecclesiarum. colum. 4. & ibidem
Fel. col. 7. allegando Richardum, supra de constit. & dicunt,
quod causa legitima uel iustificans dispensationem contra
ius diuinum, est quæ excludit peccatum, ut in casu c. fi. infra
de præscript. idem Barto. plenius in l. omnes populi. in 3. q.
prin. ff. de iust. & iu. Sed tu dic quod nõ sufficit causam exclu
dere peccatũ, sed debet esse talis, quæ concernat fauorem pu
blicum, ut in c, non est, de uoto, & in casu c. licet de ferijs, &
in alijs exemplis hic relatis per Abb. & ita in simili, de dispẽ
satione contra ius naturale uel gentium, dicunt Abb. & cõ-
muniter cæteri, in d. capit. quæ in ecclesiarumper, tex. in l.
item si uerberatum. ff. de rei uend. & per no. in l. Anthiochẽ-
sium. ff. de priuile. cre. Idem Abb. post Ioan. And. in c. de mul
ta de præben. col. 3. ut inquit, quod nisi † dispensatio fiat ob
5 causam publicam, dicitur dissipatio, & non dispensatio, &
allegat tenere idem San. Thomam idem tenet Alexan. alia
allegans, in l. 1. col. antepen. ff. solu. matr. & in consil. 135. in-
cipien. uiso circa fi. in 1. uol. idem uolunt Docto. in cap. cum
ad monasterium. de sta. mona. ubi loquuntur de dispensatio
ne in uoto continentiæ cum monacho professo, ut non pos
sit fieri per Papã, nisi ex causa boni publici. Idem firmat cõis
præceptor, licet non alleget prædicta, in repetitione l. quo-
minus. ff. de flumi. in primo notab. Dicendum est igitur ea-
dem ratione, ut idem sit in consuetudine, quia tunc demum
ualebit contra ius diuinum, si peccatum non inducat, & uti
litatem publicam concernat. Insuper ex doctrina Abb. su-
per hac secunda parte gl. collige plures conclusiones Prima
6 est † conclusio, quod consuetudo põt limitare & distinguere
ius diuinum ex causa, sicut lex uel princeps. idem Io. An.
hic colum. secunda post Inn. & nemo discrepat. idem Abb.
in capitulo super eo. in fina. infra de cogna. spiri. Ex quo in-
fero, quod in his locis, in qnibus non est statutum, ualeret
consuetudo, quod bannitus posset impune offendi, & an &
quando statutum tale & consuetudo ualeat, infra dicemus
plenius in tertia, conclusione sequenti, uersiculo ultimo in-
7 fertur. Secunda conclusio † colligitur ex uerbis Abb. in hac
doctrina sua, quod etiam uerba Dei & diuina scriptura reci
piunt interpretationem a consuetudine, & sic consuetudo
nedum est legum humanarum interpres, sed etiam diuina-
rum, quod nota ad ampliationem capituli cum dilectus, su-
pra eodem cum similibus. Facit, quod tradit Abb. per illum
tex. in capitulo maiores. in princip. in quinto notab. infra de
baptismo, ubi inquit, quod diuina scriptura loquens in ma-
sculino, procedat etiam in fœminino. Mens ego etiam
in dispositionibus diuinæ scripturæ potius, quam uer-
ba, est attendenda. & dicit Abbas in d. cap. maiores. in 8. no-
ta. quod etiam in uerbis diuinę scripturę communis usus lo
quendi attendi debet. Item etiam in diuina scriptura proce
ditur de similibus ad similia. d. cap. maiores. §. uerum. & ibi
8 Abba. notat. Tertia sit † conclusio, quod consuetudo potest
disponere contra ius naturale vel diuinum, quotiescunque
ratio naturalis id suadet, & in hoc non reperio contradicen
tem hic. Sed Doctor. Abba. & cæteri in dicto capitu. quæ in
ecclesiarum. supra de constit. dicunt, quod legitima causa
dispensandi contra ius diuinum, est causa publicę vtilitatis,
& præsupponunt, quod nulla alia sufficiat, & hoc plene su-
pra comprobaui in præcedenti colum. uersicu. extra istam
9 glos. quæritur. dic, ut ibi dixi. Stante † tamen hac conclusio-
ne, ex ea plura inferuntur. Et primo infertur, quod valet cõ
suetudo, quod vni testi credatur in aliqua causa. ita præsup
ponit Abba. hic. Contrarium tamen determinat Angel. in
disputatione sua incipien. Astensis miles. & Domi. Alexan.
alia allegans, in consilio suo tertio, in secundo uolumi. in 2.
colum. Sed in hoc distinguendum videtur, ut per Matthesi. in
notabilibus suis, notabili 51. incipien nota, quod consuetu-
do. post Ioan. Andr. per eum relatum, quos refert & sequi ui
detur communis præceptor in d. l. de quibus columna 17.
& etiam tradunt plenissime Abba. & Moderni in capitu. se-
cundo infra de proba. dic. ut per eos, quia nihil habeo, quod
10 addam. Secundo infertur, non † valere consuetudinem uel
statutum, per quam quis punitur pecuniariter pro ho mici-
dio, quia ratio naturalis id non suadet ita Abb. post Hostien.
hic. idem Ioan. Andr. Domi. Anto. Cardi. Imo. & communi
ter alij hic. Dicit enim Christus. Qui gladio ferit, gladio peri
bit. ergo talis consuetudo esset contra ius diuinum. Item per
eam daretur materia delinquendi, ergo irrationabilis est l.
conuenire. ff. de pact. dotalibus, cum simili. Contrarium ta-
men præsupponit Abbas in capitulo de causis. infra de offi.
delega. columna fina. & multas authoritates pro & contra
adducunt Barbat. hic colum. secunda. & duabus sequentib.
& apostillantes ad Abb. hic, & plura pro & contra adducũt
apostillantes ad Abba. in cap. 2. infra de delic. pue. Pro par-
te, quod consuetudo valeat, & facit text. in d. c. 2. & in §. pœ-
nam. instit. de iniurijs. Sed posset responderi, vt respondent
Hostien. & Abb. in d. c. 2. scilicet, quod ille text. intelligitur,
quando consuetudo erat, vt posset exigi pecunia ex post fa-
cto, sed ante commissum delictum, non valeret consuetu-
do taxans pœnam pecuniariam. Premissam etiam opinio-
nem Doctorum hic, sequitur Feli. vbi multa congerit, in ru
bri. infra de homicid. idem Are. in consi. 58. incip. diligenter
colum. 6. Vide tamen in isto puncto Roma. in singu. suis, sin
gu. incipien. iudex. potestatis. & Alexand. in l. 1. ff. quod quis-
que iur. vbi aliter loquuntur, & concludere videntur, quod
aut pœna pecuniaria est modica, vel contemptibilis, & tũc
consuetudo vel statutum non ualeret. alias uero secus. &
hanc distinctionem etiam facit Barba. hic col. 7. & dicit Do.
Alex. in d. l. 1. quod ita alias consuluit. & profecto colorata
videtur hęc distinctio, & in dubio tenenda est opinio distin-
guens, l. adeo. §. cum quis. ff. de acqir. re. do. & ita inquit gl. in
c. quærenti. infra de officio deleg. & in c. scientes. infra de cẽ
si. Tamen in puncto iuris uerior videtur opinio Doctor. hic
indistincte scilicet, quod consuetudo prædicta non ualeat.
Ratio est, quia contra ius diuinum, supra relatum. unde infe
riorum dispositio nihil ualet contra tale ius, nisi ipsa dispo-
sitio ex causa publicæ utilitatis induceretur, limitando vel di
stinguendo, uel dispensando, ut tradunt Innocen. & omnes
in cap. quæ in ecclesiarum. supra de constit. & Bart. & alij, in
l. fin. C. si contra ius, vel uti. publi. & dixi supra in folio prece
denti, in versicu. extra istam glos. Sed talis consuetudo, quę
commutat pœnam corporalem in pecuniariam, non con-
cernit publicam utilitatem, immo est contra publicam vti
litatem, quæ suadet delicta debita pœna puniri, argumen.
l. ita vulneratus. ff. ad legem. Aquil. & text. in capitu. ut famę
infra de sen. excom. Item est contra publicam utilitatem,
quia ex ea proniores erunt homines ad homicidia, vel sal-
tem non adeo retrahentur, ac si pœnam mortis expectarẽt,
quia licet pecunia & bona dicantur vita hominis, ut uult
glos. quam ibi Bald. not. in l. aduocati. C. de aduo. diuer. iudi.
tamen id improprie dicitur, & propterea Do. Anto. de But.
in capitu. accedens. el secundo. in notabilib. infra vt lite non
contest. dicit, quod bona sunt secundus sanguis. & idem di-
cit Alex. in. l. 3. §. non solum. ff. de adimen. lega. in apostil. ad
11 Bar. Tertio infertur, quod non † ualet consuetudo, vt liceat
interficere interfectorem patris, vt per Abb. hic. Et si dicas,
quod immo talis consuetudo valere debet, quia ratio na-
turalis eam suadet, Respondeo, quod immo ratio naturalis
eam non suadet, quia ex tali homicidio non excluditur
peccatum, quia fit contra illud præceptum diuinũ, Non oc
cides. & facit pulchra glos. in terminis nostris, in capitulo,

Source : BIU Cujas

consuetudo in glos. fin. prima distinctio. Quarto infertur, q
12 †non ualet consuetudo vel statutum permittens consanguineis vindicare mortem consanguineorum, quia ratio naturalis id non suadet, nisi id permittat consanguineis, tãquam ministris iustitiæ. ita Ioan. Andr. in additio. ad Specu. in titu. de constit. quem simpliciter refert & seq uitur Barba. hic columna septima in fi. idem dicit Abba. hic Idem clare Domi. Anto. in capitulo. quæ in ecclesiarum. columna quarta & ibidem Felin. alia adducens, supra de constitut. colum. tertia & quarta, subijciens, quod in dubio statutum simpliciter loquens, videtur talem concessionem facere propter bonum publicum, & sic videtur talem vindictam permittere, tanquam ministris iustitiæ allega. Baldum in l. prima. C. quando lic. se sine iudic. vindi. Sed tu considera, quod huic vltimæ decisioni repugnat glos. approbata in capi. inter hæc 33. quæstione secunda. quæ dicit, quod licet patri permittatur occidere adulterum, & filiam adulteram, tamen peccat eos occidendo. & facit glo. in dicto capit. consuetudo. Hanc difficultatem sentiens Feli. in dicto capitu. quæ in ecclesiarum. columna quarta dicit, quod homicidium in casu prædicto permittitur causa vindictæ. Sed id non est uerum, immo permittitur simpliciter, ut patet in l. nec in ea, ff. de adul. & propterea ego dubito de dicta decisione. Talis enim consuetudo esset nutritiua peccati, ergo videtur, quod non valeat, vt supra dixi in tertio nota. & est glos. in regula, malæ fidei possessor. de regu. tur. libro sexto tradunt Abb. & alij, in capitu. primo. supra de constitu. & per hoc uidetur, quod dispositio l. 1. & secundę. C. quando lice. se sine iudi. vind. non valeat etiam in foro Cæsaris, tanquam sit nutritiua peccati, inquantum permittit vindictam in facto proprio, iuxta gl. in regula malæ fidei possessor. supra relata Et pro opinione in quam ego inclino, scilicet quod dicta consuetudo vel statutum non ualeat, facit decisio, quam hic paulo ante Abb. refert, & approbat dicens, quod non ualet consuetudo, vt liceat interficere interfectorem patris. quam decisionem ẽt tradit Ioan. Andr. hic columna 1. & Domi. Anton. sequitur loquuntur enim præfati Docto. in consuetudine uel statuto simpliciter loquente, & tamen dicunt, quod nõ valet. Vl
13 timo infert Abba. hic, quod †valet statutum vel consuetudo quod bannitus possit impune occidi. Comprobatur hæc illatio, quia talis consuetudo vel statutum concernere videtur fauorem publicum, argu. l. 3. §. transfuga ff. ad leg. Corn. de Sica. Idem concludunt alij hic relati per apostillantes ad Abba. & tradit plene Felin. in dicto capitu. quæ in ecclesiarum colum. 2. & 3. ubi multos casus enumerat, in quibus dictum. statutum non tenet. tradit etiam communis præceptor in l. omnes pupuli. post Bart. ff. de iusti. & iu. & unum ponit Imo. hic colum. secunda. & quia dicti casus videri possunt in locis prædictis, non curaui illos hic transcribere. Sed alium ca
14 sum †commemoro ultra prædictos, qui ponitur per Angel. in apostil. ad Barto. in l. fina. C. de delato. libro 10. per illum textum scilicet, quando quis occideret bannitum proditorie, vt statutum ei non prosit. idem dicit Cæpol. in consil. 34. incipien. si unquam. colum. 3, Ego tamen contrarium teneo & moueor primo, quia hosti non est seruanda fides a priuato l. 1. §. non fuit. ff. de dolo. tradunt Bart. & alij in l. conuentionum. ff. de pact. Secundo in terminis adduco decisionem Barto. in l. 2. C. quando liceat vnicuique se sine iudice uindi. vbi dicit, quod si promitto bannito de eum non occidendo tamen possum eum licite occidere, ergo videtur ibi decisio in terminis pro opinione prædicta. & illam decisionem refert Fel. in d. c. quæ in ecclesiarum, col. 2. Tertio moueor, quia redderetur quasi eluforium dictum statutum, nisi liceret bãnitum proditorie occidere, attento quod nemo uellet se exponere periculo, impugnando cum bannito, maxime sine lucro, & maxime, quando non esset inimicus suus. ergo videtur, quod liceat illum occidere proditorie. Vltimo me mouet, quia text. in d. l. fi. C. de delato. lib. 10. non probat dictam decisionem, ad quam allegatur, sed solum ibi dicitur, quod seruus non potest deferre dominum, & si deferat, tanquam proditor punitur. quod nihil penitus ad propositum nostrũ facit. Alius casus ponitur per Bar. in l. nulla, per illum tex. C. de delato. libro 10. scilicet, quando quis occideret bãnitum se defendendo, quia licet non puniretur, tamen non comprehenderetur in statuto permittente occidere bannitum, & præmiante occisorem. Quid autem si quis illum occideret †prætextu inimicitiæ? Videtur, quod etiam tunc occidẽs non excusetur. & hoc firmare uidentur Domi. Anto. Inno. & Gemin. in dicto capi. quæ in ecclesiarum. ubi loquuntur de occidente bãnitum causa vindictæ. & ibi refert & sequit̃ D. Fel. col. 3, uersi. nonus & ultimus casus. Contrarium tamẽ tenet Bald in l. 1. colũ. penul. C. si a non compe. iudi. & forte verior est ista opi. per id quod dixi in tertio fundamento p̃cedentis casus. Pauci enim se exponerent periculo cum bannito, nisi cum aliqualiter odio haberent, uel nisi statutum præmiaret occidentem. Quicquid tamen sit, videtur quod standum sit dicto occidentis, in dubio, an id fecerit causa odij, an amore reipublicæ, quia hoc dependet ab animo suo. glos. est in simili, in §. alię. institut. de actio. & tradit Bartol. in l. non omnes. §. recte. ff. de furtis. & alibi sæpe Doctor. & hoc sentit Felin. in dicto capitulo quæ in ecclesiarum. columna quarta ad fin. uersicu. utrum. licet loquatur in foro conscientię. Et de occidente bannitum per contumaciam, Felin. ibi alleg. Bald. qui non dicit. uide Imo. in capitulo fin. columna secunda, de consuetudine. Glos. in uerbo, uilis format vnam oppositionem, seu facit vnam interrogationem de qua consuetudine intelligatur iste text. dicens, quod licet longęuæ consuetudinis non sit uilis authoritas, non tamen est vsque adeo valitura, vt iuri positiuo debeat præiudicium generare, nisi sit rationabilis & præscripta, an intelligatur de bona, vel de mala consuetudine. Quam interrogationem dicit Io. And. hic esse puerilem, tamen soluit, vt per eum post gl. & alios, & refert Abb. Sed clarius loquitur Ioan Andr. dic, vt per eos, & in voce declaro. Aliter etiam secundo soluit Abb. Et ex sol. sua †habemus reportare, quod appel
16 latione consuetudinis, potest intelligi tam de mala, quam de bona prout in tex. nostro in secunda parte capitur secundum præfatos Dd. Sed in contrarium facit text. in cap. cumana, infra de elect. ubi probatur, quod appellatione consuetudinis, intelligitur de bona & præscripta, & hoc reputat singulare Alexand. alias authoritates ad hoc adducens, in l. de quibus. ff. de legat. facit text. in l. quarta, §. condemnatũ. ff. de re iudi. Vnde ego inhæreo alteri tertiæ solutioni, quam Doct. tradunt, & Abb. refert. Vel põt dici, quod contrarium supra adductum, non procedit, quãdo apparet, quod legislator non vult loqui de consuetudine præscripta, prout non vult loqui in §. licet in isto text. posito, vt patet ex uerbis sequentibus ibi, nisi sit legitime præscripta. Vel dic, quod contrarium procedit, nisi appareat, quod legislator velit loqui de vtraq; consuetudine, scilicet tam de bona, quam de mala, & tam de præscripta, quam non præscripta, prout loquitur hic in fin. ponendo decisionem cum limitatione. Et an & quando appellatione consuetudinis, intelligamus de præscripta, tradit plene Gemi. in c. fi. colum pe. de consuetud. in 6. & quomodo cognoscatur consuetudo præscripta, & quare sic dicatur, infra declarabo post Abb. Secundo ex ista glo. habes reportare, quod intellectus, † qui est de casu non
17 dubio, non est bonus, quia debet intelligi lex, vt decidat casum dubium, concordat glo. per illum tex. in l. quod Labeo. ff. de Carbo. edi. facit tex. in c. cum in iure peritus, & ibi Abb. infra de offi. deleg. & in c. cum in iure peritus, supra de elec. Et præmissam conclusionem clare etiam ponit Abb. in cap. quia C. de iudic. columna secunda, vbi alia allegat. Et hoc comprobatur, quia lex debet esse necessaria, seu edita ob necessitatem, c. erit autem lex 4. distinct. ergo non debet intelligi, vt sit edita de casu indubitabili, & sic superfluo & sine necessitate. Tertio habes reportare ex ista glo. ibi inepte di-
18 cunt, quod inepte agit, qui †intellectum eiusdem authoritatis separat, ita uult glos. iuncta suppletione, quam faciunt hic Ioan. Andr. & Imol. dicentes, quod intellectus non est bonus, qui eandem authoritatem diuersimode intelligit, & ratio, est quia separat caudam a capite, ut inqũit Io. Andr. hic, & glos. in proposito in capitulo consuetudinis, undecima distinct. per tex. in capitulo maiores, uersiculo similiter, de baptis. Intellectus enim eiusdem authoritatis, debet esse uniformis, dicto uersiculo similiter, & ibi glo. not. in verb. tota authoritas, & sequuntur Abb. & alij ibi. Considera tamen quia attenta una solutione, quam hic Panor. refert ad contrarium glos. eadem authoritas diuersimode intelligitur, quia intelligitur principium huius text. in §. licet de consuetudine, in abstracto, & finis, de consuetudine in concreto. Sed dicendum est, quod dicta sol. stare non potest, per text. in dicto uersiculo similiter, cum alijs supra allegatis. Et pro præmissa conclusione gloss. facit uulgata regu. quæ habet,
19 quod una † & eadem res, non debet diuerso iure censeri. l. eum, qui ædes. ff. de usuca. & ibi not. Bartol. præmissæ tamen conclusioni obstat quia attenta intellectuali consideratione. una res potest diuerso iure censeri, ut inquit Bald. in l. 1. columna prima, C. de ser. fugi. Cogita de sol. pro nunc. & attenta dicta doctrina Baldi, colligitur una limitatio ad d. l. eũ, qui ædes. Secunda limitatio colligitur ex text. in l. si quis per ferendum. in fine ff. de fur. & ex glos. in l. secunda, C. de in ius uocando. Tertia limitatio colligitur ex l. tertia. §. fideicommissariam ff. de hæredib. instituendis, & ex glo. in l. ii ita scriptum. §. si sub conditione. ff. de legat. secundo. Quarta colligitur ex l. secunda, ff. ad Macedoni. Quinta colligitur ex l. pater Scueriuam. §. conditionum. ff. de condit. & demonstrat. Sexta colligitur ex l. si seruo. ff. de hær. instit.

Septi-

Source : BIU Cujas

Septima traditur per Aret. in l. secunda. in princ. ff. si cer. pet. Octauo & vltimo limit. colligitur ex uerbis Abb. in capit. se cundo columna septima, infra de ordi. cogni. dum loquitur de sententia lata super cõuẽtione, & super recõuẽtione. Gl. in uerbo rõnabilis, laborat in declarando quæ consuetu-
20 do sit † rationabilis. Abb. hic multas oppositiones refert, & Barbat. hic columna vndecima, & sequentibus, refert omnium Doctorum dicta & dicit Bal. in consil. 401. incip. in feudo. in quinto. volumine, quod ad hoc, vt consuetudo dicatur rationabilis, sufficit, quod non sit reprobata. Communis opinio videtur esse illa, quam Hostien. Ioann. Andr. & Abb hic tenent, scilicet quod arbitrarium sit, quæ consuetudo dicatur rationabilis, quam opinionem pulchre sequitur & declarat Imol. hic columna tertia, & tenuit glos. clara in capitulo primo, in verbo, rationabilis, de constitutio. libro sexto. & cum illa glos. transeunt Doctor. ibi eandem conclusionem tenent Archid. Gemin. & Cardin. Alexand. alias authoritates adducens, in capitulo quia frustra. octaua dist. idem Calderi. in consilio 18. incipiente, an ciuitas, in titulo, de constit. idem Barbat. in capitulo at si clerici. §. de adulterijs, infra de iudic. columna tertia, & Felin. in capitulo eccle sia sanctæ Mariæ, columna tertia, supra de constitutio. Et ista opinio. etiam mihi placet, quia fundatur in bona regula, quæ habet, quod vbi aliquid non est determinatum a iure, stamus arbitrio iudicis l. prima, ff. de iure deliberan. capitulo de causis, infra de offic. delegat. cum similibus, & propter hanc regulam fiunt infinitę decisiones per Doctor. in varijs locis, quas congerit Barbat. in dicto. §. de adulterijs, & in capitulo sedes. columna 9. & seq. de rescriptis. Ad regulandum autem arbitrium iudicis, bene videtur suffragari doctrina Baldi in commento. l. de quibus. ff. de legibus, quam refert Barba. hic col. 13. vbi dicit, quod bona est consuetudo, quæ continet bonum honestum, exemplum in consuetudine, quod quis non vadat de nocte. Item bona est consuetudo, quę continet bonum commune, puta quod in causis dotium procedatur summarie. Item, quod instrumenta habeant executionem paratam, item bona est consuetudo secundum Bal. quæ continet bonum honorabile. Exemplum in Doctore doctorando publice, non secrete, quia est honor publicus. Exemplificat etiam in consuetudine, quod Doctores portant varium, quia habitus uirum ostẽdit. l. stigmata. C. de fabri. lib. 11. c. si iudex laicus. de sent. excomm. lib. 6. Debebit etiam iudex in informando animum suum, habere respectum ad alias theoricas & coniecturas, quas hic refert Abb. colum. 3. in fi. Et nota eam potissime, ꝙ
21 vbi cõsuetudo † est canonibus inimica, illa prima fronte præsumitur irrationabilis, tex. est, quem ibi Abb. dicit esse menti tenendum, in c. ad nostram, in vlt. nota. supra eodem. Hoc intellige, nisi sit consuetudo tanti temporis, cuius initij me- 26
moria non sit in contrarium, quia illa præsumitur rationabilis, secundum Gemi. & Cardi. Alexan. in c. frustra. 8. distin. idem Abb. in consil. suo 26. incip. in quæstione in 4. dubio, & clarius in cons. suo 7. incip. tria, circa primum dubium, col. 27
pen. in 2. uol. ubi per hoc dicit ualere consuetudinem tanti temporis, quod prælatus capere possit pecuniam ultra procurationem tempore uisitationis, per adducta per eum, maxime per tex. in argu. in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æsti. aliam coniecturam pulchram colligo ex uerbis Gemi. in c. accedẽs. in fi. l. dist. uidelicet, quando consuetudo disponit id, quod disponebat ius antiquum correctum quia tunc præsumitur rationabilis, & propterea dicit, quod ualet consuetudo quod Abb. non sit sacerdos, eo quia de iure antiquo non erat necesse, ꝙ esset sacerdos. facit text. in c. ab exordio. 35. dis. & in l. si unus. §. pactus. uer. quod in specie
22 ff. de pact. alia est coniectura rationabilitatis. quando cõsuetudo est generalis, ita Gemi. in c. illa. 12. dist. & uide, quę dicã infra extra gl. conclu. 8. in 1. limit. Doctrina tamen D. Anto. quam hic Abb. improbat, potest sustineri, & eam sequitur. Gemi. in c. 1. de const. libro 6. scilicet, ut consuetudo dicatur rationabilis de iure canonico, si tẽdit in felicitatem animę, de iure aũt ciuili rõnabilis dr̃, si tẽdit ad bonũ publicũ. Nec ob. quod dicit Abb. de cõsuetudine aliqua, quæ nõ est talis, ut in c. cum dilectus, supra eo. cum si. quia respondeo, ꝙ ibi potius est præscriptio, quam cõsuetudo, ut infra tradit Abb. post Io. And. colum. antepen. uers. sed quæro. Videtur etiam posse dici, inhærendo opinioni Host. & Ioan. Andr. & illam
23 declarando, quod consuetudo dicatur rationabilis, quæ ratione est subnixa, irrationabilis, quæ ratione caret, ut uis uerbi sonat, quia bonum est argumentum a ui uerbi, ubi definitio uel authoritas non repugnat. capitulo cum secundum, infra de præben. l. 2. §. appellata. ff. si certum per. & utrobique plene traditur, quæ autem ratio sit sufficiens, arbitrarium erit per supra adducta, aduertendum tamen est ad plura pro declaratione dictæ conclusionis. Et primo aduertendum est quia, ut in dicit Bald. in rubrica supra eodem sufficit, quod consuetudo sit rationabilis, ut in quampluribus, licet non in singulis. argumento l. nam ad ea. ff. de legibus. Posset exemplificari in consuetudine, quod extantibus masculis filię fœminæ non succedant, quæ vt in quampluribus est rationabilis, licet non in singulis, vt experientia docet. Secundo aduertendum † est, quia ista rationa
24 bilitas, quæ requiritur in consuetudine, requiritur in consuetudine solum, quæ est contra ius. ita Bald. hic columna secunda. in fine, & sentit Abb. hic quando recitat opi. suam in art. præmisso, & dicit post Cardi. Floren. hic considerandum esse per iudicem, an sit contra ius vel præter, quasi sentiat, quod si est præter, præsumitur rationabilis. Et ita etiam post multa concludit Barbat. hic colum. 14. ubi dicit ꝙ aut consuetudo est præter ius, & tunc præsumitur rationabilis eoipso quod introducta est, aut est contra ius, & presumitur irrationabilis. Allegat tex. in cap. cum venerabilis. supra eodem. idem dicit Aret. in consilio 44. incipiẽ. in proposita cõsultatione. Et facit, quod dicit Bald. in capitu. 1. §. 2. columna tertia. qui feud. dare possunt, quod attenditur consuetudo, in quo loco sedere debeat cantor in choro, & tamen in tali consuetudine non datur præcisa rationab ilitas. Et hoc comprobatur, quia in his, quę sunt præter ius & positiua, omnino sufficit voluntas pro ratione. glos. iun l. 1. §. 1. in uerbo ratus. ff. de postulan. quam glo. per infinita ornat Felin. in capitu. si quando. columna 9. supra de rescript. & hac ratione attenta, credo quod valeret consuetudo sine ratione, contra ius positiuum, quando in sola voluntate esset fundatum ipsum ius, prout in aliquibus casibus contingit, in quibus ratio reddi non potest, vt dicit glos. in l. non omnium. ff. de legi. ideo tunc in consuetudine non requireretur rationabili-
25 tas. Et propterea dicerem, quod valeret consutudo † simpliciter inducta, quæ minueret vel augeret tempus decem dierum, ad appellandum. & ita clare decidit Bald. in rubr. supra eod. post prin. alia allegando, & hoc suadet ratio, quia si lex eo casu est sine ratione, pari modo potest valere consuetudo sine ratione, quia consuetudo habetur pro lege. capitu. consuetudo 1. dist. l. de quibus. ff. de legib. & in terminis est text. in l. quod non ratione. ff. de legib. de quo dicam infra in vlti. aduertendo. facit etiam, quod pulchre dicit Bald. in ca. imperialem. §. præterea ducatus. de prohi. feudi alien. per Federic. vbi inquit, quod nullum est ius positiuum, quod consuetudine toili non possit. Et hęc nota bene. Pari ratione puto, quod consuetudo interpretatiua non requirat talem rationabilitatem, vt probatur in cap. cum dilectus. supra eod. & hoc suadet, quia hoc casu non requiritur etiam, quod sit præscripta, vt dixi supra in rubric. in 4. seu qninta quæstio & infra dicam in glos fi. in principio. Tertio aduertendum est, quod † dicit Bald. hic apostillando istum textum in verbo, rationabilis. quod non requiritur in consuetudine ratio stricte, id est, inconuincibilis propositio, sed sufficit aliquod bonum motiuum. Et hoc suadet sonus verbi rationabilis, qui denotat rationis habilitatem. Quarto aduertendum † est pro declaratione præmissorum, quod rationabilitas consuetudinis dẽt habere tres qualitates comites, scilicet, vt religioni conueniat, vt disciplinæ congruat, & ut saluti proficiat, & sic vt peccatum excludat. text. est in dicto capitu. consuetudo 1. dist. quæ verba ibi declarat glo. & Archi. & Gemin. in cap. erit autem lex 4. dist. Quinto aduerte, quia si consuetudo sit tanti temporis, cuius initij memoria non sit in contrarium, non requiritur. quod sit rationabilis. & ratio est, quia habet vim priuilegij, quod in sola voluntate consistit. & hoc aduertendum sentit glos. sequens, quæ ad talem consuetudinem nõ applicat requisita, de quibus in ea. In hoc tamen dic, vt per Imol. hic columna quarta post Card. Flor. videlicet, quod si ex eo, quod sit contra rationem, inducatur peccatum, nullo tempore valet, vt in isto text. dicitur, & faciũt quę congerit Felin. in capitulo secundo in principio de maior. & obedien. Si uero non inducatur peccatum, valet, vt per eos. Et ad hoc aduertendum vide, quæ plenius dicam infra etra glossan in octaua conclusio. in prima limitatione. Sexto aduertendum est, quia videtur quod ista rationabilitas solũ sit consideranda, q̃tũ ad ꝯsuetudinẽ inducendã, secus, quo ad consuetudinem iam inductam. Sicut in simili dicimus in lege, quia debet esse rationabilis respectu cuiusdentis eam, qui debet ratione moueri, sed postquam est cõdita lex, subditi debent ipsam seruare, & oportebit iudicare secundum illam. capitulo erit autem lex. quarta distinct. & ita illum textum declarat Geminian. in capitulo consuetudo prima distinctio. facit text. in l. prospexit. ff. qui & a qui. Textus tamen noster repugnat, quia vltra ꝙ consuetudo sit inducta & p̃scripta, requiritur quod sit rationabilis. Et hoc tenendo, quod necessario tenendum videtur, ex quo textus est hic clarus, cogita de responsione ad text. in d. cap. erit au-

Source : BIU Cujas

tem lex 4. distin. nisi dicas, quod aliud est in lege, quæ a Principe emanat, quia causa præsumitur in Principe. glos. est in l. relegati. ff. de pœnis. & tradunt Docto. plene in capitu. quę in ecclesiarum, supra de constit. maximę Felin. ibi columna 29. versi. quinta conclusio. quæ ratio cessat in consuetudine.

28 Septimo aduertendum † est circa prædicta, quia pulchrum est intelligere in practica, quæ consuetudines in specie sint irrationabiles, & in hoc dicas, quod plura exempla colligũtur ex his, quæ supra dixi, in 3. not. plura etiam exempla colliguntur ex iuribus huius tituli, & ex glos. hic, & multa exempla tradit Ioan. And. hic, tam de irrationabili, quam de rationabili consuetudine. Multa etiam exempla seu plura iura referentia consuetudines irrationabiles, refert Domi. Petr. Rauen. iu concluſi. suis consuetudinis. Et vnum exemplum tradit Ioan. Cald. in repet. c. postulasti. alias incipit, nostro. infra de pœniten. & remiſ. colum. fi. vbi dicit non valere consuetudinem tanquam irrationabilem, quod inferiores prælati possint concedere indulgentias, uel literas indulgentiarum, quia sic rumperetur omnis Ecclesiæ disciplina. Contrarium tamen probat tex. cum glo. in c. accedentibus, infra de excess. prælat. in fi. & ibi hoc tenet Abba. post alios in fi. per eum relatos, dicens quod concedere tales indulgentias est iurisdictionis, & quod talia quæruntur consuetudine licet secus sit in his, quæ sunt ordinis, ex eo quod ordo deficit in acquirente, ut paulo ante declarat ibi Abb. & propterea non posset inferior acquirere potestatem conferendi ordines, vel consecrandi ecclesias, per consuetudinem, ut per eum, per tex. in c. quanto. supra eod. Vnum etiam exemplũ consuetudinis rationabilis tradit Angelus in consil. 45. inci. pater habens. ubi tradit de ꝓsuetudine diuidendi lucra mercaturę, quãdo vnus posuit personam vel labores, & alius pecuniam. Aliud tradit ipse Angelus in consilio 272. col. 2. incipien. primus punctus, scilicet, vt valeat consuetudo, quod arbiter pronũciet, prout certus uel incertus Iurisperitus cõ-

29 sulet. Aliud exemplum est, quia valet consuetudo † diuidendi feuda dignitatum, vt inquit Ioan. And. presupponens esse consuetudinem generalem, in addit. Specul, in rub. de feud. versi. non omittam. refert & sequitur Soc. in consi. 77. incip. visis inuestituris. col. 7, & tradit Feli. alia adducens, in c. quæ in ecclesiarum. supra de constitut. Aliud exemplum est, qa valet consuetudo, qꝰ vxor succedat marito in bonis mobilibus, etiam liberis extantibus ita plene decidit Rota in nouis sub titu. de consuetudine. decisio. 1. & in antiquis decis. 7. eodem titu. Aliud est exemplum, quia valet consuetudo conferendi aliquid in coronatione Imperatoris, licet de iure nemo teneatur l. vnica, C. de auro coronario. lib. 11. & ibi glo. dicit, quod de consuetudine Iudæi aliquid conferunt. & hoc refert pro notando Domi. Martinus Laudensis, in tractatu suo de principibus. in 4. not. Aliud exemplum est, quia consuetudo, qua mediante Veneti & Genuenses eligũt sibi Duces tolerante Imperatore, rationabilis dicitur. ita Bal. in l. decernimus. C. de sacrosan. eccles. col. 1. Aliud etiam exemplũ consuetudinis rationabilis, tradit Cæpol. in consil. 40. incip. Lucius in sexto dubio, vbi dicit valere consuetudinem, qꝰ in loco tormentorum examinentur diffamati. Alia infra refero, & plura retuli supra in 4. not. Et aliud pulchrum exemplum collige ex his, quę tradit Bald. in consilio suo 401. incipien. in feudo. in 5. volu. & in consil. suo 275. incip. quod pro regula in feudis traditur, ut. in 2. volu. vbi dicit, quod valet consuetudo, quod fœminæ succedant in feudis seu dignitatibus regalibus. Item secundum eum, valet consuetudo, qꝰ

30 vasallus possit testari de feudo. Et quod † valeat consuetudo quod fœminę succedant in feudis, etiam tradit Card. in consil. 46. incipien. casus. in fine alleg. text. in c. significauit. infra de testi. & alia. Aliud etiam est exemplum in consuetudine generali, quæ habet quod res delatæ per fraudantem gabellam indistincte confiscantur, non cõsiderato cuius sint res, nam talis consuetudo valet, licet ille deferens teneatur ad interesse domino rerum. ita Bald. post Bart. per eum relatũ, in l. fi. circa medium, C. de nauti. fœno. Exemplum aliud est in consuetudine percipiendi aliquid pro sepultura ex post, quia ualet. iuxta capitu. ad apostolicam. infra de Simo. Nota tamen semper, quod nõ sufficeret curato probare se fuisse in possessione percipiendi, nisi probet, quod solutio fuit facta ex deuotione fidelium. ita Pau. de Cast. in consi. 401. incip. uiso processu. in fi. in noua impressione antiquorum. Et plura, quę requiruntur ad talem consuetudinem, tradit idẽ in consi. 363. incipien. circa princip. in eadem impressione. & in dubio talis consuetudo præsumitur causa cupiditatis & auaritiæ inducta, ut inquit Bellame. in consilio trigesimo primo incipien. quod mulier, columna quarta. in fin. Aliud exemplum est, quia non ualet consuetudo disponens, quod ante, quam aliquis recipiatur in canonicum prębendatum, quod prius renunciet beneficijs, quæ obtinet, quia videtur inhonesta, ita formaliter decidit Rota in antiquis sub hoc tit. decisio. 4. Aliud est exemplum, quia non valet consuetudo, quod quis sit episcopus & canonicus in eadem ecclesia, qua impossibile, est, quod eodem tempore quis sit pater & filius. ita Archid. in c. cum in ecclesia, de præben. lib. 6. Contrarium tamen tenent Ioan. de Lig. Ioan. And. & Philip. de Peru. ibi ex ratione, de qua per eos. Aliud exemplum

31 est, quia non valeret cõsuetudo, quod homines † disparis professionis vel habitus simul in eodem monasterio sociarentur quia talis consuetudo est irrationabilis, text. est in clemen. 1. de electio. Hoc tamen non procederet, quando in eadem ecclesia essent clerici disparis professionis vel habitus, & tamen haberent collegia diuisa & separata, & prælatos diuersos, prout est in ecclesia D. Ambrosij Mediolani, vbi est duplex collegium, monachorum scilicet, & canonicorum regularium, & in ecclesia Sancti Augustini Papiæ, vbi sunt canonici regulares & fratres mendicantes, & de cõsuetudine ecclesiæ D. Ambrosij, quod valeat, satis præupponit glos. in dicta Clementina prima, in verbo, societur. Multa etiam exempla, in quib. consuetudo non tenet, tradit communis præceptor D. Ias. in d. l. de quibus. col. 17. ff. de legib. Inter cętera ponit exemplum in consuetudine torquendi iudices, vel Doctores, vel decuriones, quæ non valet, & sic est irrationabilis. l. omnes iudides. C. de decu. lib. 10. & ibi Bart. no. talis enim consuetudo videtur esse contra honestatem, quæ suadet talib. personis esse deferendum, argu. c. sane el 2. infra de offic. delegat. facit l. fin. ff. de decu. Et consuetudo contra honestatem non tenet, vt dixi supra in prædicto notabi. 3. Aduertendum tñ est, quod licet consiliarij ciuitatis loco decurionum habeantur, tñ valeret consuetudo, vt ipsi torqueri possent & suspendi. ita Gandi. in tracta. malefi. in rubri. nunquid consiliarij ciuitatis possint torqueri, vbi dicit, quod ita vidit consuli & obseruari authoritate consuetudinis. idem Odofre. in tracta. suo de quæstionibus in fin. idem Alber. & Salic. qui dicit, quod in Lombardia consiliarij ciuitatis non gaudent priuilegio decurionum, maxime quo ad torturam in l. diuo Marco. C. de quæstion. Idem firmat plene Cæpol. in consil. suo 40 incipien. Lucius. col. 3. Aliud pulchrum exemplum colligitur est tex. in c. 3 infra de prob. Aliud colligitur in cap. sacratas. 23. distinc. vbi reprobatur consuetudo, quod moniales etiam sacratæ tangant vasa sacrata, vel ponant in censum vel thus in altari. Aliud exemplum collige ex eo, quod tradit Areti. in consil. 23. incipien. in præsenti consultatione, in fin. vbi dicit, quod non valet consuetudo, nisi esset inducta ex legitima causa, quæ haberet quod minor dignitate, tempore, vel ordine, præferretur maiori, & assignat rationem, quia talis consuetudo est scandalosa, & destructiua veritatis, & contra rationem naturalem, & allegat iura & authoritates. Aliud exemplum est, quia non valet consuetudo ecclesiæ, vt possit quis assumere honorem, qui communiter illi ecclesiæ non conceditur, puta vt canonici sint cardinales, vel vtantur insignibus episcopi, ita traditur per Doctor. in cap. catholica 11. distinct. & in c. cum olim supra eo. & per Dom. Pet. Rauen. in conclu. suis consuetudinis, col. 15. Et hoc facit contra ecclesiam Mediolanensem, in qua canonici cathedralis ecclesiæ cardinales vel ordinarij appellantur, & ita in Beroaldo suo semper nominantur. Tamen quia nudo nomine cardinales dicuntur, satis valet talis consuetudo, vt in simili dicunt glos. & Doct. in l. si quis in fundi vocabulo. ff. de leg. 1. Aliud etiam est exemplum, quia consuetudo, qꝰ bigamus non puniatur a laico, non tenet, tanquam irrationabilis. text est in c. 1. de biga. lib. 6. Aliad exemplum tradit Bald. in consil. 349. incip. si hoc quæritur. in 5. uolum. videlicet, vt non valeat consuetudo, quod credatur scripturis campsorum tam pro se, quam contra se, licet ipse hoc firmare nolit, dicens, quod est quæstio satis dubia, & eodem modo loquendi vtitur Aret. in consi. 45. incip. visis articulis, in fin. refert tamen Bald. alibi singulariter firmare exemplũ prædictum, tamen Cæpolla. in consil. 40. incip. Lucius in 6. dubio firmat, quod non valeret consuetudo, quod credatur omni scripturæ mercatorum, quia esset indiscreta & tenderet ad falsum committendum, alleg. Bal. in l. vnica, col. 5. C. de cõfes. & dixi supra de hoc plene in 3. notab. Aliud exẽ-

32 plum trado, quia valet consuetudo † & rationabilis est, quod mitius puniatur aggressor, quam ille qui facinus ad effectum producit. ita Fulgos. dicens, quod est generalis consuetudo, in consilio 149 incipien. super inquisitione, ad fi. Aliud exemplum consuetudinis irrationabilis ponit Bald. supra in rubr. huius rituli circa principium, scilicet, in consuetudine, quæ haberet, quod vir † teneatur dotare vxorem, talis.

33 enim consuetudo secundum eum esset irrationabilis, alleg. text. in l. si ita stipulatus fuero te sisti. §. si tibi nupsero. ff. de verborum obligationibus. vbi pactum eo modo factum, amquam ratione carens, improbatur. Item posset ponit

cx-

Source : BIU Cujas

exemplum in consuetudine, vt teneat sententia a non suo iudicæ lata, quia non valet tanquam irrationabilis, textus est nota. in c. ad nostram. s. eo. Itē pōt poni exemplum in cō suetudine habendi plures præbendas vel distributiones in eadem ecclesia, quia non valet, vt notat. in capit. literas per illum text. de concess. præben. idem dicit Cardin. Florent. in consi. 53. incip. casus talis est. Aliud exemplum est, quia non valet consuetudo, quod in instrumento non ponatur locus nec dies, ita decidit Rot. in antiq. sub tit. de consuet. decis. 6. incip. vtrum valet, & dixi supra in 3. notabil. idem dicit Rota in antiq. sub hoc eo tit. decis. fi. Aliud exemplum datur in casu. c. 2. de consuet. lib. 6. vbi dicitur, quod non valeret cō suetudo, quod appellaretur a Vicario episcopi ad episcopū, quia non est consona rationi, ex quo idem auditorium est utriusque, ut ibi dicit text. Item, ut ibi dicit glos. quæ reputa tur singularis, in glos. magna circa medium non ualeret cō suetudo, ut appellaretur ad minorem, quia esset contra sub stantiam appellationis, & illam glo. sequuntur Doct. ibi, & Domin. Anton. hic colum. 4. in repe. dicens, quod consuetu do contra substantiam continet impossibilitatem, ideo dici tur irrationabilis, Abb. tamen in c. fi. in notabi. de dilatio. dicit ideo eam irrationabilem esse, quia non conuenit, quod minor corrigat factum maioris. c. cum inferior, de maior. & obedien. cum simi. Et quod talis consuetudo non ualeat, firmant etiam Doct. in rubri. infra de appella. maxime Abb. &
34 moder. ibi, ubi † declarant, quid dicatur de substantia actus, allegando maxime Bald. in l. si ex precio. in fine, C. si cer. per. ubi dicit, quod multis modis capitur substantia, & quid differant substantia, forma, & solennitas, tradit Bal. pulchre in repet. l. penul. col. 2. C. de sacrosanct. eccle. quæ autem dicatur solennitas substantialis, & quæ non, tradit Bartol. & post eum moder. plene in l. uniuersa. C. de preci. Impera. offeren. Præmissam etiam conclusionem, scilicet ut non ualeat con suetudo contra substantiam actus, tradit Alexand. in l. de pupillo § qui nunciat. ff. de no. ope. nunci. Sciastamen, quod li cet non ualeat cōsuetudo ꝺ substantiā actus. tñ hoc nō procedit in substātia uel substantialibus a iure positiuo introducti, ita colligo ex doctrina Bartol. in extrauagan. ad reprimendum. in uerb. & figura. circa principiū ubi loquitur de substantialibus iudicij, quę tolli possunt. item scias, quod
35 aliud est in solennitatibus, quia consuetudo posset illas tollere, ut per Alex. in dicto §. qui nunciat. post alios per eum relatos, & facit, quod dicam infra extra glos. in quinta quęstione, in 2. illatione ad finem, ubi tangam. an ualeat consuetudo, quod sterur instrumento, in quo dicitur interuenisse causę cognitionem, cum tamen de illa non appareat. Item, an ualeat consuetudo derogans solennitatibus requisitis in alienatione rei minoris. Facit, quod dicit Abb. in d. rub. de appella. colum. 1. scilicet, quod ualet consuetudo tollens accidentalia appellationis. exemplum, ualeret consuetudo, ut appellatio fieri posset omisso medio. ita glos. in d. c. 2. de consue. lib. 6. & sequuntur moder. in d. rubri. idem dicit Ioan. de Ana. in cons. 51. incip. in causa illorum de monticulo. in fi. Facit etiam text. in l. fi. C. de testamentis, ubi ualet consuetudo tollens solennitatem testium in testamento, & pulchra similia tradidi supra in 4. not. in illationibus, de quibus ibi, & infra, maxime extra glo. plurima referam. Ex isto casu &
36 exemplo irrationabilis consuetudinis, † supra proxime relato, posset inferri, quod non ualeret consuetudo, quod precarium non posset reuocari ad beneplacitum, quia esset contra substantiam precarij, l. cum precario. ff. de precar. & sentit glos. in d. c. 2. Et idem, si esset consuetudo non reuocandi procuratorem, quia esset contra substantiam talis actus, ut tradunt glo. & docto. in c. fi. de pocu. lib. 6. ubi loquuntur in simili de pacto non reuocandi procuratorem, quod non ualet. Idem, si esset consuetudo de non reuocando testamētū, uel similes, quia non ualerent, & ratio est, quia essent contra substantiam prędictorum actuum, ut dicit Bar. in d. l. cum precario. Sed considera, quod licet non ualeat pactum in casib. prędictis. quia nemo potest facere, quin leges locum habeant in actibus suis. l. nemo potest. ff. de lega. primo, tamen uidetur, quod consuetudo ualere debeat, quia substantia, quę est in precario, & in alijs similib. supra relatis, ut possint reuocari ad beneplacitum, uidetur inducta a iure positiuo, de quo in dicta l. cum precario, & per glos. & doctores in dicto capitulo fin. & per text. in l. si quis in principio testamenti. ff. de legat. tertio, ubi traditur conclusio, quod nemo potest sibi imponere legem, a qua recedere non liceat. Sed, ut supra dixi, substantialia a iure positiuo inducta, tolli possunt per habentem potestatem, ergo prædicta substantialia tolli poterunt per consuetudinem, quę dicitur lex. §. ex non scripto. institut. de iure naturali. Hoc tamen respectu precarij maxime, pro nunc firmo, quia textus in l. prima, ff. de precario, dicit, quod liberalitatis precarij genus ex iure gentium descēdit. Item respectu ipsius precarij, & aliorum similium supra relato rum, esset considerandum, an talis consuetudo de non reuocando, rationabilis esset, & super hoc cogita, quia nemo attingit. Multa etiam exempla consuetudinis rationabilis tradit Ioan. Andr. hic, & a pluribus legibus & canonibus diuersæ consuetudines tanquam validę & approbatæ referuntur, vt etiam tradit dominus Petrus Rauen. in dictis suis allegat. consuetu. & multa tradidi ego supra, in 4. nota. & alia exempla vide in varijs iuribus, videlicet, in capit. nouit. in versicu. non enim. infra de iudic. in cap. certificari. de sepul. in c. super eod. de cog. spiri. in cap. de trina. de consecra. dist. 4. in c. 1. 16. dist. in c. vtinam. 76. dist. in c. cum om nes. supra de const. in c. 2. & in c. cum olim. supra eod. in c. 1. infra de cle. ægro. in c. ex parte. infra de cōces. pręben. in c. cum de quorunda 84. dist. in cap. pudenda 24. q. 1. in l. item eorum in princ. ff. quod cuiusq; vni. uersit. nom. in l. & fine. §. Lucius. ff. de admin. tuto. in l. 3. §. non tantum. ff. quod vi aut clam. in l. non tantum. ff. de decu. in l. semper. §. legem. ff. de iure immu. in l. fi. C. de test. l. missi. C. de exactorib. trib. lib. 10. in l. 1. C. de peti. bon. subla. lib. 10. in. l. si fundus ff. de euict. in l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fund. inst. in l. si seruus plurium. §. fin. ff. de leg. 1. in l. uel vniuersorum. ff. de pign. actio. in l. excepto. C. loca. in l. si publicanus. in fin. ff. de publi. in l. parabolani. C. de episco. & cleri. in l. 1. §. fi ff. de ven. inspi. Et aliud exemplum consuetudinis rationabilis tradit Abb. in c. extirpandæ. §. quia uero. de præben. circa fin. vbi dicit, quod valet ꝺ suetudo, quod rector ecclesiæ possit ad modicum tempus deseruire in ecclesia per vicarium, & alia plurima exempla in diuersis iuris partibus relata reperies, & in specie multa congessi supra in 3. & 4. notab. in textualibus, & etiam multas consuetudinees in specie referam infra extra glo. in conclu. quas assumam ex doctrina Abba. maxime in quinta conclusione, vbi tractabo de cōsuetudinibus ecclesiarum vel clericorum, & multas cōsuetudines in specie rationabiles refert glo. in c. frustra. 8. dist. Et no. ꝓ vbi ali-
37 qua lex refert † consuetudinem, si illam non improbat, videtur approbare. hoc probat mihi tex. iuncto notabili penulti mo Abbatis ibi, in c. si clericus laicum. infra de foro compe. facit, text. & quod ibi not. Doctor. maxime Barto. & Paul. de Castr. in l. bona fides. ff. depositi. & in l. si idem cum eodem §. fi. ff. de iurisd. om. iud. & ibi moder. plurra ad propositum
38 congernnt. Octauo aduertendum † est, quia videtur impossibile id, quod præsupponit tex. in isto c. scilicet, quod consuetudo cōtra legem sit rationabilis. Hoc probat Abb. hic post Io. And. col. 8. quia lex. est rationabilis, c. erit autem lex. cum similibus, 4. dist. ergo consuetudo contraria, erit irrationabilis. quia si vnum contrariorum est bonum, aliud est malum c. hospitiolum. 32. dist. cū similibus. Pro solutione dicit Ab. quod diuersis respectibus, uel diuersis rationibus considerātis, lex dicetur rationabilis, & etiam consuetudo ei contraria rationabilis erit, & hoc probat & exemplificat, vt per eū. Ex quo habes bonam doctrinam ad mille proposita, videlicet ꝓ duo contraria diuersis respectibus consideratis procedere possunt. Et hanc doctrinam soleo adducere plerunque ad soluenda argumenta, quæ fiunt contra continuationes vel situationes rubricarum. & hanc doctrinam etiam tradit & plenius, Do. Anto. hic in lectu. col. pen. & in repe. col. 3. allegando inter cætera glo in c. 1. infra de collusio. deteg. facit etiam tex. in c. quia non debet. de consangui. & affin. vbi dispositiones contrariæ, diuersis temporibus consideratis, procedunt. Non enim debet. reprehensibile iudicari, si secundū varietatem temporum, statuta variantur humana, quia ēt Deus idem fecit, vt ibi text. dicit. & sic una lex vno tempore est æqua, & sancta, & alio tempore iniqua, ut ibi ponitur exemplum. Et alia ad comprobationem hius doctrinę, refert Barba. hic col. 15. facit etiam glos. in c. 2. de arbi. lib. 6. in verbo, ciuilis. Item facit, quia idem verbum, ad diuersas personas relatum, potest quandoque diuersimode intelligi. capitu. cum dilectus. & ibi Abba. in sexto notabi. supra eod. glos. in l. tertia. ff. de offic. procons. & lega. Item facit, quia vnum & idem diuerso respectu potest esse consuetudo, & etiam præscriptio, vt inquit Ioan. Andr. in capitu. 3. de consuet. libro sexto. & Abb. infra columna penultima. Nono ad
39 uertendum † est, quia licet consuetudo irrationabilis, & inhonesta non teneat, tamen consuetudo ipsa tolerari potest, quando immineret scandalum. ita Ioan. Andr. post Ioan. Mona. in capitu. 2. de præben. lib. 6. & firmat Card. Floren. in consilio suo 57. incip. pro magnifico Domino Comite facit text. & quæ ibi plene congerit Felinus post alios, in capitulo nihil cum scandalo. infra de prescriptio. Decimo aduerten-
40 dum † est, quod consuetudo debet esse rationabilis, etiam quod sciente Principe inducatur, alias non valet. ita Abbas infra in uersiculo quinto requiritur. in fi. & hoc est utile, quia aliud est in lege, quę a Principe emanat. quia lex Princi

Source : BIU Cujas

pis licet deberet fieri cum ratione, tamen si facta esset sine ratione, non esset disputandum de eius validitate. cap. erit autem lex in fi. 4. distin. facit l. prospexit. ff. qui & a quibus. & tex. in c. in memoriã. in princip. 19. dist. An atũ allegans cõsuetudinem, debeat probare, quod sit rationabilis, vide quæ dicam infra, extra glos. in octaua conclusione, in prima li-
41 mitatione. Vltimo aduertendum † est, quia aliqui tenent, quod licet ϙsuetudo, quæ est cõtra ius Canonicum, debeat esse rationabilis, tamen secus in consuetudiue, quæ ex contra ius ciuile. ita sentit Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de instru. edi. §. compendiose. versi. sed nunquid. & Imola hic, quos refert & sequiter Domi. Petr. Philippus Corneus in cõsilio suo 293. incipiẽ. circa supradictam consultationem. colum. 2. in fi. in 1. volu. & de hoc videtur esse glo. in l. domini prædiorum. C. de agrico. & censi. lib. 11. Idem præsupponit Areti. alias authoritates allegans, in consi. suo 44. incipien. in proposita consultatione. & clarius in consilio. sequenti, vbi præsupponit valere consuetudinem, quod credatur libris mercatorum in omni causa, & tamen secundum eum ideſt irrationabile. de quo tamen vide, quę supra dixi in textualibus, notabili tertio, & supra in 7. aduertendo. Sed differentia prædicta, inter ius canonicum & ciuile, videtur contra mentem aliorum Doctorum, indistincte loquentium & hic & in alijs locis, vbi hæc materia tangitur. Et idem videtur præsupponere Abb. in consi. 3. in 22. q & in consi. 7. inci. tria. circa primum dubium. col. pen. in 2. vol. Et confundi videtur ista differentia per text. istum, qui clare loquitur, & requirit consuetudinem esse rationabilem. & ex eo, quod hoc est clare decisum de iure canonico, nec reperitur ius ciuile in contrarium, seruandum erit ius canonicum in vtoq; foro c. 1. & ibi not. de no, ope. nun. Sed tenendo opi. prædictorum Doctorum, possemus dicere, ϙ de iure ciuili alia opinio clare probatur in l. quod non ratione. ff. de legibus. vbi dicitur, quod consuetudo, quæ non est cum ratione, tenet, licet non extendatur. & patet in exẽplo glo. ibi. Dicit tamẽ Card. Flo. hic q. 32 circa medium, quod ille tex. intelligitur de cõsuetudine cõtra rationem, ita tamen, ϙ non inducatur peccatum, & sic intelligitur in ratione iuris positiui, vt declarabo infra in tertio requisito consuetudinis. Et hac declaratione attenta, uidetur corruere differentia prædicta, quia ẽt de iure canonico consuetudo ϗ rationem iuris positiui, ex qua peccatum non inducitur, valet, vt probatur in isto text. Sed adhuc considera, quia irrationabilitas cõsuetudinis vĩ considerari per Doctores hic alio respectu, quã respectu peccati vt dixi supra in principio huius glo. & tamen dicunt, ϙ stante tali irrationabilitate, non tenet. Conclusiue, dicta differẽtia mihi non placet, unde teneo, quod etiam in foro ciuili, seu in consuetudine contra ius ciuile, idem sit, quod in consuetudine contra ius canonicum, scilicet, et non valeat, si sit irrationabilis, per istum tex. qui clare loquitur, & propterea etiam in foro Ciuili seruandus est, vt prædixi. Nec obstat text. in d. l. quod non ratione. quia ille text. intelligitur in cõsuetudine contra rationem, id est, contra legẽ. uel intelligitur de ratione iuris positiui, ut supra dixi, & declarabo infra in glo. fi. in tertio requisito consuetudinis. Sed quando consuetudo esset contra rationem naturalem, vel alias irrationabilis esset, secundum arbitrium boni uiri, ut declaraui in principio huius glo. absurdum esset dicere, quod valeret, ẽt de iure ciuili. Et hoc comprobo ex text. non extorquendo literam, in l. 2. C. quæ sit longa consuetu. vbi dicitur, quod cõsuetudo licet sit authoritatis non vilis, tamen non uincit rationem. Item comprobo, quia statutum irrationabile, etiam de iure ciuili non tenet, vt tradit Barto. in l omnes populi. in 3. quæstio. principali, versi. tertio iuxta prædicta. ff. de iustit. & iure & Abbas & posteriores, in capitu. cum omnes. supra de constitu. Tertio comprobo argu. text. in c. erit autem lex 4. dist. vbi dicitur, quod lex debet esse rationabilis & honesta, ergo eadem ratione idem erit in consuetudine. Vltimo facit vna conclusio, quã infra extra glo. formabo pòst Abb. quæ conclusio habet, ϙ consuetudo contra ius naturale nõ tenet, ergo non tenebit contra rationem naturalem. & illa conclusio loquitur indistincte.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo debet esse præscripta, ad hoc, vt valeat. Et quando dicatur præscripta, & nu. 5. vbi id limitatur.*
2 *Mos vel vsus, consuetudo est nondum inducta.*
3 *Iura canonica cur vtantur verbo, præscripta, in consuetudine, iura autem ciuilia non itidem.*
4 *Consuetudo legitime præscripta, quot annos requirat.*
6 *Consuetudinis appellatione, venit & intelligitur præscripta.*
7 *Laicis quare concessum sit statuere contra leges imperatoris, ecclesiasticis autem personis contra canones minus.*
8 *Laici cur statuere possint contra canones, & non clerici.*
9 *Clericorum consuetudo contra ipsos canones, cur valeat, non item stat.*
10 *Clerici cur possint statuere, non tamen contra canones.*
11 *Stat. contra canones an possit edere quisquam inferior a Papa. & num. 12. 14. 16. 18. 19. 20. 21. 22. 23. & 24.*
13 *Clerici duob. casib. statuere possunt contra ius.*
15 *Stat. irrationabile, est nullum.*
17 *Res vbi ad suam naturam reuertatur.*
25 *Tempus decem annorum ad inducendam consuetudinem requiritur. Limit. nu. 27. per discursum.*
26 *Præscriptioni inducendæ cur requirantur viginti anni inter absentes, decem inter præsentes, cum in consuetudine inducenda vniformiter decem anni sufficiant.*
28 *Consuetudo, quæ est præter ius, inducitur tempore decem annorum. Limita. num. 32. 34.*
29 *Consuetudo optandi præbendas in ecclesia, inducitur per decem annos, & numero 36.*
Et quid de oblationibus fiendis. nu. 30.
31 *Consuetudo præter ius, non interpretatiua, sed inductiua. requirit temporis cursum, non contenta ipsis actibus.*
33 *Consuetudo si detrahat iuri clericorum, an & quanto tempore inducatur.*
35 *Consuetudo contra ius, de iure canonico requirit tempus quadraginta annorum. Limit. nu. 37. 38. 39. 40. 41. 42. & 44.*
43 *Consuetudine an possit induci, vt nulla consuetudo introducatur, nisi spatio quadraginta annorum.*

Sectio. III.

Glos. finalis magna diuiditur in duas partes, vt ẽt diuidit Abbas. in prima enumerat requisita ad consuedinem inducendã. In secunda ponit multas differentias inter consuetudinem & præscriptionem. Secunda est ibi, sed quam differentiam. circa primam partem glo. collige ex ea tres conclusiones, ad quas poterit ista glo. allegari. Prima conclusio est, quod plura requiruntur ad cõsuetudinem inducendam, de quib. videbimus infra ordinatim. Et ista requisita etiam refert glo. in capit. frustra 8. dist. Secunda conclusio est, quod consuetudo debet probari, de quo etiam infra videbimus Tertia cũclusio est, quod difficilis est probatio consuetudinis, immo dicit Hos. quem refert Io. And. hic col. 6. ϙ est quasi impossibilis tñ de modo eam probandi infra videbimus extra glo. Circa primam conclusionẽ discutienda sunt requisita consuetudinis. Primum est consuetudinis. requisitum, quod consuetudo debet esse rationabilis, ut in textu nostro dicitur. Sed circa hoc requisitũ aliter non insisto, quia in præcedenti gl. ubi bene etiam ca-
1 debat fuit expeditum & declaratum. † Secundum requisitũ est, quod consuetudo debet esse prescripta, ad hoc, ut ualeat ut in isto tex. dicitur. concor. tex. in c. cumana, & ibi Abb. in 9. col. infra de elect. & in c. non est de consuet. libro 6. & in c. cum de beneficio de brẽben. eod. lib. Et dicit Bal. in l. de quibus columna secunda, ff. de legibus quod consuetudo similis est homini, qui non perficitur, nisi temporis cursu. Et quando dicitur præscripta, declarat Abb. hic, dicens, quod consuetudo dicitur prescripta, quando est obtenta per cursum temporis requisiti ad prescriptionem. Sed aduerte, quia postea dicit unum, quod repugnat huic doctrinæ suæ, dum dicit, quod ius ciuile nunquam requirit consuetudinem esse præscriptam, Nam de iure ciuili etiam tempus ad inducendam consuetudo requiritur, ut in titulo C. quæ sit longa consuetudo per totum, & infra dicetur post Abbatem. Ergo predicta doctrina non uidetur bona. Bar. in repetitio. dictę l. de quibus in secunda, quęstio. principali, uersiculo, iuxta predicta dicit, quod consuetudo dicitur præscripta, non obstante fundamento Petr. & Cyn. ibi, quod hic Abbas refert. Dicebant enim prefati Doctores, quod consuetudo non potest dici prescripta, quia prescriptio concernit ius formatum, ut dominium. Sed consuetudo, est ius disponens, ergo non potest dici præscripta uel dispositа. Sed dicit Bar. quod consuetudo ideo dicitur præscripta., quia inducit ius ad similitudinem prescriptionis seruitutis, quę inducit illud ius, quod prius formatum non erat. Qua doctrina attenta, presupponit Bar. quod ita de iure ciuili, sicut canonico, consuetudo debeat esse prescripta. Et cum Bar. transeunt ibi communiter alij, & in specie communis præceptor ibi colum. 10. reprobando Angel. qui ibi dicebat, quod de iure ciuili non requiritur. quod consuetudo sit præscripta. Idem præsupponit Bal. ibi in repet. col. 2. dicens, ϙ cõsuetudo dr̃ præscripta, i. roborata ad similitudinem præscriptionis, & dicit Dom. Ant. hic in repet. col. 25. quod ideo sic dicitur. quia inducit effectum præscriptionis. Idem in effectu dicit Card. Alexand. in c. frustra. 2. colum. 8. dist Et nota, quod idem uidetur dicere consuetudo præscripta, quod consuetudo inducta. glo. est in l. nemo. §. temporaria. ff. de reg iur. Sed tu considera, quod immo verissimum est, quod iura ciuilia loquentia de consuetudine non requirunt eam esse prescriptam, prout faciunt iura canonica, & hoc videri potest ex lectura legũ de hac materia loquentium. Item cõsidera, quod

atten-

Source : BIU Cujas

attenta dicta doctrina Bart. potius deberet dici consuetudo præscribens, quam præscripta. Vnde pro resolutione huius
2 †difficultatis dicas, quod consuetudo præscripta dicitur, ad differentiam consuetudinis nondum inductæ, quæ mos vel vsus appellatur, & sic dicitur ad differentiam consuetudinis facti, de qua supra in rubrica fecimus mentionem, ita dicit Ioan. de Imol. post Cardin. Flor. in c. ex parte Astensis, col. penul. de consuet. præbend. idem Car. hic quæst. 9. in fin. & idem est dicere, cõsuetudo debet esse præscripta, quod dicere, consuetudo requirit diuturnitatem temporis, vt dicit hic Car. Flo. quæst. 30. & hoc est, quod voluit dicere Bal. in d. l. de quibus & Abb. hic, & dicit Barb. hic col. 22. quod licet iura ciuilia loquentia de consuetudine, non vtantur illo modo dicẽdi, scilicet quod consuetudo debeat esse præscripta, tñ vtuntur simili modo, vt in l. diuturna, & in l. sed ea, quæ in verb. per plurimos annos obseruata sunt, & in l. si de interpretatione, in verb. in huiusmodi casibus vsa sit, & in l. de quibus. in verbo, inueterata. ff. de legi. & in l. fin. in verb. antiquitus probata & tenaciter obseruata, & in l. 2. in verb. vsus longæ ui. & in l. 1. in verb. longa consuetudine. C. quæ sit longa con
3 suetudo. Et si quæras, quare iura canonica† vrantur hoc termino, præscripta, & non sic iura ciuilia, Abb. hic respondet, vt per eum. Sed hanc responsionem prius dedit Domin. Anton. hic in lectura col. 4. plenius loquens, & in repe. col. 18. & sequenti. Dicunt enim in effectu præfati Doctor. quod de iure canonico consuetudo dicitur præscripta, quia quasi præscribitur contra iura superioris per consuetudinem, quæ iura non possunt directo tolli per clericos, c. quod super his, de maio. & obe. cum similib. sed laici possunt directo tollere leges superiorum, vel principis, ex potestate eis data ab ipso Prindipe, per l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. vnde si inducunt consuetudinem contra legem, non est opus, quod præscribant contra ipsam legem, quia illam possunt directo tollere per statutum, ideo de iure ciuili non dicimus consuetudinem esse præscriptam, quæ ratio est colorata. & hanc rationem etiam in effectu tradit Barbati. hic col. 22. tacita authoritate Dom. Anton. & Abb. licet per alia verba loquatur. Sed pro certo attenta ista ratione, deberet potius appellari consuetudo præscribens, quam præscripta, attamen quia cõpilatores canonum hoc modo loquendi vsi sunt, non possumus refragari, & licet iura ciuilia non appellent consuetudinem præscriptam, tamen canonibus non contradicunt, & propterea Doctores iurir ciuilis, plerunque vtuntur eodem modo loquendi, ita loquitur gl. in d. l. nemo. §. temporaria. ff. de reg. iur. & alij Doct. supra relati, & Bald. in l. fin. C. quæ sit longa consuet. & in c. 1. de cog. feud. in principio. Nota ta-
4 men vnum, quod vbicunque† ius facit mentionem de consuetudine legitime prærcripta, propter istam adiectionem, requiritur, quod sit quadragenaria, licet non sit contra ius, text. est iuncta glo in c. cum de beneficio, de præb. li. 6. idem glos. in c. fi. de consuetud. eodem lib. & ibi Ioan. And. in nouella & Card. Alexand, in c. mos est. 1. dist. Requiritur ergo.
5 †vt dictum est, quod consuetudo sit præscripta, ad hoc, vt valeat. Limita tamen, vt hoc non procedat in more vel vsu, quia in his casibus, in quibus ipse mos vel vsus attenditur. sufficiunt aliqui actus sine temporis cursu, ita Dom. Anton. hic pulchre in repeti. versic. visa materia col. 22. post Nicol. Matarel. in d. l. de quibus, facit, text. in l. vel vniuersorum. ff. de pig. act. & in l. Titianus. ff. quod cum eo. Secundo limita, vt non procedat in obseruantia vnius curiæ, vel stylo, vel in consuetudine interpretatiua, vt dicit Dom. Anton. hic in d. versic. visa materia, & Alex in consi. 107. incipien. pro inuestigatione, col. fin. in 2. volum. & idem sentit in consil. 36. in fin. co. vol. incip. viso themate, & dixi in rubri. supra eod. & bene probatur in isto text. qui requrit consuetudinem esse præscriptam, quando est contra ius, & idem vult Abb. hic clare. sed quia Abb. loquitur in omni consuetudine, quę nõ est contra ius. id non affirmo, nisi in consuetudine interpretatiua, quia alia, quæ est præter ius, requirit decem annos, ut
6 dicetur infra. An autem appellatione† consuetudinis, intelligatur de præscripta? vide Abb. pulchre in c. cumana. in 9. notab. de elect. post Ioan. And. & Dom. Ant. & Domin. Alexand. qui alia allegat, iu dicta l. de quibus, in princip. in apostilis ad Bartol. & concludunt præfati. Doctor. quod sic, per tex. in dicto capit. cumana, nec alibi ita bene probatur, vt inquit Ioan. And. ibi. Et dicit Bald. in cap. primo. de feu. cogni. quod cõsuetudo, ante, quam sit præscripta, non dicitur consuetudo, sed voluntas inducendi consuetudinem, & dicit Bald. in dicto capit. cumana, quod non dicitur perpetua & vera consuetudo, nisi sit præscripta. Hoc tamen non procederet, quando hoc verbum esset prolatum in materia larga, puta, in libello, quia si quis dicat, quod consueuit eligere, sufficit quod probet, quod aliquando elegit, & sic tunc intelligitur de consuetudine, etiam non præscripta. ca. querelam. de elect. per quem text. ita dicunt Domi. Anto. & Abb. in d. cap. Cuma. dicunt tamen Do. Ant. & Abb. ibi, quod vbi ad fundandam intentionem libellantis, requireretur consuetudo præscripta, quod tunc de tali intelligeretur libellus, p l. si quis intentione ambigua. ff. de iud. Vlterius circa istud secundum requisitum, in quo dictum est, quod dicitur consuetudo præscripta ea ratione, quia clerici inducendo consuetudinem contra Canones, quasi præscribunt contra ipsos Canones, quærit Panor. de pluribus. Et primo quærit de ratione, quare per clericos posset induci consuetudo contra Canones, & non sic posset fieri statutum contra ipsos Cano
7 nes. Et dicit hoc videri mirabile. Item quærit, quare † personis secularibus fuerit concessum, ut possint statuere contra leges Imperatoris, & non sic fuit concessum viris ecclesiasticis statuere contra Canones, Et incipio ab hoc vltimo, ut sequar ordinem Abb. Dicit Abbas, eam rationem esse, ut ideo laicis sit indultum, ut possint statuere contra leges Imperatorum, & non clericis contra Canones, quia ius Ciuile finaliter tendit in bonum publicum, & utilitatem priuatorum, ius vero Canonicum tendit dirigere hominem in Deum. & licet nihil alleget ad hoc, poterat allegare glos. in capitu. cum contingat. de iureiurando. Laici igitur possunt statuere contra leges, quia id eis Imperatores concesserunt, attento, quod leges Ciuiles continent ipsorum laicorum vtilitatem, & vtilitati ac fauori suo quisque renuntiare potest capitu. ad apostolicam. de regular. l. si quis in conscriben do. C. de pact. & in capitu. primo de renun. lib. sexto. vbi dicitur, quod etiam Papatui posset Papa renunciare. Sed clericis id non est indultum contra Canones, quia statuta contra ipsos Canones, repugnarẽt fini æterno, & bono animæ. Istam rationem refert & sequitur communis præreptor in l. omnes populi. columna secunda. ff. de iustit. & iur. & Dom. Pet. Philippus Corneus. in consilio suo 155. incipien. ex quo statutum columna penultima. in quarto uolumi. Reperio tamen, quod Felin. eam improbat in capitu. quod super his colum. secunda de maio. & obedien. & Cardi. Alexand. in cap. frustra. colum. 3. in princip. 8. distin. & mouentur tali fundamento. Nam multa sunt iura Canonica, quæ non tendunt dirigere animas in Deum, ut sunt Canones iudiciales, & plerique alij, contra quos, attenta dicta ratione, possent clerici statuere, & tamen id iure cautum non reperitur. Secundo, quod dicta ratio non sit bona, probo, quia ea attenta, etiam Papa non potest contra Canones, quia nihil potest contra finem æternum. c. sunt quidam 25. q. 1. Item probo alio fundamento. nam laici possunt statuere nedum contra leges, sed etiam contra Canones, quando eorum statuta non sunt peccati nutritiua. tex. est, quem ibi ad hoc ponderant Gemin. & Felin. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. supra de consti. & hoc etiã dicit Abb. in c. quod clericis. ad fi. infra de foro compe. per tex. in cap. venientes. infra de iureiur. & per alia, & idem firmat communis præceptor Do Iason in d. l. omnes populi. & Doct. in alijs locis, ut plene tradit Felin. in d. c. ecclesia. col. 3. & Do. Pet. Philip. Corneus in consi. 293. incip. circa supradictam consultationem. col. 3. in 1. uolu. & licet ipse loquatur, quando laici statuunt contra Canones in terris ecclesię, tamen alij Docto. loquuntur indistincte. ergo non est uerum, quod clerici prohibeantur statuere contra canones ex ratione supra dicta, quia ea attenta, etiam laici non possent. Vnde dicas, quod melior ratio assignatur per Cardi. Flor. in d. c. quia frustra. ex mente Domi. Anto. in repet. cap. cum M. Ferrarien sis. in princip, supra de consti. & sentit Feli. in d. c. quod super his. scilicet, quod immo laicis fuit concessum statuere contra leges, quia Imperator accepit potestatem a populo, §. sed quod principi. inst. de iure natu. ideo ad antidora cõcessit potestatem populo statuendi contra legem. Sed ptãs ista non fuit concessa clericis a Papa, quia nõ habuit potestatẽ a clero, sed a Deo. c. quodcunque 24. q. 1. Aliquas alias rationes refert Barba. hic col. 24. sed quia præcedẽs melior mihi videtur, illas non refero. Et si dicas, quare laici possunt sta
8 tuere† contra canones, & non clerici. Respondeo, ut per Abbar. in d. cap. quod clericis. ad fin. scilicet, ꝙ ideo laici id possunt, quia leges eis permittunt statuere cõtra ius, ut in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. nec in hoc canones contradicunt, ergo leges ciuiles obseruabuntur. argu. capitu. penult. infra de no. ope. nunci. Nec obstant canones dicentes, non ualere statuta contra canones, quia loquuntur de statutis edendis a clericis, & concernentibus statum clericalem, Secus vero in concernentibus ipsos laicos, quæ non sunt con-
9 tra bonos mores, nec peccati nutritiua. Quare† autem valeat consuetudo clericorum contra ipsos canones & non statutũ? Dicit Abb. hic eam esse raonem, qa cõsuetudo insurgit ex tacito cõsensu, & nõ p̃sumit̃ tanta ambitio in inducẽdo ipsam ꝑsuetudinẽ, prout in facientibus statutũ ꝙ canones. Item, esset timor scandali, si cõsuetudo improbaretur, q̃

Source : BIU Cujas

habet tacitum' conſenſum longo tempore continuatum ideo Canones permiſerunt conſuetudinem induci per clericos, ut in iſto tex. Hanc rationem clarius tradit Gemi. hic, vt refert Feli. in d. cap. ꝙ ſuper his. qui etiam hanc rationem
10 ſequitur. Quare autem † clerici poſſint ſtatuere ꝫ cõſuetudines, vt in c. cum omnes. cum ſimilibus, ſupra de conſti. & tamen non poſſunt ſtatuere contra Canones, cum tamen cõſuetudo habeat vim legis & Canonis. c. cõſuetudo. 1. diſt. Dicas, quod ratio eſt, quia in tollenda conſuetudine non fit cõtra legem ſuperioriis, & ſic ceſſat ratio fundata in Cle. ne Romani. cum ſimili. de elect. Sed ſtatuendo contra Canones, fit contra legem ſuperioris. igitur &c. Iſta ratio eſt etiam de mẽte Gemin. in capitu. in his 11. diſtin. & eam ſequitur Felin. in d. c. quod ſuper his. colum. 4. verſi. fallit ſexto. infra de maio. obed. & mihi etiam placet. Vel aliter dici poteſt, quod ratio eſt, quia conſuetudo vt plurimum eſt contra ius, & propterea ſtatutum contra cõſuetudinem reducit nos ad ius commune. igitur valet, quia res de facili reuertitur ad naturam ſuam. capitu. ab exordio 35. diſtin. cum ſimilibus, vt congerit Feli. in c. cum comnes. & in c. cum acceſſiſſent. ſupra de
11 conſtit. Secundo quæritur † circa prædictum requiſitum ſecundum, ſequendo ordinem Abb. an in aliquo caſu poſſit fieri ſtatutum contra Canones per inferiores a Papa. Reſpondet Abbas, quod ſic, ponendo vnum caſum, ſed multi ſunt alij caſus, quos refert Feli. in c. ꝙ ſuper his. infra de maio. & obed. & ego plenius attingam. Primus igitur eſt caſus,
12 quem Abb. refert, qui notabilior videtur, videlicet, † ut tunc poſſit fieri ſtatutum cõtra Canones per epiſcopum uel alios inferiores, quando ſtatutum fieret ex cauſa urgenti, uerisimiliter non cogitata per Canonem. allegat Bald. & non dicit in quo loco debuit allegare in l. omnes populi. col. 6. ff. de iuſtit. & iur. & in repeti. l. ſecunda verſi. venio ad ſecundum. ff. de iureiu. per tex in l. ſi hominem. ff. mand. Hanc tamen deciſionem Bald. impugnat Barb. hic colum. 25. ex aliquib. rationibus, & maxime, quia tex. in d. l. ſi hominem. loquitur in eo, qui habebat ſaltem generale mandatum, ſed epiſcopus faciens ſtatutum contra canones, nullum habet mandatum Sed poteſt dici, ꝙ immo, ex quo eſt ordinarius, & habet ordinariam iuriſdictionem a lege, ca. 1. de offic. ordi. dicitur habere mandatum generale ad facienda ea, quæ veriſimiliter lex ſibi in ſpecie commiſiſſet, ſi ea cogitaſſet. arg. d. l. ſi hominem. Et præmiſſam deciſionem & caſum ſupra ſcriptum etiam refert & ſequitur Feli. in ca. ꝙ ſuper his. in 1. fallentia, infra de ma. & obe. vbi alias authoritates adducit, ut in c. 1. col. 14. verſi. fallit ſeptimo. ſupra de conſtit. poſt Inn. vbi pulchre ornat tex. in d. l. ſi hominem. referendo infinitas deciſiones ſimiles, quæ fiunt per illũ tex. in diuerſis locis. plures etiam congerit Barb. ibi & in rub. C. qui admitti. & in conſi. ſuo 1. col. 16. & ſequenti, in 3. vol. & communis præceptor. in l. 1. C. de precib Impe. offe. & in l. oẽs populi col. 3. ff. de iuſti & iu. & inter cæteras vnam pulchram tradit gl. in c. latorem. 33. q. 2. dicens, ꝙ epiſcopus poteſt ex cauſa vrgenti relaxare pœnitentiam, quam Papa alicui impoſuit. & dicit pulchra glo. in c. menſuram. de penit. diſt. 1. in uerb. doloris, ꝙ ſacerdos ex magno dolore & contritione hominis poteſt illum abſoluere abſq; aliqua ſatisfactione exteriori, & ſic abſque aliqua pœnitentia. & dicit Bald. ad propoſitum in d. rubrica, C. qui admitti. in princip. quod Poteſtas ex cauſa põt dare licentiam portandi arma contra ſtatutum, uel proclama. Item comprobatur præmiſſa concluſio per illud, quod dicit Fran. de Crema in ſingu. ſuo 150. incip. mandatum fuit. ubi dicit, quod ſi mandatum ſit capitaneo, ut non prælietur cum hoſtibus, ſi contra faciat, licet vincat, debet decapitari. l. 3. §. in bello. ff. de re milita. Tamen hoc non procedit, ſecũdum eum, ſi noua cauſa ſuperueniſſet, uel antiqua detecta fuiſſet, quam Princeps ignorabat. & allegat tex. in d. l. ſi ho-
13 minem. Limita tamen dictam † concluſionem & caſum præmiſſum duobus modis. Et primo, vt procedat, quando ſuperior conſuli non poſſet, alias eſſet conſulendus. ita Roma. in l. ſi uero. §. de uiro. ff. ſolu. matri. per text. in l. diuus. la vlti. ff. de falſis. & idem in ſimili dicit Abb. in capit. dilecti. el 2. colum. ſecunda infra de appell. & ſequuntur Barba. & Fel. in d, cap. quod ſuper his. in 1. fallentia. & idem firmãt nouiores in capitu. at ſi clerici. §. de adulterijs. colum. 8. de iudi. Secundo limita, vt procedat dicta concluſio & caſus præmiſſus, dummodo in ſtatuto contra Canones exprimatur cauſa, propter quam ipſum ſtatutum conditur, alias ſtatutum non ualeret. Ita limitat Domi. Felin. in dicto captu. 1. in ſeptima fallentia, in fin. de conſtitu. & fundatur hęc limitatio in una notabili concluſione Doctorum, quæ habet, quod vbi aliquid fit contra regulas iuris ex cauſa, illa cauſa eſt exprimenda. ita Innocen. in cap prętera in fine, infra de dilatio. Roma in conſi. 483. incipien. dubitatur primo. col. penul. ad fin. vbi alia ad hoc allegat, & tradunt nouiores in capi. conſuluit. el 1. de appellat. Eſt etiam doctrina Barto. in l. Lucius, in fi. ff. de his, qui notan infam. vbi conſulit, quod iudex, qui non vult adhibere fidem teſtibus, debet cauſam exprimere, & ſequitur Felin. alia adducens, in c. paſtoralis. §. quia vero, col. fin. infra de offi. delega. & Barb. plene conſil. 75. incip. ſapienter ſcribitur, in 2. colum. in 4. volum. & Peruſius in cap. dilecto. quæſtio. 55. infra. de appell. & agnatus meus & præceptor Dom. Franc. Curtius antiquior, in tractatu de teſtibus. concluſione 20. & concluſione 50. Et per hoc ſit expeditus primus caſus, in quo poſſunt clerici ſtatuere contra ius. Se-
14 cundus eſt caſus, † quando epiſcopus ſtatueret contra canones reſpectu iuris quærendi ipſi epiſcopo vel eccleſię, vt in c. cum dilectus ſupra eodem & ibi colligit Abb. in 5. notabili, exemplum, ius confirmandi prælatum in eccleſia ſubiecta epiſcopo, ad ipſum epiſcopum ſpectat, tanquam ad ſuperiorem, cap. 3. & c. ſuffraganeis, cum ſimilib. infra de electio. tamen in fundatione eccleſiæ poſſet fieri ſtatutum per epiſcopum, quod ius confirmandi prelatum in illa eccleſia, ad illum ſpectet, ad quem de iure non ſpectabat, vt probatur in d. c. cum dilectus, & hunc caſum comprobat D. Fel. in d. c. ꝙ ſuper his. per gl. in § ex his 16. q. 6. & per deciſionem Fed. de Senis in conſi. ſuo 9. & per alias deciſiones. in qb. cauetur, quod prælatus põt præiudicare eccleſiæ, in quærendis, non aũt in quæſitis, quam doctrinam etiam tradit Abb. in conſilio ſuo 31. incipien. in ciuitate Meſſana. in princip. vbi dicit, quod epiſcopus poteſt remittere quartam ei debitam, & nondum datam, & ſucceſſor talem remiſſionem non poteſt reuocare, ſecus, ſi ipſa quarta iam data eſſet & ſimiles deciſiones tradit Felin. in cap. quæ in eccleſiarum. col. 17. ſupra de conſtit. & Barb. in c. vt ſuper, de rebus eccleſiæ non alien. & plenius in rub. eodem tit. in ſecundo dubio, in 8. colum. Sed tu circa iſtum † aduerte, quia non videtur verum, quod poſſit epi-
15 ſcopus facere ſtatutum generale, per quod præiudicetur iuri quærendo eccleſiæ, puta ſi vellet facere ſtatutum, ꝙ ius confirmandi electos in eccleſijs de nouo conſtruendis ſpectaret ad alium prælatum, tale enim ſtatutum irrationabile eſſet & propterea non valeret. c. erit autem lex 4. diſt. facit tex. in hoc c. fin. & dicit Barto. in l. omnes populi. in quarta quæſtione princip. in verſi tertio iuxta prædicta. ff. de iuſti. & iu. quòd ſtatutum irrationabile, eſt nullum ipſo iure. idẽ firmant Abb. & moderni in c. cum omnes, ſupra de conſtit. in notabilib. & Paul. de Caſtr. in conſil. 418. incip. quod iſta mater, in 3 colum. in noua impreſſione antiquorum, vbi dicit, quod non valeret ſtatutum præferẽs in ſucceſſione unũ agnatũ alteri proximiori, ex eo quod eſſet irrationabile, & hoc idem dicere poſſumus in cõſuetudine, eadem ratione. Et tenendo, quod prædixi, prout arbitror tenendum eſſe, non obſtat textus in d. c. cum dilectus, quia ibi ſtatutum ualuit diſponens, quod ius confirmandi ad alium prælatum ſpectaret, earõn e ſcilicet, quia patronus id petijt tẽpore fundationis ab epiſcopo, & vbi epiſcopus non aſſenſiſſet, forte ille non fundaſſet eccleſiam, quæ ratio ceſſat in ſtatuto generali, ſupra relato. Non obſtant etiam deciſiones ſupra adductæ in quibus dicitur, quod prælatus poteſt præiudicare eccleſiæ in quærendis, quia illę deciſiones loquuntur in actibus particularibus, in quibus nulla fit prohibitio a iure, & in quibus etia poſſunt prælati deſiſtere a tali præiudicio, nos vero loquimur, in quo prælatus ederet ſtatutum generale ad finem præiudicandi iuri quærendo, tunc enim, vt prædixi, id facere non poſſet, quia ſtatuta debent eſſet rationabilia. d. c. erit autem lex. 4. diſtinct. Et pro hac ſolut. facit, quod refert Alexand. in l. ſi quis in poſterum. C. de bon. lib. vbi tradit, ꝙ licet iuri reuerentiali in genere non poſſit renunciari, vt per Bald. ibi, tamen in ſpecie ſic, per adducta per eum. Tertius
16 eſt caſus, in quo valeret ſtatutum inferiorum contra canones, ſcilicet, quando clerici ſtatuentes contra canones reducerent rem ad terminos iuris communis antiqui, quia tunc valeret ſtatutũ. Ratio eſt, quia res de facili reuertitur ad naturam ſuam. c. ab exordio. 35. diſt. l. ſi vnus. §. pactus. verſicu. quod in ſpecie. ff. de pactis, per quam doctrinam infinitas deciſiones congerit Felin. in cap. cum acceſſiſſent. colum. 3. ſupra de conſtitut. & in c cum omnes, eodem tit. Et colligitur præmiſſus caſus ex doctrina Bart. in d. l. omnes populi. in 3. quæſtio. principali, verſic. iuxta prædicta quæro, & proſequitur Domin. Maria. Socin. in repet. cap. qualiter el 2. quæſtione prima, articulo ſexto infra de accuſa. idem firmat Dom. Felin. in dicto capi. cum acceſſiſſent. colum. tertia, verſiculo hanc declarationem, vbi concludit, quod canonici poſſunt ſtatutum condere, per quod tollatur aliud ſtatutum ẽt cõfirmatum per ſuperiorem, confirmatione neceſſaria, quando, ſublato tali ſtatuto, res reducitur ad ius commune, allegat Bart. in d. l. omnes populi. col. 3. & alia, de quibus per eum, fatetur tamen Fel. quod aliud eſſet, quando canonici non ſolum tollerent ſtatutũ prædictum, ſed etiam aliter ſtatuerẽt,

non

Source : BIU Cujas

non reducendo rem ad terminos iuris cõmunis, vt per eũ. contrariam tamen opinionem, firmat Felin. ipſe in dicto c. quod ſuper his. verſi. fallit tertio,& concludit, quod ſtatutũ, fieri non poterit per clericos contra Canones, licet res reducatur ad ius commune antiquum.& mouetur quia illud ius commune antiquum per Canonem ſequentem fuit correctum ergo ſtatutum contra ipſum Canonem, diceretur contra ius commune, & ſic non valeret. per text. in dicto capitulo quod ſuper his. Item mouetur, quia attenta alia opinione ſequeretur, quod epiſcopus, vel alii inferiores a Papa, poſſent tollere diſpoſitionem capituli non debet. de conſan. & affi. reducendo conſanguinitatem, per quam matrimoniũ prohibetur, ad ſeptimum gradum, iuxta Canones antiquos, qđ nemo concederet. Eandem opinionem tenent nouiores in dicto capitulo cum acceſſiſſent tacita authoritate Felin. in loco præallegato, & idem conſueui ibi tenere. Nec obſtat deciſio. Bar. in dicta l. omnes populi. quia reſpondeo, vt reſpondet. Abbas in dicto capitulo cum acceſſiſſent. in quint. notabili, quod Bart. loquitur, quando ſtatutum confirmatum quod tollebatur per aliud ſtatutum, concernebat ipſorum ſtatuentium fauorem, nimirum ſi ipſum ſtatutum contrarium valet. Sed quando ſtatutum confirmatum per ſuperiorem concernit fauorem publicum vel eccleſiæ, ſecus, eſt, tunc enim ſtatutum non ualet, tanquam ſit contra ius ſuperioris inductum ex confirmatione prædicta. Cle. ne Romani. de elect. & ex prædictis uerbis Abb. apparet, quod ipſe ſimiliter tenet opinionem contra caſum prædictum. non
17 obſtat etiam, †dum dicebatur, quod res de facili reuertitur ad naturam ſuam, quia illud nõ põt verificari nec procede re in caſu, in quo gerens actum non habet poteſtatem reducendi rem ad naturam ſuam, quia ceſſante poteſtate, ceſſat actus. l. quarta. ff. de acquiren. hæred. capitulo. cum ſuper abbatia. in fine. infra de offici. delegat. Quia ergo ſtatutum contra ius per clericos fieri non poteſt, certe per ipſum ſtatutum nullum nihil inducitur quia quod nullum eſt nullum producit effectum, l. non dubium. in fi. C. de legibus. l. eius, qui in prouincia. in fine. ff. ſi certum petatur. & gloſ. in l. ſi pater. C. ne de ſtat. defunctorum. cum ſimilibus. Quartus †eſt
18 caſus, quando epiſcopus vel alii inferiores ſtatuerent contra Canones, & illud ſtatutum a ſubditis acceptaretur, quia tunc ſubditi dicuntur potius ligari ex ſua libera voluntate, quam conſtitutione epiſcopi. ita Archid. in capitulo. certe, 12. quæſtio prima. de qua deciſione facit feſtum Gemin. in capitulo placuit colum. quinta 32. diſtin. dicens eſſe menti perpetuo tenendam. idem Gemin. in ſumma 18. diſtin. col. ſecunda. proinde dicunt prefati Doct. quod epiſcopus cum conſenſu cleri, poteſt facere ſtatutum, quod decætero nullus ordinetur in acolythum, niſi propriis bonis renunciet, & caſtitatem promittat. Sed tu circa iſtum caſum aduerte, quia illum reprobat Felin. in dicto capitulo quod ſuper his, uerſi. fallit quarto. ex quinque rationibus de quibus per eum. Mihi tamen videtur dicendum, quod licet in exemplo premiſſo periculoſa uideatur deciſio Archid. & Gemin. ex rationibus adductis per Felin. ubi ſupra, tamen in genere loquendo verum eſt dicere, ut puto, quod ſtatutum teneat reſpectu eorum, quæ concernunt principalem fauorem ipſorum ſubditorum ꝑſentientium, quia ſuo fauori renunciare poſſunt vt ſupra dixi. & ita in ſimili caſu decidunt Abbas, & moderni in dicto capitulo cum acceſſiſſent, in notabilibus ſupra. de conſtitu. ubi dicunt, quod licet ſtatutum ſit confirmatũ, per Papam, tamen ſi concernat principalem fauorem cano nicorum, poſſunt canonici illud tollere ſine licentia Papę. & ad hoc allegatur bonus text. in capitulo. pro illorum. infra de præb. Si vero ſtatutum concernat fauorem aliorum, uel bonum publicum, ita quod non mere concernat ipſos ſtatuentes, ſecus dicendum eſt, ut dicunt doct. præalleg. & ratio eſt, quia confirmatio Papę facit, vt dicatur cõſtitutio ipſius Papæ. l. prima. §. omnia. C. de veter. iure enucle. capit. ſi apoſtolicæ. de præb. lib. 6. ſed inferior non poteſt tollere ius ſuperioris. Clem. ne Romani. de elect. cum ſimilibus. igitur &c. Et ſi dicatur, aduertendum eſſe, quia etiam in præcedenti, membro confirmatio Papæ interueniens debet operari, vt ſtatutum dicatur conſtitutio Papæ, & propterea iſta differentia non videtur ſolida. & ita mordent nouiores in d. c. cum acceſſiſſent. Ego rñdeo quod licet in caſu præcedentis mẽbri ſtatutum dicatur conſtitutio Papæ tñ dr̃ ꝑſtõ priuilegiatiua, ſeu habens uim priuilegij canonicorum, quorum fauorem concernit, vt inquit Abbas dicto capitulo cum acceſſiſſent. & proinde canonici poſſunt ipſum ſtatutum tollere, & ſic fauori ſuo renunciare, ſecus eſt, quando ſtatutum concernit fauorem aliorum, vel publicum, ut prædixi. & facit, doctrina Inno. in capitulo accedentibus. infra de priuilegijs, quam commendat Abbas in dicto capitu. cum acceſſiſſent, dicit enim Innoc. ubi ſupra, quod ſi ſtatutum eccleſiæ cõcernit principaliter utilitatem uel honorem ipſius eccleſiæ, nõ poſſunt canonici expreſſe uel tacite illi renunciare. Quin-
19 tus †eſt caſus, in quo ualet ſtatutum clericorum. contra Canones, videlicet, quando ſtatutum clericorum eſt editum, ante Canonem, cui ſtatutum contradicit, quia tunc valet ſtatutum contra Canonem, ex quo Canon de ipſo ſtatuto mentionem non fecit, text. eſt in capitulo primo. de conſtit. lib. 6. & ibi notat Gemin. & imo. idem firmat Felin. in dicto capitulo quod ſuper his. verſic. fallit quinto. facit etiam, qđ
20 tradit Abbas infra in fin. huius. capitulo. Sextus caſus †eſt, quando clerici ſtatuerent contra ius conſuetudinarium. qa valeret ſtatutum, capitulo cum omnes. & capitulo cum M. Ferrarienſis. ſupra de conſtitu. ita dicit Gemin. in capitulo in his. 2. diſtin. Abbas in capitulo ad audientiã de cleri. non reſi. & Felin. in dicto capitulo quod ſuper his verſi. fallit ſexto, & rationem ſentit Felin. ibi, & ſupra clericis dixi in materia ſecundi requiſiti conſuetudinis. Et per prædicta videtur dicẽdum, quod epiſcopus poſſit diſpenſare contra conſuetudinem, quia per hoc nihil facit contra iura ſuperioris. De hoc tamen vide dom. Anton. poſt alios per eum relatos, in capit. dilectus. de temporibus ordinationum. colum. finali. Septi
21 mus †eſt caſus, quando epiſcopus ſtatueret contra Canones diſpenſando in caſibus, in quibus diſpẽſare poteſt, iuxta no. in capitulo. at ſi clerici. § de adulterijs. infra de iudi. per illum text. eo enim caſu epiſcopus ſtatueret contra Canones, Canone permittente. ergo ſtatutum valeret. argumen. l. Gracchus. C. de adult. & capitulo qui peccat. in principio. 24. q. 4. & ad hunc caſum poteſt reduci deciſio domi. Anton. & Io. de Imo. in capitulo ſecundo de maio. & obediẽ. ubi dicunt, quod epiſcopus poteſt ſtatuere nedum addendo, ſed etiã detrahẽdo aliquid iuri Canonico, ſicut Papa detrahere poteſt iuri diuino. Et licet dictam deciſionem improbet Gemi. in ſum. 18. diſtinct. colum. ſecunda & in dicto capitu. 2. & multum inſtat domin. Felin. in dicto capitulo quod ſuper his. verſic. fallit ſeptimo, tamen intelligendo, quod dicta detractio fiat diſpenſatiue in caſibus ipſi epiſcopo conceſſis, vt prædixi, ceſſabit difficultas. per not. in dicto §. de adulteriis. & alijs
22 locis ibi relatis per Abba. & modernos. Octauus eſt †caſus, quando ſtatutum clericorum adderet iuri communi, puta imponendo nouam pœnam, quia valeret. glo. eſt, cum qua tranſeunt Docto. ibi. in dict. Clem. ne Romani. de elect. circa princip. in uerbo, tolli. & in ſpecie ibi firmat. Car. Floren. quæſtio. prima. idem gloſ. in Cle. ſecunda. de æta. & qualita. & probatur in capitulo ut animarum. §. ſtatutum. de conſti. lib. 6 & infinita ad hoc congerit Felin. in dicto capitu. quod ſuper his, quę uideri poſſunt, ideo non tranſcribo. Nonus †ca
23 ſus eſt, quando clerici ſtatuerent circa aliquod dubium iuris, puta in caſu capituli ex tuę. de clericis non reſi. Nam alia iura uidentur velle, quod fiat ipſo iure priuatio clerici non reſidentis. vt in dicto capitulo ex tuæ. in verbo ſpoliari. & in cap qualiter. de cleri. non reſid. aliqua uero iura videntur probare, quod priuatio ſit fienda per ſententiam. c. inter quatuor. eodem tit. nam ſuper hoc dubio valeret ſtatutum, diſponens in alteram partem. ita Cardi. Floren. in dicto cap. ex tuæ. & plenius ibidem Imo. colum. 6. & ſequen. idem Io. And. in cap. ex parte. el. 3. in verbo, tertiam. per illum text. de verb. ſig. & tradit. Felin. in d. c. quod ſuper his col. pen. Et hũc caſum comprobo ex his, quæ dixi ſupra in 3. notabili in tertia limitatione, & ex his, quæ dicam infra extra glo. in concluſione, quod conſuetudo contra eccleſiam, vel eccleſiaſti
24 cam libertatem. non ualet, Decimus, †eſt caſus, quando ſtatutum clericorum contra ius, eſt conforme conſuetudini, quia tunc ex uiribus conſuetudinis valet ſtatutũ. ita inquit, dom. Ant. in c. cum dilectus. col. 10. verſ ex quo infertur, ſupra eod. Et iſtud eſt, quod in effectu voluit Alex. in d. conſi. 106. incip. perſpectis. verſ. nono probatur. in 2. vol. ubi dicit, allegando Calde. in quodam conſ. quod non reperio, nõ valeret ſtatutum epiſcopi contra ius quãdo illo caſu ius expreſſe approbaret conſuetudinem introductam contra ius. & licet Fel. in d. c. quod ſuper his. in verſi. fallit octauo. aliter refe rat d. deciſionem Cal. & Ale. & propterea illam reprobet, tamen non meretur reprehendi, quia uerba Calde. eo modo relata, prout Alex. refert in d. conſilio, non ſonant eo modo quo Felin. deducit, ſed ſonant, vt ſupra recitaui, & eſt deciſio nedum vera, ſed neceſſaria, quia ſi conſuetudo eſt cõtra ius, & ſic derogat iuri, ſtatutum quod poſt conſuetudinem fieret, non poſſet dici contra ius, attento, quod illud ius iam eſſet ſublatum per conſuetudinem, & hoc ad ſenſum patet. Tertio quæritur circa ſecundum requiſitum conſuetudinis ſupra relatum, & ſequendo ordinem Abba. poſito quod requiratur quod conſuetudo ſit præſcripta, quantum tempus in ſpecie requiratur ad ipſam conſuetudinem inducẽdam. glo. hic requirit tempus. 40. annorum. ſed in hoc Abb. diſtinguit, vt per eum. Pro clara doctrina facio tres concluſiones.

Prima

Source : BIU Cujas

25 Prima eſt concluſio, quod †de iure ciuili requiritur tẽpus.10. annorum ad conſuetudinem inducendam.ita Abb.ex ratione per eum relata.idem dicunt Io.And.do.Anton. & alij hic communiter.idem Bar.in d.l.de quibus.in 2.quæſt.prin.ver. tertio videamus. ubi tamen format fortem oppoſitionẽ de ſeruitute diſcontinua,quæ requirit maius tempus, & ſoluit, vt per eum,& ſequuntur ibi poſteriores, & tradit ibidem cõmunis præceptor d.Iaſ.col.10.ſoluit etiam d.Ant. hic col.17. in prin.vide per eos.præmiſſa ergo concluſio eſt cõis, vt etiã dicunt Io.And.Abb.& Barb. hic col.22. & communis præceptor, vbi ſupra, & procedit, ſiue conſuetudo ſit contra, ſiue præter ius, vt præfati Doct. volunt per id, quod habetur in l. diuturna. ff.de legibus. & in l.prima. & in rubrica. C. quæ ſit longa conſuetu. & etiam ſentit Abb. hic. Et dicit Ioan. Andre. hic, quod tale tempus requiſitum ad conſuetudinem inducendam,incipit a primo actu.Communiter enim tenetur ſecundum eum, illum primum actum eſſe inſpiciendũ in curſu, vt ex illo inchoata & iterata cum diuturnitate tẽporis inſurgat conſuetudo.& dicunt D.Anto. & Imo.hic,ꝙ tempus conſuetudinis incipit currere a primo actu, qui veri ſimiliter venit in notitiam populi,& non prius.Idem dicit d. Pe.Phi.Cor.in conſ.ſuo 179.incip.ex puncto præmiſſo.in vlti.col.in prin.in 3.vol.& in conſ.125.incip.alias in hac cauſa. in fi.in 4.vol.vbi dicit poſt do.Ant.& Imo.hic,ꝙ licet Ioan. And.hic dicat,quod a tempore primi actus ſumi debeat initium temporis ad conſuetudinem requiſiti,& idẽ dicit Pet. de Anch. hic,tñ hoc intelligitur,quando primus actus eſt talis, q̃ veriſimiliter venit in notitiam populi vel maioris partis ipſius,quia alias non poſſet habituari conſenſus populi,q̃
26 non adeſt.Et ſi quiſpiam quærat,quare †eſt ꝙ in præſcriptione inter abſentes requirant viginti anni, & decem inter præſentes,vt in tit. C. de præſcr.lon.temp.& tamen in conſuetudine vniformiter decem anni ſufficiunt. Reſponde,ꝙ ratio eſt, quia conſuetudo firmatur tacito cõſenſu populi vel maioris partis,qui populus ſemper eſt præſens ſeu per prẽſentes repræſentatur,auth.hoc ius porrectum. 10.qõ.2.præſcriptio vero inducitur ob negligentiam eorum,contra quos inducitur,quæ negligentia minor eſt in abſentibus, ideo maius tẽpus requiritur,quæ ratio ceſſat in conſuetudine,ex tacito cõſenſu populi,& non propter alicuius negligẽtiam, inducẽ. Iſtam rationem tradit d.Ant.hic in repe.col.17. in princ. & Io.And.in ſumma de conſuetudine.col.11.& Barba.hic col.
27 22.& eſt de mente Bart.in d.l.de quibus.Limita †tamen prẽmiſſam concluſionem,vt procedat in cõſuetudine propria, & vera,ſecus in conſuetudine ficta & intitulata, quæ momẽto induci poteſt.exemplum, ſi populus vno momento dicat velle obſeruari pro conſuetudine, quod maior natu ſuccedat,vel ſi id ex populi conſenſu colligatur, & ſic de ſimlib. ita dicit d.Anto.hic in repet.col.5.in prin.poſt Pet.de Bellapert.& Guliel.de Cune.in d.l.de quibus. & hoc idem reperit d. Ant.hic col.7.idem ſentit Bar.in d.l.de quibus. in verſ.tertio videamus.cum quo cæteri tranſeunt, & in ſpecie cõmunis præceptor ibi ſequitur hoc colu.10. Secundo limita,niſi conſuetudo tendat contra ea,quę ſunt reſeruata principi,vt dicam infra in 3.concluſione. Tertio limita non procedere, quando lex non eſt recepta in obſeruantia,vt dicam infra in eadem concluſione 3. Quarto limita,vt non procedat,quando conſuetudo contra ius eſt irrationabilis,& ſumus in foro ciuili,quia eo caſu requiritur tempus 30. annorum ita Bald. in cap. 1.in tit.qualiter olim feudum alie.pot. & in c.clerici. infra de iud.per glo.ſing.in l.domini prædiorum. C. de agri. & cenſi.lib.10. & refert & ſequitur Aret.in conſil.44. incip. in propoſita conſultatione. Sed tu aduerte, quia non credo
28 verum id,quod prædicti Doct.præſupponunt,ſcilicet,ꝙ conſuetudo irrationabilis de iure ciuili valeat, vt plene dixi ſupra in glo.in verbo,irrationabilis.in vltimo aduertendo,declarando vt ibi, & faciunt, quæ dicam infra extra gloſſas in ea concluſione, quæ habet, ꝙ conſuetudo contra ius naturale non tenet.Secunda eſt concluſio,quod †de iure canonico conſuetudo,quæ eſt præter ius, inducitur tempore decem annorum.ita Panor.hic poſt gl.in c.fi.de conſuetud.lib.6.in verbo,conſuetudo. quæ loquitur in conſuetudine optandi, quæ quod ſolum decem annos requirat, firmat Oldr.conſil. 275.incip.allegationes.col.2.allegãs alias authoritates, maxime Innoc.Hoſtiẽ.& Compo.hic.Adducitur etiam pro iſta concluſione gl.in c.conſuetudo.12.diſtin.ſed de iſta opinione aliter ſtatim dicam.Ad idem adduco gl.in c.ut litigantes. in verbo,ſtatuimus.de off.ord.li.6.idem Io.And.& dom.Anton.& communiter alii hic, & dicit Ioã. And.hic in ſumma huius tit.in 11.col.quod ita tenent Canoniſtæ. idem Abb.&
d.Fel.alia adducens in c.ſtatuimus de ma.& obed.Iſtam etiã concluſionem firmat Are.in conſ.22.incip.in præſenti conſultatione.colum.4.vbi tradit,quantum tempus requiratur ad inducendam conſuetudinem, ꝙ præpoſitus ſedeat prior omnibus.Aduerte tamen,quia dictę gl. volunt. ꝙ hoc caſu non dicatur conſuetudo preſcripta,& verum dicunt de iure canonico, quia eo iure præſcriptio contra eccleſiam uel cõtra clericos,vt clericos, requirit tempus xl.annorum. cap.de
29 quarta. & ibi Abb.no. infra de præſcr. Ex præmiſſa †concluſione infertur,ut prædixi,quod conſuetudo optandi præbendas in eccleſia,per x.annos inducitur,ſed hoc intellige,quãdo titulus non mutatur, quia tunc talis conſuetudo eſſet cõtra ius,& requiretur tempus xl.annorum. ita plenè decidit, & declarat Rota in deciſ. ſua fina. ſub hoc tit.de conſuetud. in nouis,dicens etiam, quod tunc titulus mutatur, quando prębendæ & tituli beneficiales ſunt inter ſe actualiter & realiter diſtincti.Idem tenet Aeg.Bellamera,dicens ita fuiſſe iudicatum,in deciſione ſua 1.& ſequi videtur d.Philip. de Peruſio in d.c.fin.de conſuet.li.6. ubi ſimpliciter refert Rotam
30 in loco præallegato,licet corrupte.Secundo ex †premiſſa cõcluſione infertur, quod conſuetudo de oblationibus fiẽdis, tempore decem annorum inducitur.ita Abb.cap.ſuam. infra de ſimo.& poſteriores cum eo tranſeunt.Tertio infertur,
31 quod licet in †conſuetudine interpretatiua, vel in obſeruantia,vel ſtylo, non requiratur curſus temporis, ſed ſufficiant actus, ut ſupra dixi in præcedenti requiſito, in verſ.ſeptimo limita. tamen ſecus eſt in conſuetudine alia præter ius, quæ non ſit interpretatiua, ſed inductiua, vt in caſu d.cap.fin.de conſuetud.lib.6.Quæ autem ſit ratio diuerſitatis,cogita,niſi dicas,quod obſeruantia uel ſtylus non requirit tempus, quia non facit ius generale,ſed eſt certæ curiæ vel perſonæ, ut declaraui in rub.ſupra eo.in 4.q. Sed illa conſuetudo inductiua, de qua diximus,intelligatur de ea,quæ facit ius generale in eo loco,vel in ea vniuerſitate,in qua eſt,& iſta requirit cur
32 ſum temporis,vt in d.c.fi.& ſimilibus.limita †modo dictam concluſionem,ut non procedat,quando conſuetudo tendit ad detrahendum iuri alicuius eccleſiæ, quia tunc requiritur tempus xl.annorum. d.c de quarta. infra de præſcr.ita Abb. poſt Innoc.ſingulariter in cap.cum dilectus ſupra eod.circa fi.idem firmat Roma.in ſingularibus ſuis,in ſingulari incip. conſuetudo. idem Felin.in dicto c.ſtatuimus. in verſ.limita primo.& idem eſſet ſecundum Abb. ſi conſuetudo præiudicaret iuri eccleſiæ uniuerſalis,vel omnium eccleſiarum,qdquid dicat ſecundum Innoc.in d.c.cum dilectus. Sed aduerte,quia Inno.ibi non contradicit ipſi Abb. ſed loquitur,quãdo conſuetudo eſſet communis tam contra alios laicos,quã contra eccleſiam, quia eo caſu uidetur uelle, quod ſufficiat tempus decem annorum.Sed tamen poſtea refert opinionẽ, ut debeat diſtingui inter eccleſiam & priuatos,& in illa reſidet,ut etiam refert & ſequitur domi.Ant.hic in lect.col.5.in princi. Eiſta ſecunda opinio uerior uidetur, ut etiam inquit Abb.in d.c.de quarta.colum.7.verſ.ſed circa prædicta quæro.poſt Io.And.in c.unico.de iure pat.lib.6.Quinimo ubi cõſuetudo induceretur reſpectu iuris indiuiſibilis inter eccleſiam & laicos, tempus xl.annorum requireretur, ut præfati Doctores dicunt poſt gloſ.in d.cap.unico, & probatur in l.ſi communem.ff.quemadmo.ſeru.amit. & plura congerit domi.Felin.in d. cap.1.de præſcript.col.3.& ſequentib.Quid au
33 tem,ſi †cõſuetudo detraheret iuri clericorum. Credo idem dicendum,quia paria ſunt,detrahere iuri eccleſiæ,& iuri clericorum ut clericorum.d.c.de quarta.& ibi Abb.notat.& ẽt probatur in d. c. cum eccleſia Sutrina. infra de cauſa poſ. & propr.& in c.cum dilectus.ſupra eod.& in c.abbate.infra de uerbo.ſign.quæ iura loquuntur de conſuetudine derogante iuri clericorum, quæ requirit tempus xl. annorum. & plene tradit Rota in d.deciſ.fi ſub tit.de conſuet.in nouis,col.4.Se-
34 cundo limita †præmiſſam concluſionem, ut non procedat, quando diſpoſitio requireret conſuetudinem legitime præſcriptam,quia tunc,licet non eſſet contra ius,requireret ſpatium xl.annorum, ut dixi ſupra circa principium huius ſecũ
35 di requiſiti. Tertia ſit †concluſio,ꝙ de iure canonico conſuetudo contra ius,requirit tempus xl.annorum.ita Panor.hic idem Io.And.& D.Ant.hic in lect.col.5.& in repet.colu.17. ubi aſſignat rationem, quia clerici inducendo conſuetudinem contra ius,quaſi præſcribunt contra legem ſuperioris, ideo requiritur tempus, quod in præſcriptione contra clericos uel eccleſias requiritur. Quare autem talis conſuetudo requirat maius tempus, quam conſuetudo de iure ciuili,colligitur ex do.Innoc.in c.cum dilectus. ſupra eod. & Hoſtien. ibidem,& refert Rota in deci.ſin.ſub tit.de conſuetu. in nouis,colum.3.ad fin. ubi alias authoritates refert. Præmiſſam concluſionem firmant etiam Barto.& Legiſtæ in dicta l. de quibus. Idem Rota in nouis ſub titulo de conſuetudine, de-
36 ciſi.6.incip.quæritur, †ubi dicit, quod quandoque conſuetudo optandi,eſt contra ius, declarando,vt ibi per eam, & tũc requiritur tempus 40. annorum ad illam inducendam.eandem concluſionem tenet Alex.conſil.68.incip.viſo.in 2.vo. Conſidera tamen,quod nullus text.requirit 40.annos.licet,

plures

Source : BIU Cujas

plures tex.requirant consuetudinem,præscriptam,nec uide tur bonum simile de tex.in d. cap.de quarta, quia illud proce dit fauore ecclesiarum,ut ibi dicit Abb col. 7.Et per rationē præmissam,quam etiam reperi excogitatam per Barba.hic, ipse Barba. conclusionem prædictam impugnat,dicendo q̄ dicta iura loquentia de consuetudine præscripta,debent in telligi de consuetudine 10.annorum,ut ius Canonicum cōcordet cum iure Ciuili.cap.1.de oper.nou.nun. Sed saluādo præmissam conclusionem,dico quod iste text. eam probat, dum uult non sufficere consuetudinem longæuam quo ad prę̄iudicandum iuri positiuo.Ergo probat,quod non sufficit tempus x.annorum,vt præsupponit Barb.& etiam comprobatur præmissa conclusio ex his,quæ tradit Iacob.de Beluis. in c.1.in prin.qui feud.dare pos.vbi dicit,quod ad hoc,vt res eccleſię dicatur consueta concedi in emphyteusim.requiritur tempus xl.annorum,& idem tenet domi.Ale.alia adducens,in cons.9 incipi.viso,themate.in 3.vol.probatur etiam ex tex.in argum.in c.cum de beneficio.de præben.lib.6.cum ibi not.Notandum tamen est unum circa istam consuetudi nem xl.annorum,quod si consuetudo tanti temporis, vel ēt maioris fuerit in ecclesia,per quam laici fuerunt electi in fa bricerios ecclesiæ, tamen per hoc non videtur inducta consuetudo excludens clericos, vnde etiam clerici eligi poterunt. Pari modo, si fuerit consuetudo in ecclesia faciēdi electiones per uiam scrutinij,per hoc non erit inducta consuetudo,quod non possit fieri electio per uiam compromis.ita determinat subtiliter Cal.in cons.suo 1.sub tit.de consuetu dine.ubi respondet ad contraria.& maxime ad tex.in d.cap. cum de beneficio.de præben.li.6.idem Cald. in cons. 19.sub tit.de præben.& sequuntur Felin.& nouiores.col.14.in cap. 2.infra de iudiciis.Amplia modo istam conclusionem ut p̄cedat nedum quando consuetudo est contra Canones, sed etiam quando est contra rationem Canonis.glos.est, quam ibi extollit Gemi.in cap.vt litigantes.in verbo.statuimus.de offi ord.lib.6.sequitur.Felin.in c.statuimus.de maio.& obe. & in c.tua nos.in prin.de iureiuran. & faciunt ea, quæ de ratione congerit Felin.in cap.tua nos. el 1.infra de iureiuran. Limitatur autem præmissa conclusio,ut per Abb. hic.scilicet,nisi consuetudo contra ius, etiam veniat contra ea,quę sunt concessa Principi in signum speciei priuilegii, quia tunc non sufficeret tempus quadraginta annorum,sed vtro que iure requiritur tempus, cuius initii non est memoria. c. super quibusdam.cum similibus.infra de verbo.signi. tradit Alexand.in cons. 6.in 1.uol.Et quæ sint talia, tradit Bal.in l. rescripta. C.de preci.impera.offe.glos. & doct. in cap.quod translationem infra de offic.leg.& text.in tit.quæ sint regalia.per totum.Hæc tamen limitatio procedit,data capacitate eius,cui acquiritur ex consuetudine,quia tunc sufficit tēpus,cuius initii non est memoria.alias nunquā ualeret.Exēplum,si extaret consuetudo, quod laici eligerent prælatos, vel beneficia conferrent,quia non valet. ita Abb. infra in 5. requisito post glo.hic,& d.c.super quibusdam.in notab.post Ioan. And. per eum relatum.& tradit Felin.plene in cap.cau sam.circa prin.infra de præscrip.declarando,ut per eum, & in c.accedentes,infra eod.tit.& Alex.in d.cons.6.& cons.74. incip.viso.in 4.col.& in disputatione sua incip.Sigismūdus. in fi primi dubij,& bene facit decisio Rotæ.in antiquis, sub tit.de consuetud.decis.3.quæ dicit, quod non ualet consuetudo,quod iudex laicus cognoscat de iure patronatus,quia est incapax iurium spiritualium & annexorum. Secundo li-
37 mitat dictam conclusionem,vt non procedat,quando consuetudo tendit ad detrahendum iuri laicorum, cōtra quos posset fieri statutum ex causa, vel etiam iuri clericorum in patrimonialibus, in quibus regulariter clerici non gaudent priuilegio clericali, nisi in certis casibus expressis a iure,secū dum communem opinionem.quam tenuit gl. in c. possessiones.16.q.4.& Abb. clarius & mod.in ca. ecclesia.supra de constit.tunc enim sufficit tempus x.annorum.ita uult Inno. in d.c.cum dilectus. supra eodem . & idem in præscriptione dicunt Abbas & alii in d. c.de quarta.& in consuetudine idē decidit Aret.alia allegando,in consil.22.inci.in præsenti cō sultatione.col.penul. tradit etiam Alex. alias authoritates, adducens,in cons.78.incip.viso.col.3.in 2.volu.& communis præceptor in d.l.de quibus.col.12.post Paul. de Cast.ibi.
38 Tertio limita, † nisi cum tali consuetudine contra ius concurrat scientia superioris, quia tunc sufficit tempus x.annorum.ita dom. Anto. hic repe.colum. 17. in fine. & col. 19. idē dom.Anto.in cap.quia circa infra de consang.& affin.& hic in lectura.colum.4.& col.8.Panor.tamen infra in 4. requisito contrarium tenet,& mouetur,quia dictum.dom. Anto. non bene iure probatur.item,quia multa per patientiam to lerantur,in quibus consensus deficit.c. cum iam dudum. in fin. infra de præbend. Eandem opi.tenet Phi. de Perusio in c. fi.colum.2.de consuet.lib.6.& Barba.hic col.26.& cōmunis prę̄ceptor in d.l.de quibus.col.12.& comprobat,ut per eum. Idem plene tenet d.Feli.in c. pen.col.fi.infra de treug.& pa. Et ita etiam mihi tenēdum videtur,quia in dubio a regula & conclusione nostra,supra formata,non est recndēdum,vt inquit glo.in l.omnis definitio.ff.de reg. iur. & bene probat tex.in c.2.infra de coniu.lepro.Disputando tamen posset sustineri dicta limitatio, vt paret ex deductis per Feli. in d. c.1. & eam etiam tenet d.Pet.Phil.Corn.in consi.155.incipiē.ex quo statutum.col.pen.in 4. vol.Et pro ea facit, quia consuetudo obseruata sciente,qui priulegiare potest, hēt vim priuilegii.ita Oldr.in cōsi.suo 254.incip.quia tota pars.allegat Inno.in capitu.nouit.infra de iudi.& in cap.cum contingat. in fi.infra de foro comp & in cap.si diligenti.infra de prę̄scr. & dicit Archid.in cap.obeuntibus 63.dist.illi canoni esse de rogatum per consuetudinem,quā Papa scit,& tolerat.Quar
39 to limita,†nisi Papa vsus esset tali consuetudine contra ius, quia tunc sufficiunt 10.anni, vt per Abb.infra post Dom.An to. in 4.requisito consuetudinis. & sequitur Barbat. hic col. 22.in fi.dicens hoc esse bene notandum.Idem firmat Dom. Phil.de Perusio in c.fi.colum.2.de consuet. lib.6.& ratio est vt puto,quicquid dicat Barba.hic,quia hoc casu cessat ratio quę assignatur ad regulam & conclusionem nostram supra formatam.Istam etiam limitationem sequitur Barbat. hic
40 colum.26.Quinto†limita dictam conclusionem,ut nō procedat,quando consuetudo est contra canonem,qui nunquā fuit receptus in obseruantia,quia sufficit tempus 10. annorum.ita Cald.Domi.Anto.Card.Flo.Imo.& Felin.in d. cap. 1.colum fi.infra de tregua & pace. & procedit ista limitatio quando Princeps ignorat talem consuetudinem,vt præfati Doctor.loquuntur,sed si Princeps sciret talem consuetudinem,tunc sufficiunt actus contrauentionis, nec requiritur tempus 10.annorum.ita Abb.& Feli.ibi, col.3.& colum. pe nult.alia adducens.idem tenet Card.Ale.in c.in istis.§.leges 4.dist.Et probat Abb.in d.c. 1. secundum membrum huius limitationis.ea ratione,quia in casu,quo Princeps scit consuetudinem, non agimus de præscribendo contra legem, sed agimus ad impediendum vinculum legis.& præmissam conclusionem etiam sequitur communis præceptor in l. rem non nouam. C.de iudi.ad fin.Sed tu aduerte, quia licet prędicta limitatio uideatur magis communis, tamen in puncto iuris non uidetur sustentabilis, per istum text. qui non loquitur magisde iure vel canone recepto in obseruā-tia,quam non recepto,quicquid dicant præfati Docto.& tamen secundum communem intellectum requirit tempus xl.annorum.& per istum tex.ita tenet Abb. in d.c.i. infra de tregua & pace. in casu scilicet, in quo Princeps consuetudinem ignoraret. Item respectu secundi membri, in quo Abbas in d.c.1.concordat cum præfatis Doctoribus,etiam repugnat iste tex.qui non distinguit,an princeps sciuerit consuetudinem, vel non. Item prædictæ distinctioni repugnat fundamentum Abbatis,supra relatum,quod militat, siue princeps sciat,siue ignoret consuetudinem. Item repugnant dicta supra in prę̄cedenti limitatione.Item repugnat tex.in d. §.leges. qui vult indistincte,quod leges, quæ non sunt moribus utentium approbatæ,non ligant transgredientes. Durū tamen esse a communi opinione in practica recedere,ut dicunt lo.And.& alij in c.1.supra de constit. & Bar.in l.1. C.de pę̄iud.qui male iudi.& probat tex.vulgatus,in l.1.in prin.ff.
41 de offi.quæsto. Sexto limita dictam † conclusionem,ut non procedat,quando consuetudo induceretur per clericos con tra statuta eorum, quia tunc non requiritur tempus xl. ann. sed sufficit tempus x.ann. Fundamentum est,quia hoc casu cessat ratio regulæ & conclusionis supra formatę, quam ibi retuli.& ita limitat Card. Alex.in d.c. frustra,col.pe.8.dist. &
42 est rationabilis limitatio. Septimo limita,nisi† consuetudo induceretur in prę̄iudicium ecclesiæ Romanę, quia tunc requiritur tempus centum annorum. c.ad audientiam . infra de præscriptio. Idem in prę̄iudicium Imperatoris, uel alterius non recognoscentis superiorē, ut per Doct. quos refert & sequitur Alex.in consil.84. incipien.in causa uertente.in 1.uolum. & tradit Fel.plene in d.c.ad audientiam,col.antepen.& nouiores in c cum dilecta.infra de confir.uti. vel inuti.
43 An autem possit per cōsuetudinem†decem annorum induci, vt nulla consuetudo inducatur in loco,nisi per diuturnitatem 40.annorum,vide Cardi.Flor.hic quę̄st.34.qui pulchre arguit pro parte negatiua, & postea,resolutis argumentis, pro parte affirmatiua plene concludit. Vltimo limita,
44 †vt non procedat in consuetudine contra aliam priorē consuetudinem, quia sufficit tempus decem annorum ad priorem consuetudinem tollendam, & ad secundam inducendam.ita Abas infra.de quo tamen dicas, ut dicam infra post octauum requisitū consuetudinis,in ead.quest.an per vnum actum,contrariū consuetudini,tollatur consuetudo. Et per hæc sit expeditum secundum requisitum consuetudinis,

cum

Source : BIU Cujas

cum his, quæ ad illud per Abbatem applicantur.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo debet esse inducta ex certa scientia, non erronea.*
2 *Consuetudo non inducitur absque consensu populi, vel maioris patris tacito sine scientia & animo.*
3 *Consuetudines ad casus similes an extendendæ.*
Et quid de aliis statutis & dispositionibus.
4 *Consuetudo secundum ius, vel præter ius, an extendatur.*
5 *Casu non decisso occurrente, sed reperto simili legis vel consuetudinis, vtrum potius attendatur.*
6 *Iudex ecclesiasticus, deficiente iure Canonico, debet potius indicare secundum ius ciuile, quam secundum generalem vel particularem consuetudinem.*
7 *Consuetudo contra ius, non extenditur.*
8 *Mediolani consuetudo, quod episcopus conferat beneficia omnium clericorum vacantia eis ipsis ad coniugium transeuntibus, vel interemptis.*
9 *Consuetudo appellandi a seculari iudice ad episcopum non extenditur, vt possit quis appellare ad Papam, omisso medio.*
10 *Primogenitum præferens consuetudo, non extenditur ad filium primogeniti mortui ante patrem. Limit. num. 12. 13. 14. 16. 20. 22. & 23.*
11 *Consuetudine in ecclesia stante, quod antiquior possit optare, primus in data, si secundo fuerit receptus, an præferatur secundo in data, qui, et primo receptus, quando per primũ impetrantẽ nõ stetit, quo minus reciperetur.*
15 *Extensio, quæ passiua, quæ item actiua in consuetudine.*
17 *Consuetudo in vna curia ciuitatis, num seruetur etiam in alia.*
Et quid de consuetudine ecclesiæ.
18 *Romæ urbis consuetudo, an seruanda sit vbique.*
19 *Mercatorum consuetudo, an seruanda sit in alio foro inter mercatores.*
21 *Consuetudo penalis, an & quando extendatur.*
24 *Consuetudo vt valeat, debet esse facta sciente Principe, vel illo, qui posset ius condere.*
25 *Principis scientia specialis non requiritur ad inducendam consuetudinem Limit. num. 26. 27. 28. 29.*
30 *Consuetudinis antiquæ appellatione intelligitur de consuetudine m decem annorum.*
31 *Vetustas, quid, quidque antiquitas.*
32 *Consuetudo vt valeat, illud quod acquiritur, debet esse tale, quid de consuetudine acquiri possit.*
33 *Decimarum percipiendarum consuetudo sciente Papa, an per laicos vel similes inducatur.*
34 *Consuetudo vt valeat debet esse obtenta in contradictorio iudicio.*
Et quid de actu iudiciario. num. 35.
36 *Consuetudo vt consistat, oportet homines ea vsos fuisse varijs vicibus animo eam inducendi.*
37 *Actus quot requirantur ad consuetudinem.*
38 *Actus tot requiri ad consuetudinem inducendam, ex quibus colligatur, tacitus populi consensus, quando locum non habeat & nu. 39. 40. & 41.*
42 *Consuetudo non inducitur ex vno actu momentaneo.*
43 *Consuetudo inducitur ex vnico facto successiuo.*
44 *Actus violenti vel meticulosi an consuetudinem inducant.*
45 *Excommunicatorum actus an consuetudinem inducant.*
46 *Consuetudinis est vt maior pars populi illa vtatur.*
47 *Populi tacitus consensus, non item expressus, requiritur in consuetudine introducenda.*
48 *Consuetudinem an possit inducere vna persona, non accedente consensu populi, vel maioris partis.*
49 *Pars maior duarum partium populi, non sufficit ad consuetudinem inducendam.*
50 *Notarii non possunt inducere consuetudinem contra ius, in conficiendis, instrumentis.*
51 *Minores xxv. annis, an computentur in numero, ad consuetudinem inducendam.*
52 *Furiosi an habeantur in eorum numero, qui consuetudinem possunt inducere.*
53 *Mulieres an sint aliquo numero ad inducendam consuetudinem.*
Vbi de definitionis & definiti natura.
54 *Mulieres si ex consuetudine iurisdictionem habeant, vocem habent ad inducendam consuetudinem.*
55 *Mulieres possunt ad inducendam consuetudinem, circa ea, quæ ad illarum artem spectant.*
56 *Moniales & collegium facientes, possunt statuta & consuetudines inducere.*
57 *Mulieres consuetudini introducendæ sunt numero, vbi tacitus interuenit populi consensus.*
58 *Forenses an computentur in consuetudine inducenda.*
59 *Consuetudo an possit induci a populo, vel a maiori parte, in præiudicium priuatorum & singularium personarum.*
60 *Ciuitatem regentes, an soli sufficiant ad inducendam consuetudinem.*
61 *Ciuitatis pars vna, an possit inducere consuetudinem.*
62 *Familia vna an consuetudinem possit introducere. distinguendum. num. 63.*
64 *Familia an faciat vniuersitatem.*
Et quid de vna parochia.
Quid de cognatione.
65 *Populi vel maioris partis tacitum consensum interuenisse in consuetudine introducenda, quomodo probetur.*
66 *Consuetudo nondum completa, interrumpitur per unicum actum populi contrarium.*
Et tum redimus ad ius commune. Limit. nume. 67.
68 *Actuum diuersitas, an consuetudinem impediat.*
69 *Consuetudo vna contraria consuetudine tollitur.*
Et tum redimus ad ius commune.
Oppositiones pete per discursum num. 70. 71. & 72.
73 *Sententia vna contraria, an & quando tollat consuetudinem.*
74 *Consuetudini tollendæ quantum tempus requiratur.*
75 *Consuetudo non tollitur p non vsum, nisi contrariũ vsum habeat implicitũ.*
76 *Lex non tollitur per non vsum, nec per actus negatiuos etiã per mille annos.*
77 *Facultas actum faciendi, non tollitur per non usum.*
78 *Desuetudo differt a non vsu.*
79 *In possessorio, vnus actus contra consuetudinem, præiudicat consuetudini.*
80 *Ecclesiæ ius acquisitum vigore consuetudinis, non tollitur, per vnum vel plures actus contrarios.*
81 *Patrisfamilias consuetudo, per vnicum actum contrarium tollitur.*
82 *Tempora vltima spectantur. Item, vltima fama. Item, consuetudo.*
83 *Actus successiuus contrarius tollit consuetudinem.*

Sectio. IIII.

1 Tertium requisitum consuetudinis est, vt consuetudo †sit inducta non per errorem, sed ex certa scientia. ita glo. hic. idem in d. l. de quib. & in c. frustra. 8. dist. Contrarium tamen concludit Abbas hic dicens, quod immo valet consuetudo, licet errore sit inducta, sed non extenditur ad casus similes, idem dom. Anto post multa hic in repe. col. 16. & refert exẽplum Abb. hic de consuetudine, quę disponat, quod si dominus vini apponat manum ad plaustrum etiam ad iuuandũ ex tunc sit suum periculum, quia talis ꝓsuetudo valebit. sed non extenderetur ad aliud liquamen. Quod exemplum etiã tradit glos. in l. quod non ratione ff. de legi. & Bal. qui bene, declarat, in l. 1. colum. 2. C. quę sit longa consuetu. alia exẽpla tradit dom. Anto hic. istam opi. tenet etiam Bar. in l. diuturna. ff. de legi. & in d. l. de quibus. in lectura. col. 2. idem Bal. Ang. & communis præceptor plene ibi, Col. 14. & bene probatur in d. l. quod non ratione super quo textu fundãtur prædicti Doct. licet glos. supra in princip. illum allegent pro se. Et aduerte ad uerba illius text. ibi, quod non ratione &c. qa sonare uidentur, quod consuetudo irrationabilis tenet, qđ esset contra tex. hic, ideo intellige illum text. loqui de consuetudine contra rationem, ita tamen quod non inducatur peccatum, ita declarat dom. Cardi. Flo. hic, q. 32. circa med. & sic intelligitur ille text. de ratione iuris positiui. alleg. Cyn. in l. 1. in 4. contrario. C. quæ sit longa consuetu. Et hæc declaratio etiam videtur de mente dom. Anto. hic, qui dicit, quod consuetudo erronea, & non ratione inducta, de qua loquitur text. in d. l. quod nõ ratione. intelligitur, quando ipsa cõsuetudo obuiat legi. ita dom. Anto hic. in repe. col. 37. & plene declaraui supra in glos. in uerbo, rationabilis. in vltimo aduertendo. Posset etiam intelligi illud verbum, quod non ratione. de consuetudine præter rationem, vt ibi Bal. dicit, exemplificans in statuto vel consuetudine, quod dominæ non portent perlas, quia non extenditur. item aduerte, quia procedit prædicta conclusio, quando error est in iure, cõsensus tamen est in facto, secus, si in facto sit error, quia tũc omnino consensus deficit. ista est mens Abb. & clarius do. Ant. hic. col. 16. vbi bene declarat, & exemplificat in casu, in quo populus crederet bona paraphernalia esse in dotem data, cũ tamen non essent, & uteretur illis tanquam in dotem datis tuuc non induceretur consuetudo. Prędictam etiam limitationem uoluit Ioan. Andr. in summa huius titu. idem tenet Paul. de Castr. in dicta l. de quibus. colum. fina. & ibi communis præceptor alias authoritates ad hoc allegat. & idem dixit Bar. in repet. l. 2. C. quæ sit lon. consuetudo. q. 17. vbi ēt
2 plene loquitur. Consuetudo enim, †absque consensu populi vel maioris partis tacito, non inducitur, & per consequẽs non inducitur sine scientia populi quinimo non inducitur sine animo inducendi consuetudinem, vt declarabo infra in quarto, & in septimo requisito, & ibi dicenda ita sunt cõcordanda cum. conclusione facta in isto requisito. Et posset exemplificari dicta distinctio ex his, quæ tradunt Odoffre. & Bal. in l. 1. C. quæ sit longa consuetudo. & Bal. in d. l. quod nõ ratione. puta si consuetudo sit inducta, quod frumentũ non extrahatur de ciuitate, credente populo, quod illud sit de iure, talis consuetudo valebit, quia licet hoc casu error sit in iure, tamen consensit populus tacite in hoc facto, s. ꝙ frumẽtum non extrahatur, non tamen extendetur ad extrahentes
3 farinam. ita dicunt Doct. præallegati. Ex præmissa †conclusione Doctorum inferri videtur, ꝙ regulariter consuetudo extendatur ad similes casus. Fallit secundum Abb. hic, nisi consuetudo sit per errorem inducta. Idem in effectu decidit Bart. in d. l. de quibus. in repe. dicens, ꝙ consuetudo extenditur,

Source : BIU Cujas

tur, ſed fallit, niſi ſit cotra rationem, quia tunc non trahitur ad ſimilia, per text. in l. quod vero. & in l. quod non ratione. ff. de legi. idem voluit Bart. in repet. d. l. 2. q. 17. & dicunt communiter Doct. in d. l. de quibus. excepto Fulgoſ. ꝙ conſuetudo contra ius, non extenditur, & propterea dicunt, ꝙ ſimile conſuetudinis non vincit legem ſcriptam. Idem Inno. in d. c. dilecto. infra de offic. Archid. col. 3. in princ. vbi diſtinguit, aut conſuetudo eſt contra ius vel oneroſa, & non eſt extendenda. alleg. tex. in c. tua. & in c. cum contingat. de deci. aut vero eſt laudabilis conſuetudo, quæ iuuatur ratione, & contra quam nil ſit ſtatutum, & tunc extenditur, declarando, vt per eum. Idem in effectu voluit dom. Anton. hic in repet. colum. 33. vbi facit regulam, quod conſuetudo exorbitas, nec ex identitate rationis, nec ex maioritate extenditur. allegat tex. in argumen. in c. cui de non ſacerdotali, de præben. li. 6. & Doct. in c. poſtulaſti. ſupra de reſcrip. idem Imo. hic colu. 7. licet tandem ſe remittat ad dicta per eum in l. ſi vero. §. de uiro. ff. ſolu. matrim. idem uult Abb. in ca. translato. ſupra de conſtit. in fin. ubi formaliter dicit, Nota & tene menti, quod ſtatutum municipale, & conſuetudo poſſunt ad alios caſus ex identitate rationis extendi, dummodo illi caſus non habeant legem contrariam. idem Ab. in c. quod trasnlationē. in ult. notab. infra de offi. leg. per illum text. quem dicit eſſe not. idem Pau. de Caſt. in d. l. de quib. colu. 1. idem uult Imo. in c. potuit. infra de locat. dicens, quod ſi diſpoſitio feudalis, & ſic conſuetudo feudorum, eſt contra regulas iuris cōis, tunc non extenditur ad emphyteuſim. ſecus, ſi non ſit cōtra regulas iuris. & refert & ſequitur dom. Ale. in l. diuortio. §. ſi fundum. ff. ſoluto matrim. col. 2. & in conſil. 106. incipien. viſo themate. in 4. volum. & in conſil. ſeq. & in conſ. 5. in 5. volum. idem volunt plerique alij, quos refert & ſequitur dom. Fel. in c. auditis. col. 9. verſ. quinta declaratio. infra de præſcr. Et profecto prædicta diſtinctio rationabilis eſt, & optime ꝓbatur in d. l. quod non ratione, vbi tex. dicit, quod non ratione introductum eſt, ſed errore primum, poſtea conſuetudine obtentum, in aliis ſimilibus locum non habet, ergo vult text. quod ubi conſuetudo introducta eſt cum ratione, & ſic ſecundum ius, tunc in ſimilibus locum habeat. Idem text. in dicto cap. quod translationem, & ibi not. Abb. in vlt. notab. Et pro præmiſſa diſtinctione bene facit, quia ſtatutum & cōſuetudo a pari procedunt, ut tradunt omnes in d. l. de quib. & in d. l. omnes populi. ff. de inſti. & iu. & Abb. in c. translato. in fine, ſupra de conſtit. Sed in ſtatutis fit eadem diſtinctio per Bar. quem cæteri ſequuntur, in dicta l. omnes populi. in 4. q. 6. quæſtionis principalis. Ergo etiam fiet in conſuetudine. & ſecundum prædictam diſtinctionem eſt intelligēdus tex. in l. 1. C. quæ ſit longa conſuet. vbi probatur, ꝙ conſuetudo ſeruanda eſt in ſimilib. cauſis. Pari modo eſt intelligēdus tex. in d. l. de quibus. ff. de legib. qui probat, & ibi omnes no. ꝙ vbi deficit conſuetudo, attendendum eſt ſimile conſuetudinis, quia procedit, ubi lex non contradicit, ſeu ubi lex deficit prout etiam verba illius tex. ſonant. Secundum etiam prædictam diſtinctionem intelligenda videtur doctrina Bar. in l. poſt dotem, col. pen. ff. ſol. matri. vbi dicit, ꝙ conſuetudo diſponens in vno caſu, non extenditur ad alium, & idem in effectu dicit in auth. qui rem in fi. C. de ſacroſ. eccleſ. procedit enim doctrina Bar. prædicta, quando conſuetudo eſt contra ius commune, per ſupra allega. Ex præmiſſa ergo diſtinctio-
4 ne duę ſunt fiendæ concluſiones. Prima eſt † concluſio, quod conſuetudo ſecundum ius, vel præter ius, extenditur, tex. eſt in d. l. de quibus. qui ſic communiter intelligitur, quicquid dicat Fulg. ibi. probatur etiam in d. l. 1. C. quæ ſit longa conſuet. & bene facit tex. cum gl. in l. non poſſunt. ff. de legi. Limitatur tamen primo concluſio iſta, vt non procedat, quando talis conſuetudo præiudicat iuri alterius, quia non extenditur. ita limitat d. Fel. ſub dubio Forte, in d. c. auditis. inf. de præſcrip. ſed hoc ſatis uolnit Inno. in d. c. dilecto. col. pen. infra de offi. archid. dum dicit, quod conſuetudo oneroſa non eſt extendenda, & bene comprobatur hæc limitatio ex eo, quod ſignanter dicit Abb. in Clem. ſtatutum. in fi. de electio. per illum tex. iuncta gl. in verbo, emolumento. ubi inquit, ꝙ licet uacante ſede iuriſdictio epiſcopalis ad aliquam particularem perſonam deuoluatur ex conſuetudine, uel aliter, tamen ad illam non deuoluetur iuriſdictionis emolumentū, niſi id habeat cōſuetudo. Ratio eſt, ſecūdum eum, quia illud emolumentum non uenit ratione acceſſorij. item, quia illa conſuetudo uel priuilegium alterius præiudiciū concernit. Præmiſſam limit. ſatis vult Pau. de Caſt. qui hoc declarat, in d. l. de quib. col. 1. & melius. col. 3. idem Abb. in c. cum inter uniuerſas. ſ. de elect. ubi loqtur de conſuetud. oneroſa eccleſijs, de qua dicam aliquid ad propoſitum infra extra gl. in 5. concluſione in 7. limitatione, & faciunt iura vulgaria probantia, quod diſpoſitio vel cōceſſio intelligi debet ſine præiudicio alteris. c. ſuper eo. cum ibi not. infra de offi. delega. l. 2. §. ſi quis a Principe. ff. ne quid in lo. quib. cum ſimilibus. & dicit Abba. in ſimili de ſtatuto in capitulo cauſam quę, circa finem, ſupra de reſcrip. quod ſtatutum præiudicans iuri alterius, debet ſtricte intelligi, etiam per ſubauditionem, allegat tex. no. in l. 2. C. de noxa. Nec dicatur, quod in caſu huius limitationis dicitur potius preſcriptio, quam conſuetudo, ex quo derogat iuri priuato, & non vniuerſaliter. vel in communi, quia reſpondeo, quod licet ius, quod acquirit, ex conſuetudine, trahatur ex priuato, tamen dummodo acquiratur in publico & in communi, ſatis dicitur conſuetudo, vt declarat Abb. infra col. antepenul. verſi. ſed quæro circa iſtam partem, & ponitur exemplum in l. venditor. ff. commu. præd. Sed hic cadit quæſtio acceſſoria, Quid ſi caſus †oc
5 currēs non reperiatur deciſus, ſed reperiatur ſimile legis, & ſimile conſuetudinis, an potius attendatur ſimile conſuetudinis? hęc quęſt. attingitur plene per Docto. poſt glo. & Barto. in dicta l. de quibus, maxime per communem præceptorem ibi col. 6. & ibi refert exēpla plura quotidiana, traditur etiam hic plene per Docto. & propterea aliter non inſiſto. Communis videtur concluſio, quod, data paritate in omnibus, in materia conſuetudinaria attēditur magis ſimile conſuetudinis, & in materia iuris ſcripti attenditur potius ſimile legis, ita in effectu Bartolus, Angelus, Alb. & communiter alii, in d. l. de quibus. idem d. Ant. hic in repe. co. 30. ubi refert tres regulas, quas facit Guliel. de Cu. in d. l. de quibus, quæ tendunt ad concluſionem præmiſſam. Notandum ta-
6 men eſt, quod iudex eccleſiaſticus, † deficiente iure Canonico, debet potius iudicare ſecundum ius ciuile, quam ſecum generalem vel particularem conſuetudinem. ita decidit glo. in c. conſuetudo. 1. diſtin. & uidetur fortis deciſio. & cum illa glo. tranſeunt Doct. ibi, & eam dicit eſſe notādam, Card. Alex. ibi col. 3. ſubiiciens ſecus eſſe, quando conſuetudo eſſet miſta laicorum & claratorum, per tex. in c. cum veniſſent. infra de eo qui mit. in poſſeſſ. cauſa rei ſeruandæ. Se-
7 cunda † eſt concluſio, quod conſuetudo contra ius non extēditur. d. l. quod non ratione, & d. c. quod tranſlationem. de offic. lega. cum aliis ſupra adductis circa principium huius requiſiti. & ita communiter concludunt, Docto. excepto Fulgo. in d. l. de quibus cuius argum. reſpondet Mart. Laud. & communis præceptor ibi col. 3. Præmiſſam etiam concluſionem tenet Fulg ſibi contrarius, in conſ. 66. incipient. Guarnerius, ubi dicit quod conſuetudo, de qua per glo. in dict. l. dos a patre. C. ſol. matrim. non extenditur. Et dicit Bal. in l. quicunque. C. de ſer. fugi quod conſuetudo eſt ſtricti iuris, & ad vnguem obſeruanda. idem Abb. in ca. 2. ſupra eod. Et dicit Areti. in conſi. ſuo 44. incip, in propoſita conſultatio. quod conſuetudo contra ius, non extenditur ad alium caſum, vel locum, & idem dicit ipſe Are. in conſ. 132 incipien. in cauſa quæ vertitur, col. penul. in princip. Et ex his dicendum videtur, quod conſuetudo, quæ eſt in una eccleſia, non extendatur ad aliam eccleſiam, quando illa conſuetudo eſt contra ius, & ita determinat. Abba poſt Vincent. in c. cum olim. ſupra eod. & faciunt plene notata per Barto. & alios. in d. l. de quibus. ff. de legi. In primis enim attenditur ius commune, ſi vero ius commune nihil diſponit, tunc attendenda eſt conſuetudo vicinarum eccleſiarum. tex. eſt in d. c. cum olim. & faciunt dicta in præcedenti concluſi. Et hoc facit ad conſuetudinem, quæ eſt in aliquibus eccleſiis Mediolani, ſcilicet, quod morienre clerico beneficiato de menſe Maij, hęredes, ſanguinis ſuccedāt in bladis groſſis, ſi vero moriatur de mē ſe Septembris, ſuccedant in omnibus fructibns, nā talis conſuetudo, quæ eſt contra diſpoſitionem iuris communis, de qua in c. præſenti. de offi. or. lib. 6. non debet extendi ad alias eccleſias, per prædicta. Aliud tamen eſſet in conſuetudine vnius curiæ, quia ſeruatur in alia, vt dicam infra in 6 limitatione, vbi aſſignabo rationem diuerſitatis. Præmiſſam etiam concluſionem tradit Bal. in conſ. 275. inci. quod pro regula in feudis traditur. in 2. vol. colu. fi. ubi pulchre decidit, ꝙ cōſuetudo admittens filias ad ſucceſſionem feudi, non extenditur ad filios filiarum. Præmiſſam etiam concluſionem tenet idem Pau. de Caſt. in conſ 337. incip. quia ſupra. in noua impreſſione nouorum. Dicunt etiam moder. in cap. 1. infra qui cleri. vel vouen. quod ſi aliquid eſt conceſſum ex cōſuetudine Cardinalibus legatis de latere, id non extenditur ad alios legatos de latere creatos non Cardinales. Hinc etiam dicit Calde. in conſ. ſuo. 5. ſub. tit. de conſuetud. incipi. an ſit conſuetudo eccleſiæ, quod conſuetudo eccleſiæ, quæ habet, quod canonici poſſunt optare, non extenditur ad prælatos illius eccleſiæ. vel ad dignitatem habentes. & dicit. idē Cal. in conſi. ſequenti, quod ſtante conſuetudi. quod canonicus non poſſit optare, niſi ſemel, certe ſi ſemel optauit, licet moueatur ſibi lis ſuper præbenda optata, tū non poterit aliam optionem facere, adducit Calderin. bonas rationes, vt ꝓ eū. & dicit ipſe Cal. in conſ. ſuo. 7. incip. conſuetudo. co. titu. qđ

con-

Source : BIU Cujas

consuetudo optandi, est contra ius, & propterea ille solus po
test optare qui a consuetudine permitteretur. & de hac con-
suetudine, etiam aliquid infra statim dicam. Hinc etiam vi
detur concludere Rota in antiquis sub hoc eod. tit. decis. 8.
incipien. episcopus, quod consuetudo, quæ habet quod epi-
scopus habeat certam mensuram de grano, quod portatur
ad urbem, non debebit aliquid habere de farina, quæ porta-
tur, & præsupponit id procedere, etiam si portetur farina in
fraudem. Et allegat ad hoc plurima iura, & quia ultimo lo-
co istam opinio refert, illi inhærere censetur, iuxta gloss. in l.
qui filium, §. Sabinus, ff. ad Treb. hoc tamen non firmo, quā-
do constaret de fraude, quia fraudibus & dolis omnia iura re
8 pugnant. Per præmissam †etiam conclusionem dicere pos-
sumus, quod consuetudo ecclesiæ Mediolanensis, relata per
gl. in c. cum in ecclesia. in uerbo, dictam. de præben. li. 6. quæ
habet, ꝙ archiepiscopus conferat beneficia omnium cleri-
corum uacantia per vxorationem, uel interfectionem ipso-
rum clericorum, non extendatur quatenus est contra ius, &
sic ubi talis consuetudo uigeret in uno genere beneficiorū,
non extenditur ad aliud, & si uigeret in una ecclesia, nō ex-
tenditur ad aliam. an autem excludat expectantem, tradūt
9 ibi gl & Doct. dic, vt per eos. Ex premissa † etiam conclusio-
ne infertur, quod cōsuetudo appellandi a seculari iudice ad
episcopum, non extenditur, ut possit quis appellare ad Papā,
omisso medio. ita Abb. post Card. in c. licet ex suscepto, in fi.
10 infra de fo. compet. item infertur, †ꝙ consuetudo præferens
primogenitum, non extenditur ad filium primogeniti mor-
tui ante patrem. ita Io. And. in addi ad Spec. in rubr. de feud.
de quo tamen uide Ab. in c. licet infra de voto. Oldr. in con
sil. 224. incip. istæ sunt allegationes. & multa similia ad con-
clusionem præmissam congerit Fel. in c. auditis. de præscrip.
& sequenti, ubi plene attingit illam materiā, an præscriptio
extendatur ad iura similia, & aliquid etiam de conclusione
nostra tradit Alex. in l. diuortio. §. si fundum. ff. solu. matrim.
& Socin. in consil. 278 incip. in quęstione uertente. in 3. col.
& dicit Oldrad. in cons. 194, factum tale est, ꝙ consuetudo ꝺ
ius, non est extendenda, sed rigide in suis finibus tenenda, &
propterea decidit, ꝙ consuetudo, quæ habet locum sede va
cāte, restringitur ad ueram & totalem vacationem. Per hoc
11 videtur †decidi quæstio, an stante consuetudine in ecclesia,
ꝙ antiquior possit optare, pone ꝙ primus in data sit secūdo
receptus, an præferatur secundo in data, qui sit primo rece-
ptus, quando per primum impetrantem non stetit, quo mi-
nus reciperetur. uidetur dicendum, ꝙ non præferatur, quia li
cet fingatur primo receptus, ex quo per eū non stetit, tñ non
dicitur uere receptus. contrarium tamē pulchre decidit Ro
ta per bona fundamenta, in decisionibus antiquioribus, sub
hoc eod. tit. decisio. 6. & maxime mouetur, quia illa secūda
receptio retrotrahitur, ex quo primus impetrās erat recipiē-
dus, nec per eum stetit. & subijcit, quod ita per tres sentētias
pronunciatum fuit. Nec obstat dicere, quod talis non sit ue-
re receptus, quia respondeo, quod casus fictus vero æquipa-
ratur a iure in terminis prædictis, quia conditio habetur pro
impleta, quando non stat per implere debentem. l. iure ciui
li. ff. de cond. & demonst. igitur talis consuetudo optandi, ha
bet locum etiam in ficte recepto. c. cum dilectus. & c. ad au-
dientiam. infra de cleric non resi. & ibi notatur, & tradunt
Doct. in l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad legem Falcid. & in locis uul-
garibus. Dicit etiam Oldra. in cons. 237. incip. perlectis. quod
consuetudo diuidendi feuda inter consortes, non extēditur
ad modum prælegandi. Per istam regulam etiam decidere
possumus talem quæstionem. Pone, consuetudo extat ꝙ fi-
liæ dotatę denegetur petitio portionis hęreditatis eidē com
petentis, extantibus fratribus, an talis consuetudo extenda-
tur ad aliam filiam, quę non fuit dotata, scilicet, ut excluda
tur, si hęredes eam dotauerint. Ista regula facit, quod non, &
ita plene consuluit dom. Signorelus de Homod. in consi. suo
12 98. incip. in Lombardia. Limitatur tamen primo †dicta con
clusio, ut non procedat, quando casus, ad quem fit extensio,
comprehenditur sublata significatione vocabuli casus ex-
pressi. Exemplum, si consuetudo excludit filiam a succession-
ne existente masculo, extendetur ad neptem, quæ similiter
excludetur, ratio est, quia neptis quoquomodo potest dici
filia. l. liberorum. & ibi declarat. Bart. ff. de verb. sig ita limi
tat & determinat dom. Ant hic in repeti. colum. 33. allegat
rex. in cle. 1. de elect. ubi verbum Præbendas extenditur ad
omnia beneficia, quę quoquomodo possunt dici præbendę,
allegat etiam plura alia, & refert multa exempla & decisio-
nes, & pulchre hanc limitationem declarat. Et decisionem
præmissam, scilicet quod consuetudo vel statutum exclu-
dens filiam existente masculo, etiam censetur excludere ne
ptem, firmat etiam Pet. de Achara. hic, & refert & sequitur,
Barba. hic colum pen in fine. idem tenet Bal. per aliud fun-
damentum, in l. venia. C. de in ius uocan. & ibi moder. plene
tradunt, dicentes etiam, quod consuetudo vel statutum di-
sponens, quod filius masculus excludat fœminam, extendi-
tur ad nepotem masculum. ita Bal. Salic. & omnes in d. l. ve-
nia, per glo. ibi. tradit etiam communis pręceptor in ista ma
teria in d. l. de quibus. col. 4. ubi respondet ad regulam, quæ
habet quod ius correctorium non extēditur. l. præcipimus
C. de appell. qua regula stante videbatur, quod prędicta con
suetudo extendi non deberet, & dicit, quod ideo extenditur
quia una sola ratio dictæ consuetudinis assignari potest, vi-
delicet fauor agnationis conseruandę, quo casu ratio habe-
tur pro expressa, secundum gl. Bal. & Paul. de Cast. in l. quan
uis C. de fideicom. & tradit. Felin. c. translato. in fin. supra de
consti. sed quando ratio est expressa in dispositione corrigen
te, licita est extensio etiam in correctoriis, vt tradunt doct.
in auth. quas actiones, C. de sacro sanct. eccles. Sed aliter re-
sponderi potest, uidelicet, quod ibi, casus, ad quem fit exten
sio, comprehenditur sub lata significatione vocabuli. tunc
fit extensio etiam in correctorijs, ut est gl. uulgata in Clem.
1. in verbo, eligatur, de elect. tradunt Docto. in l. si constante.
ff. solu. matrim. & in locis uulgaribus. & istud est, quod uo-
luit dicere domi. Anto. hic. tradens istam limitationem, ad
quam etiam uide. quę tradit plenissime magnus pacticus, &
pręceptor meus, domin. Francis. Curtius senior, in consil. 80.
incipien. recte prefatus egregius doctor. & iura & authorita
tes in dictis locis videri possunt. Et ad hanc limitationem
facit etiam decisio Oldrad. in consilio, suo. 211. incipiente,
ad propositum fratrum sancti Anto ubi consuluit, quod cō-
suetudo tribuens frarribus S. Antonij curam animarum pe-
regrinorum, siue curialium, comprehendit etiam Cardina-
les, & eorum familiares, quia, vt ipse inquit, vocabulum Cu
rialium, ac rationis identitas, comprehendit Cardinales. Fa-
cit etiam ad præmissam limitationem, quia statutū, vel cō-
suetudo disponens, ꝙ frater defuncti excludat matrem, ex-
tenditur ad auiam maternam. hoc voluit Bart. post Richar.
in l. 2. ff. ad Tertul. & Io. And. in addit. ad Spec. in rub. de succ.
ab intesta. in 2 & 3. col. Bal. in l. quicunque. in 4. col. C. de ser.
fug. & plenius in l. si defunctus. C. de suis & leg. tradit Alexā.
post Bald. in l. illam. C. de collat. & idem firmat communis
præceptor in d. l. de quib. col. 6. ubi refert Iac. Bu. & Bal. alibi
13 contrarium tenuisse. Secūdo limitatur †dicta ꝯcl. ut nō pro-
cedat, quando casus occurrentes habent se inuicem cum ca
su consuetudinis, vt correlatiua, & eadem ratio militat. Exē
plum in marito & uxore l. 2. C. de indic. uidui. tol. ubi Barto.
item exemplum in emptore & uenditore, locatore & con-
ductore, glo. est in cap. 2. de locato. & in l. 1. C. ne fide. dot. dē
tur. Ita etiam limitat Do. Anto. hic, colum. 33. plura alia al-
legando. Hanc limitationem comprobo per not. decisionē
Bal. in authen. hoc locum. in fi. C. si secund. nup. vbi dicit, ꝙ
consuetudo Bulgari, de qua ibi fit mentio per gl. & omnes,
quæ habet, quod si maritus relinquat uxorem dominam &
usufructuariam, illud legatum verificatur in alimentis tan-
tum, procedit etiam econtra, scilicet, si uxor relinquat ma-
ritum dominum & usufructuarium. quam decisionē & ple
rasque alias similes refert & sequitur communis præceptor
in l. fi. C. de indi. uidui. tol. plures etiam decisiones refert D.
Feli. in proœ. huius libri Decretaliū, in salutatione, col. 2. &
D. Baptist. de S. Seuerino in suo trac. correlatiuorū impresso.
14 Tertio limitatur dicta †conclusio, vt non procedat, quando
duo æquiparantur a lege antiqua, quia tunc consuetudo su-
perueniens in vno, extenditur ad aliud, sicut etiam extende-
retur lex pœnalis, vt est gl. & ibi Bar. & alij, in l. si quis seruo
persuaserit. C. de fur. per illum tex. iuncta l. nō tantum. ff. de
seruo corrup. tradit etiam Abb. vbi dicit ita communiter te
neri, in c. de multa. in gl. in uerbo. in eadem, infra de præbe.
& Dd. alibi sæpe. Istam limitationem etiam tradit Dom. An
ton. hic colum. 34. in uersic. fallit tertio, & ratio huius limi-
tationis est, quia hoc casu consuetudo non se extendit nec
extenditur per hominem, sed per legem antiquam. Talis. n.
15 †extensio dicitur passiua, quæ non excluditur, licet materia
non sit alias extendibilis, ut uoluit in effectu Bar. in d. l. si qs
seruo, & plenius Dom. Ant. hic colum. 36. in uersic. hęc pro-
cedunt extensione actiua. ubi tradit multa exempla, trad ūt
etiam Bar. & alij, maxime Do. Alex. in l. 1. §. lex Faldidia. ff.
ad leg. Falci. Abb. & alij in cap ad audientiam. & in cap. dile
ctus. infra de cle. non re. Ad hanc etiam limitationem ap-
plicari possunt ea, quæ tradit Do. Anto. h ic colum. 34. uersi.
fallit quinto. vbi dicit, quod quādo duo sic se habent, quod
unū mensuratur ad instar alterius, tunc con suetudo in uno
extenditur ad aliud. exemplum, gradus in affinitate mensu-
rantur ad instar graduum in consanguinitate, si corrigatur
gradus in consanguinitate, corrigit & in affinitate. gl. est in
cap. non debet. de consang. & affi. alia etiam exempla tra-
dit, quæ partim ad hanc limitationem, partim ad sequentē
applicari possunt. Ad istam etiam limitationem applicari
potęst

Source : BIU Cujas

poteſt alia limitatio d. Anton. col. 14. vbi dicit, quod quãdo duo extrema ſunt ſuppoſita legi interpretatæ, conſuetudo interpretans in vno, extenditur ad aliud, per adducta per eũ. Et procedit hęc limitatio, nedum quando duo ſunt ſimpliciter parificata, ſed etiam, quando reperiuntur a iure communiter parificata in diſpoſitionibus, vt eſt videre in poſtulatione, electione, & præſentatione, quæ per iura Sexti, vt in pluribus parificantur. nam taliś aſſueta parificatio faciet, quod conſuetudo in vno, extendetur ad reliquum. ita D. Ant. hic col. prædicta, in uer. fallit ſexto, per text. in c. translato. ſupra de conſtitut. & per glo. quam dicit eſſe not. in c. ſi poſtquam in uerbo, prouiſione, de elect. io. libro 6. & per alia, de quibus per eum, & licet de hoc d. Anton. faciat nouam limitationem, tamen melius, ut puto, applicatur ad iſtam tertiam
16 limitationem. Quarto limitatur † dicta concluſio, ut non procedat, quando unum uenit conſecutiue ad alterum, quia conſuetudo; in uno extenditur, ad conſecutiuum ita dom. Anto. hic. colum. 34. uerſ. fallit. quarto. Exemplum certa ætas eſt determinata in dignitatibus inferioribus habentibus ordinem annexum, & certa ętas eſt determinata ordini, ſi ætas reſtringatur in dignitate, reſtringitur etiam in ordine annexo, vt not. in capitu. cum in cunctis. §. 1. infra de elect. facit tex. in l. tutelas. ff. de capitis diminutione. iſtam limitationem etiam tradit Bart. in repe. d. l. de quibus. colum. 2. ff. de legi. vbi dicit, quod conſuetudo procedit ex quodam præſcripto iure, ſed in præſcriptionibus veniunt acceſſoria, puta ſeruirutes, l. ſi aliena. §. 1. vbi etiam Bar. ff. de uſuca. ergo idem in conſuetudine, quæ eſt circa factum, vt ueniant omnia acceſſoria facti. Et illam doctrinam Bart. ſequuntur alii, communiter ibidem, & dicit communis præceptor ibidem col. 7. eam. eſſe diligenter notandam ad limitationem ſingularem regulę, quæ habet, quod in præſcriptionibus & cõſuetudinibus tantum præſcriptum eſt, quantum poſſeſſum, & non plus. l. 1. §. Iulianus. el 1. ff. de iti. actuq; priuato. & ibi gl. & tradit Bart. in §. ſi quis hoc interdicto. in eadem. l. Hanc limitationem comprobo per tex. in d. ca. dilecti filii. infra de arb. ubi probatur, quod conſuetudo tribuens poteſtatem iudicandi mulieribus, tribuere cenſetur acceſſorie poteſtatẽ, arbitrium ſuſcipiendi. & illum tex. ad hoc no. Abb. ibi in ſeptimo nota. referens notabile dictum, ſcilicet, quod cõſuetudo circa vnum actum contra ius, extenditur ad aliũ actũ, qui quodammodo per ſimilitudinem dicitur includi ſub priori, ſeu includitur tanquam pars ſub uno toto. & ad hoc etiam allegat. not. per Cy. in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetud. Comprobatur etiam præmiſſa limitatio per ea, quæ tradit Abb. poſt alios in cap. quia in tantum, infra de præb. ubi dicit, quod diſpenſatio trahitur ad conſecutiua, per adducta p eum, & tradit plura exempla Fel. in c. at ſi clerici. §. de adulteriis, infra de iud. & in cap. poſtulaſti. infra de reſcrip. Et facit mirãda deciſio, quam refert Abb. in Clem. ſtatutum. de elect. per illum tex. cum glo. in verb. emolumento. ubi dicit quod ſi iuriſdictio epiſcopalis vacante ſede ad aliquam perſonam particularem ex priuilegio vel conſuetudine deuoluatur, ad illam non deuoluitur iuriſdictionis emolumentũ niſi hoc habeat conſuetudo vel priuilegium, & mouetur inter cætera, quia illud emolumentum non venit iure acceſſorii. Ad hanc limitationem etiam applicari poſſunt ea, quæ tradit dom. Anto. hic in 7. in 8. in 10. in 11. & in 12. limitationibus, & dom. Felin. in ca. auditis. infra de præſcrip. col. 6. vel ſequenti. Quinto limitatur dicta concluſio, vt nõ procedat reſpectu loci, quia conſuetudo vnius ciuitatis vel loci extenditur ad oppida & loca particularia illi ſubiecta. dũmodo non habeant conſuetudinem propriam ita dom. Anto. hic col. 38. idem Bar. in repet l. 2. q. 36. C. quæ ſit lon. conſ. facit tex. in l. qui ex vico. ff. ad municip. & idem firmat cõis præceptor in l. omnes populi. in 2. lectura, col. 9. ff. de iuſti. & iur. tradit etiam dom Laurentius Calcaneus in conſil. ſuo 2. col. 24. item comprobatur hęc limitatio, qna ad eſſe conſuetudinis non requiritur probari, quod actus, ex quibus cõſuetudo inducitur, ſint facti in qualibet parte territorii, ſed ſatis eſt, quod probentur tot actus in territorio. ex quibus deprehendatur tacitus conſenſus populi. dic. l. de quibus. & ibi doctor. & etiam tradunt Docto. hic. & declarat. domi. Petrus Phillip. Corne. in conſ. ſuo 519. incip. circa primum. col. 11. in 3. uolumi. ubi per hoc conſuluit, quod ſi probetur vigere conſuetudinem in curia mercancię ciuitatis Senarum, quod libris mercatorum alibi ſcriptis adhibeatur plena fides, talis conſuetudo non eſt reſtringenda ad ipſam curiam, licet actus probentur qui eſt in ipſa curia ex quo non probantur aliter geſti in alia curia. & propterea ipſa conſuetudo ſeruanda erit, ſecundum eum, etiam in curia Poteſtatis vel Capitanei, quia in tali conſuetudine interuenit tacitus conſenſus populi. quę deciſio rationabilis eſt, & videt mihi fortior, quã ſit prædicta limitatio, & de ea poſſet fieri
17 particularis limitatio. Sexto igitur limita dictam † regulam ut non procedat, quando conſuetudo eſt in vna curia ciuitatis, quia ſeruabitur etiam in alia curia, per prædicta. & licet Areti. aliter loqui uideatur in conſil. ſuo 44. incipien. in propoſita conſultatione. tamen debet intelli, vt loquatur, quando curia eſt in alio loco, ut ciuitate alia, vel quando curiæ ipſæ habent diuerſas conſuetudines. per rationem ſupra relatam. aliud tamen eſſet in conſuetudine unius eccleſiæ, in qua ſolum tacitus conſenſus clericorum illius eccleſię interuenit, quia ſi talis conſuetudo eſſet contra ius, non extenderetur ad alias eccleſias, vt declaraui ſuprà in princip. huius ſecundę concluſionis. illud tamen, quod præſupponit dom. Anto. ſupra relatus in præcedenti limitatione quinta, ſcilicet, quod conſuetudo proprii oppidi, præferatur cõſuetudini ciuitatis in illo oppido, declara, vt dicam infra extra glo. concluſione 7. in ſecunda ampliatione, vbi hoc, & alia ad propoſitum plene terminabo. An autẽ & quando ad alia loca non ſubiecta extendatur conſuetudo, tradunt Inno. & alii maxime dom. Anton. qui tractat an extendatur ad loca item an ad iura. & multa alia tractat in cap. fin. infra de offi. archi. aliquid etiam tradit Aret. in conſ. 114. inci. clariſſime & excellentiſſime Doctor. tradunt etiam glo. & omnes in c.
18 conſuetudo. 1. diſtin. vbi inter cætera tangunt, an † conſuetudo vrbis Romæ ſeruanda ſit vbicunque. de quo etiam in locis ibi relatis per Ge. & per eundem in cap. nolite. poſt glo. ibi, 11. diſtin. per Abb. poſt. alios in c. cum olim. ſup. eod. per Bart. vbi ſupra, & per dom. Anton. hic, & plenius dicam in
19 fra extra glo. in 8. concluſione. An autem conſuetudo † mercatorum, ſeruãda ſit in alio foro inter ipſos mercatores, tradit pulchre Bal. in l. 2. col. 2. C. de conſti. pecu. & communis, præceptor in l. omnes populi. in 2. lectu. col. 9. ff. de iuſtit. & iu. & dicam infra poſt ſcripta Abb. quæſtione penultima. Se
20 ptimo limitatur † dicta concluſio, vt non procedat in conſuetudine pęnali, quia illa extenditur de ſimilibus ad ſimilia. tex. eſt ſingu. in c. 1. §. porro, quæ fuit prima cauſ. benefic. amit. in vſib. feudor. Et dicit ibi Bal. quod non eſt melior tex. in iure, quod in pœnalibus ſtatutis & conſuetudinibus proceditur de ſimilibus ad ſimilia. dicit tamen Bal ibi, quod iſta doctrina non procedit, quando pœnę imponuntur habito reſpectu ad priuilegium alicuius perſonę, quia tunc nulla poteſt fieri extenſio de ſimilibus perſonis ad ſimiles, nec de caſibus ad caſus. allegat glo. quam dicit ordinariam & ſingularem, in §. item miſta. inſti. de actio. iſtam doctrinam & limitationem aliqualiter defendit communis pręceptor in l. fin. ff. de in ius vocan. & ſimpliciter eam refert & ſequitur, domi. Pet. Rauen. in concluſionibus ſuis conſuetudinis. Breuiter communis opinio eſt, quod lex vel conſuetudo pœnalis non extenditur. ita concludunt glo. Bart. Bal. Fulgo. Roma. & communiter alii, in d. l. fi. & ibi tandem idem cõcludit communis pręceptor, alia ad hoc adducens, & ſatis probatur in regula, odia. & in regu. in pœnis. de regu. iur. lib. 6. & idem concludit dominus Anton. hic in repetit. colum. 33. verſicu ſallit primo. vbi dicit, quod pœnalia non extenduntur a paritate rationis, & fortius non extenduntur ea, quæ ſimul ſunt pœnalia & correctoria, præſupponit tamen, ꝙ a maioritate rationis fieret extenſio, & ita dicit debere intelligi Ioan. And. in reg. odia. & in d. regu. ignorantia. de reg. iu. li. 6. facit tex. in l relegatorum. §. fin. ff. de interdi. & releg. Sed vis ſtat in reſpondendo ad tex. in d. §. porro. dom. Alex. in l. cum mulier. in notabilib. ff. ſol. mat. dicit, quod ibi tractatur de pœna priuationis vtilis dominij, quaſi velit, ꝙ illa non ſit vere materia pęnalis. Sed certe debilis videtur hęc ſolutio, vt etiam præſupponit communis præceptor in d. l. fin. col. pen. ad fi. Melius forte poteſt reſponderi, ꝙ ille text. procedat, quia ratio eſt in eo ſcripta, tunc enim fit extenſio etiam in pœnalib. d. l. cum mulier. & ibi not. dom. Ale. in 5. notabili. vnde diſpoſitio dicti §. porro. non poteſt applicari ad conſuetudinem, quæ eſt ius non ſcriptum. §. conſtat. Inſt. de iure natu. vel dicas, ꝙ ibi tex. loquitur in pœna maleficii, & ſic in pœna cõtinente odium rationabile, vt infra dicam ſtatim. Saluari † tamen poſſet dicta limitatio in aliquib. caſibus. Primus eſt, quando conſuetudo pœnalis eſſet fauorabilis animæ, quia tunc extenderetur, vt no. Bart. in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendit. & ita etiam dicit D. Anto. hic in d. verſic. fallit primo. & ad hoc allegat etiam glo. in l. omnes. in verbo, apoſtolicæ. C. de ferijs. vbi dicitur, ꝙ feriæ contra ius in Apoſtolis ex maioritate rationis extenduntur etiam ad Beatiſſimam Virginem. Secundus caſus eſt in conſuetudine pœnali maleficiorum, quia talis conſuetudo puniens maleficia, eſt fauorabilis, tanquam concernens fauorem publicum, ſeu odium rationabile. l. quemadmodum. & ibi Bar. C. de agrico. & cenſi. li. 11. & ita poteſt procedere deciſio Bal. in d. §. porro. Et iſtam deciſ. etiam vult Sal. in l. 2. colum. 10. C. de noxa. & gl. 1. in l. ſi quis id, quod. ff. de iuriſd. om.

iud.

Source : BIU Cujas

iud.per quam no.ibi Bal.& moder. quod in pœnis maleficio rum proceditur de ſimilibus ad ſimilia.idem tradit pulchre Ang.in §.ius autem ciuile.col.10.inſtit.de iure nat. ubi dicit ſecus eſſe,quando pœna continet odium irrationabile. l.qſquis.C.ad leg.Iul.maie. & alias authoritates ad hoc adducit communis præceptor in d.l.fi.& in d.l.ſi quis id,quod. col.8. ff.de iuriſd.omn.iud.licet poſtea mordeat dictam deciſionē. Alios caſus,in quibus in pœnis fit extenſio,collige ex diſtinctione, quam refert Ang. in d.§.ius autem ciuile. & dixi hoc anno multa bona,in c.translato ſupra de conſtitutionibus.

22 Octauo limita † præmiſſam concluſionem, niſi conſuetudo ſit fauorabilis, etiam alio reſpectu quam animæ, quia tunc extenditur.ita in ſimili de ſtatuto decidit Bald.in l.qui ſe patris.C.unde liberi.ubi dicit,quod ſtatutum de compromiſſis fiendis inter agnatos,quia eſt fauorabile, extēditur ad agnatos improprios.& ibi ſequuntur Paul.de Caſt.& Alexan.tradunt etiam Doct. poſt Bal.in d.l.uenia. C. de in ius vocan.& communis præceptor,qui extollit iſtam deciſionem, in d. l. de quibus.col.4.ff.de legib.Et ꝙ tale ſtatutum ſit fauorabile, etiam firmat Alex.in rub.& in l.1.ff.ſol.matrim.col.pen No-
23 no limita, vt † non procedat præmiſſa concluſio in interpretatione conſuetudinis, quia licet conſuetudo contra ius regulariter non extendatur,vt dictum eſt,tamen conſuetudo interpretari poteſt ex ratione & mente ipſius cōſuetudinis, quia ratio & mens attendēda eſt,ſi aliquid ambiguitatis, circa ipſam conſuetudinem oriatur.ita eleganter Bal. in l.maximum vitium.C.de libe.præterit.in quęſtione, quam primo loco diſputat. idem tradit agnatus & præceptor meus, d.Franc.Curtius ſenor. in conſil.ſuo 34.incipien. tenor conſuetudinis.col.4.Vltimo crederem generaliter limitandam eſſe dictam concluſionem,ut non procedat,quando in caſu omiſſo a conſuetudine militat eadem ratio omnino, quia tunc non dicitur fieri extenſio,ſed ille caſus includitur in ratione conſuetudinis. Ad hoc adduco glo. nota. licet uulgatam,in c.1.in verbo,italiæ.de tempo.ord.lib.6. quam ſequitur Abb.in c.at ſi clerici in princi.col.antepe. & in §.de adulteriis.col.4.de iudic. & cum Abb.in hoc tranſeunt moderni ibi.ſequitur etiam Pau.de Caſt.in conſ.338.incip.præſens caſus,dicēs quod aliud eſt,quod rō ſit eadē,aliud,quod ſit ſimilis,idem Alex.hoc exemplicans.in conſ.75.incip.videtur in 5.vol.licet Gemi.& Imo.in d.cap.1.& quidam alii impro-
28 bent glo.ibi,tamen,rationabilis eſt,quia conſiſtit in ratione c.conſuetudo.1.diſtin.in prin.& ratio,eſt anima legis,ſecundum Bal.in l.ſi quis ſeruo. C.de furtis. & dictam doctrinam, etiam ſequitur Bald.ibi,& communis præceptor in l. ſi quis id, quod.ff.iuriſ.om.iud.& in l.fi.ff.de in ius uoca.& eam dicunt eſſe communem nouiores in d.§.de adulteriis.colum. 10.Et hac doctrina attenta,deſtrui poſſent multæ deciſiones in materia extenſionis, quia, ut dixi, quando ſubeſt eadem ratio,non dicitur extenſio fieri,licet pleriq; Doct.in hoc æquocent,maxime Bart in auth.quas actiones.C.de ſacroſan. eccle.in illa enim materia eſt ſimilitudo rationis,& non eadem ratio, ut tradit Alex. in d. conſ.75. conſidera tamen ſuper hac limitatione,quia eſt magni momenti,& quia hic pū ctus per alios non explicatur.Aliquæ aliæ limitationes referuntur,per D.Ant.hic quæ partim ſub præcedentibus cōcluduntur vt prędixi,partim ad ſtatutum & non conſuetudinē applicari poſſunt, & vna per eū improbatur, vide per ipſum & ad toram iſtam concluſionē & limitationem etiam vide, quę congerit Felin.in cap.auditis. col.6.& ſequentibus infr. de præſcrip.Et per hæc ſit expeditum tertium requiſitū con-
24 ſuetudinis Quartum requiſitum † conſuetudinis eſt, ſecundum gl.noſtram,quod conſuetudo ſit inducta ſciente Principe,uel illo,qui poteſt ius condere. idem glo.in c.fruſtra.8. diſtin.Oldr.in conſ.237.incip.perlectis.& in conſ.244. incipi ad obiectus.col.2.Contrarium tamen tenet Abb. hic. idem dom.Anto.hic in repet. & firmat Alex. alias authoritates, adducens in conſil.6.col.fin. in 1.uolu.& dicit Barba.hic co. 26. quod iſta eſt communis opinio. & idem atteſtatur dom. Petrus Philip. Corn. in conſ.ſuo 155. incip. ex quo ſtatutum in pen.col.in 4.uol. & fuit opin. gl.in §. leges.4.diſtin. & firmāt Doct.ibi,& in d.c.fruſtra.vbi Gemi.dicit, quod glo.ibi & ſimiles, contrarium dicentes, reprobantur. idem Cardi. Alex.ibi.col.4.authoritates adducens, & maxime adducit, Abb.idem tenentem in conſil.ſuo.7. in 2.uolum.ſatis.enim hī ſciētia & conſenſus Principis ex gñali ꝓmiſſione huius c. fi.permittētis, ut ꝯſuetudo poſſit induci ꝯ ius,dummodo ſit rationabilis & præſcripta. Aduertendū tñ eſt,quia licet non requiratur ſciētia Principis,tñ requirit ſciētia populi,vel maioris.patris.Scientia enim eorum requiritur in conſuetudine inducenda, qui poſſunt ſtatuta condere, quia ſicut requiritur eorum ſcientia, & expreſſus conſenſus in condendis, ſtatutis, eadem ratione requiritur eorum ſcientia, ex qua cauſatur tacitus conſenſus ad conſuetudinem inducendam & iſtud eſt,quod uoluit dicere glo.noſtra,requirens ſcientiā illius,qui poteſt ius condere.Et quod talis ſcientia requirat, probatur in d.l.de quibus. & clarius in d.cap.cum conſuetudinis.ſupra.eod.& firmant Ioan. Andr.domin. Anto. & Cardin.hic.Cy.in l.2.C.quæ ſit lon. conſuet. & dom.Pet.Philip. Corne.in conſi.ſuo 293.ineip. multa in medium adducuntur.col.9.in 3.uol.allegans prædictas authoritates, & Doct. in d.l.de quibus. Et ita tenendum eſt,quicq uid dicat Gemi. contrarium tenens in c.fi.in prin.de conſuetud. lib.6. per illum tex. qui non probat Sentiunt tamen præfati Doc.quod non requiratur ſcientia populi congregari, ſeu quod actus, deueniat in notitiam populi congregati & hoc etiam ſequi videtur dom.Petrus Philip.Corn.in conſ.ſuo 296.incip.circa primum. col.3.in prin.in 4.volu. licet referat aliquos tenere cōtrarium.& faciunt, quæ infra dicam in 8. requiſito
25 in uerſ.ſeptimo quæritur.Reſpectu,† autem ſcientiæ Principis,concluſio fit contra gl. hic, ſcilicet, quod ad conſuetudinem inducendam nō requiritur ſcientia ſpecialis principis per ſupra adducta.Limita tamen iſtam cōcluſionem, vt nō
26 † procedat,quando conſuetudo induceretur contra ius publicum vtilitate & authoritate, quia tunc requiritur ſcientia Principis.ita Inno. & Gemi. in c. fi. infra de cenſib. idem Spec.in rubr. de feudis.vbi dicit,non valere conſuetudinem ſine ſcientia imperatoris, quod feuda imperialia diuidātur. idem tenent alii Doctores,quos plene refert Felin.in c.cum ex officii. infra de præſcrip.col.4. uerſi.circa dictum Ab.quic quid dicat Abb.ibi contrarium tenens. Tu tamen aduerte, quia opinionem Abb.pulchre defendit Cardi. Alex.in d.ca. fruſtra. col.fin.& uere iſta ſecunda opinio bene probatur in generalitate huius text.qui non diſtinguit, an ius,contra qđ inducitur conſuetudo,ſit publicum utilitate,uel non. Secū-
27 do † limita, niſi conſuetudo inducatur in ſacramentalibus. puta in conſuetudine benedicendi corruptas, quia tunc requiritur ſcientia Principis,ad hoc,quod conſuetudo ualeat, ita glo.quam ibi Abb.extollit,in c.vir autem. infra de ſecundis nup.& ſequitur Cardin. Alex.in d.c.fruſtra colum.fin. Contra tamen iſtam limitationem ſtringit generaliter text.noſter, qui talem ſcientiam non requirit, nec datur ratio diuerſitatis,quare aliud in ſacramentalibus ſit, quam in aliis, ideo de prædicta limitatione dubito. Tertio limita, ut non
28 † procedat in conſuetudine, quæ ſit contra reſeruata Principi,de quibus ſupra dixi,quia tūc ad conſuetudinem inducēdam requiritur principis ſcientia,ita gloſ.in c.pen.infra de filijs presbyt. Gemin. alia allegans 11.diſtin.in ſumma Bart.in l.publicanus.§. vectigalibus.ff.de publica.Sed Imo. ibi contrarium tenet per text.in capitu.ſuper quibuſdam. infra de uerbo.ſignifi.ubi non requiritur ſcientia Principis, quo ad hoc,ut ualeat acquiſitio reſeruatorum Principi per tempus de quo ibi & idem firmant Docto.in uarijs locis,ut refert Felin.qui idem tenet,in cap. cum nobis. columna 1. infra de preſcrip.vbi etiam refert Docto.contrarium tenentes.Quar
29 to † limita dictam concluſionem,vt non procedat, quando lex reprobat conſuetudinem,quia tunc conſuetudo contraria non ualet, niſi Principe ſciente. ita Gemin. hic allegans Ioan.Andr in addi.Spec.in tit.de inſtru. edi. §. compendioſe.uerſi.ſed nunquid.idem Gemin. in ſumma.11.diſtin.& Felin in dicto c.cum ex officij.colum.4.de præſcrip.idem Do. Anto.clare hic repe.col.39.in fi.idem Abb.& Felin alia allegans,in cap.accedentes.infra de præſcript.idem Cardi. Alexand.in dicta ſumma 11. diſtin. Diſputando tamen contrarium teneri poſſet,per iſtum tex.generaliter loquentem de conſuetudine contra ius nec requirit Principis ſcientiam, niſi dicas,quod text.noſter loquitur,quando conſuetudo eſt contra ius ſimpliciter,non autem loquitur, quando eſt contra ius reprobans conſuetudinem. Quæritur modo circa
30 † hoc quartum requiſitum per Abb. an appellatione cōſuetudinis antiquę,intelligamus de illa,quę eſt tanti temporis cuius initii memoria non exiſtat in contrarium. Et concludit,ꝙ non,ſed quod intelligitur de conſuetudine decem annorum,contra Archid.Io. Mona. & Do. Anto.per eum allegatos.& mouetur Abb.per tex.in l.de quibus.ff. de legib. cū glo.Reperio tamē, ꝙ opinionem prędictorum tenet etiam Ro.in ſingulari ſuo 110.inci.quæro ſecūdo.vbi rūdet ad tex. in d.l.de quib.idē tenet Ale.in d.l.de qb.in apoſtillis ad Bart. col.pe.in fi. idē Bal. in rub. C.q̄ ſit lon.ꝯſue.vbi dicit,qđ uetuſtas † propie appellatur tantum tempus, cuius initij memo-
31 ria non exiſtit in contrarium.Opinionem tamen,quam hic Abb.firmat,vult in effectu gl.in ca.generali. in verb.de nouo.& in verb.antiqua.de elect.li.6.& ibi ſequitur Gemin. & Philip Franchus.& pro premiſſa opinione Abb. quidam apoſtillantes hic allegant tex.in l.fi.C.quę ſit longa conſuet.ubi tex. dicit formaliter, Leges quoque ipſas antiquitus probata & ſeruata tenaciter conſuetudo imitatur, & retinet. Sed ille tex.euitari poſſet,quia ſolū dicit,quod conſuetudo imitatur

tatur leges antiquitus, nisi referas verbum Antiquitus, ad verbum obseruata, ibi positum & hoc modo satis probabit opinionem Præmissam, Quam tamen limita, vt non procedat quando fit mentio de consuetudine, legitime prę̃scripta, vt dixi supra in secundo requisito circa princip. In alia autem materia, quando aliquid dicatur de antiquo tradunt domi. Anto. Abb. & communiter alii in cap. veniens. el primo infra de testib. Alexan. & communis prę̃ceptor alias authoritates adducentes, in l. cum aliquis. C. de iure deliberan. tradit etiam dom. Anto. in c. fi. colu. 23. infra de causa possess. & proprie, vbi tractat, quę̃ possessio dicatur de antiquo. idem dom. Anto. in c. consultationibus, infra de iure patro. vbi etiam allegat Inno. tradit etiam Barb. hic colum. 26. distinguendo, Aut verbum Antiqua, vel Ab antiquo, profertur simpliciter, aut exprimitur cum adiuncto. ut per eũ tradit etiam Barba. in cons. 17. incip. præclare scriptum. colum. 26. in princ. in secunda uolum. & in consi. 17. & in consi. 37. in tertia uolum. Aretinus in consil. suo 36. incip. casus. Ale. in cons. 79. incipien. circa primum. colum. 3. in primo uol. & in consil. 3. in 2. vol. & in consil. 187. incipi. in causa & lite. eodem vol. & in consil. 70. in tertio volu. incip. in causa verente inter dominum Baldasarem. Socin. in consi. 8. incipien. in causa agitata. colum. 3. & Card. Alex. in c. 1. in 3. colum. qui feudum da. possi. in vsibus feudorum. Tradunt etiam glo. & Doct. in d. c. generali. & communis præceptor in l. admonendi. colum. 81. de iureiur. in repet. & magnus practicus, agnatus & præceptor meus. Fran. Curtius antiquior, in consi. 82. incipien. Deus pius. ad finem, & in prædictis locis reperies. varias esse Doctorum opiniones, quas aliter non discutio, quia non sunt pũtis speculationis. Et per hæc sit expeditũ reqsitũ cõsuetudinis, cum his, quę̃ tradit Ab. circa illud. Quin
32 tum requisitum † consuetudinis est. quod illud ius, quod acquiritur ex consuetudine, sit tale, quod acquiri possit, id est, cuius sint capaces illi, qui consuetudinem inducunt, alias secus. Exemplum in consuetudine laicorum percipiendi decimas, vel eligendi, quę̃ non valet, quia laici sunt incapaces talium iurium, per ea, quę̃ allegat glo. hic. nec hoc casu sufficeret tempus, cuius initii memoria non existit in contrariũ vt per Abb. post Ioan. And. in c. 2. de prę̃ben. lib. 6. per text. In cap. quanto. supra eodem. & etiam firmat Barba. hic col. 27. sed uide Abb. clarius loquentem in dicto capitulo quanto & quæ allegaui supra in discussione articuli, quantum tẽpus in consuetudine requiratur, in tertia conclusione. Sed
33 dubitat Abb hic, an sciente † Papa talis consuetudo, percipiẽdi decimas per laicos, vel similis, inducatur. Et concludit, ꝙ non, eo, quia esset irrationabilis. in contrarium tamen facit, quod dicit Abba. in consil. suo. 94. incipien. quædam ecclesia. in primo uolum. ubi uult, quod iura impræscriptibilia, sciente principe, præscribuntur, allegat dom. Anto. in ca. accedentes. infra de prę̃scrip. Sed respondeo, quod illud, quod dicit Panor. ibi procedit ut ipse loquitur, in his, in quibus datur capacitas in possid ente, quia licet lex resistat præscriptioni, tamen sciente Principe prę̃scriptio valet, sed data incapacitate, secus esset. ita Abb. in. capit. quanto. supra eodem. & hoc firmat Felin. plura adducens. in d. c. accedentes. vbi limitat regulam, quæ habet, quod quæsibilia priuilegio, sunt quę̃ sibilia, præscriptione, vel consuetudine. capitu. duo simul, infra de offi. ordin. cap. cum contingat. infra de foro compet. cap. super quibusdam. de verbo. significa. vt non procedat in eo, qui est incapax possessionis talis iuris, ꝑ adducta per eũ. Ex his apparet, non recte loqui glo. hic, quę̃ requirit. quod sit tale ius, quod prę̃scribi possit, ad hoc, vt consuetudo valeat, quia aliqua sunt quæ præscribi nequeunt, vt In d. c. accedentes, & tamen priuilegio acquiruntur, vel etiam consuetudine tanti temporis, cuius initii memoria non extat in cõtrarium, vt per Abba. in d. cons. Posset tamen disputando faciliter. teneri contra dictam decisionem, quæ uult, quod imprę̃scriptibilia, sciente Principe, prę̃scribantur, per ea, quæ dicit Abb. supra in quarto requisito, & dixi supra in secundo requisito, in quę̃stione quantum tempus requiratur ad consuetudinem inducendam. Et ꝑ hæc sit expeditũ quintum, requisitum consuetudinis, cum his, quæ attingit Abb circa
34 illud. Sextum requisitum † consuetudinis est quod consuetudo sit obtenta in contradictorio iudicio. ita gl. hic, & in c. abbate. in verbo, ꝯdictorio infra de ver. sig. quas. glo. aliqui sunt sequuti. & idẽ tenet Ale. in cons. 136. inc. in causa. & lite. col. penul. in fi. in 2. vol. Concluſiue Abb. hic decidit ꝯrium videlicet, ꝙ ad consuetudinem inducendã non requiratur, ꝙ sit obtenta in ꝯdictorio iudicio, ex bonis fundamentis, vt per eũ, & in voce declarau. idem do. Ant. hic col. 9. & 10. vbi attestatur hanc esse cõem opinionẽ, & bene declarat, istam etiam dicit esse cõem opinionem Bar. hic col. 28. licet in cõtrarium arguat de tex. in l. 1. C. quę̃ sit lõ. consuet. ibi, probatis his, quæ in oppido frequenter in eodem genere controuersiarum obseruata sunt. Sed respondeo, quod ille tex. non dicit, quod debeat iudicatum esse, sed quod debeat probari obseruantia. & sic ipsa consuetudo. Vel dic, quod ille tex. loquitur de consuetudine, quæ est circa cognitionem causarum, quam debet iudex in similibus causis obseruare, & sic nihil obstat. Præmissam etiam opinionem firmat Bar. in d. l. de quibus. in repe. in 2. q. principali, ver. secundo videamus, & col. pen. & alias authoritates refert, & sequitur ibi cõmunis præceptor, col. 12. in fi. idem Bar. ibi in lectura, col. fi. & in effectu idem vult Bar. in repe. l. 2. C. quæ sit longa consue. col. 14. versi. deinde quæritur, ubi dicit, quod cõsuetudo inducitur ita per actus extraiudiciarios, sicut per iudiciarios & ibidem in sequenti quæstione concludit, quod consuetudo inducitur sine contradictione secũdum omnem effectũ actiue & passiue, & assignat rationem, quia consensus, maioris partis populi præiudicat minori. l. quod maior. ff. ad municip. non ergo debet requiri eorum contradictio, quę̃ nullum potest effectum producere, l. dotem, ff. solu. matr. cum aliis, quæ ibi Bar. allegat. idem Abb. c. abbate. infra de verb. sign. super glos. in verbo contradictorio. per illum text. & in consil. 73. incipien. super quæstione, col. fin. in 2. vol. Idem etiam firmat Paul. de Castr. in d. l. de quibus, colum. 2. dicens, quod ista est communis opinio. & idem attestatur. D. Petr. Philip. Corne. in consil. suo 293. incipien. circa supra dictam consultationem, col. 3. in 1. vol. Aduertendum tamen est, ut dicit Abb. hic, quia licet ad consuetudinem inducendam non re
35 quiratur de † necessitate actus iudiciarius, tamen ex actu iudiciario bene inducitur consuetudo, puta quia iudex iudicauit contra legem populo sciente & non contradicente. idem dicit D. Anto. hic colum. 17. in princip. intelligens hoc verum, quando actus sententiæ est talis, quem populus veri similiter non pateretur, nisi vellet illud pro iure seruari. allegat Ioan. And. idem tenere in d. c. abbate. de verb. sign. & subiicit, quod est communis opinio. sed in hoc uide Barto. qui uidetur requirere duas sententias ad hoc. vt consuetudo inducatur, nisi sit iudicatum inter duos talem esse consuetudinem, quia tunc vna sufficit, ita Barto. in d. repet. l. de quibus. in 4. q. principali. Breuiter, veritas huius difficultatis depẽdet a puncto, de quo statim dicam in sequenti requisito, videlicet, quot actus requirantur ad consuetudinem inducẽdam. Sed dicet quispiam, uidetur quod ex ipsis sententiis consuetudo non inducatur, siue vna, siue duæ sententiæ requirantur, quia res inter alios acta, alijs non præiudicat. toto titu. C. res inter alias acta, & c. dilecto, in fi. de præb. Pro sol. respondet Bar. ubi supra, cum quo alii transeunt, & aliter respõdet D. Ant. hic, in repe. col. 11. in princ. & utraque sol. est notabilis, vide per eos, & per Bar. in repe. d. l. 2. C. quæ sit longa con-
36 suetudo. q. 19. in prin. Septimũ requisitum † cõsuetudinis est, ꝙ homines sint vsi ꝯsuetudine variis vicib. aiõ introdncẽdi consuetudinẽ. ita gl. hic, cum qua Abb. & cæteri cõiter transeunt. idem gl. in c. cõsuetudo. j. dist. quam solam. pro mirabili ad hoc allegat cõis prę̃ceptor in d. l. de quib. in fine, dubitãs de ista decisione, tamen communiter tenetur per Doct. hic post hanc gl. quinimmo neminem vidi hic ꝯdicere. Idem tenet Bal. in rub. C. quæ sit longa consu. versi. quarto quæritur. & plenius D. Ant. hic. col. 10. in fi. inferens, ꝙ actus, quos quis gerit propter necessitatem, & non pro iure suo, non inducũt consuetudinem. Exemplum in iurib. allegatis hic in glo. loquentib. de eo, qui uadit per fundum alicuius, eo quia non potest ire pet uiã publicã, quę̃ est rupta. Idẽ dicendum est in actib. qui fiunt uoluntarie, sed non ex proprio iure, vt siquis vadit longo tpe ad molendinum, alicuius, vel ad furnum, per hoc non inducitur consuetudo. ut in futurum teneatur ire ad illud molendinũ, vel ad illum furnum. Item, si quis hospitatur pluries in domo amici. per hoc non inducitur consuetudo contra illum amicum, ut in posterum eũ teneatur hospitari, & sic de similibus. Et propterea dicimus, quod ex actibus meræ facultatis non inducitur consuetudo, quia nõ tendũt ad inducẽdam obligationem, seu nõ fiunt eo animo ut obligatio inducatur, ut tradit Abb. per pulchra exempla in c. fuã. infra. de Sim. in c. cum ecclesia Sutrina. infra de cau. pos. & prop. in 5. col. vbi tradit dictum exemplum de hospitante in domo alterius, & in c. cum Ioan. infra de cleri. coniuga. ad fi. & per hoc tradit mirabilem decisionem Abb. in c. ex parte Astensis, in vlt. notab. infra de concess præben. per illum tex. videlicet, quod licet in ecclesia consueuerint uigiti instituui, non tamen per hoc restringitur libertas habentis instituere, quin possit plures instituere, & sic non inducitur consuetudo. Et de materia ista uide etiã Bar. in l. j. ff. de cõd. ex lege. & declara eam, vt per Fel. in c. cum accessissent, col. 11. & seq. s̃. de const. Quomodo autem colligatur, ꝙ aiõ inducendi cõsuetudinẽ fiant actus, declarabo infra extra glo. q 6. ad finem, & aliquid ꝯferunt exempla & decisiones s̃. relatæ.
37 Sed hic succesſiue quęritur, quot actus requirantur ad con-

Source : BIU Cujas

ſuetudinem inducendam. Concludit Abbas communem eſſe opinionem quod tot requirantur, ex quibus veriſimiliter colligatur tacitus conſenſus populi. idem communiter, alii, vt etiam atteſtatur Barba. hic. col. 28. & dicit dom. An. in col. 7. in repe. quod eſt arbitrarium. conſiderando qualitatē actuum & perſonarum illos actus facientium, exemplificādo, ut per eum. idem tenet Bar. in d. l. de quibus. in lect. colu. pen. & in repe. d. l. 2. C. quæ ſit lon. conſue. col. 19. poſt multos alios per eum relatos idem Bar. in repe. d. l. de quibus. in 2. q. principali, & ibidem communis præceptor d. Iaſon col. 12. alia adducens, idem in effectu Bal. in l. j. in prin. C. quæ ſit lō. conſue. dicens, quod requiruntur duo vel plures, actus, ſecūdum caſuum emergentiam. idem Card. Flor. dicēs eſſe arbitrarium quot actus inducant conſuetudinem, in conſ. ſuo 62. inci. in eccleſia Belunēſi. col. fi. & conſuluit Abb. in pulchro caſu, in conſ. 54. inci. in prædicta cauſa. in 2. uol. quod licet fuerint producta octo inſtrumenta ſine nomine imperatoris. per hoc non eſt probata conſuetudo, quod inſtrumentum poſſit explicari ſine nomine imperatoris, quia illi actus conficiendi illa inſtrumenta, veriſimiliter non deuenerunt in notitiam populi. Non enim poteſt dari certa regula, quot actus requirantur ad conſuetudinem inducendam. Sed tot requiruntur vt veriſimiliter deuenerint in notitiam populi, ſeu vt ex eis tacitus conſenſus populi colligatur, ita in effectu Doct. præallegati, maxime Bar. Bal. & Sali. in d. l. de quibus. Cum igitur non ſit determinatus certus numerus, relinquēdum eſt arbitrio iudicis, quot actus requirantur, argum. l. primę. in fi. ff. de iure delib. ita Bal. & Sali. in d. l. de quibus, & domi. Anto. quem ſupra retuli. idem dom. Petrus Philip. Corne. in conſ. ſuo. 171. incipien. ex puncto præmiſſo. in tertio uol. Et dicunt præfati Doct. quod tam ex actibus extraiudicialibus, quam ex iudicialibus. inducitur conſuetudo, licet ⁊rium dicat Iac. Butr. in d. l. de quib. dicit tamen bonū, verbum d. Pet. Philip. in d. conſ. videlicet, quod ponderandū eſt, quia actus extraiudiciales, niſi ſint multum frequentes, vel multum publici, vel multum ponderoſi, raro peruenīt in notitiam maioris partis populi. Dicunt etiam prefati Docto. quod etiam ex actibus negatiuis inducitur conſuetudo, ita Ioan. And. in capit. Ioannes in tertio oppoſito. & Imo. ita ibid. colum. 9. infra de cler. coniugi. per adducta per eos, & probatur in l. ſi publicanus. §. in omnibus, a contrario ſenſu & in l. licitatio. §. earum rerum. ff. de publi. & idem firmant alii docto quos refert & ſequitur d. Petr. Philip. Corne. in conſilio 268. incipien. in hac conſuetudine in 6. colum. in quarto uolum. Sciendum eſt etiam pro declaratione præmiſſorum, quod in conſuetudine tanti temporis, cuius initii memoria non exiſtat, non debēt quæri actus, quia impoſſibile eſt eos inuenire, ex quo memoria initii non exiſtit, Sufficit ergo hoc caſu probare, nullum extare, qui viderit vel audierit videntem vel audientem contrarium obſeruari, & quod eſt communis omnium opinio, & præſertim eorum, qui circa talia arbitrantur. l. ſi arbiter. cum ſimilibus. ff. de probatio. Ita inquit dom. Petr. Philip. Corne. in dicto conſilio 244 incipiente. ad obiectus, qui fiunt. colum. tertia. & dicam infra poſt expedita dicta Abbat. in quæſtio, quomodo probetur communis vſus loquendi. An autem ex actibus nullis, iniuſtis, vel meticuloſis. inducatur conſuetudo, infra tradā
38 in fine huius requiſiti limita modo d. †cōcluſionem, vt procedat, quando actus ſunt interpolati. ita Bal. hic column. tertia, in principio. idem nult in effectu dominus. Anton. hic columna 8. in principi. & Bartol. in repetit. dictę l. de quibus in ſecunda quæſt. principa. verſicu. ſed quæro poſt Guliel. de Cug. idem Bald. in dicta l. de quibus. colum. quarta in fin. & dicit Bal. hic, quod etiam per mille actus, factos eodem tempore, ſeu ſine curſu temporis, non induceretur conſuetudo, & dicit Barba. hic colum. penul. quod licet aliqui dixerint, quod valeret conſuetudo. ſi conſtaret de tacito conſenſu populi, abſque curſu temporis vt tenuit Iac. Butr. tamen quod melius dicunt alii qui tenent quod tempus eſt de ſubſtantia præſcriptionis, quia lex ſtatuit, quod mores debeant eſſe diuturni, & ideo mille actus eodem tempore facti, non inducerent conſuetudinem. & allegat. Bald. hic. Secundo limi
39 ta præmiſſam †concluſionem, vt non procedat in conſuetudine facti, puta in conſuetudine vel aſſuefactione vnius hominis, quę non facit ius, ſed ſolum facit ad probandum vtrum ille ſit aſſuetus vel nō iuxta l. vel uniuerſorum. cum ſimilibus. ff. de pignori act. tunc enim duæ vices ſufficiunt ad illam inducendam. hoc probatur in l. tertia in fine. C. de epiſcopa. audien. vbi dicitur, quod qui bis deliquit, dicitur conſuetus delinquere, & tradit Ioan. de Imo. in capitu. cum eccleſia Sutrina. infra de cauſa poſſ. & propri. ſuper gloſ. in verbo, tertio. & Bartol. in l. prima C. quomodo & quando iudi. & in l. Mela. de ali. & cib. leg. & dixi ſupra in rub. huius titu. in articu. an conſuetum differat a ſolito & hoc nota. ad declarationem l. vel vniuerſorum. ff. de pig. ac. cum ſimilib. quæ allegantur ad hoc, ſ. quod bonum eſt argumentū a conſuetudine patrisfamilias, quia illa conſuetudo verificatur in bina vice. Hoc tamen non procedit in cōſuetudine blaſphemandi, vt dixi ſupra in rub. q. 5. in fi. Tertio limita, vt procedat †dicta concluſio in conſuetudine vera, & non in conſue
40 tudine ficta vel intitulata, vt per d. Ant. hic col. 5. & 7. & dixi ſupra in q. quantum tempus requiratur in inducenda cōſuetudine, quam tetigi in 2. requiſito conſuetudinis. Quarto li-
41 mita dictam † concluſionem, vt procedat, dummodo tales actus ſint facti animo firmandi cōſuetudinem. vt hic per gl.
42 & ſupra paulo ante dixi. Sed dubium eſt, an per vnicū † actū inducatur conſuetudo. Abb. hic facit in effectu duas concluſiones. Prima eſt concluſio, quod ex vno actu momentaneo conſuetudo non inducitur. & in hoc nemo diſcrepat, quia lex requirit actuum frequentiam. l. 1. C. quæ ſit lon. conſuet. & ſaltem duo actus requiruntur, ſecundum Barto. in d. l. de quibus. in 2. q. prin. & eſt gl. in rub. C. quæ ſit lon. conſuet. Ex quo vtiliter infero quod illud dicitur fieri frequenter, quod fit bis. hoc enim probatur, attento quod lex requirit actuum frequentiam ad conſuetudinem inducendam, vt in d. l. 2. & tamen duo actus ſufficiunt. Probatur etiam prædicta illatio in §. fin. in Authen. de defenſo. ciui. & ibi gl. & not. & dicitur ſæpiſſime fieri, quod ter fit. gl. in c. ſi quis erga. 2. q. 7. facit glo. in §. & quod ſæpe. in verbo, filiorum. in Authen. de trien. & ſemiſ. quæ dicit. quod dictio plurimi, verificatur in tribus, & de dictione frequens, tradit etiam Bar. poſt antiquos in repe. d. l. 2. col. 10. C. quæ ſit longa conſue. tradit etiam Barb. in c. ad noſtram. infra de reb. ecc. non ali. in fi. Secunda concluſio
43 eſt. †quod ex unico actu ſucceſſiuo cōſuetudo inducitur, puta ſi fiat pons in publico. ita Abb. hic per text. in c. cum de beneficio. de præben. lib. vj. idem expreſſe dicit d. Ant. hic in repe. col. 7. in fi. & Card. Flo. hic q. 14. & Barb. hic col. 28. qui hoc comprobat per aliqua ſimilia. idem Card. in cōſ. ſuo 62. incip. in eccleſia Belunenſi. colum. fi. Barto. tamen poſt Gulielmum in lectura, in d. l. de quibus. colum. 4. cum quo alij tranſeunt, tenet expreſſe contrarium exemplificādo in ponte, vt ſupra exemplificaui, & ſequitur in ſpecie communis præceptor ibi. col. 12. ad fi. idem Io. An. hic in ſumma, col. 5 poſt Guli. de Cug. in d. l. de quibus. & ibidem Barto. in repe col. 5. idem ſentit Bar. in repe. d. l. 2. colu. 19. C. quę ſit longa ⁊ſuetudo. Idem, Imo. hic. col. 7. dicens hanc eſſe cōmunē opinionem, & reſpondet ad text. in d. c. cum de beneficio. ut per eum. Sed tu aduerte, quia forte non eſt verum, quod dicit Imo. ſcilicet, quod prædicta opinio ſit communis, & ex dinumeratione infraſcriptarum authoritatum hoc percipies, unde mihi magis placet opinio Domi. Anto. Card. Ab. & Barb. hic quam etiam ſequitur Ro. in conſi. ſuo 368. inci. præſens conſultatio col. 2. & agnatus & præceptor meus d. Franciſcus Curtius antiquior in conſi. 41. incip. ſuper proceſſu. col. 1. & Do. Petr. Phil. Corne. in conſi. 90. inci. uiſo ꝓceſſu in 1. col. in 2. uol. referens idem tenere Io. And. hic, & Petrū de Bellapertica, & mihi rationabilis videtur, attento ꝙ ex tali actu ſucceſſiuo ſatis tacitus conſenſus populi colligitur. Et hanc opinionem tenendo, ad contraria puto poſſe reſpōderi. Et in primis non obſtat text. in d. l. 1. C. quæ ſit longa cō ſuetudo. vbi requiritur actuum frequentia, quia reſpondeo ex mente Do. Anto. hic, quod ideo lex frequentiam actuum requirit, quia non faciliter per unum actum colligitur tacitus conſenſus populi, quaſi velit, quod aliud eſſet ſi conſenſus ipſe colligeretur, & denotatur ſecūdum eum in illo tex. videlicet, in d. l. 1. & ſimilibus, magis facti accidentia, quam iuris miniſterium. Vel dic, ut etiam Do. Ant. dicit, quod ibi requiritur actuum frequentia, habita conſideratione ad cōmuniter contingentia, ſecundum quæ ex vno actu non ſolet percipi tacitus cōſenſus populi l. nam ad ea. ff. de leg. Vel aliter dicas, quod populus dicitur conſentire uidendo & patiendo pontem ibi ſtare, & hoc modo plures actus dicuntur. ita etiam dicit D. Ant. Et cod. modo poteſt reſponderi, vt puto, ad tex. in l. nā Imperator. ff. de legib. ibi, rerum perpetuo iudicatarum. ubi uidentur requiri plures ſententiæ ad conſuetudinem inducendam, quia fateor a communiter cōtingentibus, vt prædixi. Sed ſi eſſet talis actus ſentētię notorius ex quo populi cōſenſus colligeretur, aliud eſſet, puta ſi eſſet pronunciatum, quod quidam maior natu ſuccederet, & ille eſſet perſona notiſſ. in ciuitate, tunc illa ſola ſententia ſufficeret. Vel poſſet dici, quod ſententia nō eſt actus, qui habeat tractum ſucceſſiuum, prout pons in publico conſtructus, ꝙ quotidie a populo videtur. Et hanc opinionem, ſcilicet, ꝙ unus actus ſucceſſiuus ſufficiat, dicit eſſe tutiorem Bartol. in repe. d. l. 2. colu. 9. C. quæ ſit longa conſuetudo. licet ſubijciat, quod alia opinio in iudicio communiter obſeruatur & an in hoc ſit ei credendum, dicam infra poſt ſcripta Ab. in q. 5. Eandem opiſi. referendo Abbas. hic ſequitur & commendat

me ndat dom. Felin. in cap. Petrus. in 2. col. infra de homicid. generaliter autem, quando & ex quot ſententijs, vel interlo cutionibus iudicis, vel conſultationibus principum, vel con ſilijs prudentum, inducatur conſuetudo, vide Bal. in l. nemo iudex. C. de ſent. & interlo. om. iud. & Bar. in repe. d. l. de quibus. in 4. q. princip. & aliquid dicam infra extra glo. q. 6. & ibi inter cætera ponam pro conſtanti ex mente aliorum Docto rum ibi referendorum, ꝙ ſi ſemel legitime iudicetur talem adeſſe conſuetudinem, tunc ex ipſa ſola ſententia conſuetu
44 do inducta probatur. An autem ex actibus † coactis, violentis, vel meticuloſis, inducatur conſuetudo, tradit dom. Ant. hic col. 9. & Barb. col. fin. & Barto. in repet. d. l. 2. quæſt. 18. & quæſt. 19. in fi. C. quæ ſit lon. conſuet. & Abb. in conſil. 96. incipien. Ieſus Chriſtus adſit. ad finem, in 2. volu. vbi tangit, an per ſeruitium præſtitum per clericum, quaſi per extorſionē prælati, inducatur conſuetudo, puta ſi presbiter diu celebrauit in beneficio, ad quod non erat obligatus, iubente prælato. Item, an ex ſententijs, quæ nunquam ſunt executioni mā datæ, vel quæ ſunt nullæ, vel quæ ſunt reſciſſæ, vel quæ ſunt latæ inter non ſubditos, vel ex ſententijs arbitrorum, induca tur conſuetudo, tradit Bar. in d. l. 2. q. 2. & ſequētibus, & in repet. d. l. de quibus. in 2. quæſt. principali. verſus fi. & dom. An to. hic in repet. colu. 12, & ſequenti, & Barba. hic ad finem. & reſpectu ſententiæ arbitrorum, Bar. fuit contrarius, vt refert communis præceptor in d. l. de quibus. colum. antepen. dic, ut in dictis locis traditur, & aliquid dicam infra in 2. par. huius gl. fin. circa princip. Quomodo autem, ſeu ex quibus acti bus, tollatur conſuetudo, dicetur infra poſt Abba. in 8. requi ſito, ſeu poſt ipſum octauum requiſitum. An autem ex actib.
45 excommunicatorum † inducatur conſuetudo, vide Bal. in d. l. de quibus. col. 8. verſic. modo circa hoc quæritur. An autē ex inueſtitura nulla, dicatur res conſueta dari in emphyteu ſim, & quot inueſtituræ requirantur, & quātum ad tempus, ad hoc, vt dicatur talis conſuetudo inducta, tradit pulchre d. Alex. in conſil. 9. incip. viſo themate. in 3. volum. poſt Doct.
46 per eum relatos, dic vt per eum. Octauum requiſitum † conſuetudinis eſt, ꝙ maior pas populi vtatur illa conſuetudine. ita omnes hic, & probatur in definitione conſuetudinis, de qua ſupra dictum eſt in rubrica. nam in conſuetudine inducenda attenditur maior pars populi, & nō quod facit minor pars. ita etiam dicit Ioan. de Imo. in c. cum iandudum. col. 3. infra de præben. & ibidem Abb. ad finem, & Abb. in c. quia circa. ſupra de conſang. & affi. per l. quod maior. ff. ad munic. cum ſimilibus. tradit etiam d. Fel. in cap. 1. colum. 6. ver. limi ta ſecundo. infra de treuga & pac. Intellige hoc requiſitum de vſu populi, id eſt, illorum de populo. non enim requiritur, quod populus vt populus vtatur, ſed quod illi de populo, vel maior pars vtatur. Sufficeret etiam, quod aliqui vterētur, & illi actus deuenirent in notitiam populi, vel maioris partis. ita declarat Soc. in conſil. ſuo 7. incipien. nunc quæſitorum. col. 3. idem in effectu dicit Pet. de Anch. hic, idem dom. Pet. Philipp. Corn. in conſil. ſuo 293. incipien. circa ſupra dictam conſultationem. colu. 4. in 1. uolum. Ex his infertur, quod ad
47 conſuetudinem † inducendam tacitus conſenſus populi exi gitur, & non expreſſus, & probatur in d. l. de quibus. & decla rat Imo. in c. cum eccleſia Sutrina. in glo. in verb. de conſue tudine. infra de cauſa poſ. & proprie. & Aegid. Bellamera in
48 conſil. 10. incip. factum eſt tale. colu. 6. Secundo ex dicto † requiſito ego infero, quod vna perſona, non accedente conſen ſu populi, vel maioris partis, poteſt inducere conſuetudinē. Cuius contrarium videtur velle Io. And. in definitione ſua conſuetudinis, de qua tradidi ſupra in rub. eod. tit. & per uer ba dictæ definitionis dicit Card. Floren. hic, quod ex morib. unius hominis, puta principis, poteſt induci conſuetudo. Idē dicit in alio, qui poſſet condere ius. Hin c dicimus, ꝙ mos Pa pę, quem ſeruat in curia, facit ius. c. ex literis. ſupra de conſt. c. quam graui. infra de crimine falſi. & dicit Bart. in d. l. de q- bus. in 10. colu. ff. de legib. quod idem operatur ſtylus unius principis, quod cōſuetudo uniuerſitatis, vel populi. Et idem dicit Alexā alia allegans, in conſilio ſuo 390. incip. viſis in 3. uolum. ſubijcit tamen Card. hic, quod communiter, cum lo quimur de conſuetudine, intelligimus de ea, quæ cauſatur a tacito conſenſu unius vniuerſitatis, vel maioris partis. Breui ter, conſuetudo vnius hominis, non dicitur proprie conſue tudo, quia non conuenit communi definitioni conſuetudi- nis, de qua dixi in dicta rubrica. Itē, quia repugnat iſtud octa- uum requiſitum communiter approbatum. Large autem poteſt procedere id, quod dicit Card. cōſuetudo enim vnius hominis priuati, potius appellatur aſſuefactio, quæ differt a conſuetudine proprie ſumpta, ut declaraui in rub. ſupra eo. in 3. quæſt. principali. & hoc etiam dicit Barb. ibi col. 5. vbi in quit, quod licet priuatus homo inducat conſuetudinem, l. 3. C. de epi. aud. tamen tunc non dicitur proprie conſuetudo. & dixi aliquid in præcedenti requiſito, circa princ. ver. ſecū- do limita. Conſuetudo autem Principis, potius ſtylus appellatur. d. c. quam graui. cum alijs, ſupra relatis. Tertio inferri †videtur ex præmiſſa concluſione, ꝙ non ſufficeret maior
49 pars duarum partium populi ad conſuetudinem inducen- dam. quia gloſ. & docto. hic requirunt populum, vel maiorem partem. Contrarium tamen expreſſe dicunt Abb. & Bar bat. hic col. 28. inquiens, quòd in conſuetudine inducenda in aliquo collegio, requiritur ꝙ duæ partes illius collegij fiant, quòd illa conſuetudo inducitur, per notata in l. quod maior. ff. ad muni. facit tex. in l. nulli. ff. quod cuiuſq; vniuerſi. & qđ plene tradunt Abb. & alij in c. cum omnes. colum. fin. ſupra de conſti. Prima opinio communior videtur, quam, in popu lo loquendo, etiam ſequitur Barba. Nec obſtat deciſio contraria, qa procedit in actibus ipſius populi vel vniuerſitatis, nos loquimur in conſuetudine, quæ inducitur ex actibus par ticularibus, ſciente populo, non ꝯgregato ad hoc. talis enim ꝯgregatio non requiritur, vt tradit d. Pet. Philip. Cor. in conſ. 296. incip. circa princi. in 4. vol. colum. 3. & pulchre declarat Barto. in l. omnes populi. in 3. q. ſecundæ principalis, ff. de iuſtit. & iu. vbi dicit, quòd ex conſenſibus ſeparatis induci pōt conſuetudo, licet nō ſic fiat ſtatutum, & aſſignat rationem, vt per eum. Quando autem conſuetudo introduceretur ex actibus factis per populum ipſum ſolenniter congregatum, vel per regentes, de quibus infra dicam, tunc, vt puto, ſuffice ret, quod actus eſſent facti a duabus partibus cōgregatis, vel a maiori parte ipſorum, per tex. in d. l. nulli. cum ſi. & ita de- claro doctrinam Ab. hic, qui facit differentiam in hoc octa- uo requiſito inter conſuetudinem populi, & cōſuetudinem collegij, & de hac difficultate dubitauit dom. Phi. Cor. in cō ſilio 293. incipien. multa in medium adducuntur. colum. 9. in fine. in 3. volum. nec aliter reſoluit. Quarto infertur, quod
50 ſoli Notarij non poſſunt inducere conſuetudinem cōtra ius in conficiendis inſtrumentis, puta in omittendo aliquam ſo lennitatem a iure requiſitam. Ratio eſt, quia requiritur vſus populi, uel maioris partis. & ita in terminis decidit Abb. in conſil. ſuo 53. incipien. in prædicta cauſa. in 2. volum. colu. 2. hoc tamē intellige, niſi id deuenerit in notitiam populi, uel maioris partis, & ſic, niſi talis conſuetudo eſſet a populo ta cite approbata, quia, vt ſupra declaraui, vſus populi, uel uſus particularium, ſciente populo & tacite conſentiente, facit ut conſuetudo inducatur. & ita ſentit Abb. ibi, dum dicit, ꝙ debet probari, quod inſtrumentis fuerit adhibita fides, & ſic eo caſu vult, quod ex actibus Notariorum inducatur cōſue- tudo, quia concurrit approbatio ipſorum actuum. idem Ab. in conſil. 73. incipien. in quæſtione. colum. 4. eod. vol. & facit ſimile in conſuetudine mulierum, quæ ob tacitam approbā- tionem populi valet, ut dicam infra q. 3. in 4. limitatione, & faciunt, quæ tradit Soc. in dic. conſil. 7. colum. 3. Aduerte ta- men, quia licet Notarij ſoli non poſſint inducere conſuetu- dinem contra ius, tamen poſſent inducere ſtylum, ut puto, vel obſeruantiam quandam præter ius, quia nihil eſt, quod repugnet. Et quid operetur talis ſtylus, uel obſeruantia, uel ēt aſſuefactio unius particularis hominis, declaraui ſupra in ru brica, quæſtione 3. & quæſt. 4. Sed hic pro declaratione quę-
51 ritur de pluribus. primo quæritur, an † minores computētur in numero, ad conſuetudinem inducendam. Abb. hic dicit, quod infantes non computantur. Tu dicas, quod nec etiam minores 25. annis computantur, ut inquit d. Ant. hic col. 20. uerſi. 3. eſt uidendum. per tex. in l. ad rempublicam. ff. de mu. & ho. probat etiam tex. in l. ſpurij. §. 1. & in l. non tantum. §. 1. ff. de decurio. in quibus legibus prohibentur tales eſſe decu riones & ſtatuta condere, ergo eadem ratione prohibentur conſuetudinem inducere. Idem firmat Bart. in repet. l. 2. col. 12. C. quæ ſit lon. conſuet. & ante eum Cy. ibi, col. 12. verſ. 7. viſis &c. facit etiam tex. in l. 1. ff. de legi. ibi, virorum pruden tum &c. Hoc tamen limita, niſi cōſuetudo aliter ſe habeat, quia illi admittuntur, quos conſuetudo admittit, vt tradit Alex. in conſ. 6. incipien. uiſo. col. 1. in 1. uolum. Sed tu conſi dera, quod forte in minoribus ætate talis conſuetudo nō ua let, quia eſt contra publicam utilitatem, cum non habeant illi minores ſanum conſilium, l. 1. ff. de mino. cum ſimilib. & conſuetudo contra publicam vtilitatem nō valet, vt tradit Abb. infra col. fin. ubi dicam, & reperio, quod in pupillo ita determinat Ang. in conſil. ſuo 63. incip. nobilis miles. in fine. An autem minores ligentur conſuetudine, & de pluribus aliis ad propoſitum, dicetur infra poſt expedita dicta Abb,
52 hic. Secundo † quęritur, an furioſi connumerentur in nume- ro eorum, qui poſſunt inducere conſuetudinem. Reſpon. ꝙ nō, vt per Ab. hic, per tex. in d. l. 1. & nemo diſcrepat ab hoc.
53 Tertio quæritur, an cōputet † mulieres. Reſp. Ab. hic, ꝙ non. idē d. Ant. hic in d. ver. tertio eſt videndū. in fi. & Barb. hic in fi. alias auth. all. idem Bar. in l. 2. C. quæ ſit lon. ꝯſue. col. 12. de- clarando, ut per eū. idē Bar. in d. l. 1. in fi. ff. de legi. quem Ab- ba. ſupra refert in 2. requiſito idem Rom. in ſingula. ſuis, ſin-

Source : BIU Cujas

gulari incip. ad hoc. Abb. in conſ. 53. incip. in prędicta quæſtione in prin. in 2. volum. Card. Alexand. in c. fruſtra. in fi. 8. diſtin. Inno. tamen contrarium dicit in c. 2. infra de no. ope. nunci. ſed allegata per eum, non probant. item contrarium videtur tenere Barba. in rubr. ſupra eo. col. 5. vbi dicit. quod Bart. in d. l. 1. ff. de legib. loquitur arguendo, & non deciden. Item dicit, quod tex. ibi in verbo. virorum. denotat frequentiam. Sed hæc ſol. ad illum tex. non eſt ſolida, vt puto, quia ibi iureconſultus ponit definitionem ſeu deſcriptionem legis. & definitio debet conuerti cum omni definito. l. 1. §. dolum. ff. de dolo. & ſupra plene dixi in rub. in definitione conſuetudinis. item definitio continet ſubſtantialia rei definitæ vt inquit glo. in l. omnis definitio. ff. de reg. iu. requiritur ergo de ſubſtantia legis, quod fiat a viris prudentibus. ergo idē
54 erit in conſuetudine ſecundum Bar. in d. l. 1. Limita† tamen dictam concluſionem, niſi mulieres ex conſuetudine iuriſdictionem habeant. tex. eſt in c. cum dilecti. infra de arbi. ita dom. Anto. hic in d. ver. tertio eſt videndum. in fin. idem poteſt dici, ſi ex priuilegio vel aliter iuriſdictionem haberent, vt dicit Ang. & communis. præceptor in d. l. 1. Secundo limita
55 niſi† conſuetudo inducatur per mulieres in ſpectantibus ad earum artem, puta ad artem obſtetricum, vt in caſu l. 1. §. 1. ff. de uariis & extraordina. cognit. ita inquit communis præceptor in d. l. 1. nihil tamen allegat. idem tenet dom. Diony ſius de Peruſio in reportatis ſuis, in d. l. 1. ff. de legib. quem refert & ſequitur Barba. in rub. ſupra eodem titu. colum. 4. in in princ. Ego hoc probo per ſimile glo. in capitu. primo de verbo. ſigni. lib. 6. in verbo, ſtatutum. quæ dicit, quod canonici in ſpectantibus ad eos, poſſunt ſtatutū facere ſine epiſcopo, licet alias non poſſent. item probo per ſimile, de quo per Bar. in l. omnes populi. in 6. q. prime principalis, ff. de iuſti. & iure, vbi dicit, quod paterfamilias licet iuriſdictionem non habeat, tamen in domo ſua poteſt facere ſtatuta. item comprobo, quia ruſtici in ſpectantibus ad eos, poſſunt conſuetudines inducere, licet non poſſint, quo ad deciſiones cauſarū, ita Bar. quem ceteri ſequuntur, in d. l. omnes populi, in prima quæſtione. principali, in princip. ff. de iuſti. & iure, tradū† Abb. & alii communiter, in cap. quæ in eccleſiarum. ſupra de conſti. colum. prim. Tertio limita dictam concluſionem
56 vt non† procedat in mulieribus, quæ ſunt moniales, vel quæ collegium faciunt, quia poſſent ſtatuere, & conſuetudines, inducere, hoc probatur arg. cap. dilecta. infra de maio. & ob. & ita ſentit. d. Anto. hic in d. verſicu. tertio allegando illum tex. & facit, quod dicit Spe. in tit. de ſyndico, verſic. quid de mulieribus. Quarto limita dictam, concluſionem, vt non procedat, quando mulierum conſuetudo eſſet a populo ſaltem tacite approbata. ita Bart. in repeti. d. l. 2. C. quæ ſit longa conſuetu. colum. 12. exemplificando in conſuetudine mulierum, quod primogenita ſuccedat, certe ſi id deueniat in notitiam populi, qui non contradicat, valebit conſuetudo, vt
58 per eum. Quarto queritur, an† in conſuetudine inducenda, computentur forenſes. Conclude Breuiter, quod ipſi regulariter non ligantur conſuetudine loci, nec etiam gaudent bñficijs ſtatuti vel conſuetudinis loci, vt dicam infra, poſt expedita dicta Abb. quæſtio 12. in ſecunda. limitatione, & idem dicit Socin. in conſil. ſuo 7. incipien. nunc quæſitorum. co-
59 lum. quarta. Quinto queritur, an† conſuetudo poſſit induci a populo, vel a maiori parte, in preiudicium ſingularium perſonatum vel priuatorum. Vide Ang. in ſpecie concludentē, quod non, niſi illi priuati conſentiant expreſſe vel tacite, in conſilio 63. incipiente nobilis miles. in princip. & in conſili. 271. incipien. viſis. allegat maxime Inno. in cap. 1. column. 2. ſupra eodem. faciunt notata per Ab. & poſteriores in rub. & in cap. cum omnes ſupra de conſtitu. poſt Bar. in d. l. omnes, populi. in ultim. queſtio. 5. principalis, vbi dicit quod conſtitutio vel ſtatutum factum in odium particularis perſonæ, non tenet. aliqui tamen tenent, quod non ſit neceſſaria ſciētia iſtius, vel illius, licet illis præiudicetur. ita refert & ſequitur Aegi. Bellamera in conſilio 10. incipiente. factum eſt tale. colum. 16 uerſicu. tertio principaliter. ſed illud debet intelligi, quādo eodem modo præiudicatur illis, ſicut alijs, ſed quando præiudicium concerneret particulariter aliquos, tunc procedit id, quod dicit Ang. ſupra relatus. Sexto quæ-
60 ritur, †circa prędictum requiſitum, an regentes ciuitatem, ſoli, ſufficiant ad conſuetudinem inducendā, vel maior pars eorum. Bart. in d. l. de quibus. in quarta quæſtio. principali, dicit quod ſic, & cum eo tranſeunt poſteriores, per glo. in rub. C. quæ ſit longa conſuetudo, & per text. in capit. in cauſis. ad fin. infra de ele. tradit etiam Felin. in cap. nouit. colum. 8. ad
61 fin. infra de iudi. Septimo quæritur, an† vna pars ciuitatis poſſit conſuetudinem inducere. Bart. in d. l. de quibus. in lectura, colum. fin. poſt Guli, dicit quod ſic per tex. in l. ſi quis a filio. §. finali. ff. de leg. 1. idem Bart. in repet. d. l. 2. col. 14. verſic. iuxta hoc quæro an certa perſona. C. quæ ſit longa conſuet.

& in d. l. omnes. populi. in 1 & 3. quæſti. primę principalis. de clarando, vt per eum, ſcilicet in ſpectantibus ad ipſam partē ciuitatis, vel quarterium, non autem in ſpectantibus ad deciſionem cauſarum, ut per eum, cum quo tranſeunt alii, & communis pręcetor ibi colum. 9. Alia ad hoc adducit idem Ang. in §. ex non ſcripto. in fi. inſtit. de iure nat. ubi dicit, qđ ſuburbia poſſunt inducere conſuetudinem. non tamen poſſunt pars guelpha vel gibellina id facere, ut tradit Bal. in l. 2. §. deinde. ff. de orig. iur. & tradunt doct. in d. §. fina. & communis præceptor in d. l. omnes populi. colum. 9. Octauo quæ
62 ro de† utili quæſtione videlicet, an una familia poſſit inducere conſuetudinem, Ioan. And. in addit. Specu. in titu. de inſtru. edit. §. compendioſe. verſi. ſed nunquid. in addi. parua. incipient. interpoſuit hic Obertus progeniei. dicit, quod ſic. idem tenent Imo. & Rapha. Comenſis in locis, quæ refert & ſequitur communis præceptor in d. l. omnes populi. colu. 9. in fi. dicens ſe ita conſuluiſſe in quadam conſuetudine, excludendi fœminas extantibus maſculis. quæ erat in familia de Sichis, de oppido Carauagii. Pro iſta opinione facit ſimile de quarterio ciuitatis, de quo ſupra. Secundo facit ſimile de collegio inferiorum, puta cerdonum, piſtorum, & ſimilium qui poſſunt inducere conſuetudinem, & ſtatuta condere, vt traditur per Abb. & alios in ca. quæ in eccleſiarum. ſupra de conſtitu. declarando ut per eos. Tertio facit deciſio Bart. in d. l. 2. col. 12. C. quæ ſit longa conſuetu. vbi dicit, quod valet conſuetudo inter mulieres, quod primogenita ſuccedat, populo non contradicente, quia videtur conſuetudo populi. Præmiſſam opin. tenet ēt Barb. ſimpliciter in rub. ſupra eod. col. 7. allegat ſolum Ioan. And. in d. addi. & Ange. in l. teſtamenti factio ff. de teſta. Contrarium tamen, ſ. cp vna familia non poſſit conſuetudinem inducere, tenuerunt aliqui, quos refert & ſequitur Ale. in l. ſi non ſpeciali. C. de teſtam. & hāc opinionem. vltra communiter allegata ſequi videtur dom. Mar. Laud. in diſputatione ſua incip. Augerius. col. 10. ver. venio nunc ad deciſionem. item in hanc opinionem vr̄ inclinare communis præceptor in l. ſi quis a filio, §. fin. ff. de leg. 1. Et fundamentum huius opinionis, eſt quia familia non habet iuriſdictionem. igitur ſtatuere non poteſt, vt patet ex definitione iuriſdictionis, de qua in l. 1. ff. de iuriſdict. om. iudi. Si non poteſt ſtatuere, ergo videtur, quod non poſſit conſue
tudinem inducere, & iſtam conſequentiam facit Bart. in d. l.
63 1. ff. de legi. Ego † in iſto puncto credo diſtinguendū eſſe. aut iſti de vna familia vel parentela volunt inducere conſuetudinem in rebus ſuis, puta quomodo debeant diuidi onera inter eos, & poſſunt, ſicut poſſet etiam paterfamilias, vel alii non habentes iuriſdictionem, vt mulieres vel ruſtici, vt ſup. Aut vero uolunt inducere conſuetudinem in concernentibus deciſionem cauſarum, & ſecus erit, quia non habent iuriſdictionem, ut per Bart. in ſimili de ſtatuto facto ab uno quarterio ciuitatis, in d. l. omnes populi. in 3. q. prime prin. itē facit ſimile de conſuetudine vel ſtatuto ruſticorum, vt per Bar. in eadem q. in prin. & per Abb. & alios in c. quę in eccleſiarum. col. 1. ſup. de conſti. ubi etiam idem decidunt in ſtatutis cerdonum, piſtorū, & ſimilium. & codē modo diſtinguit Card. Ale. in c. fruſtra. in fi. 8. diſtin. Et illud quod dicimus in ſtatutis, habet locū ēt in conſuetudine, vt dicunt plerunque Doct. in iſta materia, & Bart. in d. l. 1. ff. de legi. & probatur in d. l. de quib. co. ti. Ex prędictis infero, cp nō valet conſuetudo familiæ, cp fœminę non ſuccedat, quia hoc reſpicit deciſionem cauſarū, vt de ſe patet, & eſt cōtra ius cōe, l. maximum vitium. C. de libe. pręter. hoc dico, ſalua ſemper reuerentia excellentiſſimi Iaſonis præceptoris cōis, qui vt ſupra retuli, dicit ſe conſuluiſſe contrarium. Et ex his ſublatū eſt fundamentum de quarterio ciuitatis, s̄. in ꝯrium factum, quia tale quarterium non poteſt conſuetudinem inducere circa deciſionem cauſarū, ſed ſolum circa res ſuas, vt s̄. dixi. Non obſt.
64 etiam, dum dicitur, quod familia† videtur facere vniuerſitatem. igitur &c. Quia reſpondeo, quod immo nō facit vniuerſitatem, & probo hoc, qnia etiam vna parochia nō facit vniuerſitatem, vt tradit Abb. in conſ. ſuo 76. inc. inuocato Chriſti auxilio. in 2. vol. Et quod vna cognatio non faciat vniuerſitatem, adduco deciſionem Bart. in terminis, in l. ſi cognatis. col. fin. ff. de rebus dub. Non obſtat quoque deciſio Barto. in d. l. 2. C. quæ ſit lon. conſuet. quæ prima facie vr̄ ſtringere, quia reſpondeo, cp ſi cōſuetudo ſit cp primogenita ſuccedat de qua loquit Bart. ibi. eſſet ſolum in una familia & in aliis illud non obſeruaretur, certe apparet populum non conſentire, quē cōſenſum Bar. requirit in loco prælegato. Si vero in aliis familiis idem obſeruaretur, tunc non diceretur conſuetudo familiæ, ſed totius populi, vt ad ſenſum patet. dico ergo, cp in caſu deciſ. Bar. illa conſuet. mulierū, cp primogenita ſuccedat. valet, qa vr̄ cōſuet. populi, eā tolerantis, vt Bar. ibi dicit, & ſeruat in oī familia, ſed qñ eſſet cōſuet. vnius tm̄ familiæ, & aliæ familiæ contrariū ſeruarēt, certe illa nō poſ-

ſet

ſed dici conſuetudo approbata a populo, & ſic non eſſemus in caſu deciſionis Bart. Si uero aliæ familiæ id obſeruarent, diceretur tunc conſuetudo populi, & unius familiæ, propter tacitum conſenſum populi. Concludo ergo, quod una familia non poteſt inducere conſuetudinem, niſi prout ſupra dixi. Et per hæc ſit reſolutus iſte articulus quotidianus. Nono
65 †quæritur circa dictum requiſitum, quomodo probabitur, quod populus, uel maior pars, tacite conſenſerit. Bart. in dicta l. ſecunda. C. quæ ſit lon. conſuetudo. columna 12. uerſiculo deinde quæritur. dicit, quod conſenſus populi, uel maioris partis, colligitur ex accidẽtia facti, uidelicet, quia præſentes erant, quando auctus factus fuit, utputa quando dos fuit adiudicata marito, ſecundum conſuetudinem, iuxta nota. in l. dos a patre. C. ſoluto matrimonio. nam populus non cõtradicendo, tacite uidetur conſentire, ſecundum Barto. ibi per text. in l. an in totum. C. de ędif. pri. argumen. l. ſecundę. ff. ad municip. idem Barto. ibidem quęſtio. 27. & 28. maxime per l. primã. eodem titulo. aliter tamen loquitur Barto. in d. l, de quibus. in repet. in quarta quæſtio. principali, colum. 10. ubi dicit, in ſententia loquendo, quod ex eo, quod fertur cum magno conflictu, l. finali. C. commin. uel epiſt. lex præſumit, quod maior pars populi id ſciat, uel ſaltẽ maior pars populi id ſciat, uel ſaltem maior pars conſiliariorum populum repreſentans. & cum Bart. ibi tranſeunt alij. Et faeit, qa licet ſcientia populi, uel maioris partis, requiratur, nõ tamẽ requiritur ſcientia populi congregati, ut tradit dominus Petrus Philip. Corn. in conſilio 296. incipiente, circa primum. in tertia columna. in principio. in quarto uolumine hęc tamen quęſtio pendere uidetur a quęſtione, qualiter debeat probari conſuetudo, de qua plene dicetur infra poſt expedi
66 ta dicta Abb. Decimo quęrit † ſucceſſiue Abb. poſt dictum requiſitum, an per unicum actum, contrarium conſuetudini, tollatur conſuetudo, & diſtinguit, ut per eum. Ex doctrina ſua duę concluſiones colliguntur. Prima concluſio eſt, quod conſuetudo nondum completa interrũpitur per unicum actum populi contrarium. ita Abbas hic, & eſt gloſa quam ipſe allegat paulo infra, in l. nemo. §. temporaria. ff. de regulis iuris idem concludit dom. Anton. hic, columna 13. uerſiculo ſed eſt dubium. & Barb. hic columna 28. ad finem. idem tenent alii Doct. quos refert & ſequitur do. Feli. Sand. in cap. cum acceſſiſſent. col. antepen. uerſic. quintus caſus. ſupra de conſtit. Hinc dimus, quod ultima conſuetudo attenditur, ut dicitur in ſequenti concluſione, & quando conſuetudo prima interrumpitur, reducimur ad ius commune. gl. eſt in l. cum de conſuetudine. ff. de legibus. Bart. in l. 2. in fin. princip. ff. ſolu. matr. infe rens ad conſuetudinem co nficien di inſtrumenta diuerſimode, quia tunc, ut ipſe inquit, redimus ad ius commune Et cum Bart. ibi tranſeunt communi ter cæteri, & tradit in ſimili caſu Dom. Petrus Philip. Corn. in dicto conſilio ſuo 296. incipien. circa primum. colum. 3.
67 in 4. uolu. Hanc † concluſionem limita, ut procedat, quando populus vel maior pars facit actum in contrarium, ſecus, ſi minor. exemplum, pone, quod conſuetudo ſit apponendi obligationem bonorum in contractu, poſtea duo uel tres eam non apponunt, certe non erit ſublata talis conſuetudo quia attenditur conſenſus populi, vel maioris partis. ita Bartol. in dicta l. de quibus. in 2. quæſtio. principali, uerſi. iuxta prædicta. ubi etiam aliud exemplum tradit. Et ſubijcit etiã hoc procedere in iudicialibus, ut ſi iudex aliquid faciat contra conſuetudinem, & populus murmurat, dicẽs id eſſe male factum, tunc non impeditur conſuetudo, cum appareat continuatio voluntatis populi, ſecundum eum, cum quo cęteri tranſeunt. Et voluit Barto. ibidem colum. 6. in fi. verſ. item quæro, quid ſi infra decennium. quod attendatur id, quod magis communiter obſeruatum fuit. Et facit illud, quod de communi vſu loquendi dicitur, quia dummodo communis uſus loquendi ita ſe habeat, non curamus quod aliqui aliter loquantur, vt uerbum communis uſus ſonat. Facit etiam, quod dicimus de communi opinione Doctorum, quæ eſt attendenda l. prima, ff. de offic. quęſto. & tradunt plene Doctor. in capitulo primo. ſupra de conſtitu. &
68 alibi. Aduertendum † etiam eſt, quia quando diuerſitas repe ritur in actibus, qui ſe ad inuicem compatiuntur, ex tali diuerſitate conſuetudo non impeditur, ut uoluit Barto. in dicta l. de quibus. colum. 6. in fi. vbi ponit exemplum in quæſtionibus decem librarum, in quibus ut plurimum procedi tur ſine libello, & ſine litis conteſtatione, & tamen quando que etiam proceſſum fuit ordinarie, iſti actus ſe compatiun tur, & ſic utroque modo valebit proceſſus, & ſummarie, & etiam ordinarie ad cautelam. clem. ſępe ad fi. de uerb. ſigni. hoc enim caſu non impeditur conſuetudo induci, cum per tales actus non inducatur mutatio uoluntatis. ita Bar. ſupra allegatus, cum quo poſteriores ubi tranſeunt, & ſic in ſimili
69 bus dici poſſet. Secunda ſit concluſio, qꝑ † conſuetudo completa non tollitur per unum actum contrarium ſed tollitur eo modo, quo fuit inducta, & ſic per contrariam conſuetudi nem tollitur precedens conſuetudo. ita Abb. hic per glo. in d. §. temporaria. idem D. An. hic. in d. verſ. ſed eſt dubium. idẽ Barbat. hic, extollens glo. in d. §. temporaria. & allegans ſingularẽ caſum de hoc, vt ipſe dicit, in l. fi. C. de ſeru. & aqua. idem Aret. in conſ. 23. incip. in præſenti. maxime in fin. ubi dicit, quod tantum tempus requiritur ad conſuetudinem tollendam, quantum ad inducendam, & Facit tex. in c. primo infra de regu. iur. idem tenent Bart. in d. l. de quibus. & Doct. in variis locis, vt congerit dom. Feli. idem firmans, in d. c. cum acceſſiſſent. verſi. ſeptimo limita, & dicunt Docto, preallegati, quod nedum tollitur talis conſuetudo per unũ actum, ſed nec per plures, niſi ſit ſequuta contraria conſuetudo, & ita etiam dicit Car. Flo. in conſ. 131. incip. reperitur, quoddam inſtrumentum. in fin. Præmiſſam etiam concluſionem ſequitur communis preceptor in d. l. de quibus. col. 20. Et eo caſu, quo tollitur conſuetudo præcedens, redimus, ad ius commune, ſecundum Bartol. & alios, in d. l. 2. in fine principii, ff. ſolu. matrim. & idem dicit Bar. in conſ. 23. ſupra allegato, & Alex. in conſi. 126. incipi. viſo inſtrumento locationis, ad finem, in 5. vo. vbi dicit, quod ſi in aliquibus inſtrumentis reperiatur appoſita aliqua clauſula, & in aliquibus non, tunc ſtandum eſt iuri communi. Et ubi conſuetudines, diuerſæ probantur, vltima conſuetudo attenditur, ut inquit Baldus in l. Binos. C. de aduo. diuer. iud. vbi dicit, quod ſi ſuperior deputat officialem cum ſalario conſueto, videtur habitus reſpectus ad ultimam cõſuetudinem & obſeruantiã, facit deciſio Bart. & ſequacium in l. mela. §. alimenta. ff. de alimen. & ciba. leg. & dixi poſt imo in c. cum eccleſia Sutrina. in verbo, vltimo. in glo. infra de cau. poſ. & proprie. & aliquid tradit Aret. in conſil. 11. incipien. procedendum. col. fi.
70 Contra † tamen dictam concluſionem oppono multipliciter. Et primo de tex. in d. l. cum de conſuetudine. in verſi. ali quando. vbi preſupponitur. quod per vnum actum contrarium, ſeu per unam ſcientiam, tollatur conſuetudo prima. Pro ſolutione reſponde, quod ille, tex. non loquitur de una ſcientia lata contra conſuetudinem primã ſed loquitur de ſententia lata contra ius, & eo caſu diſponitur, quod per eã inducatur conſuetudo, quia per actum iudicarium contra legem, populo ſciente & non contradicente, inducitur conſuetudo, quia per talem actum colligitur conſenſus tacitus populi. ita declarat Abb. hic in ſexto requiſito conſuetudinis. In hoc tamen, an unus actus ſolus ſufficiat ad conſuetudinem inducendam, eſt magna diuerſitas inter Doct. vt dixi ſupra in ſeptimo requiſito ad finem. die, ut ibi. Secundo melius dicas, quod tex. in d. l. cum de conſuetudine. loquitur quando ſententiatum eſt, talem eſſe conſuetudinem, tunc enim probatur conſuetudinem ſic eſſe, ita ut tollatur præcedens conſuetudo, non uigore illius actus ſententiæ, ſed uigore conſuetudinis, de qua in ſententia fit mentio, ut ibi notatur & ſic nihil obſtat. Secundo oppo. & videtur, quod † quã
71 do actus plures fiunt contra conſuetudinem, ita quod alia conſuetudo inducatur, quod prima non tollatur, ſed rationabilior conſuetudo ſeruanda fit. vt inquit collectarius hic ad fin. & eſt tex. in c. cum olim. ſupra eod. & de illo tex. opponit communis præceptor in d. l. 2. in fin. princ. ff. ſolu. matrim. & non ſoluit. Pro ſolutione dicas, quod ille. text. loquitur de conſuetudinibus contrariis diuerſorum locorũ, quarum rationabilior attenditur in loco vicino carente ſpeciali conſuetudine, nos vero loquimur de conſuetudine eiuſdem loci, quarum vna, videlicet poſterior, tollit priorem, vt ſupra in concluſione probatum eſt. Tertio oppo. de text.
72 † in c. ex parte. infra de cenſib. vbi ſi ſit conſuetudo diuerſa, circa menſuram frumenti, ille qui uouit dare certos ſextarios frumenti, poteſt eligere minorẽ, ex ratione, de qua ibi in tex. & ſic eo caſu vna conſuetudo non tollit aliam. & de dicto text. etiam opponit communis præceptor in d. l. 2. & non ſoluit. Pro ſol. credo dicendum, quod illud procedit, qa eo caſu non eſt dare ius commune ad quod redire poſſimus quando conſuetudo omitteretur, quia quantum frumentum facit ſextarium, non reperitur iure determinatum, & ſic illa ccoſuetudo eſt præter ius. Concluſio autem noſtra loquitur in conſuetudine contra ius, quę tollitur per conſuetudinem contrariam, quę nos reducit ad ius commune, vt ſupra dixi. Vel dicas, quod tex. in d. c. ex parte, non loquitur de conſuetudinibus contrariis, ſed de conſuetudinibus diuerſis, quę ambę ſubſiſtunt, & valẽt. Concluſio autem noſtra loquitur de conſuetudinibus cõtrariis, quę ſimul cõcurrere & ſtare non poſſunt. Et propterea ſecunda conſuetudo, contraria tollit primam, declarando, ut ſupra dixi. Quarto,
73 opponitur † de doctrina. Bar. in repe. d. l, 2. C. quæ ſit lon. conſuet. in q. 29. vbi dicit, qꝑ conſuetudo interrumpitur etiam per unicam ſententiam contrariam. & allegat Gulielm. in

Source : BIU Cujas

d.l.de quibus. & text.in argumen. in l.uſucapio. ff.de uſucapio,& in l.natura liter.eod.tit. & in §.ſi quis ergo.in authen. quibus modis nat.effi.ſui. Pro ſolu.dicas, quod illa doctrina intelligi debet, quando conſuetudo nondum erat firmata, ſeu inducta,ſed quãdo eſſet inducta & firmata, tũc vna ſententia contraria illam non tolleret.ita inquit clare Barto.cũ quo cæteri tranſeunt, in repetitione d.l.de quibus. in 2.quæſtio.princ.verſic.iuxta prædicta.allegat tex.in d.l.nemo. §.tẽporaria.& ibi notata.Stat ergo defenſata dicta concluſio. Et
74 ſi quæras, quanto tempore † tollatur dicta talis conſuetudo, dicit Abb.ſe credere,ꝙ ſufficiat tempus decem annorum in differenter.idem firmat Fel.in d.c.cum acceſſiſſent.ver.ſeptimo limita.ſupra de conſtit.referẽs rationem, quare in inducenda conſuetudine de iure canonico, requiratur tempus quadraginta annorum, & tamen in tollenda ſufficit tẽpus decem annorum. & refert rationem eſſe, quia conſuetudo contra aliam conſuetudinem reducit nos ad ius cõe, & ſic eſt præter ius.Sed tu aduerte, quia Barba.hic colum.29.dicit, ꝙ tantum tempus requiritur ad tollendam cõſuetudinem, quantum ad eam inducendam. & ſolum mouetur per gl. in dic.§. temporaria,quæ dicit ſecundum eum, ꝙ requiritur, ꝙ codẽ modo ſit præſcripta,quo ad tollendum,ſicut quo ad inducendum.Et pro iſta opinione ego etiam allego Gem.in c. fi.de conſuet.li.6.col.1. ubi dicit, ꝙ requiritur tantum tẽpus ad tollendam conſuetudinem, quantum ad inducendam, & ibi Peruſius ſequitur. Item adduco,quia quando conſuetudo eſt inducta,habetur pro lege.d.l.de quibus, ergo cõſuetudo contraria, debet eſſe annorum xl.de iure canonico,per iſtum text. Nec videtur verum,quod ſit præter legem, vt dicit Fel.in d.c.cum acceſſiſſent.quia, vt dixi,ſi eſt contra conſuetudinem, quæ habetur pro lege, ergo ſatis dicitur contra legem,niſi dicas, quod licet conſuetudo habeatur pro lege, illud procedit durante ipſa conſuetudine, tamen negari nõ poteſt, quin ſit contra ius commune.præcedens ergo conſuetudo contraria, tollens primam, nos ad ius commune reducit, & id faciliter permitti debet.c.ab exordio.35.diſtin.cum his,quæ ample congerit Fel.in d.c.cum acceſſiſſent. Redeun
75 do † modo ad concluſionem, quod conſuetudo tollitur per contrariam cõſuetudinem. Limita eam primo,vt procedat, quando vſus contrarius interuenit, vt dictum eſt.ſecus, ſi interuenit non vſus, quia per non vſum non tollitur conſuetudo,niſi habeat implicitum contrarium vſum.ita Doct. communiter,maxime Io.And.Gem.& Peruſinus in c.fi. de conſuet.li.6.declarando,vt per Gemin.ibi. & eſt bona gl. quam ibi commendat Bal.in cap.1. §.ſed & res. per quos fiat inue. quæ dicit,ꝙ conſuetudo in perpetuum viget,ſi non reperiatur eſſe mutata. Non vſus igitur non tollit conſuetudinem iam inductam,ſed, vt prædixi, contrarius vſus requiritur. & poteſt exemplificari hoc modo, nam lex defert hæreditates communiter & æqualiter omnibus filijs, non diſtinguendo inter maſculos & fœminas,l.maximum vitium. C.de liber. præte. pone,quod conſuetudo deferat illas primogenito,vel maſculis,& nunquam fœminis,nam licet fœminæ,vel ſecũ
81 dogeniti nunquam fuerint vſi illo iure communi, nihilominus inducitur conſuetudo, quia hoc caſu non vſus habuit contrarium vſum contra ius cõmune, ex quo ſemper maſculi,vel ſecundogeniti admiſſi fuerunt.ita exemplificat Abba.in c.Ioannes.in fi.infra de cle.coniug.vbi etiam aliud exẽplum tradit, & etiam tradit exempla de non vſu. Aliud pulchrum exemplum de non vſu habente contrarium vſum, uide per Io.Fabri in §.ex non ſcripto.inſtit.de iure nat.Aliud exemplum vide in d.c.fi.& ibi tradunt Ioan. And. & alij, de conſuet.li.6.tradunt etiam Doct.in prędictis locis exempla, quando non vſus non habet contrarium vſum,& aliqua infra referam.& aliud tradit Abb.in conſ.ſuo 57.incip.in quæſtione,col.pen.in 2.vol.puta, ſi habeo facultatem altius tollendi in ſolo meo, vſque ad cælum, dato,ꝙ altius non tollã, per tempus etiam longiſſimum, non inducitur conſuetudo contra me, quia nihil factum eſt in contrarium, & illud altius tollere,eſt actus meræ facultatis,ut per eum.Similiter p
76 non vſum non † tollitur lex,nec per actus negatiuos, etiam per mille annos.ita dom.Ant.hic col.14.ver.quærò, an circa actus negatiuos per plura,& maxime per tex.in l.fi. C.de iu. dot.impe.facit tex.in l.Arriani.C.de hæreti.ibi, ſemper in viridi obſeruantia valituris.idem Io.And. & Abb.in d.c.Ioannes.& late Marianus Soc.in c.cum conſuetudinis.col.11.ſupra cod.tradit aliquid Fel. in c.inter cæteras.colu.5. infra de reſcr.& plenius,alia adducens,in d.c.cum acceſſiſſent. colu. 10,verſicu. hanc regulam limita. & in cap.primo. colum.4. verſic.quarta declaratio.de tre.& pace.& communis præceptor in d.l.de quibus,colum.9.in fin.ubi allegat multa. Hinc
77 etiam † dicimus, quod per non vſum non tollitur facultas, ſeu non præiudicatur facultati actum faciendi, ut tradunt Doct.in locis prælleg.maxime Ioan.And. & Abb. in d.cap. Ioannes.ubi dicunt, quod ex non delatione conſuræ non inducitur conſuetudo. item,ſi damnum paſſus nunquam egit actione legis Aquiliç, per hoc non eſt inducta conſuetudo, nec ſublata facultas agendi. poteſt etiam exemplificari in pulchro caſu,quem tradit Cald. in conſ.ſuo primo. ſub titu. de conſuetud.ubi conſuluit, quod licet prælatus eccleſiç deputauerit laicum in operariũ, uel fabricerium eccleſiæ per lxxx. annos continuos, & nunquam deputauerit clericum, tamen,quia ille fuit actus uoluntarius & merç facultatis, nõ fuit ſublata facultas ipſi prælato deputandi clericum. Et reſpondet ad text. qui videbatur urgere in contrarium,in cap. cum de beneficio.de prẽben. lib.6.uide per eum. idem decidit ipſe Cald.in conſil.19.ſub titu. de prẽbend. & refert & ſequitur Felin.in capit.ſecundo.colum.3. infra de iud. & idem uult Cald.in conſ.3.ſub titu. de conſuetud.in fine, ubi dicit, quod abſtinentia ab actu,quem quis poteſt facere, & non facere,ad ſui libitum,non inducit conſuetudinem. allegat gl. penult.& Vincen.in capit.ut priuilegia. infra de priuileg.& Ioan.Andr.in dicto capit. fin.de conſuetu.lib.ſexto.prędictæ tamen limitationi repugnare uidetur text. in dicta l.de quibus.in fine. in verbo,deſuetudinem.qui tex.uult,quod leges per deſuetudinem abrogentur.pro ſolutio.dicas,quod aliud
78 † eſt deſuetudo,aliud non uſus,ut pulchre declarat & exemplificat Pau. de Caſtr. in d.l.de quibus.colum.ſecunda.& declarau ſupra in rubrica huius tituli. Vel ſolue dictum contrarium, & dicas, quod tex. in d.l de quib. debet intelligi in deſuetudine habente actum contrarium implicitũ, per prędicta,& hoc ſuadere uidetur vis huius verbi, deſuetudo,quę ſonat in deuiationem a conſueto. Limita ſecundo dictam
79 concluſionem, vt non procedat † in poſſeſſorio, quia unus actus contra conſuetudinem, præiudicat conſuetudini. ita Bald.in cap. primo.de cogni.feudi.probatur in c. cum eccleſia Sutrina.infra de cauſa poſ.& propri.idem dicit Barba.hic, allegans idem tenere Io.And. in c. cum eccleſia Vulterana. infra de elect.tradit Fel. in d.cap.cum acceſſiſſent. alia adducens.& idem Ale. & communis præceptor in d.l.de quibus. idem Roma.in ſingularibus ſuis,ſingu.incip.ad hoc, vt ſecũda conſuetudo. Tertio limita † dictam concluſionem, vt per
80 dom.Anto.hic colum.14. & tradit Fely. in d.c.cum acceſſiſſent.& communis præceptor in dic.l.de quibus.videlicet, vt non procedat, quando illi, inter quos conſuetudo eſt inducta,ſcienter & collegialiter vnum actum facerent cõtra cõſuetudinem,quia cõſuetudo tolleretur. & idem pulchre tradit Abb.in c.pro illorum. infra de præben, & bene probatur in d.c.cum acceſſiſſent. Hæc tamen limitatio non procederet, quando vigore conſuetudinis eſſet aliquid acquiſitum eccleſiæ,quia tunc nec per vnum actum cõtrarium,nec per plures,tollitur illud ius acquiſitum, immo etiam ſi prælatus expreſſe tali iuri & conſuetudini renunciaret, etiam cũ conſenſu capituli, nihil fieret.ita decidit Innoc.notabiliter in c. accedentibus.infra de priuile. & refert & ſequitur Alex. pro notabili,in conſil.ſuo 5.in quinto volumi. Quarto limita, vt
81 non † procedat in conſuetudine facti ſeu aſſuefactione, quæ non requirit tempus vel præſcriptionem, puta in conſuetudine patrisfamilias,quia per vnicum actum contrarium tollitur.ita Bald.in ca.1. §.notandum. de his,qui feu.da.poſſ.colum.2,allegat tex.in l.Mella.§.1. ff.de alim.& cibaria.leg.vbi eſt bonus text.idem tenet per illum tex.Barb.hic col.29.vbi appellat talem conſuetudinem non ſolennem, quæ non requirit præſcriptionem, & dicit quod ſecunda conſuetudo etiã recens tollit priorem.idem Aret.in conſil.ſuo primo. col.fi. & Alex.in l.Gallus.§.idem credendum. ff.de libe.& poſthu. col.4.in prin.Et ex hoc habes declarationem ad text.in l.uel vniuerſorum.ff.de pigno.act. & ad ſimilia iura,quæ dicunt, quod attendenda eſt conſuetudo patrisfamilias, quia intelligitur de vltima,non cõſiderata aliqua præſcriptione.Ex hac etiam limitatione infertur ad id, quod dici ſolet, quod ulti-
82 ma † tempora ſeu vltimum ſolitum ſpectatur, ut inquit glo. in c.cum eccleſia Sutrina.in verbo,ultimo. infra de cau.poſſeſ.& proprie.& probatur in d,l.Mela. & ibi no.Bart. quia intelligitur de conſuetudine facti ſeu de aſſuefactione.Hinc dicimus, quod, an emphyteuta ſoluerit canonem, tres vltimi anni inſpiciuntur. l.quicunque. C. de apo.pub.lib.10.gloſ. & Doct.in l.2.C.de iure emph.Hinc etiam dicimus, quod Doctor conductus ad lecturam cum ſuo ſolito ſalario, intelligitur conductus cum ſalario ſolito ultima uice,etiam quod illud vltimum ſolitum fuerit minoris temporis, ita Bal.in l. binos.prope finem, C.de auoca.diuer.iudi.Hinc etiam dicit Bald.in authentica quibuſcunque modis. C.de ſacroſanctis eccleſijs. circa finem, quod prælatus debet inueſtire, uel infeudare rem ſolitam infeudari, ſecundum ultimum ſolitũ. Hinc ẽt dicimus, ꝙ inſpicitur ultima fama.ita Bal.per illum tex.in l.ſi mater.C.ne de ſtatu defunctorum. Hinc etiam dicimus,quod ad acquirendum quaſi poſſeſſionem iuris eligẽ-

di,

Source : BIU Cujas

di,uel ſimilium iurium, attenditur vltima electio vere vel preſumptiue,vt declarat Abb. in d. c. cum eccleſia Sutrina in glo. in uerbo,ultimo,infra de cauſa poſſe & proprie, & eſt glo.in verbo.in trium.in cod.c.& ibi probatur in tex.in verbo.ultimo & immeditate. idem Abb. in c.accedentibus.infra de priuileg.Et plura ſimilia tradunt apoſtillantes ad Bar. in d.l.Mela. §.1.& moderni in authen nouiſſima. C.de pactis. Iſta tamen illatio procedit etiam in conſuetudine completa,quæ ius facit,quia ex quo tollitur per ſequentem contrariam, vt dictum eſt ſupra,in prin.concluſ.ſupra præmiſſę, ſatis patet, quod vltima conſuetudo ſpectatur. Quinto limita
83 dictam concluſionem,ut non procedat, quando actus, qui fit contra conſuetudinem, eſt ſucceſſiuus, quia per unum actum contrarium tollitur conſuetudo . Exemplum pone, quod vnum beneficium de conſuetudine ſit regularæ,& cõſuetum religioſis conferri.ex una collatione,facta alicui clerico ſeculari, quæ ſucceſſiue duret per xl. annos tollitur prima conſuetudo.& ſic illud beneficium non dicitur amplius regulare tex.eſt in cap. cum de beneficio.de præbend. lib.6. Et ita etiam dictam regulam limitat domi.Feli.in d. c.cum acceſſiſſent . & dixi plenius ſupra in ſeptimo requiſito conſuetudinis ad finem .

SVMMARIVM.

1 *Probatio an admittatur contra conſuetudinem.*
2 *Titulus vel cauſa non requiritur in conſuetudine .*
3 *Præſcriptionis & conſuetudinis quam varium diſcrimen.*
4 *Vnum & idem dici poteſt conſuetudo & præſcriptio diuerſo reſpectu.*
5 *Conſuetudo præter ius,quæ.*
7 *Conſuetudo an poſſit eſſe ſecundum legem.*
8 *Conſuetudo contra ius diuinum,non tenet.*
9 *Conſuetudo contra ius naturale , non tenet.*
10 *Filios a parentibus non ali conſuetudine induci nequit.*
11 *Legitima tolli vel diminui filio an poſſit conſuetudine.*
12 *Matres lactare filios,natura fert,nec ab eo matres excuſantur,niſi nobilitate vel paupertate præpeditæ.*
13 *Piſcandi vel aucupandi prohibitio non poteſt induci conſuetudine.*
14 *Conſuetudo,vt vnus puniatur pro alio non valet.*
15 *Conſuetudo an valeat,ut quis puniatur pecuniariter pro alio.*
16 *Conſuetudo contra ius gentium non tenet.*
17 *Conſuetudo contra ius poſitiuum in ratione naturali fundatum, valet.*
18 *Conſuetudo quando procedat contra ius gentium & nu.19.*
20 *Conſuetudo contra libertatem,eccleſiaſticam,non valet.*
21 *Conſuetudo contra libertatem eccleſiaſticam,quotupliciter dicitur.*
22 *Sta.vel conſuetudo contra libertatem eccleſiæ ſecundario,non valet.*
23 *Conſuetudo contra libertatem eccleſiæ, vel onerosa illi,non tenet . & nume.24.*
25 *Conſuetudo non valet,quæ remittit ſolennitates,requiſitas a iure Canonico inalienatione rei eccleſiæ.Limi.num.17.*
26 *Conſuetudo valet quod ſolus præpoſitus cum capitulo poſſit de nouo infeudare bona diſtincta ab epiſcopo,& conſueta infeudari.*
28 *Notario aſſerenti interueniſſe cauſa cognitionem in alienatione rei minoris creditur .*
29 *Conſuetudo,quod quis percipiat fructus beneficiorum in abſentia, non dimiſſo vicario non valet.*
30 *Conſuetudo, quod clericus poſſit omnia bona, etiam mobilia acquiſita intuitu eccleſię,relinquere ſuis conſanguineis,non valet .*
31 *Conſuetudo non valet quod clericus a iudice ſeculari conueniatur, vel iura ſpiritualia tractet .*
32 *Conſuetudo non valet, diſponens ignobiles non recipi in canonicos in eccleſia .*
33 *Conſuetudo non valet, quæ diſponit omnes , vel duas partes capituli , vel vniuerſitatis,debere interuenire in agendis in uniuerſitate .*
34 *Conſuetudo contra interdictum, vel alias cenſuras eccleſiæ,non valet.*
35 *Conſuetudo quod quis non poſſit confeſſorem eligere præter ſui ſuperioris licentiam non valet.*
36 *Conſuetudo non valet diſponens,quod bona relicta religioſo,intuitu ſuæ perſonæ, poſſint ad vſum eius retineri , donec vixerit,ſine ſuperioris authoritate .*
37 *Conſuetudo , quod ordinario viſitanti eccleſiam non debeatur procuratio , non valet .*
38 *Conſuetudo non valet quod habens beneficium,cui certus ordo annexus eſt, vocem dare poſſit in capitulo , licet infra annum ad illum ordinem non promoueatur.*
39 *Conſuetudo non valet,quod canonici non reſidentes, præcipiant diſtributiones quotidianas .*
40 *Conſuetudo non valet quod prælatus dimittat prælaturam ſine conſenſu ſuperioris ,etiam aliam ſubeundo .*
41 *Electus quod adminiſtret ante confirmationem,non valet conſuetudo .*
42 *Diſpoſitio tollens conſuetudinem vtilem eccleſiæ,non valet .*
43 *Præbendas duas,vel duas diſtributiones quotidianas , quod quis habeat in eadem eccleſia,non valet conſuetudo .*
44 *Conſuetudo,per quam laici conferunt beneficia eccleſiaſtica, non valet,*
45 *Conſuetudo per quam inferior epiſcopo inſtituit vicarium ad tempus in eccleſia curata non valet .*
46 *Parochiani, qui in præcipuis feſtiuitatibus Parochias proprias deſerunt. alias adeuntes,non poſſunt conſuetudine excuſari .*
47 *Hoſpitalia conferri clericis in beneficium,non valet conſuetudo.*
48 *Conſuetudo Parum præiudicialis eccleſiæ, quibus caſibus procedat.*
49 *Conſuetudo, quod mors prælati nuncietur Principi , & petatur licentia ab eo alium eligendi,valet.*
50 *Epiſcopus in ſuo aduentu an poſit canonicum vnum creare,qui habeat portionem e reditibus eccleſię,conſuetudine ita ſtante.*
51 *Conſuetudo,quod in electione epiſcopi non vocentur abſentes,an valeat.*

Sectio. V.

1 Circa † ſecundam partem gl.fi.aduerte,quia glo. attingit vnum quotidianum,videlicet,an contra cõſuetudinem probari poſſit , id eſt,an ille, contra quem allegatur & probatur conſuetudo,poſſit probare conſuetudinem non adeſſe.Et uidetur velle,quod ſic.hæc fuit opinio quorundam, quos refert Hoſt.in ſum. huius tit.verſi.extra ſummam.in princip.cum quibus, tranſire videtur ipſe Hoſt.idem Bar. in d. l.de quibus. in 4. q. princi.& hoc credo veriſſimum.Sed quia iſta glo.multa alia dicit, vt ordinatim procedamus, colligo aliquas concluſiones ex ea.Prima eſt concluſio ex glo.quod contra conſuetudinem probari poterit.& ratio poteſt eſſe, quia ſicut conſuetudo probari debet.l.1.C. quę ſit longa conſuet.ita probari poteſt eadem ratione contra conſuetudinem.In facto enim conſiſtunt ea quibus conſuetudo inducitur, & ſic ignorari , poſſunt,c.1.de conſti.lib.6.& ita dicit Bart.in ſimili in l.omnes populi.ad fi.ff.de iuſt.& iure.item probatio requiritur in facto dubio,vt per glo in rubr.C.de proba.ergo ſtante dubio an ſit conſuetudo vel non probatio fieri poterit hinc inde. Et hoc tenendo,cogita de ſolu.ad tex.in l.litibus.C.de agri. & cenſi. lib.11 quem tex glo.hic in contrarium adducit,niſi dicas,quod ibi tex.loquitur in præſcriptione, & non in conſuetudine, & licet regulariter probari poſsit etiam contra præſcriptionem,tamen eo caſu nõ,quia ille,qui opponebat contra præſcriptionem,iam confeſſus erat, ſe habuiſſe cauſam a præſcribente, ex quo longo tempore ei ſoluerat pẽſionem tanquam colonus. Quomodo autem ſit fienda probatio pro conſuetudine vel contra conſuetudinem, dicemus, infra poſt expedita ea quæ tractat Abb.hic.Secunda colligi
2 tur ex gl.†concluſio,quod in conſuetudine non requiritur, titulus vel cauſa, de quo tradit Abb.infra.& miror,quod ad hoc non alleget iſtam glo.Et aduerte,quia gl.iſta capit titulum & cauſam pro ſynonymis.& idem dicit gl.in c. dudum el 2.in verbo,intitulatam. infra de electio. Et hanc gl.ſequũtur Doct.hic.Ex quo apparet.gl.alibi male loqui,vbi contrarium præſupponit,videlicet in cap. cum eccleſia Sutrina.in verbo,temporis.infra de cauſa poſ.& proprie.Et de hac concluſione infra dicemus in concluſione ſequenti.Tertia colligitur†concluſio ex gl.quod eſt differentia inter conſuetu-
3 dinem & præſcriptionem. in hoc plenius inſtat Abbas hic , & commendat duas principales differentias . Vna eſt, quia conſuetudine acquiritur ius in communi,& in publico.Præſcriptione vero acquiritur ius priuato , & ꝓbat,vt per eum . idem dicit Abb.in c.cum eccleſia Sutrina.colum.12.verſic. ego fateor.infra de cauſa poſſeſ.& proprie. hanc etiam differentiam tanquam ſubſtantialem refert dom. Anto. hic.in verſic.viſa materia.& Hoſt.hic in ſumma.& Abbas.in conſilio.18.incip.in cauſa.& quæſtione.in ſecundo volumine, & Alexan.in conſil.6.in primo uolumiue.incipiente viſo.colum.fina. Alia eſt differentia, quia in conſuetudine non requiritur titulus,in præſciptione autem ſecus.ita Abba. hic, aſsignans rationem, idem glo.hic in effectu , ad quam non aduertit Abbas.idem Cald. pulchre in conſilio vltimo, ſub hoc tit.de conſuetu.idem Abb.in capitulo cum dilectus . in fin.ſupra.eodem.idem Ang.& Alex. in dicta l.de quibus. & communis præceptor ibidem.idem Alexand.conſilio. 124. incipiente, ſuper primo quæſito.in quarto uolumine.& prædictas duas differentias tanquam vtiliores etiam refert & approbat Barba. hic columna. 29. Aliam differentiam tradit Bart.in d.l.de quibus in quinta columna verſicu.ultra hoc, in repet.& clarius in dicta l.ſecunda C.quæ ſit longa conſuetudo. columna. 9.vbi dicit , quod conſuetudo eſt ius diſponens,conſenſu populi vel maioris partis conſtitutum, Præſcriptio vero, eſt ius diſpoſitum,ex conſenſu ſingulari inductum. Alia eſt etiam differentia,& bona, quia in conſuetudine non requiritur bona fides, in præſcriptione ſecus. ita Ang.& communis præceptor in dicta l.de quibus. Alexan. in dicto conſilio 6.in primo uolumine.Hinc dicimus, quod ex ſententia nulla,quæ in notitiam populi deuenit., inducitur conſuetudo , quia ex ea ſatis tacitus conſenſus populi colligitur. ita dominus Antonius. hic, Bartol. in dicta l.de quibus. in 2. quęſtione principali, circa finem. Hinc

Source : BIU Cujas

etiam dicimus, ꝙ ex actibus violentis & meticulosis inducitur consuetudo, vt per Bart. in d. l. 2. col. 16. vers. 18. quæro. & q. 19. ad fin. & per dom. Anto. hic, declarando, vt per eos. Alia est differentia, quia quando ex vna parte, siue ex parte agente siue patiente, sunt personæ plures non determinatæ nec certæ, tunc resultat consuetudo, non præscriptio. ita D. Ant. & Imo. hic, & quidam Doct. quos refert & sequitur do. Petr. Phil. Corn. in consi. suo 268. incip. in hac consultatione. col. 6. uol. 4. vbi dicit, quod in vectigalibus, in quibus agitur de solo p̃iudicio vel fauore Cæsaris, vel eius fisci, & sic ex vna parte est sola vna determinata persona, & ex alia plures indeterminatæ, tunc est consuetudo. Huic tamen differentiæ repugnat, quia quando vniuersitas vult aliquid ex consuetudine inducere contra priuatum, contra quem non potest hoc facere statuendo, vt esset imponere collectam non subdito, talis consuetudo assumit naturam præscriptionis, & potius præscriptio videtur, quam consuetudo. ita Bal. in rubr. C. quę sit longa consuet. quem refert & sequitur Aret. in consil. suo 132. incip. in causa, quæ vertitur. col. pe. & ibi subijcit ita esse declaranda dicta dom. Anto. hic, & aliorum Doctorum ibi per eum relatorum. Idem inquit Aret. in consi. 23. incipien. in præsenti consultatione. col. pe. vbi subijcit, quod quando consuetudo ageret de auferendo ius priuato, contra quem posset statuere ex causa, tunc cõsuetudo induceretur. & hoc bene probatur in l. venditor. § si constat. ff. communia præd. Et idem dicit econtra, scilicet, quando priuatus ageret de auferendo ius vniuersitati, super quo vniuersitas ipsa posset statuendo sibi præiudicare, & allegat dom. Ant. hic. Considera tamen super hac doctrina, quia licet pulchra sit, tamen non bene probatur. Alias differentias uide per dom. Anto. hic, & per Host. in summa huius tit. col. antep. & aliquas tradit Aegid. Bellamera consil. suo 10. incipiẽ. factum est tale. vbi pulchre loquitur. & etiam tradunt Doct. in varijs locis, vt plene refert d. Fel. in c. auditis. col. 10. vers. quinta declaratio. de prę scrip. Aduertendum tamen est, inquantum Abb. hic dicit, post Io. And. quod si aliquid acquiratur collegio, seu collegium vtatur iure alieno, & illud acquirat per usum, tunc proprie dicitur præscriptio, & non consuetudo, vt in casu c. cũ dilectus. supra eod. ubi idem dicit Abb. in fi. & ratio est secũdum eum, quia collegiũ est quoddam corpus fictum, & sic habetur pro particulari persona, quia hoc attento, idem erit dicendum eadem ratione in populo vtente iure alieno, & illud per vsum acquirente, quia dicetur præscriptio populi, & non consuetudo populi. Sed hoc videtur falsum, quia eo dato pro vero, collegium vel populus nunquam diceretur aliquid acquirere per consuetudinem ex quo, vt dictum est, id, quod acquiritur collegio vel populo, dicitur acquiri per præscriptionem. Item dictæ doctrinæ repugnat erymologia cõsuetudinis, quæ est cõmunis assuefactio, seu dicitur, quia in communi est usu, ut dixi supra in rubr huius tit. q. 2. Pro solutione credo dicendum, ꝙ doctrina Ioan. And. & Abb. intelligitur, quando aliquid acquiritur collegio, vt collegio, quia tunc persona quędam ficta & particularis reputatur, ut dictum est, & propterea tunc prescriptio dicitur. sed quando personæ particulares populi, vel collegii omnes, vel maior pars, aliquid obseruarent, seu etiã aliquæ personæ, licet paucæ, populo tacite approbante, actus aliquos facerent, iuxta ea, quæ dixi, supra in octauo requisito in princip. tunc diceretuur consuetudo populi vel collegii, & non præscriptio, nec aliquid tunc populo acquireretur, licet per populum cõsuetudo ipsa induceretur. Exemplum dari potest in casu c. cum omnes. de consti. vbi fit mẽtio de consuetudine collegii, qua mediante absentes canonici percipere possunt fructus præbendarum in absentia. nam tunc dicitur consuetudo collegii, & illud ius acquiritur absentibus, & per consequens singulis de collegio, non autem acquiritur collegio, vt de se patet. Notandum est etiam, quod Abb. hic dicit, videlicet † ꝙ
4 vnum & idem potest dici consuetudo & præscriptio, diuerso respectu, vt in casu capituli tertij. de consuetu. libro sexto. & hæc doctrina comprobari potest ex his, quæ dixi supra in glosa, in verbo, rationabilis, in octauo aduertendo. Quærit vltimate Abb. extra glossas, de effectu consuetudinis, & distinguit, vt per eum post Bar. in d. l. de quibus. in vlti. oppositione, & eandem distinctionem facit Bart. in d. l. 2. C. quæ sit longa consue. in vlt. quæstione. Ex doctrina Abb. pro clara intelligentia collige infrascriptas cõclusiones. Prima
5 est conclusio, ꝙ consuetudo quandoque est secundum legem, quandoque præter legem, quandoque contra legem, idem do. Ant. hic col. 26. versic. restat videre. Hinc dicimus, ꝙ consuetudo habet tres virtutes, quia imitatur legem, interpretatur legem, derogat legi. glo. est in §. ex non scripto, in verbo, imitantur. Institu. de iure nat. idem dicit Bartol in d. l. de quibus, in vlt. opp. Abb. in c. cum dilectus. in notabilibus supra eod. & in c. clerici. de iu. Quinimmo dicit glo. in l. fin. C. quæ sit longa cõsue. ꝙ consuetudo habet quatuor virtutes, quia imitatur, interpretatur, derogat, & corroborat legem. ista tamen quarta virtus satis comprehenditur sub prima, quia consuetudo secundum ius, dicitur potius imitatiua legis, quam dispositiua, ita Bal. in l. fi. C. quæ sit longa consue. & paulo infra alia ad hoc adducam. Host. autem hic in summa, §. fi. in prin. dicit, ꝙ quinque sunt virtutes consuetudinis. Primo habet, secundum eum, virtutem imitandi. Secundo, virtutem interpretandi. Tertio, virtutem abrogandi. Quarto, derogandi. Quinto, præsumptionem inducendi. Alij ponunt septem virtutes, vt refert Cardin. Flor. hic, q. 45. ipse tamen concludit, ꝙ consuetudo habet eas virtutes seu eos effectus, quos habet lex, quia est tacita lex. §. cõstat, Insti. de iure nat. Et de consuetudine interpretatiua dicit pulchrũ verbum Ab. in d. c. cum dilectus. in 7. notab. videlicet, quod adeo standum est consuetudini interpretatiuæ, vt licet intellectus, quem consuetudo tribuit, appareat ex postfacto non bonus, tamen ab illo non est recedendum, ob virtutem consuetudinis. & hoc dicit esse menti tenendum. Et dicit Aret. in consi. 160. incip. longa est ista consultatio, col. 1. ꝙ ex consuetudine patrisfamilias interpretatur actus eius, & præsumitur tacitum mandatum, l. vel vniuersorum, cum similibus, ff. de pig. actio. Et idem esset ex consuetudine regionis vel loci, secundum eum, per casum notabilem in l. si pignore, §. si creditor, ff. de pig. act. cum aliis per eum allegatis. Exempla autẽ consuetudinis secundum legẽ, vel contra, de se patent.
6 De † consuetudine autem præter ius, cape pulchrum exemplum ex decisione Ab. in c. suam. infra de Simo. videlicet in consuetudine, quã inducit populus de faciendo certas oblationes. Item in cõsuetudine inducendi ieiunium, quod alias ab ecclesia non esset indictum, ut in c. illa. 12. distin. ubi not. Gem. & in c. 2. de obser. ieiu. item in consuetudine obseruandi aliqua festa, quæ non sunt de præcepto. c. fi. de ferijs. item in consuetudine non comedendi carnes in Sabbato. d. c. 2. de obser. ieiu. item potest exemplificari in consuetudine dãte modum in congregatione capituli, nam qualiter capitulum conuocari debeat, standum est consuetudini. c. in causis. infra de ele. Bar. in l. obseruare. C. de decurio. li. 10. & Ab. in consi. 38. incip. in quæstione. in fi. in 2. uolu. Posset etiam exemplificari in similibus, quę non sunt de præcepto legis, nec etiam contra legem. talia enim dicuntur præter legem, ut ex prędictis patet. Et propterea dicimus, quod beneficiũ principis dicitur præter ius, quia non est contra legem, nec secundum legem, vt tradit Abb. in rubr. sup. de rescri. & tradunt Bar. & alij communiter in l. fi. ff. de const. princ. Aduer-
7 tendum † tamen est, quia non uidetur possibile, quod cõsuetudo sit secundum legem. probatur primo, quia consuetudo dicitur, ubi lex deficit. c. consuetudo. 1. dist. Secundo, quia populus seruando legem, etiam si per mille annos eam seruaret, uidetur id facere animo obediendi legi, non autem animo introducendi consuetudinem, quia in necessitatibus nemo liberalis existit. l. rem legatam. ff. de adimend. legat. & hoc firmat Gemi. post Ioan. de Lignano in capitulo primo. col. 7. in fi. de const lib. 6. idem d. Ant. & ibi Felin. in fi. in c. 1. supra de rescr. Pro solu. dicas, quod talis consuetudo est potius confirmatio quædam legis, non autem est proprie consuetudo. ita colligo ex verbis Bar. in d. l. de quibus. in 10. opp. & dicit Bal. in l. fi. C. quæ sit lon. consue. quod consuetudo secundum ius, non dicitur consuetudo dispositiua, sed imitatiua. & dicit Alexan. in d. l. de quibus. quod dicitur potius obseruantia legis, quam consuetudo. Ex hoc infertur secundũ Abb. hic, quod sublata lege, tollitur consuetudo ei conformis. idem dicit gl. ordinaria in c. j. in verbo, facti. de constitu. lib. 6. Sed hoc limita pluribus modis, vt per do. Alex. in l. 1. in prin. ff. ad leg. Falc. & per Fel. in c. j. colum. pen. & fi supra de rescr. Nolo ipsas limitationes hic referre, quia prędicti Doc. plene loquuntur, & ego nihil habeo, quod addam. Secunda
8 † sit conclusio, quod consuetudo contra ius diuinum, non tenet. ita Abb. hic. de hac cõclusione diximus supra in textualibus, videlicet in tertio notabili, vbi hanc regulam cum illationibus, ampliationibus, & limitationibus plurimis laboriose & utiliter ultra alios expediui. ultra tamen ibi dicta, occurrit pulchra dubitatio, quam mihi mouit venerandus decretorum Docto. Dom. Ruffinus Belengerius, curiæ archiepiscopalis Mediolani Vicarius dignissimus, olim auditor meus gratissimus, videlicet, an valeat consuetudo, per quã Romani sacerdotes, Mediolanum quandoque accedentes, celebrãt in ecclesijs Ambrosianis more Romano, Prædicta cõclusio facit, ꝙ nõ, quia institutio ecclesiæ Ambrosianę & officii Ambrosiani, vĩ diuinitus peoceſſiſſe, vt legitur in historia. quæ in libro antiquissimo, quem Beroardum vocant, reperiur, qui liber est in archiuo ecclesiæ maioris Mediolani. Cauetur etenim, vt audio, in ipsa historia, quod in diœcesi Ambrosij ritus Ambrosianus obseruari debeat ob

mira

Source : BIU Cujas

miraculum ibi recitatum. Cum ergo talis institutio sit de iure diuino, consuetudo in contrarium uigens, sine causa non valet, per ea, quæ dicta sunt supra in tertio notabili. Si ergo consuetudo non valet, celebrantes, qui non seruant illum ritum, peccant, tamquam ordinationi diuinæ non obedientes, c. si quis. prima quæst. 7. consideranda tamen sunt verba dictæ historiæ, quam non potui uidere, quia ubi talis ritus Ambrosianus personis idest sacerdotibus Ambrosianis esset iniunctus, & non loco, aliud dicendum esset, per ea, quæ tradit Bart. in simili, in l. prima, q. 2. C. de summa Trinit. & fide cathol. & ibi moder. plene. Et quod dix. in consuetudine celebrandi contra prædictum ritum, eadem ratione haberet locum in alijs consuetudinibus, quæ deuiarent ab ecclesia Ambrosiana in ciuitate & diœcesi Mediolanensi. Tertia
9 †sit conclusio, quod consuetudo contra ius naturale, non tenet, quia naturalia immutabilia sunt, ita Abb. hic, & nemo discrepat, hanc conclusionem declaraui supra in secunda gl. ubi fec. aliquas oppositiones cõtra id, quod dicitur, quod naturalia sunt immutabilia, uide etiam quæ plene dixi supra in tertio notabili. Ex hac †
10 conclusione infertur, quod nõ ualet consuetudo, quod filij a parentib. non alantur, ita Abb. hic, nec aliquis discrepat ab hoc. Secundo infertur,
11 quod non †potest per statutum uel consuetudinem tolli legitima filio vel diminui. de hoc Abb hic se remittit ad dicta per eum in c. Raynutius. colum. 4. infra de testam. & in cap. Raynaldus, in 1. notab. eod. tit. communis opinio est, quod ex causa possit nedum diminui, sed ẽt in totũ tolli & hãc esse cõem, attestatur Abb. in consi. 75. incip. quidam decessit, ad fi. in 1. uolum. tradunt Bar. & alij in l. Titio centum. §. Titio genero ff. de cond. & dem. Pau. de Castr. in consil. 346. incip. præsens casus, in fi. & dom. Signorelus de Homodeis in consi. 224. incip. in quæstionibus. ubi alleg. Dyn. in reg. indultum, de reg. iur. lib. 6. & Cyn. in l. sancimus. C. de nupt. idem tenet Angel. in consil. suo 300. incip. punctus talis est. Aliter tamen uidetur concludere Rota apostolica, in suis decisionibus antiquis sub hoc tit. decisi. 7. incip. consuetudo, & in nouis eo. tit. decisi. 1. ubi plene disputat, an ualeat consuetudo, quod uxor succedat uiro in bonis mobilibus, liberis extantibus. Et concludit, ꝙ sic, quia iuri naturali in parte tantum derogat, aliter etiam loquitur Dom. Alex. in cons. 55. incip. uiso in 2. uolum. uide pro resolutione communem præceptorem in l. quoniam in. prioribus. C. de inoffic. testam. & in locis per eum, & per Alex. in d. consil. relatis. Tertio infertur
12 quod †non valet consuetudo, qua mediante matres non lactant filios suos, nec excusantur a peccato ipsę matres, quia talis consuetudo est contra ius naturale. c. ad eius vero concubitum, in prin. 5. distin. Hoc tamen limitant pulchre Bal. & Paul. de Cast. in l. alimenta. C. de neg. ge. vt non procedat in matre nobili, quæ non posset lactare sine dedecore. Item in matre paupercula, quæ si lactaret, non haberet vnde viue-
13 ret dic. vt per eos. Quarto infertur, quod †non valet consuetudo vel prohibitio aucupandi vel piscandi quia id de iure naturali competit. c. ius naturale 1. dist. §. feræ. Inst. de rerum diui. & ita dicit Card. Alexan. post Hug. in d. c. ius naturale, & nota, quod, de iure non prohibetur uenatio, nisi cum fraude. §. nemo retia in titulo de pace tenenda, in lib. feudorum.
14 Quinto infertur, †quod nõ valeret consuetudo, quod vnus puniatur pro alio pœna capitali vel corporis, quia id videretur contra rationem naturalem & ius diuinum. Et ita in simili de statuto concludunt Bald. & Salic. in rub. C. res inter alios acta, & alij Docto. quos referunt & sequuntur Barba. & Felin. in d. c. 2. supra de consti. & ibi etiam alij posteriores firmant, & ego approbare ibidem consueui. idem Felin. plene in c. ius generale 1. distin. Socin. in consil. 31. incip. sequendo ordinem, & cõis præceptor in d. l. de quib. de legi. & in auth. nouissima, C. de inoffi. testam. Ex hoc improbari videtur gl. quæ contrarium dicit, in c. cum homo 23. q. 5. in ultimis uerbis, quæ præsupponit ualere talem consuetudinem, & eam sequitur Roma. in singularibus suis, singu. 129. incip. tu scis, quod in causa criminali, & est mirandum, quia Bal. in rubri. & alij moderni supra relati, communiter allegant dictam glos. pro se, & tamen contrarium dicit. & glo. ipsam etiam improbat domi. Felinus in d. c. 2. & in d. c. ius generale ad fi. Sed eam ultra prædictos sequitur Cepolla. in consil. 40. inci. Lucius. & dicit consuetudinem valere, quod in causa criminali, in qua ingeritur pœna mortis, fideiussor accedere possit. & allegat Bal. idem tenere in tit. de pace Constan. colũ. 27. & Io. de Ana. præceptorem suum, in c. sicut. in fi. infra de Iudæis. Sed dici posset, quod ista opin. uera sit in casu præmisso, scilicet, quando quis tanquam fideiussor se obligat pro alio, quia ad id accedit eius consensus. Et licet istam rationem impugnet Feli in d. c. ius generale. per tex. in l. liber homo. ff. ad leg. Aqui. quasi dicat allegando dictam legem, ꝙ talis consensus nihil operatur, quia nemo est dominus mẽbrorum suorum, tamen dici potest, ꝙ licet solus fideiussoris consensus id non posset operari, tamen authoritas consuetudinis, quæ vim legis habet, ipsum consensum validat. Vel dicas, quod text. in d. l liber homo. procedit, quando quis in iuste vellet exponere corpus suum, secus, si per media licita, puta per confessionem criminis, uel per similia ita declarat Abb. in d. c. de his. in princ infra de accus. Dicamus ergo, ꝙ valet talis consuetudo in casu glo. prædictæ, quia actus fide
15 iussoris est medium licitum. An autem †ualeat consuetudo quod quis puniatur pecuniariter pro alio, vide in sequenti conclusione in fin. Multa alia ad declarationem huius conclusionis de consuetudine contra ius naturale, vide per me supra extra glo. secundam, vbi alias illationes feci, faciunt etiã quę plene tradidi supra in 3. notabili, vbi loquutus sum de consuetudine contra ius naturale, pront sumitur pro iure diuino, seu pro præceptis iuris diuini, & ibi multas alias illationes feci. Limita modo præmissam conclusionem, vt non procedat, quando consuetudo limitaret vel distingueret ius naturale, ex causa, quia valeret, vt declarat Abb. hic colum. 1. in fi. & dixi supra post secundam glos. in vers. extra istam glo. quęritur. & etiam dicam in sequenti conclusione
16 ad finem. Quarta sit †conclusio, quo consuetudo contra ius gentium non tenet. ita Abb. hic. Et ratio est secũdum eum, quia ius gentium est naturali ratione inductum. l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. hæc ratio videtur melior, quam ratio Baldi in c. 1. de natura feu. vel ratio Baldi in ca. 1 §. fi. qui feud. dare possunt. nam dicit Bal. in d. c. 1. de natura feudi. ꝙ ideo non potest Princeps statuere contra ius gentium, quia licet Deus subiecerit leges Principi, non tamen subiecit ea, quæ sunt de iure gentium. & dicit Bal. in d. §. fi. ꝙ potentius est ius gentium, quam principatus. & has rationes sequitur communis preceptor in repetitione l. quo minus in 3. nota. ff. de flumi Sed profecto istæ rationes non multum mihi placent, quia nulla lege fundantur, nec aliter probantur. Me-
17 lior est igitur ratio, quam prædixi. Ex qua †ratione infero notabiliter, quod non ualeret consuetudo, etiam contra ius positiuum in ratione naturali fundatum, quia esset contra rationem, & sic esset irrationabilis. Et hæc illatio saris probatur in isto text. nostro ibi, nisi fuerit rationabilis. Et hoc etiã in effectu uoluit Bald. in l. vnica, colum. 3. post medium, C. de his, quæ pœnę nomine, vbi dicit, quod iustitia positiua vel municipalis tolli potest, sed iustitia naturalis & necessaria non quia est constans & perpetua. Et facit simile, quia Princeps non posset dispensare contra ius positiuum sine causa, quando est fundatum in ratione naturali uel diuina. ita Abb. in repeti. c per tuas. infra de arb. colum. 11. tradit d. Feli. in c. 1. colum. 7. supra de constit. & in cap. ad audiẽtiam. el 2. colum. 4. supra de refeript. & exemplificant præfati Doctor. in iure positiuo prohibente pluralitatem beneficiorũ, quod est quotidianum, Ex prẽmissa conclusione, & ratione iustificatur, ut puto, id, quod decidunt Do. & ibi Abb. refert & sequitur, in cap. dilecti. in glo. 1. infra de arbi. vbi dicunt, quod licet valeat consuetudo, quod vnus nobilis uel homines alicuius castri possint incidere ligna, seu animalia pascere in fundo alterius, pro qua facit text. notabilis in simili in l. uenditor. ff. communia præd. & text. in alio simili in l. 3. §. fi. ff. de test. ubi probatur, quod ualet consuetudo, ut possit quis citari in alieno tertitorio, tamen ubi ligna seu pascua non possent sufficere domino fundi, & etiam illi, qui cõsuetudinem prætenderet, tunc dominus præferendus esset, & sic non ualeret consuetudo, per quam excluderetur dominus admisso extraneo allegant text. in cap. suggestum infra de decim. & in c. quid per nouale. infra de verbo. signifi. sed est melior text. in d. l. uenditor. in fine. hæc decisio iustificat, ut puto, quia, vt dixi, rationi naturali repugnaret, quod extraneus domino preferretur Ex præmissa etiam conclusione infertur, ꝙ non ualeret consuetudo vel statutũ, ꝑ quod particulares personæ priuarentur dominio rerum suarum sine causa, quod declara, ut in sequenti limitatione dicetur. Et licet Alex. in consil. 20. incip. uisis, in 3. uolum. colum. pe. aliud dicat esse in statuto uel lege generali, & aliud in principe, auferenre rem suam ab aliquo, tamen non datur ratio diuersitatis. Nec aliud Alex. addncit, quod urgeat, & contrarium tenuit communis præceptor in l. Barbarius. colum. 8. ff. de offic. præto. & reperio, quod idem uult Bart. in 1. const. Digestorum. colum. 2. ubi dicit, quod Princeps etiam legem condendo, non potest alicui auferre dominium rei suę sine causa, & allegat Innoc. in c. quæ in ecclesiarum, supra eod. & in c. quia plerique infra de immuni. eccle. Sed præmissæ cõclusioni obstat tale fundamentum. Nam omnis res per quascunque cãs nascitur, per easdem dissoluitur. c. 1. de re. iu. sed ius gentium fuit a gentibus inductum. c. ius gentium. 1. dist. & d. l. omnes populi, ergo consuetudo contraria inducta ab ipsis gentibus tollere debet illud ius gentium. pro solutione

credo

Source : BIU Cujas

credo dicendum, quod ipsum ius gentium dicitur potius inductum ab ipsa ratione naturali, licet medio gentium, ut dicit Ab. hic, iō tolli nō potest. Præterea, inductū fuit gñaliter ab omnibus gentibus. sed consuetudines inducuntur a singulis populis uel uniuersitatibus, vt dictum est supra in rubrica in definitione consuetudinis. Igitur non est conueniens, quod consuetudo particularis vnius loci tol lat ius gē tium. Præcedens tamen solutio magis placet. Vel potest dici, quod ius gentium sit diuina prouidentia constitutum, & ideo immutabile. §. sed naturalia. institu. de iure natu. secun
18 dum uerum intellectum. Limita† tamen conclusionem prę missam, dum dicitur qnod consuetudo contra ius gentium non tenet, vt non procedat, quando illa cōsuetudo concerneret fauorem publicum, quia eo casu valeret etiam statutum, ut dicit Abb. hic. & ipse & omnes in cap. quæ in ecclesiarum. supra de consti & tradunt glo. Bart. & alij in l. fi. C. si contra ius uel utili. publi. & alibi sæpe Docto. ubi dicunt, ꝙ ex tali causa posset quis priuari dominio rei suę, per text. l. item si verberatum. ff. de rei uend. cum simi. Aduertendum tamen est, quia secundum opin. communem Dd. in locis p̄ dictis, precium solui deberet illi, qui re sua priuaretur, & bene probatur in l. serui. C. quibus ex cau. fer. pro prem. liber. accipi. & in d. l. uenditor. §. si constat. ff. cōmunia prædio. & tradunt moder. plene in l. Barbarius. ff. de offi. prætor. post glos. 21
ibi. Non ualeret igitur statutum, vel consuetudo priuans ali quē dominio rei, suæ, nisi precium ei solueretur, per prædicta. Et ex hoc infero, male loqui gl. in l. si locus. §. fi. ff. quem admo. serui. amit. quæ dicit, quod de consuetudine non soluitur precium his, qui priuantur agris suis pro via vel strata fienda, infero etiam, non valere consuetudinem, per quam principes auferunt pecunias a subditis pro bello fiendo, seu pro eorum subsidio, nisi illas restituant, vel aliquid de suo in solutum dent. Ratio est, quia etiam ex causa publica non potest princeps priuare aliquem dominio rei suę, nisi soluat precium, & sic est necesse conseruare indemnes illos, qui priuantur rebus vel pecunijs suis, per prædicta, & sicut non potest priuare dominio aliarum rerum, ita nec pecuniarum, per eandem rationem, & facit quod dicit Bal. in l. cum multa. C. de bo. quæ lib. Nec est differentia, an princeps auferat dominium ab aliquo ex particulari dispositione sua, an ex lege generali, vel consuetudine, vt supra dixi, in conclusione supra facta, & bene probatur in l. venditor. §. si constat. ff. communia præd. & ita dicendum puto, licet aliud dicere videatur Alex. in consi. 35. incip. viso themate. in 2. volum. vbi nullum stringēs facit fundamentum. Facit etiam pro dicta limitatione, quia videmus, quod valet consuetudo, vt vnus puniatur pro alio pecuniariter, quādo ille alter redderetur ad delinquendum timidior propter talem pœnam, quia sic vtilitati publicæ consuleretur. l. quisquis. C. ad leg. Iul. ma. l. iure prouisum. C. de fabricen. libro undecimo. capitulo secundo. de delib. pue. tradunt Barba. & Felin. & alij posteriores, & ego etiam dicere ibi consueui, in c. 2. supra de constit. & tradit Bald. in l. sancimus. C. de pœn. tradunt etiam Dd. in varijs locis, vt congerit Dom. Felin. in c. ius generale. 1. dist. col. fi. & Soc. in consi. 31. incip. prosequendo ordinem, & communis præceptor in l. de quibus. colum. 15. ff. de legi. & in auth. nouissima. colum. 2. C. de inoffic. testam. Et an alia causa, quam causa fauoris publici, sit sufficiens ad hoc, vt valeat consuetudo contra ius gentium, dixi supra post secundam gl. in vers. extra istam gl. Secundo ergo† limito dictam
19 conclusionem, vt non procedat, quando modicum præiudicium contra ius gentium infertur ex consuetudine, arg. d. §. si constat. Item probatur argum. l. quoties. C. de precib. impe. offe. vbi dicit, quod princeps potest aliquem modice lædere, & ita dicunt Inno. Abb. & alij communiter, in d. c. quæ in ecclesiarum, supra de constit. Ea ratione credo valere consuetudinem, quod dominus alicuius terræ vel loci possit illum alienare inuitus hominibus illius loci, vt probatur in c. 1. §. ex eadem, de lege Corradi. vbi dicitur, talem adesse consuetudinem Mediolani, & hoc idem dicit Abb. in c. auditis, colum. 9. de ptæscrip. & Felin. in c. dilecti. colum. 2. infra de
20 maio. & obed. Quinta sit† conclusio, quod consuetudo non valet contra ecclesiasticam libertatem. ita Abb. hic, per adducta per eum. Facit text. in extrauag. vnica, sub tit. de consuet. in extrauagantibus communibus, vbi disponitur non valere consuetudinem non suscipiendi legatos apostolicos nec per illam possunt vel communitates vel princeps se excusare. Quinimmo non valet consuetudo contra ecclesiam vel in præiudicium ecclesiæ inducta, licet non sit contra libertatem ecclesiæ, c. 1. supra eo. & ibi Abb. rationē assignat. Aliud enim est, quod aliquid statuatur contra libertatem ecclesiæ, aliud, in præiudicium ecclesiæ, vt tradit Do. Anto. in c. quæ in ecclesiarum, in 5. notab. supra de consti. idem Bald. in rub. eodem titulo in princ. & idem sentit gl. in capit. nouerint. in glo. 2. infra de senten. excom. quæ præsupponit, quod statutum auferens iura ecclesię, uel ei imponens onera, nō dicitur contra libertatem ecclesiæ. & clariora exempla, quā do statutum uel consuetudo dicatur inducta in præiudiciū ecclesię, & non contra libertatem ecclesiasticam, tradit Abbas in c. ecclesia S. Marię. colum. fi. supra de consti. & infra de cam plene. Et dicit Do. Anto. in d. c. quæ in ecclesiarum, ꝙ licet vtroque casu statutum sit nullum vel consuetudo, tamen primo casu, scilicet quando statutum est contra libertatem ecclesię, statuentes punirentur. auth. cassa. C. de sacrosan. eccle. & cap. nouerint. infra de sen. excom. secundo casu non reperitur Iure cautum, quod puniantur. Et in effectu idem etiam dicit Bal. in d. rub. supra de consti. in prin. Et dicitur cōtra ecclesiasticam libertatem altero de trib. modis. duos modos refert Bart. in d. auth. cassa. & Abb. in d. c. nouerint. de senten. excom. post Inno. tertium modum tradunt Do. Anto. & Imo. in c. ecclesia S. Mariæ. & ibi Felyn. refert in 2. quest principali, in princi. colum. 22. vbi alia loca refert, & etiam tradit in col. seq. & aliquid in col. 39. q. 13. ubi attingit an si statutum sit contra cōsanguineos clericorum, dicatur contra libertatem ecclesię, de quo etiam tradunt alij nouiores ibi. Et de ista materia etiam tractat Alexan. consi. 29. incip. statutis. in 2. nolu. & in duobus sequentibus & Barbat. plene in repe. rubr. & infra de rebus eccle. non alien. in 3. du
21 bio. Primus† igitur modus, secundum quem statutum vel consuetudo dicitur contra libertatem ecclesiæ, est, quando ex ea tolluntur vel diminuuntur priuilegia concessa ecclesijs, uel ecclesiasticis personis a Papa, uel a Principe. ita Inn. in d. c. nouerint. per text. in d. authen. cassa. idem Cyn. & Bar. in d. authen. cassa. & alias authoritates refert Fel. in d. cap. ecclesia. Secundus modus est, ut dicatur contra libertatem ecclesiasticam, quando clerici efficiuntur timidiores propter talem consuetudinem uel statutum, & laici efficiuntur audaciores. exemplum, si fiat statutum vel consuetudo inducatur, quod quicunque occiderit clericum, puniatur in decem libris. ita inquit Bart. in dicta authen. cassa. & alias authoritates allegat Felin. in d. cap. ecclesia. Tertius est modus, quando per statutum vel consuetueinem impediuntur clerici facere ea, quæ sunt sibi concessa a iure communi. ita D. Anto. & Imo. in dicto cap. ecclesia. & sequitur Felin ibi in 2. quæstio. principali, alia allegans, & generaliter concludens, quod statutum uel consuetudo prohibens clericis ea, quæ non sunt prohibita eis a lege canonica uel diuina, dicuntur esse contra libertatem ecclesiasticam, & potest iste tertius modus exemplificari in casu c. fi. de immunit. eccles. lib. 6. vbi prohibitio facta per dominos temporales subditis suis, ne aliquid uendant clericis, uel emant ab illis, uel alia obsequentia non exhibeant, est nulla, quia dicitur contra libertatem ecclesiasticam. Potest etiam exemplificari in casu. c. fi. infra de reb. eccle. non alienan. Et licet Do. Felin. in d. cap. ecclesia. referens dictos tres modos pro tribus opinionibus in puncto prædicto, tamen nullam improbat, nec improbatam esse refert. Et profecto rationabiles sunt omnes modi prædicti. Et de isto puncto uide etiam in locis sup. p me relatis, & Do. Signorelum de Homodeis in cons. 21. incip. statututo Mediolani cauetur. & Barba. consi. 23. inc. ab Ioue principium in 3. colu. & in consi. 30. & sequenti in 4. volum. & in cons. 65. incip. referam in medium. & pluribus sequentibus eod. uolu. & communem præceptorem in l. filiusfamilias. §. diui. col. 11. ff. de leg. 1. Et not. ꝙ consuetudo vel statutum ēt dicitur contra libertatem ecclesiæ, dato, quod sit contra libertatem unius ecclesiæ solam. ita Card. Flo. in c. perpendimus. infra de senten. excom. quem sequitur Felin. in dicto c. ecclesia. colum. 2. idem dicit Ioan. And. in d. ca. si. de immu. eccle. lib. 6. colum. fi. Contrarium tamen tenent Inno. & D. Anto. & Abb. in d. cap. nouerint. & idem sentit Bald. in d rubri. supra de constit. in princip. Sed præcedēs opinio mihi verior videtur, quia, vt dicunt Docto. eam tenentes, iniuria facta vni ecclesiæ, censetur facta omnibus. Et est text. in c. 2. in fra de rebus eccle. non alie. ubi Abb. not. & in cap. 2. infra de foro competen. & hanc opin. plene firmat d. Baptista de sancto Seuerino, in l. omnes populi. col. 13. ff. de iustit. & iure. Et eam suadet ratio, quia statutum, quod fit in una ciuitate cōtra ecclesiasticam libertatem, non fit nisi respectu ecclesiarum ibi sitarum, argu. cap. vt animarum. de consti. lib. 6. & tamen illud statutum dicitur simpliciter cōtra libertatem ecclesiæ. text. est in d. c. nouerint. Item nota, quod hodie etiam de iure ciuili omnia statuta, leges vel consuetudines contra libertatem ecclesiæ inductæ, uel quæ in futurum inducentur, sunt nullæ. text. est in d. c. unico, in tit. de statutis & consuetudi. contra libertatem ecclesiæ editis, in libro feudorū,
22 & in dicta. authen. cassa. An autem statutum† vel. consuetudo, quę non est principaliter contra libertatem ecclesiæ, sed secundario, reprobetur, uide Bald. in l. Deo nobis. circa fi. C.

de

Source : BIU Cujas

23 de epiſ.& cler. Quando autem actus†dicatur eſſe in præiudi
cium eccleſiæ,non contra libertatem,patet,vt ſupra dixi,in
exemplis,de quibus per Abba.in dicto c.eccleſia.colũ. fi. &
alia exempla colligentur ex illationibus,de quibus infra.Et
quod aliud ſit,facere contra libertatem eccleſiæ,& aliud,in
prẹiudicium eccleſiæ,etiam præſupponit Abb. in d. c. 1. ſu-
pra eod.Vtroque tamen caſu,vt prædixi,ſtatutum vel con-
ſuetudo non ualet. Stat ergo concluſio,quod conſuetudo,q̃
eſt contra eccleſiaſticam libertatem, uel oneroſa eccleſijs.
non valet.Hanc cõcluſionem amplia, ut procedat nedum
in conſuetudine, quæ ſit oneroſa, ſed quæ eſſe poſſit. Exem-
plum pone,quod epiſcopus prætendat, quod quoties ad ta-
lem eccleſiam declinauerit,debeat ex conſuetudine ſplen-
dide procurari, talis conſuetudo non tenet, quia poſſet eſſe
grauoſa eccleſiæ,ſi epiſcopus eam ſæpe viſitaret.ita Hoſti.in
ſumma,de conſuet.in §.fi.in fi. Ex præmiſſa concluſione ſic
24 declarata plura inferuntur.Et†primo infertur,quod non va
let conſuetudo, qua cauetur in caſtro Corciani, quod ru-
ſtici non teneantur ſoluere decimas,niſi curatus ſoluat cui-
libet parochianorum certas libras carnium porcinarum,
ita Abb.in d. cap.1.ſupra eod.& ſequuntur poſteriores ibi.In
contrarium tamen facit deciſio Fed. de Senis in conſil. 155.
incip.quæſtio,an laici.vbi dicit,valere cõſuetudinem, quod
præsbyter dẽat in die purificationis Virginis dare parochia-
nis certas candelas de cera alba, & dicit gl.in c.fi.5.q.3.ad fi-
nem magnæ gloſſæ, quod prælatus dare poteſt bona aliqua
ex bonis eccleſiæ, ſi hoc habeat conſuetudo. Pro ſolutione
poteſt dici, vt dicit Fede.in d.conſil. quod talis conſuetudo
non eſt multum præiudicialis eccleſijs, ideo valet,vt not. in
d. cap. 1. & ſequuntur poſteriores ibi.Sed ego neſcio videre,
quare magis præiudicialis ſit eccleſijs prima conſuetudo,
quam ſecunda,niſi dicas,quod per primam conſuetrdinem
retrahuntur laici a ſolutione decimarum,& per ſecundam
non.Crederem tamen in iſto puncto,videlicet an conſuetu
do dicatur multum præiudicialis, rationabiliter dici poſſe,
quod ſtandum ſit arbitrio iudicis, & me mouet, quia hoc a
iure determinatum non reperitur,ergo arbitrarium erit. l.1.
in fi.de iu.delibe.c.de cauſis,infra de offic. deleg. & in ſimili
tradidit gl.in c.1.in verbo,rationabilia.de conſtit.lib.6.& in
c.fi.de re iud.eo.lib.cum alijs ſupra adductis ſuper gl.in ver-
bo,rationabilis.Et hanc opinionem ſentire uidetur Cardin.
Florent.in d.c. 1.in fi.ſupra eod.ubi dicit, quod ſi in eccleſia
adeſt conſuetudo,quod presbyteri teneantur dare ſuis paro
chianis in Paſchate agnum paſchalẽ,uel paſtũ,uel qd aliud,
ſi illud eſt tale quid,per quod eccleſia multum grauetur,nõ
ualebit conſuetudo,alias ſecus,& ſic non determinat,an ta-
lis conſuetudo ualeat,ſed refert ſe ad quantitatem grauami
nis,an ſit multum,an modicum. Secundo infertur ex dicta
25 concluſione,quod non†valet conſuetudo, quẹ remittit ſo-
lẽnitates requiſitas a iure canonico in alienatione rei eccle-
ſiæ,ita Abb.& alij in c. nulli, infra de rebus eccleſiẹ non alie
nan.poſt Innoc.ibi, ſubijcit tamen Abb. quod ualeret con-
ſuetudo augens ſolennitates in alienatione rei eccleſiæ, &
refert,Ioan.And.ibi & communiter Dd.idem tenere,per no
tata in c.quod ſuper his,infra de conſang.& affi. Sic non ua-
let conſuetudo, quæ concedit epiſcopo unionem eccleſiæ
ſine conſenſu capituli,text.eſt in clem.fi. iuncta gl.de rebus
eccle.non ali.& tradit Abb. in conſil.109. incip. caſus,ſuper
quo conſilium poſtulatur,in 2.uolum.Hoc intellige niſi cõ
ſuetudo eſſet tanti temporis,cuius initij memoria non exta
ret in contrarium,ut dicam infra in 5.limitatione,maxime
in fi.& de conſuetudine reſpectu alienationis,tradit etiam
Abb.in capit.cum cauſa,de re ind.& ibi plene, & eſt gloſ.in
dicta clement.fin.in uerbo,conſentiente,in fin.de rebus ec-
cle.non alien.Idem Calde,in conſilio ſuo ultimo ſub tit.de
96 conſuetud.ubi tamen dicit,quod ualeret†cõſuetudo,quod
ſolus præpoſitus cum capitulo poſſit de nouo infeudare bo-
na diſtincta ab epiſcopo,& conſueta,in feudari,per adducta
per eum,intellige prẹmiſſam illationem,ut dixi,in ſolenni-
tatibus requiſitis a canone,ſecus in ſolennitatibus requiſitis
a lege ciuili,quia ius ciuile non habet poteſtatem diſponen
di in reb.eccleſiaſticis,c.eccleſia ſanctæ Mariæ,ſupra de con
ſtit.cum ſimi. & ita dicunt Abb.& etiam alij communiter,
in d capit.nulli.& gl.in c.1.in uerbo, tractatus,de reb.eccle.
non alien. libro ſexto, & dicit Rota in antiquis ſub hoc.titu
lo deciſio.prima, quod ualet conſuetudo contra ſolennita-
tem requiſitam in alienatione rei eccleſiæ, aliter, quam a
iure caueatur. Et id debet intelligi a iure canonico, per
prædicta.Et propterea credo, quod quando eccleſia vel præ
latus cum capitulo uult alienare aliquam rem eccleſiæ, nõ
ſit neceſſe, quod ipſa res eccleſiæ proponatur in publico ue-
nalis, ut plus offerenti detur, quia illa eſt ſolennitas iuris ci-
uilis,non tradita in c. ſine excepcione. 12.q.2.ſed tradita per
authent,hoc ius porrectum.C.de ſacroſ.eccleſ.& ideo,dum
modo aliquis offerat iuſtum precium,non auditur alter of-
ferens plus,& licet alienatio fiat in eum,qui minus obtulit,
tamen valet.ita inquit Roma.in ſingu. ſuo 792.inci.tu ſcis.
quod res eccleſiæ.per glo.ſingu.iu §. hoc ius porrectum 10.
q.2,& dicit Barto.in l.2.per illum text.C.de fund.patri.lib.11.
quod licet inueniatur qui offerat eccleſiæ conditionem me
liorem,non per hoc auferri poteſt res a conductore.& refert
& ſequitur Alex. in conſi.79.incip. circa primum. colum.
4.in 1.volu.in hoc tamen vide,quod dicit Abba.in cap 1.de
27 emptio.& venditi.Et forte limitandum†eſſet id, quod dixi,
ſcilicet quod non ſit neceſſaria ſolennitas,quod res expona
tur venalis,ut non procedat, quando conſuetudo eccleſiæ
aliter ſe haberet,quia,vt ſupra dixi,valet conſuetudo augẽs
ſolennitatem in alitione rei eccleſiæ,& propterea in eo ca-
ſu alienatio facta omiſſa dicta ſolennitate non valeret,quia
omiſſio ſolennitatis a conſuetudine inductæ, vitiat actum.
vt uult glo.notabilis in authen.vt præpo.nomen Imper.§. ſi
qua uero.in verbo,authore.quam extollit Abb.ſupra in pro
œmio huius lib. Sed tamen hæc limitatio non eſt tuta, qa
talis ſolennitas a iure ciuili inducta fuit,igitur de honeſtate
a clericis obſeruari non debet.ut inquit Abb.quem moder
ni ſequuntur,in dicto cap.eccleſia.extra gloſ. in primo caſu
diſtinctionis ſuæ.ergo conſuetudo non valet,utpote contra
honeſtatem inducta,ut dixi ſupra in 3.notab.in 4.ampliatio
ne.Item limita,quod dixi non ualere conſuetudinem, quẹ
remittit ſolennitates requiſitas in alienatione rei eccleſiæ,
vt non procedat in ſolennitate requiſita in alienatione rei
minoris,quia valeret conſuetudo remittens ſolennitatem
aliquam,puta decretum iudicis.ita Angel.in l. diuturna. ff.
de legib.Bald.in c. 1.in 1.colum. per quos fiat inue. & tradit
communis prẹceptor in d.l.de quibus.colum.17.Et per hoc
28 decidi poteſt†vnum quotidianum.Nam de iure non credi-
tur Notario ſcribenti interueniſſe cauſæ cogitationem in
alienatione rei minoris,ratio eſt, quia illa diligens inueſtiga
tio,quam requirit cauſæ cognitio,non potuit fieri tempore
inſtrumenti confecti,ſed requirebatur temporis interuallũ
ideo de ea non potuit tunc Notarius eſſe rogatus,iuxta not.
per gloſ.& Bart.in l.1. C. de fide inſtrumen.& iure haſtẹ fiſc.
lib.10.& in l.ſciendum.vbi etiam alij,ff.de verb.oblig.& ali
bi ſæpe.ita decidit Pau.de Caſt.in conſilio ſuo 91. incipien.
in Chriſti &c.ſuper eo,quod quæritur.in antiqua impreſſio-
ne.idem Felin.plene in d.c.eccleſia Sanctẹ Marię.colum. 7.
verſi.11.pro hac parte.& in c.quoniam contra falſam.colũ.
20.infra de proba.poſt Inno.ibi & alios per eum.relatos. Et
licet Alex.plene aliter concludat,in d.l.ſciendum.colum.8.
tamen prẹſuppoſita opinione præcedenti pro vera, ſaltem
dicere poſſumus,conſuetudinem, quæ in contrarium viget
prẹcipue in patria noſtra, in qua tali aſſertioni Notarij ſta-
tur, valere & tenere, per id quod dicit Ange.in d.l.diuturna.
& alij Doct.ſupra relati. Et q̃ talis conſuetudo valeat,etiam
prẹſupponit Pau. de Caſt.in d.conſ.11.in ultimis uerbis, &
faciunt quẹ dixi ſupra in glo.in uerbo,rationabilis,in 7. ad-
uertendo.Bene etiam facit,quod dicit Bal.in l.more.ff.de ac
quir.hẹr.ubi inquit,q̃ ualet conſuetudo,ut pupillus obligẽ-
tur ſine authoritate tutoris.Et ex prẹdictis habes duas limi-
tationes ad illationem prædictam. Vna eſt,ut non procedat
ipſa illatio in ſolennitatibus requiſitis a iure ciuili in aliena
tione rei eccleſiẹ,Alia eſt, ut non procedat in ſolennitatib.
requiſitis in alienatione rei minoris. Alia limitatio colligi-
tur ex his,quẹ dicam infra in 1.limitat.uerſi.item infero ex
prẹdicta limitatione.Multas alias limitationes vſq; ad duo
decim,uide per Feli.in d.c.cum cauſa.infra de re iud.quẹ vi-
deri poſſunt.Et de multis conſuetudinibus circa varias ſolẽ
nitates,an ualeãt vel ne, in ſpecie dixi ſupra.in 4.nota.in iiij.
& 10.illatione,& in glo.in verb.rationabilis.in 7. aduerten-
29 do.Tertio infertur†ex concluſione præmiſſa, quod non va
let conſuetudo, quod quis percipiat fructus beneficiorum
in abſentia,non dimiſſo vicario.quia multum prẹiudicialis
eccleſijs.ita Abb.& alij in c.cum oẽs.col.fi.ſupra de conſtit.
hoc tamen declara,vt per eundem in repe.§.extirpandẹ.in
c.quia vero col.15.verſ.quo ad ſecundum. infra de prẹben.
& tradit.Felin.in d. c.cum omnes.in glo.fina. Quarto infer-
30 tur,quod non valet†conſuetudo, quod clericus poſſit om-
nia bona mobilia etiam acquiſita intuitu eccleſiẹ, relinque
re conſanguineis,vt inquit Vinc.in capit.ad hẹc.infra de te-
ſta. & ſequitur Abb.in cap.cum in officijs.eo. tit. limitando
& declarando,vt per eum,& eſt pulcher text.pro declaratio
ne huius illationis,in cap.relatum.el 2.verſi. licet autem.eo.
tit.& ibi notatur,& tradit Abb. pulchre per il lum text.in ca.
31 cẹterum.de donatio.Quinto infertur,†quod non valet con-
ſuetudo,quod clericus a iudice ſeculari conueniatur, uel iu
ra ſpiritualia tractet.text.eſt in cap. clerici.infra de iud.in c.
Meſſana.& in c.ſacroſancta.infra de elect.& in capit.ad no-
ſtram audientiam.ſupra eod.tit.Et hoc procedit, etiam ſi eſ
ſet

Source : BIU Cujas

set consuetudo tanti temporis, cuius initij memoria non ex
tet in contratium, vt dicam infra in 5. limitatione huius cō
clusionis ad fi. & dicit Rota in antiquioribus sub hoc tit. de
consuet. decisio. 2. quod non valet consuetudo Anglicana,
per quam rex habet iurisdictionem in clericos in actionib.
personalibus & ciuilibus. Quinimmo non valet consuetu-
do, quod laici cognoscant de causis annexis iuri spirituali,
puta de causa iuris patronatus, ita decidunt domini de Ro-
ta in antiquis decisionibus sub tit. de consuetu. decis. 3. & fa-
cit tex. in c. quanto, infra de iudic. & in c. translato, supra de
constitutio. vbi iudicamus idem de annexis, quod de prin-
32 cipali. Sexto infertur, quod non ualet consuetudo dispo-
nens, quod ignobiles non recipiantur in canonicos in eccle
sia, tex. in cap. venerabilis, & ibi notant Abb. & alij, infra de
præbend. Contrarium tamen præsupponit Roman. in singu
laribus suis singulari 491. incip. heri fui interrogatus, ubi di-
cit, quod stante tali consuetudine, non valeret dispensatio
episcopi contra eam. Et idem simpliciter dicunt nouiores
in c. at si clerici. §. de adulterijs. colum. 7. infra de iudic. Sed
præd. cti. Doct. cum bona uenia male dicunt, & contra text.
in d. c. uenerabilis, ad quem non aduerterunt, & qui cauilla
ri non potest, quia expresse contrarium dicit. Septimo infer-
33 tur, quod ualet consuetudo etiam iurata, per quam dispona
tur, quod omnes uel duæ partes capituli uel uniuersitatis de
beant concordare in agendis iu uniuersitate, quia ipsa con-
suetudo esset multum præiudicialis ecclesijs, nisi sufficeret
maiorem partem esse concordem, ita Abb. per illum text. in
c. 1. in 7, notabili, infra de his, quæ fi. a maio. par. cap. Octauo
24 infertur, quod non ualet consuetudo contra interdictum,
uel alias censuras ecclesiæ. tex. est in c. cum inter supra eo. &
35 ibi notatur. Nono infertur, quod † non ualet consuetudo di-
sponens, quod aliquis possit sibi eligere confessorem præter
sui superioris licentiam, text. est in c. 2. in fi. de pœnit. & re-
miss. lib. 6. & ibi glo. assignat. rationem, quia talis consuetu-
36 do est onerosa ecclesijs. Decimo infertur, quod † consuetu-
do disponens, quod bona relicta religioso, intuitu personæ
suæ, a consanguineis uel ab extraneo, siue sint mobilia, si-
ne immobilia, siue annui reditus, possint ad usum suæ per-
sonæ libere retineri, donec uixerit, absque licentia sui supe-
rioris, non ualet. ita Calde. in consi. suo 4. incipien. an ualeat
consuetudo, in tit. de consuetud. & refert & sequitur Barba.
hic colum. fi. talis enim consuetudo est cōtra unum de sub
stantialibus religionis, & sic in preiudicium religionis, ideo
non ualet, argumento c. cum ad monasterium in fi. infra de
sta. mona. & alias rationes adducit Calder. in d. consilio quę
uideri possunt. Facit. quod dicit Gem. in consil. 40. incip. Ti-
tius, in fi. ubi dicit, quod non ualet consuetudo, ut Carmeli-
tæ, uel alij mendicantes, possideant annuos reditus, quia re-
pugnat uoto mendicantis, & illaqueat eos ad peccatū. Sed
in hoc considera, an Gemi. uerum dicat, quia si talis adesset
consuetudo, uotum eorum, qui ipsam religionem intrarēt,
intelligeretur secundum consuetudinem ipsam, argum. l. si
fundus. ff. de euic. Item ista decisio potius facit ad materiam,
quam tetigi supra in tertio notabili, quam ad cōclusionem
præmissam. Item non ualet consuetudo, quod professus te-
stari possit, ut tradit Socin. in consil. suo 13. inci. præsens con
sultatio, colum. prima. Sic posset dici, quod non ualet con-
suetudo, ut non possit reuocari Prior manualis sine causa,
quia id uideretur repugnare obedientiæ, quæ est de substan
tialibus religionis, d. c. cum ad monasterium, ad fin. de quo
uide in specie collectarium ibi in fin. & faciunt, quæ dicit
Abb. ibidem in 3. notabili. Valeret tamen cōsuetudo, quod
prior translatus ad aliud monasterium, portet secum bona
mobilia, quæ tenebat in primo, relicto ibi tantum quod pos
sit sufficere pro uictu seruientium, usque ad nouos fructus,
attento quod nulla proprietas tali priori applicatur, ita deci
dit Oldr. in consi. 284. incip. in quodam monasterio. Vndeci
mo infertur, quod † non ualet consuetudo, ut ordinario uisi-
37 tanti ecclesiam nō debeatur procuratio, quia in effectu præ
iudicium ecclesiarum insurget, c. cum ex officij, infra de prę
script. Similiter non ualet consuetudo, quam subditus alle-
gat contra reuerentiam & obedieniiam debitam prælato,
c. cum non liceat, eodem titulo declarando, ut per Abb. ibi
colum. penultima in fin. & per Felin. ibidem plenissime, ubi
tractat, an ualeat consuetudo contra supremam potesta-
38 tem principis. Duodecimo † infertur, quod non ualet con-
suetudo, quod ille qui habet beneficium, cui certus ordo est
annexus, dare possit uocem in capitulo, licet infra annum
ad illum ordinem non promoueatur, textus est in clement.
ut hi, qui de ætate & qualitate. in §. illi uero. Similiter dicit
Angelus in l. prima. §. pueritiam. ff. de post ulatio. quod non
ualet consuetudo, quod pueri habeant uocem in capitulo.
39 Tertiodecimo infertur, quod † non valet consuetudo, quod
canonici non residentes, percipiant distributiones quotidia
nas cap. vnico, in princ. de cle. non resid. lib. 6. Quinimmo nō
valeret consuetudo, quod canonici residentes percipiant in
tegram portionem dictarum distributionum, quando infra
annum non promouentur ad ordines, quos beneficia per
eos obtenta requirunt, quia subtrahitur sibi dimidia portio-
num suarum, non obstante aliqua consuetudine. text. est in
d. Cle. vt hi, qui. in fine. & vide circa hanc illationē, quæ ple-
40 nius dicentur infra illatione 17. Decimoquarto † infertur, q
non ualet consuetudo, per quam prælatus sine licentia supe
rioris dimittat prælaturam etiam ad aliam trāseundo. text.
est in cap. uenerabilis. supra eod. & ibi notatur. Decimoquin
41 to infertur, quod † non ualet consuetudo, vt electus admini-
stret in ecclesia ante confirmationem. tex. est in dicto capit.
venerabilis. & firmat Abb. in c. 3. supra de elect. vbi tamen
dicit aliud esse in electo ad dignitatem secularem, ut per eū.
hoc tamen intellige, vt infra dicam in 5. limitatione huius
42 conclusionis. Decimosexto infertur, † quod non valet dispo
sitio, per quam tolleretur consuetudo vtilis ecclesiæ, puta si
communitas vellet tollere oblationes consuetas. ita Barto.
in l. priuilegia. per illum tex. C. de sacrosanct. eccle. & Abb.
hoc extollens, in cap. pen. in fi. infra de sepulturis. idem Ro.
in sing. incip. pone, quod populus. & moderni in d. ca. eccle-
sia S. Mariæ. supra de constit. licet Alex. aliter loqui videatur
in consi. 209. incip. statutis. colum. 3. in 2. volu. Et nota, quod
nedum laici non possent tollere oblationes consuetas, qui-
nimo possent compelli ad ipsas oblationes consuetas faciē
dum. ita inquit Abb. in rub. infra de paro. ad fin. per bonum
tex. in c. ad apostolicam. infra de Simo. & per alia. Decimose
43 ptimo infertur, quod † non valet consuetudo, quod quis ha-
beat duas præbendas, vel duas distributiones quotidianas in
eadem ecclesia. cap. literas. & ibi not. de concess. præben. Cle.
fi. de præben. tradit Card. Flo. in consilio suo 53. incip. casus
talis est. idem Abb. in consil. 96. incipien. Iesus Christus adsit
in 2. volu. Similiter non ualeret consuetudo, quod canonici
non interessentes officijs diuinis, percipiant distributiones
quotidianas cap. vnico, de cleri. non resi. li. 6. quinimmo nō
valeret consuetudo, disponens quod habens plures canoni-
catus, consequatur distributiones quotidianas in vtraque ec
clesia, licet resideat in altera. ita decidit Car. Flor. in d. clem.
vt hi, qui. §. 1. post Laur. q. 18. Valeret tamen consuetudo, q
distributiones quotidianæ diuiderentur inter interessentes
in certis horis, puta in Missa & Vesperis, licet non interessent
in alijs, quia non esset multum præiudicialis ecclesię talis q
suetudo. ita Cardi. vbi supra, q. 17. sequendo glo. ibi in uerbo
certis. licet contrarium teneant Laur. ibi. Guliel. & Do. Ant.
quorum opinionem etiam improbat ibi Ioan. de Imo. col.
44 pen. per illum text. Decimooctauo infertur, † quod non va-
let consuetudo, per quam laici conferunt beneficia eccleſia
stica, etiam si sit tanti temporis, cuius initij memoria nō sit
in contrarium. Ita Io. And. post Ioan. Mon. in ca. 2. de prēb.
lib. 6. facit tex. in c. Missana. & in c. sacrosancta. infra de ele.
vbi idem dicitur in consuetudine eligendi. tradit Card. Flo.
in consi. 57. incip. pro magnifico domino comite. Valet ta-
men consuetudo presentandi. ca. querelam. & ibi not. infra
de elect. tradunt Docto. in varijs locis, vt scripsi plene in tra-
cta. de iure pat. super vltimo verbo definitionis iurispatrona
tus, in ultima quęstione. firmat etiam Card. Flor. in cons. 69.
incip. uacante quadam parochiali ecclesia. colum. 2. Deci-
45 monono infertur, † quod non valet consuetudo, tanquam
præiudicialis ecclesiæ, per quam inferior episcopo, instituit
uicarium ad tempus in ecclesia curata. ita inquit Rota in an
tiquis decis. 14. sub hoc tit. incip. non admittitur, per text. in
cap. 1. de capel. mona. lib. 6. & per alia. Vigesimo credo pos-
46 se inferri, † q non ualeat consuetudo, nec excusat parochia-
nos, qui in pręcipuis festiuitatibus deserunt proprias paro-
chias, & alibi audiūt Missas, puta in festo Natiuitatis, Paschę
& similium, de quibus facit mentionem text. in c. si quis etiā
extra. de conse. dist. 1. & hanc illationem uelle uidetur Ab.
in c. ut Dominicis. infra de parochijs. talis enim consuetudo
nimium prejudicaret parochijs, quia si desererentur, iuribus
suis faciliter priuarentur. & pro hac illatione bene facit tex.
47 prealle. in d. c. si quis etiam extra. Vigesimoprimo † inferri po
test, quod non ualet consuetudo, quod hospitalia conferan-
tur clericis secularibus in beneficium, quia ipsis hospitalib.
& pauperibus nimium præiudicaretur. text. est in Cle. quia
contingit uersi. ut autem. de relig. domibus. Limita modo
48 dictam † conclusionem, ut dictum est supra, scilicet, ut non
procedat, quando consuetudo est parum præiudicialis ec-
clesijs. ita Fede. in d. consi. 155. supra in 1. illatione alle. idem
Abb. in c. 1. in prin. & in fi. supra eod. per tex. in cap. cum om
nes. supra de consti. ubi probatur ualere consuetudinem, q
canonici non residentes percipiant fructus prebendarum.
Probatur etiam hæc limitatio, quia licet beneficium requi
rat residentiam, tamen ualet cōsuetudo quod ad modicum

tem-

Source : BIU Cujas

tempus possit quis deseruire per uicarium.ita inquit Ab. in in c.extirpandæ.§.quia vero,in rep.circa prin.infra de præb. non tamen valeret consuetudo quod clerici in minoribus beneficiati non teneantur ad horas dicendas vel officium, dixi supra in 3.nota.facit etiam pro ista limitatione id,quod dixi supra in conclusione ista,in 17.illatione,ad fi.facit etiã gl.quam ibi sequuntur Bal.& moder.in c.cum M.Ferrarien sis,in gl.in verb.vltra numerum,supra de const.vbi dicunt, ꝙ licet receptus in canonicum, qui nondum præbendam habet,iura canonicalia habeat, puta vocem in capitulo, & similia,tamen valeret consuetudo in contrarium, & ita dicunt communiter seruari Bal.ibi colum.pen.& Fel. colum. 12.& licet Host.ibi & in sum.de consuetu.§.fi.versic.quid si quis contrarium teneat,tamen eius fundamento respondet Bal.in d.c.cum M.Ferrariensis,& ibi ego idem firmaui.com probatur etiam ista limitatio ex eo,quod dicit gl.in c.fi.in fi. 5.q.3.quæ dicit,quod prælatus potest aliqua de bonis ecclesiæ dare vel donare, si hoc habeat consuetudo, per bonum tex.in c.ceterum,infra de dona, vbi Abb.& alij hoc pulchre declaranr,dicas, vt per Abb.ibi.Et quando consuetudo dicatur multum præiudicialis, vel parum,est arbitrarium,ut supra dixi in 1.ampliatio.Ex†ista limitatione infertur,ꝙ valet consuetudo,vt mors prælati nuncietur principi,& ab eo petatur licentia eligendi prælatum, ita Inn.in c.quod sicut, & ibi Abb.in d.c.fi.supra eo.& in c.1.& in c.cum terra,infra de elec.Rom.in sing.suis,singu.283.incipien.c. cum terra. Non enim debet eligi prælatus suspectus principi, vt prædicti D. dicunt.Prædicta enim decisio procedere non posset, vbi diceremus dictam consuetudinem esse multum præiudicialẽ ecclesijs,per prædicta.Ergo dicendum,est, quod ipsa consuetudo valeat,eo quia sit modicum præiudicialis.Et dicit Inn. in c.super his.infra de accu.ꝙ potest princeps excipere contra promouendũ,in prælatum,si habet eum verisimiliter suspectum vel inimicum, & sequitur Abb. in c.ex parte,infra de testi. colum.5.ubi dicit.idem de parochianis & patronis, vide quod infra dicam in fine harum illationum.Secundo. infertur,quod valet†consuetudo,ꝙ in iucundo aduentu epi possit ipse vnum canonicum creare,qui habeat portionem suam de reditibus ecclesiæ,ita Rota in decis.11.in nouis decis,sub hoc eod.tit.& in antiquioribus,eodem tit.decis.3.talis enim consuetudo non potest dici multum præiudicialis, quia non valeret,per supra adducta.Tertio infertur,† quod valet consuetudo,vt in electione prælati non vocentur absentes,ita gl.hic in uerbo,rationabilis,idem Bal.hic,& Car. Flo.q.19.allegans tex.in c.cum inter uniuersas,infra de elec. idem Barb.hic colum.pen.idem Abb.in c.coram ad fin.infra de elect.post Io.And.alleg.tex.in c.cum in ecclesijs,& gl. ibidem,de præben.lib.6.& dicit Abb.in consi.suo 38.inci.in quæstione,colum.fi.in 2.uolum.quod ualet consuetudo, ꝙ canonici existentes extra ciuitatem,non sint de necessitate uocandi in electionibus canoni corum, allegat text.in d.c. cum in ecclesijs,in fi.Idem esset in consuetudine,ut uocentur absentes,quando de iure uocari non deberent,quia uale ret,declarando,ut per Abb.in d.c.coram.tradit etiam Abb. in consil.38.incipien. in quæstione.colum. fi. in 2.uolum.si enim tales consuetudines essent multum prejudiciales ecclesijs,non ualerent,per prædicta.Alias illationes & decisiones ad propositum,uide per Rotam in decis.11.infra allegan da. Et alia illatio colligitur in c.cum ecclesia Sutrina.infra de causa posses.& propri.ubi dicitur, quod electio episcopi, quę de iure spectat ad capitulum ecclesię cathedralis,potest ad alios spectare de consuetudine.Facit text.in c. cum ecclesia Vulterana. infra de elect. ubi ualet consuetudo ꝙ collatio beneficiorum, quæ spectabat episcopo & capitulo, spectet alteri eorum . Oportet enim fateri, quod sit parum præiudicialis ecclesijs, alias non ualeret consuetudo ipsa, per prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudine induci potest, vt consensus regius petatur post electionem prælati factam per capitulum, ante confirmationem.*
2 *Consuetudo ualet quod res feudalis uel emphyteutica ecclesiæ,possit aliena ri irrequisito domino,saluo iure directi dominij.*
3 *Consuetudo disponens super ipso utili domnio rerum ecclesiæ,valet quando ipsi ecclesiæ non præiudicat.*
4 *Consuetudo valet,contra formam c.quia propter,infra de elect.*
5 *Consuetudo valet, quæ leue adferat ecclesiæ prejudicium. & num.6.7.8. 9.14.15.17.*
10 *Consuetudo,quod emphiteusis ecclesiastica transeat ad extraneos,valet.*
11 *Consuetudo valet , quod clerici coniugati gaudeant priuilegijs clericalibus.*
12 *Consuetudo valet in præiudicium clericorum & capituli.*
13 *Consuetudo valet, quod clericus testari possit de fructibus præbendæ percipiendis postmortem,vsque ad annum.*
16 *Consuetudo,observans opinionem contra ecclesiam valet,vbi dubium accidit,an aliquid valeat de iure in præiudicium ecclesiæ.*
18 *Consuetudo,quę valet in preiudicium ecclesiæ,non debet extendi de loco ad locum,nec de persona ad personam.*
19 *Consuetudo contra ecclesiam etiamsi non valeat, tamen eam tenens,excusatur a pœna.*

Sectio VI.

1 Item alia pulchra †illatio fit ex theorica Abb.in c.cum inter vniuersas.colum. 1.infra de elect. vbi dicit ex mente aliorum Doctorum ibi ex consuetudine potest induci, vt consensus regius petatur post electionem factam p capitulum,ante cõfirmationem.Et facit,quod pulchre tradit Abb.in d.c.1.in pen.colum.infra de elect. allegando maxime glo.in c. 1.62.dist.vbi dicit,ꝙ ubi timeretur de scandalo in populo,non debet quis præfici in prælatum, etiam in-
2 terueniẽte electione collegij.Item †infero ex prædicta limitatione,ꝙ valeret consuetudo,ꝙ res feudalis vel emphyteutica ecclesiæ,possit alienari irrequisito domino, saluo iure directi dominij,non tamen valeret,si tolleretur laudemiũ, vel aliud commodum solitum ecclesiæ.ita consuluit Bald. in consi.suo 9.inci.factum tale est.in 1.volu.Idem Ioan.Raynaldi in c.imperialem.§. habito.de prohib.feudi alie. per Fede.ubi respondet ad text.ibi in princip.qui contrarium probare videtur,& aliquid dixi supra,in quarto notabili, in 10.
3 illatione.Item †utiliter infero, quod valet cõsuetudo disponens super ipso vtili dominio rerum ecclesiæ,quando non præiudicat ecclesiæ,sed solum disponit super dominio vtili spectante laicis.ita consuluit Pet.de Ancha.consi.122.incipien.uisis & diligenter ruminatis.in fi.& in consi.433.incip. postquam ista domina.facit text.a contrario sensu,in c.quæ in eccteſiarum.supra de const.Item facit. quia si sit quæstio inter emphyteutas ecclesiæ,illa quæstio debet tractari corã iudice seculari,ut tradit Abb.post Domi.Anto.in c.quoniã frequenter §.in aliis.infra ut lite non conte.& plene Barba. in consi.84.incip.præclare scripsit Psalmista.in 4.volu. Item facit,quia emphyteutę ecclesiæ possunt cogi per principem vel communitatem ad onera,ut dicit Andr.de Iser.in c.vnico,in uerb. & plaustrorum & nauium præstationes. in titulo quę sint regalia.in lib.feudo.& sequitur Alex.in consilio suo 101.incip. visis instrumentis. in fi..1. volu. & licet etiam in hoc aliqui contradicant,vt congerit Do. Alberi. Brunus Asten.in tract. de statuto excludente fœminas extantibus masculis. 8. parte,quæst.22.tamen communis videtur dicta opinio,quod ualeat statutum uel consuetudo super rebus emphyteuticis uel feudalibus ecclesiæ , quatenus agitur de præiudicio laicorum.ita concludit Pet.de Ancha. in consilijs præallega.& Pau.de Cast.in consilio suo 216.incip. præsupposito.in fi.in antiqua impressione,& Barba. in consilio suo 14.colum.fi.in 1.uolu.& Alexan.in consi.9.incipien.põderatis his.circa prin.in 5.uolu.& Socin.in consilio suo 99.incipien.in causa.& facit,quod tradit Fede.de Senis in consil. 111.incip.quæstio talis est.facit etiam,quod dicam infra post scripta Abb quęstione 11.in 9.limitatione. Item infero, ꝙ
4 valeret †consuetudo contra formam ca.quia propter. infra de elect Hoc probo arg. dicti cap. cum ecclesia Vulterana. ubi dicitur, quod in collationibus beneficiorum attenditur consuetudo faciunt etiam,quæ tradit Bald.in rub.supra eo.
5 colum.3.Item infero †ad casum,de quo fui interrogatus per epistolam a reuerendo Domino Vicario curiæ episcopalis Cremonensis,Domino Boxio de Douaria, alias literarum socio meo amantissimo, & quandoque auditore gratissimo, scilicet,quod valet consuetudo,quod ecclesia nõ cõcurratin iure patronatus cum laico construente & dotante capellam in ipsa ecclesia,talis enim consuetudo non est multum ecclesiæ prejudicialis,dummodo in ea idoneus capellanus instituatur,& hoc suadet,quia stante dicta consuetudine,laici libentius ueri similiter capellas construent. De iure tamen communi,ecclesia est compatrona ratione fundi ipsius ecclesię,super quo capella constructa est cap.3.& ibi Abb.not. infra de eccle.ædifi.& tradit Felin. plene in ca. cum venerabilis.infra de excep.& dixi in tract.de iure patr.
6 super uerbo,fundauit.Item infertur †ex limitatione præmissa,quod ualet consuetudo,ut canonicus uel alius simpliciter beneficiatus, non teneatur ad residentiam.cap.cum omnes.& ibi not.supra de const.Si enim esset multum prejudicialis ecclesiæ,non valeret.per prædicta . & ita præsupponit Abb.in consi.suo 96.incip.Iesus Christus.lib.2.quod est communis ista consuetudo per totam Italiam a iure approbata. & ibi subijcit, quod etiam ualeat consuetudo , ꝙ quis posset habere duo simplicia in eadem ecclesia, dummodo nõ sint præbendæ,immo etiam posset habere ex consuetudine dignitatem & canonicatum in eadem ecclesia.capit.1.iuncta glo,in uerb.nisi unicum.de consue.lib.6.Item ex prædicta li
7 mitatione †inferri potest , quod ualet consuetudo tribuens modum clericis in deferendo uestes precioſas.glo.est nota.

in

in c. si quis uirorum. 30. dist. & in summa 21. q. 4. Item inferri
8 †potest, ꝙ ualet consuetudo, quod clerici uadant ad capien
dum decimas ad domum laicorum, licet aliud de iure com
muni caueatur. ita presupponit Abb. in capit. 2. infra de iud.
in ea quæstione, an laicus possit esse operarius, vel fabrice-
9 rius ecclesiæ. Item infero, †quod ualet consuetudo locandi
res ecclesię ultra triennium; contra dispositionem tex. in ex
trauag. Pauli, quæ incipit, ad perpetuam memoriam. sub tit.
de rebus eccle. non alie. talis enim consuetudo uidetur mo
dicum præiudicialis ecclesię, quia dummodo non fiat loca
tio ad lõgum tempus, nullam sapit alienationem, iuxta no.
in c. nulli, per illum tex. infra de reb. eccl. non alie. & ita ob
seruatur, ut etiam refert Soci. qui idem tenere uidetur, in cõ
sil. suo 32. incipien ex his, quæ superius, in primo dubio, facit
etiam, quod dicit Rota in nouis, sub titulo de loca. deci. 1. in
10 princip. Item inferri potest, quod ualet, consuetudo, †ꝙ em-
phyteusis ecclesiastica transeat ad extraneos hæredes, ita in
quit Pau. de Cast. in consi. 138. inci. dubium facit, in antiqua
impressione, idem Dom. Ant. in c. in præsentia, infra de pro-
bat. & refert, nec discrepat Abb. ibi, colum. 8. versi. unde hic
sunt examinanda duo, de iure tamen est magnum dubium,
ut ibi per eum & alios, maxime modernos plenissime, & tra
dit Ale. in uarijs consilijs ibi relatis per moderniores, & etiã
tractant alij Docto. relati ibi per Felin colu. 11. tradit etiam
Soci. in consi. 266 incip. in causa. colum. 13. vel circa. Item
11 ualeret consuetudo, †ꝙ clerici coniugati gaudeant priuile-
gijs clericalibus, de quibus in cap. vno, de cle. coniug. lib. 6. li
cet habitum & tonsuram non deferant, id enim non est cõ
tra decus ecclesiæ. ita decidit Fulgo. allegando Ioan. Mo. in
cõsi. 124. inci. præsuppositis statutis. in 1. dubio. faciunt not. p
Ioan. And. & alios, in cap. Ioannes. infra de cleri. coniu. Vlti-
mo infero, quod ualet consuetudo ecclesiæ Mediolanensis,
quæ habet, quod si clericus beneficiatus moritur de mense
Maij, eius hæredes seculares habeant seu succedant in om-
nibus bladis grossis, scilicet frumento & sicale, si autem mo
ritur de mense Septembris, prædicti hæredes habeãt omnes
fructus. talis enim consuetudo videtur modicum præiudi-
cialis ecclesiæ, & ex quo ille clericus decedẽs deseruiuit seu
deseruire fecit ecclesiæ pro tempore, non uidetur irratione
bile, quod etiam fructus ei & hæredibus suis spectent. Et istã
consuetudinem ualere, presupponit Nicol. de Vbal. in trac.
suo de succes. ad fi. & alias authoritates allegat. & bene facit
doctrina Abb. in cap. cum in officijs. infra de testa. ubi dicit
valere consuetudinem, quod clericus possit testari de bonis
mobilibus modicis. & etiam tradunt Doct. in alijs locis ibi p
modernos apostillantes relatis, & dicam infra in 3. limitatio
ne. Facit etiam decisio Oldr. in consi. 284. incip. in quodam
monasterio. vbi dicit, ualere cõsuetudinem, quod prælatus
translatus ad aliud monasterium, portet secum fructus, re-
licto ibi tantum, quod sufficiat pro victu eorum, qui ibi re-
manent. Facit etiam, quod dixi supra in princip. huius limi-
tationis, respectu non residentium. An autem talis consue-
tudo existens in una ecclesia, extendatur ad alias ecclesias,
veritas colligetur ex his, quæ dixi supra in tertio requisito
consuetudinis, in 2. conclusione, ubi tetigi an consuetudo
extendatur. Quanto autem tempore talis consuetudo uel
aliæ inducantur, dixi plene supra in secundo requisito con-
12 suetudinis. Secundo dictam †conclusionem principaliter li
mita, ut non procedat respectu patrimonialium, uel etiam
aliorum iuriũ, clericorũ uel capituli, ꝙa valeret cõsuetudo
in p̃iudicium ipsorũ clericorum, & capituli ita decidit Ab.
in d. c. 1. supra eod. per adducta per eum. & licet Do. Ant. ibi
ex mente Host. contrarium teneat, tamẽ uerior uidetur opi
nio Abb. ea ratione, quia in patrimonialibus clerici gaudẽt
priuilegio clericorum in casibus solum a iure expressis, ut in
quit D. Anto. in cap, si diligenti. infra de præscrip. & firmant
Abb. & moderni communiter in d. cap. ecclesia sanctæ Ma-
riæ. supra de consti. super glo. in uerb. personis. Et ꝙ ualeat
consuetudo in præiudicium canonicorum, vel etiam capi
tuli, est tex. in capit. 3. de consue. lib. 6. & tradunt glo. & Do-
ctor. in cap. cum ex eo. in uerbo, episcopi. de elect. lib. 6. Lud.
Rom. in cons. 315. inci. quo ad primum. in fi. Item respectu
patrimonialium, facit, quia vbi agitur de exactione bono-
rum temporalium fienda per clericos, in dubio est iudican-
dum contra ipsos clericos, ad finem, ut eorum auaritia repri
matur, ut inquit Abb. in c. 1. infra de deci. per illum tex. & fa
cit pulcher text. in cap. ex parte infra de censi. in fi. ibi, Cum
huiusmodi nota gratuita fuerint ab initio, benignius sunt a
uiris ecclesiasticis exigenda, ne tanquam exactores videant
lucris temporalibus inhiare. Et pro p̃dicta ꝯsuetudine ẽt fa
cit, quod tradũt Abb. & postillantes ad eũ, in c. cũ in officijs
13 infra de testamẽ. & dicam statim. Tertio limita, vt †non pro-
cedat in consuetudine concernente præiudicium succes-
soris in beneficio, & non præiudicium ecclesiæ. Exemplum
in consuetudine, quod clericus possit testari de fructibus
præbendæ percipiendis post mortem, vsq; ad annum, quia
talis consuetudo valet, ita Ioan. And. nemo potest, de regu.
iur. lib. 6. in Mercurialibus, idem Abb. in d. c. 1. ad fi. supra eo
dem tit. & in d. c. cum in officijs. colum. 1. de testam. Qua rto
14 limita, vt non †procedat, quando consuetudo esset onerosa
ecclesijs respectu pœnæ, quæ eisdem ecclesijs applicari de-
beret, quia valeret ipsa consuetudo. Exemplum, si adesset
consuetudo, quod emphyteuta ecclesiæ non caderet a iure
suo, sed solum peti posset pensio vel canon. quod diligenter
in practica notandum est, ita inquit Abb. in consi. 72. incip.
circa primum, colum. fin. in 1. volum. idem Ioan. de Ana. in
consil. 84. incip. videndum est. colum. fin. Quinto limita, ut
15 non †procedat in consuetudine tanti temporis, cuius initij
memoria in contrarium non existat, quia licet sit multum
præiudicialis ecclesijs, tamen valet, ita Bal. in c. 1. in prin. qui
feuda. pos. in lib. feudorum, idem tenent quidam alij quos
referunt & sequuntur nouiores, in d. capitulo 1. & vltra eos
idem firmat Rota in antiquis, sub tit. de consue. decis. 11. &
idem in effectu voluit Pet. de Anch. in cons. 51. inci. consuetu
do vbi decidit, ꝙ valet consuetudo tanti tpis, cuius initij me
moria non existit, quod electus possit administrare in eccle
sia sine confirmatione, & mouetur quia consuetudo talis
hẽt vim priuilegij l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua. quo-
tid. & esti. Sed talis administratio potest concedi per priuile-
gium. alle. not. per Io. Andr. in c. cum inter canonicos, infra
de elect. igitur &c. istud idem firmat Barb. hic colum. fin. di-
cens hoc esse menti tenendum. & not. dignum. Considera
tamen super hac limitatione, propter illud, quod dicũt Do.
in d. c. 1. supra eod. vbi assignando rationem ad regulam su-
pra formatam dicunt, quod cõsuetudo onerosa ecclesiis, nõ
valet. quia religiõi & fini æterno repugnat, qua ratione at-
tenta videtur, quod nullum tempus sufficiat ad talem con-
suetudinem inducendam, vt probatur in hoc tex. nostro ibi
cum tanto sint graniora peccata, &c. Præterea quando con
suetudo esset contra libertatem ecclesiæ, quantocunq; tem
pore obtenta sit, non valet, gl. est cum qua ibi Doct. transeũt
in c. clerici, infra de iu. Et ex his hæc limitatio dubitabilis ui
detur, tamen tandem credo eam procedere, quando subes-
se posset aliqua causa talis consuetudinis, tunc enim ipsa
consuetudo tanti temnoris, præsumitur rationabilis, & præ-
sumitur ex causa inducta, ita in pulchro casu consuluit Ab.
in consi. 7. incipien. tria circa primum dubium, in 2. volum.
ubi decidit, ualere consuetudinem tanti temporis, quod prę
latus visitans ecclesias exigat pecunias vltra procurationem
ab ipsis ecclesiis, quia in tali consuetudine potest subesse ali-
qua causa, vt per eũ, & præsumitur rationabilis per cursum
tanti temporis. Vbi autem causa subesse non posset, aliud
esset. Propterea non crederem consuetudinem ualere per
quam laici haberent iurisdictionem super clericos, quia li-
cet esset vetustissima, tamen est contra ius diuinum, & sine
causa vel ratione, quia clerici de iure diuino sunt exempti a
iurisdictione secularĩ, ut inquit glo. fing. & approbata in c. si
imperator. 96. dis. per illum tex. & tradit Abb. in c. at si cleri.
in prin. in materia reconuentionis, infra de iudi. & alibi fe-
pe Doct. & consuetudo contra ius diuinum nullo tempore
firmatur, ut probatur in isto tex. & dixi supra in 3. nota. in 6.
ampliatione, & rn terminis hoc decidit Rota in antiquis, ti.
de consuetu. decis. 10. & in antiquioribus, eodem tit. decis.
2. ubi dicit, ꝙ ex nulla consuetudine, quanuis uetustissima,
potuit rex Angliæ acquirere iurisdictionem in clericos, ob
repugnantiam iuris diuini, & sequitur Gemin. in §. leges. 2.
colum. 4. dist. idem Abb. in repe. c. ecclesia sanctæ Mariæ, in
prin. supra de constit. & in c. solitæ. in 6. notab. infra de ma. &
obe. & in c. si diligenti, infra de fo. compet. & sequitur Felin.
referens prædictas authoritates in c. si quis in princ. infra de
maio. & obe. faciunt no. per Abb. & alios in c. 2. infra de iu-
di. in ea q. an laicus possit esse œconomus in ecclesia, uel fa-
bricerius, uel collector oblationum in ecclesia. Pro præmis-
sa etiam limitatione adduco authoritatem Car. Flo. in Cle.
si una. q. 8. & in fin. illius Clem. de reb. eccle. non alie. ubi di-
cit, quod licet diuisio vel unio ecclesiarum non possit fieri
per episcopum sine consensu capituli, nec ualeat consuetu-
do in coutrarium, ut inquit gl. in d. c. si una, tamen id non
p̃cedit qñ esset cosuetudo tãti tpis cuius initij memoria non
16 esset in contrarium. Sexto limita dictam regulam, & cõclu-
sionem ut non procedat in his casibus, in quib. est dubium
inter Docto. an aliquid ualeat de iure præiudicium ecclesiæ,
quia ualet consuetudo, quæ obseruat opinionem contra ec
clesiam, hoc uult Abb. post Ioan. And. in c. at si clerici. in ma
teria prorogationis, in fi. infra de iudi. & ibi nouiores alia ad
ducunt. Facit. quod pulcre dicit Abb. in c. cum uenerabilis,
supra eo. ubi dicit, quod ubi est probabile dubium super ua
liditate consuetudinis, tunc illi qui obseruant eam consue-

tudi-

Source : BIU Cujas

tudinem; non peccant, licet pro ueritate illa consuetudo sit nulla,& faciunt, quæ tradit Felin.in c.de quarta.colum.4.in fra de præscript. & quæ dixi supra in notabilibus,in 3.notab.
17 in 3.limitatione,ubi plura adduxi.Septimo limita.ut † non procedat dicta conclusio,quando per consuetudinem laicorum denegatur beneficium clericis, quod eis spectabat facto ipsorum laicorum, & sic non procedit conclusio, quando per eam consuetudinem clerici & ecclesiæ ad ius commune reducuntur,quia consuetudo valet licet ipsis clericis uel ecclesijs præiudicare uideatur,ita Abb.in simili de statuto in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ.supra de constit.colum.pen. & ibi moderni sequuntur alia allegantes,& dicentes, quod ualet statutum.Et eadem ratione ualeret consuetudo laicorũ,qđ idẽ ius reddatur clericis in foro seculari, qđ redditur laicis in foro ecclesiastico,qa p illud sta. solũmodo negãtur bñficia laicorũ clericis.uidelicet beneficia sta.p ipsos laicos conditorum,nisi iudex ecclesiasticus eisdem statutis utatur in foro suo cõtra clericos in fauorem laicorum ibi agentiũ, & sic clerici reducuntur in effectu ad ius commune. Et no-
18 ta pro † complemento huius reg. quod in prædictis limitationibus, in quibus consuetudo onerosa ecclesijs ualeret, non deberet extendi de loco ad locum, uel de persona ad personam, puta si esset consuetudo contra capitulum, non deberet extendi contra superiorem,ad quem deuolueretur ius capituli,ita Inno.in c.fin.infra de offi.Arch. & Abb.in c. cum inter uniuersas, col.1.infra de elect.in alijs autem casibus an fiat extensio, dixi supra plene in 3. requisito consuetudinis.Octauo & ult.limita,ut licet uera sit dicta consuetudo, s.qđ cõsuetudo ꝫ ecclesiam nõ ualeat,tñ ille, qui fundatur super tali consuetudine,excusatur a pœna temporali,& propterea administrans in ecclesia ante confirmationem uigore consuetudinis, non priuatur beneficio,ita inquit Petr de Anch.in cons.51.inci.consuetudo,per gl.& Ibi Docto.in c.cum uenerabilis,supra eod. & dixi supra plene in textualibus,in tertio notabili,& an talis consuetudo administrandi ante confirmationem, sit semper reprobata, uide quæ dixi sura in quinta limitat.huius conclusionis,& in 15.illatione eiusdem conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo contra publicam vtilitatem,non val.*
Limita id,nisi princeps consentiat.nu.2.
3 *Principis priuilegium,potentius est consuetudine.*
4 *Consuetudo non valet contra legem sibi derogantem. & numero 8. 9.& 10.*
Limita porro.nu.11.12.13.14.15.16.& 28.
5 *Lex reprobans consuetudinem,censetur etiam reprobare futuram.*
6 *Lex fortior est consuetudine.*
7 *Consuetudo contra legem,etiam prohibitiuam,non velet.*
16 *Consuetudo derogat legi præcedenti, non habenti clausulam derogatoriam ad consuetudinem.*
17 *Stat.consuetudo prævalet.*
18 *Consuetudo an vincat rationem.*
20 *Consuetudo,quæ in loco subdito alteri loco vel ciuitati,ꝙ præferatur consuetudini loci superioris,quomodo id accipiendum.*
21 *Consuetudinum obseruandarum ratio & ordo.*
22 *Consuetudo contra ius,non extenditur.*
23 *Stylus curiæ Romanæ,facit ius.*
Et vbi ius commune stylo præferatur.
24 *Consuetudo contra legem,irrationabilis præsumitur.*
Et quid si contra ius positiuum.
25 *Consuetudo non valet contra legem editam in concilio generali.*
26 *Legi non derogat non vsus.*
27 *Consuetudo non derogat legi.quando concordari potest cum lege.*
29 *Consuetudo contra legem fundata in ratione naturali,non tenet:*
30 *Lex non tollit consuetudinem præcedentem.Limit.nu.31.32.33.*

Sectio. VII.

1 **Sexta conclusio** colligitur ex theorica Ab.hic, ꝙ nõ † ualet consuetudo cõtra publicam utilitatem. l.final. C. si contra ius uel uti.publ.ab hac conclusione nemo discrepat. Ex hac conclusione infero,quod cõsuetudo uel dispositio.qua cauetur,quod primogenitus succedat, non habet locum, quando ipse primogenitus est in sufficiens,qnia talis dispositio uel consuetudo debet ita interpretari, ne sit contra utilitarem totius regni,ita Bald.in authen.hoc amplius,columna secunda. C. de fideicomm.& plene tradit & declarat Dom.Anton.Corse.in tractatu suo de potestate regia.q.10. Item infero,quod non ualet consuetndo admittens minores ætate, ad decurionatum ciuitatis,quia est contra publicam utilitatem.nam præsumptione iuris & de iure fragile & infirmum constat esse minorum consilium.l.1.ff.de mino. Et hanc illationem confirmo ex eo,quod dicit Angel in l.1.§.puæritiam.ff.de postulando,ubi inquit,quod non ualet consuetudo disponens,ꝙ pueri dent uocem in capitulo, facit text. in Clementin. ut hi.qui.§.1.de ætate & quali.Contra tamen præmissam conclusionem facit decisio Ange.in l.per prouincias.C.de ædif priua.vbi inquit.quod consuetudo potest permittere priuato habere ædicium supra muros ciuitatis,per id quod habetur in l.an in totum eod.tit.& hanc decisionem refert & sequitur Do.Petrus Philip.Corn.in consi.33.incip.uisa inquisitione. col.1. in 4.vol.& dicit Cępolla in tractatu de seruitu. vrb.prædior.sub rub.de ponticello.in princip.quod valet cõsuetudo habendi ponticellos seu pontes pendẽtes super viã publicam,uel solum publicum.per tex.in d.l.an in totum.& idem est in ferratis.vt inquit Cępol.in d.tract. in rub. de ferratis.in prin.& idem est in similibus,ut in specularibus,vt dicit idem Cępol.in supra scripto tracta. sub rubri. de specul. Pro solu.credo dicẽdum,quod habere ædificium supra muros ciuitatis,vel supra solum publicum,vel similia, de quibus supra,non arguit necessario præiudicium reipubicæ, & propterea quando vsui publico præiudicaretur, talis consuetudo non obstaret,& ædificia facta tolli deberent l.2.§.si quis nemine prohibente.ff.ne quid in loco publ.& est de mẽte Cępol.in d.tracta.de ponticello. colum. 2. Limita modo
2 præmissam † conclusionem,nisi Princeps consentiat tali cõsuetudini,quia tunc valet.ita Gemin.in summa 11.dist.per adducta per eum.facit glo.& quod ibi notatur,in d.l.fin.C.si contra ius vel uti.pub. Hæc tamen limitatio procederet respectu eorum,quæ spectant ad Principem ipsum, vel sunt sub plena potestate Principis,Secus in his, quæ spectant ad dignitatem illius Principis, puta ad regnum vel ducatum, qnia nõ posset Princeps prejudicare illis.ca.intellecto.& ibi omnes notant,infra de iureiur.vbi dicitur,quod rex non potest alienationem facere de bonis & iuribus regni, intelligẽdo tamen,quando grauiter læderetur dignitas regalis,vt dicunt Inno.Bald.Abb.& alij communiter ibi.& ita credo intelligendum esse,id, quod dicit Barto.in consi.suo 189.inci. ciuitati Camerini.ubi dicit,quod reges ex consuetudine possunt concedere iurisdictiones plenarias in castris & villis, ꝑ tex.in cap.abbate.§.sed ad hæc.de re iudi.lib.6.& de hoc pũcto tradunt plene Docto.in locis, quæ congerit Felin.in cap ad audientiam.colum,1.& 2.infra de præscrip.& Abb.in cõ. sil.6.in 2.volu.Alex.post Barto.in l. prohibere. §. plane.ff. ꝙ vi aut clam.& communis præceptor Do. Iason in preludijs feudo.colum.25.& Domi.Anto.Corsetus in tract. de potes-
3 tate regia.q.4.Ex prædicta limitatione inferri potest, quod aliquid potest iudici de uoluntate vel consensu Principis, ꝙ non potest induci consuetudine,& sic dici posset,priuilegiũ esse fortius ꝙsuetudine, de quo aliqd dixi supra in 4.notab. in prin.sed vide plene de hoc felin.in c.cum contingat. in-
4 fra de foro competen.Septima † sit conclusio ex ista doctrina Abb.ꝙ consuetudo non valet contra legem derogantẽ consuetudini.ita Abb.hic,per adducta per eum. Idem Do. Anto.hic,& Barto.cum quo cæteri transeunt,in d.l. de quibus.in 9.& 10.oppo.& in l.si mihi & tibi.§.fi.ff.de legat.1. vbi Alex.& moderni alias authoritates adducunt.& etiam tradit Alex. multa adducens, in l.si non speciali.C. de testa. idẽ Abb.& moderni alias authoritates adducentes,in cap.2.in
5 fra de probationibus. Ex hac cõclusione † infertur,quod lex reprobans consuetudinem, censetur reprobare etiam futuram.& probatur arg.l.si seruitus.ff.de seruit. vrb.prędi. & firmant Docto.reprobando glo.ibi,quę contrarium tenuit,in c.statutum.in ptin.de rescrip.lib.6.Et mouentur Doctor. ea ratione potissime,quia lex semper loquitur.l.Arriani. C. de hæret.& hæc fuit ratio Bart.qui idem tenet, in l. omnes populi.in 5.q.principali.ff. de iustit.& iure.idem cõcludit Ale. in consi.195.incip.uiso testamento.in 3.uolu.& Abb. & Felin.& posteriores,in cap.2.infra de proba.& communis præceptor in l.1.colum.27.in secunda lectura,C. de summa Trinit.& in d.l.de quibus.colum.14.& est communis opinio,vt in dictis locis comperies.& ita attestatur communis prece ptor in d.l.1. Idem attestatur Barba. hic post recitata omniũ Doctorum,vbi dicit,qpod communis est concordia Docto rum,quod consuetudine reprobata per suam iniquitatẽ,nõ possit amplius introduci,& sic censetur reprobata etiam cõ suetudo futura,licet ipse postea in cõtrarium arguat,& soluat,ut per eum.Idem concludit Gemin.in consil. suo 132.in cip.casus talis est.ad fi.tradit etiam Alex.in disputatione sua incip.Sigismundus.col. 8.Contraria tamen opinio hic relata per Abb.disputando faciliter teneri posset, quia nihil est, quod pro communi vrgeat.Secundo infertur ex dicta con-
6 clusione,quod lex † est fortior cõsuetudine. Sed contra hoc facit text.noster.Item facit illud,quod dicit glo.in §.ex non scripto.insti. de iure natu. & alibi ſepe Doct. ut supra retuli in 1.conclusione.probant enim prædicta,quod consuetudo derogat legi.ergo non videtur verum,ꝙ lex sit fortior consuetudine.Pro sol.dicit Do.Ant.hic,quod cõsuetudo tollit legem,quando est contra tenorem legis.Secus, si sit directo

contra

Source : BIU Cujas

contra legem. Vel aliter dic, ut per Abb. in cap. clerici. infra de iudic. scilicet, quod consuetudo tollit legem, permittente lege, videlicet permittente l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. & permittente tex. nostro, alias secus esset, per supra adducta, & propterea dicit Fel. in c. quod super his. uer. fallit sexto. infra de maio. & obe. quod consuetudo & lex habent
7 se tanquam excedentia & excessa. Amplia† modo istam conclusionem, vt procedat etiam in lege prohibitiua, quia licet expresse non deroget consuetudini, tamen consuetudo in contrarium non ualet, quando in ipsa lege prohibitiua est inserta clausula decreti. ita Gemi. & Philip. de Perusio in c. cum de beneficio. de præbē. lib. 6. col. 2. per adducta per eos. facit decisio Abb. antiqui hic, in fi. dicentis, quod non valet consuetudo contra legem habentem perpetuam cām prohibitionis. allegat tex. in cap. sponsam. infra de sponsa. Secū-
8 do amplia, ut procedat† maxime in l. edita in Concilio generali, quia censetur habere clausulam derogatoriam ad dispositiones contrarias, quæ in futurum etiam fierent, & sic tacite derogat consuetudini, ut dicam in sequenti conclusione 8. in secunda limitatione. Tertio† amplia, ut procedat
9 si lex non faciat mentionem de consuetudine, sed solū improbet aliquid tanquam irrationabile, quia non valet consuetudo, quæ induceretur vel esset inducta in p̄rium, quia irrationabilis esset. ita Pau. de Leaza. in cle. 1. de elect. & patet exemplum ibi. idē Gem. in ca. 1. in fi. de const. lib. 6. & in summa 11. distin. ad fi. & in consilio 132. incipien. casus talis
10 est. ad finem. Quarto amplia, ut† procedat, etiam si esset consuetudo tanti temporis, cuius initij memoria in cōtrarium non existeret, quia non valet, quando lex improbat consuetudinem. ita Domi. Ant. in c. cum ex officij. infra de præscri. per illum text. & ibidem sequitur Ab. in 3. notab. idem Car. Flor. clare in cle. 2. in princ. in 8. q. & in §. 1. in fi. de reb. eccle. non alie. & Fel. in c. cum causa. colum. 4. infra de re iud. & ēt tradit Fel. plene, licet aliqua in contrarium adducat, in c. accedentes. infra de præscri. col. 4. idem dicit Imo. hic, & Feli. in c. cum ex officij. col. 6. infra de prescri. Et pro ista ampliatione stringit ratio, quia lex semper loquitur. l. Arriani. C. de here. ergo lex reprobans consuetudinem, cēsetur perpetuo illam reprobare. & bene facit tex. in l. seruus. C. de pœ. ubi dicitur, q̄ condēnatus simpliciter ad uincula, perpetuo in vinculis stare debet. & tradunt Doct. in c. ex literis. supra de cōsti. Aliqui tamen, ut dixi. tenent contrarium, maxime Abb. sibi contrarius, in consil. 26. incip. in quæstione. in 2. uolum. & alij, quos Feli. refert in d. c. accedentes. & idem tenet Car. Alex. in c. frustra. in 3. col. 3. distin. & Pet. de Anchar. clare in d. consi. 51. per glo. in clem. statutum. de electi. & facit, quod dicit Bald. in l. vnica, C. de annali excep. col. 2. vbi inquit, q̄ clausula Nulla præscriptione obstante, non trahitur ad præscriptionem centum annorum. idem dicit Ang. in authē. vt decætero commu. non fiant. circa fi. per illum tex. iuncta gl. in uerbo, prescriptio. sequitur Alex. in l. nemo potest. col. 11. ff. de leg. 1. & alia adducit Feli. in rub. de præscrip. col. fi. Cogita, utrum forte dici posset, q̄ opinio præcedens solum procedat, quando durat causa reprobationis, ista autem secunda opinio procedat, quando causa reprobationis non durat
11 ut in prima limitatione statim dicetur. Et no. quia procedit ista ampliatio, uedum quando lex diceret, Quauis consuetudine non obstante, sed etiam quando diceretur simpliciter & indefinite, Consuetudine contraria non obstante. ita inquit Card. Floren. in d. cle. 2. §. 1. in fi. de reb. eccle. non alie. Limita modo dictam† conclusionem, nisi consuetudo inducatur ex noua causa uel ratione, quæ non fuberat tempore legis damnātis consuetudinē, quia tunc ualebit. ita Abb. hic, arg. l. si hominem. ff. manda. & ita in effectu declarat ipse Abb. glo. in clem. statutum. de elect. quę prædictę cōclusioni repugnat. Idem concludunt Abb. & posteriores, alias
12 authoritates referentes, in d. c. 2. infra de prob. & idē firmant Gem. & Card. Alex. in d. cap. frustra. Secundo limita† eandē conclusionem, nisi publica utilitas suadeat reuocationem legis quæ derogabat consuetudini, quia tunc consuetudo ualet. ita Do. Anto. hic. col. 28. in fi. idem Gem. pulchre, post Imo. in c. 1. in fi. de consti. lib. 6. Et hæc limitatio sub præcedē
13 ti comprehendi potest. Tertio limita, ut† non procedat, quādo expressus consensus Principis interueniret in inducenda consuetudine, quia tunc valeret contra legem derogantem consuetudini. ita Do. Anto. hic col. 28. in fine. idem Gemi. in summa 11. dist. allegat Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de instru. edit. §. compendiosæ. versi. sed nūquid. Nec in hoc uidetur difficultas, quia Princeps ipsi legi potest derogare, quinimmo p̄riam dispositionem faciēdo, illi derogat, licet de ea mentionem non faciat d. c. 1. de consti. lib. 6. Quarto li
14 mita† dictam conclusionem, ut non procedat, quando lex tolleret simpliciter consuetudinem pręteritam vel introductam, quia tunc consuetudo inducta post legem ipsam eidē legi derogaret. ita Gemi. in d. c. 1. col. fi. alia adducens. idem videtur sentire do. Anto. hic. Aliter tamen loquitur Bald. in l. dudum. C. de contrahen. emp. & in alijs locis relatis per cō munem præceptorem in d. l. de quibus. Mihi placet, vt distinguamus, prout Ab. hic dicit, Aut causa noua oritur inducendi consuetudinem, & valebit consuetudo, aut militat antiqua, & tunc secus. & hoc est rationabile, scilicet, quod si lex ex aliqua causa cassauit consuetudinem, quæ tunc vigebat, vt dicamus ex mente legis esse, quod durante illa causa, duret effectus cassationis & reuocationis. argu. l. adigere. §. quāuis. ff. de iure patro. & c. cum cessante. infra de appella. & hoc ēt fuit de mente Bal. in. d. l. dudū. & clarius in consi. suo 232. incipien. fratres Prædicatores. in 1. vol. vbi dicit, q̄ consuetudo irrationabilis prohibita in præteritum, vī prohibita etiam in futurum. allegat l. 3. in §. diuus. ff. de sepul. vio. Quin
15 to† ego limitarem. dictam conclusionem, vt non procedat, quando lex non est recepta in obseruantia, quia licet deroget consuetudini, tamen contraria consuetudo valet. Et in hoc non videtur hæsitandum, quia ex quo lex talis non attenditur, iuxta glo. in c. 1. de treu. & pa. cum his, quæ cōgerit ibi Feli. post Abb. declarando, vt per eos, certe non atttenditur eriam clausula ipsius legis, per quam derogetur consuetudini, quia corruente aliqua dispositione, corruunt clausulæ in ea insertæ, vt inquit glos. not. in l. si patronus. §. patronum. in verbo, Fauiana. ff si quid in frau. patro. & hoc probat bonus text. in l. fin. ff. de constituta pecun. cum similibus, vt congerit communis præceptor in l. non dubium. C. de legibus. facit regula, accessorium. de regul. iur. lib. 6. bene etiam facit in proposito decisio Baldi in l. omnes peregrini. C. cōmunia de succession. vbi loquitur de reformatione derogante statuto, quæ non est recepta in obseruantia, quia non ligat, secundum eum Quando autem dicatur lex non recepta in obseruantia, & quando id attendatur, declarant plene Doctor. in dicto capitulo primo. de treuga & pa. tradit etiam pulchre. Domi. Franc. de Aret. in consilio 11. incipien. procedendum. colum. 3. & in consil. 94. incipien. consultatio præ-
16 posita. colum. 1. ad finem. Octaua† est conclusio. quod consuetudo derogat legi præcedenti non habenti clausulam derogatoriam ad consuetudinnem, & sic consuetudo valet contra ipsam legem. text. est hic, & in d. l. de quibus. & exempla quāplurima retuli supra in quarto notabili. Aliud quotidianum exemplum commemoro. quia si in loco extaret consuetudo, quod contractus non haberetur pro perfecto, nisi de eo fieret instrumentum, certe, vt credo, talis consuetudo derogaret dispositioni l. pactum, quod bona fide. cum si. C. de pactis. & ita in terminis tenet Pau. de Cast. in cōs. 132. incipi. viso puncto & dubijs. in fine, in antiqua impressione, vbi præsupponit talem extare consuetudinē in venditione, vel contractu de rebus immobilibus. An autem ex eo, q̄ cōtrahentes post conclusionem dicunt, Cras faciemus instrumentum. cōtractus dicatur per hoc minus perfectus, tradit pulchre Aretinus in consil. suo. 160. incip. longa est. col. 3. in secundo dubio, & Barb. in rub. infra de empt. & vēdit. col. 2. & aliquid tradit Paul de Cast. in cons. 42. incip. tria sunt. Pro
17 conclusione† etiam nostra facit, quia pari mō valeret cōsuetudo p̄ statutum civitatis vel loci, quia eadem subest ratio, & propterea plene consuluit do. Petr. Philip. Corne. in cōs. 293. incip. circa supra dictam consultationem. in 1. volum. quod valet consuetudo contra statutum Spoleti, disponens, quod bona cōmunitatis non possint vendi, nec locari vl tra annum. Sed contra istam cōclusionem oppo. & videtur impossibile esse, talem consuetudinem valere, quia contrauen iens legi, peccat. c. 2. de maio, & obedient. not. in c. nam con cupiscentiam. supra de constitut. Item contraueniens vel non obediens statutis, peccat. glo. est in c. vt animarū, de cōsti. lib. 6. & tradit plene D. Felin. in d. c. nam concupiscentiā. Ergo consuetudo contra legem vel statutum, non deberet valere, tanquam peccati nutritiua. c. fin. de ptæscri. lib. 6. Pro solu. credo negandū esse assumptū, & dico, q̄ cōtraueniētes animo inducēdi consuetudinē, nō peccāt, quia id faciunt authoritate legis, uidelicet d. l. de quib. ff. de legib. & textus nostri, & aliorū iuriū approbantium consuetudines. Vel aliter respondeo vt respondet Bart. in repet. l. 2. in 6. oppo. C. quę sit longa consuetu. vbi dicit, quod iuducentes consuetudinem non delinquunt, quia id faciūt ex præsumpta scientia & cōsensu Imperatoris. Sed ista sol. in idem recidit cum præcedenti. Aliter etiam responderi potest, vt colligitur ex verbis Bart. in d. l. 2. q. 19. in prin. vers. secūdo instatur. Sed præcedēs melior mihi videtur, quam colligo ex verbis Bar. ibidem in sequēti vers. ibi, tertio instatur &c. Et etiā hanc difficultatē ita soluit Io. And. hic, quē refert & sequitur Barb. hic col. 16. dicētes, q̄ populus inducēs ꝯsuetudinem non delinquit, qa id facit lege p̄mittēte videlicet p̄mittēte l. de qb. ff. de legib. cū similib. Secundo p̄ † p̄missam ꝯclusionē oppo. de d. l. 2. C.

quæ

Source : BIU Cujas

quæ sit lon. consuet. vbi expresse dicitur, ꝙ consuetudo non vincit rationem, nec legem. Abb. hic soluit, vt per eum. vide etiam D. Anto. hic. Placet mihi sol. Fulg. post Nicol. Mata. in d. l. de qnibus. quam si recte consideras, non est diuinatiua, vt etiam Fulg. demonstrat, licet Bar. asserat eam esse diuinatiuam. dicebat enim Fulg. ꝙ tex. in d. l. 2. intelligitur de ꝯsuetudine irrationabili, & vere ita loquitur, qa dicit, ꝙ nō valet consuetudo contra rationem, ergo vult, ꝙ illa ꝯsuetudo sit opposita rationi. & communis præceptor ibi multum instet, & præsupponere videatur difficultatē de illo tex esse insolubilem, tamen iudicio meo bona est sol. prædicta. Nic. & Fulg. Amplia modo præmissam conclusionem, vt proce
19 dat etiam † si consuetudo errore iuris inducatur, quia tenet contra legem, text. est in l. quod non ratione. ff. de legi. qui sic communiter intelligitur, vt dixi supra in requisitis con-
20 suetudinis, in 3. requisito. Secundo amplia † vt consuetudo tollat legem, nedū in ciuitate vbi est, sed etiam in districtu vel oppido ciuitati subiecto. hoc probatur arg. c. super eo. & ibi not. D. Anto. de cog. spirit. & hoc etiam firmat gl. & Bar. in l. ex ea. ff. de postu. & Bar. in rep. d. l. 2. q. 36. quæ sit long. cō sue & ad conclusionem p̄missam allegat Bar. tex. in §. 1. insti de satisda. tradit etiam pulchre Pau. de Cast. in consi. 161. incip. in præsenti causa. in prin. & Soc. in cons. suo 7. inci. nunc quæsitorum superius formatorum. in primo dubio. ad finē. Sed tamen aduerte, quia aliter loquitur Abb. in c. cum eccle sia Vulterana. in vltimo nota. supra de elect. & in c. super eo. infra de censib. & in c. pastoralis. in prin. col. 3. & in c. q̄n. in 2. not. infra de offi. or. Concludit. n. Ab. in dictis locis, quod cosuetudo contra ius non extendatur ad loca particularia. Pro sol. dici posset, ꝙ Abb. intelligi debet, vt uerum dicat, quando in loco particulari est specialis cōsuetudo, quia tūc illa præfertur, vt ipsemet Abb. ibi vult, dicens ꝙ specialis cō suetudo loci particularis, præfertur in eo loco alteri consue tudini generali prouinciæ, per tex. in d. c. quoniam. & p̄ alia. & idem clare dicit Bar. in d. l. 2. q. 29. dicit tamen Barb. hic, ꝙ castra non possunt habere consuetudinem contrariam statuto suæ ciuitatis, nisi per Principem confirmetur, quia mēbra non debent recedere a capite, c. cum non liceat. infra de præscri. nec congruit, secundum eum, quod vna obseruantia sit in ciuitate, alia in castro. allegat l. fi. C. de testa. & idem prius dicit Bal. clare in l. 1. in prin. C. quę sit lon. cōsue. allegā do tex. in d. l. fi. idem vult Bal. in c. trāslato. supra de constit. vbi dicit, ꝙ quando statuta non sunt compatibilia, seruatur statutum loci dominantis. Idem Bal. in auth. defuncto. in fl. C. ad Tertul. & Ro. pulchre in cons. 218. incip. præsens casus. vbi dicit ciuitatem Pisanam subesse constitutionibus vrbis Florentinæ. idem in effectu vult Alex. in l. si conuenerit. la 2. §. si nuda. ff. de pign. acti. Et propterea non videtur verum id quod supra dixi, scilicet, quod si in loco subdito ciuitati sit particularis consuetudo, illa præferatur. Tandem concludē dum videtur, quod illud, quod supra dixi, scilicet quod con suetudo speciális, quæ sit in loco subdito alteri loco vel ciui tati, præferatur consuetudini loci superioris, procedat in cō suetudine, quæ induceretur in loco subdito circa res suas, Secus autem esset in consuetudine circa concernentia iuris dictionem, vt dixi supra in 8. requisito cōsuetudinis, in q. an mulieres possent inducere consuetudinem, & in q. an una familia possit inducere consuetudinem, & in q. an una pars ciuitatis possit inducere consuetudiuem. & in istis terminis intelligatur decisio Bar. in d. l. 2. q. 36. & aliorum supra relatorum, scilicet, quando specialis cōsuetudo loci subditi, est circa res ipsius loci, alias procedat decisio Baldi & Barb. supra relatorum. Vel posset procedere dicta decisio Bar. & sequacium, in consuetudine confirmata per Principem, uel ex tacito superioris consensu inducta, quia tunc indistincte preferretur consuetudini ciuitatis uel loci superioris, vt declarat Roma. in consi. suo 91. incip. licet mihi. in fine, & dicit Aret. in cons. 132. incip. in causa. ad fi. ꝙ stat simul, quod in ciuitate sit una consuetudo, & in Comitatu alia, ut per eum. & in hoc articulo vide etiam Do. Anto. hic, vbi etiam attingit, quid iuris, si castrum nouiter subijciatur ciuirati. & de his punctis etiam tradit D. Laurentius Calcaneus, in cōsil. suo 2. incip. quidam nobilis. vide per eos. Præmissam etiā doctrinam in effectu tradit Bar. post Guliel. in d. l. 2. q. 37. C. quę sit lon. consue. & in puncto p̄missō vide etiam doctri nā Io. And. in rub. supra eo. & ibi refert & sequitur D. Ant. circa fi. dicunt. n. p̄fati Dd. ꝙ in primis attendenda est cō-
21 suetudo † loci castri, vel uillę. quod tamen credo declaran dum esse ut dixi supra. & si in loco non inueniatur, attenditur consuetudo diœcesis, tertio, cōsuetudo prouinciæ, quar to, consuetudo regni, vel uicinarum prouinciarum, quinto & ultimo, consuetudo Romana, & allegat ad hoc iura mul ta. Idem dicit Card. Flo. hic, q. 50. post Comp. & hanc doctri nam refert & sequitur communis præceptor in d. l. de qui-
bus. col. 1. Intellige tamen præmissam doctrinam, dum dixi. quod quarto loco attenditur consuetudo prouinciarum vi cinarum, & vltimo consuetudo Romę vt id non procedat, quando ius commune esset in contrarium in alia prouincia vel loco non subiecto, quia tunc in illā prouincia vel lo co nō subiecto alteri ius commune præferretur. tex. est in d.
22 l. de quibus. in prin. & ibi notatur plene. Consuetudo † enim contra ius, non extenditur, vt plene dixi supra in tertio requisito consuetudinis, tradit etiam Abb. in c. cum olim. col. fi. supra eo. Item id, quod dicitur de consuetudine vrbis Romæ, hodie non procedit, vt dicit Cardi. hic, q. 50. in 3. opositio. intelligi enim debet de cōsuetudine ecclesiæ Romanæ, vt declarat Cardin. supra relatus, & Paul. de Cast. in d. l. de q-bus. col. 1. Item hoc intellige & declara, vt polchre declarat Barb. in rub. supra eod. vbi distinguit. an consuetudo ecclesię Romanæ disponat sup̄ his, quæ sunt sibi reseruata in priuilegium, aut super aliis, vt per eum. Et inter cætera dicit, ꝙ vbi consuetudo ecclesiæ Romanæ disponit super modo cō ficiendi vel dandi literas suę cancellarię, tunc talis consuetudo est ab omnibus obseruanda. allegat glo. in c. ad hęc. infra de sent. excom. & tex. in c. quam graui. infra de crimi. falsi. Ad hoc etiam bene facit tex. quem ibi Ab no. in c. ex lite-
23 ris. supra de constitut. vbi probatur, quod stylus curiæ † Romanæ facit ius, & potest allegari in decisionibus causarum, qñ ius non reperitur in contrarium. ꝙ dicit Abb. ibi esse notandum, & allegat text. pro concordanti in c. literas, infra de iura. calum. & sequuntur posteriores ibidem. facit glo. in c. dispendia. in verbo, processus. de rescript. li. 6. Hoc tñ intellige, vt non procedat, quando in alio loco est stylus contrarius, quia ille attenditur, nisi ecclesia Romana aliud iubeat. ita pulchre declarat Roma. in cons. suo 367. incip. circa primum. col. 3. & hoc comprobo, quia sicut extra vrbem in loco, in quo non esset ille stylus, ius commune præferretur ipsi stylo Romano, vt prę̄supponit Abb in d. c. ex. literis. sic cō suetudo vel stylus ipsius loci, præferretur stylo curiæ Roma næ, per ea, quæ supra adducta sunt in prin. huius ampliationis, vbi maxime allegaui glo. & Bart. in l. ex ea. ff. de postulādo. & in l. 2, q. 36. C. quæ sit lon. consuet. probatur etiam, qa sicut consuetudo loci derogat iuri cōmuni in eo loco, vt in hoc c. cauetur, & in d. l. de quibus. ff. de legi. eadem ratione derogabit consuetudini vrbis Romę. Ista tñ declaratio non procederet in articulis Fidei, & in Sacramentis Ecclesię, qa in his consuetudo ecclesiæ Romænæ, est vbique seruanda. gl. est not. in c. 1. in uerbo, docuit. de sum. Trinit. & fide catho. lib. 6. tradit Abb. in c. consultationi. infra de frigi. & malefi. ubi etiam sentit, quod supra dixi in uer. crederem. declarando, ut. per eū. & prædictā glo in uerbo, docuit. sequit̄ et Ab in c. olim. eod. tit. in c. pastoratis. supra de offi. ordin. in c. consilium. infra de obser. ieiu. in c. super eo. de cēsi in c. 2. infra de feriis. in c. ad abolendam. infra de hære. & in c. bonæ. el. 1. infra de postu. prę̄l. Et in ista materia maxime, an consuetudo urbis Romæ sit ubique seruanda, uide glo. & Doct. in c. consuetudo. 1. dist. & in locis ibi relatis per Gem. & Ro. in d. cons. 367. uide et̄ glo. & Doct. in c. nolite. 11. dist & D. in d. c. 1. de summa Trin. lib. 6. Barba. in rub. supra eod. Et an talis consuetudo urbis Romæ, seu ecclesię Romanæ, possit seruari Mediolani. dixi supra in 2. q. collecta ex doctrina Abba. extra glo. Limita nunc cōclusionem, ut procedat, dummo
24 do allegans talem † consuetudinem, probet ꝙ sit rationabilis, quia qñ consuetudo est contra legem prout loquitur conclusio nostra. tunc irrationabilis præsumitur. ita D. Anton. hic, post Ioan. And, idem Abb. in c. 2. infra de proba. & sequuntur ibi posteriores, per text. in c. 3. infra de eo, qui mit. in pos. ibi, si laudabilem esse cōstiterit. Tamen Are. in consilio suo 23. ad fi. incip. in præsenti consultatione. dicit. ꝙ consue tudo, quæ est contra ius positiuum, in dubio præsumitur ra tionabilis, & ex causa. alllegat omnes modernos hic. Sed non comperi aliquem hic. dicentem, nec aliquo iure probatur, nec ratione, quinimmo text. noster uidetur probare contrarium, ibi nisi fuerit rationabilis, Reperio tamē quod Aret. ipse in dicto capitulo 2. & ante eū Abb. supra in uerb. rationabilis. dicūt, ꝙ ex quo cōsuetudo consistit in iure, seu facit ius, non est probanda illius rationabilitas, sed iudex ha bet hoc discernere. Et hanc opinionem credo ueriorem, qa arbitrio iudicis statur, an cōsuetudo sit rationabilis, ſm cōmunem opin. ut ibi dixi, & propterea frustratorium est dice re, quod probanda sit rationabilitas. Et hæc opinio maxime procederet in consuetudine tanti tempotis, cuius initii memoria nō existat in contrarium, quia talis non presumitur irrationabilis licet esset p̄ legem. ita Gemi. & Card. Alex. in d. c. frustra. & dixi supra in glo. in uerb. rationabilis. col. 1. ubi etiam allegaui Abb. in consil. suo 7. in 2. uol. Item maxime procederet, ubi esset consuetudo generalis, ut inquit Gemi. in c. illa. 12. dist. Si tñ ꝓstaret de irrationabilitate, non ualeret

Source : BIU Cujas

licet esset consuetudo tanti temporis, cuius initij memoria non extaret in contrarium, vt probatur in tex.nostro, & in c.si consuetudinem.8.distin.& ibi notatur.sed hoc declara, vt dixi supra in glo.in uersi.rationabilis.in tertio aduerten-
25 do.Secundo limita dictam † conclusionem, vt non procedat, quando lex, contra quam consuetudo induceretur, esset edita in Concilio generali,quia tunc consuetudo nō ualeret.ita decidit Bal.in tit.de pace Constan.colū. 4. allegans Io.And. vt per eum. Idem tenet communis præceptor, alia adducens,in d.l.de quibus. & ratio huius decisionis est,quia talis lex edita in Concilio generali, censetur habere clausulam derogatoriam ad dispositiones contrarias, ut est famosum dictum Archi.in c.1. de const.lib.6.tradit Bald.in l.humanum.C.dē legi.& Fel.plenissime in c.nonnulli. supra de rescrip. & c.1. col.9. supra de constitu.Tertio limita, ut non
26 †procedat dicta conclusio in non usu, quia non usus nō derogat legi, eo quia per non usum non inducitur cōsuetudo. ita inquit D. Anto.hic,& tradunt Doct.in locis plene relatis per Felin. in d.c.1.infra de treu.& pa.tradit etiam cōmunis præceptor in d. l.de quibus.in fi.& dixi supra post expedita requisita consuetudinis,in 1. conclusione, in qua tractaui,an consuetudo tollatur per consuetudinem contrariam in prima limitatione.sic per actus meræ facultatis,non inducitur consuetudo,ut tradit D.Ant.hic,& Abb.in c.cum ecclesia Sutrina. infra de causa possess. & prop. post Inno.ibidē Abb. in c.cum Ioannes.infra de cleri.coniug.& in capitulo ex parte Astensis,infra de cōcess. præben. in vltimo nota.vbi ponit pulchram decisionem,& de hoc etiam infra dicetur.
27 Quarto limita, vt nō† procedat,quando consuetudo posset concordari cum iure comuni, quia tunc concordatur,non aūt derogat legi.ita Gol. in summa huius tit. in fi.per tex.in capitu,cum dilectis. supra eo. ti. facit tex.in c.cum expediat. de elect.lib.6.& in l.vnica,C.de inof. dotib.in fi.omnis enim contrarietas reducenda est ad concordiam, si fieri potest.& propterea dicimus,quod Iura Iuribus sunt concordanda,vt probant tex præallegati.Item si in actis vel processu reperiatur contrarietas,illa est concordanda,quantum fieri potest. ita Bal.in l.cum falsa.C.de iuris & fac. igno.ad fi.& ibi communis præceptor refert idem esse in iuramento,in instrumentis,& contractibus,per adducta per eum,& de contractibus tradit Bar.in l.fi. §.idem quæsijt.ff.de condi.indeb. & ibi commmunis præceptor refert idem esse in responsionibus ad positiones. Item instrumenta contraria,etiam, ex interuallo facta,concordari debent,ita m Card.in cons.111.incip. factum sic se habet.& Alex.in cons.25.incip.viso.in 2.vol.Similiter statuta cōtraria ad concordiam sunt reducenda, vt tradit Alex in cons.24. incip.animaduersis.col.10.in 2.volu. & latius in cons.123.inci. scripsit Ecclesiasticus.col.5.& seq. in 4.volum.tradit etiam Abb.in.c.gratum. in princ.infra de offi.deleg,per illum text. Sic dicimus in testibus contrariis. c.cum tu.& ibi plene traditur, maxime per Felin.infra de testi.Idem est in rescriptis cōtrariis,vt inquit Bal.in rub.supra de rescrip.circa finem. Idem eriā est in opinionibus Doctorum contrariis.ita Imo.in c.super literis.per illum tex.supra de rescrip. in prin. Et generaliter hoc procedit in omnibus dispositionibus,quando contrarietas saluari potest,vt tradit Alex.in consil. 141. incip. viso testamento.in 2.vol. Quando aūt concordia fieri non potest, quæ dispositio attendi debeat,vide quæ congerit communis præceptor in l. si Ruffinus.
28 C.de testamen.mili. Quinto limita, vt†procedat conclusio prædicta dummodo consuetudo habeat requisita, de quibus supra diximus in prima parte glos.magnæ.Sexto limita,
29 vt non† procedat dicta conclusio quando lex est fundata in ratione naturali,quia consuetudo in contrarium non tenet vt demonstraui supra in quarta conclusione extra glo. Vlti.
30 †conclusio est, quod lex non tollit consuetudinem præcedē tem.ita Abbas hic per text.in c. 1.de constit.li.6.vbi assignatur ratio, quia verisimiliter ignorat consuetudines tales. & nemo. discrepat.& licet Abb. hic alleget Bartol. in contrarium in d.l.de quibus.tamen ibi in reperitione, in 10.oppo. hoc idem tenet.nec in lectura contradicit, quia se remittit ad Canonistas. Abb. tamen non respondet ad §. diuus.in l.3. ff de sepulc. viola.quem text. Abb. ipse in contrarium allegat.Sed pro solu.vide glo.& Docto.in d.c.1.& Paul.de Cast. & communem præceptorem in.d.l.de quibus.col.14. in fin. vbi plures solu. referunt ad illum textum.Limita modo di-
31 ctam† conclusionem, vt non procedat in consuetudine generali & uulgata,qa tollit̄ per legē sequentē.ita Bal. per tex. ibi,in l.2.C.quæ sit lon. consuet.idem probat tex. cum glo. in d.c.1.in verbo,singularium & tradit Felin.in c.super literis. colum. 6.supra de rescrib. & D. Mart. Laud.ītractatu de
32 principibus notabili 26.Secundo limita,nisi†consuetudo sit particularis illius populi, qui legem vel statutum in contrarium edidit,quia tunc consuetudo præcedens tollitur. & ratio est, quia ille populus talis cōsuetudinis notitiam habet. ita Abbas hic in fine,& Barto.in extrauagan. ad reprimendum.in verb.non obstantibus.ad finem. Tertio limita, nisi
33 †per legē,quæ est contra consuetudinem, reducamur ad ius commune primæuum, quia tunc consuetudo tollitur per legem contrariam.ita Paul.de Cast.in dicta l.de quibus.colum.fina. sic intelligens text.in dicta l.3.§.diuus. ff.de sepul. viol.Sed tu considera,quod huic limitationi repugnat ratio text.in dicto capitu. 1.de consti.lib. 6.scilicet, ratione ignorantiæ consuetudinis,quæ præsumitur esse in Principe condente legem,Nisi forte dicas,ꝙ hoc casu Princeps præsumitur habere notitiam consuetudinis.& ratio est, quia stante iure communi primæuo, Princeps superfluo faceret legem nouam,idem disponentem,nisi id faceret, vt tolleret consuetudinem, quæ ipsi iuri primæuo derogaret. Quarto limi
34 ta dictam†conclusionem,ut non procedat,quando consuetudo esset contra publicam vtilitatem, quia tunc lex tollit ipsam consuetudinem præcedentem.ita Pau. de Castr. post Bal.in d.l. de quibus.sic intelligens textum in d.§.diuus. Sed tu considera,quod dicta ratio text.in d.c.1.de const.lib. 6.repugnat huic limitationi, videlicet ratio ignorantiæ consuetudinis,Nisi saluando hanc limitationem dicas, quod hoc casu Princeps præsumitur scire ipsam consuetudinem,quia si est contra publicam vtilitatem,satis publica & nota vī ꝙsuetudo ipsa.Quæ tamen sol. non multum satisfacit, vnde melius est dicendum,quod isto casu faciliter lex tollit dictā consuetudinem,quia si est contra publicam vtilitatem,irrationabilis est,arg.c.erit autem lex 4.dist. & sic non est attendenda,ut in textu nostro dicitur.& propterea,etiam ꝙ nulla lex in contrarium fieret, de tali consuetudine non esset curandum,vt hic in text.dicitur.An autem vna consuetudo tollat aliam prꝙcedentem,dixi supra post requisita consuetudinis in 1.q.& etiam supra extra glos.in 2. q. Et per hęc cum laude Redemptoris ac Virginis sacratissimæ expedita sunt ea,quæ per Abb.in hoc c.attinguntur.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo qualiter proponatur in iudicio.& nu.2.*
3 *Libellus qualiter formabitur in consuetudine.*
4 *Consuetudo an aleganda sit in libello.*
5 *Consuetudo allegata in libello,cum tamen nulla sit,sed statutum, an procedat libellus.& numero 7. Et quid inuicem differant consuetudo & statutum. ibid.*
6 *Libelli verba,quomodo accipienda.*
8 *Testes quot requirantur ad probandam consuetudinem.*
9 *Doctori attestanti de consuetudine,an credatur.*
10 *Consuetudo qualiter & quomodo probetur. Et quid testes ad eam probandam adducti, deponere debeant.disting.numero 12.14.15.17. 23. 25.28.33.41.*
11 *Ius non scriptum, ex facto pendens,probatione indiget.*
13 *Res inter alios acta,alijs potest præiudicare,in publicis.*
16 *Consiliarij præsumuntur scire, quæ fiunt in communi, & in palatijs, in quibus versantur.*
18 *Actus quot requirantur ad consuetudinem inducendam.*
19 *Acta extraiudicialia vbi interueniunt,qualiter probetur consuetudo.*
20 *Populi tacitus consensus ad consuetudinem,per quot instrumenta verisimiliter colligatur.& nu.35,*
21 *Consuetudo qualiter probetur per testes.*
22 *Capitula qualiter sint formanda ad probandam consuetudinem.*
24 *Consuetudo debet probari in respicientibus litis declsionem.*
26 *Testes ad probandam consuetudinem adducti,qualiter in temporis diuturnitate debeant se gerere.*
27 *Consuetudinis inducendæ animo quem vti,vnde potissimum colligatur.*
29 *Testes adducti ad probandum memoriam consuetudinis extare vel non, qualiter deponere debeant.*
30 *Testes qualiter deponere super notorio debeant.remis.*
31 *Literę Potestatis vel consilij ciuitatis, super consuetudine, an fidem faciant.*
32 *Populi vsus vel maioris partis, quomodo probetur,ad fidem faciendam ipsius consuetudinis.*
34 *Testis peritus deponens talem esse consuetucinem, an probet. & nu. 39.*
36 *Testis adiectio non vitiat dictum,quando præcedens eius assertio est sufficiens.*
37 *Testis deponens super consuetudine,an debeat rationem assignare,etiam non rogatus.*
28 *Testis simpliciter dicens talem esse consuetudinem.an probet.*
40 *Testes deponentes de diuersis actibus,an probent consuetudinem.disting.*
42 *Testis interrogatus super consuetudine,si obmutescat,an probet.*
43 *Testium deponentium per eundem sermocinem,vel per eadem verba,an corruat dictum.*
44 *Vsus communis loquendi quomodo probetur, Quomodo communis vsus vtendi,quomodo item communis intelligendi.& nu.46.*
45 *Verba prolata per Papam in bullis,an intelligenda secundum communem vsum*

Source : BIU Cujas

vsum loquendi, qui est Romæ, an vero secundum communem vsum loquẽdi in loco, in quo dictæ bullæ effectum sortiri debent.

47 *Testis deponens, quod sic communiter dicitur, an recte deponat.*

48 *Testis interrogatus, a quot & quibus audiuit, si respondeat, se nescire, an corruat eius dictum. & nu. 49.*

50 *Iudex an & quando possit se informare de consuetudine absque eo, quod per partes probetur.*

51 *Principem non ligat consuetudo, nisi illa naturali ratione nitatur. numero 52.*

53 *Consuetudo an liget ciuitatem vel uniuersitatem, in qua viget ipsa.*

54 *Laicorum vel populi consuetudo, an liget clericos & ecclesias. & per discursum nu. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. & 64.*

65 *Clerici & ecclesiæ quando ligentur consuetudine populi vel laicorum. & nu. 66. 71. 72. 73. 76. 77. 78. 80. 81. 85. & 87.*

67 *Clericus litigans coram iudice seculari, non potest appellare ante sententiam, nisi in casibus a iure permissis. Et quid de laico.*

68 *Laicorum statutum seu consuetudo, disponens quod debeat fieri compromissum, habebit locum contra clericum litigantem in foro seculari.*

69 *Statutum disponens, quod instrumentum habeat executionem paratam, & non sit opus libello, concernit processum, & non decisionem, & obseruatur aduersus clericum in foro seculari. Limit. nu. 70.*

74 *Statutum indifferens quando possit allegari per clericum, in sui fauorem.*

75 *Laicus subditus non potest contrahere cum non subdito, spreta lege vel consuetudine ciuitatis suæ. & nu. 80.*

79 *Contractus prohibitio an sit in rem, an in personam, non est differentia.*

82 *Clericus vtens consuetudine laicorum prosse, tenetur etiam illa vti contra se. Et quid de ecclesia, vbi & limit. duplex.*

83 *Laicorum consuetudo, Canonibus non contradicens, ligat etiam clericos.*

84 *Emphyteutæ ecclesiarum, tenentur ad collectas, ratione fructuum, quos percipiunt.*

86 *Feudorum consuetudines, ligant clericos.*

Sectio VIII.

Nunc, vt reliquum materiæ expediamus, formo in frascriptas quæstiones, quas prout ex alto mihi concessum erit explicabo, & pulchrum seruabo ordinẽ, quia vbi non est ordo ibi est confusio, vt inquit glo. 1. §. inordinatum, in verbo, confusum, in Authen. de hæred. & Falci. Primo quæram, qualiter consuetudo in iudicio proponat̃. Secundo, qualiter formabitur libellus in consuetudine. Tertio, an in libello oporteat consuetudinem allegare. Quarto quot testes requirantur ad probandum consuetudinem. Quinto, an Doctori attestanti de consuetudine credatur. Sexto, qualiter & quomodo probetur consuetudo, & quomodo formentur capitula, & quid debeãt deponere testes. Septimo, quomodo probetur communis vsus loquendi, Itẽ communis vsus vtendi, Item communis usus intelligendi. Octauo, an & quando iudex possit se informare de consuetudine, absque eo, quod per partes probetur. Nono, an consuetudo liget Principem. Decimo, ãn consuetudo sicut ligat p̃sonas particulares, ita liget ciuitatem ipsam vel locum, in quo est consuetudo. Vndecimo, an cõsuetudo laicorum uel populi, liget clericos. Duodecimo, an consuetudo liget forẽses. Decimotertio, an consuetudo liget subditos extra territorium. Decimoquarto, an liget infantes, minores, absentes & furiosos. Decimoquinto, an consuetudo ciuitatis, liget iudæos ibi habitantes. Decimosexto, an iudex debeat in iudicando sequi consuetudinem litigantium, an loci iudicij. Et quid iuris, si diuersa sit consuetudo actoris & rei. Vltimo, an iudex in exequendo sententiam, debeat seruare consuetudinem loci actoris, vel rei, an loci, in quo fit executio. Primo igitur quæro, † qualiter consuetudo in iudicio proponatur. In hac quæstione Barto. in repe. dict̃ę l. secundę. C. quæ sit longa consuetu. quæstione 24. post Pet. & Guliel. de Cug. per eum relatos, dicit, quod quandoque proponitur per modum exceptionis, quandoque in vim actionis, vel realis, vel personalis, quandoque officio iudicis, exemplificando, ut p̃ eum. idem inquit. Barto. in dicta l. de quibus. in lectura, col. fi. & in repe. in 3. q. principali. & cum Bar. transeunt simpliciter alij ibi. Idem in effectu Bald. in l ex placito. quæstio. 10. C. de rerum permu. vbi quęrit, vtrum ex consuetudine oriatur actio in factum, an condictio ex lege, seu ex moribus. Et dicit, ꝙ quandoque oritur actio in factum, quandoque condictio ex consuetudine, quandoque implorabitur officium iudicis, exemplificando, vt per eum. & aliquid etiam tangit Bar. in l. 1. col. pen. ff. de condi. ex lege. Præmissam etiam doctrinam, quam ponit Barto. in præfatis locis, posuit plenius Io. And. hic in summa, col. 10. & Do. Anto. hic circa fi. vers. nunc venio ad fm. tradit etiam Card. Flo. hic q. 23. Subijcit tamen Io. And. hęc uerba formalia, Nos tamen Canonistæ, qui solam narrationem facti, & debitam conclusionem inspicimus, c. dilecti. infra de iud. hanc materiam facilius trãsimus, narrando scilicet, & concludendo ex narratis, secundum consuetudinem mihi fieri licere, vel contra consuetudinẽ tibi fieri non licere. & allegat Spec. in tit. de consuetud.

1

in princip. vbi dicit, quod in omnibus consuetudinibus petipotest, vt quis cogatur ad earum obseruationẽ, vel ad cassãdum, quod cõtra eas fit, allegat text. in hoc c. fi. & in c. 1. supra eodem. Spec. tamen non loquitur magis secundum Canonistas, quam secundũ Legistas. vnde concludo quod etiam secũdum communem opinionem Legistarum satis est narrare factum in libello, & concludere taliter, quod qualitas actionis colligatur, quia aduersarius satis certificatur, an cedere debeat, an cõtendere, nec est necesse exprimere nomẽ actionis in libello. ita concludunt Abb. & communiter alij, in d. c. dilecti. glo. & Doct. in c. quo iure. 8. dist. & in Auth. de exhib. reis. in prin. in verbo, libellum. quæ dicit ita obseruari de consuetudine. idem Bart. & Ang. & alij cõmuniter, in l. 1. in prin. ff. de eden. col. pen. & ibidem communis præceptor col. pen. quasdam alias authoritates refert, & attestatur de communi opinione. idem Cyn. Bal. & alij communiter in l. edita. C. de eden. & ibidem communis præceptor. col. 1. Et licet Card. Flor. hic in q. 35. in fi. impugnet. Io. And. dicentẽ. vt supra retuli, ꝙ Canonistæ solam narrationem facti, & debitam conclusionẽ inspiciunt, tamen in effectu postea ipse idem concludit, dicendo. ꝙ licet non teneamur proponere actionem in libello, tamẽ debemus ita narare factum, quod appareat, quæ actio intentetur. Ex præmissis ergo apparet, ꝙ

2 † ille, qui se fundat in consuetudine, non habet necesse dicere, quod illam proponit per officium iudicis, vel per actionem vel per exceptionem, sed satis est, quod narret factum, & concludat, petendo consuetudinem obseruari, vel cassari id, quod contra eam fit, vt dicũt Spec. & Ioan. And. in locis supra relatis. Est bene verum ꝙ seruabitur natura actionis, & exceptionis & officij iudicis, quia si consuetudo tribuit ius excipiendi, seu si pro consuetudine competit exceptio, debebit infra tempora debita proponi, quia si annectitur ad naturam dilatoriæ, ante litem contestatam proponi debet, si ad naturam peremptorię, ante sentẽtiam proponi debet. c. inter monasterium. infra de re iudic. c pen. & ibi not. infra de excep. ita inquit D. Ant. hic, vers. nunc venio ad secundã. Si autem pro consuetudine competit officium iudicis, vtputa si consuetudo habeat quod minor xxx. annis possit restitui, agens nõ debebit concludere, partem aduersam esse obligatam, quia officium iudicis nullam præsupponit obligationem. l. qui per collusionem. ff. de actio. emp. l. Quintus. ff. de annuis lega. sed debet concludere, quod iudex potest seu debet id facere. ita dom. Anto. & Imo. & Abb. in c. fin. infra de offic iudi. Bar. & alij, in l. 1. in princip. ff. de iurisd. om. iud & ibidem communis præceptor, vbi alias authoritates ad-

3 ducit. Secundo quæro, † qualiter formabitur libellus in consuetudine? In hoc Spec. in tit. de cõs. dicit, libellum esse formandum hoc modo, Coram vobis &c. propono ego talis monachus monasterij Carofenensis, seu syndicus & procuratur cõuentus eiusdem monasterij, ꝙ cum electio abbatis in Andrenensi monasterio debeat fieri de gremio monesterij Carofenensis de antiqua & approbata consuetudine, de cuius contrario memoria non existit, ipse, qui electus est, de iure eligi non potuit, nec debuit contra præfatam consuetudinem antiquitus obseruatam. Vnde peto, pręfatam electionem de facto attentatam, si electio dici possit, cassari, & cassam, nullam & irritam nunciari, necnon electionem ipsam de gremio Carofenensis monasterij faciendam esse, per vestram sententiam declarari. & dicit Specu. hanc formam probari in capitulo cum dilectus. supra eod. & in capitulo abbate infra de verb. si gni. Prædicta tamen libelli formatio solum loquitur de consuetudine tanti temporis, de cuius contrario memoria non existit. Vnde si formaretur libellus in alia consuetudine, omitenda essent illa verba, De cuius contrario memoria non existit. vt ad sensum patet. Et ex dicta formatione libelli potes colligere formam in alijs similib. casibus. Aduerte tamen, quia vbi est dubium in iure, s. an consuetudo teneat, uel non, tunc talis quæstio diri mi potest sine aliquo libello vel ordine iudiciario. ita inqt Inn. in c. cum inter. supra eo. ti. & hoc dictum cõmẽdat Bal. in d. l. de quibus. ff. de legib. dicens idem esse, vbicunque est quæstio de viribus & intellectu alicuius constõnis. Tertio q̃-

4 ro, an † in libello sit consuetudo alleganda. Per dicta in superioribus quæstionibus, præsupponunt, quod sic. In contrariũ tamen facit, quia qua lege vel quo iure scripto agatur, dicere non oportet, vt probatur in l. edita. C. de eden. Ergo idem erit eadem ratione, in iure non scripto, & sic in consuetudine. Ioã. And. hic in summa sua refret multas opiniones, nec aliquam expresse firmat. vnde censetur vltimam, quã refert affirmare, ut inquit Bar. in l. bona fides. per illum text. cum glo. ff. depos. & glo. in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Treb. cũ similibus, quę congerit communis præceptor in l. pacta nouissima. C. de pactis. Refert, inquam, Ioan. And. vltimo loco opin. Petri, dicentis ꝙ nulla ratione quis cogitur in libello

Source : BIU Cujas

consuetudinem allegare. Et hoc probat, quia consuetudo non est medium immediatum ad cõclusionem. Sed ex quo proponitur sufficiens immediatum, non est necesse proponi mediatum, vt, in rei vendicatione sufficit immediatum, quod est dominium, nec requiritur mediatum, puta titulus emptionis, donationis, vel similis. Fatetur tamen, q̃ si immediatum per negationem fiat dubium, oportet illud probare per illud remotius mediatum. Eandem opinionem refert, & cum ea transit Do. Ant. hic, in repetit. dicens, Cyn. idem tenere. Bar. autem in repet. l. 2. q. 25. C. quæ sit longa consuetu. distinguit, quicquid dicant moderni, secundum eum, q̃ aut consuetudo est notoria, & tunc non oportet eam allegare, sicut nec probare, allegat in arg. l. emptorem. in prin. ff. de act. emp. & text. in l. si vero. §. 1. ff. qui satisda. cogan. text. in l. ea quidẽ. C. de accusa. & no. in l. ciues & incolæ. C. de appel. idem dicit Bald. in l. 1. C. vt quæ desunt aduo. partium. ad fi. & ibi refert & comprobat Alex. colum. 1. Aut vero consuetudo non est notoria, & tunc si est contra legem, est alleganda in libello, ratio est, secundum eum, quia intentio aduersarij fundata est de iure communi, & nisi proponeretur in libello, aduersarius non posset esse instructus, an debeat cedere vel contendere, quod fieri debet, l. 1. in princi. ff. de eden. Cardin. autem Flor. hic q. 36. improbat prædictas duas opiniones. & primo dicit, q̃ ratio Petri supra relata, non vrget, quia consuetudo se habet per modum causæ immediatæ simul cum causa particulari, ex qua agitur. Exemplum in consuetudine, quod primogenitus succedat, causa quia primogenitus potest petere omnia bona, non est sola, quia sit primogenitus, secundũ eum, sed quia primogenitus est, item quia talis est consuetudo. Fatetur tamen, q̃ vbi agitur reali, sufficit q̃ dicam rem esse meam, licet non dicam, ex qua cã. Opinionem autem aliam supra relatam, quam dicit Card. fuisse Ia. de Raua. improbat ipse alia ratione, scilicet, qa notoria, licet non debeant probari, tamen debent allegari, secundum glos. in clem. appellanti. in verbo, iudicis. infra de appel. Item, quia libellus debet concludere, saltem præsumptiue l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. credi. Qui ergo agit ex consuetudine, quę est cõtra ius. debet eam allegare, alias libellus reijceretur. Si autem consuetudo non est cõtra ius, aduocatus debet eam allegare, vt ipse dicit, quia consuetudo est facti c. i. de consti. lib 6. & facta non præsumuntur. allegat c. super hoc. infra de renuncia. & ca. cum in iure infra de officio de leg. Præmissam etiam opinionem pungit communis præceptor, in d. l. de quibus. per fundamentum gl. in cle. appellanti. non tamen facit mentionem de Cardi. hic. & idẽ in effectu concludit Do. Ale. in d. l. 1. col. 1. C. vt quæ desunt aduo. partium vbi distinguit, Aut quęrimus, an iudex possit suppiere in cõsuetudine notoria absque eo quod probetur, & dicendum est, quod sic per glo in l. 1. in princi. C. qui & ad uer. quos. Aut vero quærimus, an iudex possit supplere, quãdo pars non allegat consuetudinem notoriam, & dicendũ est, quod non, per glo. in dicta Clem. appellanti. & ita mihi concludendum videtur, quia illa ratio, quod notoria allegari saltem debeant, solida est. & procedit, vbi materia notoria cõsideratur, ut super ea insistatur, vt in terminis nostris. non autem, si solum cõsideratur, vt de ea habeatur notitia, quia tunc verum esset, quod notorium non deberet etiam allegari, vt declarat Ioan. de Imola in dicta Clem. appellanti. in 3. col. ibi, tempora tamen. & tradit Domi. Felin. alia adducens, in capitũ. cum ordinem. in 8. colum. uersic. secunda declaratio, supra de rescrip. item maxime procedit, vt materia notoria sit alleganda ab eo, qui in iudicio seu coram iudice comparet, ut contingit in libellante, de quo nos loquimur, & in appellante, de quo loquitur glo. in d. Clem. appellanti & declarat Abb. ibi & in capit. ex parte. el 1. ad fi. infra de appel. & tradit Do Felyn. in dicto cap. cum ordinẽ. in uersic. secunda declaratio. vbi per plures col. ornat & commẽ-
5 dat glo. in d. Clem. appellanti. Sed hic cadit † accessoria dubitatio. Pone, quod in libello quis alleget consuetudinem, & super ea se fundet, & tñ non adsit aliqua consuetudo, sed bene adsit statutum, nunquid procedat libellus. In hoc Barto. in d. l. de quibus. in lectura, in fi. concludit, quod non, & proinde dicit, quod reus erit absoluendus. Et mouetur, quia, qui proponit actionem ineptam, succumbere debet l. 1. ff. si mẽsor fal. mod dix. cum alijs per eum allegatis. conconcordat tex. in c. examinata. infra de iud. & cum Bart. vbi supra, transeunt communiter alij, & in specie Guliel. Ab. & Do. Marti. Laud. idem Albe. in 1. par. statutorum q. 38. Contrarium tamen tenet communis præceptor, in d. l. de quibus. col. fin. & in l. sed & si possessori. §. item si iurauero. col. 2. ff. de iureiur.
6 Et mouetur, quia verba libelli † debent large & improprie intelligi, vt sustineatur libellus, vt per Bar. in d. §. item si iurauero, & in l. si olei. C. loca. & tradunt Doct. in varijs locis, cõgestis per communem præceptorem in d. §. item si iurauero sed appellatione consuetudinis, venit statutum, secundũ Bald. in l. 2. in fin. C. de bonis, quæ libe. & D. Alex. in consilio
7 190. incip. mature. col. 2. in 2 vol. & sequuntur † nouiores in ca. 1. in penul. notab. supra de cõsti. igitur sustinebitur dictus libellus, Pro certo ista opinio colorara est, & eam comprobo ex doctrina Abb. & posteriorum, post Inno. in c. super literis. sup. de rescrip. col. 3. vbi. in simili dicunt, quod quando intentio impetrantis potest aliquo modo includi sub verbis irescripti, tunc rescriptum opitularetur impetranti, alias secus. Item comprobo per simile, quia si fiat cõpromissum in aliquem de iure, attendenda est etiam cõsuetudo, vt plene concluſi post Abb. in rubri. supra eod. & ibi expresse Abbas parificat ius, statutum, & consuetudinem. & facit doctrina Barto. in l. 1. in fin. ff. de legi. & text. in §. cum itaque. 1. dist. Tamen quia durum est a comuni opinione recedere, quam tenuerunt Docto supra relati, cogitaui ea saluari posse, negando quod appellatione consuetudinis, veniat statutum. id enim nullo iure probatur, nec ad hoc aliquid allegãt, quod vrgeat, Bal. nec alij relati paulo ante. Quinimo in substantia differunt quia statutum ex expresso consensu inducitur, consuetudo vero, ex tacito. & ista est substantialis differentia, vt dicunt hic Ioan. Andr. in summa sua, versic. secundo. & Do. Anton. in fi. & Bart. in repe. d. l. de quibus. in 1. q. principali, & bene probatur in illo tex. Est bene verum, q̃ statutum & consuetudo continentur appellatione iuris. §. constat. & §. ex non scripto. Instit. de iure natu. & ita procedunt not in rub. supra eod. Item verum est, quod statutum & consuetudo habent vim legis, vt inquit Bart. in d. l. 1. sed, vt dixi. in substantia differunt, nec probatur, q̃ statut. comprehendat consuetudinem, nec proprie, nec improprie, & proinde si in libello vnum exprimitur, ad aliud nõ extẽditur. vt si quis exprimat se emisse, & probet donationem, succumbere debet. c. abbate. §. cęterũ. de reiud. lib. 6. tradunt Doct. in d. c. super literis, & in d. c. cæterum. in c. examinata infra de iudi. & bene probatur in simili, in d. l. pri. ff. si mensor fal. mod. dixe. & tamẽ ita acquiritur dominium ex donatione, sicut ex venditione, & sic idem effectus ꝓducitur, & in vtraque militat eadem ratio. Sed id non sufficit, quia oportet, q̃ intẽtio libellantis aliquo modo ex verbis libelli concipiatur, per p̃dicta. Et gaudeo reperisse, q̃ Ioan. And. in summa sua huius materię, quam ponit post istud c. fi. in col. antepe. clare firmat eandem opinionem quam supra defensaui, & dicit eam indubitatã esse, & alleg. text. in d. c. abbate, & expresse præsupponit, quod dixi supra, scilicet, quod appellatione consuetudinis, non comprehendatur statutum, nec econtra. & idem dicit D. Anto. hic in repe. in fi. allegans, idẽ tenere Guli. in d. l. de quibus. idem tenet Card. Floren. hic q. 44 mouetur, quia agenti ex vna causa, non sufficit aliam ꝓbare. d. c. abbare. Subiicit tamen, quod talis actor poterit denuo apte agere, per tex. in c. examinata infra de iud. Præmissam etiam opi. cõmunem comprobo ex tex. in rubri. de statutis & consuetudinibus contra libertatem Ecclesiæ editis. in libro feudorum, vbi præsupponitur, statutum & consuetudinem esse diuersa, quia dicto, Et, ponitur inter diuersa, vt est glos. in rubri. ff. de iuris & facti ignoran. Et hoc modo clare sustineo communem opinio. ab impugnatione communis præceptoris. Crederem tamen, quod vbi quis allegaret consuetudinem, sufficeret ei probare præscriptionem, quia largo modo vnum sub alio continetur. & ita reperio decidere Aegidium Bellameram in consilio suo 10. incipien. factum est tale. colu. 16. versi. ad secundam quæstionem Quar
8 to † quæro, quot testes requirantur ad probandum cõsuetudinem? In hoc breuiter conclude, quod saltem duo requiruntur. ita Host. in summa huius tit. in §. quot & per quos testes. idem decidunt Cy. & Bar. in repe. d. l. 2. C. quæ sit lon. consuet. q. 36. allegat tex. in l. vbi numerus. ff. de testib & alia idẽ præsupponit Barto. in d. l. de quibus in 4. q. principali, ad fin. cum quo cæteri transeunt ibidem. Idem tenet Ioan. Fabri in §. ex non scripto. Institut. de iure natura, & Abb. in consi. 53. incipi. in præsenti causa. in 2. vol. facit tex. in c. licet vni. uersis. & in c. in omni negocio. infra de testib. Regula enim est vt duo testes plenam probationem faciãt, vt in dictis iuribus probatur, & tradunt Ab & posteriores in c. at si clerici. in prin infra de iudi. & Dd. alibi sæpe. Dicit tamen Ioan. Fabri in d. §. ex nõ scripto. q̃ curia Franciæ requrit decẽ testes ad probandũ ꝯsuetudinẽ. Et an aliter probetur, q̃ per testes, dicam infra quæstione sexta. Quinto quæro, † an Doctori at
9 testanti de consuetudine, credatur? In hac quæstione Bart. in repe. d. l. de quibus. in 4. q. principali, in prin. decidit, quod excellẽti Doctori crederet. Mouetur inter cætera, qa authoritas Doctoris, est probabilis, licet non sit necessaria, vt tradunt glo. & Docto. in l. 1. C. de legib. & probatur in l. 1. C. de profess. qui in vrbe Constan. libro 12. idem tenet Cæpolla. in consilio suo 40. incipi. Lucius. colum. 3. & in consilio 56. incip.

Source : BIU Cujas

incip. Paulus faber. & Paul. de Cast. in cons. 161. incip. in præ
senti causa. in princip. vbi dicit standum esse relationi Baldi.
attestantis de consuetudine. Idem dom. Lanfranc. de Oriano
in repe. c. quoniam contra falsam. infra de probatio. & pleri
que alii Doctores, quos refert communis præceptor in d. l.
de quibus. in penul. col. Contrarium tamē tenuit Bal. in pleri
sque locis, maxime in l. fin. C. de fideicom. in c. cū dilectus.
supra eod. & in l. si qs. §. 1. ff. de pigno. in lectura antiqua. vbi
dicit, quod licet glo. attestetur a liquid de consuetudine ser-
uari, tamen probari debet illa consuetudo, si est contra ius
commune, idem tenet Bal. in l. cōsentaneum. in 3. col. in 5.
oppo. in fi. C. quomodo & qn̄ iudex. idem Alexan. plene in l.
post dotem. ff. solu. matrimonio. in princi. vbi dicit, quod ēt
si plures & plures Doctores affirment in lectura, ita seruari
de consuetudine tamen non probant consuetudinē, nec eis
creditur, quia consuetudo est facti. & in dubiis facti etiam
Principes errant, c. 1. de consti. lib. 6. Fatetur tame Alex. ꝙ
in dubiis iuris eis crederetur, quia data est eis potestas iura
interpretandi & eorū interpretatio est probabilis, licet nō
sit necessaria, iuxta gl. in d. l. 1. C. de legib. Idem firmat dom.
Fran. de Aret in cons. 132. incipien. in causa, quæ vertitur vbi
dicit, quod Doctoribus etiam communiter asserentibus de 13
consuetudine, non crederet, ne duplex specialitas circa idē
concurrat. Prima, quod admittantur testes nō iurati, Secun
da, ꝙ admittantur testes, qui testificētur per scripturā, quod
non licet c. testes. 3. q. 8. Bar. in l. Theopompus. ff. de dote præ
leg. cum aliis per eum adductis. Idem tenent plerique alii,
quos refert & sequitur communis præceptor in d. l. de quib.
Idem voluit Ro. in singularibus suis, sing. 367. incip. Bart. in
l. si filius. & D. Pet. Phil. Corne. in consilio suo 83. incip. circa
primum, in 4. vol. & idem firmat magnus practicus, agnatus
& præceptor meus, dom. Francis. Curtius senior, in consilio 14
suo 78. inci. domina Francischina. ad finem. Et ex præmissis
authoritatibus apparet quod ista est communis opinio, &
ēt bene fundata in ratione, maxime supra relata, scilicet, qa
consuetudo est facti, & ea quæ facti sunt, plerunq; ue etiam
prudentissimos fallunt. l. 2 ff. de iur. & fac. igno. & hoc maxi-
me in consuetudine procedit, quæ plerunq; variatur, & mō
est alba, & modo nigra, vt inqt Host. in princi. summæ suæ,
quem refert Roma. in d. singul. suo incip. Bart. in l. si filius. Et
hanc conclusionem tenendo, non obstat, quod supra dictū
est, scilicet, ꝙ authoritas Doctoris, est ꝓbabilis, quia id ꝓce-
dit in his, quæ sunt iuris non aūt in his, quæ sunt facti, vt de-
clarat d o. Alex. in d. l. post dotē. & ex hac declaratione, tollū
tur ēt quędā alia super quib. fundat Bar. in d. l. de quibus qua
tenus illa sint verba Bartoli. Sed plerique attestantur, ꝙ illa
non est repetitio Bartoli. Inquit enim Io. de Imola in l. is, q
reus. in fi. ff. de public. iudic. quod scripta Bartoli in 1. libro.
ff. veter. forte nō sunt scripta Bartoli sed cuiusdam alterius
Doctoris, qui pro eo legit, quia illa scripta in multis variant
10 ab aliis dictis per eum. Sexto quæro, † qualiter, & quomodo
probetur consuetudo, & quid debeant deponere testes ad-
ducti ad probandum consuetudinem, glos. magna hic circa
medium, dicit, quod consuetudo est difficilis probationis.
& dicit Hostien. quem refert Ioan. Andr. hic, quod est quasi
impossibilis. idem dicit Falgo. in consilio suo 6. incipien. qui
dam emphyteuta. in fine. & dicit Abb. in cons. 53. incip. præ
dicta causa. in 2. volu. quod est difficilimum probare cōsuetu-
dinem, & quod multi credunt probare consuetudinem,
& aberrant, allegat Cyn. in d. l. 2. C. quæ sit longa consuetu.
idem Cardin. hic quæstio 46. ad finem. Nec est mirum, quia
consuetudo modo est alba, modo nigra, vt inquit Ludo Ro
ma. in singularibus suis, singula. 367. incipien. Barto. in l. si fi-
lius. & dixi etiam in præcedenti quæstione. & dicit Barto. in
repetit d. l. de quibus. in 4. quæstio. principa. in princip. quod
vis istius materiæ consuetudinis multum pendet in hoc, sci
licet qualiter consuetudo probetur. Sed in primis aduerten
dum est, quia videtur, quod consuetudo non indigeat ꝓba-
tione, cum sit ius. §. constat. & §. ex non scripto. institu. de iu
re natu. Ius autem non indiget probatione, quia est certum
l. ab ea parte. ff. de probat. l. ornamentorum. ff. de auro & ar-
gen. leg. Pro solutione dicas, quod contrarium præallegatū
procedit in iure scripto, Secus † est in iure non scripto, quod
ex facto pender, vt consuetudo. ita inquit glo. Bal. & alij cō-
muniter, in l. 1. C. quæ sit lon. consuet. Hinc dicit gl. in c. 2. in
verbo, rationabili. de confes. lib. 6. & Bal. in d. l. 1. quod licet
positioni iuris scripti nō sit respondendū, secus est in positio
ne cōsuetudinis. idem dicit Bar. in l. 2. in vlt. col. ff. de cōfes.
& in l. omnes populi. in fi. ff. de iustit. & iure. idem Bald. in l. 2.
§. quod obseruari. in 5. q. C. de iuramen, calumnię. Et hic es-
set facilis modus probandi consuetudinem, seu releuandi
12 aliquem ab onere eam probandi. Hoc sic p̄supposito, † Bart.
in d. l. de quibus. in 4. q. tradit longam doctrinam, qualiter
sit probanda ꝙsuetudo, faciendo in effectu plura membra,
quæ prosequar singulatim. Dicit enim Barto. quod quando
que consuetudo est redacta in scriptis, quandoque non. Qn̄
est redacta in scriptis, distinguit, aut est redacta authoritate
superioris vel populi, ut in usibus feudorum, & consuetudi-
ne ciuitatis vrbis Romę, & ciuitatis Mediolani, & talis con-
suetudo probabitur per libri apertionem, sicut aliud ius scri
ptum. Hoc primum membrum non habet dubium, & pro-
pterea aliter non insisto. Quandoque redigitur in scriptis a
Doctore, & tunc, secundum eum, etiam probatur assertio-
ne excellentis Doctoris. hoc secundum membrum fuit im-
probatum in quæstione præcedenti, dic, vt ibi dictum est.
Qn̄que reperitur scriptum in actis publicis, talem esse con-
suetudinem, vt quia iudex pronuntiauit inter duos, talem
esse consuetudinem, & tunc, post relatas opiniones contra-
rias, decidit, quod si iudex pronunciauit diffinitiue, cā cogni
ta, talis sententia probat cōsuetudinem apud omnes, Si au-
tem pronuntiauit interlocutorie, secus. argu. l. fi in princ. C.
de legib. & l. 2. & 3. & ibi nota. eod. titu. Nec obstat, secundū
Bart. quod res inter duos acta alijs non præiudicet. toto titu.
C. res inter alios acta. quia verum est in his, quæ respiciunt
ius priuatum, vt qa talis fundus sit Titij vel non, sed in his
13 quæ respiciunt ius publicum, † vt quia talis sit consuetudo,
tunc omnibus præiudicat, sicut in popularibus iudicijs dici-
mus, l. eum, qui. §. in popularibus. ff. de iureiur. idem in effe-
ctu voluit Io. And. post Vinc. in sum. sua de cōsue. col. 5. ver.
circa tertium. intelligens hoc verum, quando a sententia
non fuit appellatum, & iudex non pronunciauit per errorē,
uel corruptus. Idem dicit Archi. in cap frustra 8. dist. & Bal.
in l. cum de consuetudine. ff. de legibus. Aliter tamen in hoc
membro loquitur Bar. in repe. d. l. 2. C. quæ sit lon. consuetu.
q. 28. & post multa distinguit, asserendo hanc esse opinionē
14 Gul. de Cng. in d. l. de quibus. Aut † talis sententia fuit lata cū
contradictore legitimo, puta cum syndico vniuersitatis, &
tunc cōsuetudinem inducit, seu inductam probat, inter om
nes. & ita dicit saluari posse opinionem Azo. & glo. in l. cum
de consuetudine. ff. de legibus. Aut vero non fuit lata cum
contradictore legitimo, & tunc secus est. ita procedit secun
dum eum opinio Iacobi, Pet. & sequacium. allegat tex. in ar
gu. in l. cum non iniusto. ff. de col. detegen. & alia. idem in ef
fectu dicit & clarius D. Ant. hic in repe. col. 9. allegans idem
tenere Ioan. And. in c. abbate. infra ve uerbor. significat. &
subijcit, hāc esse communem opinionem. Dicit tamen Do.
Anto. quod dato, quod legitimus contradictor vel syndicus
vniuersitatis non comparuisset, sed priuatus, sententia pro-
baret consuetudinem in eius præiudicium, declarando vt p
eum. Hęc distinctio etiam mihi placet, tum, quia rationabi
lis est, tum, quia communis est, vt attestatur D. Anto. supra
relatus. Intelligo tamen hanc conclusionem procedere, ut
supra dictum est, scilicet, quando per sententiam præcise p̄-
nunciatur talem esse ꝙsuetudinem, quia alias, an ex sn̄a ꝓ-
betur consuetudo, in sequenti membro dicetur. Et stante p̄
dicta distinctione, infertur, quod ex eo solo, quod obtētum
fuit in ꝯdictorio iudicio consuetudinem sic esse, nō probat
consuetudo, sed oportet, ꝙ sit obtenta mō, quo supra. & ita
declarandus est tex. in d. c. abbate. & in d. l. cum de consuetu
dine. ff. de legib. quæ iura videntur velle, ꝙ consuetudo tūc
sit probata, cum in contradictorio iudicio sit obtenta. & ita
etiam est declaranda doctrina Abb. hic in 6. requisito ꝙsue-
tudinis, & in d. c. abbate. in gl. in uerbo, contradictorio. vbi
dicit, ꝙ vnus modus probandi ꝙsuetudinem est, ꝙ sit obtē-
ta in contradictorio iudicio. Possunt tamen etiam intelligi
dicta iura & doctri. Abb. hic in casu sequentis membri, ut ibi
dicemus. Et aduertendum est, quia Doctor. in hoc membro
præsupponunt sufficere, semel iudicatum talem esse cōsue
tudinem. quod notandum videtur, quia aliud esset in cōsue
tudine inducenda, vt dicam in sequenti membro. Decisio
.n. præfatorum Doct. procedit, quo ad probandum consue-
tudinem iam inductam. Item præsupponunt præfati Doct.
nullum tempus vel præscriptionem requiri post sententiā
prædictam. quod est rationabile, quia ex tali sentētia agitur
de probanda consuetudine iam inducta, vt prædixi, nō au-
tem de consuetudine inducenda. Et prædicta duo præsuppo
sita faciūt Compost. & Vincen. maxime, quos hic refert Io.
And. in dicta summa, col. 5. idem sentit glo. in rub. C. quæ sit
long. consuet. in fi. & licet Bal. ibi in fi. aliter intelligat dictā
glo. & dicat, quod requiruntur plures sententiæ cum longo
tempore, & simpliciter refert & sequitur Do. Pet. Rauen. in
suis allegationibus & conclusionibus consuetudinis, circa
fi. tamen verius videtur id, quod p̄supponunt alij prędicti
allegati, quia sententia, per quam pronunciatur, talem esse cōsue-
tudinē, nō inducit consuetudinem, vt prędixi, sed inductā
probat, vt ēt inquit Vincen. quem refert Io. And. in d. sum.
in princip. Illud autem, quod dicit Bald. in d. rubr. procedit
in alijs sententijs, ex quibus consuetudo inducitur, prout

Source : BIU Cujas

inducerẽtur ex alijs actibus, vt diximus supra in requisitis consuetudinis, in septimo requisito, & dicam statim in se-
15 quenti membro. Quandoque & † quarto, vt inquit Bartol. vbi supra, reperitur scriptum non de consuetudine, sed de eo, ex quo resultat consuetudo, verbi gratia, producuntur duæ sententiæ latæ infra 10. annos, in quibus tota hæreditas primogenito est adiudicata, non tamen est scriptum in sententia, quod talis sit consuetudo, an per hoc probetur consuetudo. In hoc membro Bar. in d. l. de quibus. in d. 4. q. principali, dicit se audacter tenere, quicquid dicãt vltramõtani, inhærentes, ut ipse dicit, phantasijs eorum, & quos, ut ipse dicit, sequitur Cyn. quod probata est consuetudo. allegat text. in l. 1. C. quæ sit longa consuet. & in l. an in totum. C. de ædifi. pri. & tex. in l. cum de cõsuetudine. ff. de legi. Nec est opus secundum eum, quod probetur, maiorem partem populi id sciuisse, quia cum sententia ferat cum magno cõflictu, l. fi. C. cõmi. vel epist. lex p̃sumit, ꝙ id sciat maior pars populi, uel saltem maior pars consiliariorum, qui repræsentant populum, ut no. per glo. in rub. C. quæ sit longa consue-
16 tudo. Consiliarij † enim, secundum eum, præsumuntur scire quæ fiunt in communi & in palatijs, in quibus uersantur. l. de tutela. C. de in inte. rest. Et subijcit, idem esse in sententijs interlocutorijs, item subijcit idẽ esse, si reperit in actis, hoc obseruatum esse sine contradictione, vel conflictu. allegat casum in d. l. cum de consuetudine. prout ibi est litera nega-
17 tiua, ff. de legibus. Et quod † duę sententiæ probent consuetudinem, etiam tradit gl. clara in rub. C. quæ sit lon. consuetu. Aliter tamen loquitur ipse Bart. in repetit. d. l. 2. col. 11. uers. deinde quæro, quot requiruntur. ubi concludit post Hostiẽ. Archi. & Mar. Sillimani, & Guliel. de Cu. per eum relatos, ꝙ cum non sit expresse determinatum, quot actus requirant ad consuetudinem inducendam, ꝙ tot actus requiruntur, ex quibus colligatur tacitus consensus populi, & hoc arbitrio iudicis committitur, l. 1. in fi. ff. de iure delib. cum similibus & sic ibi Bar. non vult præcise, ꝙ duæ sententiæ sufficiãt vel requirantur, prout vult in d. l. de quibus. in 4. q. principali. Tandem in hoc puncto communis est opinio, quod per actus iudiciorum inducatur consuetudo. ita inquit Barto. in rep. d. l. de quibus in 2. q. principali, per tex. in d. l. cum de cõsuetudine. ff. de legi. probatur etiã in l. nam Imperator. eod. tit. Magna tamen diuersitas est inter Docto. respectu numeri, videlicet, an duo vel plures actus iudiciales sufficiant. Et
18 in hoc † communis est opinio, ꝙ requirantur tot actus, vt verisimiliter transiuerint in notitiam & tacitum consensum populi. ita attestatur Ab. hic in 7. requisito consuetudinis. & idem plenius dicit hic D. Ant. in repeti. col. 7. dicens etiam, ꝙ est arbitrarium, quot actus requirantur, & ꝙ sunt considerandæ qualitates actuum, & loci, & personarum illos actus facientium. Vnde dicit, ꝙ si causa aliqua verteretur de modico inter duos ribaldos, tunc ex pluribus actibus non induceretur consuetudo, quia talia non ponderantur a populo, Secus, si causa inter duos magnates, & de magna quantitate uerteretur, quia talia ponderat populus. talia ergo. secundũ eum, iudicantis arbitrio relinquuntur. Idem in effectu vult Bal. in l. 1. circa principium, C. q̃ sit lon. consue. & ita firmaui supra in septimo requisito consuetudinis, & ibi alias authoritates allegaui, & hanc ꝯclusionem ibi quadrupliciter limitaui. Ex p̃missis expeditũ est primum membrum, videlicet, qñ consuetudo est redacta in scriptis, qualiter probet. An autem ex sententijs nullis, vel non executis, vel ex sentẽtijs arbitrorum, & similibus, inducatur consuetudo, dixi remissiue supra in septimo requisito consuetudinis. Secundũ
19 est membrum, quando consuetudo † non est in scrtptis redacta, sed ad probandam consuetudinem acta extraiudicialia inducuntur, & tunc qualiter consuetudo probetur. Dicit Bar. in effectu in d. l. de quib. in repet. quartæ q. cum quo posteriores transeunt, ꝙ consuetudo probatur etiam per acta extraiudicialia, putã per instrumenta, uel per testes. Per instrumenta, ut in casu, quando tractatur, quæ sit consuetudo ꝺhendi l. ꝙ si nolit. §. quia assidua. ff. de ædilit. edict. cum similib. & in l. in stipulationib. ff. de reg. iur. & subijcit se credere quod tunc requirantur tot actus, ex quibus verisimiliter colligatur tacitus consensus populi, quia, ut ipse inquit, acta extraiudicialia non ita innotescunt sicut iudicialia l. in donatione. C. de don. l. omnium. C. de testa. Istum modum probãdi per instrumenta, & ꝙ tot instrumenta requirantur, ex q̃bus verisimiliter colligatur tacitus consensus populi, satis ẽt voluit Abbas hic in septimo requisito in genere loquẽs. Et dicit Bal. in l. 1. ante fi. C. ad Velleia. ꝙ consuetudo, quæ inducit ꝙ renuntiationes, quæ fiunt a mulierib. fiãt sine subscriptione testium, probatur ex inspectione instrumentorũ oĩum super dictis renuntiationibus factorum, nec alia eget ꝓbatione. Et dicit pulchre Ab. in cons. suo 53. inci. in prædicta cã. in prin. in 2. vol. ꝙ licet in Comitatu Mutinensi fuerint producta octo instrumenta sine nomine Imperatoris. non tamen fuit probata cõsuetudo, quod instrumenta possint fieri siue nomine Imperatoris, quia illi actus conficiendi illa instrumenta non deuenerunt verisimiliter in notitiam populi. Idem Abb. in cons. 73. incip. in quæstione verten te inter dominam Floridam. colu. 2. in 2. vol. vbi dicit, quod licet fuerint producta plura inuentaria cum certa solennitate, ad probandum, quod consuetudo erat, vt inuentaria cũ tali sollennitate conficerentur, tamen per hoc non fuit probata consuetudo. & ratio est, ſm ipsum, quia ex eo non apparuit de tacito consensu populi. & hæc doctrina rationabi-
20 lis est, & pro ea faciunt dicta in præcedenti puncto. Et si tu † quæras per quot instrumenta verisimiliter colligatur tacitus consensus populi, respondetur, quod ex quo a iure determinatũ non reperitur, arbitrariũ est, vt in prẽcedenti pũcto concluſimus. & hoc est regulare in omni materia, in qua nõ est facta determinatio à iure. c. de causis. & ibi not. infra de off. de le. l. 1. in fi. ff. de iure delib. glo. in c. fi. in verbo, illustriũ. de re iud. lib. 6. & plures decisiones ad hoc congerit Barb. in c. sedes. supra de reseri. col. 11. & sequenti, & in cons. 70. in fi. & in cons. 80. in fi. in 3. vol. & in cons. 45. col. fi. in 4. volu. Est tñ aduertendũ, quia vbi diuersa esset cõsuetudo Notariorũ, vt quia aliqui apponunt in instrumento vnam clausulam, aliqui non, tuc stamus iuri communi, vt tradunt Bar. & alij in l. 2. in fi. principij. ff. sol. mat. & dixi supra in octauo requisito consuetudinis, in 10. quẽst. eõclusione 2. & an attendatur consuetudo omnium Notariorum, vel vnius Notarij dixi
21 supra remissiue in rub. in q. 4. in fi. principij. Qualiter autem † probetur consuetudo per testes? Dicit Bar. in dicta quæstione principali, quod quandoque tractamus de consuetudine, quæ respicit ordinem iudicij, & ista, cum sit modici præiudicij, sufficit quod probetur summarie & sine scriptis, quia secundum eum iudex vocabit ad se aduocatos & procuratores palatij, & explorabit de cõsuetudine. arg. C. de sent. ex breui. reci. auth. nisi breuiores. allegat etiã tex. in l. 3. §. fi. ibi, diligentiæ iudicantis est explorare, &c. ff. de testibus. Quandoque tractamus de consuetudine, quæ respicit litis decisionem, & tunc de hoc debet plene constare, sicut de alijs, vt l. iudices. C. de iud. Et subiicit Bar. quod si testis est homo peritus, vt aduocatus, vel procurator bonus, quod sufficit, si deponat, quod ita est consuetudo, dato quod non interrogetur vlterius, nec aliud dicat. ratio est, ſm eum. quia peritis in arte est credendum de eo, quod intelligũt & cognoscunt ſm eorum doctrinam. l. 1. §. 1. ff. de uent. inspi. l. semel. C. de re. mi. lib. 12. Si autem testis sit imperitus, & deponit, quod ita est consuetudo, tunc, vt dicit Bart. solum cẽsetur deposuisse de facto, scilicet, ꝙ in ciuitate vel loco talis esset vsus, argu. l. stipulatio ista. §. hi quoque. ff. de verbo. obli. & tunc an exta li vsu sic probato resultet consuetudo, dicit Bar. ꝙ id remanet in examinatione iudicis, consideratis his, quæ s̃ dixit, voluit dicere, considerato tempore, quo fuit obseruatus ipse vsus, & considerato an tales, & tanti fuerint actus facti, ex quibus verisimiliter tacitus cõsensus populi colligatur, vt supra declaraui. Cum ista doctrina Bart. simpliciter transeunt posteriores communiter ibidem, uidelicet in d. l. de quibus. & communis prẽceptor ibi se remittit. Sed tu aduerte, quia
22 † in primis iudicio meo est uidendum, quomodo sint formãda capitula ad probandam cõsuetudinem. In hoc Card. Floren. hic quæst. 40 in fin. dicit, ꝙ requiritur magna diligentia in formando capitula super consuetudine, sed utile est ſm eum, quod fiant capitula multum distincta super his, quæ consistunt in facto puta, ꝙ fuit sic seruatum, & ꝙ tanto tempore, & populo sciente uel maiore parte populi. Idem in effectu dicit Bart. in l. Labeo. col. pen. ff. de supel. leg. ubi dicit, quod articulus formabitur sic, Quod à decem annis citra, & per ipsum tempus communis usus fuit in ciuitate ista, quod ille qui emeret pannum de lino, haberet ad mensurambrachii maioris. & iste modus capitulandi satis etiam colligitur ex infra dicendis, tradit etiam Spe. in. tit. de contue. circa medium. Et ex exemplis traditis per Bart. & Spe. in dictis lo-
23 cis, habes formam traditam in similibus casibus. Hoc sic † declarato, uideamus de modo probandi, & uideamus, utrum Bart. in d. l. de quibus bonam tradat doctrinam. Concludit enim primo Barto. ibi in 4. quæst. quod respectu consuetudinis, circa ea, quæ respiciunt ordinem iudicii. iudex potest se informare ab aduocatis & procuratoribus, sed de hoc infra specialem formabo quæstionem, & est octaua quæstio in ordine, & dicam quid tenendum. Inquantum autem Bartol. dicit, quod in respicientibus litis decisionem, consuetudo
24 † debet plene probari idem cõcludit ipse in repet. d l. 2. q̃st. 27. ad fi. C. quæ sit longa consuetu. Mouetur per text. l. 1. C. eo. ti. ubi tex. dicit, quod ꝯsuetudo debet probari cã cognita intelligitur ergo, plene, ſm eum. allegat tex. in d. l. iudices. C. de iud. idẽ uult Bar. ibi, quẽst 28. in fi. ubi, dicit, ꝙ siue ꝯsue

tudo

Source : BIU Cujas

25 tudo †proponatur per viam exceptionis, ſiue per viam officij iudicis, ſiue per viam citationis realis vel perſonalis, debet plene probari. & allegat ad hoc bona iura. Hoc etiam ſatis vult Bal. in d l.1. vbi exillo tex. in principio indefinite & ſimpliciter notat, quod allegans conſuetudinem, debet eã probare. & idem repetit Bald. ibi colum. fi. idem Barto. in l. omnes populi. in fi. ff. de iuſtit. & iure. & faciunt dicta ſupra in quarta quæſtione. & in hoc reſident communiter Dd. Inquantum autem Bart. dicit, quod ſufficit teſtem deponere, quod ita ſe habet conſuetudo, declarando, vt prædixi, reperio, quod ipſemet aliter loquitur in repetit. d. l. 2. quæſtio. 28. vbi poſt multa dicit, ꝙ teſtes deponere habent tria, ſcilicet, vſum populi, frequentiam vſus, & temporis diuturnitatem. & tradit practicam hoc modo, Pone, ꝙ quis velit probare conſuetudinem matrimonij. de qua fit mentio per gl. in l. dos à patre. ff. ſol. mat. videlicet, quod ſi vxor decedat in matrimonio extantibus liberis, quod maritus lucretur dotem, Iudex interrogabit teſtes productos, nunquid viderint vnquam vti, quod maritus fuerit lucratus dotem prædictã, dicent, quod ſic. iterum quæret iudex, quid vidiſtis de hoc? ipſi dicent, Vidimus ſemel iudicatum pro marito, præſentibus tot, inter duos. Item vidimus alia vice ſic iudicatũ inter alios duos, tot præſentibus, qui faciunt maiorem partem populi. & tunc iudex vltra procedet, & quæret, Quot anni ſunt ꝙ vidiſtis prædicta? ſi ipſi reſpondent, Decẽ ſunt anni. ecce, dicit Bar. habemus conſuetudinẽ probatam. Et ſubijcit Bar. quod quando teſtes interrogati, quot & quibus præſentibus fuerit ita iudicatũ vel geſtum, dicũt ſe neſcire, quod non ꝓbant. l. 1. C. quæ ſit lon. conſue. cum ſimilib. Si tamen deponãt de numero præſentium, & dicant ſe illos non cognouiſſe, dicit Bar. ꝙ ſi probatio erat facilis, propter modicum nũerum, tunc idem, ſcilicet, quia non probant, ex rationibus per eum adductis. Si aũt probatio erat difficilis, propter magnũ numerũ populi tũc dicit Bar. ſe tenere cũ Petro, videlicet, ꝙ talis probatio valeat, ꝙa in his. quæ liquide probari non poſſunt, ſtandum eſt coniecturis, l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mili. Fragilitas enim memorię talem difficultatem inducit quia nomina propria hominũ probabiliter ignorant. allegat l. ſi quis in fundi vocabulo. in prin. ff. de lega. 1. Præmiſſam doctrinã, videlicet quod teſtes inducti ad conſuetudinem probandum, debeant deponere tria ſupra relata, videlicet, vſum populi, frequentiã, & tẽporis diuturnitatẽ, ex quibus tacitus conſenſus populi colligatur, tradit etiã Abb. in conſ. 53. incip. in prędicta cauſa. circa fin. in 2. vol. & Alex. in conſil. 45. incip. viſis atteſtationibus. in prin. & in conſil. 131. incip. in cauſa vertente. colu. 4. & in conſil. 136. incip. in cauſa & lite. col. penul. in eod. vol. & eam prius tradunt Pet. & Cyn. in d. l. 2. Et dicit Ioan. An. in ſum. huius tit. col. 13. in fin. quod fatuus eſt teſtis, qui deponit, quod talis eſt conſuetudo, quia ſe ſubijcit ad anceps periurium, etiã peritiſſimi deficiũt in definitione ꝯſuetudinis. & ꝓpterea debet teſtis ſecundum eum deponere de facto, in quo conſiſtit conſuetudo, non autem debet deponere conſuetudinem ſic eſſe. quia deponerer de iure, & non de facto perceptibili ſenſu corporis ſui Subijcit tamen, quod ſi teſtis deponeret, cõſuetudinẽ aliq̃ eſſe, & ſubijceret, ꝙ tot actus interuenerunt, ex quibus colligitur conſenſus maioris partis populi, quod tunc teſtimonium valeret, ſicut, vt ipſe dicit, probatur, præſumptiue, quẽ eſſe filium, probando ꝙ ex iuſtis nuptijs natus eſt. l. filiũ. ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni iur. Et concluſiue dicit, quod teſtis debet deponere tria, ſcilicet, vſum populi, frequẽtiam, & temporis diuturnitatem, quia cum cõſuetudo ſit ius, neceſſe eſt probare id, ex quo ius elici poteſt. Idem in effectu concludit D Anto. hic, & d. Car. Flo. hic quæſt. 40. Idem Bal. in effectu d. l. de quibus. verſ. poſtremo. vbi etiam tradit practicam, videlicet, quod teſtis deponens de conſuetudine, interrogatus de cauſa ſcientiæ, debet dicere, quod ita uidit obſeruari, practicari, & fieri in palatio communis & populi, publice & notorie, longo tempore, in multis litibus & cauſis, & in omnibus, in quibus ipſe inter fuit. Aliam practicam tradidit Bar. in l. Labeo. ff. de ſupel. leg. quæ tamen in idem recidere uidetur. Alias referunt Ioan. And. in dicta ſumma, col. 15. & Card. Flor. hic quæſt. 40. & Hoſt. hic in ſumma. §. qualiter conſuetudo. & aliam tradit Bart. in dicta l. de quibus. & aliã in d. l. 2. q̃ſtione 28. quas ſupra recetuli. & quaſi oẽs practicas prædictas, & modos probandi conſuetudinem, refert D. Anto. hic. Et concluſiue ex præmiſſis apparet, communẽ eſſe opinionem, ꝙ teſtes debent tria ſupra relata deponere, ſcilicet vſum populi, actuum frequentiam, & temporis diuturnitatem. Et eandem ſententiam in effectu uoluit Ioan. Fabri. in §. ex non ſcripto. Inſti. de iure natu. ubi dicit quod ſi producuũt teſtes ſuper conſuetudine tꝑ legitimo inducta, oportet ꝙ deponant tot & tales actus ex q̃bus p̃ſumat̃ ſcientia populi, & deturſus tꝑis, ex quo p̃ſumat̃ animus, & alia, q̃ neceſſaria ſunt ad conſuetudinem indũcendam. & ſubijcit videri neceſſe, quod teſtes ſpecificẽt caſus & perſonas, inter quas hęc uiderunt, alias non poſſet ex eorum depoſitionib. deprehendi, qui ſint ſufficientes actus ad conſenſum populi præſumendum. Et quod teſtes debeant deponere tria prædicta, etiam firmat Do. Petrus Philip. Cor. in conſi. 193. incip. circa ſupra dictam conſultationem. in 1. volu. ſubijciens, ad uertendum eſſe, quod Ioan. And. hic non requirit, ꝙ teſtes probent ſcientiam populi, quia id pertinebit ad iudicium intellectus, vtrum ſcilicet actus probati ſint tot, & tantæ importantiæ, & talis naturæ, quod ueriſimiliter peruenerint in notitiam populi vel maioris partis, & dicit hoc etiam eſſe de mente Do. Anto. & aliorum hic. Iſtud enim, ſcilicet an actus deuenerint in notitiam populi, cum pertinere videatur ad iudicium intellectus, ſpectat ad officium iudicis magis, quam ad iudicium teſtis, vt inquit præfatus Doctor. Sed tu circa præmiſſa aduerte quod inquantum Docto. concludunt, teſtes †debere deponere de temporis diuturnitate, nõ 26
ſufficeret probatio teſtium dicentium, A decem annis citra ita obſeruatum eſt. qnia talis ſermo uerificatur in obſeruantia vnius anni, uel ad obſeruantiam anni, qui prędecedit depoſitionem, vt eſt doctrina Io. Andr. & Docto. in capit. licet cauſam. infra de proba. & ibi plene moderni. eſt etiam vulgata doctrina Bar. in l. Celſus. ff. de vſucap. & tradit Aret. in conſi. 102. inci. in cauſa & quęſtione D. Pet. Philip. Cor. in cõſilio ſuo 89. incip. viſis. col. 4. in 1. vol. Debent ergo teſtes deponere de continuo decennio, ſeu cum copula. Et, vt puta, quod a decem annis & citra, ita obſeruatum eſt, ut dicunt præfati Doctores, maxime Bar. in d. l. Celſus. declarando, ut per eum. Vel debent deponere, ꝙ a decem annis citra & per ipſum tempus, ita obſeruatum eſt, vt etiam tradit Barto. in l. Labeo. ff. de ſupelle. lega. & dicam infra q. 7. in princip. Et requiritur, quod illi decem anni ſint lapſi ante litem motam, ut tradunt Docto. prędallegati, maxime Bartol. in d. l. Celſus. & Do. Petrus Philip. Corne. in d. conſil. vbi etiam dicunt, ꝙ non ſufficeret teſtem dicere, iam ſunt decem anni, & ultra quia illud, & vltra, nihil operatur, cũ poſſit verificari in vna hora. l. hæc adiectio ff. de verbo. ſignifi. l. & ſi poſt tres. ff. ſi qs cautionibus. Secundo aduerte, quod non videtur ſufficere 27
†probare tria ſupra relata, videlicet, uſum populi, actuum frequẽtiam, & temporis diuturnitatem. Ratio eſt, quia multa alia ſunt, quæ requiruntur ad conſuetudinem inducendã vt per gloſ. Abb. & alios hic, vt ſupra declarauimus, & inter cętera requiritur, quod actus ex quibus elicitur conſuetudo, ſint facti animo inducendi cõſuetudinem, vt inquit glo. Abb. & communiter alij hic, & dixi ſupra in ſeptimo requiſito conſuetudinis. Dato igitur, quod teſtes deponant illa tria, quæ diximus, videlicet, vſum populi, frequentiam uſus & tempotis diuturnitatem, tamen per hoc non eſt probatũ, quod actus, qui fiebant, fierent animo inducendi conſuetudinem. ergo videtur, quod conſuetudo non ſit probata. Pro reſolutione huius difficultatis dicas, quod in dubio dicitur quem vti animo indncendi conſuetudinem, quando facit actum pro iure ſuo, ſcilicet, credens ſe ius habere. vt in poſterum id faciat. Iſta eſt mens glo. & Doct. hic, maxime D. Anto. col. 10. in fi. Quando autẽ colligamus, an quis faciat actũ pro iure ſuo, vel ex gratia, uel amicitia, dicas, quod ex diuerſitate actuum id patet. nam ſi actus ſunt talis naturæ, quod veriſimiliter pręſumatur vtentem non vti pro iure ſuo, ex ipſis actibus non induceretur conſuetudo. exemplum, ſi unus amicus pranderet in domo alterius, non per hoc præſumitur in dubio, quod ille prandeat ibi pro iure ſuo, ſed potius ex quadam amicitia, & alter illum admittat ex curialitate quadam. Ita declarat Inn. in c. bonæ. el 2. infra de poſtu. pręla. circa princip. & Inno Abb. & alij communiter, in ca. cũ eccleſia Sutrina. infra. de cauſa poſſ. & propri. & in propoſito noſtro ita declarant Gemin. & Card. Alex. in ca. conſuetudo 1. diſtin. & etiam ſatis ſentit Archi. ibi dum allegat In
28 no. in dicto c. bonæ. Tertio aduertendum †eſt, quia prædicta procedunt, quo ad probandum conſuetudinem tempore 10. annorum uel alio legitimo tempore inductam, ſed quã do tractaretur de probando conſuetudinem temporis, cuius non extat memoria, non debent quæri nec probari actus conſuetudinem inducentes, quia impoſſibile eſt eos inuenire. ita Oldr. conſi. 244. incip. ad obiectus, qui fiunt. col. 3. tunc enim debent teſtes deponere, ſe vidiſſe obſeruari ſuis temporibus, & a ſuis maioribus audiuiſſe ſic obſeruatum, nec vidiſſe nec audiuiſſe quemquam, qui aliter uiderit obſeruari. ita inquit Io. Fab. in §. ex non ſcripto. inſtit. de iure natu. facit bona gl. in c. 1. in verbo memoria. de præſcri. li. 6. & ẽt tradũt Doct. tradit etiam Bart. in l. 2. §. idem Labeo. ad fi. ff. de aqua plu. arcen. & Do. Alex. alias authoritates allegans, in conſil. 7. incip. ſuper hac dubitatione. in 1. uol. dicunt tamẽ Bart. & Alex. quod ſufficit, ꝙ probetur, cõmunem opinionem eſſe

Source : BIU Cujas

memoriam non extare, sed non loquuntur in cõsuetudine prout loquitur Io.Fab.& de hoc puncto etiam pulchre tradit Do.Pet.Philip.Corn.in consilio suo 222.incip.quia supra in 1.volu.vbi consuluit quomodo probent testes deponentes,quod talis ecclesia non soluit quartam episcopo per tantum tempus,cuius initij memoria in contrariũ non existit.

29 Qualiter autem debeant†deponere testes adducti ad probãdum memoriam extare,uel famam extare, uel non extare, tradit Bar.in d.§.Labeo.per illũ tex.& in l.de minore.§.plurimum.ff.de quæstio.Abb.& alij in c.cum oporteat.infra de accusa.Felin.in c.veniens.el 1.versi.quinta conclusio. infra de testi.Alex.in consil.159.incip.in causa & lite.in 5.vol. Brixin.in consil.suo 8.Felin.in c.exceptionem.colu. penult. de excep.communis præceptor in l.nõ hoc.C.vnde legi.col.3. Barba.cons.12.incip.sapienter scribitur in 1. col.in 4. uolu. Aret.in consil.102.in 1.volu.Alex.cons.82.inci. in causa. in 1.uol.Do.Mari. Soc.in c.qualiter.el 2.infra de accusa.moder

30 niores in c.1.infra.de appel.& magnus practicus Do Francis. Curtius Sen.agnatus & præceptor meus,in repe.l.admonendi.col.71.ff.de iureiuran.& in dictis locis alias authoritates inuenies,Qualiter autem debeãt†deponere testes super notorio,satis colliges ex dictis Doctorum in locis præallegatis, & uide pulchre Abb.& posteriores in ca.cum dilectus. infra de purg.can.Et qualiter probetur communis vsus loquendi dicam infra in quæstione septima. princip. An autem si Po-

31 testas†& concilium ciuitatis attestentur de consuetudine per eorum literas authenticas,tales literæ fidem faciant,tradit Bald,licet clare non decidat,in consilio suo461.incipiẽ. inter Ioannem.in tertio dubio,in prima parte. faciunt melius not.in cap.post cessionem. infra de probatio. Sed circa prædicta suboriuntur aliquæ dubitationes,sine quarum decisione non habetur,ut puto,perfecta doctrina in quæstione

32 præmissa.Prima dubitatio est,quia dicet†quispiam, Supra conclusum est,qđ testes debent deponere de usu populi uel maioris partis,sed impossibile fere videtur, quod testis vere deponere possit,quod totus populus vel maior pars aliquid fecerit,quando populus est amplus. & propterea quæritur de practica deponendi de tali vsu populi, uel maioris partis.In hoc Docto.communiter concludere videntur, ꝙ satis est testem deponere de frequetia seu pluralitate actuũ factorum in populo,vel in ciuitate, vel loco,& de temporis diuturnitate,quia si actus sunt tales.qui verisimiliter deueniant in notitiam populi,uel maioris partis,& ex quibus tacitus ipsius populi consensus colligat,testis bene probat ita in effectu dicit Cyn.in d.l.2.colũ.17.in uersi.sed quæro,quid deponent testes.C.quę sit longa consuetudo.Idem Doctor. quos refert & sequitur Alex.in c.consil.45.in princip & col 2.circa fin.& in d.consi.131.& in d.consi.136.in 2.vol.& clare Bart.in d.l.de quibus in 4.quæst.& in l.Labeo.colũ.pen.ff. de supel.leg.vbi tradit practicam.idem Do. Pet.Philip.Cor. in consi.suo 193.incip.circa prædictam consultationem. in 4.col.in 1.volu.ubi subijcit,quod nõ est necesse, quod testes deponant de scientia populi,quia illud cõsiderare,an actus deuenerit ad scientiam uel notitiam populi,spectat ad iudicem,qui illud arbitrabitur ex pluralitate actuum, & ex illorum qualitatibus,& dicit hoc esse de mente Ioan.And. Do. Anto.& aliorum Docto.hic.Barto.tamen in d.l.2.quem supra retuli,aliter loqui videtur,quia dicit,quod si testes interrogati,quot vel quibus præsentibus factum fuit id, de quo dicitur esse consuetudinem,respondent se nescire,non probant.Vult ergo Bar.quod testes etiam deponere debeant expresse,quod actus facti fuerit præsentibus tot,qui faciãt ma-

33 iorem partem populi.Sed pro concordia credo dicendum, quod†si testis deponeret,quod ita se habet consuetudo, & interrogatus quot vel quibus præsentibus ita cõsuetum est fieri,responderet nescire, quod non probaret & ita decisio Bartol.præallegata procedere posset.& ratio est, quia testis respondens dictæ interrogationi, modo quo supra,ostendit, quod non intelligit quid deposuetit, seu quomodo ipse intelligat consuetudinem esse.ita declarat in terminis D.Alexand.in d.consilio 45.colum. 2.in 2.volu. allegans Bartol.in simili in l.1.ff.si cer.peta.& Bald.in l.1.ff.de his, qui sunt sui uel alie.iur.& Ioan.de Imo.in l.stipulatio ista.§.hæc quoque ff.de uerb.oblig Idem in effectu voluit Bald.in d.l.de quibus in uer. postremo.ubi dicit, quod talis testis interrogatus de causa scientiæ,debet respondere. Si autem testis deponeret de actibus factis in ciuitate,& de frequentia,& de temporis diuturnitate,& postea interrogatus quot & quibus præsentibus facti sunt actus, dato quod responderet, quod nescit, tamen per hoc non colligitur,quod non intelligat id, quod deposuit,quia stat simul,quod vidit illos actus fieri præsen-

38 tib.multis,& tamen ipse ignoret numerum,& nomẽ. & ita dicit Bar.in d.l.Labeo ff. de sup.leg.& dicit Pau.de Cast. post Spe. & Bal.per eum relatos,in l.fin.C.de bono. possess.secundum tab.quod si testes testamentarij omnes deponant de testamento,&.sint concordes, tamen nullus eorum deponat, nisi de præsentia sua,quia interrogatus, an alij fuerint præsẽtes dicit se non recordari,plene probant.& dicit hoc esse mẽti tenendum, quia quotidianum. Item dictum testis in casu prædicto habet implicitam causam scientiæ suæ dicendo, quod vidit illos actus fieri,vnde iudex potest satis considerare,an ex talibus actibus consensus populi colligatur, vt etiã declarat.Barto.in d.l. de quibus.in 4. quæst.& propterea hoc casu probaret, quia deponeret de facto, quod intelligit, & non de iure, prout deponit ille, qui simpliciter dicit talem esse consuetudinem. Et pro hac distinctione est bona doctrina Baldi in l.prima. in 3.colum.in principio. ff. si cert.petat. quã sequitur Domi. Alexand. in l.stipulatio ista. §.hæc quoque.ff.ver. oblig. sic declarando glos.ibi, quæ in simili casu loquitur. Ex prædicta distinctione infertur, quod si aliquis

34 peritus † testis deponeret talem esse consuetudinem, quod bene deponeret, quia verisimiliter scit id,quod deponit.& ita etiam dicit Barto. in dicta l. de quibus. in 4.quæst. quem non reperio in hoc improbatum. Crederem tamen,quod licet ipse testis peritus aliter nõ deberet interrogari de causa scientiæ,ex quo,vt dixi,id scire præsumitur, si tamen interrogaretur,quot & quibus pręsentibus, vel interrogaretur de causa scientiæ, & diceret se nescire, quod non probaret. & ratio est,quia apparet,eum nõ intelligere id,quod deposuit, & sic cessat illa præsumptio intelligentiæ,quæ resultabat ex peritia, quia in claris cessat coniectura. l.continuus. §. cum ita.ff.de verbo. obligat. c.2.infra de reg.iur. Quando autem testis non est peritus, an sufficiat quod deponat talem esse consuetudinem dicam paulo infra in vers. quarta est dubitatio . Ex prædictis ergo habetis practicam,quomodo debeant testes deponere, & clarius,quam alij , iudicio meo,tale practicam ponit Bald.in d.l.de quibus col.14.Circa præmis-

35 sam†quæstionem cadit dubitatio. Pone,quod sint mille homines in ciuitate,habentes consensum habilem ad inducẽdam consuetudinem, an si testes dicant, quod viderunt aliquid fieri hominibus centum præsenibus, & alia vice viderunt eundem actum fieri per alios præsentibus ducentis hominibus, & alia vice præsentibus trecentis hominibus, an tunc dicetur probatum de tacito cõsensu maioris partis populi?In hoc Cy.in d.l.2. ver.sed quæro,quid deponent testes. simpliciter concludit, quod sic, & dicit istam esse practicam in ista materia.idem dicit Bart.in repet.d.l.2.q.29.cum quo cæteri transeunt ibi.Sed profecto ista decisio nõ est rationabilis,quia non probatur ex hoc concludenter de tacito consensu maioris partis populi,quia inter ducentos, de quibus supra,potuerunt esse aliqui ex centum primis,& inter trecẽtos potuerunt esse aliqui ex primis,& secũdis,& sic non erit uerum dicere,ꝙ appareat de tacito consensu sexcentorum, & sic maioris partis de mille.& ita reperio dicere Io.And.in summa sua de confuetudine,posita post lecturam huius ca. fi.idem didit Car.Flor.hic in quæstio.40. Melius est ergo dicere,quod testes non habeant præcise deponere de numero nec de nominibus personarum, sed satis est deponere mõ, quo supra declaraui.Tertia†est dubitatio.Pone, quod testis

36 deponat super consuetudine sufficienter,puta quia dicat,ꝙ ita uidit & audiuit obseruari,& practicari,& interrogatur,si potuisset esse & fieri contrarium eo nesciente, respondet ꝙ sic,an corruat eius dictum?Conclude quod nõ, & ratio est, quia quando testis assetio alias est sufficiens,illa adiectio nõ vitiat.quia licet aliquid sit possibile,tamen non presumitur uerum,nisi probetur l.non hoc.C.unde legit.cum similibus ita formaliter decidit Bal.per d.rationem , in d.l. de quibus. col.14.& est decisio vtilis in omni materia,in qua fiat proba

37 tio per testes.Quarta†est dubitatio,an testis deponens super consuetudine,debeat assignare rationem, licet non interroget.Cardin.Flor.hic, quęstio.40.in fine,concludit, ꝙ non, & tamen secundum eum,talis testis probat.Mouetur, quia licet ea, quæ percipiuntur per intellectum , debeant deponi cum assignatione rationis,licet testis non interrogetur , vt est doctrina Inno.quam sequuntur Docto.in c.cum causam infra de testi.ut tradit ibi plene Felin.col.5.vers.tertio tempera.tamẽ quando ratio ipsa percipitur cum modico discursu intellectus, testis probat, licet nullam rationem assignet. allegat dicta per se in d.c.cum causam.Item mouetur, quia probatio non est angustanda,sed ei fauendum est.cap. quoniam frequenter.in princ.infra vt lite non contesta.l.curent magistratus.ff de testi.Vult ergo Cardin.quod sufficiat testẽ deponere simpliciter super consuetudine absque assignatione rationis.Contrarium in isto pũcto præsupponit Io. And in summa sua de†consuetudine,in fine, vbi dicit, quod fa.

tuus est testis deponens,quod talis est consuetudo, quia deponit quid,quod est iuris,& subit anceps periurium, nisi ẽt deponeret de actibus, ex quibus colligeretur consensus maioris

Source : BIU Cujas

ioris partis populi,quia tunc valet dictum teſtis, ſecundum eum,ſicut filius præſumitur, qui eſt ex iuſtis nuptiis natus, l. filium.ff.de his,qui ſunt ſui vel alie. iur. ita formaliter Ioan. And.in dicta ſumma. Et quod teſtis ſimpliciter deponens, quod talis,ieſt conſuetudo,non probet, firmat etiam domi. Alex.alia allegando,in d.conſil.45.incip.viſis,in 2. uolumi. Primam tamen opinionem, vt teſtis,probet. licet rationem non aſſignet, quando non eſt interrogatus , tenet Ioan.Fab. in §.ex non ſcripto inſtit.de iure natu.idem tenet clare. Bar . in repet.d.l.de quibus.in quarta quæſt.principali , vbi dicit,
39 quod ſi teſtis ſic † deponens,eſt peritus,tunc valet eius dictū quia peritis in arte credendum eſt.l.2.§.primo.ff.de ventre, inſpi. Si vero eſt imperitus. valet eius dictum quia uidetur, depoſuiſſe ſuper facto,videlicet,quod talis eſt vſus, argum. eius quod no.in l.ſtipulatio iſta. §. hæc quoque. ff.de verbo. obliga.Et cum Bart. ibi traſeunt ſimpliciter alii ſcribentes , & in hanc opinionem etiam inclinat dom. Petrus Philipus. Corne. in conſil.293.incipi.circa ſupra dictam conſultationem.colum.fi.in 1.uolu.Et hanc opinionem,quæ etiam mihi placet,comprobo per ſimile,quia teſtis deponens ſuper fa
42 ma probat,licet non aſſignet rationem. Moueor, quia ratio famæ modico diſcurſu intellectus percipitur,ita decidit,do. Anto.& Cardin.Flor.in d.c.cum cauſam,& vt dictum eſt,in talibus ratio non eſt aſſignanda. niſi a teſte interrogato , vt eſt.doctrina Bart.in tractatu de teſte,verſi.quidam enim . In hoc tamen de fama, dom. Abba. contrarium tenet in dicto cap.cum cauſam.Vnde melius dictam opinionem comprobo,qa vbi teſtis deponit in his, quæ poſſunt trahi ad ſenſum rationis,& ad teſtimonium præſtitum per ſenſum corporis, tunc intelligimus dictum teſtis quatenus ad ſenſum corporis refertur.idem decidit Inno.in d.c.cum cauſam.exemplū, ſi teſtis deponit,quod Titius poſſidebat,debet exponi,id eſt, de facto tenebat.poſſeſſio enim poteſt eſſe iuris, quæ non cadit in ſenſum corporis,ſed percipitur iudicio intellectus,itē poteſt eſſe quid facti.igitur dictum teſtis ad poſſeſſionē,quæ ſenſu corporis percipitur,referetur, idem ſentit glo. Bart.& communiter alii in l.ſtipulatio iſta.§.hæc quoque.ff.de ver. oblig. vbi Alex.allegat etiam ad hoc doctrinam Inno. in di. cap.cum cauſam.idem voluit Barto. in tractatu de teſte, in verſi. teſtis deponit aliquem poſſediſſe.idem dom.Anto.de Butr.in repetitione cap.veſtram. de cohabi.cle.& mulie.idē firmat dom.Felin.alias authoritates adducendo. in dicto.ca. cum cauſam col. 5. verſi.ſecundo tempera hanc fallentiam
40 Quinta eſt † dubitatio,an ſi teſtes deponant de diuerſis , actibus,probent conſuetudinem,in hoc reperio quod Ioan.Fab. in §.ex non ſcripto.inſtit. de iure natura. dicit,quod ſic, quia omnes inducuntur ad probandam conſuetudinē. Sed Bart. in d.l.de quib in quæſt.principali, diſtinguit. Aut duo teſtes deponunt de eodem actu,& alii duo de alio. & tunc in iudicialibus maxime id ſufficit, & probata pluralitate actuum, reſultat probatio frequens, ſecundum eum . Aut vero vnus teſtis deponit de vno actu, alius de alio,& tunc dicit, quod ſi ambo teſtes deponūt de frequentia actuum,tūc licet in cauſa ſcientiæ diſcordent,quia vnus dicit,quod vidit quoſdam actus alius dicit de aliis,tamen iſti probant. quia de frequentia concordant.ad quam probandam inducuntur.Aut vero quilibet teſtis deponit de actu ſingulari tantum, & tunc nō probant,ratio,quia nullus actus eſt probatus, niſi per unum teſtem ſingularem,ergo non probat .l. iurisiurandi.C.de teſti.frequentia. etiam non eſt probata, quia ſuper ea non depoſuerunt.Præmiſſam doctrinam refert idem Bart.tenuiſſe magnos Doctores in repet.d.l.2.quæſtio.30.C. quę ſit longa conſuet.tamen ſubiicit,alios tenere contrarium eius. quod ſupra in princ. dictum eſt, videlicet, quod conſuetudo non ſit probata,licet ſit probata pluralitas actuum,eo quia licet teſtes modo prædicto deponant de pluralitate actuum, non tamen deponunt de frequentia, & ſic non probatur alterū extribus, de quibus dictum eſt ſupa in hac ſexta quæſtione. principali.Et hanc opinionem ſequitur Barto.ibi,& Cynus. ſed prima opinio rationabilior, eſt vt puto, quia, vt dictum eſt ſupra,probata pluralitate actuum , ſatis dicitur probata frequentia,& hoc ſatis videtur de mente text. in l.1. C. quæ ſit longa conſuet,ibi, probatis, his quę in oppido frequenter &c.iuncta ſaltem glo.in rub. C.eodem.tit. Et iſtam opinionem etiam videtur tenere domin.Anto.hic,colum.pen.qui loquitur, quando vnus teſtis deponit de uno actu & alius, de alio,tunc ſecundum eum non probant.ergo ſentit,quod ſi plures teſtes deponerent de uno actu,& alii de alio, quod
41 probarent,& ſi dicas,attenta iſta opinione,non erit ergo † ne ceſſe probare tria,de quibus ſupra in hac 6.quæſtione principali dixi, videlicet,vſum populi, frequentiam , & temporis, diuturnitatem .Reſpondeo quod immo erit neceſſe illa probare, non enim ſufficeret probare uſum ſimpliciter , ſed etiam eſt neceſſe probare frequentiam vſus, vel actuum pluralitatem,ex quibus in effectu frequentia inſurgit,item tpis diuturnitatē,& ſic tria probantur. Et cp teſtes deponētes de frequentiam actuum, ſeu de conſuetudine, & obſeruantia in genere,probent licet deponāt de diuerſis actibus, firmat etiam Alex.dicens hanc eſſe ueriorem opinionem , & alias authoritates allegans, in conſi.172. incip viſis & opportune diſcuſſis.in fi.in 2. volu.& facit doctrina Inno.Baldi.Abb. & omnium,in c.licet ex quadam.infra de teſti.& ibi Felin.plene, vbi dicunt,quod ad probandum aliquid in genere,puta iuriſdictionem vel hæreſim, ſufficiunt,teſtes ſingulares, ergo pari ratione ſufficient, teſtes ſingulares ad probandum conſuetudinem,vel obſeruantiam in genere.& hæc opinio eſt rationabilis.Et opinio eorum,qui tenent, quod per teſtes ſingulares non probatur conſuetudo, vt tenent aliqui,maxime Petr. & Cyn.in d.l.2. C.quæ ſit longa conſuetudo.& do. Petr.Philip.Corne.in conſ.89.in 2.uolu. intelligi debet,quā do vnus teſtis deponit de uno actu, & alius de alio, prout ēt loquitur Bart.in d.l.de quibus. in 4.q.principali,& dom.Anto.hic,& Pet.de Ancha. & Card.Flo.hic. quæſt.41. Sexta eſt
42 dubitatio,quid ſi teſtis † deponens ſuper conſuetudine interrogetur quid ſit conſuetudo, & neſciat reſpondere, an probet.Reperio,quod domi.Alex.in d.conſi.45. incip.viſis atteſtationibus.in ſecundo uolum.ſimpliciter dicit quod teſtis e non probat,quia non intelligit,quod dicit,allegat maxim, Bartolum in l.prim.ff.ſi cert.peta. vbi loquitur de teſte deponente ſuper mutuo,quod interrogatus, quid ſit mutuum, ſi neſciat reſpondere non probat. ſed aliter in hoc puncto dicendum eſt.Diſtingue ergo, prout in ſimili diſtinguitur in teſte doponente ſuper poſſeſsione,quia ſi interrogetur, quid, ſit poſſeſsio,licet dicat ſe neſcire,tamen quandoque probat quandoque non. aut enim deponens ſuper poſſeſsione aſsignat cauſam dicti ſui,quia vidit Titiū tenere & fructus colligere,& tunc licet interrogetur, quid ſit poſſeſſio, & reſpondeat quod neſcit,plene probat, quia intelligit, quod neſcit, ſcilicet aliter,quam prędixit.ita loquitur.glo.in l.ſtipulatio, iſta.§.hæc quoque.ff.de uerbo.obliga . Aut vero teſtis deponit talem poſſidere, nec aliquam cauſam aſſignat, & tunc ſi interrogetur, quid ſit poſſeſsio,& reſpondeat ſe neſcire,non probat,& ſic procedat doctr. Bar.in d.l.1.& ſeq.ita in effectu diſtinguit Bal. in d.l.1.in prin. ff.ſi certum pe.quem refert & ſequitur d.Alexa.in d. l.ſtipulatio iſta. §.hæc quoque. circa me.iſto modo declarādo & limitādo gl.ibi,nec hanc diſtin
43 ctionem impugnant poſteriores.ibi.Septima † eſt dubitatio, an ſi teſtes deponentes ſuper conſuetudine,deponāt per eūdem ſermonem vel per eadem verba,eorum corruat dictū, in hoc Baldus formaliter in dicta l.de quibus . verſi.poſtremo,decidit,quod non,& mouetur,quia talis ſermo, eſt ſermo iuris neceſſarius probationi, quę deciſio notanda uidetur,etiam ad alias ſimiles teſtium depoſitiones, regulariter tamen teſtes per eundem ſermonem deponentes ſuſpecti reduntur.l. teſtium.§.1.& ibi Barto.ff.de teſti.tradunt.Alexan. & moder.in l.prima.in fi. ff. de verborum obligationib. Se-
44 ptimo principaliter † quæro,quomodo probetur communis vſus loquendi,& communis vſus vtendi,& communis vſus intelligendi.In hoc puncto reperio,quod Ioan.de Ana.in c. 1.infra de ſagitta.dicit , quod difficile eſt proba. communē vſum loquendi,Tamen Bar.in l. Labeo.ff.de ſupel. lega.pulchram tradit doctrinam poſt glo.ibi,nam. gl.ibi dicit, quod requiritur uſus longi temporis ad hoc, vi dicamus eſſe communem vſum loquendi,ſeu vtendi, ſeu intelligendi.& Bart. ibi dicit,quod in communi vſu loquendi poteſt poni exemplum hoc modo,Teſtator habens multos equos, legauit ali cui palafrenos ſuos,dubitatur,quid debeat contineri appellatione palafrenorum ſuorum,nam hoc declarabitur ex cō muni vſu loquendi,ſecundum eum.Et ad declarandum ipſum communem uſum loquendi formandus erit articulus, hoc modo , ſ. quod a decem annis citra , & per ipſum tempus. communis vſus loquendi fuit in hac ciuitate , vnde eſt, teſtator,vel ubi teſtator conuerſabatur , quod equus, talis , conditionis appellaretur pala frenus.Teſtis autem deponet, contenta in articulo eſſe uera , interrogatus quomodo ſcit, dicet,quia per dictum tempus in dicto loco,audiuit equum talis conditionis ab omnibus talia tractantibus palafrenum vocari.in cōi vero uſu vtendi,ponit Bart. exemplum in vſu exiſtente in ciuitate , quod ille, qui emeret pannum de lino haberet illum ad menſor brachii maioris. Et fiet articulus ſecundnm Bar. cp a decem anni citra, & per ipſum tempus . cōis fuit vſus in ciuitate iſta, quod ille, qui emeret pannum de lino &c.Teſtis autem deponet, contenta in arti culo eſſe vera,interrogatus qūo scit,dicet,quod ſic uidit vtientes & vendentes in dicta ciuitate a decem annis citra, & per ipſum tps.in cōi aūt vſu intelligendi,tradit Bar.exēplū in vulgari ſermone eius,q dixit,Se'l figluolo mio moriſſe[eius bona deueniāt in talē, hæc verba ſm cōem vsū intelligēdi in-

tel-

Source : BIU Cujas

telliguntur, ſcilicet, Si filius meus deceſſerit ſine liberis. Artículus formabitur ſecundum Bart. quod a decem annis citra & per ipſum tempus, communis vſus intelligendi fuit, quia talia uerba, ſe'l figliuolo mio moriſſe, intelligantur, ideſt, Si filius meus deceſſerit ſine liberis. Teſtis autem deponet, contenta in articulo eſſe vera, interrogatus quomodo ſcit, dicet quod per totum dictum tempus in dicta ciuitate audiuit ab omnibus hominib. loquentib. de hoc, quod dicta uerba ſic intelligebantur. Poſſet etiam exemplificari in conſuetudine exiſtente in ciuitate, vt quando uenditur equus, intelligatur etiam uendita ſella. quam conſuetudinem refert Bar. in d.l. de quibus, in lectu. circa fi. Sed aduerte, quia id eſt etiam de iure communi, ſcilicet, vt uendito equo, cenſeatur vendita ſella, l. ædiles, in princ. & ibi gl. in ver. ornamenta, ff. de ædil. edi. & ita determinat Bart. in l. eum, qui. §. non ſolum, ff. de fur. & in l. ſi ut certo, §. uſque adeo, ff. commoda, & refert & ſequitur communis præceptor in d.l. de quib. col. ante pe. Poſſet tamen forte ſaluari id, quod ſentit Bar. ibi, ſcilicet, vt vendito equo, non cenſeatur vẽdita ſella, quando equus oſtenditur emptori ſine ſella, quia de iure communi illud venit in contractu, quod tempore contractus oſtenditur, vt inquit Bald. in l. 2. C. de ædilit. actio. per tex. in dicta l ædiles. §. vendendi, ff. de ædil. edi. Item de iure communi in uenditione equi, non venirent ornamenta equi, quæ haberent arma uenditoris. ita Paul. de Caſ. in d. §. vſque adeo. Præmiſſam etiam doctrinam de communi uſu loquẽdi, plene tradit & ſequitur Fulg. in conſ. ſuo 165. incip. in quæſtione propoſita. dicit tamen unum, quod non dicit Bart. videlicet, quod ſufficit teſtem deponere, ſe audiuiſſe ab omnibus hominibus loquentibus de hoc, vel a maiori parte. Et ſic non loquitur ſimpliciter de omnibus, ut loquitur Bart. & credo, quod Fulgoſ. melius loquatur, quia ita ſonant hæc verba, communis uſus loquendi, item, quia in ſimili in conſuetudine diximus in præcedenti quæſtione, ſufficere maiorem partem populi. Prædictam etiam doctrinam Bart. reſpectu cõmunis vſus intelligendi, ſequitur d. Alex. in apo. ad Bar. in dicta l. Labeo. allegans eam etiam tenere Bal. in l. 2. C. ſi aduer. rem iud. vbi per eam dicit, quod ſi probabitur, quod talis geſſit ſe pro patrefamilias ſeu pro emancipato per decem annos, legitima erit probatio. Præmiſſam etiam doctrinam ſequitur d. Anto. hic in rep. eo excepto, quia dicit, quod licet Bart. teneat, quod communis uſus loquendi debeat eſſe continuatus, tamen quod ipſe tenet contrarium, quia uſus ſumitur, prout ſonat in facto, & ſic ſufficit ſecũdum eum, quod generet habitum. Sed pro certo Bar. non contradixit, quinimmo præſupponit, ſatis eſſe quod teſtis deponat de cõmuni uſu loquẽdi eorum, qui talia tractant, & ſic ſentit Bar. quod ſatis ſit, ut tempore, quo talia tractantur, communis vſus loquendi ſic ſe habeat. Probatio enim communis vſus loquendi, debet concludere de ipſo communi vſu tempore, quo fit actus, ut per Bar. vbi ſupra, & etiam tradit Fulg. in conſ. 165. ſupra relato, vbi etiam tradit, an debeat concludere de communi uſu peritorum, de quo tradunt etiam Legiſtæ in rubr. ff. de nou. oper. nun. & Canoniſtæ in proœmio huius libri. Præmiſſam etiam doctrinam tradit Bald. in repet. d.l. de quibus. colum. fin. ff. de legib. & l. omnes dies Feſtos. C. de feriis. Prædictam etiam doctrinam Bart. refert & ſimpliciter ſequitur Dominus Lanfranc. Oriano Brixienſis in repeti. c. quoniam cõtra falſam. infra de proba, in ver. teſtium depoſitiones, ubi dicit, ſe habuiſſe in facto, quomodo intelligeretur cõſuetudo Angleriæ, quod libra intelligeretur de libra ſterlingorum, & non imperialium, & deducit quomodo debeat formari capitulum, & qualiter debeant teſtes deponere. Et idem poſſet dici de conſuetudine, quæ eſt in patria iſta, vt appellatione ducati ſimpliciter, intelligatur deducato quatuor librarum. & non de ducato auri. Et aduerte, quia iſte communis vſus intelligendi, uidetur eſſe conſuetudo interpretatiua, de qua vide etiam aliquid per Fel. in c. poſtulaſti. colum. 14 in fi. ver ſi. quatuor tamen caſibus. ſupra de reſcrip. An autem uerba
45 prolata per † Papam in bullis, intelligãtur ſecundum cõem vſum loquendi, qui eſt Romæ, an uero ſecundum communem vſum loquendi, qui eſt in loco, in quo bullæ effectum ſortiri debent vide Aegidium Bellameram in deciſionibus ſuis, deciſi. 2. incip. clauſula librarum vel marcarum. Et an verba prolata per teſtatorem, intelligantur, ſecundum conſuetudinem patriæ ſuæ, uide quæ dicam infra in quæſt. 11. in
46 fi. Aduertendum tamen eſt diligẽter † circa id, quod dictum eſt, quod talis uſus ſiue loquendi, ſiue utendi, ſiue intelligendi requirit tempus decem annorum, quia refragari uidetur id, quod dixi in obſeruantia, & in ſtylo, ſupra rub. in 4. quæſt. niſi dicas quod illa materia loquitur de obſeruantia uel ſtylo unius perſonæ, uel curiæ, qui non facit legem generalẽ.
47 Vel dicas, ut per Aret. in conſi. ſuo 11. circa fin. Sed † pro declaratione præmiſſæ quæſtionis quæritur de duobus. Et primo, quid ſi teſtis deponat, quod ſic communiter dicitur, an recte deponat. Secundo quæritur, an ſi interrogatus, a quib. audiuit, neminem ſciat nominare corruat eius depoſitio. Circa primum Bar. in d.l. Labeo. dicit, quod non ſufficeret, quod teſtis deponeret, quod ſic communiter dicitur, ſed debet deponere ſe audiuiſſe. quia alias non deponeret per ſenſum corporeum. idem D. Ant. hic, in repeti, & tradit d. Feli. in proœmio Decre. idem d. Lanfranc. in loco ſupra allegato idem uult Barto. in ſimili de teſte deponente ſuper fama, quia ſi deponit. quod ſic publice dicitur, non probat, quia talis ſermo uerificatur etiam in vno, qui publice dixerit, unde probatio non cõcluderet, prout debet. c. in præſentia. de proba. cum ſimilib. ita inquit Bar. in l. de minore, §. tormenta, ff. de quæſt. & in l. 3. §. eiuſdem, in fi. ff. de teſti. idem Bal. in addit. Spe. in ti. de ſen. Ang. in l. 2. ff. ad Mace. Io. de Imo. in l. hæredes palam, in prin. ff. de teſtam. ubi dicit, quod communiter hoc tenetur. idem Alex. in conſil. 20. incip. in cauſa appellationis, & in conſil. 25. incipien. in cauſa uertente. & in conſi. 17 incip. uiſo proceſſu. in 4. uol. & in conſil. 159. incipi. cauſa & lite in fin. in 5. uol. Contrarium tamen tenuit Bal. in c. per tuas. infra de proba. & in aliis locis, ut refert & ſequitur communis præceptor d. Iaſ. in l. non hoc. C. unde leg. & in terminis noſtris contrarium tenuit Bald. in d.l. de quib. colu. fi. referens Dy. ita conſuluiſſe. Et diſputando faciliter hęc pars teneri poſſet per rationes, quas adducit Bal. ibi. tamen a communi opinione non eſt recedendum in dubio, ut tradunt Io. And. Abb. & allii in c. i. ſupra de conſt. & Bar. in l. i.
48 in fi. C. de pœna iud. qui male iud. Circa ſecundum, an † ſi teſtis interrogetur, a quot & quibus audiuit, & reſpondeat ſe neſcire, corruat eius dictum. Bartol. in d.l. de quibus. in 4. q. præſupponit, quod ſic, quia dicit, quod teſtes deponentes talem eſſe conſuetudinem, ſi non interrogantur ultra, probãt ergo præſupponit, quod ſi ultra interrogari non reſpondetẽt non probant, idem uult Bar. in repe. d.l. 2. q. 28. ſubiicit tamẽ quod ſi probatio erat difficilis, propter magnum numerum populi, dummodo deponant de numero præſentium tempore actus, ſuper quo deponunt, licet reſpondeant ſe nullũ cognouiſſe, probant, quia nomina propria hominum probabiliter ignorantur, allegat tex. in l. ſi quis in fundi vocabulo. in princ. ff. de leg. 1. Et ita ſaluat opinionem quorundam ibi per eum relatorum, qui ſimpliciter dicebant, quod teſtes deponentes ſe neſcire, quot præſentibus uiderint aliquid iudicari, probant. Idem uult Bart. in d.l. Labeo, ff. de ſupel. lega. ubi dicit, quod teſtis interrogatus quot perſonas uidit uti, tenetur reſpondere, & ſubiicit, quod ſi deponat ſe audiuiſſe a mille perſonis, licet de nominib. dicat ſe non recordari, bene probat, allegat tex. in l. teſtium. ff. de teſti. Præmiſſam etiã concluſionem tenet Alex. in d. conſi. 45. incip. uiſis. in 2. uol. ubi dicit, quod ſi teſtis interrogatus, per quot fuit ſeruatum illud quod ipſe dicit, reſpondet, quod neſcit, non probat, qa oſtendit, quod non intelligit quod deponit, debet ergo deponere per quot id fuit ſeruatum. Vtrum autem aliquas perſonas debeat nominare. videtur dicendum, quod ſic, ut decidit Bar. in teſtibus deponentibus ſuper fama. in d.l. de minore. §. tormenta. alias in §. plurimum, in 5. col. ff. de quæſtio. In no. in c. qualiter. el 2. de accuſ. & Specul. in tit. de inquiſitio. §. nunc tractemus & Are. plene in ca. cum oporteat. infra de accu. poſt Inno. & d. Ant. ibidem, & ſubiicit hanc eſſe cõmunem opin. Contrarium tamen in hoc † conclude, & dicas,
49 qꝙ in caſu famæ aliud eſt, quia cum fama debeat habere originẽ ab honeſtis perſonis, d. c. qualiter. rationabile eſt, ut aliquæ perſonæ nominentur. ita dicunt docto. præallegati. quæ ratio ceſſat in terminis noſtris. Et propterea dicit Aret. in d. c. cum oporteat, quod quando fama haberet ortum aliũde, quam a perſonis, non eſſet neceeſſe quod teſtes aliquem nominarent. & mouetur per doctrinam Bar. in d. §. tormenta. in uerſi. tertio quæro. & allegat hoc tenere Bal. & Sali. per eũ relatos. Limitarem tamen præmiſſam concluſionem, dum dixi, quod ſi teſtis interrogatus a quot & a quibus audiuit, reſpondet ſe neſcire, non probat, ut id non procedat, quando iam plene depoſuiſſet, quia tunc debet intelligi, quod neſcit ſcilicet aliter, quam prædixit, ut declarat Alex. in l. ſtipulatio iſta, §. hæc quoque. ff. de uerb. oblig. & faciunt, quæ dixi ſupra in prima dubitatione 6. quæſtionis principalis. Octauo
50 quæro † principaliter an & quãdo iudex poſſit ſe informare de conſuetudine, & abſque eo, quod per partes probetur. In hoc puncto Bar. in l. lege Iulia. ff. de teſtib. per illum tex. dicit quod ſi aliquis allegat conſuetudinẽ, iudex poteſt ex ſeipſo interrogare tabellionẽ, an ita fuerit de cõſuetudine obſeruatum. Idem in effectu dicit. Paul. de Caſt. in ſtylo & conſuetudine in cõſ. 21. incip. in cauſa deſertionis, in ſi. in antiqua impreſſione. idẽ Alex. in l. 4. §. hoc aũt iudicium. ff. de damn. infect. & plenius in l. unica. C. ut quæ deſunt aduoc. par. iudic. ſuppleat. Idem Dominus Petr. Philip. Corneus, in conſi. 277. incip.

Source : BIU Cujas

incip.poſt ſupra ſcriptum conſilium. in 3.volu. & ante omnes Cy.in d.l.2. verſi. ſecundo quæritur circa hoc. C.quæ ſit longa conſue.Aliter tamē in iſto articulo loquitur Barto.in d.l.de quibus.in repet.in 4.queſtio.principali,& diſtinguit, hoc modo,Aut enim tractamus de conſuetudine,quæ reſpicit ordinem iudicii,tunc,cum ſit modici præiudicii,ſufficit, quod ꝓbetur ſummarie & ſine ſcriptis, quia iudex vocabit ad ſe aduocatos,& procuratores palatii,& explorabit de cō ſuetudine, allegat in argumen.tex.in authen.niſi breuiores, C.de ſenten.ex breui.recitan.& tex.in l.4.§.fi.ibi,diligentiæ, indicātis eſtexplorere,&c. ff.de teſtib. Aut vero tractamus, de conſuetudine,quæ reſpicit litis deciſionem.& tunc de ea debet plene conſtare,ſicut de aliis.allegat l.iudices.C.de iudi.& cum Bart.ſimpliciter tranſeunt poſteriores ibi. Aliter etiam in hoc puncto loquitur ipſe Bar.in repet.l.2.quæſt.27. C quę ſit longa conſuet.vbi refert Petr.dicentem, quod in his,quæ ſpectant ad litis ordinationem ſufficit probatio, ſemiplena,ſcilicet quod iudex ſe informet in abſentia partiū ſicut ſe informaret de iure ſcripto, & idem dicebat Petru.in probandis his,quæ non principaliter,ſed incidenter in iudicio proponuntur.Sed Bart.ibi concludit contrarium.dicēs, quod conſuetudo debet probari cauſa cognita.l.prima eod. tit.ergo debet plene probari.allegat text.in d.l.iudices.Et ad rationes Petr.reſpondet, vt per eum. idem concludit Ioan. And.in ſumma ſua de conſuet.poſita poſt iſtud ca.fina. vbi poſt relatam opinionem. Petr.dicit. quicquid teneat Petru. quod pars debet ſe probaturam offerre, & probare id, quod conſiſtit in facto,& nihil aliud dicit. Aliter in hoc articulo diſtinguit d. Anto.hic in repe.& dicit ſe putare, quod ſi agitur de probatione conſuetudinis alterius prouinciæ, vel ciuitatis,tunc debet plene probari maxime, ſi agendo,vel excipiendo,vel replicando deducitur in iudicium.Si vero conſuetudo eſt in ciuitate particularis loci,vel particularis perſonæ habētis poteſtatem legis condendæ,idem per omnia. Si vero conſuetudo eſt inducta conſenſu vel actu totius populi,quia hæc notoria eſt tunc ſuper ea vt ſuper notorio, iudex poteſt procedere per medium informationis, vt not. in cap.bonæ.infra de elect.& in ca.veſtra.infra de cohabi. cle. & muli.& ſufficiunt ſecūdum eum teſtes non iurati.& recepti abſente parte.allegat no.in ca.1. infra de poſtu.præl. poſt Inno.ibi.Et ſubiicit,præmiſſa procedere in conſuetudine lōgi temporis, ſed ſi eſſet longiſſimi, vel cuius initii memoria non exiſteret, putat ſufficere probationem famæ alle. Inno. in ca.veniens.& in cap.quid per nouale.de verb. ſig. & in c. veniens.infra de teſti. Hanc opi.videlicet,quod quando cōſuetudo eſt notoria, vel etiam quando verſatur in foro,poſſit iudex ſe informare,vel ſupplere,alias ſecus.firmāt Odof. & Bal.in l.vnica.in fi.c.vt quę deſ.aduo.par.iud.ſup.idem.ſci licet, vt iudex poſsit ſe de conſuetudine notoria informare ſed illa quæ non eſt notoria.debeat ſolenniter probari,clare firmat Sali.in l.1. col.8.verſi.quæro an conſuetudo debeat, probari.C.quæ ſit longa conſuetudo.idem concludit Aret. in conſil.ſuo 13.incipien.viſo diligenter themate. colum.4. & iſta opinio,vt patet ex præmiſsis, communior videtur, & rationabilis eſt,quia ea,que in facto conſiſtunt,probabiliter ignorantur,niſi notoria ſint, propterea probari debent.arg. c.1.de conſti.lib.6.cum ſimilibus. Vbi tamen loquimur de conſuetudine ſeu ſtylo curiæ vel fori, tunc poteſt forte indiſtincte dici,quod iudex pōt ſe informare de eo. & ita procedat tex.in l.3.in fin.ff.de teſtibus. & quod dicit Bart. in l. lege Iulia.& ſequen. & ita loquitur Bal.poſt Odof.in d.l.vnica. & iſta eſt etiam mens d.Alex.ibidem,dum allegat Bart. in d.l. 3.ſeu in d.l.lege Iulia.& hoc clarius dicit Alex. in l.4. §. hoc autem iudicium.col.6.ff.de dam.infect.Et facit, quia iudex videns libellum eſſe formatum contra ſtylum vel conſuetudinem libellandi,poteſt ex officio illum reijcere. ita Ang.in l.1. ff.de offic.aſſeſ.per glo in l.de quibus.in verbo.inueterata.ff.de legi.idem Ang.in l.diuturna. eo. tit. & dom.Felin. in c.2. verſi.ſtylus curię. ſupra de reſcrip.Et ratio poteſt eſſe,qđ ex officio debet iudex prouidere,ne iudicium reddatur eluſorium. c.cauſam.el 1.& ibi notant Abb.& alii,infra de iud. ſed ubi ſtylus ipſius iudicii vel curiæ non obſeruaretur, corrueret iudicium,arg.c.quam graui.de cri fall. & eorum,quę congerit dom. Feli. in d.verſi.ſtylus curię.vbi maxime dicit quod excuſatur non comparens, quando citatio habet verba non conſueta, puta ſi citaretur quis ſub pęna æris & perſonæ.alle.Ang. vt per eum.Cogita tamen quia iſta ratio etiā militare videtur in alia conſuetudine, quæ ſi non obſeruaretur,corrueret iudicium,& ſententia nulla eſſet,vt tradūt Abb. & alii,in c.1.infra de re iudi. & tamen dictum eſt conſuetudinem probari debere. Poſſet forte dici, quod immo non militat eadem ratio, quia ſtylus curię ſuæ magis ad ipſum iudicem ſpectat, quam extranea conſuetudo, vt de ſe patet, & probatur argu. in c.1.de conſti.lib.6. Hinc dicit Bar. in extrauag ad reprimendum. in verb. non obſtantibus.circa fi. quod Princeps nō præſumitur ignorare ſtatuta ſua particularia,nec ſuas cōſuetudines. Et ꝓpea iudex ex officio debet ipſius ſtyli obſeruantiā procurare,& ideo vbi ſibi notus non ſit,poterit ſe informare.Præterea, ut dicit Bar. in d.l.de quibus.in 4.quæſtione principali,quando tractamus de conſuetudine,quę reſpicit ordinem iudicii,tunc, quia talia ſunt modici præiudicii,ſufficit quod probentur ſummarie, & ſine ſcriptis,& ſufficiet quod iudex interroget & aduocatos & procuratores palatii,per tex.in d.l.3. §.fina.ff.de teſtibus. idem dicit Io.Fab.in §.ex non ſcripto.Inſ.de iure natu.ubi ēt decidit,quid ſi appelletur a tali iudice ſe informāte ſine ſcriptis,an iudex appellationis pari modo ſe informabit,vide ꝑ eum.Et pro prædicta ratione diuerſitatis,faciunt uerba Bal. in l.fi.colum.3.C.vnde cogn.ubi dicit, quod conſuetudo populi,eſt ius ciuile,ſed conſuetudo fori ſeu ſtylus,eſt ius prætorium,& viget in ea curia in qua eſt,& nō generaliter. Nec obſtat prędictis deciſio Ab.& Dd.in d.c.j.infra de re iud quia procedit in conſuetudine notoria, quæ ſi non obſeruetur, ſententia eſt nulla,ac ſi ferretur cōtra expreſſum ius ſcriptū, & talis conſuetudo non eſt probanda, ut ſupra dixi,ergo nihil repugnat.Et quod de ſtylo ſeu conſuetudine interpretatiua,quæ non eſt contra ius,poſſit iudex ſe informare, ſi autē eſt contra ius, probari debeat, tradit etiam agnatus, & præceptor meus Do.Fran. Curtius in conſi.ſuo 78.incip.D.Fran-
51 ciſchina.Nono quæro,an † conſuetudo liget Principem, In hoc breuiter concludendum videtur, quod non quia inferiores non habent poteſtatem contra ſuperiorem,Clem.ne Romani.de elect.c.cum inferior.de ma.& obed.Facit tex.in c.1.de conſtit.lib.6.ubi præſupponitur, quod Princeps poſſit derogare conſuetudini.Facit etiam,quod dicit Rom.in cōſ. ſuo 59.col.3.incip.ad diſcutiendum, ubi dicit,quod valeret donatio Principis, licet non adhiberetur in ea ſolennitas, quæ in aliis donationibus requireretur, utputa ſi omitteretur, inſinuatio.allegat Io.And.notantē in addi. Spe. tit.de inſtru.edi.§ porro.in addi.incipien.hæc ſubſcriptio.in ver.mulieris.Et dicit Bal.pulchre in auth.hoc amplius,in prin.verſi. quæro an filii regis.C.de fideicom.quod Rex eſt lex animata in regno ſuo,& poteſt plus, quam lex communis, uel conſuetudo,& ideo ſi primogenitus regis ſit inſufficiens,poſſet rex, vt ipſe inquit, ſecundogenito regnū dare, ut fecit rex Dauid. Et ratio eſt,ſecundum eum, quia conſuetudo regni de præferendo primogenitum,non debet interpretari contra utilitatem totius regni. Quinimmo etiam ſi Principis conſenſus in tali conſuetudine inducenda interueniſſet,prout inquit glo.hic in quarto requiſito, & ibi dixi,tamē adhuc non ligaret Principem ipſum. Statuta etiam ciuitatis non tenetur Princeps ſeruare etiam de honeſtate.ita Car. Flo. in cōſ.ſuo 2.& ſequitur Fel.in c.j.col.9.ſupra de conſt.in ver. quarta declaratio.Quinimmo nec delegatus Principis, tenetur ſeruare ſtatuta loci, etiam ſi delegatio fieret ordinatio. ita Bal.in c.licet,in fi.de offi.ordin.& refert & ſequitur D.Fel.in c.cum dilecta.col.19.ver.limita quarto.in fin.ſupra de reſcr.ſed hoc intellige,vt dixi ſupra in rub.in vlt.q.in tertia limitatione.Li-
52 mita tamen præmiſſam † concluſionem, vt non procedat in conſuetudine naturali ſeu ſuper ratione naturali fundata quia illa ligat Principem,ita inquit Bald.in c.1.§.fi.in tit. qui feu. da.poſ.in vſibus feudo. Bonæ enim & naturales conſuetudines,ſecundum eum,ligant Principem, quia, vt ipſe inquit, potentius eſt ius naturale, quam principatus,& propterea dicit poſt glo.ibi,quod imperator non poteſt diſueſtire vaſallum ſine conuicta culpa. Et hanc limitationem & deciſionem ēt ſequitur D.Mart.Lauden.in tract.ſuo de principibus
53 in notabili 305.alias 287.Decimo † quæro,an conſuetudo, ſicut ligat perſonas particulares ciuitatis vel populi, ita liget ciuitatem ipſam,in qua eſt conſuetudo. Videtur dicendum quod ſic,per tex.quem ibi notant Bald. & Flor.in l.venditor,§.ſi conſtat.ff.communia præd.Sed conſidera,quod repugnat alia doctrina, quæ habet, quod ſtatutum non ligat ſtatuentem,arg.l.pe.ff.de arb.& propterea dicit Io.Andr.in reg.cui licet,lib.6.in Mercurialibus, ꝙ ſtatutum epiſcopi,nō ligat ipſum epiſcopum.Poteſt forte dici, quod conſuetudo ligat ciuitatem ipſam authoritate legis, ut dicit D.Alex.poſt Ang.& Pau.de Caſt.in ſimili puncto.in l.j.in prin.ff.quod qſque iu.Tamen hęc ſolutio nō multū ſatisfacit,vnde de hoc pūcto multum dubito, & eo magis, quia tex.in d.§.ſi cōſtat, mihi non probat id,quod dicunt Bal.& Flo.& reperio,quod Ab.cum quo tranſeunt poſteriores in c.ex literis,in pen.notab.ſupra de conſt.prę ſupponit,quod ſtatutum vniuerſitatis nō liget ipſam vniuerſitatē.Idē in effectu uoluit Ang. Paul.
54 & Alex.in d.l.j.Vndecimo † quæro, an conſuetudo laicorū vel populi,liget clericos vel eccleſias.In hoc puncto Cyn. in dicta l.2.ad fi.C.quæ ſit longa conſue.ſimpliciter dicit,quod nō,duplici rōne.Prima,qa ſunt populi,quaſi dicat, unus eſt

popu-

Source : BIU Cujas

populus clericorum, alius eſt populus laicorum.patet, ſm eum,quia duo ſunt iudices.alleg.tex.in l.ſi eadem.ff.de offi. aſſeſ. unde,vt ipſe dicit, nihil habent commune clerici cum actibus plebeis.l.placet,C.de epi.& cle.Secunda ratione mouetur,quia clerici ſunt maiores laicis.l.4. C.de ſum.tri.igit, non ligantur per conſuetudinem laicorum.argum. §.plebiſcitum. Inſt.de iure nat.melius facit tex.in d.c.cum inferior & in dict.Cle.ne Romani. Aliter in hac quæſtione loquitur Bart.in repe.d.l.de quibus.& dicit in primis,quod in hoc pũcto libenter audiret Doctores moderniores iuris Canonici. poſtea in effectu concludit,quod quando cõſuetudo vel ſtatutum eſt generale,& ſic non loquitur in ſpecie de clericis, & eſt contra ea,quæ competunt clericis,non in priuilegiũ, ſed vt cuilibet,& ipſum ſtatutum vel conſuetudo eſt honeſta,tunc ligat clericos.alleg.tex.in c.cum veniſſent infra de eo,qui mit.in poſ.cauſa rei ſer. & gloſ.in l.ex ea. ff.de poſtu. idem decidit Bar.in l.1.in q.5. C.de ſum.trini.vbi etiam allegat tex.in c.conſtitutus. infra de in integ.reſtit.& c.cum cauſa infra de re iudi.Et hanc opi.Bar.ſecutus eſt Lapus allegatione ſua 81.& etiam ſequi videtur Barba.in conſ.14. in ſecundo dubio,in 2.uolu.& in rub.infra de reb.eccle.non alie.Breuiter communis opinio eſt prima,quæ ſupra relata fuit,ſcilicet,quod ſtatutum uel conſuetudo laicorum etiam generalis & honeſta,non ligat clericos,nec eccleſias. & hãc opinionem firmant dom.Ãnto.Bal.Abb. Gemin. & moderni.in c. eccleſia ſanctæ Marię.ſupra de conſtit.idem Inno.dom.Anto. & alii communiter in rub.ſupra eodem.ritu.& tradit ibi Barba.col.17.& hanc opinionem dicunt eſſe communem, domi.Anton.de Butri.ibi,& Gemin.in c.1.de iureiuran. lib. 6.& Felin.in d. c. eccleſia ſanctæ Marię & domi.Baptiſta de ſancto Seuerino in reperit.l.cunctos,populos.C.de ſum.tri. & fide catholi.Et iſtum articulum proſequitur latiſſime do. Felin.in dicto cap.eccleſia ſanctæ Marię.in 8.q.prin.vbi fundameta & authoritates refert, & etiam refert.ſolu.ad fundamenta contraria. Saluat tamen opi.contrariam in pluribus caſibus,vt per eum,& ibi etiam dicere conſueui,& infra plenius dicam. eandem opinio.ſequitur Alex.in conſ.210.inc. ponderatis.& in conſi.ſequenti,in ſecundo uol.Et dicit Bal. in c.cum veniſſent.infra de eo qui mit.in poſ.cauſa.rei ſeru. quod non ligantur clerici etiam in minoribus ordinibus cõſtituti.& idem plene dicit Alex.in conſil.210.& Abb.in ſimili in cap. cum non ab homine.infra de iud in princip. vbi dicit idem in clericis primæ tonſurę.& pro opinione & cõcluſione premiſſa ſtringit,tex.in c.fin.infra de vi.& hone. cler. vbi clare preſupponitur in fin.quod clerici non ſubiaceant ſtatutis nec conſuetudinibus patrię.item ſtringit ratio,quia ſtatuta & conſuetudines interpretantur & intelliguntur ſecundum poteſtatem ſtatuentium.cap.a nobis.el 1.infra, de ſentent. excom. & ſic non poſſunt comprehendere clericos non ſubditos.Quinimmo dicit Ioan.And.in cap.ſi.infra de immunit.eccle.lib. 6. quod ſi ſtatutum laicorum generaliter loquatur, poteſt epiſcopus eos compellere,vt declarent, ipſum ſtatutum non ligare clericos, ne poſtea ipſi clerici de facto inquirẽtur. Pro qua deciſione plene facit tex.not in c. peruenit. infra de arbit.ibi,quoniam tale arbitrium poſſet, eccleſię in poſterum pernicioſum exiſtere.per quem dicũt ibi glo.& Doct.quod nedum prouidendum eſt, quod eccleſia non vexetur de iure,ſed nec etiam de facto.Et propterea decidit ibi Ab.mirabiliter,quod ſi eccleſia habet fictabilem potentem,& qui ſit difficilis conuentionis, poterit petere, reſtitutionem in integrum aduerſus locationem factam, ẽt ad nouennium tantum,quia veriſimiliter timetur, quod pẽſio exigi non poterit.Et ſimilem deciſionem ponit Ab.poſt glo.ibi in c.1. in glo.in verbo.interrogatus.circa fi.ibi, tene ergo principium ſolu.infra de iudi.Stat igitur firma concluſio,quod conſuetudo laicorum non ligat clericos. Amplia
55 modo† iſtam concluſionem multipliciter.Et primo amplia eam,vt procedat nedum reſpectu perſonarum ipſorum clericorum,ſed etiam reſpectu rerum eccleſiæ,quia non comprehenduntur in conſuetudine generali laicorum. ita in ſimili de ſtatuto decidit Bar.in conſ.180.incip.domini priores idem Abb.in d.c.eccleſia.in lectura.Et exemplificant in ſtatuto diſponẽte, quod conductores poſſeſſionum poſſit illas dimittere certo caſu,quia non comprehendet poſſeſſionem eccleſiæ.Exemplificat etiam Abb.in ſtatuto Senenſi,diſponente, quod conductores apothecarum non poſſit expelli ſoluendo penſionem,quia non comprehendet apothecas, clericorum ſeu eccleſiarum,& ſequuntur moderni ibi, idẽ decidit Petr.de Ancha.in repe.c.1.ſupra de conſtit.verſi.quęro etiam de quæſtione. & Alexan.in ſimili in conſili.17 inc. viſo inſtrumento.in 4.vol,& dom.And.Barba.in conſi.14.in ſecundo dubio.in 2.uol.Faciunt quæ tradit Felin. plene in d. c.eccleſia.col.24.verſi.quinto quęro. vbi diſcutit, an ſtatutum laicorum poſſit indirecte prædia peruenientia ad eccleſiam ſubiicere oneribus a populo imponendis, de quo etiã tradunt Doct. ibi per eum relati, & Barba. in conſi.ſuo.1.in 3.volu.& Aret. in conſi.ſuo 32.incip.in cauſa quæ vertitur.
56 Secundo amplia,ut procedat† etiam in patrimonialibus clericorũ.c.ſi.& ibi no.Ab.infra de vi.& ho.cle. & iſte eſt unus de caſibus,in quibus clerici habent priuilegium in patrimonialibus, vt præſupponit Abb.ibi & in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.ſupra de conſti.& ſequuntur moder. ibi.Faciunt no.per Abb & alios in c.ſi clericus laicum infra de foro comp.idẽ dicit Old.in conſi.84.incip.an epiſcopus.Facit, quod decidit Pau.de Caſt.in conſi.161.inci.in præſenti. In antiqua impreſſione, vbi conſulunt, quod non valet,conſuetudo quod clerici non ſuccedant in maioriis, licet ſecus ſit in feudis,vt per eum. Regulariter tamen clerici non gaudent priuilegiis clericorum in patrimonialibus, niſi in caſibus expreſſis a iure. ita concludunt Abba.& communiter poſteriores.in d.c.eccleſia.ſuper glo.parua in verbo, perſonis.reprobando.glo.ipſam,quæ contrarium tenet, & allegant ad hoc alias authori-
57 tates, quæ ibi videri poſſunt. Tertio amplia, ut procedat, concluſio etiam in clericis in minoribus ordinibus conſtitutis,quia non ligantur conſuetudine laicorũ.ita doct.quos
58 ſupra retuli in concluſione premiſſa. Quarto amplia† vt procedat concluſio etiam in clericis coniugatis, qui contraxerunt cum unica & virgine,& incedunt in habitu & tonſura. quia non ligantur ſtatutis laicorum reſpectu priuilegiorum Canonis & fori,conceſſorum prædictis,ut in c.unico,de cle. coniug.lib.6. ita Lapus in allegatione 118.tradit Felin.in d.
59 c.eccleſia.quæſt.17. Quinto amplia,etiam† ſi clericus litigaret coram iudice ſeculari, quia contra eum non obſeruaretur conſuetudo laicorum,quo ad deciſionem cauſæ,ita cõcludunt doct.omnes in ſimili de ſtatuto in d.cap.eccleſia.& in d.c.quod clericis.per tex.in d.c.eccleſia . & per alia. & tradit Abb.pulchre in d.c.eccleſia. in 2.notabi. Hinc dicit glo. in l.ex ea.ff. de poſtu.q̃ epiſcopus inter laicos in foro ſuo litigantes,ſeruare debet conſuetudinem laicorum.& dicit Bal. ibi,quod illa glo.debet intelligi, quantum ad deciſionem, cauſę,non quantum ad ordinationem iudicii. idem Pau.de Caſt.ibi.idem Bal.in l.priuilegia.C.de ſacroſ.eccl.& in l.omni nouatione.eodem ti.Et de hac ampliatione vide,quæ plenius dicam infra in ultima ampliatione,& in quæ.pen.Sex-
60 to amplia, etiam ſi † cauſa promoueretur principaliter contra laicum,& incidenter contra clericum , quia adhuc conſuetudo non ligat clericum.ita colligit Abb.in d.c.eccleſia in 3.notabi.per illum text.& cum Abb. tranſeunt poſteriores, ibi, facit text.in argumentum, in c. tuam. de ordi. cogni.Septimo amplia.† etiam ſi conſuetudo laicorum adducatur pro clerico contra clericum,quia non ligat ipſum clericum, hoc colligo ex tex.in d. c.eccleſia ſanctę Mariæ, ubi
61 in ſimili dicitur, quod ſtatutum Romanum non potuit obſeruari pro eccleſia ſanctæ Mariæ contra monaſterium ſancti Silueſtri.Facit,quod dicit dom. Anto.cõſ 54.incip. ſtatuto ciuitatis Parmę. ubi decidit, quod ſtatuta laicorum etiã gũalia,non præiudicant eccleſiis, etiam q̃ fauorem aliarum eccleſiarum concernerent.& tradit plene dom.Felin.in d.c.
62 eccleſia.quæſti.10.Octauo amplia,vt procedat† etiam reſpectu laicorum habentium ius indiuiduum cum clericis, quia conſuetudo laicorum ipſos laicos non ligat.ita dicit do.Frã. de Are.in cõſ.25.incip. viſo themate, per adducta per eum. facit tex.notabilis In l.ſi communem . ff.quemad.ſer.amit. quem pulchre ornat do.Fel in c.1.infra de preſcriptio. Nono
63 amplia, ut† procedat,nedum reſpectu bonorũ eccleſiæ, acquiſitorum,ſed etiam reſpectu acquirendorum. exemplum ſi ſtatutum vel conſuetudo laicorum diſponat, q̃ alienatio immobiliũ non poſſit fieri in non ſubditũ,certe nõ ligat eccleſias.ita Io.An.& Gem.in c.fin.de immu.eccle.lib.6.moti inter cætera, quia tale ſtatutum eſt contra libertatem eccleſię,per illum tex.& tradunt doct. in variis locis, vt congerit Felin.in d.c.eccleſia.q.9.dicens,quod iſta eſt communis opinio,de quo puncto,vide etiam in locis allegandis infra in 4.
64 limitatione, ad fi.Decimo amplia,vt talis† cõſuetudo laicorum,nedũ nõ liget clericos,ſed ẽt non ligat laicos litigantes cũ clericis in foro eccleſiaſtico,ẽt ſi conſuetudo ipſa adduceretur in fauorem clericorũ vel eccleſiæ,ita concludit Ab.in c. q̃ clericis,de fo.cõp.col.9.verſi.ſi vero. ſtat.dicẽs poſt multa, q̃ ſi lis verſatur inter clericum & laicorũ,conſuetudo nõ ligat clericos, nec laicus talẽ cõſuetudinẽ ꝫ clericos allegare poſſet, ita e contra non ligabit laicum in fauore clerici, quia lex debet eſſe cõmunis omnibus, vt ſit æqua.c.erit aũt lex. 4.diſtin.l.ſi.C.de fruct. & lit.expen. vbi bene ad propoſitum dicitur, quod in iudiciis debet ſeruari æqualitas. Præmiſſam etiam ampliationem & deciſionem plene format, dom.Fran.de Are.in conſi.ſuo.45.incip.viſis articulis.per totum,vbi conſuluit,q̃ conſuetudo laicorum , vt credatur libris mercatorũ,non ſeruatur in foro eccleſiaſtico cõtra laicum

Source : BIU Cujas

cum etiam in fauorē clerici, & allegat doc. ſ. relatos. Et aduerte, quia licet Are. loquatur, quando cauſa verſatur corā iudice eccleſiaſtico, tamen fumdamentum ſupra relatum, probat idem eſſe, ſi cauſa vertereturcoram iudice ſeculari inter clericum & laicum. Item Abb. in d.c. quod clericis. loquitur indiſtincte, & ſic videtur concludendum, quod quando cauſa vertitur inter clericum & laicum, non poſſit clericus ſe iuuare ſtatuto laicorum, ſiue cauſa verſetur in iudicio ſeculari, ſiue eccleſiaſtico, ex ratione ſupra relata, quod non reperi ſic per alios expreſſum. Et præmiſſam deciſionē ſuadet, quia etiam in foro ſeculari contra clericum non ſeruantur leges vel ſtatuta laicorum, vt tradunt Abb. & moderni poſt Guil. Naſo. in c. 1. de conſtitu. in c. eccleſia. in 1. no. eo. tit. per illum tex. Et ſi dicas. Quādo ergo poterit clericus ſe iuuare ſtatutis laicorum, dic, ut infra dicam in tertia limitatione. Quando autem laicus litigaret cum laico coram iudice eccleſiaſtico, quæ lex ſit ſeruanda, dixi ſupra in quinta ampliatione, & dicam infra in pen. quæſt. & tradit Are. in cō
65 ſil. præallegato. Limitatur autem † prædicta concluſion. multis modis per Doctores, & ego etiam limitabo, Primo igitur limitatur, vt non procedat dicta communis concluſio in cō ſuetudine mixta clericorum & laicorum, tunc enim clerici ligantur, quia non dicuntur ligati conſuetudine laicorum, & ſic ceſſat ratio communis opinionis. ita decidunt Do. Anton. & Gemin. & omnes moder. in d.c. eccleſia ſanctæ Marię & ibi Felin. verſic. ſecundus caſus. alia allegat. Et ita ſecūdū Docto. prædictos intelligitur & procedit tex. in c. cum ueniſſent, infra de eo, qui mit. in poſ. cauſa rei ſer. & ibi not. Abb. ita etiam intelligitur text. in d.c. cum cauſa. infra de re iudi. & ibi not. Abb. & faciunt, quæ dicentur infra in vltima limi-
66 tatione. Secundo limitatur, vt non † procedat dicta concluſio, quando clericus agit coram iudice ſeculari, & conſuetudo laicorum diſponit circa proceſſum ſeu modum procedēdi ſeu circa ordinatiua iudicii, quia clericus ipſe tenetur ſeruare conſuetudinem laicorum reſpectu eorum, quæ cōcernunt ipſa ordinatiua, & ſic conſuetudo laicorum hoc caſu obſeruatur contra clericos. iſtud eſt commune dictum glo. & Doct. in c. quod clericis. infra de foro compe. ut ibi atteſtatur Abb. qui idem firmat. colum. 3. Et ratio eſt, quia lex canonica conſentiens, quod cauſa agitetur coram iudice ſeculari, ex quo diſpoſuit, ꝙ actor ſequatur forum rei, c. cum ſit generale, infra de foro compe. cenſetur etiam velle, quod agitetur ſecundum modum illius iudicii. Pro iſta limitatione vulgo ſemper allegatnr gloſ. in d.c. quod clericis, & ita firmant Abb. & alii ibi. idem Ab. in c. 1. ſupra de conſtit. in 1. nota. & d. Ant. Imo. Abb. & alii communiter, in d.c. eccleſia S. Mariæ & ibi plene declarat Felin. col. 16. verſic ſeptima declaratio. verſic. tertius caſus. vbi refert rationē ſupra allegatam. Aliam rationem refert Abbas in d.c. qnoſt clericis. ſcilicet, quod ideo in ordinatiuis attenditur lex, vel conſuetudo fori, in quo cauſa uerſatur, etiam contra clericos, quia eo caſu conſuetudo non concernit perſonam, ſed cauſam quæ ſubiicitur illi foro. Aliam etiam rationem. & ſic tertiam, aſſignat Rapha. Comen. in conſil. 139. incip. P. laicus, vbi dicit, quod ratio eſt, quia ſicut, qui naſcitur in loco, ſubiicitur legibus illius loci l. origine. C. de municip. & orig. lib. 10. ſic cauſa, quę naſcitur in vno foro, debet tractari legibus illius fori.
67 Ex præmiſſa † limitatione ſic declarata infertur, quod clericus litigans coram iudice ſeculari, nō poteſt appellare ante ſententiam, niſi in caſibus a iure ciuili permiſſis, laicus autē litigans coram iudice eccleſiaſtico, appellare poterit ab omni grauamine, quia, vt dictum eſt, in reſpicientib. proceſſum vel ordinatiua iudicii, attenduntur coram iudice ſeculari leges & conſuetudines ſeculares, etiam contra clericos. ita dicunt præfati Doctores, poſt Archid. in c. non ita 2. queſtio. 6. Aliæ etiam illationes fiunt per Doct. in locis præallegat, & refert plene D. Maria Soci. poſt Abb. in d.c. quod clericis, co-
68 lu. pe. Poteſt etiam inferri, quod ſtatutum † uel conſuetudo laicorum diſponens, quod debeat fieri compromiſſum, puta inter affines, habebit locum contra clericum litigantem in foro ſeculari, ut tradit D. Pet. Philip. Corne. conſi. ſuo 114. incip. quanuis primo adſpectu. in 2. vol. & firmāt plene nouiores in d.c eccleſia S. Mariæ. col. 21. Ego tamen reperio, quod Bald. contrarium dicit in c. cum ueniſſent. col. 3. infra de eo qui mit. in poſ. cauſa rei ſeruan. vbi formaliter dicit, quod cō ſuetudo vel ſtatutum de compromiſſis neceſſariis, non ligat clericos, etiam in minoribus ordinibus conſtitutos. & ſequitur Alex. in conſi. ſuo 120. incip. ponderatis, in 2. volum. & in conſil. ſequenti. Sed dici poteſt, quod prædicti Doct. non loquuntur in terminis noſtris, uidelicet quando clericus litigat coram iudice ſeculari, tunc enim verius videtur id, qđ ſupra dictum eſt, quia compromittere ex neceſſitate ſtatuti, vel conſuetudinis, eſt de proceſſu litis, ut inquit Bald. in l. ſi iudex. in fin. ff. de his qui ſunt ſui. Vel dic, ꝙ vbi ſtatutum de compromiſſis fiendis ulterius diſponit, ut quia dicit, quod laudum inde ſecutum habeat paratam executionem, uel quod reductio ad arbitrium boni viri peti non poſſit, tunc ſtatutum videtur deciſionem reſpicere, & propterea nō ſeruabitur contra clericos etiam in foro ſeculi. Secus, ſi ſtatutū ſimpliciter mandat compromiſſum fieri, ita Bald. in effectu in c. fi. ver. quod ſi ſtatutum, ut lite pend. & de hoc, an compromiſſum concernar deciſoria vel ordinatoria, uide etiam Bald. qui allegat pro & contra, in l. 1. in fi. C. quæ ſit longa cō
69 ſuetudo. Ex præmiſſa † limita. & deciſio. infert etiam d. Maria. Soci. in d.c. quod clericis, in fi. quod ſtatutum diſponens, quod inſtrumentum habeat executionem paratam, nec ſit opus libello, concernit proceſſum, & non deciſionem, & propterea contra clericū obſeruaretur in foro ſeculari, allegat Bar. in d.l. 1. C. de ſumma Trin. quæſt. 5. & alia, & ſubiicit, ꝙ ſi ſtatutum diſponeret, quod probatio non admitteretur per teſtes, ſed inſtrumenta, tunc diceretur reſpicere deciſionem cauſæ, & non ordinationem. allegat Cald. & Pe. de Anchar. vt per eum. Sed tu aduerte, quia reſpectu inſtrumenti habē tis executionem paratam. nec ſit opus libello, ut id dicatur concernere proceſſum, tenet etiam Bald. in l. 1. quæſt. 4. C. ne filius pro patre, cōmunis præceptor, in d.l. 1. col. 13. C. de ſumma Trin. & d. And. Po. olim auditor Rotæ apoſtolicæ, in d.c.
70 quod clericis. Hoc tamen intellige. niſi † ſtatutū diſponat qđ contra inſtrumentum nulla exceptio opponatur, vt inquit Bal. in d. l. j. quæſt. 5. tūc enim ſtatutum reſpicit deciſionem, vt per eum. Qando autem ſtatutum daret modum vel ordinem procedendi vel etiam exequendi, tunc dicitur comprehendere ordinatiua, ſicut ſi daret ordinem proceſſui. ita Bal. in d.l. 1. q. 4. & in conſil. 285. incip. caſus, in 2. vol. & dicam infra in vlt. quæſt. Sed de alio, quod refert Soci. & ante eum tenuit Abb. in d. c. quod clericis, ſcilicet, quod ſtatutum non admittens probationes per teſtes, reſpicit deciſionem cauſæ dubito, quia probationes a deciſione differunt, ut tradunt gl. & Doct. in l. prolatam, C. de ſentent. & ad ſenſum patet. Item rationes dictæ limitationis militāt etiam reſpectu probationis, igitur in eis militabit limitatio, arg. l. illud, ff. ad le. Aquil. & c. translato. ſupra de conſti. Cogita tamen, propter authoritatem præfatorum Doctorum & aliorum, quos ſtatim referam. & forte opinio corū verior eſt, quia tollere probationem, videtur reſpicere deciſionem litis, ut in ſumma dicit Bald. in l. j. in quinta quæſt. C. ne filius pro patre, ubi dicit. quod ſtatutum diſponens, quod contra inſtrumentum nulla exceptio opponatur, reſpicit deciſionem cauſæ, quia ptobationes non ſunt de ſubſtantia iudicii, ut per Barr. in d. l. prolatam. ſunt tamen de ſubſtantia ipſius deciſionis, vt etiā Bar. ibi præſupponit. Et quod ſtatutum prædictum diſponēs quod ſolutio non poſſit probari per teſtes, non comprehendat clericos litigantes etiam coram iudice ſeculari, firmat Alex. in conſil. ſuo 210. incip. ponderatis. in vlti. colum. in 2. vol. & in conſ. ſequenti, colum. 2. idem reperio dicere Aret. in d.c. quod clericis, qui reſpondet vni arg. Imo. contrarium tenentis. Hæc tamen deciſio forte non procederet, quando ſtatutnm uel conſuetudo diſponeret, circa res, ſeu concernet res, & non perſonas, ut dicam infra in quinta limitatione. Et quod modus probandi, reſpicere dicatur potius deciſoria, quam ordinatoria iudicii, etiam uoluit Bart. in l. ictus fuſtigium. in ult. quæſt. C. ex quibus cau. infa. irrro. & Bal. in l. j. C quæ ſit lon. conſuet. ad fi. Aret. in c. dilecti. de iud. & Felin. in d.c. quod clericis, in fi. idem Do. Baptiſta de ſancto Seuerino, in reper. l. cunctos populos. C. de ſum. Trin. declarando tamen & diſtinguendo, ut per eum, licet Calcaneus aliter loquatur in conſil. ſuo. Et præmiſſam limitationem de ordinatiuis iudicii, ut conſuetudo in his diſponens, comprehendat clericos litigantes corā iudice ſeculari, ēt ſequitur Raph. Comen. in conſi. ſ. alleg. Are. in conſi. 45. inc. uiſis. ait Alex. in 167. incip. uiſo proceſſu. in 2. uol. & Barb. in conſi. 31. incip. bene etenim. in 3. uōl. Ampliatur autem & ſublimitatur dicta limitatio, ut infra dicam in quæſtio. penul. Tertio limita, ut
71 non † procedat dicta concluſio, quando conſuetudo eſſet fauorabilis clericis uel priuilegiatiua, quia tunc comprehenderet clericos. text. eſt optimus in c. dilecti de foro compet. tradit Abb. in d.c. eccleſia ſanctæ Mariæ. ubi dicit, quod incluſione fauorabili in ſtatutis laicorum, clerici comprehendun tur, idem alii communiter ibidem, idem Lapus in allega. prima incipien. in ciuitate Florentiæ. allegat tex. in l. omnia priuilegia. C. de epiſc. & cleri. Quinimmo etiam ſi conſuetudo nō eſſet ſimpliciter fauorabilis clericis, ſed indifferēs, poteſt clericus ea uti in ſuum fauorem, ſi uelit, ca. ſi in adiutorium. x. diſtin. & tradit Bald. in dicta l. de quibus. ff. de legib. & ibi communis præceptor plene. Hinc dicit Abb. in capit. fin. in 1. notab. per illum tex, de uita & hon. cler. quod clerici poſſunt uti ſtatuto contra laicos, quod inſtrumenta habeāt executionem paratam. idem Gem. in effectu in c. fi. in prin.

de

Source : BIU Cujas

de offi.delega.lib.6.& pulchre Pau.de Caſt.in conſi.ſuo 400. incip.in Chriſti &c.ad primum dicendum,vbi eleganter dicit,quod non eſt abſurdū, quod clerici gaudeant beneficiis ſtatutorum populi,licet non ſupportent onera,quia ſufficit, quod ſubeant onera ſpiritualia, & ſic non ſunt ſimiles omnino forenſibus, a quib. populus nullum habet ſubſidium, tradit etiam de hac limitatione Alex. in conſi.209. inci. ſtatutis.in 2.vol.& dom.Felin.in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.alia adducen. in 8.quæſt.principali,ver.primus caſus eſt.licet igitur conſuetudo laicorum, non ligat clericos in præiudiciū eorum.tamen eos comprehendit in concluſione fauorabili per prædicta.& hoc verbo etiam vtitur Bal.in l.1.C de ſumma Trinit.col.7.& facit, quod dicit Abb.in c.nouit,infra de
72 iud.in glo.in verbo,quicunque.in fin. Hanc†limitationem, declara,primo ut procedat, dummodo clericus utens tali ſtatuto,etiam illud acceptet contra ſe, & ſic vtatur eo cum ſua forma.ita Bal.exemplificans in d.l.de quibus.colum.16. & dicam infra plene ſeptima limitatione.Secundo declara.
73 ut procedat.† niſi ſtatuto laicorum caueatur, ne clerici gaudeant beneficio ſtatutorum ipſorum laicorum.ita Ab.in d. c.eccleſia.& ibidem Felin.quæſt.8.& Bald. & moder.in d.l. de quibus. Tertio declara, ut non procedat,quando cauſa verſatur inter clericum & laicum, quia ſicut tale ſtatutum non obſeruaretur pro laico litigante cōtra clericum, ſic nō poterit clericus illo ſtatuto vti in ſuum fauorem, vt tradit plene Aretius in conſil.45.incip.viſis articulus. & declaraui ſupra in vltima ampliatione huius concluſionis,Et ſi di
74 cas quando ergo†procedet iſta limitatio, inquantum ſcilicet dictum eſt,quod ſtatutum etiam indifferens poterit allegari per clericum in ſui fauorem, Dico,quod poterit allegari,quando in eo caſu Canon non diſponat. argumen. cap.1. de noui operi.nun.vel poterit allegari, quando illud etiam acceptet contra ſe,præſuppoſito,quod aliqua pars ipſius ſtatuti faciat contra eum.exemplum, vt per Bal.in d.l.de quibus. Quarto limita,ut non †procedat dicta concluſio. quan
75 do conſuetudo laicorum diſponeret circa ſolenniratem adhibendam tempore contractus, quia talis cōſuetudo deber ſeruari etiam per clericos contrahentes.ratio huius limitationis eſt, quia non poteſt laicus ſubditus contrahere cum non ſubdito,ſpreta lege vel conſuetudine ciuitatis ſuæ,immo peccat, c.2.infra de maiorita & obed.& tranſgreſſor cōſuetudinis ita punitur,ſicut tranſgreſſor legis.c.in his.11.diſtin.Ex parte ergo laici nulla obligatio contrahitur, niſi ſeruata ſolennitate data a conſuetudine, quæ ipſi obligationi reſiſtit.l.cum lex.& ibi not.ff.de fideiuſ. ideo clericus cōtrahendo,omiſſa dicta ſolennitate,nulliter contrahit, quia cō tractus non poteſt ex una parte ſubſiſtere.l.Labeo. ff.de verbo.ſigni iſtam limitationem in ſimili de ſtatuto tradit Abb. in d.c.eccleſia.in repet. ubi alias rationes adducit.idem Ab. in d.c.quod clericis.colum.6.verſi.ego vero.infra de fo com pe.& ibidem Are.col.fi.dicens,quod hoc eſt regulare, vt forenſes etiam clerici teneantur ſeruare ſolennitatem loci, vbi contrahunt,allegat tex.in l.ſi fundus. ff.de euicti. idem, concludit ibi Barba. col.27. dicens quod ſolennitas ſtatuti, quæ requiritur in donatione, comprehendit etiam donationes factas clericis,& ita dicit ſe conſuluiſſe,& ſubiicit,idem conſuluiſſe. Car.Flor.in ſplendida vrbe Piſtorienſi. Præmiſſam etiam limitationem ſequitur Felin. in c.1.infra de ſponſa.& in d.c.eccleſia.8.quæſt.in verſi.quartus caſus.hoc enim caſu ut dicit Abb.in prædictis locis, conſuetudo laicorum, non ligat clericos, ſed diſponit circa ſubditos ſuos ad bonū finē.Vñ ſi clericus uult laicū obligare dēt obſeruare oīa,ſine quib.ille obligari non poteſt.allegat etiam idem tenere Feder.de Senis in conſi.85.incip.ſtatuto ciuitatis Peruſinæ. vbi dicit,quod ſtante ſtatuto, quod nobilis non poſſit recipere ceſſionem actionum contra popularem,non valebit ceſſio facta nobili per eccleſiam quia ſtatutum diſponit in caſu licito,& inter ſubditos. Et hoc etiam dicit Pa. de Caſt. in cōſ. 159.inci.in præſenti cauſa,viſis &c.in fin.in antiqua impreſſione,& Ale.in conſil.93.incip.viſis.& ponderatis.in 2.nolu. ubi pulchre conſuluit,quod inueſtitura facta per clericum laico non uocato poſſeſſore, iuxta formam ſtatuti laicalis, eſt nulla.& allegat inter cætera deciſionem Bal.in ſimili,in repe.magna in l.cunctos populos.C.de ſumma Trin. & fide
76 catho.verſi.ſed hic quæro.ubi ſecundum † eum dicit, quod ſtatutum laicorum diſponens,quod nullus poſsit contrahere ſine præſentia presbyteri, comprehendit etiam contractū qui fieret a clerico. allegat etiam Salic.in authent. caſſa, in penul.quæſt.C.de ſacroſan.eccle vbi dicit, quod ſtatutum diſponens,quod minor xxv.annis. non poſsit alienare rem immobilem,niſi ſeruata certa ſolennitate,puta cum præſentia agnatorum. habet locum etiam ſi minor contrahat cum clerico.Et præmiſſam deciſionem Fede.de ſtatuto prohibē te ceſsionem actionum contra popularem etiam ſequitur,

Dom.Baptiſta de ſancto Seuerino,in repeti.dictæ l.cunctos populos. C.de ſumma Trinit.& fide catho. ad finem firmat etiam Dom.Felin.alia adducens,in dicto capit. eccleſia Sanctæ Mariæ in 8.quæſtio.principali, verſi.quartus caſus. & ibi plene declarat, an prædicta limitatio & deciſio procedat, tā reſpectu eccleſiæ,quam clericorum, ſeu an procedat in contractu facto per laicum cum eccleſia. de quo puncto tradit etiam Cardi.Flor.in c.perpendimus,de ſenten. excom. & in conſi.144.incip.ſtatuit ciuitas Viterbienſis.Alexan.in conſi. 209 incip.ſtatutis in 2.vol. & pleniſſime vſque ad nauſeam inſtat D.Felin.loco præallegato,vide per eum,ubi maxime attingit,an ſtatutum vel conſuetudo prohibens rem alienari in forenſem,uel in non ſubditum, includat eccleſiam. de quo etiam tradunt plene nouiores ibi, & Legiſtæ,maxime modern.in l.filiusfamilias,§.diui. ff. de lega.1.ibi communis præceptor,& tradit etiam Do. Signorelus de Homod.in conſil.21.incip.ſtatuto Mediolani cauetur. Barba.in repet.rubr. infra de reb.eccle.non alie.in ſecundo dubio principali, vbi plenisſime loquitur,& in conſ.46.incip.difficile.in ſi.in 3.volu.& in conſil.30.in 4.vol. & plenius in conſil 65. incip.referam in medium.in 7.colum. & ſequentibus eodem volu. & declarabo aliquid in ſequenti limitatione. Præmiſſa tamen
77 † limitatio morderi poſſet, eo quia principale fundamentū concluſionis ſupra factæ eſt, quod ideo conſuetudo generalis non comprehendit clericos,quia deficit poteſtas in laicis inducentibus conſuetudinem,c.a nobis,el j. infra de ſent. ex com.Sed ſi dicamus,quod clerici teneantur obſeruare dictā conſuetudinem laicorum diſponentem circa ſolennitatem actus,certe talis poteſtas laicorum trahetur ad clericos ſaltē in conſequentiam,quod fieri non poteſt, ut dixi ſupra in 6. ampliatione,& propterea uideretur potius dicendum,quod conſuetudo prædicta nō ſe extendat ad laicos in caſu,in quo contraherent cum clericis.eo enim caſu,quo clericus & laicus contrahūnt ſimul,tunc ipſi clericus & laicus ſunt correlatiua, quia unus eſt emptor,alius eſt uēditor,vel unus eſt locator, alius eſt conductor, &c. & bene facit,quod dixi ſupra in 8.ampliatione.Cogita de ſolut.niſi dicas,quod immo talis conſuetudo non ligat clericos etiam in conſequentiam, ſed diſponit circa ſubditos ſuos,ut declarat Abb. in locis ſupra relatis, & licet contractus factus per laicum cum clerico,non ſeruata ſolennitate conſuetudinis, non ualeat,id nō procedit quia conſuetudo ipſa laicorum liget clericos, ſed
78 procedit ex ratione ſupra relata. Quinto limita † dictam cōcluſionem, ut procedat, quando conſuetudo diſponeret circa perſonas,ſecus,ſi circa res laicorum. ſeu res ipſas concerneret.Exemplum ſi diſponeret conſuetudo, quod res dotalis non poſſit alienari,tūc ſi clericus emeret,non valeret alienatio,& ratio eſt quia mulier laica in habilitatur ad alienā-dum unde ex ſui parte non oritur obligatio etiam naturalis dicta l.cum lex. ff.de fideiuſ. ergo etiam non orietur ex alia parte.l.Labeo.ff.de uerb.ſig. nec hoc caſu conſuetudo ligat clericos,ſed ſubditos tantum,& impedit obligationem oriri, ex tali ꝯctu, & in re ſua poteſt quis ſtatuere, l.in re mandata, C.manda c.uerum.infra de condit.appo.Iſtam limitationem tradit Abb.in ſimili,videlicet in ſtatuto,in d.c.quod clericis,per rationes prædictas, & ſubiicit,q̄ Hoſt.Io.Andr. Card.& d.Ant. non conſiderarunt iſtum caſum, nec præcedentem,& credit,quod ſi cōſideraſſent,aliter dixiſſent. & ēt ſubiicit,ſecus dicendum eſſe,quando ſtatutum concerneret perſonam,puta iubendo, ut contrahens aliquid faciat poſt contractum, puta ut apprehendat poſſeſſionem rei emptæ infra certum tempus, uel probet illam per tot teſtes, quia tūc ſecundum eum non ligabitur clericus,etiam in foro ſeculari.Præmiſſam limitationem & deciſionem etiam tradit Ab. in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ in repe.ibidem ſequuntur communiter moder.maxime Feli.quæſt. 8. verſi.quintus & vltimus caſus.ubi dicit ſe nihil habere,quod addat. Ego etiam credo iſtam limitationem veram,licet exemplum ſit ineptū quia res dotalis ſatis alienari prohibetur de iure communi, ut in tit.de fundo dot.& Inſt. quibus alien.non licet.in prin. Et pro præmiſſa limitatione facit deciſio Salic.d.in auth.caſſa.C.de ſacroſanct.eccl. vbi dicit,quod ſtatutum loquens in rem, puta quod debitum probari non poſſit, niſi per inſtrumentum, habere locum etiam contra clericum, ſed in hoc vide Felin.poſt Calde.per eum relatum in dicto ca-
79 pitulo eccleſia,quæſtio.15. Præmiſſa tamen limitatio†morderi poſſet,quia non eſt inſpiciendum,cum quo quis loquatur,ſed in quem diſpoſitionis effectus dirigatur, l.cum pater. §.donatio.ff.de lega.ſecundo,dato ergo,quod ſtatutum uel conſuetudo diſponat circa res, ſatis uidetur prohibita perſona,quia res ſeipſam alienare non poteſt. Et quod non ſit fienda differentia,an prohibitio contractus ſit in rem, an in perſonam,tradunt d.Anton.Abb.& communiter alii, in capitulo.cum contingat,infra de iureiu.& refert & ſequitur d.Alex.

Source : BIU Cujas

d Alex.in conſ.27.incip.viſo libello.& in conſ.125.incip. v i ſis.in 1.vol.& pleriſque aliis conſiliis.in quibus refert reprobatam eſſe opinionem Bart. in l. ſi quis pro eo. ff.de fideiuſ. vbi tenet,quod ſi mulier prohibeatur alienare, tunc contra ctus non firmatur iuramento, ſecus, ſi res prohibeatur alienari.Sed tenendo limitationem præmiſſam,credo dici poſ-
80 ſe,quod licet verum ſit, quod prohibita † alienatione rei cenſeatur prohibita perſona alienare, per prędicta, tamen in ſtatuto vel conſuetudine laicorum prohibente,talis prohibitio non intelligetur reſpectu laicorum non ſubditorum,ſed reſpectu laicorum tantum ſubditorum, ſed tamen contractus factus per clericum,cū laico,non tenebit ex rationibus,de quibus ſupra facta eſt mentio, Prædicta tamen limitatio non procederet reſpectu queſtionis, an res, prohibita alienari in non ſubditum,includat clericos,vel ecclesias,licet prohibitio ſit in rem, ut tradunt docto.in locis relatis in præcedenti limitatione. Et pro declaratione. dicas, quod communis opinio eſt. quod tale ſtatutum non liget eccleſias vel clericos,vt concludunt Io. And. & Gem. per illum tex. in c.fi.de immu. eccle.lib.6.& doct. relati per Felin.in d.c.eccleſia.quæſt.9.ubi atteſtatur hanc eſſe cōmunem opinionem. Et ratio diuerſitatis eſt,vt puto, quia hoc, caſu ſi ſtatutum traheretur ad clericos,eſſet contra libertatē eccleſiæ,vt præſupponunt Doct.preallegati,ſed in caſu prę-miſſo limitationis noſtræ ceſſat dicta ratio, vt ad ſenſum patet.item,prædicta limitatio non procederet vbi cōſuetudo laicorum nedum diſponeret circa res ipſorum laicorum, ſed ſpecialiter cōcerneret perſonas clericorum.Exemplū,ſi conſuetudo dicaret, qđ clerici non ſuccedant in maioriis, ita dicit Pau.de Caſt.in conſi.165.incip.in præſenti cauſa,in
81 ultima col.in noua impreſſione nouorum. Sexto limita†dictam concluſionem,ut non procedat, quando conſuetudo iniecit vinculum ante clericatum,quia tunc licet poſt conſuetudinem inductam quis efficiatur clericus, tamen ligat illa conſuetudine,ita decidit in ſimili in ſtatuto Abb.in dic. c.eccleſia.col.fi. & in d.c.quod clericis.colum.9.exemplum ſi conſuetudine vel ſtatuto caueatur, quod primogenitus, ſuccedat, certe,ſecundogenitus factus clericus poſt ſtatutū vel conſuetudinem, ligabitur illo ſtatuto,ita decidit Ioan. And.in regula,ſine culpa. de reg.iur. li6.in Mercurialibus in ſi.idem d.Anto.& Imo.in.d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ,& idem dicit Abb.ibi ad fin. idem Paul.de Caſt.in conſil.339.incipi. ad primum in tertio dubio.idem d.Babptiſta de ſancto Seuerino in l.prima. colum.fi. C.de ſumma Trin.& d.Felin.in d. c.eccleſia ſanctę Mariæ.qui multum circa hanc limitationē inſtat,in queſt.principali, & etiam tradit in ſexta quæſtione vbi etiam dicit poſt Abb.ibi & alios per eum relatos, quod ſtatutum diſponens quod extantibus maſculis fœminæ nō 82
ſuccedant, excludit moniales,quæ aſſumpſerunt monachatum poſt ſtatutum.quod etiam dicit Pau.de Ca. in d.conſi. 339. & Rom.in l. ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verb. oblig. Et eandem opinionem.veram eſſe præſupponit Rota in antiquioribus,ſub hoc tit.de conſue.deciſ.1.Et iſtam deciſionem dicit eſſe communem Are.in d.c.quod clericis,in fin.licet arguat in contrarium,vt per eum.cuius argumentum prius fuit Salic.in d.auth.caſſa.qui contrarium tenet.dicit enim Salic.quod tale ſtatutum ſolum iniicit vinculum, tempore ſucceſſionis deferendæ.& propterea ſecundum eū ſatis eſt quod filia reperiatur monialis tempore mortis patris, ad hoc, vt non ligetur dicto ſtatuto vel conſuetudine, & idem quod Salic. tenet etiam Petr. de Ancha.in conſ.ſuo 108.incip.in paucis verbis.idem Barba.in repe.rub. de reb.eccle.non alie.in ſecundo dubio.idem Alex.in conſ.211.inci. viſa.in 2.vol. ibi tamen ſequitur deciſionem Ioan. And.in exēplo de primogenito,& inter illud exemplū & aliud præcedens de excluſione fœminarum, aſsignat rationem diuerſitatis vt per eum.Eandem opinionem tenent. nouiores, in d.c.eccleſia ſanctę Mariæ,& mouentur inter cętera, quia attenta deciſione Abb. & aliorum ſupra relatorum, ſemper ſtatutum laicorum ligaret clericos,quia omnes,qui nūc viuunt, ſunt nati poſt ſtatuta, ergo dici poſſet ſecundū eos, quod ſtaruta omnia iniecerunt vinculum ante clericatum & idem dici poſſet ex mente eorum in conſuetudine ab antiquo introducta,poſt quam conſuetudinem nati ſunt omnes nunc viuentes.Tamen tenendo limitationem prædictā quæ in practica obſeruatur in hac patria maxime, ad rationes contrarias reſponderi poteſt.Et primo ad rationem Salice.& Aret. reſpondet Paul.de Caſt.in d.conſi.339.dicens, quod ſtatutum prædictum iniicit vinculum fœminis tempore quo naſcuntur, non autem tempore, quo ſuccedunt, & ſic illa qualitas impotentiæ ſuccedendi,iniicitur ante ingreſſum monaſterii.& hoc ſubtiliter probat.quia ſtante dicto ſtatuto, ius commune non habetur in conſideratione, in eo loco, in quo viget. Dicēdum eſt ergo, quod ſęmina tē pore natiuitatis ſuæ recipit habilitatem vel inhabilitatem. ſuccedendi,prout ſtatutum diſponit.Excluſio enim fęminæ vt dicit Paul. de Caſt.cauſatur propter qualitatem impotentię ſuccedendi,quæ præcedit clericatum vel ingreſſum monaſterii,propter quam qualitatem in omnem euentum, id eſt, etiam quod non fuiſſet facta monialis,excluſa fuiſſet vel breuius.poſſet negari id, quod dicit Salice.ſcilicet, quod ſtatutum iniicit vinculum tempore ſucceſſionis deferendę,qa de natura ſtatuti eſt ligare ſtatim,vt tradunt Abb. & alii, in c.2. ſupra eodem.nec illi verbo, ſuccedāt,eſt adiecta aliqua qualitas per ſtatutum, quæ qualitas debeat regulari ſecundum tempus ipſius verbi,iuxta l.in delictis.§.ſi extraneus.ff. de noxalibus.Et prędmiſſam deciſionem de ſtatuto prædicto vt excludat etiam.moniales,firmat quoque Barba.in conſi 4.1.uol.Non obſtat modo ratio nouiorum dicentium quod attenta dicta deciſione Abb.& ſequatium omnia ſtatuta laicorum ligarent clericos,quia reſpondeo,quod aſſumptum, non eſt verum,quia plerumque fiunt ſtatuta noua vel reformationes, & ſic non eſt uerum dicere, quod omnes qui viuunt,ſint nati poſt ſtatuta.Vel ſecundo melius dicas, quod dicta ratio tollitur ex deciſione Cal. in diſputatione ſua incip.ſtatuto ciuitatis cauetur.quam referunt Doct.ſupra allegati,vbi dicit Cal.quod quando actus, de quo loquitur ſtatutum,reci pit conſummationem poſt clericatum,tūc ſem. per ſtatutum iniicit vinculum poſt clericatum,& tunc clerici non ligantur & ſic non eſt uerum præſuppoſitum nouiorum. Exemplum tradit Cal.in dicta diſputatione,in ſtatuto prohibente probari ſolutionem debiti p teſtes,nam tunc laicus debitor,qui poſt ſolutionem factus eſt clericus, poterit, probare ſolutionem per teſtes,quia non ligatur tali ſtatuto hoc enim caſu, ſecundum,eum ſtatutum nō dicitur iniecis ſe vinculum ante clericatum,quia reſpicit actum,probationis fiendę & eo tempore ille,qui erat laicus reperitur clericus,vnde actus probationis fiendæ imminet tempore clericatus ſeu poſt clericatum, & ſic recipit conſummationem, poſt clericatum.Sed in caſu ſtatuti excludentis fęminas dicimus,quod actus excluſionis fœminarum recipit conſummationem tempore natiuitatis ipſius, vt dicit Pau.de Ca.in loco ſupra relato,& propterea cum tunc ſint laici, excludū tur.Et præmiſſam deciſionem & doctrinam Cald. ſequitur Pet.de Ancha.in reg. ea, quæ.de reg.iur.in 6.& in repe.c.canonum. uerſi.accedat quæſtio diſputata.ſupra de conſt. & d. Felin.in in d. c.eccleſia ſanctæ Mariæ.q.15.vbi per deciſionē Cald. præallegatam reſpondet ad rationem prędictam nouiorum,quæ ratio fuit prius p Fel.ipſum conſiderata.Stat ergo defenſata dicta limitatio.fateor tamen,quod diſputando faciliter teneri poſſet opinio contraria ſupra relata.Septimo limita†dictam concluſionem & regulam. vt non procedat quando clericus vteretur conſuetudine laicorum pro ſe, prout vti poteſt, vt plene dixi ſupra in 4.limitatione, quia teneretur illam acceptare contra ſe,& ſic ligaretnr conſuetudine tali.ita decidit Bald.in ſimili de ſtatuto, in l. de quib. verſi.ſexto quæro.ff.de legi. vbi dicit,quod ſtante ſtatuto,ꝙ inſtrumenta mandētur executioni,niſi ſint lapſi decem anni,clericus volens vti beneficio talis ſtatuti,debet eo vti infra decem annos.idem dicit Bal.in l.1.in fi.C.de contra. emptio.& in l. omni nouatione. C.de ſacroſanct. eccl.& in aliis locis relatis per communem præceptorem in d.l. de quibus idem d.Felin.in d.c. eccleſia ſanctæ Mariæ. quę.8. verſic. ſed hunc primum caſum.idem pulchre Abb. in d.c.eccleſia ſanctę Marie.in repet.ad fin.& in conſi.6. incip.caſus in 1.volu. idem tenet Alexan.in conſi.210.incip.ſtatutis.& in conſi.ſequenti.in 2.volu. Facir tex.in reg. ex eo. de reg.iur. lib.6. itē facit quod dicit glo.in c.placuit.16.q.3.quæ inquit,quod eccleſia non poteſt acceptare pro ſe l.bene aZenone.C.de quadri.præſcrip.quia non acceptauit eam contra ſe. Contra tamen iſtam limitationem facit glo.in c.nouit,in uerbo,quicunque.ad fi.infra de iudi.quæ dicit,quod eccleſia poteſt inducere legem,quando facit pro ipſa eccleſia, ſed contra ſe eam recipere non tenetur.& ad hoc illam notat.Abb.ibi,& idem dicunt Inno.& communiter alii ibidem,Secundo obſtat dictæ limitationi deciſio gl. quam ibi Abb.notat col.2. in cap.ſecundo in glo.fin.in fin. infra de mutu.pet.quæ dicit quod quis non tenetur acceptare contra ſe illud, quod ad eius poſtulationem non eſt ei conceſſum, & ſic eo caſu non habet locum titulus. Quod quiſque iuris.& hoc etiam dicit glo.in authent.quas actiones.in verbo, excluduntur. & ibi. Bart.C.de ſacroſanct.eccle.Pro ſolu.dicas,quod dictæ gloſ. intelliguntur reſpectu eorum, quæ ſunt conceſſa eccleſiis, in eorum fauorem, vel in priuilegium,quia non debent cō tra eccleſias retorqueri, & ſic non tenentur eccleſiæ contra ſe illa acceptare.l.quod fauore,C.de legib.& ita reſpondet, Abbas.in d.cap.nouit.ſuper.d.glo.in verbo,quicunque.& in d.c. eccleſia S.Mariæ in fi.Limitatio autem prædicta procedit

dit in his, quænon ſunt conceſſa in priuilegium vel fauorē clericorum, ſed in legibus communibus laicorum, vel ſtatutis vel conſuetudinibus eorum, ut patet in exemplis pro ipſa limitatione adductis. Fatendum tamen eſſet, quod etiā conceſſo, quod priuilegium datum eccleſię vel clericis per laicos, deberet acceptari cum onere annexo ipſi priuilegio argu.l. traditionibus. ff.de pact. cum ſi. & faciunt allega. in
83 princ. huius limitationis. Octauo credo dictam † concluſionem limitandam eſſe, vt non procedat in conſuetudine laicorum Canonib. non contradicente, quia deberet obſeruari etiam contra clericos. Moueor ex ſimili de lege, quæ nō contradicit Canonibus, quia ſi non ſit peccati nutritiua, & ſit rationabilis, obſeruabitur etiam in foro Canonico contra clericos, c.j.de no.ope.nunc.& bene ſtringit ille tex.in ratione ſui, hoc enim caſu conſuetudo laicorum ligabit clericos authoritate tex.in d.c.primo,& ſic authoritate legis Ca-
84 nonicæ. Nono limita dictam † concluſionem, ut non procedat reſpectu bonorum emphyteuticorum eccleſiæ, quia cōprehenduntur in generali conſuetudine laicorum reſpectu utilis dominii, ita decidunt Doct. quos refert & ſequitur Alexand.in conſil. 9.incip.ponderatis.col.1.in 5.vol.Facit, quod tradit idem Alex.in conſi.101.incip. viſis, in fi.in 1.vol.vbi allegando And de Iſer.in c.primo, quæ ſint regalia.dicit, quod emphyteutæ eccleſiarum tenentur ad collectas ratione fructuum quos colligunt, & ita dicit obſeruati de conſuetudine.Facit etiam text.quem ibi legendo ponderaui, in c.quæ in eccleſiarum ſupra de cōſti.ibi, volentes eccleſiarum indemnitati conſulere a contrario ſenſu. Item faciunt ea, quæ plene tradidi ſupra in 5. concluſio. ſumpta ex doctrina Abb. ex-
85 tra glo.in 1.limita. Decimo limitatur † dicta concluſio, vt non procedat in conſuetudine laicorum, quæ excludit clericos a beneficiis inductis per ſtatutum ipſorum laicorum, qa talis conſuetudo ualet contra ipſos clericos. ita in effectu Bald.in d.l.de quibus, col. 19.& ratio eſt, quia nemo tenetur de ſuo facere alteri beneficium capit.precarię el 1.x.q.2.nec per hoc fit contra libertatem eccleſiæ, ſecundum Bal.ubi ſupra.& ita etiam dicit Fel.in d.c.eccleſia S. Mariæ, in 8.quæſt. ver.hæc intelligo.idem communis præceptor alia adducēs, in dicta l.de quibus. Iſtam limitationem etiam tradit Abb. in ſimili, uidelicet in ſtatuto, in d.c.eccleſ. S. Mariæ.in lectura, dicens, quod ualeret ſtatutum laicorum diſponens, quod idem ius reddatur clericis in foro ſeculari, quod redderetur laicis in foro eccleſiaſtico.allegat Bald.in auth. caſſa.C.de ſacroſan. eccleſ. & ſequuntur poſteriores in d.c.eccleſia S.Ma-
86 riæ. Vndecimo † limita, ut non procedat dicta concluſio in conſuetudinibus feudorum, quia ligant clericos. hoc uolūt Hoſt.& Dom.Ant. in d. c. quod clericis.de foro compet. & ibi ſequitur Abb.col.5.ver. quandoque cauſa agitur coram ſeculari, & faciunt notata in c.cæterum.infra de iudi.per illū tex.in c.verum. & in c.ex tranſmiſſa. de foro comp. & in dictis locis aſſignatur p Dd. ratio huius limitationis, & de hac limitatione vide, quæ dicam infra q.penul.in 3.limitatione.
87 Duodecimo limito † dictam regulam, vt licet non ualeat cō ſuetudo laicorum in præiudicium clericorum uel eccleſiarum, tamen ualeret conſuetudo circa res eccleſiæ, quæ ipſis eccleſiis non præiudicaret. Exemplum valeret conſuetudo quod ad cuſtodiam eorum quæ offerrentur alicui alatri vel imagini, deputentur quandoque laici, quandoque clerici, & oblata conuertant in pios vſus. ita inqt. Pe.de Peruſio in ſuo tractatu quartæ epiſcopalis, c.4.ver.decimotertio principaliter, quem refert & ſequitur d.Fel.in c.dilectus. in princ. infra de off.ord. & faciunt, quæ dicunt Abb.& alii, in quæſt. de fabricerio, in c.2.de iud. Et per hæc expedita eſt præmiſſa concluſio & regula, & plenius, quam alibi, vt puto.

SVMMARIVM.

1 *Forenſes an liget ciuitatis uel loci conſuetudo.*
2 *Forenſis ligatur conſuetudine loci, in quo facit aliquem actum.*
3 *Forenſes contrahentes in loco, in quo adeſt conſuetudo, ſubijciuntur illi conſuetudini.*
4 *Maritꝰ forenſis conſuetudo inſpicitur, quo ad dotem, non autem conſuetudo loci contractus.*
5 *Forenſes ligantur conſuetudine loci delicti patrati.*
6 *Forenſis delinquens hic, ſi ex delicto talis ſit excommunicatus uigore ſtatuti epiſcopi ciuitatis, an poſſit abſolui a ſuo proprio epiſcopo.*
7 *Forenſis delinquens in iſta ciuitate, a quo poſſit abſolui in foro pœnitentiali.*
8 *Notarius conficiens inſtrumentum in aliquo loco, ſeruare debet conſuetudinem ciuſmet loci.*
Executio ſi fienda ſit pro forenſi, vel contra, ſeruatur conſuetudo loci, in quo fit executio.
10 *Forenſis ſi litiget in alia ciuitate, ſeruabuntur contra eum iura & conſuetudines illius loci.*
11 *Mediolanenſis ſi facit teſtamentum in ciuitate Lugduni, debet ſeruare conſuetudinem Lugdunenſem, in condendo teſtamento.*
12 *Conſuetudo quando eſſet circa res ſubiectas ciuitati, haberet etiam locum reſpectu forenſium, licet nullum ibi actum facerent.*
13 *Res forenſium quando liget conſuetudo.*
14 *Forenſi competentia, an itidem competant ciui nouo,*
15 *Conſuetudo loci iudicij, contra forenſes ſeruatur.*
16 *In ſucceſſionibus loci conſuetudo attenditur, vbi defunctus habeat domicilium licet volens ſuccedere, ſit forenſis.*
17 *Romæ urbis ſtylus ſeu conſuetudo, omnes ligat, etiam alibi quid agentes contrahentes ve.*
18 *Italię conſuetudo circa forenſes poſſidentes rem in aliquo loco, ut onus perſonæ pro rebus imponatur.*
19 *Forenſis uel ciuis in loco conſuetudinis vel ſtatuti, ibi repertus, ligatur conſuetudine uel ſtatuto.*
20 *Conſuetudo an liget ſubditos extra territorium.*
21 *Mediolanenſium ſcholarium error. Vbi & de priuilegio D. Ambroſii.*
22 *Statutum vel conſuetudo non ligat ſubditos extra territorium.*
23 *Fœminæ an excludantur vigore ſtatuti, a maſculis exiſtentibus extra territorium.*
24 *Conſuetudo quando liget ſubditum exiſtentem extra territorium, & n.25. 26.27.28.29.30.& 31.*
32 *Infantes, minores, mulieres, abſentes, & furioſi, an ligentur conſuetudine. Et quid de non natis.*
33 *Minoribus, infantibus, mulieribus, abſentibus, & furioſis, conſuetudo non tollit priuilegium a lege conceſſum.*
34 *Conſuetudo penalis uel odioſa non comprehendit minores, mulieres, & ſimiles.*
35 *Conſuetuco ciuitatis uel loci, an liget Iudæos ibi habitantes.*
36 *Conſuetudo quatenus Iudæos liget.*
37 *Iudex an ſequi debeat conſuetudinem loci litigantium, an potius loci iudicij.*
38 *In ordinatiuis ſeu in cōcernētibus proceſſum, ſeruanda eſt conſuetudo loci in quo proceditur, & illius tribunalis vel iudicis, coram quo agitur. Quod fuſe per diſcurſum probat. Fallit tamen multis caſibus, quos percurrit, num.39.40.& 41.*
42 *Iudex in deciſiuis iudicare debet ſecundum conſuetudinem litigantium, & eorum ſtatuta. Fallit nu.51.& 52.*
43 *Statuta, leges, ſeu conſuetudines litigantium, quæ dicantur. & nu.45.*
44 *In iudæorum cauſis decidendis ſeruatur lex Moſaica.*
46 *Statuto vel conſuetudine ſtante, quod credatur ſcripturis priuatis vel libris mercatorum ſcriptis eorum manu ſtabitur illis in illo iudicio, in quo producentur, licet ibi non adſit talis conſuetudo ſeu ſtatutum.*
47 *Inſtrumentum ſi fiat in aliquo loco interdicto, licet poſtea producatur in alio loco, non facit fidem.*
48 *In deciſiuis, quando non attendatur locus contractus vbi agitur ratione contractus, & num.49.*
50 *In cauſa feudali non ſeruantur leges vel conſuetudines litigantium. Et quod ius attendatur.*
53 *Conſuetudo attenditur etiam in his, quæ ſunt iuris diuini, modo illa non ſit contra ius diuinum; Et ibid. quanta ſit vis conſuetudini loci.*
54 *Iudex in exequendo an debeat ſeruare conſuetudinem loci actoris, uel loci rei, vel loci, in quo executio fit.*

Sectio. IX.

1 Duodecimò † quero, an conſuetudo ciuitatis vel loci liget forenſes. Hanc quæſtionē attingit Innoc. in rubr. ſua eod. & concludit. quod talis conſuetudo ligat forenſes ibi contrahentes, per rext. in c.quæ cōtra mores, 8.diſt.& per l.ſi fundus, ff.de euict. ſubicit tamē ꝙ ſi enormiter læderentur ex contractu, reſtituerentur ex clauſula generali, Si qua mihi iuſta cauſa uidebitur, per tex. in l.j. ff. ex quibus cau.maio.& hanc deciſionem ſimpliciter refert & ſequitur do. Anto. in d.rubrica in prin. Et dicunt prę fati Doct. quod idem eſſet in delinquentibus, quia cōtra eos ſeruaretur cōſuetudo loci delicti. Et cum prædicta doctrina etiam tranſit loan. And. in d.rub.& Cardin. in hoc c.fin. ad finem. Et dicit Bald. in ſupra dicta rubr. quod ubi agitur ex cōtractu, inſpicitur conſuetudo loci contractus, etiā ſi contrahentes illam ignorent, quia conſenſum eſt implicite in conſuetudine ipſius loci. Cum prædicta doctrina Innoc. etiam tranſit Imo. in d. rubr. Limitat tamen id, quod dictum eſt de reſtitutione, ut procedat, quando ignorantia fuit probabilis, puta quia modico ſpatio temporis forenſis fuit in loco, alias ſi ignorantia non fuiſſet probabilis, tūc non deberet reſtitui ex clauſula generali. Et præmiſſam doctrinam ſcilicet ut ligentur forenſes contrahentes uel delinquentes in loco conſuetudinis, etiam ſequi uidetur Barba. in d. rub. licet teneat, ꝙ in caſu probabilis iguorantiæ forenſis non ligetur conſuetudine ipſa, & per conſequeus non erit opus reſtitutione, p adducta per eum. In hoc tamen articulo aliter loquitur Bar. in d.l.de quibus. in repe. & plenius in rep.l.j, col.6. C.de ſum. Trin. & fide cath. vbi etiam moder. maxime communis præceptor, plene tradunt, & in effectu Bar. & poſteriores in d.l.1. faciunt longam diſtinctionem, conſiderando. Aut conſuetudo, vel ſtatutum limitat perſonas ciuium, vel diſponit circa perſonas, aut uero diſponit circa res, uel aliter, ut per eos, & pleniſſime tradit d. Alex. in cōſ. 44. incip. Alphōſus, in 5. vol.

Inſu-

Source : BIU Cujas

Insuper reperio gl.contrarias,nam gl.in c.quæ contra. 8.dis. dicit, quod forenses, vel peregrini, vel scholares non ligantur consuetudine loci,& ibi Archi.post Ia.Balduini,& Alb. Papien.dicit, quod Doctor inter Scholares iudicabit secundum iura communia. & non secundum consuetudines ciuitatis,in qua studium viget. Et pro hac opi.facit quia consuetudo est lex non scripta.§.ex non scripto.instit. de iure natu. lex autem non ligat non subditos,5.c.vt animarum. de ꝓstit. lib.6.l.1.C.de summa Tri.cum similibus.& ibi glo.per illum tex.dicit, quod si Bononiensis conueniatur Mutinæ,non debet iudicari secundum statuta Mutinę,quibus non subest & dicit ibi Odof.quod consuetudo ciuitatis non ligat Scholares.dicit etiam Old.in consi.248.incip.prę̃supposita consuetudine, quod consuetudo Parisiensis non seruatur respectu forensis, mouetur quia consuetudo localis est, & non ligat nisi subditos.l.2.C.quæ sit lon.consuet.cum similibus. idem firmat Rom.loquens in prædicta consuetudine Parisiensi,in consi.suo 163.inci.visis.vbi alia allegat. Contrarium tamen decidit glo.in c.illa.12.dist.per illum tex.in ver.societatem, quę formaliter dicit, quod quilibet tenetur uiuere secundū consuetudinem illorum,inter quos versatur.Et pro hac opinione est tex.in c.quæ contra mores.in ver.peregrini.8.dist. & in Cle.dignum.de cele.Missa.& ibi not.Card.in 4 nota. dicens,Nota,quod quis debet se coaptare his,cum quibus cōuersatur,& propterea dicit ibidem in 5.q.quod Tholosani, qui vadunt Catholoniam,non peccant comedendo ibi carnes in die Sabbati,secundum consuetudinem Catholoniæ, quæ ualet,vt per eum idem dicit Io.de Imo. ibi colum.1.& Car.Alex.in d.c.illa.circa.fi. vbi etiam allegat paulo ante illud vulgatum, Cum fueris Romæ,Romano uiuito more. de hoc tamen puncto & similibus dicam in specie infra 13.q. præmissam conclusionem etiam præsupponit regulariter, procedere Bar.in d.l.de quibus.ff.de leg.vbi dicit,quod si cō suetudo est simplex,& non limitata ad ciues,ligat forenses, pro eadem opinione etiam facit decisio Bald.in d.l.de quibus.ff.de legib.versi.quarto quęritur,vbi dicit,quod aut consuetudo est permissiua, & ligat forenses actum ibi facientes. quia vtendo consuetudine,consentiunt in ipsam,allegat l.1. C.de emanc.lib.Aut vero est prohitiua,vel compulsiua, vel pœnalis, & pari modo ligantur forenses ibi actum faciētes quia censentur consentire delinquendo.alleg.tex.in §. quia vero.in Auth.de non alie.si autem ibi nihil faciāt,secus erit. Concluſiue mihi videtur,fiendam regulam,quod consuetudo non ligat forenses,secundum glo. & Doct.in c.quæ contra.8.dist.Facit tex.in c.certificari.infra de sepu.dicens,quod quælibet patria abundat in sensu suo. Facit etiam in simili de statuto text.in d.c.vt animarum,de const.lib.6.& text.in l.fi.ff.de iurisdi.om.iud.consuetudo enim localis est,ideo nō ligat nisi subditos,vt inquit Oldr.in consil.248. & Roma.in consi.163. vbi dicunt,quod consuetudo Parisiensis, quæ habet,quod marito præmoriente,secunda pars lucri, per maritum acquisiti durante matrimonio, applicetur vxori superstiti, non ligat forenses.Amplia istam conclusionem,vt procedat etiam respectu rerum existentium extra territorium, quia consuetudo ad illas non extenditur,vt tradit Bar. in d. l.1.colum.10.& dicam plenius in q.sequenti in ampliatione. Secundo amplia,vt consuetudo loci non comprehendat forenses, etiam si forenses possiderent bona in loco, quando onus imponeretur personis pro rebus,vt sunt collectæ.text. est in l.munerum.§.patrimoniorum ff.de mu.& ho.&tradit Bar.ibi & in l.1.C.de mulie.& in quo loco.lib.10.& Are.pulchre in consi.132.inci.in causa,quæ vertitur, hoc tamen declara,ut infrà,& ultima limitatione,& etiam in secunda limitatione,dicam. Limita modo præmissam†conclusionē, 2
ut non procedat,quando forensis facit aliquem actum in loco consuetudinis,quia consuetudo respiciens illum actum, ligat forenses. hoc ptobat tex.in d.c.contra mores. 8. distin. in verbo,peregrini,& in c. illa.12.distin.& tradunt Inno.do. Anton.Bald. Imo.& Barba.in rubr.supra eod.Facit,quod dicit dom.Anto. ibi col.2. vbi inquit, quod generaliter vinculum statuti vel consuetudinis considerat ex regula fori sortiti,vt vbi quis fortitur forum contrahendo vel delinquendo,inuinculetur statuto vel consuetudine illius loci,& hac regu.dicit posuisse Card.in quæstione sua inci.statuto.Quin immo fortius dicit Are.in consi.suo.11.incipiente.procedendum,quod facientes actum in loco, puta forenses contrahētes,censentur tacite contraxisse secundum consuetudinem loci,quamuis,consuetudo adhuc non esset præscripta,& sic quamuis nondum transisset in forma consuetudinis.allegat l.fi.C.de fideiusso. cum concordantibus.& Nico.de Mata.& alios, quos refert & sequitur d.Ant.hic. Contra tamen præmissam limitationem facit text. in c.cum olim.infra de cle. coniu.vbi dicitur,quod clericus Græcus,licite vtitur matrimonio,ēt inter Latinos, Hanc tñ difficultatem tangit Abb. ibi,& de sol.se remittit ad dicta per Hos.& Inno.in c.cū secū dum.infra de tēp.ord. sed videtur clara solutio colligi ex eo, quod dicit Abb.in d.c.cum olim.in 1.notab.ſ.ꝙ in illo text. consideratur consuetudo loci originis clerici Græci,quia eo casu agitur de consideranda habilitate dicti clerici quo ad vsum matrimonij iam cōtracti,vel quo ad actū applicandū ad personam suam,& sic ille tex. non loquitur de actu facto vel fiēdo per eum clericum Græcum seu forensem inter Latinos.& propterea dicit Abb.ibi,ꝙ legitimus secun dum cō suetudinem patriæ suę,debet vbique reputari legitimus.sed quando Græcus vellet contrahere matrimonium inter Latinos, aliud esset, vt ibi dicit Innoc. & sic hoc casu ꝓcederet
3 limitatio nostra. Ex præmissa † limitatione infertur primo, ꝙ forenses contrahentes in loco in quo adest consuetudo, subijciuntur illi consuetudini.l.si fundus.ff.de euic.& firmāt alij Doc.sup.relati.idem firmant Bar.& omnes in d.l.1. C.de sum.Tri.& Bal.in consi.471.incip. inter Ioannem.in 1.uolu. ideo ementes victualia in ciuitate aliena, ligātur lege illius ciuitatis. c.1.& ibi Pet.de Anch.& Imo.supra de emp. & vēdi.Et idem dicunt præfati Doct. in omnibus aliis actib.volū tariæ iurisdictionis factis per forenses, quia respectu illorū actuum factorum in loco consuetudinis, ligantur ipsi forenses, per tex.in d. l.1.C.de emanci.lib.An autem possit vel debeat restitui cōtrahens, qui ignorabat ipsam consuetudinē, ex generali clausula, Si qua mihi iusta causa videbitur, uide Inno.do. Ant.Io.And.& Io.de Imo.in rub.sup.eo.& alias author.retuli s̃.in prin.huius art. & ēt tradit Aret.pulchre in cō
4 sil.11.col.3. Intellige tñ†hoc,quod dictum est de ꝫhentib.ut non procedat respectu cōtrahentis matrim.quia quo ad dotem,inspicitur consuetudo mariti ꝫhentis forensis, non aūt consuetudo loci contractus.tex.est singul.in l.exigere. & ibi Bar.assignat rationē,ff.de iud.& ibi ēt tradūt Bal.Ang.& cōi ter alij.idem Ale.in consi.101.inc.ex inspectione.in 3.uol.ubi alias auth.alleg.idē Fran.de Cre.in sing.66.inc.statuto Florē. & seq.vbi dicit,se consuluisse, ꝙ si vir mutaret domicilium, attenderetur primum domicilium,& all.D.Ant.& Ab.in c. 1.infra de sponsa.Præmissam limitationem ēt tradūt Bart. & cōiter alij,in l.1.C.de sum.Tri.& ibi plene do.Bapt.de sancto Seuerino,& cōis præceptor ibidē, vbi sublimitat, ut per eū. idem Barba.in rub.s̃.eo.& plenius cæteris Fel.in d.c.1.de spō sa.ubi tradit septem limitationes ad d.l.exigere.& aliam tra
5 dit Barb.in d.rub.Secūdo infertur ex†limitatione præmissa, ꝙ forenses ligantur consuetudine loci delicti,ut etiam concludunt Doct.post Bar.in d.l.de quib.in 5.q.princ. & Bar.qui hoc pulchre limitat & declarat, in d.l.1.uer.secundo quæro. C.de sum.Tri.& fi.cath.& ibi eum sequuntur posteriores. Eā dem doctr.tradit Card.Ale. in d.c.quæ contra. 8.dist. Considera tamen, quia hoc non procederet, quādo delinquens se absentaret a loco delicti, attēta consuet. q̃ hēt, ꝙ in delictis non fit remissio hodie ad locum delicti, ut referūt Bal. Pau. de Cast.& Moder.in l.hęres absens.§ 1.ff.de iud. & Bald.in l.
6 executorem.C.de excep.rei iudic. An autem†forensis delinquens in ista ciuitate,qui ex tali delicto sit excommunicatus vigore statuti ep̃i ciuitatis, possit absoluia suo proprio ep̃o, vide Abb.signanter in c.graue.ad fi.de prę̃ben. An aūt foren
7 sis delinquens†in ista ciuitate,possit in foro pœnitentiali absolui ab episcopo ciuitatis, uel presbytero parochiæ, in qua deliquit,an uero a suo proprio ep̃o,uel sacerdote,uide gl.singu.in c.1.16.q.1.quę dicit, quod in foro pœnitentiali non fortitur forensis forum loci delicti.idem firmat Lapus in c.1.infra de rapr.& dicit ibi Ab. ꝙ ita tenēt cōiter Doc. & ipse idē tenet ibidem,& in c.cum contingat.post.Ioan.de Ligna.uer. & aduertendum.infra de fo.comp. Idem firmat Ro. in sing. suis,461.inci.rōne delicti.Et Ab.in locis prædictis assignat rō nem inter forū contentiosum,& forū cōscientiæ. Credo tñ ꝙ licer respectu absolutionis in foro pęnitentiæ procedat,ꝙ, dictum est,tamen quo ad qualitatē peccari, & an sit grauius, an leuius, attendi debet consuetudo loci, in quo pecc atum committitur.capitulo illa. duodeima distinctio. & faciunt, quæ dicentur infra in sequent. quæstione. circa principium. An aūt excusetur delinquens ignorās cōsuetudinē, qñ id nō erat delictū de iure cōi,tradit Bar.ubi sup.in 5.q.prin.in prin. An aūt excusetur forensis non soluēs gabellā, qñ ignorat cō suet.uide Bar.& Pau.de Cast.in l.fi.ff.de publica. Tertio infer
8 tur, ꝙ†Notarius conficiens instr̃m in aliqun loco, debet seruare consuetud.illius loci, in quo instr̃m conficitur.§.si qua uero.in auth.ut præpo.no.Imp.& ita per illum tex.& per plures similes decidit Dyn.in consi.31. incipiente, in quæstione supra scripta.dicens,quod instrumentum aliter factum, nō
9 valet.Quarto infertur, quod si†executio est fienda pro forensi uel contra, seruatur consuetudo loci, in quo fit executio. ita Baldus in consilio 285.incipiente casus.ad finem.in secū do uolum. per tex.quem dicit notabilem,in l.missi opinatores. C. de exactoribus tributo. libro decimo. & dicetur in-

Source : BIU Cujas

10 fra ultima quæſtione. Quinto infertur, †quod ſi forenſis litiget in alia ciuitate, ſeruabuntur contra eum iura, & conſuetudines illius ciuitatis in ordinatiuis iudicii, vt etiam dicam infra in tertia limitatione, & dixi in q. præcedenti in 2. limitatione, & plenius dicam infra q. fi. Et nota, quod ſentẽtia poſtea lata, non ſeruata dicta conſuetudine, eſt nulla, vt tradunt Abb. & poſteriores, in c. 1. infra de re iud. declaran-
11 do, ut per eos. Sexto infertur, quod ſi† Mediolanenſis teſtamentum faciat in hac ciuitate Papię, quod debebit ſeruare, conſuetudinem in teſtando, quæ in hac ciuitate obſeruaretur, ita concludunt Cyn. Bar. & communiter alii in d. l. 2. C. de ſum. tri. & fide catho. idem concludit Io. de Imo in rub. ſupra eod. & ibi refert & ſequitur alias authoritates allegando Barba. colu. 18. & ad hoc inter cętera allegatur tex. in l. 2. C. quemad. teſta. aperian. vbi etiam Bal. & Pau. de Caſt. tradũt, idem Pau. de Caſt. in l. nutritoribus, C. commu. de ſucceſ. & Imo. in c. cum olim. infra de cleri. coniu. Permiſſam tamen illationem limita & declara, vt per Barto. & alios, in d. l. 1. & plenius, & clarius tradit ibi communis præceptor, & prędecedenti. Tradunt etiam Doct. quos refert Barb. in d. rub. vbi referunt quęſtionem de mercatore Anconitano, qui teſtatus, fuit in terris Soldani Babylonię, an debuerit ſeruare cõſuetudinem illius terræ, & ponit Bar. in l. qui a latronibus. ff. de teſta. loquens de legato Romano, qui teſtatur apud Barbaros. de quo etiam aliquid remiſſiue tradit Alex. in l. ſi non ſpeciali. C. eo. tit. & bene faciunt, quæ dicentur infra in pri. limitatione, & ſequentibus, per quas iſta materia declarat. Et in ſpecie declaro iſtam ſextã illationem hic, vbi melius, cadit, vt non procedat, quo ad interpretanda verba prolata per teſtatorem, quia illa verba intelligũtur ſecundum conſuetudinem loci, vbi verſatus eſt ipſe taſtator, non autem ſecundum conſuetudinem loci, vbi teſtatur, & ſic attenditur in hoc conſuetudo domicilii ſui, ſeu ſolitę habitationis. tex. eſt in l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. vbi dicitur, quod legatis numis ſi non conſtat de quibus numis, attenditur conſuetudo loci, vbi verſatus eſt ipſe teſtator, ille enim tex. conſiderat conſuetudinem regionis, vbi teſtator fuit, & non, ubi erat tempore teſtamẽti. & per hoc fundamentum & per alia ita conſuluit in pulchro caſu dom. Pet. Philip. Corn. in conſi. 244. incip. videtur prima facie dicendum. in 2. uolu. & aliquid facit, quod tradit Aegidius Bellamera in deciſionib. ſuis, deciſi. 2. incip. clauſula librarum vel marcharum. in cõtrahentibus tamen, qui diuerſimode verba interpretari vellent, forte aliud eſſet dicendum, & concludendum, quod interpretatio fieri deberet contra eum, qui vellet ex illis verbis ſe iuuare, l. veteribus, & ibi declarant Bart. & alii, ff. de pactis, & propterea ſi promiſſi ſint centum ducati per emptorem venditori, attendetur ualor ducati in præiudicium venditoris, qui potuit legem apertius dicere. In hoc tamẽ aliter dom. Bapt. de ſancto Seuerino, poſt dom. Tho. Dotium in l. 1. col. 56. C. de ſum. Trin. ubi dicunt, quod interpretatio fiet ſecundum conſuetudinem loci contractus, ſed text. in d. l. veteribus, repugnat, nec prædicti Doct. firmant opi. ſupra relatam. Poſſet forte dici, quod attenta conſuetudine loci contractus, verba non dicuntur dubia, & ſic ipſa conſuetudo attendetur, & ſic non obſtabit tex in d. l. veteribus, quia procedit, quando verba ſunt dubia, vel obſcura, & vide in iſto puncto, quæ dixi ſupra in 7. q. principali. In ſuper aduertendum
12 eſt, pro†declaratione omnium illationum prędmiſſarum, ꝙ vbi cõſuetudo eſſet circa res ſubiectas ciuitati, haberet locũ etiam reſpectu forenſium, licet nullum actum ibi facerent. Exemplum, ſi eſſet conſuetudo, quod domus ciuitatis non poſſent altius eleuari, quam ſint de preſenti, certe ligarentur etiam forenſes in ciuitate fabricantes. ita Bart. in d. l. 1. cum quo cæteri tranſeunt, verſi. quarto quæro. alleg. tex. in l. an in totum. C. de ædi. priua. & tex. quem dicit ita ſe intelligere, in l. venditor. §. ſi conſtat. ff. communia prædio. & tradit Barb. in d. rub. ſupra eo. vbi refert ſe etiam dixiſſe in repet. rub. de reb. eccl. non alienan. Hoc tamen ultimum non procederet reſpectu rerum ad forenſes ſpectantium, quę eſſent in loco conſuetudinis contra voluntatem ipſorum dominorum forenſium, quia talis conſuetudo nõ ligaret forenſes, reſpectu ipſarum rerum, ita decidit Abb. in ſimili, videlicet in ſtatuto in d. c. quod clericis, verſi. & ex hoc infero. infra de foro. compe. vbi dicit, ꝙ ſtatutum, quo diſponitur, quod iudęi vſurarii non teneantur reſtituere pignus furto ſubtractũ, ei, qui ꝓbabit ſe dominũ illius pignoris, niſi prius ſoluto debito, pro quo res fuit pignorata, non comprehendit forenſem, quia illa res pignorata poterit per eum repeti, ſi probabit ſe dominum, & rõ eſt, quia ipſa res non eſt ſubdita, quia fuit delata ad illum locũ ꝫ volũtatem domini. Et cum Ab. ibi trãſeunt poſteriores, & hoc refert & ſequitur, ꝓ notabili, D. Frã. de Crema, & dicit eſſe notãdũ pro Scolarib. forenſib. & in ſing. ſuis, ſingulari 81. incip. pone, Iudæi. Stante igitur concluſione prę-
miſſa ſic declarata, non obſtat gl. in d. c. quæ cõtra. cum aliis ſup. relatis, quia ex doctr. Bal. in d. l. de quibus. colligitur ſolutio. in caſu enim d gl. ſ. quando forenſis conuenitur, ipſe nullo modo conſentit conſuetudini illius loci, ad quem conuenitur, & propterea ipſe forenſis non debet iudicari ſecũdum illam conſuetudinem, ut ſtatim dicam in quarta limitatio-
13 ne. Secundo limita†dictam concluſionem, ut non procedat quando conſuetudo diſponit circa res uel bona, quia reſpectu ipſorum bonorum, ſitorum in loco conſuetudinis, ligat forenſes, per ea, quæ ſupra adducta ſunt, & maxime per deciſionem Bart. in d. l. 1. col. 6. C. de ſum. trin. cum aliis ſup. relatis. & tradit Ale. in conſi. 44. incip. Alphonſus. in 5. uol. alleg. tex. in l. reſcripto. § fi. ff. de mu. & hono. & alia tradit Fel. in c. eccleſia Sanctæ Mariæ. uerſ. quintus & ultimus caſus. ſup. de conſtit. & aliquid tradit Rom. in conſi. 163. incip. uiſis. Hoc. n. caſu conſuetudo ligat res etiam forenſium, quia circa omnes res illi loco ſubiectas diſponit, & diſponere poteſt. ſecus tamen eſſet, ubi ratione conſuetudinis loci populus vellet grauare forẽſem, ſ. perſonam forenſis pro rebus, quas ibi poſſideret, quia non poſſet, ut dixi ſupra in ſecunda ampliatione. Et per hanc limitationem dicimus, quod ſi ſtatutũ diſponeret, quod bona decedentis deferantur ad primogenitum, tunc comprehenderet forenſem decedentem, qui haberet bona ibi. ita Doct. præalleg. maxime Bar. in d. l. 1. & Abb. in d. c. quod clericis. verſic. quandoque ſtatutum concernit rem. præmiſſæ tamen limitationes non procederent, quando cõſuetudo eſt limitata ad ciues, uel ad ꝑſonas ciuitatis, uel terræ, in qua eſt conſuetudo ut in caſu l. finali. C. de teſtamentis. ubi conſuetudo teſtandi, de qua ibi, eſt limitata ad ruſticos, tunc non comprehenderet alios. l. cõficiuntur. §. primo. ff. de iure codi. idem Bart. in d. l. 1. C. de ſum. Trin. col. 6. quem poſteriores ſequuntur. facit tex. in ſimili, in l. in agris. ff. de acquir. rer. dom. Limitata enim cauſa, limitatum producit effectum, ut ibi probatur, & plene tradunt Doct. maxime mod. in l. age cum Geminiano. C. de tranſact. & pro hac limitatione etiam faciunt, quæ plene tradunt Barto. & alii, in d. l. 1. de ſtatuto diſponente circa perſonas, vt non liget forenſes, quia eos non poteſt habilitare, neque inhabilitare, ex quo deficit in eos iuriſdictio, & propterea dicunt, quod ſtatutum diſponens, quod filius familias poſſit teſtari, non comprehẽdet forenſem ibi teſtantem. item ſtatutum diſponens, quod maritus non poſſit aliquid legare uxori, non comprehendet forẽſem ibi teſtantem. item ſtatutum diſponens, quod primogenitus ſuccedat, non comprehendet forenſem, quod etiã tradit Abb. in d. c. qnod clericis. ubi alias duas pulchras deciſiones refert. idem d. Alexã. pleniſſime alias ſimiles deciſiones referens, & in ſimili caſu conſulens in d. conſil. 44. in 5. uolu. idem Barba. qui conſuluit in eodem caſu, in conſi. 75. incip. illud in medium referam. in 3. vol. Et procedit iſta deciſio, ẽt. ſi forenſis habeat bona in illo loco conſuetudinis, attento, ꝙ conſuetudo non diſponit circa bona, ſed circa perſonas. ita Bart. in d. l. 1. col. 10. uerſ. ſed poſſet dubitari, & ſequitur Bal. ibidem. idem Ab. in d. c. quod clericis. Pet. de Ancha. in conſil. 223. incip. uiſo puncto. ad fi. Paul de Caſtr. in conſ. 32. in 1. uol. nouorum, ſecundum nouam impreſs. Ioan. Cal. in conſil. 34. incip. ſtatuto Ferrarienſi. ſub tit. de teſtam. Fel. in c. poſtulaſti. infra de ſo. compe. ubi alia allegat, & Alexã. alias authoritates adducens, in d. conſ. 44. & Barb. in d. conſ. 75. Et ex his apparet, male dicere Pet. de Ancha. in repet. c. canonum. q. 12. princ. uerſ. iuxta prædicta. ſupra de conſt. ubi dicit, quod communis opinio in hoc eſt contra Bar. & Bal. & procedunt prędicta tam reſpectu fauorabilium forenſibus, quam reſpectu præiudicialium eiſdem, quia forenſes non poſſunt uti beneficio talis ſtatuti, vel conſuetudinis. ita Alb. in 2. parte ſtatutorum, q. 9. idem Ale. in d. conſ. 44. poſt Gul. de Cu. in quadam ſua diſpu. idem Soc. alia adducens, in conſ. 231. incipiẽ. cum in præſenti. vbi multas authoritates ad hoc allegat. idẽ Fel. etiam adducens conſi. diuerſorum Doct. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ, uide licet in 8. quæſt. princ. ſupra de conſtit. Et iſta faciunt ad quæſtionem, an forẽſis poſſit uti beneficio ſtatuti huius ciuitatis, quo cauetur, ꝙ extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant. de qua uide, quæ tradunt Barba. & alij in d. l. 1. C. de ſumma Trinit. & Barba. plene in conſ. ſuo 73. incip. magnanimus. in 4. uolu. & faciunt, quæ dicentur infra in
14 4. limitatione. & Et nota, quod illud, quod dicitur†de forenſi, habet etiam locum in ciue nouello. tex. eſt in l. qui cũ uno §. fin ff. de re mili. quem ad hoc reputat ſingularem Rom. in ſing. ſuis, ſing. 73. incip. nunquid ciui nouello. idem dicit Bal. in l. data opera. C. qui accuſ. non poſ. & Barto. hic, columna decimaquarta. & communis præceptor in dicta l. prima. columna decimaſexta. C. de ſum. Tri. & fi. cath. Tertio limita
15 †dictam concluſionem, ut non procedat reſpectu iudicij in ordinatiuis, quia ſeruatur ꝫ ſuetu. loci iudicij etiã ꝫ forenſes, uel reſpectu forenſium ibi litigantium, licet ſecus ſit in deciſiuis.

Source : BIU Cujas

fiuis.ita gl.D.Anto.Abb.& communiter omnes,in d.c.quod clericis.de foro compet. & Doc.communiter in d.c.eccleſia Sanctæ Mariæ.ſup.de conſt.ubi Abb.in lect. & melius in repeti.in fi.ubi dicit, ꝙ in deciſiuis ſi homines alicuius profeſſionis habent ſtatuta particularia,ipſa ſtatuta obſeruabūtur in eorum cauſis decidendis a iudicibus etiam ordinariis. & reprobat gl.contrarium dicentem in l.2.C.de conſtit.pec. & ſubijcit,ꝙ ēt Cy.ibi illam reprobat.& tradit Fel. in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ. ubi in ſpecie allegat iura & alias authorit. uerſ.ſeptima declaratio.uerſ.tertius caſus. tradit ēt D.Laur. Calcan.in conſ.ſuo 2.ubi dicit,qđ in duello agitato in curia Gallica,quia eſt ſpecies probationis, & ſic tendit ad ordinationem iudicij, ſeruabitur conſuetudo Galliæ contra Pedemontanos ibi ad duellum uenientes. Et de hac limitatione uide etiam,quæ dixi ſupra,ubi tetigi,an probatio concernat deciſoria litis,in præcedenti q.in 2.limit. Debet.n.quis iudicari ſecundum leges patriæ ſuæ, licet proceſſus fiat ſecundū conſuetudinem loci,in quo iudicium uentilatur,per prædicta.& tradit etiam Bal.in l.penult.C.de conſtit.pecu. & Do. Bapt.de ſancto Seuerino,in d.l.1.colum.antepen. Hinc dicimus,quod in cauſis iudæorum decidendis in primis ſeruatur lex Moſaica.ita Cald.in conſ.30.ſub titu.de teſtam. & Fel.in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.in uer.fallit quinto. de conſtit. & dicam plenius infra q.15.Aduertendum tamē eſt, quia in deciſiuis quandoq; lex forenſis uel lex litigantium dicetur lex loci contractus, quandoque lex loci delicti, quandoque lex loci,in quo res ſita eſt,ut pulchre declarat Imo.poſt Io.And. in rub.ſupra eod.col.2.& ibidem Barba.col.17. qui Doct.improbant dom.Ant.ibi ſentientem indiſtincte, quod lex loci contractus dicatur lex litigantium.& dicam inf.in q. penul.

16 Quarto limita dictam†concluſionem , ut non procedat reſpectu ſucceſſionis bonorum,quæ competunt forenſi, quia in ſucceſſiouibus attenditur conſuetudo loci, vbi defunctus habebat domicilium, licet volens ſucc edere ſit forenſis,& ſic talis conſuetudo forenſes comprehendit.ita decidit Petr. de Ancha.in repet. c.canonum. verſic. cauetur ſtatuto Tuderti. ſupra de conſti.ubi dicit,quod, iſta eſt communis, ſententia.Facit,quod dicit, Paul.de Caſt.conſi.377.incip.ſuper iſtis dubiis in noua impreſſione nouorum,vbi conſuluit quod conſuetudo Cauidiſtriæ,quæ habet, quod tutores ſuperlucrantur fructus quorumcunque bonorum pupilli,cōprehendit etiam bona,quæ pupillus alibi habebat,& ſic nōconſideratur perſona tutoris licet forēſis reſpectu dictę ſucceſſionis.Præmiſſam etiam limitationem tradunt Iac.But. & Bald.in repet.d.l. 1. C.de ſumma Trinit. verſi.quinto quæritur, ubi in hoc reprehendit doctrinam Bart. ibi facientib. differentiam, an conſuetudo vel ſtatutum loquatur in rem an in perſonam.idem dicunt Albe.de Roſate & Salic. ibid. idem decidit Ioan.de Ana.in conſil.4.in tertio dubio.Quin-

17 to limita†vt non procedat dicta concluſio in conſuetudine vel ſtylo vrbis Romæ, quia omnes ligat, nedum ibi actū facientes,ſed alibi,nemo enim videtur dici poſſe forenſis reſpectu dictæ vrbis, lege Roma. ff.ad municip.c.fi.de fo.compe.& ibi not.facit tex.& ibi no.& Abb.& poſteriores,in c.ex literis.ſupra de conſt.Hanc limitationem declara,vt dixi ſupra extra gloſ.in 8. concluſione,ſumpta ex doctrina Abb.in

18 2.ampliatione in fi.Sexto limita dictam†concluſionem, vt non procedat, quando conſuetudo eſſet in loco ligandi forenſes illuc accedentes,quia valeret.Exemplum, ſi conſuetudo adeſſet,quod onera etiam perſonalia forenſibus imponerentur,nam talis conſuetudo valeret, ita Bar.ſingulariter in l.unica, C. de auro coro. lib.10. & propterea ſtante dicta cōſuetudine.etiam Scholaribus onera talia imponi poſſent ſecundum Bart.ibi. & ſequitur Alex. in l. 1. C.qui profeſſione vel ætate ſe excuſ.lib.10.in addit.ad Bartol.Præmiſſam ēt deciſionem refert & extollit dom.Abb. in c.2.col.7.verſi.ſecunda concluſio.infra de immu.eccle.dicens, & bene,quod intelligitur iſta deciſio reſpectu forenſium laicorum, non autem clericorum.vt etiam dicit Ioan. And.ibi.Premiſſam limitationem tradit etiam Bart. in l. 1. C.de mulie.& in quo loco.lib. x.ubi dicit,quod hodie ciuitates Italię hoc habent, ex conſuetudine,quod forenſis poſſidens res in aliquo loco, ſoluat ibi collectas,quæ imponuntur perſonę pro rebus, vt per eum. & de iſta conſuetudine etiam atteſtatur Bald.in l. etiam.C.de execu.rei iudi. & præſupponunt prędicti Docto. talem conſuetudinem valere. idem præſupponit d. Fanciſ. de Aretio in conſil.ſuo 132.incip.in cauſa, quæ vertitur, & Ale.pulchre conſil.101. incipiente,viſo.in 1.uolum. An autem conſuetudo ciuitatis uel loci,liget Iudęos, dicam infra

19 in quæſtione.decimaquinta. Septimo limita,ut non†procedat prædicta concluſio in forenſe, qui licet alibi haberet domicilium , tamen oriundus eſt vel ciuis in loco conſuetudinis, vel ſtatuti, quia ſi ibi reperiatur, ligatur dicta conſuetudine vel ſtatuto.ita Imo. & Maria. in c.ſanc.el 1.inf.de foro compet. ubi dicunt, ꝙ licet ſtatutum de compromiſſis fiendis non liget forenſem ratione rei ſitæ, tamen id nō procedit,quando eſt ciuis oriundus loci , in quo dictum ſtatutū uiget,quia ligatur,ſi ibi reperiatur, ſecus, ſi ſit in loco domicilij ſui,quia ſolus iudex domicilij diſtringit perſonam, vt p

20 eos.Decimotertio quæro,an†conſuetudo liget ſubditos extra territorium.In hoc puncto regula videtur eſſe, quod nō. c.vt animarum.§.1.de conſti.li.6. vbi dicitur, ꝙ ſi epiſcopus excommunicat omnes furtum facientes, tale ſtatutum nō comprehendit ſubditos extra Dięceſim præfati epiſcopi furta committentes.& ita notant Gemin.&alii ibi. probatur ēt in l.fi.ff.de iuriſdict.om.iud.& firmat Bar.in d.l.1. C.de ſum. Trin.ubi dicit, ꝙ ſtatuta,quæ reſpiciunt litis deciſionem,nō comprehendunt ea, quæ extra territorium ſunt commiſſa. & ſubijcit, hoc proceeere tam in contractibus,quam in delictis.alleg.tex.in d.cap.vt animarum.§. 1.& alia.& ſubiicit, ꝙ idem tenent Odof.& Alber.de Gandinis. & cum Bar. ibi trā ſeunt poſteriores.Et ratio huius deciſionis aſſignatur in d. §. 1.& in d.l.fi.ff.de iuriſd.om.iud. vbi dicitur.ꝙ extra territoriū ius dicenti impune non paretur.& tradunt Doct.in varijs locis,ut congerit D.Fel.in c.a nobis. el 1. infra de ſenten.excō. ubi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem.& idem atteſtatur do.Ale.vbi plene loquitur,in conſil. 111.incip.ponderatis.in 1.vol. ubi conſuluit, quod delinquens extra territorium, non punitur ſecundum formā ſtatuti ciuitatis ſuę, ſed ſecundum ſtatu. ciuitatis,in qua deliquit,vel ſm ius cōe quando ibi non adſit ſtatutum aliter diſponens. idem tenet Bar.in tract.repræſaliarum, in 1.par.q.4. in fine. vbi dicit, ꝙ ſtatutum Florentiæ factum,contra mercatores rumpentes, habet locum reſpectu debitorum cōtractorum in ciuitate , ſecus, ſi alibi debita ſint ꝙtracta.allegat tex.in d.c.vt animarum.& in l.cum vnus.§.is,qui.ff.de bo.author.iud.poſſ. & ibidem ſubiicit,ꝙ tale ſtatutum non habet locum in rumpentibus extra ciuitatem Florentiæ , cum ibi forte non haberēt apothecam vel ſtationem. Comprobatur dicta cōcluſio per vulgatam.l.ſi fundus.ff.de euict. ubi dicitur,ꝙ attenditur cō ſuetudo loci contractus inter contrahentes,non autem attēditur conſuetudo ciuitatis eorum.& declarat Bart.in l. 1.colum.4. C.de ſum. Trinit.& alij poſt eum, maxime dom.Bapt. de ſancto Seuerino col. 16.& ſequentibus.ubi facit multas illationes bonas in practica.Et pro iſta concluſione & regula facit,quod dicit Card. Flo.in d.Cle.dignum de celebrat. miſſa.colu. 5.vbi dicit,quod Cathelani exiſtentes Tholoſæ, non poſſunt comedere carnes in die Sabbathi,& ſic non poſſunt ſeruare conſuetudinem Cathaloniæ patriæ ſuæ, quādo ſunt extra patriam.& ibidem ſequitur Imol. idem Abb. pulchre in c.conſilium.in fine,infra de obſer.ieiu.& Card. Alex.in d. c.illa.ad fin.12.diſt. & dom. Fel.in d.c.quod clericis. in princ. infra de foro compet.& in c.1.infra de ſponſa. allegat bonū tex.in d.c.illa.12.diſtinc.& in d.clem.dignum.Ex hoc inferri

21 poſſet , † quod domini Scholares Mediolanenſes exiſtentes Papiæ,male faciunt comedendo carnes poſt carni ſpriuium Romanum, & ſic male faciunt in obſeruando conſuetudinem Mediolani,vel priuilegium Ambroſianum. In hoc tamen puncto reperio,quod dom.Chriſtoph.Porcius cōciuis meus in §. ſed quod principi. alias eſt in §. reſponſa prudentum.in fi.Inſtit.de iure nat. gen.& ciui.dicit conſiderandum eſſe, an illud priuilegium fuerit cōceſſum perſonis,an loco. quia ſi eſt conceſſum perſonis,excuſabuntur Mediolanēſes, qui in tempore prædicto carnes comedunt extra territoriū. Si autem eſt conceſſum loco, ſecus. & hoc ſecundo caſu dicit,quod Papienſes, vel alij, qui comederent carnes Mediolani iuxta tale priuilegium,non peccarent.& ſubiicit, quod in dubio eſt coniecturæ locus , vt ſolum loco tributum fuerit. & credo, quod lectura ſua ſit corrupta, quia debuit dicere,quod in dubio, tam loco,quam perſonis, conceſſum cenſetur tale priuilegium, vt dicit Bal.quem ipſe paulo ante allegauit,& qui tradit diſtinctionem ſupra relatam,in l.ſi non ſpeciali.C.de teſta.per tex.in l.fi.ff.de conſtit.princ.Sed diſtinctio ipſa videtur poſſe morderi,quia in ſimili videmus,quod ſtatuentes licet circa perſonas diſponant, non tamen comprehendunt ſubditos,qñ ſunt extra territorium, ut eſt text. clarus in d.c.vt animarum.§.1.cum alijs ſupra allegatis.Quinimmo magnum eſt dubium, an ſtatutum trahatur ad ſubditos exiſtentes extra territorium, dato,quod in ſpecie ſtatutum id diſponat,vt ſtatim dicam.Præterea deciſio Card. Floren. & ſequacium ſupra relata, de Cathelanis comedentib. carnes Tholoſæ,repugnat dictæ deciſioni Porcii, qa eſt fundata in ea rōne,ne Tholoſani ſcandalizentur, quæ ratio colligitur ex d.c.illa.& ex ſententia D.Ambr.ibi relata,ut dicit Docto.præalleg. maxime in d.c.conſilium. in fi. Sed hęc ratio ſuadet, quod priuilegium D. Abroſii,licet eſſet ſimpliciter conceſum Mediolanenſibus,& ſic perſonis, tamen deberet ſane intelligi, quando Mediolanenſes ſunt in Dię-

Source : BIU Cujas

cesi Mediolanensi,ne dicamus D. Ambrosium voluisse, qđ Mediolanenses vtantur illo priuilegio cum scandalo aliorum.contra illud,quod ipsemet dixerat in d.c.illa.considera
23 ui tamen† tandem sustineri posse dictam decisionem Porcii quia loquitur in priuilegio Principis seu D.Ambrosii, quod verisimiliter fuit a Papa confirmatum,vel de eius voluntate concessum nec aliter valeret, ex quo est contra ius commune,vt probatur,in c.quod super his.& ibi no.infra de maior.& obed. Dicamus ergo, quod si ipsum priuilegium esset concessum personis Mediolanensibus, ipse personæ vbique tali priuilegio vti poterunt,quia Papa habet iurisdictionem vbique,c.fin.infra de foro competen.c.cuncta per mundum, 9.q.3.conclusio aut em supra facta, & materia ista procedit, in consuetudine,quæ non habet vires nisi in loco vbi est, d. c.illa.12. dist.& in terminis istis procedat decisio de Cathelanis supra relata.& istam differentiam, inter priuilegiū Principis & consuetudinem, expresse facit Bal.in d. l.si non speciali.Ex præmissis igitur stat conclusio,quod statutum vel cō suetudo, non ligat subditos extra territorium.. Amplia istā conclusionem, vt procedat etiam respectu bonorum alibi existentium,quam loco consuetudinis, quia licet sint bona subditorum ad illa non extenditur consuetudo,vt bene probatur arg.l.pupillo.ff.de tuto.& cura.dat.ab his.& ita firmāt Bar.& communiter Doct.in d.l. 1.vers. sed posset dubitari.& tradit ibi plene communis preceptor,quæs.6.vbi concludūt quod consuetudo Angliæ, disponens, quod primogenitus, succedat,non comprehendit bona existentia in Italia.tradūt etiam Doct. in locis pluribus, vt plene refert, & concludit, Alex. in consi.128.incip.consideratis.in 1.uol. & in consi.16. incip.viso titulo quæstionis.in eo. vol. vbi consuluit plene, quod statutum excludens feminas a successione, non trahitur ad bona existentia extra territorium statuentium,& dicit hanc esse communem opinionem. & de hoc puncto vide etiam communem præceptorem in repet.l.re coniuncti. char.16.versi.decimus casus.ff.de lega.3.& Alex.in consi.31. incip.viso.in 1.uolum.& etiam Car.Flor.hic.in fin.vbi idem concludit in nominibus debitorum, quia secundum eum pertinent ad illud territorium, vbi facienda est solutio.& alleg.Bal.ita consuluisse.uide etiam Ale.in d.consi.31. Et simi lem quæstionem decidit Card. hic referendo Bal. consuluisse pone, inquit.quod forensis habebat vxorem & domicilio in Anglia,& decessit Senis,condito testamento,in quo vxori nihil reliquit, hęres agebat contra debitores,qui dicebāt, quod non tenebantur soluere, quia possent iterum conueniri in Anglia ab vxore cum ibi,sit consuetudo, quod vxor in certa parte succedat marito & concludit, quod consuetudo Angliæ procedat quo ad bona Anglicana, non quo ad ea quæ alibi erant.& dicit Cardin. hic in quæst. de statuto Ferrariensi disponente,quod extantibus masculis filiō fæmina non succedat, quod tale statutum non excludit filia nuptam extra territorium Ferrariæ,quo ad bona alibi sita, ēt si specialiter loqueretur, expresse prohibens ne filia succedat, in aliquibus bonis vbicunque sitis.Et mouetur,quia ex quo nupta.est definit esse de primo domicilio,& fit de domicilio viri.l.Imperatores.§.idem rescripserunt. ff.ad munici. & sic non ligatur illo statuto,tanquam non subdita,sentit tamen Card.quod vbi persona esset subiecta, statutum vel consuetudo illam ligare posset,etiā respectu rerum sitarum in alia iurisdictione,quando in specie disponeret,& idem dicit cla
27 rius Paul.de Cast.in consi.86.incip.primum quæsitum.circa princ.in antiqua impressione. An autem fœminæ excludan
24 tur† vigore dicti statuti a masculis habitantibus extra territorium statuentium,vide not.in d.l.1.C.de summa.Trin. & Barba.in consi.73.incip.magnanimus.in 4.uol.& faciuntur, quæ dixi in præcedenti quæst.quarta limitatione. Limit.modo præmissam† conclusionem & regulam multipliciter. & Primo vt non procedat quando actus habet ortum in territorio,quia tunc consuetudo ligat subditum existentem extra territorium.ita in effectu decidit Gem.in simili de statuto,in d.c.vt animarum. post Feder.de Senis,in consil.182. idē clarius dom.Philip.de Perusio,ibi allegans bonum textum. in l.fi.ff.de decre.ab ord.fac.vbi ponitur tale exemplum,pone,quod fiat statutum pœnale,ne quis agat vel mercetur extra municipium,tunc subditi de tali statuto notitiam habētes,& contrauenientes, licet id faciant extra territorium,puniutur,facit tex.& ibi not.Bart.& clarius Bal.in l.fin.C.de cō
25 mer.& mercatoribus. Secundo limita, vt non† procedat dicta conclusio, qñ consuetudo esset inducta respectu rerum existentium in territorio,quia tunc comprehendit subditos vbicunque sint,respectu dictarum rerum. ita Feder.in d.cōsil. 182.Gem.in d.c.ut animarum.idem Bar.in d.l.1.C.de su. trin in uersi.tertio quæro.vers.sexto est videndum.vbi dicit, quod eo casu etiam forenses ligantur respectu dictarum rerum.& tradit ibidem plene communis præceptor, alia allegans.tradit etiam ipse in l.fi.ff.de iurisd.om.iu.& bene probatur in l.rescripto.§.fi.ff.de mune.& hono. Quinimmo valeret cōsuetudo,quod in alieno territorio quis iurisdictionē exerceret.tex.est no.in l.3.§.fi.ff.de test.& refert Bal.reputans hoc valde no.in c.1.de test.cogen.& firmat communis præceptor in d.l.fi.in 12.limitatione.addens tex. in c. vt litigan-
26 tes.in fi.de offi.ordi.lib. 6. Tertio limita† dictam conclusionem,vt non procedat quando consuetudo continet prohibitionem fauorabilem,ut puta,ne minores decipiantur, disponit, quod minor xxv. annis non possit facere testamentum,tunc licet faciat testamentum extra territorium, ligat consuetudine vel statuto. ita Bar.in d.l.1.in 6.q.C.de summa Tri. Mouetur per simile de interdicto bonis,cuius alienatio etiam extra territorium facta non valet.vt per eum. Et idē dicit in stat. disponente,quod maritus nō possit aliquid legare vxori,pro qua decisione facit ratio,quia statutum vel cōsuetudo de facili redderetur elusoria, si extra territorium liceret contrauenire ipsi statuto, vel consuetudini. & fienda est ea interpretatio,ne iura sint elusoria.c.commissa.de elec. lib.6. Endem limi.& decisio tradit Roman. in consi. suo 39. incip. in proposita quæstione, idem d.Benedictus Capra in cons.suo 21.incip.cum de duobus,quæritur.Alex. in consil. 41.incip.visis in 5.uol. & Barba. qui dicit hanc esse communem opinionem in consil.suo vlti.in 3.uolum. idem firmat dom.Baptista de sancto Seuerino,dicens etiam esse commu nem opinionem,in repet.d.l.1.C.de summa Trin.subiiciens, idem esse in statuto disponente,quod mulier non possit contrahere sine consensu duorum consanguineorum. Considera tamen, quod contrarium probat ratio tex. in d.c.vt animarum.§.1.quæ dicit,quod extra territorium ius dicenti impune non paretur.Item in contrarium facit quia indignum est,quod illi, qui contrahunt cum talibus personis prohibitis a statuto vel consuetudine,in territorio eorum, in quo ius commune seruatur, & qui verisimiliter ignorant de tali statuto uel consuetudine, ligentur ab illa.& respectu talium ignorantium,contrarium tenet Petr.de Anch.in d.c. canonum.supra de consti.& idem videtur velle Alex. in d.l. 1.in apostillis,& in d.cons.41.idem clare firmat dom. Bapriſta de sancto Seuerino,in repe.d.l.1.referens etiam Petr.de Ancha. vbi supra. refert etiam idem tenere d. Zachariam Treuizanum Venetum,& videtur, quod hæc decisio respectu ignorantis,probetur in d.l. fi.ff.de decret. ab ordi.faci.Breuiter a communi opin.non est recedendum, quæ bene fundatur in ratione maxime supra relata, ne statutum vel consuetudo reddatur elusoria.Nec obstat,dum dicitur,quod indignum est,quod ille.qui contrahit cum talibus personis prohibitis, a statuto vel consuetudine, & qui sunt de alio territorio, ligentur ab illa,quia respondeo, vt in simili respondet Imperator his qui emunt res a furibus,in l.incilē.C.de furt.Curēt, tales cautius negociari.Vel melius dicas,quod ille.qui est de alio territorio, non ligatur prædicto statuto, vel consuetudine,sed bene ligatur alter,qui secum cōtrahit,qui est subditus ipsi statuto vel consuetudini, vnde quia ex parte vna cō tractus corruit,non potest ex alia parte subsistere,ut plene dixi in simili puncto.in 12.quæst.præcedenti,in 4.limi.Non obstat quoque text.in d.l.fin.quia respondeo,quod loquitur respectu pœnæ, quia ad pœnam statuti uel consuetudinis non ligantur ignorantes,vt etiam probatur & no.in c.2.supra de
27 constit.Quarto limita dictam conclusinem,† vt non procedat,quando consuetudo concerneret subditos etiam extra territorium actum facientes, vt puta si adesset consuetudo in ciuitate,quod subditi etiam alibi delinquentes.puniātur secūdum ordinem, vel statuta ciuitatis,quia tunc consuetudo ligat subditos extra territorium delinquentes ita decidit Bart.in d.l.2.C.de sum.Trin.q.pen.per tex. in l.2.de euic.idē Bart.ibidem q.8.ver. aliquando ciuis. per tex. in d.l.2.& in l. mercatores.C.de commer. & merca.item mouetur,quia ratione originis potest quis puniri de delicto ubique commisso.l.1.C.ubi de crimin.agi.opotet & cum Bar.transeunt posteriores ibi communiter.idem decidit Rom. in d. consi.39. per tex.in l.fi.ff.de decre.ab ord.fa.idem Ale.in d.consi.41.incip.visis.in 5.vol.Cōtrarium tamen probat ratio text.in d.c. vt animarum.& istam contrariam opi.tenet Ab.in simili.de statuto,in d.c.a nobis.el j.infra de sent.excom.per tex.maxime in d.c.vt animarum.& cum eo transit Fel.ibi. Idē tenuerunt plerique alij,quos refert Ale.in d.consi.111.incip. ponderatis.in 1.vol.licet ipse id nolit affirmare.Et forte in pūcto iuris hæc secunda opinio verior est,per text.in d.c.vt animarum.vbi clare dī,qp statutū non ligat subditos extra territoriū.nisi respondeas,quod ille tex.non loquitur,qñ statutum in specie loqueretur de subditis extra territorium delinquē tibus,sed quando simpliciter & in genere, imponit pœnam delinquentibus. Tamen ratio illius text. etiam hunc casum comprehendit,dum dicitur ibi,quod ratio est,quia extra ter

rito-

Source : BIU Cujas

ritoriũ ius dicenti impune non paretur, & ratio eſt illa quæ regulat dictum. l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de lega. 2. l. regula. §. ſiquis. & ibi no. Bar. ff. de iur. & fac. ignor. Quinto limi
28 ta, † vt non procedat dicta concluſio. quando conſuetudo ciuitatis reſpicit proceſſum ſeu litis ordinationem, quia tũc comprehendit ſubditos etiam reſpectu eorum, quæ ipſi ſubditi extra territorium fecerunt, quãdo lis poſtea in ciuitate ipſa agitatur. ita Bart. in ſimili de ſtatuto, in d. l. 1. quæſt. pe. al legat tex. in l. 3. in fi. ff. de teſtib. & in l. 2. ff. quemadmo. teſta. aperian. cum ſim. Et iſta limi. non habet dubitationem, qa etiã forenſes litigantes in iſta ciuitate, immo etiam clerici, litigantes in foro ſeculari, in ordinatiuis iudicii, ligarentur legibus vel cõſuetudinibus laicorum, ſeu ipſas leges uel cõſuetudines & ſtatuta obſeruare tenerentur, ſecundum gl. & omnes in d. c. quod clericis infra de foro comp. & dixi ſupra
29 in 11. quæſt. in ſecunda limitatione. Sexto limita† dictam cõcluſionem, vt non procedat, quando ſubditus habitans extra territoriũ vellet vti conſuetudine fauorabili, vel priuilegiis patriæ ſuæ, quia poteſt. ita decedit Bart. in l. imperatores §. item reſcripſerunt. ff. ad muni. & ita plene conſuluit Barb. in conſi. 73. incipien. magnanimus. in 4. uolu. ubi conſuluit, qđ Florentinus habitans Venetiis, ſuccedit patri habitanti Florentiæ excluſa ſorore, ſecundum ſtatutum Florentiæ. Et hæc deciſio etiam non videtur habere dubitationem, qa idem eſſet in omnino forenſi, quia ſi ei deferretur hæreditas alicuius Florentini, ſuccederet ſecundum conſuetudinem, & ſtatuta Florentiæ. ut dixi in pręcedenti qõ. tertia limitatio
30 ne. Septimo limita, vt per† Bal. per illum tex. in l. mercatores in fi. C. de commer. & merca. ſcilicet, ut non procedat dicta concluſio quando delictum commiſſum extra territorium committitur contra rempublicam, & non contra certam perſonam, quia tunc conſuetudo ligat ſubditos extra territo-
31 rium delinquentes. Octauo & ult. limita, † ut licet conſuetudo non extendat vires extra territorium etiam ad ſubditos, tamen iudex poteſt extra territorium ſuum exercere inter ſubditos ea, quæ ſunt uoluntariæ iuriſdictionis. l. 2. ff. de off. proconſu. & lega. glo. Abbas. & alii, in c. nouit. infra de offic. leg. & tradit Roma. in ſingularibus ſuis, ſingulari 48. incip.
32 tu hẽs. vbi limitat hoc, vt per eũ. Decimoquarto† quæro, an conſuetudo liget infantes, & minores, mulieres, abſentes, & furioſos. Bar. in d. l. de quibus. in repe. paucis ſe expedit, & cõcludit, quod ſic. & reſpectu infantium & furioſorum, allegat tex. in l. ſine hærede. §. Lucius. ff. de admi. tuto. & ſubiicit, qđ hoc omnes tenent. idem tenet gl. in l. 2. C. quæ ſit lon. cõſue. in glo. magna poſt medium. Sed in contrarium facit, quia conſuetudo per tacitum conſenſum populi inducitur. d. l. de quibus. infantes autem & furioſi nõ poſſunt conſentire. l. qui ad certum. ff. locati. Ergo &c. Et per hanc rationem quidam tenuerunt opinionem contrariam, vt refert Cy. in d. l. 2. C. quę ſit lon. conſuet. circa fin. ipſe tamen Cy. firmat opinionem pręcedentem per tex. in d. l. diuus. ff. de offic. præſidis. & l. 3. ff. de paricidiis. in quibus iuribus probatur. qđ lex ligat tales perſonas. Nec obſtat dicere, quod conſuetudo ex tacito conſenſu inducitur, quia reſpondet Cy. quod verum eſt, quod requiritur tacitus conſenſus habilium. & non alio rum, allegat tex. in l. ad rempublicam. ff. de mun. & hon. iſtã eandem opinionem tenet Odof. in d. l. 2. col. fi. dicens, quod ſi ſit conſuetudo in ciuitate, ꝙ quilibet ſoluat talem collectam, tenebuntur etiam infantes & furioſi. Iſtam eandem opinionem. in effectu tenet Bart. ibi quęſt. 32. ubi dicit, ꝙ ſtatutum diſponens, quod decedente vxore in matrimonio, vir lucretur dotem, comprehendit etiã, minores. idem Bal. in d. l. de quibus. in fi. & in l. fi. ff. de inte. reſt. mino. vbi dicit, quod ſtatutum de compromiſſis fiendis, comprehendit ẽt minores. idem pręſupponit Bal. in conſi. ſuo 441. incip. viſis ſtatutis. in 5. uol. idem Sali. in d. l. 1. C. quæ ſit lon. conſuet. ad finem, & ibi atteſtatur hanc eſſe communem opi. Et procedit iſta opinio maxime in conſuetudine, quę reſpicit rem, vt eſt tex. quem ibi notat Bar. in d. l. ſine hęrede. §. Lucius. alias eſt in l. tutorem. §. Lucius. ff. de admi. tut. & hoc firmat dom. Petrus Rauennas in ſuis allega. & conclu. in materia conſue
36 tudinis, quas ponit poſt ſuum Alphabetum aureum, vbi hoc comprobat per deciſionem Bar. in l. fi. in fin. C. in quib. cau. in integ. reſtit. non eſt neceſ. nec aliud dicit in hoc articulo. Stante conclu. ſupra firmata, dicendum eſt a forriori, quod ligabuntur illi, qui ſunt infantibus maiores, licet ſint minores annis xxv. item a fortiori, ligabuntur mulieres. Et quod minores ligentur ꝯſuetudine, ſatis ꝓbatur in d. §. Lucius. & in c. conſtitutus. vbi Abb. colligit in 8. notab. infra de in integ. reſti. & tradit Barb. plura allegans. in conſi. 34. incipien. illud afferan. in vltimo dubio, in 3. vol. item ſi ligantur infantes & furioſi, ergo etiam abſentes. & ita decidit Bal. in d. l. de quib. inquiens, ꝙ conſuetudo ẽt ligat non natos. quod comprobo. ar. l. Arriani. C. de hæret. ubi dicitur, quod lex ſemper loquitur. & ſic licet aliqui non ſint nati tempore, quo cõſuetudo inducitur, ſi poſtea naſcuntur, ligantur ipſa conſuetu-
33 dine, quæ ſemper diſponit. Limitatur tamen† dicta concluſio, ut licet tales ligentur conſuetudine generali, tñ ipſa conſuetudo non tollit eis beneficium a lege eiſdem ſpecialiter conceſſum. Exemplum pone ꝙ conſuetudo habeat, ꝙ decepti vltra dimidiam iuſti precii, non poſſint petere uenditionem reſcindi, nec iuſtum pretium ſuppleri, certe per talem conſuetudinem non prohibebuntur minores petere reſtitutionem in integrum, ratione ætatis. ita decidit Guliel. de Cuneo in l. ingenuum. ff. de ſtatu homi. & refert & ſeq. Bar. licet non ita clare. in d. l. 2. quæſt. 32. C. quæ ſit longa conſue. idem tenet Sali. in d. l. 1. ad fi. eodem tit. ſubijciens hoc eſſe notadignum. Contrarium tamen in hoc videtur uelle Bald. in l. non uidetur, quæ eſt l. fi. C. de in integ. reſt. mino. ubi dicit, ꝙ ſtante ſtatuto, quod inter affines fiat cõpromiſſum, quo ſtatuto etiam minores ligantur, non poterit minor, qui fecit compromiſſum, reſtitui, ſecundum eum. & allegat Iaco. de Arena in d. §. Lucius. dicentem, ꝙ minor contra conſuetudinem non reſtituitur. & hoc refert & ſequitur Barba. in d. conſ. 44. col. fi. in 3. volum. Sed di cas, ꝙ Bald. in loco præallegato loquitur, quando minor nullam prætendit læſionem, niſi quia compromiſſum fecit, quo caſu vtitur iure cõmuni uel ſtatutario, nec per hoc dicitur læſus, vt Bal. præſupponit, nimirum, ſi non reſtituitur, ſed in caſu limitationis præmiſſę præſupponitur minorem eſſe læſum, & propterea reſtitui poteſt, tanquam minor, licet non poſſit contractum reſcindere, tanquam quilibet, quia licet conſuetudo derogauerit beneficio. l. ſecundę. C. de refcin. vendit. nihil eſt, quod nos vrgeat ad dicendum, quod derogauerit beneficio ſim-
34 pliciter minoribus conceſſo. Secundo limita† dictam cõcluſionem, vt non procedat in conſuetudine pœnali vel odioſa, quia non comprehendit minores, vel ſimiles. ita Roman. pulchre, vbi hoc declarat, in ſingularibus ſuis, ſingul. ſuo vlt. & in conſil. ſuo 129. incip. circa primum. vbi conſuluit, quod quædam conſtitutio mandans carcerari debitores in caſu, in quo de iure communi carcerari non poterant, non comprehendit minores. Idem conſuluit Barbat in conſ. ſuo 6. in primo dubio. in 4. vol. facit tex. in argumentum in d. l. fi. ff. de decre. ab ord. faci. faciunt etiam, quæ tradunt Doct. maxime Abb. in d. c. conſtitutus. infra de in integ. reſt. Decimoquinto
35 † quæro, an conſuetudo ciuitatis vel loci liget iudæos ibi habitantes. Breuiter concludo, quod ſic. ita decit Bald. in l. ſpadonem. §. iam autem. ff. de excuſ. tut. vbi dicit, quod iudæi cõprehenduntur in ſtatutis vel conſuetudinibus ciuitatis, tam reſpectu honorum, quàm onerum, & propterea, ſecundum eum, immunitas conceſſa incolis certi loci, comprehẽderet Iudæos. & ita dicit ſe cõſuluiſſe. nam in actibus humanis, vt ipſe inquit, iudęi nobiſcum participant. Et propterea ſubdit, quod iudæi poſſunt eſſe procuratores Chriſtianorum, & contra Chriſtianos. facit textus. in lege iudæi communi Romano. C. de iudæis. & ita plene conſuluit Barbat. in ſtatuto quodam pœnali, allegando multa conſilia & authoritates, in conſil. 63. incipiente illud in medium licet adducere. in quarto volum. allegat etiam Barb. ibi multa iura, & maxime bonum tex. in auth. de quæſtore. in princip. Eandẽ etiam opin. tenet Barba. in conſi. ſuo 15. incip. clementiſſimi. in princip. in primo volum. Idem tenere videtur Soci. in cõſil. ſuo 70. incip. conſilijs noſtris adſit. licet aliud ſentire videatur in conſ. 62. incip. conſilijs noſtris. vbi multa fundamenta facit pro & contra. Non poſſet tamen Iudæus habere officia publica, vel adminiſtrationes publicas, ſecundum Bart. in l. 1. C. de poſtulando. nec etiam poſſet fieri Doctor, ſecũdum Bar. in l. omnes. C. de decurio. lib. 10. vbi dicit ita conſuluiſſe duobus iudæis, qui volebant doctorari in Medicina, qđ non poterant. idem Bar. in l. generaliter. in fi. ff. de decur. & tradit plene cõmunis præceptor in rubr. ff. de iuſt. & iur. inter ipſos tamen iudæos poſſunt habere officia publica. ita Bart. in d. §. fi. & Io. de Ana. in c. cum ſit. col. 1. infra de iudæis. qui allegat idem tenere Floria. de ſancto Petro. Inquantum autem
36 dixi quod† conſuetudo ciuitatis ligat iudæos, intellige verũ, niſi lex Moſaica repugnaret, quia reſpectu iudæorum in primis lex Moſaica ſeruanda eſt inter ipſos iudæos, vt plene tradit Barba. in conſ. 65. incip. illud in medium referam. in 3. volum. allegando maxime Card. in conſ. ſuo 30. ſub ti. de teſta. & ibi. Barb. conſuluit in caſu pulchro, videlicet, an iudæus teneatur ad reſtitutionem pecuniarum per eum victarum in ludo. Et an valeat conſuetudo ludendi. de quo dixi ſupra in textualibus, not. tertio, in 3. limitatione. Idem dicit Barb. in dicto conſilio ſuo decimoquinto. & dominus Felyn. alias authoritates allegans, in capit. primo. colum. decima, ſupra de conſtit. Et credo præmiſſam declarationem procedere ẽt in criminalib. ſcilicet vt ſi vna pęna imponatur iudæo delinquenti ꝯ alium iudęum, per legem Moſaicam, illa præferri

Source : BIU Cujas

debeat pœnæ per legẽ ciuilem vel Canonicam, & moueor. quia rationes assignatę per Cald. in d. consi. 30. militant etiã in criminalibus. & ita etiam sentit Fel. in d. cap. 1. versi. fallit quinto, & ita credo esse declarãdam gl. in c. sępe. 26. q. 1. quæ indefinitiue dicit, quod ecclesia punit iudæos, etiam pœna corporali. Item ubi esset consuetudo inter iudæos, illa attenda esset, & sic tolleret nedum legem suam Mosaicã, sed etiam tolleret ius commune, quo ad eos, ita in effectu consuluit Cald. in consi. suo 2. sub tit. de consuetud. ubi decidit quod consuetudo, quæ habet, quod inter Hebręos. periti legis Abraę vel alij habeant potestatem scribendi testamenta, & taliter scriptis adhibeatur plena fides, ualet. allegat maxime rationem, quia ecclesia tolerat iudæos, & eorum cęremonias & obseruantias eis permittit. Et de ista quæstione uide etiam, quæ tradit celebratissimus Doctor, d. Io. Campegius in tract. suo de dote, quæstione vlt. & Doc. in l. iudæi. C.
37 de iudæis. Decimosexto† quæro, an iudex debeat sequi consuetudinem loci litigantium, an loci iudicij. Ista quæstio est subtilis. & materia est difficilis, vt attestatur Abb. in capitulo quod clerici. infra de foro competent. reperio. Ioann. And. Ioan. de Imo. & Barb. coluu. 17. supra in rub. eodem ti. post alios antiquos, concludunt, communem op. esse Dd. ꝙ in pręparatorijs & ordinatorijs iudicii obseruabitur cosuetudo loci, vbi proceditur, seu ubi lis exercetur. l. tertia. ad finẽ. ff. de testibus. in decisoriis uero dicunt, quod obseruari debet consuetudo loci contractus, per id quod habetur in l. si fundus. ff. de euict. & in l. 1. ff. de usur. & hoc, quando agitur de iure descendente ex ꝯctu, si uero agitur de iure descẽdente ex delicto, tunc inspicitur locus delicti. l. saccularij. §. sunt quędam. ff. de extraor. cri. cum si. Si uero ius, de quo agitur, respicit facultatẽ uel necessitatẽ circa rẽ, de cuius iure agit, tũc inspicitur locus ubi est sita res. c. Raynutius. inf. de test. l. an in totũ. ¦C. de ędifi. pri. l. si sine hęrede. §. Lucius. ff. de admi. tu. & ideo ꝑm prefatos Dd. si tractet de onere rei inspiciendus est locus, ubi res est sita. l. 3. & fi. C. de prædi. nauicularior. lib. 11. & similiter secundum eos, si hic litigaretur inter aliquos, usque ad quam altitudinem deberet ædificari domus sita in ciuitate Bononiæ, seruanda esset consuetudo Bononię, per notata in iuribus præallegatis. Respectu primi membri Do. Ant. in d. rub. concordat cum alijs Do. supra relatis, sed in decisorijs dicit, quod debet seruari consuetudo loci litigantium, quem locum pretendit ipse esse locum cõtractus, ut loquũtur iura per eum allegata, uidelicet, l. si fundus. de euict. & l. 1. ff. de usu. Sed hoc reprobant Io. de Imol. & Barb. ibidem, quia, ut ipsi dicunt, possibile est, ꝙ contrahentes & sic litigantes habeãt domicilium in alio loco ꝙ̃ loco ꝯctus, & proprie locus litigantium dicitur esse in loco domicilij seu habitationis, allegant not. per gl. in c. stat. §. cum uero in uerb. unam dictam, de re script. lib. sexto, facit pulchra glos. in clement. 1. in uerbo, subditos. de foro compet. Sed tu aduerte primo, quia Dom. Anton. non meruit reprobari quia quando appellat locum litigantium locum cõtractus non negat quin etiam locus domicilij, dicatur locus litigãtium, ubi agatur alio respectu, quam contractus uel delicti, uel rei, ea propter quando agitur de re distinguenda, dicit d. Ant. quod attenditur consuetudo loci, re sitæ, & sic prę-
supponit, quod eo casu ille sit locus litigantium, & dat exẽplum supra relatum, scilicet, quando est quæstio, quantum domus debeat eleuari. Secundo aduerte, quia respectu primi membri mihi uidetur formandam esse regulam cũ multis ampliationib. & limi. quam non comperies alibi sic plene & ordinate expeditam. Et aliam regulam formabo in se
38 cundo membro. Prima† igitur erit regula, ꝙ in ordinatiuis, seu in concernentibus processum, seruanda est consuetudo loci, in quo proceditur, & sic illius tribunalis vel iudicis, cora quo ꝓceditur, gl. & Do. cõiter in c. quod clericis. infra de for. cop. & Dd. in d. rub. ꝟ. eo. & dixi ꝟ. q. 11. 2. limi. ubi ad hoc assignaui seu retuli aliquas rõnes, & authoritates, in q. seq. in 3. limit. vbi retuli alias authoritates, & ultra illas, uide Bald. post alios in l. 1. ad fi. C. quæ sit lon. consu. Ex ista regula multæ illationes in practica fieri possunt, quarum aliquas retuli & declaraui ꝟ. in d. q. 11. in 2. limit. & plene referunt moderni, maxime d. Maria. Soc. post D. Ant. & Abb. & moderni & nouiores, in d. c. ecclesia. S Mariæ ꝟ. de constit. Amplia istam regulam, ut procedat etiam si clericus litigaret coram iudice seculari, quia ligatur lege illius loci, seu teneretur seruare legem uel consuetudinem ipsius loci, in procedendo, ita Dd. prędallegati, maxime Abb. in d. c. quod clericis, & in cap. 1. ꝟ. de consti. Hanc ampliationem puto procedere, etiam si lex secularis dans formam processui, uel ordinatiuis iudicii. in specie loqueretur per cleri cis. Ratio est, quia tũc exprimitur In stat. illud, quod a iure disponitur, unde tunc permittitur id, quod alias prohibetur. tex. est in c. significasti. & ibi no. supra de elect. & tradunt moderni plene post glo. & alios in c. ad audientiam. el 2. de rescrip. & hoc modo tollitur oppositio, quæ fieri posset de tex. in c ecclesia sanctæ Marię supra de consti. vbi dicitur, quod statutũ loquens in specie de clericis vel ecclesiis, non valet, etiam si commodum earũ concernat. Secundo amplia, vt procedat etiam respectu feriarum, quia attenditur locus, in quo fit processus seu ordinat iudiciũ. ita cõcludunt cõiter Doct. quos refert, & seq. Ab. in c. fi. colu. fi. infra de feriis. licet articulus sit dubius, vt ibi per eum idem firmat Bal. ibi, & idem sentit Abb. in d. cap. quod clericis. & attestatur Abb. in d. c. fin quod ista est communis opinio. & idem tenet communis præceptor in l. prima col. 5. C. de sum. Trin. Tertio amplia, vt procedat nedum si causa ventilatur coram iudice ordinario, sed etiam si ventiletur coram delegato. ita decidunt Ioan. And. dom. Ant. & Imol. in d. rub. supra eo. & ibi sequitur Barb. colum. 18. nec obstat si dicatur, quod delegatus fungitur vice delegantis. ca. sane, el 2. infra de offi. deleg. ergo videretur attendendum esse locum delegantis, quia respondent Doctores præallegati, vide per eos. Quarto amplia, vt procedat nedum si agatur de ordine processus, sed etiam, si agatur de ordine executionis vt dicam infra quæstione ultima. Quinto amplia, vt procedat nedum in his, quę sunt contentiosæ, sed etiam in his, q̃ sunt voluntariæ iurisdictionis, vt probatur in l. 1. C. de emancipa. liberor. Sexto amplia, ut procedat, siue tractetur causa principalis, siue appellationis. hoc volunt dom. Anto. & alli ut in d. rub. supra eod. & do. Ale. in l. 1. ff. de leg. 2. no. per gl. in c. licet canon. in verb. de cætero. de elect. lib. 6. Septimo amplia, ut procedat, nedum si agatur causa clerici, sed etiam si agatur causa ecclesiæ coram iudice seculari, quia in ordinatiuis seruabitur lex vel cõsuetudo fori secularis. hoc uult Lapus in allegationibus suis, alleg. 81. incip. non valuit actus circa prin. idem uult Abb. cum quo transeunt posteriores, in c. 1. in ult. notab. supra de consti. Et hanc ampliationem, declara eo modo, quo declaraui ampliationem primam supra relatam. Octauo & ultimo amplia, vt procedat, etiam si lex Canonica daret certum modum procedendi in foro seculari, quia non posset, & propterea adhuc seruaretur lex fori secularis. gl. est in Cle. dispendiosam. in uerbo, vsuris, de iudi. quam sequuntur Doct. & Abb. in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. col. pe. Hanc ampliationem declara, vt per Gem. in c. 2. in pen. notab. de iureiu. lib. 6. vbi concordat dictam gl. cum gl. in c. 1. in uerbo, ecclesiasticis. de excep. lib. 6. Et licet noniores in d. c. ecclesia. improbent gl. in d. Cle. dispendiosam. dicentes, quod immo in materia spirituali potest lex Canonica dare modum procedendi etiam in foro seculari. quia statutum fori illius non uidetur in hoc habere potestatem, tamen hæc consideratio, ut puto, non est solida, quia in materia spirituali secularis iudex non potest cognoscere, nisi quando de facto dubitatur, & ex tunc potestatem habet necessariam, & dicitur spiritualis hoc casu, vt declarant Barto. & alii, in l. Titia. ff. solu. matri. & moderni in l. quoties. C.
39 de iudi. Limitatur modo† regula præmissa, ut non procedat, in terris subiectis ecclesiæ quo ad temporalem iurisdictionem, quia tunc etiam in foro seculari seruandum esset ius Canonicum & non ius seculare. hoc uult glo. in d. cap. quod clericis. & ita in specie limitat d. Maria. Soci. ibi circa fi. & ꝓbatur in c. si duobus. infra de appel. idem Abb. in c. licet ex suscepto. infra de for. compe. Credo tamen quod vbi cõsuetudo esset in tali loco, illa præualeret per tex. nostrum in 2. parte, & licet esset consuetudo laicorum, tamen præualeret iuri etiam Canonico, in foro seculari, vt tradit & declarat Abb. in dicto c. quod clericis. col. fi. & Felin. alia adducens, in c. ecclesia S. Mariæ. supra de const. & dixi plene supra in 2. requisito consuetudinis, versic. Vlterius quęro circa istud
40 secundum requisitum. Secũdo limitatur, vt non† procedat d. regula, quando clericis in eorum priuilegium esset cõcessum, vt causæ suæ tractentur certo modo, seu cum certa solennitate, quia tunc in causa clericinon seruabitur in ordinatiuis iudicij lex vel cõsuetudo loci iudicii, sed lex seu priuilegium clericale, ita limitat d. Maria. Soc. in d. c. quod clericis. ad finem, per text. quem dicit singularem, in Authenti. de sanctiss. episco. §. si quis igitur pro pecunia, & subiicit, hoc procedere, etiam si priuilegiũ tale sit concessum ab imperatore, per illum tex. Et in hoc non est difficultas, per ea, quæ tradunt Abb. & alii, in d. c. ecclesia sanctæ Marię. in notabilib. supra de consti. facit etiam tex. in c. nouit. infra de iudic. vbi fit mentio de priuilegio concesso clericis per Theodosium Imperatorem. Tertio limitatur dicta regula, vt non procedat, quando causa ventilaretur in foro seculari, & nõ obseruãtia ordinis ecclesiastici iduceret peccatũ, qa tũc seruãdus esset ipse ordo, & sic ius Canonicum. hoc uult Gemi. in c. 2. de iureiuran. li. 6. probatur, in c. decernimus. de sentẽtia excom. lib. 6. idem do. Maria. in d. c. quod clericis ad fi. dicens, se idem tenuisse in cle. in verbo, omnimodam. de foro compet.

Source : BIU Cujas

41 compet. Quarto limitatur, vt†non procedat in epiſcopo ex pulſo a dięceſi ſua, qui cognoſcit in proxima dięceſi, nam talis epiſcopus etiã quo ad litis ordinationẽ ſeruare põt leges vel ſtatuta vel conſuetudines ſuæ diœceſis, non aũt tenetur ſeruare leges nec ſtat. nec conſuetudines diœceſis, in qua iudicium agitatur, de hoc eſt gl. ſingularis in d. Clem. 1. in verbo, omnimodam, de fo. comp. quam ſequuntur Doc. ibi maxime Card. & Imo dicens, poſt Pe. ꝙ ſpeciale eſt in caſu illo, vt non inſpiciatur locus iudicij in ordinatiuis, idem tenet d. Maria. in d. c. quod clericis. in fi. Aduertendũ tamen eſt, quia licet gl. prædicta vtatur verbo, poteſt, & ſic videatur permittere in poteſtate epiſcopi expulſi, vti conſtitutione vel conſuetudine propriæ dięceſis, vel iure communi, tamen d. Maria. in d. c. quod clericis. in fin. vtitur verbo. Debet. Et credo, ꝙ verius loquatur, ne duo ſpecialia concurrant ad idem, ſ. ꝙ talis eps cognoſcat extra diœceſim propriã, item ꝙ deſerat conſtitutiones & conſuetudines proprias reſpectu ſubditorum ſuorum, duo enim ſpecialia non poſſunt concurrere 45 circa idem, iuxta notata per gl. & Doct. in l. 1. C. de dot. promiſ. Et iſtam opi. tãdẽ ſentit gl. prędicta in vltimis verbis, dicens, quod ipſe epiſcopus non poterit facere extra dięceſim contra ſubditos, niſi illud, quod in diœceſi facere potuiſſet, & ſic illa glo. imponit neceſſitatem ipſi epiſcopo, iuxta glo. in c. 1. in verb. non poteſt, de reg. iur. lib. 6. Conſidera tamen ſuper hoc puncto, quia ſeruare conſuetudinem alienam in ordinatiuis iudicij, quando iudicium tractatur in aliena iuri ſdictione, non videtur eſſe quid ſpeciale, vt ſupra in iſta con
42 cluſione dictum eſt. Secunda†regula eſt in deciſiuis, ſcilicet quod iudex debet in hiſ iudicare ſecundum cõſuetudinem litigantium, & eorum ſtat. & non ſecundum ſuam, ita Inno. in rub. ſupra eo. tit. & idem formaliter dicit Ab. in d. c. quod clericis. col. 6. ver. hæc dicta D. Ant. ex toto non placent. ubi etiam ad hoc allegat not. in c. illud. 12. diſtin. & Cy. in l. 2. C. de conſti. pecu. & dicit facere tex. in c. 3 infra de eo, qui mitti. in poſſ. cauſa. rei ſer. & idem repetit ibi uerſi. ſi vero ſtatutum. idem dicit ipſe Abb. in repet. c. eccleſia ſanctę Marię. ſupra de conſti. & tradunt omnes poſt Bar. in l. 1. C. de ſum. tri. & Bald. poſt alios, in l. 1. C. quæ ſit long. conſuet. Sed vis ſtat
43 in conſiderando, quæ†dicantur ſtatuta ſeu leges vel conſuetudines litigantium. In hoc Cald. in diſputatioue ſua quę incip. ſtatuto cauetur, quam refert Abb. in d. c. quod clericis. colum. 3. præſupponit, quod ſi agatur ratione contractus, cõſideratur ius loci contractus, & ſic conſuetudo illius loci, dicetur conſuetudo litigantium, per tex. in d. l. ſi fundus. ff. de euic. cum concordantibus ibi per Ab. relatis. Si vero agatur ratione delicti, attenderur conſuetudo loci delicti, & ſic illa dicetur conſuetudo litigantium, auth. qua in pronincia. cũ ſimilibus. C. vbi de crim. agi oportet. Si autem agatur ratione rei, tunc ſeruanda eſt conſuetudo loci rei ſitæ, & propterea ſecundum Cald. ſi tractetur de onere rei, ſeruanda eſt cõ ſuetudo loci, vbi eſt res ſita, allegat text. in argum. in l. fi. C. de prædiis nauiculariorum. lib. 11. & propterea ſecundum eũ ſi eſſet quæſtio Rauennæ, vſq; quã ad quem locũ vel vſq; ad altitudinem poſſit ædificari Bononiæ, ſeruari debent ſtatuta Bononiæ de hoc loquentia. Tu aduerte primo, quia præmiſſam doctrinam ſequuntur Abb. & communiter alij, in d. c. quod clericis, eandem doctrinam in effectu tradit Bart. in repeti. l. pen. & ſequenti, ver. nunc veniamus ad glo. C. de ſum. tri. & ibi plene proſequuntur moder. maxime communis præceptor, idem Cæpolla in conſil. 22. incipien. conſulta
48 tionis caſus. ad fi. vbi dicit, quod quo ad formam ϗctus, inſpicitur ϗſuetudo loci, in quo celebratur & alia ad hoc infra adducam in 3. illatione, & duabus ſequentibus. Idem firmat Bald. in d. l. 1. C quæ ſit lon. conſuet. idem tenent communiter Dd. quos ſupra in prin. huius quæſtionis retuli, vide licet in rub ſupra eo. tit. ſequuntur etiam alij Docto. quos abunde allegaui ſupra in 12. quæſt. in 3. limitatione. Secundo aduerte, inquantum Doct. concludunt, quod ſi agatur ratione contractus. conſideratur ius loci contractus, quia id intelligitur de loco, ubi ſunt concepta verba, & non de loco, vbi ſolutio deſtinata eſt, ita Bar. in d. l. 1. C. de ſum. trin. colum. 4.
49 & cum Bar. tranſeunt alij ibi. idem dicit. poſt Dyn. in l. con contraxiſſe. ff. de actio. & oblig. & Bald. pulchre in conſi. ſuo 167. incip. verba dicunt in 3. uolum. Tertio aduerte, quia vbi ageretur de habilitate vel inhabilitate perſonę, inſpicienda eſt lex vel conſuetudo loci, vbi talis perſona eſt oriunda, nõ autem inſpicitur conſuetudo loci, vbi actus venit applicandus ad perſonam. tex. eſt & exemplum in c. cum olim infra de cle. coniug. & ibi declarant Doct. maxime Abb. & Imol. & dixi ſupra in 12. quæſt. in 1. limitatione. Quarto aduerte, quia ubi agitur de interpretando verba prolata per contrahentes vel teſtantes, dubium eſt, an ſit inſpicienda conſuetudo loci, ubi teſtator vel contrahens verſatus eſt, an conſuetudo loci ubi fit teſtamentum vel contractus. Dic, ut ſupra dixi queſt. duodecima in 1. limitatione, in ſexta illatione. Quinto aduerte, quia ex præmiſſa cõcluſione & regula plura quotidiana inferi poſſunt. Et primo infertur ad id, quod dicit Abb in d. c. quod clericis. uer. ſi uero ſtatutum non prefigit legem iudici, & in d. c. eccleſia S. Marię. in rep. in fi. ꝙ ſi homines alicuius profeſſionis habent ſtatuta vel conſuetudines, particulares, illa ſtatuta & conſuetudines obſeruari debebunt in eorum cauſis decidendis a iudicibus etiam ordinariis. & reprobat gl. contrarium dicentem in l. 2. C. de cõſtit. pec. & ſubiicit, quod Cy. etiam ibi illam reprobat. & hoc facit ad conſuetudinem, quæ viget in curia mercatorum, an ſit ſeruanda in omni foro. de quo pulchre tradit Bal. poſt alios ibi, & communis præceptor in l. omnes popul. in 2. le-
44 ctura, ff. de iuſt. & iu. ſupra in una quę. dixi. Secundo†per præmiſſam concluſionem dicimus, quod in cauſis. iudęorum, decidendis, ſeruatur lex ſua Moſaica. ita Cald. in conſ. ſuo 30. ſub tit. de teſta. & refert Fel. in d. c. eccleſia. verſi. fallit quinto
45 & dixi ſupra plene quæſt. 14. Tertio per†præmiſſam concluſionem, inquantum diximus, quod ſi agatur ratione contractus, conſideratur ius ſiue conſuetudo loci contractus in deciſiuis, infertur quod ſi contractus ſit celebratus in loco ubi ex forma ſtatuti contra inſtrumentum nulla poſſit opponi exceptio, iudex debebit ſeruare illud ſtatutum, quanuis inſtrumentum ibi factum producatur coram eo in loco, vbi non vigeat ſtatutum prædictum, Bal. ſingulariter, reputans hoc menti tenendum, in l. 1. in 5. quæſtio. C. ne filius pro pat. idem Pa. de Caſt. & poſteriores, d. l. a diuo pio. §. ſententiam. ff. de re iudic. & ſequitur communis præceptor in d. l. 1. C. de ſumma trini. colum. 5. ubi refert Paul. de Caſtr. alibi contra-
46 rium dicere, & male. † Quarto infertur, quod ſtante ſtatuto vel cõſuetudine, quod credatur ſcripturis priuatis vel libris mercatorũ ſcriptis eorum manu, ſtabitur illis ſcripturis uel libris in illo iudicio, in quo producentur, licet ibi non adſit talis conſuetudo uel ſtatutum, ita Io. And. in addi. ſpec. in ti. de inſtru. edi. §. nunc dicendum in addi. magna, quæ incip. in priuatorum. circa fi. ſequitur d. Ant. de But. in c. 2. infra de fi. inſtrum. Et dicit Bal. in l. ſi non ſpeciali. C de teſtam. quod ſcriptura facta in aliquo loco, ſeruat priuilegium illius loci, vbicunque, & dicit Bar. in l. 2 quam legit pro prima, ff. de off. proconſu. & leg. quod inſtrumenta facta a tabellione, creato etiam ab inferiore a principe, faciunt fidem vbiq; licet ille tabellio creatus ab inferiore, non poſſit facere inſtrumẽta vbi que. allegat tex. in l. 1. C. de emanci. lib. Et iſtam quartam illation etiam ſequitur communis præceptor in d. l. 1. vbi ẽt allegat Bal. in l. exemplo. C. de probat & eam extollit, & etiã tradit ipſe, in d. l. omnes populi in 2. lec. ſed hanc illationem declara, vt dixi ſupra quæſt. 11. in ult. illatione Quinto infer-
47 tur, quod†ſi inſtrumentum fiat in aliquo loco interdicto, licet poſtea producatur in alio loco, tamen non facit fidem, & ſic attenditur locus, in quo confectum eſt illud inſtrumentum. ita Bal. in conſi. 179 inci. inſtru. in 3. volum. Amplia modo premiſſam concluſionem, ut procedat etiam, ſi iudex iudicaret extra diœceſim ſuam, exemplum iſi epiſcopo expulſo, quia talis ſeruare deberet leges & cõſuetudines, quas ób ſeruaſſet, ſi fuiſſet in dięceſi propria, non autem obſeruabit leges uel cõſuetudines loci iudicij, ita decidit gl. quam Doc. ibi ſequuntur, in cle. 1. in verbo, omnimodã, de for. cõp. & dixi ſupra in præcedenti regula in 4. limita. Secundo amplia, ut procedat etiam in iudice delegato, ut dicunt Joan. And. d. An. Imo. & Barb. in 11 b. ſupra eo. Limitatur aũt miſſa cõ
48 cluſio. & regula, inquantum dictum eſt, ꝙ indeciſiuis†attenditur locus ϗctus, qñ agitur rõne ϗctus, ut non procedat, qñ agitur de ϗctu dotis, qa tunc iudex in deciſione cauſæ nõ debebit attendere legem uel conſuetudinem loci ipſius ϗctus ſed loci domicilij uiri, tex eſt ſingul. in l. exigere. ff. de iudi. & ibi Bart. & alij communiter declarant, aſſignando rationẽ, tradit etiam Bar. in d. l. 1. col. 4. C. de ſum. tri. & ibi Doc. alij, maxime cõis præceptor plene proſequitur, & dixi ſupra in q. 12. quæ eſt, an conſuetudo liget forenſes. in 1. limitatione. Secundo limitatur, ut procedat dicta concluſio†in his, quæ
49 concernunt ſolennitatem cõtractus, uel in his, quæ oriũtur ſecundum ϗctus naturam tpe ϗctus, ſecus in his, quæ oriuntur poſt ϗctum perfectum, pp negligẽtiam uel moram quia in his non attenditur locus contractus, ſed ille locus, in quo negligentia vel mora eſt commiſſa. ita Bar. in d. l. 1. col. 5. inferẽs per hoc, ꝙ ſi extaret ſtat. Peruſii diſponens, ꝙ iura petẽdi debitũ, pſcribanť decẽ annis, & Florentinus exiſtens Rome mutuaret alicui cẽtũ cũ pacto ꝙ illa cẽtũ redderenť Peruſii, certe ſi mutuãs taceret per decẽ annos, erit excluſus, & ſic erit locus ſtat Peruſij, rõ eſt ſm Bar. qa in loco eſt cõmiſſa illa negligentia, idem firmat Salic. ibid. declarando, ut per eum, & ſequuntur alij poſteriores ibi. idem decidit Bar. in l. 1. ff. de vſu. in prin. vbi decidit aliam pulchram quæſtionem & clarius loquitur quam in d. l. 1. idem Soci. in conſi. ſuo 99.

Source : BIU Cujas

incip.in cauſa eximii Doctoris. Tertio limitatur dicta regu-
50 la,ut†non procedat,quando cauſa eſt feudalis,qnia tunc nō ſeruantur leges uel conſuetudines litigantium, ſed attendi debeant leges feudales ſeu conſuetudines feudorum etiam contra clericos.ita Hoſt.& dom.Ant.in d.c. quod clericis.& ibi refert & ſequitur Abb.col.5.verſi. quandoque cauſa agitur coram ſeculari.Hāc limitationem declara,ut procedat, quādo caſus eſt deciſus in feudorum libro, ſi autem in libro feudorum non reperiatur deciſus,attenditur ius commune c.1. §.libertus.de feu.cogniti. & ſi ius commune eſſet ſublatum per conſuetudinē,atteditur conſuetudo, quæ facit ius. §.ex non ſcripto.inſti.iur.natu.Vbi autem conſuetudo actoris eſſet diuerſa a conſuetudine rei, quæ ſit ſeruanda dicā in ſequentibus limitationibus. Quando autem leges diſcordarent a Canonibus,potius ſtandum eſt Canonibus etiam inter laicos in cauſa feudali,& hoc prouenit ratione iuramenti,quod prēſtatur in inueſtitura feudali. ita Bal. in c.imperialem.§.fi.verſi. porro in feudis. de prohi. feudi aliena.per Fed. per not.in c.nouit.infra de iud.& exēplificat in caſu, in quo ageretur de recuſando iudice in materia feudi,idem dicunt Alex.in conſi.5.incip.ſi vera ſunt.in 5.vol.idem firmat Feli. in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ,verſ. ſexta declaratio. ſupra de conſtit.& in c.cæterum.in fi infra de iudic.Si autem in computatione graduum in ſucceſſione feudi iura ſint diuerſa,ꝙ ius attendatur, vide And.de Iſer.& Bal. in ca.1.§. quia vidimus.in titu.qui feu.da.poſ.& Aret.in conſ.ſuo penul. Quar-
51 to limitatur dicta regula, vt non ſic ſimpliciter † procedat, quando cauſa verſatur inter clericum & laicum. quia non poteſt dici,quod attendenda ſint iura litigantium,cum alia ſint iura clericorum alia laicorum, quia clerici non adſtringuntur legibus nec conſuetudinibus laicorum,d.c. eccleſia ſanctæ Mariæ.cum ſimilibus,ſupra de cōſt.nec laici adſtringuntur Canonib.quando iura ciuilia ſunt contraria,& non ſunt peccati,nutritiua, vt tradunt Abb. & moder.in c.1.ſupra de conſti.& propterea dubium eſt,quæ iura ſint ſeruanda hoc caſu, ſeu reſpectu deciſionis cauſæ, quæ verſatur inter clericum & laicum, in hoc diſtinguit Abbas plene poſt alios per eum relatos, in c.quod clericis. verſic. quandoque cauſa agitur coram ſeculari.&ver.ego uero in hoc articulo. tradunt etiam Abb.& alii in d.c.1.ſupra de conſt. in notab. & ibi etiam dixi, & concludo, quod ſi clericus agat contra laicum,etiam coram iudice ſeculari,in deciſiuis ſeruabitur lex Canonica,& eadem ratione ſeruabitur conſuetudo clericorum.ita decidunt Gulie.Naſo,Abb.& communiter alii ibi,& in d.cap.eccleſia S. Mariæ.vbi Abb.in 1.no.& poſterio res notant.ad hoc illum tex. probatur etiā in auth. clericus. C.de epi. & cler.& gl.pulchra,& ibi Docto.in l.ex ea.ff.de poſtul.Hoc tamen intellige,quando agitur ratione rei vel iuris eccleſia. Secus,ſi actione perſonali,ita Hoſtien.in ſum.huius tit.§.fi.verſ.ſed pone,quem refert & ſequitur Aret.in d.c.idē tenet d.Bened.de Peru.ibi.Si tamen ageretur actione perſonali pro re eccleſiæ,adhuc ſeruandi eſſent Canones vel conſuetudo clericorum etiam coram iudice ſeculari, ita dom. & Abb.in d.c.quod clericis.verſi. quandoque cauſa agitur, illud ergo,quod dicunt Aret.& domi. Benedictus. in d.c.1. procedit,quādo clericus agit actione perſonali ſimpliciter, puta, ſi ageretur ex mutuo, quia tunc in foro ſeculari leges ciuiles ſeruandę eſſent. & ad hāc diſtinctionem facit etiam deciſio Abb.in c.ſi clericus laicum.verſi.ex prædictis. infra de foro competē.vbi dicit, quod clericus poteſt conuenire laicum coram eccleſiaſtico actione perſonali, dummodo agat pro re eccleſiæ,ſecus, ſi agat actione perſonali extra rē eccleſiæ.& de hoc puncto tradunt etiam Doct.in locis,quæ congerit dom.Felin.in d.c.eccleſia.S.Mariæ,ver.ſeptima declaratio.& in col.29.verſi.tertius caſus.& aliquid dixi ſupra quæſt. 11.in 5.& in vlti.ampliatione.Vbi tetigi,quæ conſuetudo ſit ſeruanda, quando laicus litigat cōtra clericum vel contra alium laicum,dic.ut vt ibi dixi.Quinto & ultimo li-
52 mita†dictam regulam,vt non procedat, etiam inter laicos, quando leges vel conſuetudines ipſorum laicorum litigantium ſunt diuerſæ,quia tunc non poteſt ſeruari ipſa regula, quæ habet ꝙ iudex dēt iudicare ſm conſuetud. litigātium, & eorum ſtatuta, quia ſi ſeruaret conſuetudinem vel ſtatutum actoris,deuiaret a conſuetudine vel ſtatuto rei.Et propterea hoc caſu credo,quod iudex in iudicando ſeruare debebit conſuetudinem vel ſtatutum rei.Ratio eſt, quia actor ſequitur forum rei,l.iuris ordinem.C.de iuriſdi.om. iud.c.ſi clericus laicum.& c. cum ſit generale.infra de fo.comp.Eadem ratione dicendum videtur,quod actor ſequi debeat cō ſuetudinem vel ſtatutum rei.Et in ſpecie hanc æquiparationem facit dom.Ant.de Butr.in rub.ſupra eo.col.2.vbi inqt, quod regulariter vinculū ſtat. uel conſuetudinis conſideratur ex regula ſori ſortiti, vt vbi qs ſortitur forum, ibi inuinculetur ſtatuto vel conſuetudine illius loci, & hanc regulā, dicit poſſuiſſe Cal in quæſt.ſua inci.ſtatuto.iſta tamen limitatio non procederet, quando contra laicum litigaret clericus in foro vel ciuili vel eccleſiaſtico. quia tunc dicendum eſt,vt dixi ſupra in dicta q.12.in ult.amplia.& in præcedenti limita.eo enim caſu clericus actor,non ſequitur leges laici rei,ex ratione ibi relata. Præmiſſam etiam limitationē & totam materiam crederem procedere, quando cōſuetudines ſunt diuerſæ in materia diuina, quia in hoc non reperio ra-
53 tionem diuerſitatis.in his†enim,quæ ſunt iuris diuini,etiam conſuetudo attenditur,dummodo non ſit contra ipſum ius diuinum.c.certificari.infra de ſepul.vbi dicitur,quod in materia ſepulturæ attendenda eſt conſuetudo patriæ. Et refertur ibi dictum Hieronymi inquientis, quod quelibet patria abūdat in ſenſu ſuo.& dicit ibi Ab.quod in ieiuniis,obſeruāda eſt conſuetudo loci.item in feſtiuitatibus celebrandis ſeruanda eſt conſuetudo loci c.2.& ibi notatur, infra de feriis. & dicit Ab.ibi idem eſſe in baptiſmo,& aliis ritibus & ſolennitatibus,per adducta per eum. Quinimmo dicit Abb.ibi,ꝙ conſuetudo loci præferetur cōſuetudini Romanæ eccleſiæ, vbi ipſa conſuetudo verſaretur extra fidem. ſeu eius articulos,niſi Papa mandaret conſuetudinem Romanam vbique ſeruari.ita Abb.ibi in 2.nota.per illum tex.& per alia. Hinc etiam dicimus attendendam eſſe conſuetudinem,quod reſpectu operarum feſtum incipiat a mane & non a veſperis, ita Abb.ibidem in 1.notab.per illum text. Hinc etiam dicimus, quod conſuetudo populi cōſentiente epiſcopo poteſt inducere vnum feſtum quod erit obſeruandum.tex.eſt in d. c.2.iuncta declaratione Abb.ibi in 7.notab.& plenius tradit
54 ipſe in c.fin..in pen.notab.eo.tit.de feriis.Vltimo quæro,†viſo quomodo proponatur conſuetudo quomodo probetur, quos liget conſuetudo, & quam conſuetudinem debet iudex ſeruare tam in procedendo quam iudicando, & tam in ordinatiuis iudicii,quam in deciſiuis, An iudex in exequendo debeat ſeruare conſuetudinem loci actoris,vel loci rei
55 vel loci,in quo executio fit† videtur dicendum,quod iudex, teneatur ſeruare eam conſuetud.quæ in iudicando obſeruata fuit propter rationis identitatem.Contrariū tñ concludēdum eſt.Vnde dicas, quod obſeruanda eſt conſuetudo,loci executionis.ita Bal.in l.1.q.4.C.ne fil.pro pa.mouetur ea rō ne,qa ꝙtum ad ordinem iudicii, ſeruandū inſpicimus locū iuditij ſiue loquamur de ordine ꝓceſſus, ſiue de ordine exe cutionis. all.tex.in l.2.ff.quēad.teſt.ape.& in l.miſſi opinatores.C.de exac.trib.li.x.& no ꝓ Bar.in l.a diuo Pio.§.ſentētiā. ff.de re iudi. Et ex hoc apparet de ratione diuerſitatis inter hanc quæſtionem & præcedentem,quia,vt dictum eſt executio concernit ordinem, & non deciſionem. Prēmiſſam concluſionem etiam tradit Bal.clare in conſ.ſuo 185.incip. caſus in 2.uol.Et ex his ſit finis huic noſtro operi, in quo materiam conſuetudinis plenius & ordinatius,quam alibi, vt puto,reperies,quandoquidem multis vigiliis ac laboribus, ſummaque noſtra diligentia editum eſt. Quantum enim temporis & ocii per multos annos ſuffurari potuimus,id totum circa conſuetudines congerendas & declarandas impendimus. Oꝑi Deo ac Virgini ſacratiſs. ſit laus & gloria.

FINIS.

PETRI

Source : BIU Cujas

PETRI RAVENNATIS, IVRISCONSVLTI CLARISSIMI ENARRATIONES *IN TITVL. DE CONSVETVDINE.*

ANNOTATIO.

¶ Vt inſtitutum noſtrum in proximo Tract. Rochi Curtij, de conſuetud. in hunc Authorem ſuper eodem Themate, protraheremus & tueremur, Summaria adiecimus, ea ipſa pro rei dignitate & cõmoditate Sectionibus diſtinguentes.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo, quid.*
2 *Conſuetudo, num ius ſit, & admittat probationem.*
3 *Populi conſuetudo, eſt ius ciuile, ſed fori ſtylus, eſt ius prætorium, vigens tantum in curia.*
4 *Scriptura num neceſſaria ſit ad inducendam conſuetudinem.*
5 *Tempus decem annorum ſufficit de iure Ciuili ad indutendam conſuetudinẽ eo concurrente actuum frequentia.*
6 *Iudex ſi pluries iudicarit contra legem, & inde decennium fluxerit, an eo inducatur conſuetudo.*
7 *Conſuetudo iuriſdictionem contentioſam tribuere poteſt.*
8 *Conſuetudo reſpiciens rem, minores perinde ac maiores comprehendet.*
9 *Præſcriptiones ſtatutariæ an currant contra minores. diſting. Et quid ſi dubium occurrat.*
10 *Conſuetudo ciuitatis, habet etiam locum in caſtris & locis ipſi ciuitati ſubiectis.*
11 *Conſuetudo poteſt ex cauſa auferre de iure vnius, & dare alteri.*
12 *Ius conſuetudinarium poteſt quilibet iudex & princeps probabiliter ignorare.*
13 *Conſuetudo poteſt appellandi tempus alterare.*
14 *Conſuetudini introducendæ non ſuffitit quid ſæpius factum, niſi factum fuerit eo animo, vt conſuetudo introducatur.*
15 *Coniectura vnde colligenda, quod vtentes iure ſuo, voluerint conſuetudinem inducere.*
16 *Ius conſuetudinarium ortum eſt a Cain, ius autem conſtitutionis, a Moſe.*
17 *Conſuetndo non aliunde ortum ducit, quam a moribus & vſu vtentium.*
18 *Ius ſcriptum, etiamſi diu fuerit in obſeruantia, non tamen poterit eo appellari conſuetudo Limit. num. 19.*
20 *Conſuetudo contra ius Canonicum, item contra legem ſcriptam, quadraginta annos requirit.*
21 *Conſuetudo non debet eſſe diuerſa in eadem gente & populo.*
22 *Conſuetudo debet eſſe quadragenaria, vbicunque ius facit mentionem de conſuetudine legitime præſcripta.*
23 *Conſuetudo mala, dicitur vſurpatio, non conſuetudo.*
24 *Conditiones quas debeat habere conſuetudo, vt teneat.*
25 *Iure canonico deficiente, iudex debet potius iudicare ſecundum ius ciuile, quam ſecundum generalem vel particularem conſuetudinem.*
26 *Conſuetudinis tranſgreſſores puniuntur.*
27 *Conſuetudo iam inueterata, quæ citra periculum tolli non poteſt, debet tacite per ſuperiorem tolerari.*
28 *Conſuetudo ſolum nuda voluntate fundata, nullo rationis vinculo nitens, non poteſt apoſtolicam tollere conſtitutionem.*
29 *Conſuetudo incommoda clericis, perinde ac commoda, non poteſt illos adſtringere & afficere.*
30 *Conſuetudo vel ſtatutum contra bonos mores, non valet.*
31 *Spurij legitimari non poſſunt per ſtatuta inferiorum. Et quid ita.*
32 *Spurius omnis, infamis eſt & uilis conditionis. Et quis poſſit eum natalibus reſtituere.*
33 *Papa quod non poſſit facere ardua ſine conſenſu Cardinalium, an valeat conſuetudo.*
34 *Conſuetudo contra expreſſam conſtitutionem Papæ prohibitiuam, non valet.*
35 *Conſuetudo dans anſam malignandi & delinquendi, non valet.*
36 *Eccleſia ſi fuerit damnum paſſa per abuſum fructuum beneficij, tenetur eccleſiæ illud damnum reſarcire clericus, eoque nomine eius bona ſunt hypothecata.*
37 *Conſuetudo tractans de damno eccleſiæ, vel diminutione cultus diuini, non valet.*
38 *Conſuetudo grauoſa eccleſiis, uel contra liaertatem eccleſiaſticam, non tenet.*
39 *Sacerdoti permiſſum de altari viuere, non luxuriari.*
40 *Conſuetudo quando inducatur ex actis iudicialibus.*
41 *Conſuetudini introducendæ non ſufficiunt ſingulares perſonæ, ſed requiritur multorum in vnum conſenſus.*
42 *Conſuetudo per tres ſolos poteſt introduci, producta autem & nata, poteſt in paucis conſeruari.*
43 *Conſuetudo an poſſit introduci, vbi dominium eſt violentum & tyranni-*
cum. diſting. numero 44.
45 *Expulſus iniuſte, non perdit ius ſuum.*
46 *Conſuetudo etiamſi ſit præter ius, tamen ſi ladit ius eccleſiæ, requiruntur quadraginta anni.*
47 *Conſuetudo nulla poteſt introduci contra diuinam legem. Et quid ſi legis diuinæ dubius ſit intellectus.*
48 *Imperator contra ſpiritualia legem condere non poteſt.*
49 *Lex conſuetudinem prohibens & reprobans, de nouo induci nequit.*
50 *Conſuetudo non obtinet, quæ omni omnino iuri repugnat.*
51 *Conſuetudo quod in minoribus exiſtens, non poſſit contrahere matrimonium eo animo, vt contractum dirimatur, non valet.*
52 *Conſuetudo circa matrimonium diſponens, an valeat. Et quibus caſibus. quos pete ibid. & nu. 53. 54 55. 56. 57. & 58.*

Sectio. PRIMA.

1 
Iquæritur, quid eſt conſuetudo? †dicas. qđ eſt ius nõ ſcriptum, moribus & uſibus populi, vel a maiori parte ipſius, tione initiatum, & continuatum, & introductum, habens vim legis. Iſta definitio Bart. in d. l. de quibus. ff. de legibus quæ probatur ibi, & in § ex non ſcripto. Inſti. de iure nat. in l. quod maior ff. ad nunicip. in l. quod non ratione. ff. de legi. † Sed nunquid conſuetudo ſit ius Et reſpon-
2 detur, quod ſic, nec obſtat quod iura non probantur, l. ab ea parte. ff. de proba. & ideo non admittuntur poſitiones iuris. l. ſecunda. §. quod obſeruari. cum ibi notatis, C. de iura. calum. ſed conſuetudo probatur. l. ſecunda. C. quæ ſit lon. conſue. Quia iura communia non probantur, quia ſunt ſcripta, & ab omnibus ſciri debent. l. leges. C. de legi. ſed cõſuetudo conſiſtit in facto, quod ſæpe prudẽtiſſimos fallit, & ideo pro-
3 bari debet. Et dicit Bald. in l. fi. in 3. col. C. vnde cog. ꝙ † conſuetudo populi eſt ius Ciuile, ſed conſuetudo fori, ſeu ſtylus, eſt ius prætorium, & nõ viget generaliter, ſed tantum in curia, in qua viget. Vnde prætor non tenetur ſequi ſtylum epiſ-
4 copalis curiæ. † Et nunquid ad eſſe conſuetudinis ſit non eſſe ſcriptum? Et reſpnndetur, ꝙ aut quæritur de conſuetudine introducenda, & in eius introductione non requiritur ſcriptura. Circa tamen eius obſeruantiam, & vt melius poſſit memoriæ cõmendari, põt redigi in ſcriptis ad memoriã eius, vt videmus in vſibus feudorũ. Et licet conſuetudo redigatur in ſcriptis, permanet cõſuetudo vt in vſib. feudorum Et ſi eſt redacta in ſcriptis, ſuperioris vel populi authoritate, tunc eo caſu probatur conſuetudo ꝑ apertionem librorũ.
5 de quo per Doct. in c. eccleſiaſticarum. 12. diſt. † Et ad eſſe cõ ſuetudinis requiritur & ſufficit tempus x. annorum de iure Ciuili. requiritur etiam frequentia actuum. l. 1. C. quę ſit lon. conſue. l. an in totum. C. de ędifi. priua. & binus actus ſufficit.
6 de quo per gloſ. in d. l. de quibus. ff. de legi. † Sed quid ſi iudex iudicauit pluries contra legem, & decennium præteriit, an inducatur conſuetudo. Et reſponde, ꝙ ſic. & licet ſententia ſit nulla, & ex ea non inducatur conſuetudo tanquã ex ſententia, inducitur tñ tanquam ex actu ex quo cõprehẽ-
7 ditur tacitus conſenſus populi. † Et cõſuetudo poteſt tribuere iuriſdictionem contentioſam. Bar. in l. fi. ff. de aqua plu. arcen. in l. 1. C. de eman. libe. per gl. & Doct. in c. cum contingat. de for. competent. Et conſuetudo, quæ reſpicit rem, ita
8 ligat minores, ſicut † maiores. Bartol. in l. ſi. ſine. § Lucius. ff. de admi. tu & vide Bar. in l. oẽs populi. ff. de iuſti. & iu. in illa quæſtione, quos ligent ſtatuta. Et adde, quod notat Bar. in l. fi. C. in quib. cauſ. in integ. reſti. non eſt neceſ. in illa quæſtio-
9 ne, † an præſcriptiones, ſtatutariæ currant contra minores. vbi concludit, ꝙ non, quando eſt talis præſcriptio, quæ aufert minori, quod ſibi iam eſt quæſitum, Secus, ſi per præſcriptionem minor ammittit lucrum, tunc currit, ſed reſtituitur. Et qñ oritur aliquod dubium ex verbis, debet inſpici conſuetudo regionis proferentis, & hoc in vltimis voluntatibus. Bar. in l. numis. ff. de leg. 3. Sed ſi in contractibus oritur dubium ex verbis, recurritur ad materiam l. veteribus. ff. de
10 pactis. † Et conſuetudo ciuitatis, habet etiam locum in caſtris & locis ipſi ciuitati ſubiectis. Bart. in l. ex ea. ff. de poſtul-
11 ando. Conſuetudo ex iuſta cauſa † poteſt aufere de iure vnius, & dare alteri. Barto. in l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni
12 iuris, quod dicit eſſe notabile. † Ius conſuetudinarium po-

teſt

teſt Princeps & ꝙlibet iudex ignorare probabiliter.c.1,de ꝓſt. in 6. & ideo licet iura non debeant produci corã iudice,nec de eis fieri poſitiones, hoc eſt verum in iure ſcripto,Ius autẽ non ſcriptum,debet proba ri,Bart.in l.præſcriptione. adfin. C.ſi ꝓtra ius.& in d.l.præſcriptione. eſt vna gl.ſing. ſm Ang.
13 & Imo.in l.2.ff.de re iu. ꝙ †conſuetudo poteſt alterare tempus appellãdi.nec mirum. quia ſtatutum & conſuetudo põt detrahere diſpoſitionilegis l.omnes populi.ff. de iuſti.& iur.
14 l.de quibus,ff.de legib. †Nota,ꝙ ad introducendum cõſuetudinem non ſufficit ſepius aliquid eſſe factum, niſi eo animo factum fuerit,vt conſuetudo introducatur, ut ſi ex gratia uel permiſſione hoc ſæpe ſit toleratum, non ſufficit, vt
15 ex hoc conſuetudo cenſeatur introducta. ut no. gl.& Doct. in c. conſuetudo.1.diſt. † Ex quibus autem ſit ſumenda coniectura,ꝙ vtentes uoluerint uti iure ſuo,& introducere con ſuetudinem,an uoluntario quodam uſu ſeu iure facultatis, vt in l.ut pomum. ff.de ſerui.poteris colligere ex his, quæ in materia iurium incorporalium præſcribendorum ponit In no.in c.bonæ. de poſtu præl.in c.cum eccleſia. de cau.poſ.in c.cõquerente. de offi. ord in c dilectus. de capel. monacho. Doct. in c.Ioannes,de cleri. coniu. in c.fi.de conſue.Bar.in l.
16 1,§.hoc interdicto. ff.de iti.actuq;pri. † Ius conſuetudinariũ incepit a Cain,& ius conſtitutionis,a Moyſe, tex. gl.& Doct. in c.non eſt.§.ius uero.6.diſt.Et ſic ius conſuetudinis præceſſit ius conſtitutionis tempore.& vide per moder.in c.fruſtra
17 8.diſt.Conſuetudo†tantum habet originem ex moribus & vſu vtentium. c.mos eſt. 1. diſt. Ex quo inferrur, quod ſi ius
18 †ſcriptumdiu fuit in obſeruantia,non poterit illa longa obſeruantia appellari conſuetudo, quoniam non eſt ex moribus,ſed ex lege traxit originem. Et ideo ſublato iure, cenſetur ſublata conſuetudo.gl.in c.1.de conſti in 6. Sal. in l.2. C. quæ ſit lon.conſue.Quod tamen limita,niſi vbi immineret ſcandalum in infringendo talem conſuetudinem.nam tũc non cenſetur ſublata. glo.eſt no.in c.ſuper eo.de cogna. ſpi-
19 ri.Do.in c.1.de conſt.in 6.Hoc†etiam limitatur, vbi ius clarum eſſet,ſuper quo conſuetudo emanauit,ſecus, ſi eſſet dubium in intellectu ſuo, uel multipliciter intelligeret ur, nã permaneret conſuetudo tali caſu.Imol. in Cle.ſtatutum. de ele.moder.in c.mos eſt 1 diſt. Abb.in c.fi.de conſue.Et adde
20 quod no.Bar.in l.1.§.lex Falcidia.ff. ad leg.Falc.& ibi ꝓ Alex. & Io.And.in c.1.de fil presb.in 6.in nouel.Non ſolum quando conſuetudo eſt ⁊ ius Canonicum, ſed etiam quando eſt ⁊ rõnem ſcriptam in iure,licet,nõ ⁊ iuris diſpoſitionem, requiruntur xl.anni.glo.eſt no.in c. vt litigantes.de off.ord.in
21 6.†Idẽ in eadem gẽte & populo non dẽt eſſe diuerſa conſuetudo, vt probatur in.c. omnes leges.1. diſt.quod intellige, vt dicitur in ſtaturo, per Bar.in l.oẽs populi. ff. de iuſt. & iu. ꝙ certa pars populi, non poteſt facere ſtatuta concernentia deciſionem cauſarum ſine cõfirmatione totius populi. Sed ſtatuta concernentia modum expediendi ea, quæ incumbunt ipſi parti, poterunt facere ſtatuta, cum iſta iuriſdictionem non ſapiant, quia poteſtas populi non reſidet in certa parte ciuitatis,ſed in toto populo, vel conſilio,quod torum populum repreſentat. de quo per Bar.in l. de quibus. ff.de le
22 gi.in vlt. col.† Vbicunque ius facit mentionem de conſuetudine legitime præſcripta,etiam eo caſu quo non eſſet cõtra ius, tñ propter iſtam adiectionem requiritur, ꝙ ſit quadragenaria,vt eſt tex.iũcta gl.in c.cum de beneficio.de prẽben.in 6.gl.in c.fi.de conſue.in 6.& ibi Io. And. in nouella.
23 moder.in d.c.mos eſt.1.diſt.†Mala conſuetudo perdit nomẽ conſuetudinis,& dicitur vſurpatio capitulo fin.de conſuet. c.conſuetudinem. 11.diſt. Et quando conſuetudo eſt mala, ita ꝙ nutrit peccatum, vel venit in odiũ eccleſiarum, tunc epiſcopus cõtra quemcunq; laicum habet iuriſdictionem, vt non ſeruetur talis conſuetudo. Ab.per illum tex in c.ad
24 apoſtoli cam.de Simo.† Conditiones quas debet habere cõ conſuetudo, vt teneat?gl.11. diſt.in ſum.& inter alias ponit, niſi ſit oneroſa eccleſiæ. de quo eſt tex. in c.1. de conſuetud. quod procedit etiã,ſecundũ Doct.ſi eſſet conſuetudo,de cuius initio non conſtaret, etiam ſi non ſit euidenter oneroſa, ſed poſſit eſſe, vt ſi epiſcopus prætendit,ꝙ quoties ad aliquã eccleſiam declinauerit, debeat ex conſuetudine ſplendide procurari,talis conſeutudo non tenet,quia poſſet eſſe grauo
25 ſa eccelſiæ,ſi epiſcopus ſæpæ viſitaret. Hoſt in tit.de conſue. §.fi.Et adde etiam in materia gl.in capitu.fruſtra. 8.diſt.† Defieiente iure Canonico, iudex eccleſiaſticus debet potius iudicare ſecundũ ius Ciuile. quam ſecundum generalem vel particularẽ conſuetudinem. Glo.in capitnlo conſuetudo.1. diſt.quod tamẽ limit.ſm Doct quando eſſet tantum conſuetudo laicorum. Sed ſecus,ſi non eſſet tantum laicorũ,ſed ẽr clericorum.c.cum veniſſent,de eo,q mit.in poſ.Et ſic recurrendũ eſt potius ad leges ciuiles, q̃ ad alias leges laicorum. Et hoc per poteſt decidi quod in Hiſpania, vbi ſunt leges regis,debeat potius iudex eccleſiaſticus iudicare ſm leges im-
26 periales.†Tranſgreſſores conſuetudinis,puniuntur,vt in ca.
27 in his 11 diſtin.& intellige, vbi eſt ualida. Quando aliqua† reprobata conſuetudo inoleuit,nec tolli ſine periculo poteſt,debet per ſuperiorem ſub quadam diſſimulatione inta cta permitti,c.denique.4.diſtin. Et adde, quod habetur in c. audacter,8. q.1.vbi nõ vr per hoc ſuperior approbare. Et ita procedit tex.in c.hac ratione 31.q j.ibi quod.n. permittimus Nolẽtes p̃cipimus ꝙa malas hoĩum volũtates ꝓhibere non poſſumus,& c.facit,ꝙ not glo.ſi in ca. inter opera.de ſponſa.
28 Abb.in c.eum iamdudum de prẽben.† Tunc demum conſuetudo non habet vires, vt conſtitutionem apoſtolicam tollat,quando non habet fundamentum rationis efficacis, ſed ſolum nuda voluntate fundatur. Et ſic requiritur, ꝙ cõſuetudo, ſi debet tollere ius Canonicum,quod aliqua ratio
29 ne fulciatur c. conſequens 11. diſt. † Conſuetudo laicorum, quæ poteſt ſe habere ad commodum & incommodum clericorum,non ligat illos,licet ſit ſecus in lege imperiali. & ſic non tenetur dictum Bar in l.cunctos populos. C.de ſum. Trin.& fi.catho de quo per Bald. in auth.caſſa.C.de ſacroſa.
30 eccle. per Doct. in c.fi.de vi.& hone. cleri.† Non valet ſtatutum nec conſuetudo,quæ eſt contra bonos mores.c conſtitutiones 10.diſtin. Er ideo non valet ſtatutum nec conſuetudo,quod filius ſpurius ſuccedat patri.de quo ꝓ Hoſt in ſum. in tit.qui filii ſint legi.§.qualiter. verſi.quid ſi Imperator. ꝙa hoc eſſet cauſa multorum peccatorum mortalium. ꝓ Bart. in l.teſtamenti.ff.de teſta. per Bar.in l.eam.quam.C. de fidei com.per Ioan. And.in titu.de ſucceſ.ab inteſta.§.fi.verſi.ſed ex facto.per Fede.de Se.conſ.275.per Bal.in l.1. C.de iure au
31 re.annu. & per Doc.in l.non ambigitur.ff.de legi.† vbi dicũt quod per ſtatuta inferiorum non poſſunt legitimari ſpurij, per Card.in c.per venerabilem.qui fil.ſint legi. Et ratio eſt, quia legitimatio eſt Principis donum, & nullius inferioris, vt in auth quibus mod natu. effi.ſui.§.ſi uero is,qui. Nec mirum,quia legitimatio deducit de non eſſe,ad eſſe, quod ſoli
32 Principi licet.† Et quia omnis ſpurius eſt infamis, & vilis cõditionis,vt egregie voluit Azo in ſumma,C. ex quib. cauſis infa.irroga. quem refert Bal.in d.l.1. C.de iure.annulo.Ideo ſolus Princeps reſtituit.l.imperialis.C.de nup.Et adde Bald. conſilio 226. 3.lib Paul.de Caſt. conſil.227.Fede.conſil.275.
33 & ſeq.Non valet conſuetudo,quod Papa†non poſſit facere ardua ſine conſenſu Cardinalium,licet de honeſtate nõ deberet facere, quia eorum poteſtas emanat ab eo ſolo. cap ita Dominus 19 diſtin.& ipſe ſolus eos creat.gloſ. ſingu.in Cle. ne Rom.de elect.Domin.in c.ſuper eo.de hære. in 6.mod.in c.in iſtis.4.diſt.& ego late dixi in libello.meo de poteſtate Pa
34 pæ & Imperatoris.†Conſuetudo contra expreſſam conſtitutionem Papæ prohibitiuam,non valet,maxime ſi habet decretum Quantocunque tempore obſeruata,niſi dato conſenſu Papę.dictum eſt pulchrum Io. And.& Doct.in c.cum de beneficio de præben.in 6.in nouella. Authoritas enim Papæ non eſt ab homine c.nouit. de iudic.Ideo inferioribus
35 ſine eius expreſſo conſenſu non licet contrauenire. † Conſuetudo, quæ præbet cauſam malignandi & delinquendi, non tenet.glo.11.diſtin.in ſumma. Et ideo non valet conſuetudo,ꝙ ſi vxor intra quinquennium non peperit filios,licite poſſint filij ex concubinis procreari. Non valet etiam, ꝙ homicida poſſit ſatisfacere cum pecunia. de quo dixi ſupra
36 in Alphabeto in litera S.†Si per abuſum fructuum beneficij eccleſia paſſa ſit detrimentum,tenetur clericus omne dãnum reſtituere eccleſiæ,& bona ſua erunt hypotecata pro tali damno glo.not.in c.ex literis.de pigno.glo.in c.ſimiliter 16.q.1.de qua non fuit recordatus Bal.in l. ſi quis presbyter.
37 C.de epiſc.& cleri.†Neque conſuetudo aliqua valet,vbi tractaretur de damno eccleſiæ, vel etiam de diminutione cultus diuini,puta quia clericus ita dilapidaret fructus beneficij,quod non ſupereſſet ſibi ad faciendum deſeruiri eccleſię talis conſuetudo non excuſaret clericum,& teneretur de patrimonio facere,quod eccleſia haberet debitum.tex.& Ab.
38 in cap.pen.de cleri.non reſiden.†quia conſuetudo grauoſa eccleſijs,& contra eccleſiaſticam diſciplinam non tenet c. cum venerabilis.de conſuet. Io.And.in regula,nemo poteſt in Mercu.nec diſpenſatio & tolerantia Papæ hoc caſu excu
39 ſaret.Et no.tex.44.diſtin.in prin.quod ſacerdoti permiſſum eſt de altari viuere,non luxuriari.quem tex. allegat Abb. in c.fi.de pecu.cleri.& ibi adducit Archid.dicẽtem, quod ſi clericus expẽdit de fructibus eccleſiæ voluptuose.tenetur ad reſtitutionem & hoc dictum ligent digito ſuo clerici. Addo
40 etiam Abb.in c.cum ſecundum.de præben.† Ex actibus iudicialibus inducitur conſuetudo,quando tot vicibus iudicatum eſt,quot completa ſit conſuetudo.glo.in l.nemo. C. de ſent.en.& in dubio præſumitur illud in notitiam populi peruenisſe.l.1.C.quæ ſit lon.conſuet.l.& an in totum.C.de ẽdi fi.priua.l.cum de conſuetudine ſecundum vnam lecturam, ff.de legibus.Bar.in l. de quibus.ff.de legib. Et quando iudex

dubi-

Source : BIU Cujas

dubitat de consuetudine seu stylo iudiciorum, recipiat informationem a Notario, qui coram eo scribit, qui diu in illo tribunali versatus est. tex. notab. vbi per Bar. in l. 3. in fi. ff. detesti. Et adde Bald. in l. 1. C. de his, quæ desunt aduoca. per Anto. de But. in c. cum in tua de sponsalib. in c. fi. de consue.
41 Cyn. in l. 2. C. quæ sit longa consuet. † Ad introducendum consuetudem, non sufficiunt singulares personę, sed requiritur, vt multi conueniant in vnum vt vniuersitas. c. nō est. §. ius vero. 6. distin. glo. in c. frustra. 8. dist. quia cum consuetudo obtineat vim legis, l. de quibus. ff. de legi. sicut singulares personæ non habent authoritatem legis cōdendæ, l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. Ita & de consuetudine pari ratione est dicendum. Bar. in d. l. de quibus. Et cum collegium approbatum possit facere leges, secundum Bart. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. Et collegium possit ex tribus tantum cō
42 stitui, glo. in c. 1. de electio l. Neratius. ff. de ver. sig. † Per tres solos poterit consuetudo introduci, & consuetudo causata, & in esse producta, potest conseruari in paucis, qui manserunt in vniuersitate. & probat tex. cum gl. in d. c. non est. §. ius vero 6. distin. adeo quod etiam in uno conseruari potest sicut & alia iura vniuersitatis, quæ redacta sunt ex multis in vnum, conseruantur in eo, per ea, quæ notantur in l. sicut. ff. quod cuiusqne vniuer. nomi. glo. in c. 2. de postu. præla. non tamen per vnum. Et si per vnum vniuersitas ius retineat, cō suetudo nō posset de nouo introduci, ꝙa repugnaret naturę & vocabulo consuetudinis, quia consuetudo dicitur com-
43 munis assuetudo. † Et an vbi dominium est violentum vel tyrannicum, possit introduci consuetudo. De iure enim est, ꝙ gesta tempore tyrannidis, non habent iuris effectum, aut saltem debent reuocari, vt per Bal. in l. decernimus. C. de sacrosan. eccle. & per Bar. in tractatu de Tyrannide. & conclu
44 de sic, ꝙ illa, quæ per solum † tyrannum exercentur, vel per alios eius authoritate, & illa veniunt cassanda d. l. decernimus. Sed illa, quæ populus, ꝙ sub eo est, gerit proprio suo iure, vt facere statuta, vel inducere consuetudines, quæ ad populum spectant, & ista bene valent, dummodo propria vo- Inntate in his gerendis vtantur. hoc videtur esse de mente Baldi in d. l. decernimus. Bene facit, quod voluit Inno. in ca. cum ex iniuncto. de no. opc. nun. non enim propter delictū & violentiā debent priuari iure suo & facultate eis a iure cō
45 cessa. † Et pro hoc facit, quod expulsus iniuste, non perdit ius suum. Cle. 1. de foro compet. facit text. & quod ibi per Abb. in c. 2. de arbi. vbi si clericus exulat sine sui culpa, non debet priuari beneficio. & quod habetur in c. tanta. de excess. præ lato. & ibi per Anto. de But. Domini. in c. si episcopus. de sup plen. neglig. prælat. in 6. vbi loquitur de episcopo capto, ꝙ
46 possit constituere vicarium. † Licet consuetudo sit præter ius, si tamen læditur ius alterius ecclesiæ, requiritur spatium 40. annorum. Docto. in c. cum ecclesia Sutrina. de causa pos.
47 & proprie. in c. mos est. 1. distin. † Contra legem diuinam nō potest induci aliqua consuetudo c. in his 11. distin. c. ex parte c. fi. de consuet. immo huiusmodi consuetudo, quanto est diuturnior, tanto est deterior d. c. fi. Sed vbi dispositio legis diuinæ non est certa, sed dubitatur de eius intellectu, posset consuetudo vires habere, vt in d. c in his. & sic interpretaretur legem diuinam c. cum venerabilis. vbi per Abb. de con
48 suet. † Et adde Bart. in l. omnes populi. in 3. q. principali, ff. de iustit. & iur. ꝙ si ea, quæ sunt statuta a iure diuino, sunt spiritualia, nec populus, nec Imperator potest condere legem. Et not. vnum argumentum secundum Docto. in d. c. in his. quod laici de temporali iurisdictione ecclesiæ non possunt facere statuta contra ius Canonicum. quod est pulchrum.
49 † Vbi lex prohibet consuetudinem, & illam reprobat, non potest de nouo induci l. eos. §. pen. C. de usur. c. quanto. de cō suc. c. Messana. de elect. moder. in c. consuetudinis 11. distin.
50 & not. † dictum Doctorum in d. c. consuetudinis. ꝙ ubi consuetudo obuiat omni iuri, ita quod non toleratur aliquo iure, tunc indistincte succumbit consuetudo, vbi uero concordat iuri, seu toleratur aliquo iure, quanuis aliis iuribus contradicere uideatur, huiusmodi cōsuetudines obtinet. Vel sic potest dici, quod quando consuetudo obuiat omni iuri, quia ius penitus resistit, nec reperitur eodem iure aliquo casu limitatum, tunc indistincte consuetudo succumbit, & nō ualet propter bonum obedientiæ, & contrarium faciens,
51 peccat grauiter. † Non ualet consuetudo, quod existēs in minoribus, non possit contrahere matrimonium ad finem, ꝙ contractum dirimatur, Sed bene ualet, ꝙ impediat contrahendum, ut habetur per Doct. in c. placuit 32. distin. quia consuetudo non est tantæ potentiæ, ut matrimonium contractum secundum legem Dei, possit dirimere. & tex. in ca. super eo. de cogna. spiri. intelligitur de separatione, quæ fit ad tempus, quo ad mutuam seruitutem. non autem quo ad separationem perpetuam, quo ad uinculum matrimonij. uel intellige illum tex. secundum alium intellectum, quem ibi
52 ponunt Doct. Et si † quæritur, an cōsuetudo in matrimonio disponēs valeat, concludesic aliquos casus. Quorū primus sit, ꝙ si consuetudo disponit super ipso contractu matrimonij, talis. consuetudo nō valet, & si non seruatur consuetudo, nihilominus matrimoniū valet. text. est in c. 1. de spon.
53 fm vnū intellectum. † Secundus casus est, quando consuetudo disponit circa solennia matrimonij, & tunc consuetudo ualet tantum, quantum ad hoc, videlicet, quia non seruantes tales consuetudines, vel solennitates a cōsuetudine introductas, peccant, vt no. 30 q. 5. c. aliter. & hoc maxime quando omittūtur solēnitates inductę ex cōsuetudine, quarum omissione matrimoniū redditur incertum, vt ꝙ fiat publice & præsentibus parentibus, vel similibus. Quantum, aūt ad nullitatem inducendam matrimonij, consuetudo
54 non valeret. d. c. 1. dē. spon. & ibi not. Doc. † Tertius casus est, qn̄ consuetudo disponit de pœnis, si illa pœna fundatur super fauore alicuius tertiæ personæ, & tunc tali consuetudo valeret, vt patet de pœnis secundarū nuptiarū, fundatis sup fauore filiorū primi matrimonii. l. hac edictali. C. de secun. nup. Inno. in c. fi. de secun. nup. † Quartus casus est, qn̄ cōsue-
55 tudo imponit pœnam, fundādo eam super matrimonio, & tunc est considerandū, quid auferat consuetudo, ꝙa si pœna infligit damnū, non valet, vt notatur in d. c. fi. de secun. nup. & ideo leges & ꝯsuetudines imponentes pœnā mulieribus
56 ꝯtrahētib. secūdas nuptias intra annū luctus, nō valent. † Et ex isto infertur, qđ si consuetudo vel statutum disponeret, ꝙ non valeret matrimonium coutractum sine consensu patris, & contrahentes matrimonium, certam pœnam incurrerēt, talis consuetudo vel statutum non valeret. De quo ꝙ
57 Io. And. in c. statutum. de hęretic. in nouella. † Quintus casus est, quando consuetudo imponit pœnam non ablatiuam rerum, sed priuat contrahentes matrimonium, l ucris a consuetudine vel iure Ciuili concessis, etiam in odium matrimonii, & talis consuetudo valet. glo. est not. in c. cum secundum. de hæreti. in 6. Sed gl. tenet contrarium in c. de puellis. 36. q. 2. quam approbat Ab. in c. 1. de spon. † Sextus casus
58 est, valet consuetudo disponens circa accidentalia matrimonij. vt de dote lucranda. c. Raynutius. de testa. Septimus
59 casus est, † ꝙ si consuetudo inhabilitaret existentes in quinto vel sexto gradu, per c. nō debet. de ꝯsang. & affi. talis consuetudo tanquam habens colorem iuris antiqui, valeret in in loco, ubi esset, & seruanda esset, vt probatur in d. capitulo placuit. 32. dist. & est gl. no. in d. cap. super eo. de cogna. spiri.

SVMMARIVM.

1 *Lex vbi prohibet consuetudinem, non potest noua consuetudo contra legem illam induci, nisi specifice à Papa approbata.*
2 *Consuetudo non valet, vt inferior habeat iurisdictionem in superiorem.*
3 *Consuetudine damnata propter irrationabilitatem, censetur etiam damnata illa, de cuius initii memmoria non extat.*
4 *Iudicis officium, est, aduigilare, ne mala consuetudo producatur & protrahatur.*
5 *Archiepiscopus quo casu iurisdictionem habeat in diœcesi suffraganeorum suorum & authoritatem extirpandę consuetudinis.*
6 *Consuetudo contra ius authoritate & vtilitate, an & quando valeat.*
7 *Consuetudo non valet, contra reseruata Principi.*
8 *Baptizādi consuetudo, abiungens quid forme baptismi an valeat.*
9 *Consuetudines ecclesiæ rationabiles, per episcopum & capitulum tolli & eneruari non possunt.*
10 *Priuilegia quæ possunt quæri, an possint & consuetudine. distin. & nu. 11.*
12 *Ecclesia non potest se alij præfere, & sibi honorem assumere.*
13 *Consuetudo rationi non innitens, tollenda est.*
14 *Consuetudo quomodo dicatur irrationabilis iudicis arbitrio relinquendum.*
15 *Res debet esse præscriptibilis, ad hoc, vt consuetudo inducatur.*
16 *Consuetudo impedita propter sui irrationabilitatem, non valet, Papa etiā sciente & non contradicente.*
17 *Consuetudo an valeat, quod tempore quadragesmali comedantur carnes, & alia prohibita.*
18 *Matrimonium valet & tenet accedente & apparente partium consensu, licet non obseruatis quibusdam signis à consuetudine natis.*
19 *Consuetudo non potest quid statuere ad inualidandum matrimonium.*
20 *Consuetudo habet constituere probabile dubium iuris, etiam in expressis & de iure claris.*
21 *Consuetudo non potest irritare matrimoniū contractum, etiam non secuta copula.*
22 *Consuetudo disponens, quod secundum matrimonium præualeat primo non secuta copula, non valet.*
23 *Consuetudo est stricti iuris, eoque ad vnguem obseruanda.*
24 *Consuetudo inducens matrimonij separationem, velliberans vxorem à sequendo virum, non valet, nec in ecclesia seruanda.*
25 *Consuetudo pctest facere legitimum & habilem ad contrahendum, inhabilem.*
26 *constitutio rationis declaratoria, habens consuetudinem vel communem interpretationem in contrarium. au excasit.*

Con-

27 *Consuetudo concurrit cũ omni iure antiquo, nec censetur sublata per nouũ.*
28 *Consuetudo ligat agricolas, etiam solum habitantes in loco.*
29 *Consuetudo inferens grauamen ecclesiæ, non tenet. Et. quid de priuilegio. Quid item de rusticis super ea re. nu. 30.*
31 *Parochiani an possint conuenire plebanum vigore consuetudinis, vt det cãdelas benedictas in festo Purificationis.*
32 *Consuetudine an possit induci, vt ecclesia vacante canonici non procedant, nisi prius morte prælati nunciata regi, & eiusdem assensu postulato ad nouam electionem.*
33 *Consuetudine an possit induci, vt sine reali apprehensione transferatur possessio rei absentis.*
34 *Statutum valet, quòd fingatur possessio continuata in hæredem.*
35 *Consuetudo non valet, vt sententia à non suo iudice lata teneat.*
36 *Consuetudo non potest operari, vt clericus, non episcopus possit exercere ea quæ sunt reseruata ordini episcopali.*
37 *Consuetudo non valet, per quam sententia interdicti violatur.*
38 *Studium recens alicubi erectum gaudere debet priuilegio authen. habita. C. ne fil. pro patre.*
39 *Actum gerens contra ius, prætextu consuetudinis prauæ, quæ prauitas nõ dum innotuerit iuri, non perinde punitur ac legis transgressor.*
40 *Consuetudine non potest induci, vt quis dimittat dignitatem sine superioris venia.*
41 *Consuetudo, est optima legum interpres, ad quam recurrimus, lege dubia existente.*
42 *Vicarius episcopi, debet præferri archidiacono. Et consuetudo in contrarium non valet.*
43 *Consuetudinis trangressor, qualiter puniendus.*
†4 *Consuetudo dans peccandi causam, non valet.*
45 *Defendere se quis potest aduersùs antiquam consuetudinem allegando eius irrationabilitatem.*
46 *Capitanei & Potestatis authoritas in statuta & ordinamenta suarum terrarum.*
47 *Statutum vel consuetudo mulctans homicidã pœna pecuniaria, an valeat.*
48 *Consuetudo puniens totam parochiam vel villam, pro delicto vnius, non valet, cum culpa careant.*
49 *Cõsuetudo debet esse præscripta per cursum temporis requisiti ad præscriptionem.*

Sectio II.

1 Vbi lex prohibet† consuetudinem, non potest noua consuetudo contra legem illam induci, nisi per Papam specifice approbetur. dictum est. not. Host. per illum text. in c. quod super his. de consangui. & affin.. quem referunt moderni in d. capitulo placuit. & isto modo intelliga
2 tur gl. 4. dist. §. leges. Non valet† cõsuetudo, vt inferior habeat iurisdictionem in superiorem. c. inferior. 21. dist. vbi ꝑ Doct. in c. cum inferior. de maio. & ob. quia est omnino irrationabilis, ideo nõ valet. capitu. fin. de consuetu. Nec obstat tex. in cap. dilectus de appel. quia intellige illum text. vt ibi
3 per Doct. & in d. c. inferior. Damnata† consuetudine propter irrationabilitatem, censetur damnata etiam illa, de cuius initio non extat memoria. c. si cõsuetudinem. vbi per Doct.
4 8. distinct. Ad officium † iudicis spectat celerrime obuiare, ne mala consuetudo radices faciat. ca. mala consuetudo. 9. dist. Et ideo ista celeritas desideratur, quia vbi diu praua consuetudo inualuit, quod a modo est cõuersa in naturã, nam consuetudo est altera natura. Et ideo propter illam difficultatem in ea tollenda quando est antiqua, seruari debet mo-
5 dus, de quo in c. confessationes. 44. distin. † Et iste est casus, in quo archiepiscopus habet iurisdictionem in Diœcesi suffraganeorum suorum, scilicet. ad extirpandam malam consuetudinem, quæ est generalis in prouincia sua text. not. in c. ex frequentibus. de institutionibus. in c. intantum. de Simo. & est casus, in quo inter laicos episcopus habet iurisdictionẽ, vt a prauis cõsuetudinibus cohibeantur. Abb. per illum tex.
6 in c. ad apostolicam. de Simo. Consuetudo † contra ius authoritate & vtilitate non valet, nisi habeat expressum consensum Principis, vel ex certa scientia toleretur per Principem. Io. An. in c. fi. de censi. in 6. Et si lex, contra quam inducitur consuetudo, impropat consuetudinem, tunc requiritur expressius consensus Principis. dictum est Io. And. in addi. Spec. in tit. de instru. edi. §. compẽdiosæ. uer. sed nunquid.
7 Et ita potest intelligi glo. in §. leges. 4. dist. Et contra† reseruata Principi non valet consuetudo. glo. in c. 1. de cle. ægro. in 6. in c. penul. de fil. presby. nisi esset consuetudo tanti temporis, cuius initii memoria in contrarium non extaret. c. super
8 quibusdam. §. præterea, de uer. sig. Reprobatur† gl. cõiter in c. & si non sanctificatur. de conse. dist. 4. q̃ voluit valere cõsuetudinem baptizãdi, quæ addit formam baptismi, Ego te baptizo in noĩe patris, & filii, & spiritussancti, & diaboli, qa corrumpit fidem, quasi videatur virtutẽ baptizandi ponere nõ solum in Trinitate, ut uere solũ in illa est, sed ẽt in creatura, & damnata, vt est diabolus. hanc reprobant Dd. in c. ꝙsuetudinem 11. dist. Si † ecclesia habet statuta vel consuetudines
9 honorabiles ecclesiæ, etiam si episcopus & capitulum insimul conueniant, & vellent illis renunciare, vel contra illa facere aliqua statuta, nihil valeret quod agerent, immo omnibus de ecclesia consentientibus, vnus solus posset se opponere, & si nullus contradiceret, superior deberet statim illud reuocare. Inno. in c. accedentibus, de priui. referunt mo
10 der. in c. catholica. 11. dist. Gl. † in d. cap. catholica 11. distin. tangit, an illa, quæ possunt quæri priuilegio tantum, sint acquisibilia consuetudine, & concludit, quod particulari non, sed exigitur quod consuetudo sit vniuersalis. Sed secundum Doct. dicas, quod si consuetudo est obtenta de certa scientia principis qui illam scit, & tolerat, & tũc quæri possunt talia. glos. in c. penult. de fil. presbyt. etiam si sint talia, quæ possideri non possunt, ex quo possunt dari per priuilegium, possunt etiam consuetudine induci, quam prineeps ex certa scientia tolerat, dummodo nõ sit consuetudo irrationabilis. Abb. in c. * in fi. de consue. Aut non interuenit certa scientia principis, & sint talia, quæ de iure communi possideri non possint per volentem quærere, & hæc consuetudine non quæruntur. gl. est in c. illud 92. dist. Io. And. in c. 2. de præb. in 6. † Et si
11 consuetudo tendit ad tollendum neruum ecclesiasticæ disciplinę, & consuetudine quæri non potest, c. cum inter. de consue. & tamen priuilegio quæri potest. c. vt priuilegia. de priui. Sed si non tendit ad tollendum neruum ecclesiasticæ disciplinæ, & tunc si est tanti temporis, de cuius initio non extat memoria, & quęri possunt. gl. in c. super quibusdam. §. præterea. de verb. sign. Aut non est tanti temporis & tunc si est consuetudo generalis, quæri possunt. secus, si est particu-
12 laris, in d. c. catholica. Et sia aliqua ecclesia vult consuetudine quærere ea, quæ tendunt ad honorem, vt quia vult indu cere ut præceteris habeat aliquam preeminẽtiam, vt uoluit archiepiscopus Rauennæ, c. contra morem, c. dist. hoc non posset. quia ecclesia nõ potest se alijs præferre, & sibi assumere honorem· c. in scripturis. 8. q. 1. glo. in d. c. contra morem, & intellige de illis, quæ tendunt ad honorem, quæ communiter non conceduntur ecclesijs sine priuilegio apostolico, vt esset, vt ibi haberet canonicos Cardinales, vel vterentur insignibus episcopalibus, vel Cardinalatus, secus in illis, quę licet tendãt ad honorem, tamen cõmuniter per inferiores ecclesias habentur. per tex. in c. cum olim. de consue. Do. in
13 d. c. catholica. Si † consuetudo non innititur rationi, abolẽda est, secundum Dd. in c. frustra. 8. dist. & ideo dicunt, quod cõsuetudo non potest disponere, quod quis retineat plura beneficia curata vel incompatibilia, contra cap. de multa. de præben. est enim contra communem rationem, talis pluralitas beneficiorum, ex formite procedens, & probatur in ex trauagãti, execrabilis, de quo per Host. in c. nonnulli. de cle. non resi. Io. An. in reg. quæ contra iura. in Mercu. Quomodo
14 † autem consuetudo dicatur irrationabilis, relinquendum est arbitrio iudicis, considerantis circunstantias loci, temporis, vtilitate publica, & similibus. Archi. in §. leges. 4. dist. Dd. in c. fi. de consue. Et in dubio. nisi appareat irrationabilitas, præsumitur rationabilis, vt probatur c. illa. 12. dist. Vt † indu
15 catur consuetudo, requiritur quod res sit præscriptibilis. gl. in c. frustra. 9. dist. & pone exemplum, in c. causam, quæ. de rescript. Quantuncunque enim longo tempore laici cõsueuerint recipere decimas, nequaquam tamen sibi ex tali consuetudine vendicare possunt decimas, intãtum, quod etiam hoc casu propter incapacitatem eorum, etiam præscriptio seu consuetudo, de cuius initio &c. illis non prodesset. Ioan. An. & communiter Dd. in c. 2. de preb. in 6. in nouella. Dd. in
16 d. c. frustra. Et licet† Papa sciat consuetudinem induci, & nõ contradicat, tamen consuetudo impeditur propter sui irrationabilitatem. Nam ratio, est quasi causa formalis ipsius cõsuetudinis, & forma dat esse rei. c. qa propter. de electio. Ad do etiam Abb. in c. quanto. de consuet. in notabilib. Non ua
17 let† consuetudo tanquam irrationabitis, quod tempore quadragesimali comedantur carnes, & alia prohibita. c. deniq;. 4. dist. & ibi per Doc. quod limitatur, nisi ex causa, vt propter defectum piscium, facit quod habetur in c. licet. de pœni. & re. de quo per Doct. in rub. de obser. ieiuni. & etiam in obseruantia istius ieiunij non operatur consuetudo. Quantum au
18 tem ad alia ieiunia, vide per Doct. in d. rub. Licet† consuetudo habeat certa signa in contrahendo matrimonium, vel certam formam, si tamen illa non seruetur apparente consensu partium, valet matrimonium. glo. & Doct. in cap. 1. de sponsa. duorum. Et ideo vbi esset cõsuetudo osculandi sponsam, vel bibendi, verba sufficerent, licet hæc signa non seruarentur, tamen de se osculum non est signũ contracti matrimonij. tex. est not. vt ibi per Bal. in l. si a sponso. C. de dona.
19 ante nupt. Licet† lex positiua & Canon possint facere statutum, vel dispositionem super matrimonio, tamen consuetudo illud facere non potest ad illud inualidandum, glo. est in cap. 1. de sponsa duorum. in versic. priori uxori. Consuetudo

† habet

Source : BIU Cujas

20 †habet constituere probabile dubium iuris eam in his, quæ expressa sunt & clara in iure scripto. gl. est in c. licet, de spon sa. duor. facit glo. in c. cum venerabilis. de consuet. in c. vnico, de postu. præla. iu 6. & sic error iuris, excusabit malam fidem, si pallietur consuetudine. Et ideo dicit ibi. Host. quod ista consuetudo excusatet matrimonia retro contracta, dūmodo non fuissent contrahentes in mala fide, quia scirent consuetudinem non valere. Licet Papa possit † statuere in viam generalis statuti, vel etiam disponere in viam particu
21 laris concessionis, vel inhibitionis super matrimonio contracto, sed non confirmato per copulam, & nouum impedimentum inducere. c. ex publico. c. verum, de conuersio. coniuga. tamen cōsuetudo hoc non potest facere quia non pōt irritare matrimonium contractum etiam non secuta copula. c. fi. c. licet de spōsa duorū. Et rō est, pp illam authoritatē, Quos Deus coniunxit, homo non separet, quod non procedit in Papa, quia cum sit vicarius Christi, homo nō separat, sed Deus, & ideo Papa potest facere, non consuetudo, & qa etiam super matrimonio non spectat ad laicos disponere.
22 Consuetudo † disponens, quod secundum matrimonium secuta copula, præualeat primo non secuta copula, non valet. text. glos. & Doctor. in c. fina. de sponsa. duorum. Consuetu-
23 do est stricti † iuris, & ad vnguem obseruanda. Bal. in l. quicū que. C. de ser. fugi. Abb. in c. 2. de consuet. & ideo dicunt moder. in capit. 1. qui clerici vel vouen. quod si aliquid est concessum ex consuetudtne Cardinalibus legatis de latere, nō extenditur ad alios legatos de latere creatos non Cardina-
24 les. Consuetudo † per quam inducitur separatio matrimonij, vel vt uxor non teneatur sequi maritum, non est seruanda ab ecclesia, tamquam obuians iuri diuino. tex. iuncta gl. in c. 1. de coniug. lepro. Consuetudo † potest facere legitimū
25 & habilem ad contrahendum, inhabilem gl. in c. fi. de spon. duo. & ideo dicunt Doctor. quod licet illa consuetudo non valeret, tamen ex quo erat tolerata, excusat matrimonia p̄cedentia ante illam reprobationem, & prolem susceptam ante, & sic probabilis error iuris, id est, causatus ex tolerata consuetudine contra ius, & qui non valet, habet excusare prolem ab illegitimitate, sicut error facti, & etiam habet excusare matrimonia prohibita ante hāc reprobationem, sed
26 post illam decretalem. secus. Et † not. quod si constitutio est declaratoria rationis, quę suberat de antiquo, si habet consuetudinem vel communem interpretationem in contrarium, tunc gesta excusantur, & sic non trahitur ad præterita. gl. in c. 1. in verb. decętero, de postu. prel. in 6. in c. cū venera. de consuet. Sed si constitutio non solum est declaratoria iuris antiqui vel rōnis de antiquo, sed etiam reprobat consuetudinem contrariam, & tunc si declarat irrationabilitatem consuetudinis, cum consuetudo irrationabilis sit potius corruptela, c. fi. de consuet. talis consuetudo non excusat præterita, & ideo constitutio ad ea trahitur. d. c. cum venerabilis, sed si aliter non declarat irrationabilitatē consuetudinis, sed tantum eam reprobat, & tunc si dicitur De cætero, vel simile, clarum est quod non trahitur. d. c. fi. de spon. duorum. sed si non exprimitur tale verbum, tunc trahitur ad præterita. glo. in Clem. 2. in fi. de reb. eccle. non alien. Abb. in c. fi. de cō
27 stit. Si † in aliquo loco esset hodie consuetudo, vt in quinto gradu non posset contrahi matrimonium, & ex contractu generaretur scandalum, non valeret matrimoniū, licet in c. non debet de consan. & affi. permittatur. hoc gl. not. in c. super eo. de cog. spiritua. Et ratio est, quia consuetudo concurrit cum omni iure antiquo, nec censetur sublata per nouū ex quo non reprobatur illud ius, & concurrit secun scandalum, licet ubi a principio nullum fuisset impedimentum, solum scandalum superueniens, nō possit dissoluere matrimo
28 nium ut est gl. in d. c. super eo. quod est not. † Consuetudo ligat incolas, etiam solum inhabitantes in loco. c. quod dilecto. de consan. & affi. per quod videtur, quod non liget extra
29 neos, de quo per Do. in rub. de consue. Consuetudo † inferēs grauamen ecclesiæ, non tenet. c 1 pe consue. quia non pōt esse rōnabilis, cū sit p̄ religionem Deo debitā & sanctis eius, valet tamen priuilegium eiusdem effectus. c. si propter. de rescri. in 6. c. 2. de pœ. & remis. in 6. Et per hoc infert Ab. in c. 1. contra quosdam rusticos nolentes soluere decimas ecclesiis, nisi prius aliqd munus tradatur a presbytero, & allegāt consuetudinem. quod est contra text. in c. decimas 16. q. 7.
30 Videtur tñ dicendum, quod † rustici præscriptione 40. annorum cum titulo, vel sine titulo p̄scriptionis, cuius memori non extat in contrarium, tueri a se possint, vel si maior pars
31 ecclesiarum ita seruat. Fed de Se. cons. 150. † vbi ponit, an parochiani vigore consuetudinis possint cōuenire plebanū, vt det candelas benedictas in festo Purificationis. Hoc tñ intelligitur, quando adfert magnū grauamen, quia consuetudo p̄ ecclesiā, nō reprobatur rōne cuiuscūq; grauaminis, facit tex. in c. fi. de dona. in c. frequens. de restit. spo. in 6. in l. scio ff. de integ. restit. glo. in c. 1. eo. tit. in 6. Et. not. dictum notabile Inno. in c. quod sicut. de elect. vbi † voluit, quod possit induci consuetudine, vt ecclesia vacāte canonici nō procedant
32 ad electionem nisi prius morte prælati regi nunciata, & postulato assensu regio de procedēdo ad nouā electionem. qd̄ est no. secūdum Ab. in d. c. 1. Et hoc dictum approbat etiam Ab in c. 1. de elect. in c. cum inter vniuersos. eod. ti. & ibi quę rit. nunquid Papa, qui hodie prouidet ecclesiijs cathedralib. teneatur requirere consensum regis in illis locis, in quibus erat dicta consuetudo? Et tenet, quod non. & mouetur, quia cum Papa prouideat iure suo, non iure capituli, & illa consuetudo sit grauosa ecclesię, non debet extēdi de persona ad personam. Sed aduerte, quia Ab. in d. c 1. in fi. de consue. dixit quod talis consuetudo nō adfert magnum prędudicium ecclesiæ. nam si adferret, non valeret. nisi dicamus, p̄ omnino est grauosa, sed quia non adfert magnum grauamen, valet. & ideo tanquam grauosa, non debet extendi, & istud dictū
33 Innocen. dixit singulare Roman. in singularibus suis. Ex † cō suetudine potest introduci actus siue solennitas, per quem sine apprehensione reali transferatur possessio rei absentis. casus est singularis fm Abb. in capitulo ex literis. de consuetud. & facit ille text. ad illam quæstionem, vtrum statutum, vel consuetudo, possit transferre possessionem sine aliquo actu corporali apprehensiuo seu figuratiuo possessionis apprehensæ? Et adde text. & Bart. in l. raptores. C. de episcop. & cler. & lex. singularē in l. quanuis. ff. de bon. author. iudi. pos
34 siden. Et † valet sta. qd̄ fingatur possessio continuata in hr̄dē de quo. per Alex an. in l. cum hæredes. in princi. ff. de acq. pos.
35 Et licet ex consuetudine † possit acquiri iurisdictio, c. cū cōtingat, de foro competen. non tamen valet consuetudo, vt sententia a non suo iudice lata, teneat. Est enim irrationabile, vt valeat sententia lata a nō habente iurisdictionem
36 c. ad nostram. de consuetud. Consuetudo † non potest operari, vt clericus non episcopus possit exercere ea, quæ sunt reseruata ordini episcopi. Text. est nota. in c. quanto. de cōsut. & intelligе etiam de cōsuetudine vetustissima. Et ratio est, quia consuetudo non facit quem capacem. & ideo Ioannes And. in c. 2. de præbendis. in 6. in nouella, dicit, quod quantocunque tempore longo laicus exercuerit actum spiritualem, nunquam tamen illum potest præscribere. nam possessio tanti temporis, cuius initii non est menmoria, habet vim tituli, quādo datur capacitas in exercente, alias nō. quod verbum dicit Abb. in d. c. quanto. & commendabis memoriæ. hoc dictum Ioannis An. approbauit Ab. pro notabili in multis locis, in c. nouit. de iud. in c. Messana. in c. sacrosancta in c. quisquis. de electio. in c. cum instantia. de censib. in c. quod autem de iure patrona. in c. fi. de pœniten. & remissio. in c. ad aures. de præscrip. & est glo. in capitulo nobis. in verb. de
37 sua iurisdictione de iure patronatus. Non valet † consuetudo, per quam sententia interdicti violatur. capitulo cum inter. de consuetu. Et sic contra vires sententiæ censuræ non potest induci consuetudo, nec contra ecclesiasticam disciplinam. Vnde nulla est consuetudo contra honestatem. c.
38 cum decorem. de vita & hon. cleric. Si † hodie de nouo erigeretur Studium generale in aliqno loco, deberet illa vniuersitas habere integra priuilegia authen. habita. C. ne fin. propa. vt etiam in criminalibus haberent Scholares iudices proprios, non obstante glo. quod ibi dicat, quod Doctores & Scholares renunciauerunt illi authenticæ in criminalibus, per nonvsum seu per consuetudinem. Consuetudo enim nocet duntaxat in his locis, vbi viguit. Sed ex quo Studium erigitur de nouo, debet prius recurri ad ius cōmune, vt notabiliter declarat Abb. in c. cum olim. ad fin. de consuetud.
39 Gerens † actum contra ius prætextu consuetudinis prauæ, ex quo adhuc prauitas consuetudiuis non erat per ius declarata. nō debet puniri tanquam legis transgressor, sed debet toierari respectu consuetudinis. glo. est notab. in c. cū venerabilis. de consuc. & est glo. in c. denique. 4. distin. quæ dicit, p̄ licet praua consuetudo excusет, quo ad pœnā huius seculi, non tñ quo ad Deum, quod est not. fm. Abb. in d. c. cū venerabilis. & adde glo. in c. 2. de tēpor. ordinat. Et † not. tex in d. capitu. cum uenerabilis. quod non potest. iuduci cōsue.
40 tudo quod quis possit dimittere dignitatem, sine superioris licentia, vel vt possit electus administrare, non habita confirmatione a superiore. & ob hoc, vt refert Abb. est cassata electio cuiusdam Prioris S. Crucis, per priuilegium tamen hoc quandoque Papa concedit, vt fratribus Carthu-
41 sien sibus. † Consuetudo est optima legum interpres, & lege existente dubia, debemus recurrere ad consuetudinem loci. & si de ea apparet, non est recedendum ab illo intellectu. quem consuetudo tribuit text. est in c. cum dilectus. de consuetu. facit, quod habetur in l. minime. in l. si de interpreta
42 tione. ff. de legib. † Vicarius episcopi debet præferiri. Archidiacono, quia facit idem tribunal cum episcopo, & habet

Source : BIU Cujas

bet iurisdictionē, super Archidiaconū. Nec valet ꝓsuetudo in contrarium, tanquam, sit contra honestum. ita notabili-
43 ter consuluit Abb. in suo consil. 21. vel 22. in 1. lib. Transgressor ꝓsuetudinis, debet puniri sicut transgressor legis. C. in his 11. dist. qđ intellige de ꝓsuetudine rationabili. nam ꝓsuetu-
44 do irrationabilis est extirpanda. c. quanto. c. cum venerabilis. de consuetu. c. mala consuetudo. 8. dist. † Non valet cōsuetudo inducens pronitatem ad peccandum. c. ex parte. de cō sue. Et eodem modo dicendum. est de statuto, ſm Abb. ibi. Et ratio est, quia lex debet esse rationabilis, sancta & honesta. c. erit autem lex. 4. dist. facit. quod voluit Ang. in l. test. ff. de test. tex. in l. conuenire. ff. de pact. dotali in l. si a reo. §. itē quod vulgo. ff. de fideiuss. & quod ibi per Bar. in l. 1. cū gl. ff. de eo, quod certo loco. l. in commodato. in princip. ff. commo. & quod voluit Bar. in l. cum lex. ff. de legib. Bal. in l. 1. in 6. col. C. de his. quæ pœnę nomine. in l. eam, quā in 12. col. C.
45 de fidecom. Et ibi dixit, ꝙ non potest Princeps legitimare nascituros ex aliquo, qui adhuc non fuut concepti. † Potest quis se defendere contra antiquam consuetudinem. allegādo eius irrationabilitatem, & ꝙ nutriat pecca tum, vt in d. c. ex parte. & non solum potest adiri iudex ecclesiasticus, sed etiam secularis, quia etiam ad iudicem secularem, spectat obuiare peccato, ita Ab. in d. c. ex parte facit. qđ voluit Bart.
46 in l. sub prætextu. ff. de varijs & extraordi. crimi. vbi dixit, ꝙ Potestas † & capitanei terrarum possunt videre statuta & ordinamēta istorū disciplinatorū, & si reperierint ibi aliqd, quod non spectat ad religionē, possunt illud collegium dissoluere. & idem voluit Bal. in c. 1. §. conuenticulam. in titu. de pace iura fir. vbi etiam dicit, ꝙ coguntur isti edere sua statuta episcopo, & episcopi cōtra malas cōuentiones habent
47 iurisdictionem a iure. d. §. conuenticulam. Adde etiam Bal. in l. 1. C. de monopoliis. in l. collegiū. C. de hæredi. insti. † Et quia dictum est supra, quod non valet consuetudo, vel statutum, quod homicida puniri debeat pęna pecuniaria, quia inducit talis consuetudo pronitatem peccandi, addo, ꝙ idem voluit Ab. in c. fi. de cōsue. Et licet allegetur. Bar. quod voluerit contrarium in l. 1. ff. quod cuiusq; uniuer. no. in l. penu. §. ad crimen. ff. de pub. iudic. in l. 1. ff. ui bo. rap. tamen semper mihi uisum est, ꝙ nō possit allegari ad hoc, quia licet faciat mentionē de tali statuto, quod uiget in aliquibus locis, tñ ꝑ hoc nō concludit, ꝙ tale stat. uel cōsuetudo ualeat, quia statuentes uolunt, ꝙ sua stat. seruentur, siue valeāt siue nō. Nō
48 eñ dicit Bar. decidendo, tale statutum ualere. † Mala est cōsuetudo, quæ punit totam parochiam uel uillam pro delicto unius, cum cæteri non sint in culpa. Bal. in c. fi. de consuetu. Qñ dicat ꝓsuetudo rōnabilis vel irrōnabilis relinquit iudicis arbitrio. communis est opin. in c. fi. de consue. & adde.
49 glo. in c. 1. de consti. in 6. in uerb. rationabilia. † Omia iura Canonica dicunt, quod consuetudo debet esse præscripta, intelligę, id est, obtēta per cursum temporis requisiti ad pręscriptionē. Ab. in d. c. fi. & Bal. in l. de quibus. ff. de legib. exponit ꝑscripta, id est, roborata seu firmata. Et dicit, ꝙ ꝓsuetudo resultat ex cōi assuefactione totius uel maioris partis populi.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo non potest induci, nisi ab habentibus authoritatem legis condendæ.*
2 *Syndici quòd non teneantur denunciare maleficia, stante statuto &c. non valet consuetudo, etiam si per centum annos id præscripserint.*
3 *Consuetudo antiqua requirit tempus, cuius initium sit supra hominum memoriam.*
4 *Verba, Antiqua, siue Ab antiquo, quomodo accipienda.*
5 *Consuetudo inducitur ex actu iudiciario.*
6 *Actus vnus maxime notus toti populo an sufficiat ad consuetudinem inducendam.*
Et quid si completa sit, per vnū actū cōtra cōsuetudinē an interrumpatur.
7 *Præscriptionis & consuetudinis summa differentia.*
8 *In pręscriptione contra ius, requiritur titulus, secus in consuetudine.*
9 *Consuetudo contra ius naturale, non valet.*
10 *Consuetudo vel lex contra vtilitatem publicam non valet.*
11 *Consuetudo semel à lege improbata, an possit denuo induci.*
12 *Consuetudo noua an possit induci contra ius resistens ei, vti irrationabili.*
Et quot in casibus potissimum contingat, quos per discursum vide ibi. num. 13. 14. 15. & 16.
17 *Ciues si faciant statutum contra suam consuetudinem, tollitur consuetudo, licet de ea nullam aciant mentionem.*
18 *Constitutio iuris antiqui declaratoria, num trahatur ad præterita.*
19 *Ratio, est substantia consuetudinis.*
20 *Populus an possit quid declarare circa superioris ius.*
21 *Pacto quod fieri potest, an itidem & consuetudine possit induci, & econtra.*
22 *Consuetudo an extendatur de casu vero ad fictum.*
23 *Consuetudinis & legis differentia.*
24 *Lege non omino lata, procedimus in consuetudine vltra tenorem consuetudinis:*
25 *Consuetudo contra authoritatem legis superioris, non valet.*
26 *Consuetudo continens bonum honestum, valet.*
27 *Consuetudo vitiosos mores inducens, non valet.*
28 *Consuetudo inducens malum pœnæ, an valeat.*
29 *Actuum frequentiam consuetudo requirit*
Et de actuum numero an vlla regula, aut quæ.
30 *Actuum validitas non requiritur in consuetudine inducenda.*
31 *Ex arbitrorum actibus inducitur consuetudo in eodem stylo, quæ non extenditur ad vera iudicia.*
32 *Consuetudo si possit elici ex actibus per æscribi potest alias secus.*
33 *Excommunicati habent etiam consensum.*
34 *Furiosi & infantes consuetudine ligantur.*
35 *Absentes perinde ac præsentes ligantur consuetudine.*
36 *Consuetudo si est, quod instrumenta executioni mandentur, nisi fluxerint decem anni, potest clericus, & etiam ecclesia, vti beneficio talis consuetudinis. Vbi & actuum difformitas, reddit consuetudiuem impræscriptibilem.*
37 *Consuetudine introduci potest, vt valeat consuetudo de præterito, de futuro non item.*
38 *Consuetudo probari potest ex non actibus.*
Et vnde probetur contemptus.
39 *Libellus contra consuetudinem, lacerari potest.*
40 *Lex consuetudinem interpretatur.*
41 *Ecclesiæ an debeat succurri contra ecclesiam pro omni grauamine.*
42 *In iuriarium agi potest, extante consuetudine, quod non liceat dicere. Tu es homo bonus.*
43 *Consuetudinis quatuor sunt species.*
44 *Consuetudo an valeat, quod vxor succedat in bonis mobilib. etiam si relinqueret filios.*
35 *Consuetudo non derogat legi, quando expreße reprobata est a lege.*
46 *Consuetudini irrationabili stabitur, si constat, de scientia & tacita patientia principis.*
47 *Principis consensus, nullum robur tribuit consuetudini, quæ est contra bonos mores.*
48 *Papæ mos, quem seruat in sua curia, facit ius.*
49 *Vsus & consuetudo, quid inuicem differant.*
50 *Consuetudo quid differat a stylo.*
51 *Consuetudo rationabilis, quæ dicatur.*
52 *Consuetudinis rationabilis exempla. remiss.*
33 *Actus vnus, quod habeat vim alterius, consuetudo potest inducere.*
54 *Electus quod administret sine confirmatione, an valeat consuetudo.*
55 *Consuetudinis irrationabilis exempla. remiss.*
56 *Consuetudo vt inducatur, an requiratur binus actus, vel sufficiat semel fieri.*
57 *Consensus maioris partis populi, an sufficiat ad inducendam consuetudinem.*
58 *Mulieres si quid inter se obseruent, an ex eo possit induci consuetudo.*
59 *Consensus erroneus an possit consuetudinem inducere, varie, per num. 60. 61. & 62.*

Sectio III.

1 **Consuetudo** † non potest induci nisi ab habentibus potestatem legis condendæ. l. de quibus. ff. de legi. Et ideo dixit not. Bart. in l. 1. in fin. ff. de legi. ꝙ vsus & mores mulierum, non introducunt consuetudinem, quia non possunt mulieres legem condere, vt in l. 1. ff. de legi. quod est not. secundum Abb. in d. c. fi. de consuet. & hoc dictum pro singulari refert Roman. in suis dictis singularibus, & Bal. in l. de quibus. ff. de legi. dicit, quod talis sit
2 populus, qui possit statuere. † Nā si nō potest in expresso, nec in tacito, cum vtrobique requiratur par potentia causæ efficientis. Et ideo si statuto ciuitatis cauetur, quod syndici villarum teneantur denunciare maleficia, & quædam villa stetit per centum annos, quod in ea non fuerunt denunciata maleficia tamen ista consuetudo est inualida, cum illi de illa villa non habeant potestatem statuendi, nisi ista consue
3 tudo esset expresse approbata per superiorem. Vbi ius requirit antiquam consuetudinem requiritur tempus, de cuius initio nōn est memoria, ita voluit Anto. de But. in c. fin. de consue. Dicit tamen ibi Abb. quod originaliter fuit dictū Io. Monachi, & Archi. in c. generali. de elect. in 6. Sed hoc reprehendit Abb. per text. in l. de quibus. ff. de legi. vbi consuetudo dicitur inueterata, licet sit obtenta per tempus decem annorum, quia non importat plus antiqua, quam inueterata. Et licet in apostilla Abb. fiat vna distinctio, † quod aut ista
4 verba, antiqua, siue ab antiquo, proferuntur simpliciter sine alio adiuncto, tunc important tempus, cuius non extat memoria in contrarium, secus, si diceretur, antiqua cōsuetudo ꝙa in materia consuetudinis talia verba non intelligūtur ꝑ tempore, de cuius initio nō extat memoria in contrarium. d. l. de quibus. Hoc uidetur esse cōtra text. glo. & in c. cum contingat, in c. cū in tua. de deci. ubi habetur, quod dicitur res ad aliquem pertinere ab antiquo, quando illam pręscripsit, & taman illud uerbum simpliciter profertur sine alio ad
5 iuncto. Et not. Abb. in d. c. cum cōtingat †. Ex actu. iudiciario induci-

Source : BIU Cujas

inducitur consuetudo, puta, quia iudex iudicauit contra legem, populo sciente & non contradicente, vnde actus iudicialis sufficit ad probandum consuetudinem, non vt actus iudiciarius, sed quia per illum actum detegitur cõsensus populi. Abb. in d.c. fi. de consue. de quo etiam per Abb. in c. abbate. de verb. sig. Si vnicus actus habet causam successiuam, sufficit ad inducendam consuetudinem, si habuit continuationem per tempus, intra quod inducitur consuetudo. text. est sing. in c. cum de beneficio. de præben. in 6. & idem dic, si
6 ædificaretur pons in publico, & haberet causam permanentem. ita Abb. in d. capit. fi. †Sed Bar. in l. de quibus. ff. de legi. quærit, nunquid vnus actus multum notorius toti populo sufficiat ad consuetudinem inducendam? Et concludit. ꝙ non, quia cõsuetudo requirit frequentiam actuum, l. 1. & 2. C. quæ sit longa consuet. l. an in totum. C. de ædifi. pri. & ea, quæ vno casu contingunt, non dñr frequenter fieri. l. ex his. l. nam ad ea. ff. de legi. vnicus actus interueniens contra cõsuetudinem, non interrumpit consuetudinem completam, sed oportet, quod tollatur eo tempore & modo, quibus fuit inducta, quia iam lex est, & ideo debet tolli tanquam lex, & sufficit tempus decem annorum, secundum Abb. in d. c. fi. & ita intellexit gl. no. in l. nemo. §. temporaria. ff. de reg. iu.
7 †Principalis & fundamentalis differentia inter consuetudinem & præscriptionem est ista, quia ex præscriptione acquiritur ius priuato, siue illud ius trahatur ex publico siue ex priuato. Consuetudine vero non acquiritur ius alicui priuato, sed in publico, vndecunque causetur, etiam si ius trahatur ex priuato. l. venditor. §. si constat. com. prædio. Nam consuetudo est lex. quæ debet esse cõmunis. c. erit autem lex. 4. dist. si ergo acquiritur priuato, non potest dici lex, quia non est
8 cõis. Item in præscriptione †ꝫ ius requiritur titulus. c. 1. de ꝑscriptio in 6. secus in consuetudine. Nã in cõsuetudine cũ sit quædam lex, inspicitur sola voluntas seu tacitus consensus. Ista sunt verba Abb. in d. c. fi. qui dicit, quod sunt aliæ differẽtiæ, sed istæ sunt fundamentales & præstantiores. Et adde not. per Inno. in c. dilecto. de offi. Archiper Bald. in l. si quis ad declinandam. C. de epi. & cle. in authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. Ioan. And. in c. 3. de consuet. in 6. Abb. in consi. 62. lib. A lex. consil. 77. lib. 2. & in l. more. ff. de iurisdi.
9 om. iudi. † Non valet consuetudo contra ius naturale, quia naturalia iura sunt immutabilia. §. sed naturalia. Institut. de iure na gen. & ci. Ideo dicit Abb. in c. fi. de consue. quod si haberet consuetudo, quod filij non eduearentur a parentibus non valeret, quia de iure naturali sunt eis debita alimenta, facit, quod voluit Bal. in l. 1. ff. de consti. prin. quod princeps non potest facere, ꝙ alimenta non debeantnr. Et ideo dixit Spec. in tit. qui fi. sint leg. §. 1. versic. sed pone, quod si filius fecit pactum cum patre, quod non peteret alimenta, non obstãte pacto peterit, petere quia hoc esset ꝺ ius naturale. Bar. in l. si quis a liberis. §. si vel parens. ff. de lib. agno. Roma. in l. alia. §. eleganter. ff. sol. matr. in l. 1. in vlt. col. eod. tit. quod nõ valet pactum, quod pater non teneatur dotare filiam. † Nõ
10 valet consuetudo contra vtilitatem publicam, sicut non ualet lex l. fi. C. si contra ius vel vti. pub. not. Abb. in d. c. fi. de cõsuetudi. quod dicit esse not. Si præcedit lex derogatoria ad consuetudinem non valet consuetudo sequens, secundum Bar. in l. de quibus. ff. de legi. quem refert Abb. in d. capit. fin. quod dicit esse notan. Ex hoc infertur secundum eum, quod
11 consuetudo semel a lege reprobata, non potest amplius induci. Limita tamen hoc, quod si subesset ratio noua, quæ nõ suberat tempore legis damnãtis consuetudinem, quod tũc poterit de nouo induci. De quo etiam per Abb. in c. 2. de ꝑbati. Et addo, quod no. Bart. in l. cunctos populos. in 7. col. C. de summa trinit. & fi. catho. Cyn. in l. 2. C. de contrahen. emptio. glo. in c. 1. in verb. expresse. de constitutio. in 6. tenet, ꝙ qubndo ius commune resistit consuetudini, quod contra illud ius non possit noua cõsuetudo creari. Et pro clariori cõclusione in hac materia notabili, tu potes dicere prout ex intentione multorum concludit Domi. in d. cap. 1. ex cuius dictis colligo istos casus, quorum primus est. Si ius commune
12 resistit consuetudini, declarando ipsam irrationabilem, vel ipsam improbando, tunc noua consuetudo contra illud ius induci non potest, allegat glos. fin. & ibi Doctores, in Clem. si vna. de rebus eccle. non alic. Inno. in c. ex parte. de consue.
13 Secundus †casus est, si ius commune resistit consuetudini tãtum ad finem, vt præteritam consuetudinem tollat, & hoc constat, quia non facit mentionem de consuetudine, nisi vt illam tollat, quæ non tolleretur aliter, vt in c. 1. de constit. in sexto & tunc contra tale ius posset induci noua consuetudo, & ita intelligatur glos. in Clem. statutum, de elec. allegat Pet. de Peru. in tracta. de cano. portio. circa fi. in 5. quæst. ubi tenet, quod contra Clem. dudum. de sepul. possit induci noua consuetudo, dicens quod illa Clem. non improbat consuetudinem, sed de ea facit mentionem, ut illam tollat, quia aliter nõ fuisset sublata consuetudo. Tertius casus est,
14 Si ius †commune simpliciter tollit consuetudinem, nec apparet de fine, quare lex illam tollat, & lex disponat sup his, quę sunt reseruata in priuilegium Principis, & videtur tollere consuetudinem etiam de nouo creandam. allegat glo. in
15 c. 1. de cle. ægro. in 6. Quartus casus est, Si lex non † disponit in his, quæ sunt reseruata Principi. tũc si iuuatur noua ratione seu vtilitate, valet consuetudo argu. text. in c. 1. de constit. in 6. sed si non iuuatur noua ratione, non valet, quia ex quo habet repugnantiam iuris reuocantis consuetudinem, in dubio præsumitur irrationabilis. & ita voluit glo. in d. c. 1.
16 Quintus casus est, Si †lex non reuocat consuetudinem, nec de ea facit aliquam mentionem, sed reprobat quandam rationem, & tunc licet lex non formaliter tollat consuetudinem, tamen contra illam legem non posset noua consuetudo creari. allegat Paul. in Clem. 1. de elect. super verb. eligatur. vbi tenet, quod contra illam Clem. nõ posset induci noua consuetudo, per illum tex. & tamen ibi nulla fit mentio de consuetudine. & potest esse ratio, quia ex quo lex improbat rationem, & consuetudo irrationabilis non valeat, sequitur, quod talis consuetudo tanquam ratione carens, post ea esset inualida. Cuius dictũ, dicit Domi. credo verum, nisi noua consuetudo alia ratione probabili iuuaretur, prout di-
17 ctum est supra. †Si ciues faciunt statutum contra suam consuetudinem tollitur consuetudo, licet de ea non faciant mẽtionem, quia ciues præsumuntur scire suam consuetudinẽ, & sic cessat ratio c. 1. de cõsti. in 6. ita Ab. in d. c. fi. in fi. Consti
18 tutio antiqui iuris †declaratoria, trahitur ad præterita, etiã dato quod habeat in oppositum contrariam consuetudinẽ obseruatam, quando declaratur consuetudinem fore irrationabilem. tex. in c. 1. de consue. in 6. & ibi per Domi. †Con-
19 suetudo pro substantia requirit rationabilitatẽ. tex. vbi Domi. in c. non putamus. de consue. in 6. Cum in consuetudine
20 †populus declaret suam volũtatem, l. de quibus. ff. de legib. constat. ꝙ circa ius superioris nihil declarare possunt, quib. manet necessitas obsequẽdi, non imperandi authoritas. tex. gl. & Doct. in d. c. non putamus. de consue Quod tamen intellige, quando talis consuetudo esset contra substantiam actus, vt in d. c. non putamus. Sed si non sit contra substantiam actus, & subsisteret patientia superioris, cui præiudicaretur, tunc valeret consuetudo contra ius suum. Domi. in d.
21 c. non putamus. Quod †potest fieri per pactum, potest etiam introduci consuetudine, & econuerso, Id quod non potest fieri per pactum, non potest introduci consuetudine. glo. in d. c. non putamus. quod intellige, ſm Domini. ibi, quod istud argumentum procedit, quando ratio, quare nõ valet pactũ, concludit ad consuetudinem, vbi vero non concludit ad ꝯsuetudinem, vel econtra, non procedit ar. de quo ibi ꝑ eũ. Et adde Bar. in l. 1. § familiæ. ff. de publ. qđ põt fieri ꝑ pactũ põt fieri per stat. all. not. in l. non impossibile. ff. de pact. in l. nec ex prætorio. ff. de reg. iur. glos. in rubr. C. de decret. decu. li. 10. & in d. l. nec ex prætorio. dicit, quod non potest fieri per pactum ratione turpitudinis, non potest fieri per statutum. Si autẽ non potest fieri per pactum, quia contra publicam vtilitatem, potest fieri per statutum, quia respuplica potest derogare suæ publicæ vtilitati. de quo per Bart. in l. omnes po-
22 puli. ff. de iust. & iu. in l. non impossibile. ff. de pact. †Consuetudo an extendatur de casu vero ad fictum, ponunt Doct. in c. fi. de consue. in 6. Et conclude, quod si consuetudo non est contra ius, sed præter, tunc extenditur, sicut arguitur a contrario sensu. Bar. in d. l. omnes populi. Secus, si est contra ius.
23 Lex †& cõsuetudo differunt, sic ut instantaneum, & successiuum. quia statutum vno instanti fieri potest, sed consuetudo similis est homini, qui non perficitur nisi temporis cursu, & nisi sit, vt ita dixerim, proiectæ ætatis. Latiori igitur passu procedũt potius tacita, quam expressa, quia non sunt ita certa, neque ita solennia ea, quæ ex coniecturis veniunt, sicut ea, quæ expressa sunt. verba sunt Baldi in d. l. de quibus. in 2.
24 col. ff. de legib. †Vbi lex non est omnino lata, procedimus in consuetudine vltra tenorem cõsuetudinis per similitudinẽ. Sed vbi lex est in pluribus casibus similibus lata, & est in vno casu per desuetudinem abrogata, tunc consuetudo non extenditur ad alterius casus correctionẽ. l. præcipimus. in fine C. de appel. quia legum correctio est odiosa Bald. in d. l. de q
25 bus. †Cõsuetudo, quæ est contra authoritatem legis superioris, non valet, quia minor authoritas non tollit maiorem. & hoc est, vbicunq; superior, hoc est, Imperator, prohibet ꝯsuetudinem. auth. nauigia. C. de fur. concl. est Baldi. in d. l. de
26 quib. †Bona est consuetudo, quæ continet bonum honestũ vt non eatur de nocte, quia male agens odit lucem. l. prma. ff. de vuentre inspiciendo. Item bona consuetudo, quæ continet bonum commune, id est, vtile reipublicæ, & ideo est bona consuetudo, quod in causis dotium procedat̃ summarie, & quod instrumenta mandentur executioni. & simi

lia

lia. Bona est etiam consuetudo, quæ continet bonum honorabile, quod doctorandi doctorentur publice, non secrete, quia est honor publicus. Item, quod debeant portare certũ habitum, quia habitus virum ostendit. † Mala autem est cõ-
27 suetudo, quæ inducit malum culpæ, vt consuetudo, quod liceat fœnerari ad duos denarios pro libra, quia ordinat ad delicta. Ergo consuetudo, quæ de vitijs facit mores, non valet, quoniam inest sibi vitium a radice. Male enim adinuenta, malæque consuetudines, nec ex longo tempore, nec ex longa consuetudine confirmantur, & consuetudo fouens malos mores, & inducens peccatum, nõ tollit legem. Imperator enim, quando dat consuetudinibus authoritatem, nõ intẽdit per hoc esse author delictorum, quod enim ipse nul-
28 la ratione concederet, alijs committere non videtur. † Et si consuetudo inducat malum pœnæ id est, pœnam quãdam occasione prætensam infligat innocenti, si talis pœna potest deduci in pactum, vt pœna pecuniaria, valet consuetudo, Aut non potest deduci in pactum, vt pœna corporalis, non valet consuetudo. Ista sunt pulchra verba Baldi in d. l. de
29 quibus. In † consuetudine requiritur frequentia actuum, ga text. in d. l. de quibus. loquitur in plurali, moribus. §. ex non scripto. Insti. de iure nat. gen. & ci. l. 1. C. quæ sit lon. consuet. 40 Ban in totum. C. de ædifi. priua. Et an duo actus sufficiant? Dicunt Doctores, quod de numero actuum nõ potest dari certa regula. Possunt enim esse actus multum nominati in populo & tunc sufficiunt duo actus vallati temporis adminiculo. possunt esse alij actus parum sciti in populo, & tunc requiruntur plurimi actus. Ergo in causis grauibus, quæ nõ diri-
41 muntur sine magno strepitu & longo certamine, sufficiũt duæ sententiæ, quia perueniunt verisimiliter in notitiã gentium. Sed in causis leuibus, & maxime vilium personarum non resonat ita negocium, nec efficitur notorium, & ideo actus debent esse sæpissimi & per multas manus iuisse, ita ꝙ sit verisimile, quod populus sciuerit, & ratum habuerit, & probata publica fama, est satis probata scientia populi. Bald.
30 in d. l. de quibus † Ad hoc, quod consuetudo inducatur, non exigitur actuum validitas. Nam etiam per actum nullum, voluntas comprobatur, & vere est de necessitate, quod con- 42 suetudo inducatur ex actibus nultis, nam valet, quod sentẽtia feratur stando vel sine scriptura, vel quod recitetur per alium, & hoc nõ potest fieri, nisi per sententias latas hoc mo- 43 do, quæ nullæ fuerunt a principio. nec roborantur ex superuenienti robore consuetudinis, quia virtus consuetudinis,
31 non fingit retro. Bal. in d. l. de qnibus. Ex actibus arbitrorum, inducitur consuetudo in eodem stylo, ideſt coram arbitris, Sed illa consuetudo non extenditur ad uera iudicia. Quod intellige de modo procedendi, secus, si actus respiciunt facti rationem & naturam. & tunc vbiq; valet, vt si sæpius est pronunciatum per arbitros, ꝙ primogenitus succedat, nam cõ sensus firmat sententiam latam a prorsus priuatis. Bal. in d.
32 l. de quibus. † Si negatiua consuetudo potest elici ex actibus, præscribi potest, alias secus, conclusio est Baldi in d. l. de qui-
33 bus. Ex actibus excommunicatorum † potest introduci consuetudo, quia licet sint excommunicari habent tamen con-
34 sensum, conclusio Bal. in d. l. de quibus. † Consuetudo ligat infantes & furiosos, quia respublica potest ligare vniuersos & singulos, etiam infantes. l. si sine. §. Lucius. ff. de admin. tu. Ad pœnam tamen nulla constituto ligat non capaces deli-
35 cti. Bal. in d. l. de quibus Consuetudo ligat absentes sicut presentes, quia si ligat non natos, & pupillos, ergo & absentes Bal. in d. l. de quibus. Consuetudo permissiua, extendit virtutem suam ad omnes forenses, quia vtendo consuetudine cõsentiunt in ipsa. Sed si consuetudo est compulsiua prohibitiua, uel pœnalis, non ligat immediate. sed mediante aliquo facto, uel delicto intra territorium cõmisso, tunc ligat, quia consentire uidetur ꝙ delinquit, ista est cõclusio Bal. in d. l. de
36 quibus. Si est consuetudo, quod instrumenta mandenturexecutioni, nisi sint elapsi decẽ anni, potest ecclesia & clericus vti beneficio consuetudinis, dum tamen non sint elapsi decem anni, quia non possunt formam consuetudinis mutare. conclusio Bald. in dictal. de quibus. Si consuetudo iam erat præscripta, nihil operatur actus contrarius, si autem erat præscribenda, tunc est interrupta, si talis est publicus & notorius. glo. not. in l, nemo. §. temporaria. ff. de regu. iur. & sic actuum difformitas reddit consuetudinem impræscriptibilem, quia varia rerum obseruantia non dicitur consuetu-
37 do, conclusio Baldi d. l. de quib. Potest induci † per consuetudinem, quod ualeat consuetudo de præterito, de futuro nõ, quia tacita non possunt habere clausulam derogatoriam, & in dubio præsumendum est consuetudiuem ex iusta cã processisse, conclusio Bal. d. l. de quibus. Dicit testis, quod ita est consuetudo, interrogatus de causa scientiæ, dicit, quod ita audiuit, & vidit obseruari, practicari, & fieri in palatio communis & populi, publice & notorie, longo tempore, in multis litibus & causis, & in omnibus, quibus ipse interfuit, interrogatus, si potuisset esse & fieri contrarium, eo nescio, respondet, quod sic, hic testis reddit bonam rationẽ. Bald. in d. l. de quibus. & si habet contestem, probat, etiam si uterque creddat eundem sermonem, quia est sermo iuris necessarius prolationi, & non obstat, quod dixit se nescire contrarium, quia non præsumitur contrarium. Si ergo testis assertio est sufficiens, illa adiectio nõ vitiat, quia id quod est possibile, non præsumitur verum secundum Bald. Ex non † actib.
38 potest probari consuetudo, quia illa, qui contemnit, aliquid facere videtur. Probatur autem cõtemptus, vel quia expresse contemnitur, vel quia ad monitionem hominis vel legis certum terminum assignantis nunquam paritum est, sed si omnia silent, lex & homo, non fit cõsuetudo nec inductiua de nouo, nec derogatoria legis antiquæ, quia derogatio non fit nisi ex contrarijs. idem si consuetudo excluderet formã, uel ordinem legis, ex tali abusu fit consuetudo. l. rem nõ nouam. C. de iudi. quia negligentia formæ in actibus exercitis
39 est dissuetudo, Bal. in d. l. de quibus. Libellus, † qui est contra consuetudinem, potest lacerari per iudicem, sicut si esset cõtra legem scriptam, glo. habes notab. in d. l. de quibus, quod
40 Bald. ibi dicit esse not. Sicut † consuetudo interpretatur legẽ sic lex interpretatur consuetudinem. tex. est not. in c. cum dilectus. de consuet. secuudum Bal. in l. si de interpretatione.
41 ff. de legibus. Quæro, † an pro omni grauami ne debeat succurri ecclesiæ contra consuetudinem, Et respondeo, quod solum pro magno, & non pro modico, quia ex quo inducta est consuetudo, licet in aliquo grauet ecclesiam, stãdum est ei, ut notant Doct. in cap. primo de consuet. vb i glo. & hoc propter authoritatem consuetudinis, tenetur ecclesia tolerare in commoda non multum lędentia. Ex quo infert Cardinalis in d. c. 1. quod si est consuetudo, quod presbyter teneatur suis parochianis in Paschate dare agnum paschalẽ vel quid aliud, si est tale quid, propter quod multum ecclesia grauatur, non ualet, alias, secus. Sed an illud, quod dicit, de consuetudine grauante ecclesias. habeat etiam locum, in clericis, Et dicas, quod sic, secundum Host. & Cardin. in d.
42 c. 1. Si ex † consuetudine non licet coniugato dicere, Tu es bonus homo, potest agi actione iniuriarũ, quia per hoc significatur, quod vxor eius sit adultera. Card. in c. ex literis, de cõsue. Quæro, quot sunt species cõsuetud. Et rñdeo, quatuor
43 Generalissima, exẽplum, qñ est inter omnes Catholicos, vt orare versus Orientem, c. ecclesiasticarum. 11. dist. Generalis est, quam non solum ciuitas, sed tota prouincia seruat. c. ex tuarum. de authorit. & vsu pal. c. cum ecclesia. de elect. Specialis autem est, quæ in vna ciuitate locum obtinet. l. vẽditor. §. si constat. ff. communia prædiorum. Specialissima vero est, vt patrisfamilias. l. vel vniuersorum. ff. de pigno. actio. l. qui semisses. ff. de vsur. & hæc inducit præsumptionem, cui standum, donec probetur contrarium, secundum Hosti. quem allegat Cardin. in c. cum dilectus. de consuetudine. Quæro,
44 † an valeat consuetudo, quę est in quibusdã locis, quod vxor succedat in bonis mobilibus, etiam si relinqueret filios. & rota tenet qđ sic. vt refert Car. in c. ex parte de consue. Cõ-
45 suetudo † non derogat legi, quando est expresse reprobata a lege, potest enim reprobari tanquam minus rationabilis. Et dicitur reprobari eoipso, quod in lege Canonica uel Ciuili dicitur, Non obstante consuetudine. & licet gl. in Cle. statutum. de elect. velit, quod tollatur tantum consuetudo præcedens, tamen Cardinalis ibi & in c. fi. de consue. tenet contrarium, quia lex est semper in uiridi obseruantia. l. Arriani. C.
46 de hęre. & semper loquitur, & cõcernit futura. † Dicit tamẽ Card. in d. c. fi. quod si constat de scientia & tacita patientia Principis, stabitur consuetudini non rationabili, videt enim approbare, ex quo non reprobat. non enim posset sine periculo tolerari, nisi approbaret, quia obseruantes eam, essent in peccato. Nec obstat c. cum iandudum. de præben. quia loquitur de patientia non ita longæua. nam mala quandoq; toleratur ad tẽpus. Hoc tamen dictum Car. non videtur pro-
47 cedere sine dubio, per ea, quæ iam dicta sunt. † Si consuetudo est contra bonos mores, consensus Principis nullum robur tribuit, vt notabiliter voluit Inno. in c. ad nostram. de proba. quod est sing. secundum Card. ind. c. fi. Consuetudo,
48 est ius moribus † illius institutũ, qui authoritate publica ius condere potest. Io. And. in c fi. de consue. Et ex hoc infertur, quod ex moribus vnius hominis, puta Principis, potest induci consuetudo. & idem in alio, qui posset condere ius, Hinc dicitur, quod mos Papæ quem seruat in curia sua, facit ius. c. ex literis. de consti. Communiter tamen. cum de cõsuetudine loquimur, attendimus eam, quæ causatur a tacito consensu alicuius vniuersitatis, totius vel maioris partis. intelligendo, quod sit vniuersitas, quæ possit in loco condere ius.
49 Si quæritur, in † quo differt consuetudo ab vsu? Dicitur, ꝙ cõsuetudo sonat in ius, vsus in factum. Vnde quando dicitur,

consue-

consuetudinis vsusque longæui. exponitur. id est, consuetu-
50 dinis introductæ per vsum longæuum. In quo differat † consuetudo a stylo. Dicit Pet. de Bellapertica, quod stylus est ius non scriptum, vsibus introductum, ab uno iudice stylatum, & in hoc differt a consuetudine quæ est ius introductum vsibus plurium, vt a popnlo. Et de stylo, exemplificat in eo, qđ lex dicit, quod libellus in scriptis debet edi, nisi in breuiori bus litibus. & quę tales sint, lex non determinat. Vnde si iudex vsus est in causis viginti solidorum, non exigere libellum, talis dicitur stylus, sed Ioan. And. dicit, quod stylus est consuetudo vel usus in scribendo tantum. capitulo, quam graui. de cri. fal. vnde dicitur a stylo, quo scribit in cera, vel tabula. Bal. in l. de quibus. ff. de legibus. dicit, consuetudo est ducis Venetorum, quod literę suæ sint bullatæ bulla plumbea, certę non seruata bulla, non valent literæ, quia quotiens stylus infringitur, nō valet quod agitur. l. sacriaffatus, C. de diuer. rescriptis. Nota tamen, dicit Bal. quod illa nō est proprie consuetudo, sed stylus, quia dux sicut episcopus nō facit corpus vniuersitatis, quia non est pluralis, nec potest ei addi significatio, quæ ex vnruersis sumitur. Nil mirum ergo si non inducitur consuetudo, quia non est commune præceptum. seu vniuersale volitum, id est, voluntas vniuersorū.
51 Quæ dicatur † cōsuetudo rationabilis. Et respondetur, quod si consuetudo non est contra legem diuinam, seu gentium, seu positiuam, eoipso censenda est rōnabilis, quod non appa ret irrationabilis. Nam consuetudinis magna est authoritas l. secunda. C. quæ sit longa consuetudo, surgit enim eius authoritas ex quadam tacita conuentione eorū, inter quos est consuetudo capitulo illa. 12. distin. & ibi glo. quam in tel lige. quod loquatur de consuetudine præter ius. & qui hoc casu dicit irrationabilem, hoc probet. Si autem consuetudo est contra legem, tunc eoipso dicitur irrationabilis, nō enim debent inferiores propria voluntate venire contra id, quod a superiore statutum est, 11. distin. capitulo, consequens, & capitulo sequenti. Et hoc uult tex. in dicto capitulo fin. cum dicit, quod consuetudo non præiudicat iuri positiuo, nisi sit rationabilis. quasi prima facie presumatur irrationabilis. nā arguitur temeritas eorum, qui contra ius inducunt consuetudinem. capitulo quanto. de consuetudi. in verbo. præsumant. capitu. qui contra. 7 distin. cum sequen. Alleganti ergo consuetudinem, incumbit probatio. quod sit rationabilis, & poterit esse rationabilis dato, quod sit contra ius, vt qa ex aliqua ratione particulari fuit inducta, propter quam verisimile est, quod princeps concessisset veniri contra ius, ca-
52 pitulo cum dilectus. de consue. Et † si tu vis habere exempla de rationabili consuetudine. vide in capitulo certificari, de sepulturis. in capitulo de trina. de consecr. distinctione quarta, in capitulo super eo. de cogna. spi. in capitulo primo. 16. distinctione. in capitulo vtinam. 76. distinctio. in capitulo cum omnes. de constit. in capitulo primo. de cleri. ægro. in capitulo ex parte de concessi. præbend. in capitulo cum de quorundam. 84. distinctio. in capitulo pudenda. 24. quæstione prima. in l. item eorum. in principio. ff. quod cuiusq; vniuer. nom. in l. si sine. §. Lucius. ff. de adminis. tuto. in l. tertia. §. non tantum. ff. quod vi aut clam in l non tantum. ff. de de curio. in l. semper. §. legem. ff. de iure immu. in l. fina. C. de te stamentis in l. missi opinatores. C. de exactoribus. tributo libro x. in l. prima. C. de peti. bon. subla. li. 10. in l. si fundus. ff. de euict. in l. cum delanionis. §. asinam. ff. de de fun. instr. l. si seruus plurium. § fina. ff. de leg. 1. in l. vel vniuersorum. ff. de pig. act. in l. excepto. C. loca. in l. si publicanus. in fi. ff. de publica. in l. parabolani. C. de episco. & cle. in l. 1. §. 1. ff. de ven-
53 tre inspi. §. pauonum. Institut. de rerum diui. Et valet † consuetudo, quod installatio, quæ de electo per superiorem fit, habeat vim confirmationis, quia consuetudo potest induce re, quod vnus actus habeat vim alterius. c. 2. de consue. & in confirmatione. non est facienda vis in verbis, dictum no. Inno. in c. cum Bertholdus. de re iud. vbi sufficit quomodocūque cōstet de mente superioris, vt ibi vult Inno. quod est singulare. Archi. in c. vt qui. de elect. in 6. Pro hoc, quod priuilegio induci potest, quod non confir matus adiministret, c. 1. de sup. neg. prælato. ergo & consuetudine. quæ priuilegio æq paratur. Inno. in c. transmissam. de elect. & sic fortius valet consuetudo, quod installatio uim habeat confirmationis.
54 Sed † quod consuetudo nō valeat. quod electus adminiſtret sine confirmatione, videtur text. & ibi per Abb. in c. cum venerabilis. de consue. & ibi *cer. refett alios Doct. Tamen dicit, se tenere contrarium, in c. fi. de consue. Sed forte non esset malum dicere, quod opinio communis procederet, quādo non interueuit aliquis actus a superiore factus, qui sit loco confirmationis, Secus, vbi interueniſſet, vt in exemplo
55 interposito per Card. per deducta per ipsum. Si autem † vis habere exempla consuetudinis irrationabilis, habes in glo. in c. fi. de consue. quæ dicit quod illa consuetudo dicitur irrationabilis, quæ a iure improbatur, consuetudo onerosa ec clesiijs, & generaliter, vbi aliquid fit contra neruum ecccle siasticæ disciplinæ, vel contra libertatem ecclesiasticam. Ha beas aliud exemplum. Consuetudo est, quam quidam seruant, quod debitorem suum, vel eius fideiussorem possit licite pignorare creditor ex sua authoritate. irrationabils est hæc consuetudo, propter rixas, vulnera, & homicidia, quę in de proueniunt, arg. l. æquissimum. ff. da vsuf. secundum Hostiē. & Car. in d. c. fin. Item habes alia exempla in c. 2. de tem po. ord. in c. certum. de iuramen. calum. in c. 2. de probatio. & in c. ad nostram. eo. ti. in c. cum decorē. de vita & hon. cle. in c. extirpandę. in c. fi. de præb. c. constitutus. de fideiuss. in c. aqua. de consec. eccl. vel alta. in c. quanto. de consuet. in c. 1. de cleric. non residen. in 6. in c. 1. de cler. ægro. in 6. in cap. 1. de consuet. in 6. in c. 1. de capel. mon. in 6. in c. quanquam. in c. fi. de cēsi. in 6. in c. 1. de bigamis. in 6. in c. 1. de iniur. & dam. dat. in sexto in capitulo, 1. de præbend. in 6. in capit. si episcopus. de pœn. & remiss. in sexto. in capitulo cum non deceat. de elect. in 6. in Cle. statutum. de elect. Et de iure Ciuili, in l. 1. in prin. ff. de vsur. in l. eos. C. eodem. in auth. habita. C. ne fi. pro parte. in auth. nauigia. C. de furt. in auth. omnes peregrini. C. commun. de succes. iu auth. cassa. C. de sacrosan. eccle. Et videtur communis opinio, quod relinquatur iudicis arbitrio, quæ consuetudo dicatur rationabilis, & quæ nō. Quæ
56 rit † Card. in c. fin. de consuetu. in 14. q. quomodo inducatur consuetudo, an requiratur binus actus. vel sufficiat semel fieri? Et respondet, quod si actus habet effectum successiuum, & talis etiam vnicus sufficere potest, quia est, ac si omni die fieret, quia videtur omni die repeti, ex quo durat. Aut actus est nomentaneus, & tunc vnicus actus non sufficit. Et sic sola obseruantia vna vice super re succesiua, facit consuetudinem, ita tamen, quod sit logæua obseruantia. l. de quibus. l. diuturna. ff. de legibus. de quo late per Card. in dicta quęstione, cuius dicta videntur esse contra quædam iura supra
57 deducta. † Quærit etiam Car. in dicto capitulo fin. 16 & in 17. quæstio. quia dictum est de consensu maioris partis populi, an talis consensus indistincte sufficiat ad inducendum consuetudinem? Et dicit, quod non, sed oportet, quod populus sit habilis ad legem vel consuetudinem, & hoc propter amentes & furiosos, capitulo cum dilectus, de succes. ab intestat. & propter minores vigintiquinque annis, l. ad rempublicam. ff. de muner. & honest. & propter mulieres, quarum consensus non requiritur, sicut nec in lege condenda. l. 1. ff. de legibus. † Si tamen inter mulieres est ali-
58 quid seruatum, puta quod succedat primogenita, poterit ex hoc induci consuetudo, non ex ipsarum consensu, sed assistentium. Si tamen essent mulieres, quæ possent legem condere, possent consuetudinem inducere. capitulo dilecti. de arbi. & colligitur tacitus consensus populi, quia habetur respectus, quod erant præsentes in talibus, habentur pro cōsentientibus, qui publicam vtilitatem respiciunt. Possunt tamē contradicere, ne inducatur consuetudo. † Quærit etiam idē
59 Cardin. in dicto capitulo fin. in 17. quæstio. an per cōsensum erroneum inducatur consuetudo, vt puta. quia credebat populus, quod maior natu succederet, vel qd simile, & in hoc sunt aliquæ opiniones. Quarum prima est, quod erronea cō suetudo valet, sed non trahitur ad similia. Et licet errent, tamen tacite consentiunt. Sed hoc intelligitur de consuetudine, cuius non est memoria, & exponitur, errore inducta, id est, non ex certa scientia, nec expresso consensu, sed tacito, & sicut populus potest facere contra legem per vsum scienter transgredientium, fortius ergo per vsum ignoranter id
60 agentium. Alia est † opinio, quod non inducatur consuetudo, quia errans non consentit. l. si per errorem. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. Et cum populus errat, non vult
61 tollere legem. Tertia † est opinio eorum, qui distinguunt inter errorem facti & iuris. Primo casu, error non habet cōsensum. d. l. si per errorem. Exemplū, si mortua vxore uir tenuit dotē, & paraphernalia, hoc pluries factum est tempore legitimo, populo patiente, qui tamen credebat omnia ilia esse dotalia, tunc in illis deficit consensus. Secundo casu, cum populus errat in iure, aut naturali, aut positiuo. Si naturali, non tollitur tale ius, quia nec ex certa scientia tolleretur. capitulo final. de consuetud. si positiuo, toliitur, quia etiam
62 expresse posset contrauenire. Alia † est opinio, quod aut quę ritur de consuetudine per consensum erroneum inducenda contra legem, aut præter legem. Si contra, tunc per erroneum consensum non inducitur, quia quod fit ad defensionem legis, & eius obseruantiam, ipsius diminutionē operari non debet. Populus autem vtitur ad legis obseruantiam, credens legem sic iubere. Si præter legem. aut populus errat in causa impulsiua, aut finali. Primo casu, inducitur consuetudo. Secundo casu non, arguendo ab vltima volūtate, quæ legi æquipollet. l. cum tale. §. falsam. ff. de condit. & demon.

Source : BIU Cujas

63 Quærit † etiam idem Card. in d. c. fi. in 18. quæſtio. an per conſenſum coactum inducatur conſuetudo? Exemplum. cum maiorem partem populi, duobus exceptis, vſitatum eſt primogenitum ſuccedere. Modo quidam primogenitus, ſperãs paternam hæreditatem ſolus habere, illos compulit conſentire, vt ſic compleretur numerus maioris partis, & ſic cõpleretur conſuetudo. Et reſpondetur per tres caſus. Primus eſt, quod ſi fuerunt compulſi per priuatum, talis conſenſus non prodeſt. Secundus eſt, quando fuerunt coacti a iudice iudicialiter procedente, & tunc prodeſt cõſenſus. Tertius caſus eſt, quando iudex non iudicialiter procedit, & tunc non prodeſt conſenſus, quia habetur perinde ac ſi priuatus com-
64 puliſſet. Quæritur † etiam, an per non vſum inducatur conſuetudo. Et Nicol. de Matarel. & Cyn. in l. ſecunda. C. quæ ſit long. conſuetud. dicunt, quod conſuetudo negatiua quandoque dicitur contraria conſuetudo, quandoque deſuetudo, quandoque non vſus. Contraria conſuetudo di-
65 citur, † quando ius permittit, & conſuetudo vetat, vel contra. Deſuetudo vero dicitur, quaſi diuerſa aſſuetudo, vt quando lex aliquid ſub certa forma ſtatuit, & conſuetudo ſtatuit illud ſine illa forma, vt in alienatione rerum minoris, hæc autem non eſt proprie contraria conſuetudo, quia ad idem tendit cum lege, ſcilicet, ad permiſſionem alienationis, ſed in aliquo detrahit, ſcilicet, in diminutione ſolennitatis. Sed tamen etiam hæc deſuetudo, inquantum legi, eſt contraria conſuetudo, & corrigit legem, & ſic in effectu non eſt differentia inter contrariam conſuetudinem,
66 & deſuetudinem. Non vſus autem, eſt id, † quod non habet implicitam affirmationem contrariam legi, nec in ſubſtantia, nec in forma, vt quia non accidit caſus, vel ſi accidit, homines non fuerunt vſi lege pro tali caſu, tamen non fecerũt contrarium, & talis non vſus non tollit legem. Exemplum
67 † primi, quando caſus non accidit. Dicit lex, quod Hermaphroditus iudicatur ſecundum ſexum, qui prævalet. l. quæritur. ff. de ſtatu homin. Modo pone, in mille annis caſus non fuit nõ per hoc erit ſublata lex. Exemplum ſecundi, qñ caſus accidit, & populus non eſt vſus lege. Sæpe domus alicubi minantur ruinam, ſi ponitur, quod ibi nunquam fuit præſtita cautio de damno infecto, nec petita, non per hoc eſt præiudicatum legi de cautione diſponenti, niſi interueniſſet aliquod affirmatum, quia tunc eſſet inducta conſuetudo, ut qa
68 petebatur cautio, & fuit repulſus petens. Item † quæritur, an ad conſuetudinem inducendam requiratur actus iudiciarius. Et conclude, quod non, quia conſuetudo reſultat ex moribus & vſibus, qui poſſunt eſſe in iudicio & extra. Et dato, quod actus iudiciarius interueniat, tamen per ipſum, tanquam per iudiciarium, non inducitur conſuetudo, ſed per hoc oſtenditur tacitus conſenſus populi aſſentientis. l. prima & ſecunda. C. quæ ſit longa conſuetudo. l. diuturna. ff. de legi. & de iſtis per Cardinal. in dicto capitulo final. quæſtio. 19. & 20. Et quo ad iſtud vltimum, adde Abba. in capitulo abbate. de verborum ſignificatio. & in dicto capitulo final. de conſuetud. & licet ſententiæ eſſent nullæ, tamen induceretur conſuetudo reſpectu conſenſus. Et intellige, quã-
69 do diuturnitas fuit ſubſecuta. Et † ſi poſt conſuetudinem prę ſcriptam ſemel vel bis aliquis facit contra, non per hoc eſt interrupta, niſi totiens contra fieret, quod induceretur contraria conſuetudo. gl. in l. nemo. §. 1. ff. de reg. iur. Card. in 24. & 25. q. in d. cap. fi.

SVMMARIVM.

1 *Ex arbitrorum ſententijs an inducatur conſuetndo.*
2 *Ex arbitratoris ſententia, an naſcatur conſuetudo.*
3 *Per ſententias latas inter non ſubditos, ex prorogatione an conſuetudo inducatur.*
4 *Temporis diuturnitas requiritur in conſuetudine, non ſic in lege.*
5 *Conſuetudo ſi eſt mala, ad eam præſcribendam quantum tempus requirat ius ciuile.*
6 *Tempus preſcribendæ conſuetudinis, quando incipiat currere.*
7 *Conſuetudine poteſt induci decem annorum, vt nulla conſuetudo inducatur in loco, niſi ſpatio xl. annorum.*
8 *Conſuetudo qualiter in iudicio proponenda.*
9 *Conſuetudo, eſt facti.*
10 *Conſuetudo per quot teſtes probetur, & eius probandæ ratio.*
11 *Conſuetudine introducta per maiorem partem, an obſtat aliorum contradictio.*
12 *Conſuetudine in iudicium deducta, qualiter ſuper ea pronuncietur.*
13 *Agens conſuetudine, ſi probauit ſtatutum, non conſuetudinem, an ſuccumbat.*
14 *Extraneus an adſtringatur Conſuetudine loci, vbi contraxit, vel deliquitur.*
15 *Iudex appellationis, debet obſeruare conſuetudinem in his, quæ ad merita & deciſiones cauſæ ſpectant.*
16 *Clerico agente contra laicum in foro ſeculari, attenditur laici conſuetudo contra ipſum laicum.*
17 *Conſuetudo quæ potius ſeruandæ, ciuitatis, caſtri, diœceſis, vel prouinciæ.*
18 *Conſuetudinis prætextu an liceat venire contra præcepta.*
19 *Conſuetudinem volens introducere, faciat ſuperiore authorante, qui poteſt legem facere.*
20 *Conſuetudo loci, in quo ſunt bona, attenditur, licet ille, cuius ſunt, alibi teſtamentum condiderit.*
21 *Ferrariæ ſtatutum, quod extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, an liget filiam nuptam extra territorium Ferrariæ, quo ad bona extantia extra territorium.*
22 *Ius ciuile contentum eſt tempore decem annorum, ad inducendam conſuetudinem.*
23 *Conſuetudine acquiritur merum & miſtum imperium. Et quantum tempus requiratur.*
24 *Exemplis non inducatur, niſi ex ipſis conſuetudo ſit inducta.*
25 *Conſuetudo per ſententias inducitur cum iuſto temporis ſpatio.*
26 *Caſtrum, oppida & villa, poſſunt habere propriam conſuetudinem, modo nõ repugnet conſuetudini ciuitatis.*
27 *Extenſio conſuetudinis non fit, niſi ſubſiſtente ratione.*
28 *Conſuetudine præſcribi non poteſt, vt non appelletur ad ſuperiorem.*
29 *Conſuetudo vbi eſt firmata conſenſu, & tempore, actus in contrarium de populi voluntate fieri poteſt.*
30 *A ſtylo curiæ non eſt recedendum.*
31 *Lex imperialis poteſt caſſare conſuetudinem, & ſtatuta locorum, adeo quod non excuſent delinquentem a pœna.*
32 *Statutum vbi nam plus valeat & operetur, quam conſuetudo.*
33 *Conſuetudo excuſat a falſitate commiſſa, ſi ſic erat conſuetudo.*
34 *Statuta conualeſcunt tempore, contra malas conſuetudines, tamquam abortiua.*
35 *Conſuetudinis facultas.*
36 *Populo quid directo & ſcienter faciente contra conſuetudinem, tollitur ipſa conſuetudo.*
37 *Sententia lata contra conſuetudinem, propter dubium facti, valet.*
38 *Conſuetudo non poteſt adimere ſolennitatem introductam in alienationem rerum eccleſiæ.*
39 *Contra præceptum venire an liceat per contrariam concluſionem, ſicut contra ius.*
40 *Collectarum ius an tollatur per hoc, quod quidam ciues nunquam eis fuerunt adſtricti.*
41 *Obſeruantia vt habeat vim declaratonis in contrahentibus, quid requiratur.*
42 *Teſtes quid deponere debeant in materia conſuetudinis.*
43 *Legem poſitiuam an poſſit tollere conſuetudo. & quid de naturali & diuina. num. 44.*
45 *Conſuetudo quatuor modis dici poteſt irrationabilis.*
46 *Anni quadraginta requiruntur de iure Canonico ad inducendum conſuetudinem.*
47 *Conſuetudo qualiter præſcribatur.*
48 *Laicorum conſuetudo, an ſeruanda contra laicum, in fauorem clerici vel eccleſiæ, coram iudice eccleſiaſtico.*
49 *Conſuetudo licet non porrigatur ad aliud territorium diuerſum, tamen porrigitur ad aliud forum in eodem territorio.*
50 *Statutum cui non prodeſt, an ei poſſit nocere.*
51 *Conſuetudinis appellatione in libello, intelligitur etiam de conſuetudine non præſcripta.*
52 *Salarium ſi cui conſuetum debeatur, de quo intelligatur, ſi prius fuit ducentorum ducatorum, & poſtmodum trecentorum.*
53 *Hæreditatem ſi deferat ſtatutum primogenito, & non fœminæ licet ſecundo genitus vel fœmina nunquam iure communi fuerit vſus, tamen inducitur conſuetudo contra ius comune.*
54 *Mulierum vſus, non inducit conſuetudinem.*
55 *Conſuetudine an poſſit introduci, vt quis decedat partim teſtatus, partim inteſtatus.*
56 *Conſuetudo an valeat, q pupillus poſſit obligari ſine tutoris authoritate.*
57 *Lex non abrogatur per conſuetudinem.*
58 *Lex an tollatur per deſuetudinem.*
59 *Conſuetudinis & non vſus an vlla ſit differentia.*
60 *Deſuetudo non tollit legem, niſi quando habet factum implicitum.*
61 *Canonici ſi per longum tempus non fuerint vſi illa optandi conſuetudine, an talis conſuetudo dicatur ſublata.*
62 *Conſuetudinis & deſuetudinis differrentia.*
63 *Conſuetudo de cætero ſeruari debet, ſi in iudicio deductum, an eſſet conſuetudo vel non, pronunciatum eſt conſuetudinem eſſe, nec appellatum eſt.*
64 *Conſuetudo ordinem iudicii in probando reſpiciens, requirit ſcripturam.*
65 *Iudex informatus ſummarie de cauſa, ſi ſecundum eam pronunciarit, & fuerit appellatum, iudex appellationis etiam debet ſe informare.*
66 *Conſuetudo per quot teſtes probetur. Et quid ſi minori tempore fuerit inducta. num. 67.*
68 *Teſtium dictum deponentium conſuetudinem ita eſſe, an probet.*
69 *Conſuetudo an probetur per teſtes ſingulares.*
70 *Vſus communis loquendi, quomodo capitulari debeat.*
71 *Fama quomodo probetur.*
72 *Teſtis non interrogati dictum, an valeat.*

Foren-

Source : BIU Cujas

73 *Forensis arma portans in loco quo est edictum vel statu. quod nemo arma portet, non potest se excusare quòd ignorauerit illud edictum seu statutum*
74 *Forensibus non licet ignorare statuta loci de gabellis soluendis.*
75 *Venetiarum consuetudo.*
Vbi forensis condit testamentum, potest secundum eius ciuitatis statuta testari, non autem secundum ius commune.
Vbi & statuta voluntariam iurisdictionem concernentia, etiam extraneos comprehendunt.
76 *Christianus apud Turcas existens, potest testamentum condere secundum ius commune.*
77 *Equo vendito, an etiam sella vendita intelligitur.*
78 *Consuetudo instrumentum solennitates a iure introductas, remittere, potest.*
Facit etiam illa instrumentum authenticum.
Item & legitimum eum, qui non est, nume. 79.
80 *Consuetudo potest alicui dare potestatem tabellionatus.*
81 *Consueudo instramentum, alias de iure ineptum, sufficiens ad probandum reddit.*

Sectio. IIII

1 Ex sententijs †arbitrorum non inducitur consuetudo, si sententia est talis, quæ non possit mandari executioni. Secus, si sententia potest mãdari executioni, vt in l. cum antea. C. de arbitr. tamen plures sententiæ requiruntur, quam in iudice, cum iudex sit persona publica, & facilius deregitur consensus tacitus populi in assentiendo sententiæ iudicis, quam arbitri. Car. in dicto capitulo finali. quæstio. 26. † Et quantum ad sententias arbitratoris, dicas, quod sicut ex actibus frequẽtatis potest surgere consuetudo, ita possent esse tot arbitramenta, quod induceretur. Card. quæsti. 27. in dicto capitulo fi. An per sententias latas inter non subditos, ex prorogatione, inducatur consuetudo Dicas, quod circa iudiciarium ordinem potest iuduci. l. 3. in fi. ff. de testi. Sed si quæritur, de inducenda consuetudine territorii, in quo est determiuatio causæ, & non potest induci, quia seruari debet consuetudo non loci, in quo iudicatur, sed litigantium. in l si fundus. ff. de euict. Sed si ageretur, inter personas non subditas ratione domicilii sed tamẽ subditas ratione delicti, vel contractus, itenc ex talibus sententiis potest induci consuetudo. d. l. si fundus. l. 3. ff. de offic. præ
3 si. Cardin. quæsti. 28. in d. cap fi. † in consuetudine requiritur temporis diuturnitas, non sic in lege, quia in lege apparet, statim expressus consensus principis, vel populi. & in certis. non est locus cõiecturis. c. 2. de reiu. licet vbi aliquid actum est, nec apparet, quo animo fiat, recurritur ad præsumptionem perseuerantiæ, seu diuturnitatis. cap. ad nostram. cũ gl. de regula. ex quo enim nõ contradixerunt intra tempus diuturnum, præsumitur consensus durare, sed ante tempus diuturnum nõ præsumitur quis voluisse recedere a lege scri
4 pta. Cardin. q. 31. in d. c. fi. † Gl. in l. domini prædiorum. C. de agri. & censi. lib. 10. uult, quod de iure Ciuili, si consuetudo, est mala, requiratur ad eam præscribendam tempus. cuius non extat memoria, vel saltem 30. ann. in contrarium, quod talis consuetudo non possit præscibi, est tex. in c. mala consuetudo. 8. dist. sed pro gl. facit l. quod non ratione. ff. de leg. vbi dicitur, quod illud, quod non ratione inductum est, sed errore, deinde consuetudine obtentum est, in aliis similibus non obtinet, & sic in eo casu, quo est talis consuetudo, ei stãdum est, ut sentit ille tex. & ibi glo. in quo dicas quod si consuetudo est contra rationem, quod inducat peccatum, non
5 valet etiam de iure ciuili, Si autem consuetudo est contra rationem, non tamen alias inducit peccatum, valet in suo casu tantum. d. l. quod non ratione. dummodo sit præscripta spatio decem annorum, sed si est præscripta tanto tempore, quod de contrario non est memoria, statur ei, etiam quo ad alios casus, vt ex tanto tempore intelligatur factum iustum id, quod erat iniustum, capitulo primo de præscriptio. in 6 item propter authoritatem glo. in dicta l. domini. potest dici, si est prẽscripta spatio 30 annorum. Tutius tamen est tenere, quod in consuetudine, quę est contra rationem, vt valeat, quo ad alios casus, requiratur tempus, de cuius, contrario non sit memoria. Consuetudo autem mala, nullo modo tenet. l. omnes iudices. in glos. de decurionibus libro decimo glosa. In authentica. habita. in verbo. non peruersam. C. ne filius pro patre. ista habentur per Cardi. in di-
6 cto capitulo finali quæstio. 32. † Quando incipit currere tempus præscribendæ consuetudiuis. Et dicas, quod eo casu, quo requiritur actuum frequentia, quod a primo actu, per quem apparet de consensu, ergo incipit præscribi. Vnde ad probandum consuetudinem præscriptam spatio decem annorum, vel alio, sufficit probare, quod tanto tempore sic sit obseruatum. & ista est communis opinio secundũ Cardin. in
7 dicto capitulo finali. quæstio. 33. Potest† induci consuetudine decem annorum, vt nulla consuetudo inducatur in loco nisi per diuturnitatem xl. annorum. Nec obstat, quod videatur sibi ipsi contraria, quia in generali sermone videtur seipsam excludere. l. inquisitio. C. de solutio. c. petitio. de iure-
8 iur. Card. quæstio. 34. † Et consuetudo in iudicio proponitur, secundum Doct. in modum actionis personalis & realis, in modũ exceptionis, & per officium iudicis. Card. q. 35. Agẽs,
9 in libello habet necesse allegare consuetudinem, etiam † si sit notoria, quia consuetudo est facti, ideo oportet proponi & declarari. & etiam debet notorium proponi. glo. in Cle.
10 appellanti. de appel. Cardin. q. 36. † Et etiam per duos testes probabitur consuetudo. l. vbi numerus. ff. de testi. & requiritur plena probatio, secundum communiter Doct. Bar. in l. præscriptione. in fi. C. si contra ius vel vtili. pub. Et in probãda consuetudine fiant capitula hoc modo Quod fuit sic seruatum, & quod tãto tempore, & populo sciente, vel maiori parte. Si vnus testis deponat se vidisse aliquibus præsentib. alius, idem vidisse aliis præsentibus, nõ valent tanquam sin-
11 gulares. Cardin. q. 41. Si per maiorem partem inducitur † cõsuetudo, non obstat contradictio aliorum, nisi instent corã superiore habente potestatem, vt reprobetur consuetudo, non obstabit contradictio. facit, quod habetur in capitulo primo. de his, quæ fiunt a maio. parte. capit, Card. quæstio.
12 42. † Si quæritur, qualiter super cõsuetudine in iudicium deducta pronuncietur. Dicas, quod si est probata consuetudo pronunciabitur secundum eam. alias secus. debet enim iudex se cõformare actis. capitulo licet Heli. de Simo. l. vt fun-
13 dus. ff. communi diuidun. Quid si agens † consuetudine, probauit statutum non consuetudinem, vel econuerso? Dicas, quod succumbit, quia agenti ex vna causa, non sufficit aliã probare. capitulo abbate. de rei udic. in 6. tamen reseruatur ius ipsi actori, si apte voluerit proponere. Card. quæstio. 44.
14 † Quæritur, an extraneus adstringatur consuetudine loci, vbi contraxit, vel deliquit? Inno. in rub. de consue. dicit, ꝙ seruanda est consuetudo loci, vbi contractus est celebratus. & idem in maleficio, quod seruanda est consuetudo loci, in
15 quo commissum est Card. quæstio. 47. † In his, quæ spectant ad merita, & decisiones causæ, iudex appellationis debet obseruare consuetudinem, quam debet obseruare iudex causæ principalis, cum sit subrogatus loco illius, vt in Auth. ut cum de appellatione cognosci. in prin. gl. in capitulo illud 12. dist. Inno. in rub. de consuetu. Ad ea autem, quę concernunt ordinem procedendi, debet inspici consuetudo tribunalis ipsius iudicis appellationis, & nõ iudicis causæ principalis, vt colligitur ex not. per gl. in capitulo licet canon. in ver. decẽtero. de elec. in 6. Ant. de But. in d. rub. nam in his, q̃ concernunt ordinem procedendi, debet attendi locus, vbi causa agitur. l. 3. §. fi. ff. de testib. Barto. in l. cunctos populos.
16 C. de sum. tri. & fide cath. † Et nota, quod si clericus agat contra laicum in foro seculari, attenditur consuetudo iaici contra ipsum laicum. & idem in foro ecclesiastico & in terris ecclesiæ. Sed si laicus excipit contra clericum de præscriptione, vel alio, attenditur præscriptio secundum ius canon. uel secundum cõsuetudinem ecclesiasticam. Similiter, si laicus agit contra clericum, quantum ad ipsum clericum, attenditur ius canon. seu consuetudo eccles. quantum autem ad ligandum laicum, attendetur ius ciuile seu consuetudo laici, ut si clericus excipit de præscriptione, sufficit de decem uel viginti, annis, vt notat. in capitulo sanctorum. de præscript. de quo per Cardinalem, in capitulo quod clericis. de foro
17 competent. & in dicto capitulo si. q. 49. † Quia dicitur, quod consuetudo loci est seruanda, an intelligatur de consuetudine castri, uel ciuitatis, vel diœcesis, aut prouinciæ, siue regni. Dicas, quod primo est attendenda ciuitatis, seu castri. Si vero hæc consuetudo non inuenitur, attenditur secundo cõsuetudo diœcesis. Tertio consuetudo prouinciæ. Quarto, cõsuetudo regni, siue vicinarum prouinciarũ. Quinto, consuetudo Romana. Car. in d. c. fi. q 51. licet nõ teneat hoc, quantũ ad consuetudinem Romanam hodie, cum populus Romanus hodie non habeat potestatem legis condendæ, nec indu cendi consuetudinem generalem, vt ipse declarat in d. c. fi.
18 in 3. ꝛrio. † Quæritur, an sicut prætextu cõsuetudinis licet venire contra ius, ita etiam licet venire ꝛ præcepta. Et Inno. in rub. de consue. dicit quod non, quia quantocunque tempore aliqui non seruant prẽcepta, peccant. Nec obstat, quod nõ debet valere consuetudo contra statuta Canonum, quia peccatum, est, violare statuta & decreta Canonum. 25. q 1. c. vio latores. Soluit Inno. fatendo esse peccatum, violare ex cupiditate, vel sine cã, vel in casu non concesso. Sed vbi venitur contra Canonem, vigore consuetudinis legitime introdu-
19 ctæ, secus, † Dicit ẽt notabiliter Inno. ꝙ volens consuetudinem introducere, faciat superiore consentiente, scilicet eo, qui legem facit, vel qui potestatem habet condendi contra illud ius vel mandatum, quod est notabile secundum Cardinalem in dicto capitulo final. quæstio. quinquagesima se-

Source : BIU Cujas

cunda,qui ſubdit,quod conſuetudo non poſſit facere,quod cum ſponſa fratris liceret contrahere,propter perpetuã cau-
20 ſam prohibitionis,quæ ibi ineſt.Quæritur.†quidam forenſis habebat vxorem & domicilium in Anglia,& deceſſit Senis condito teſtamento, in quo vxori nihil reliquit,hæres agebat contra debitores, qui dicebant, quod non tenebantur ſoluere, quia poſſent iterum conueniri in Anglia ab vxore, cum ibi ſit conſuetudo, quod vxor in certa parte ſuccedat marito. Conſuluit Bald. quod conſuetudo Angliæ procedebat, quo ad bona Anglicana, non quo ad ea, quæ alibi erant. l. ex facto. §. rerum. ff. de hæredi. inſtitu. Sed opponebatur de nominibus debitorum, quæ cum ſint incorporalia, non regulantur a territorio. Sed tamen idem conſuluit in hominibus. Intelliguntur enim pertinere ad illud territorium,vbi facienda eſt ſolutio,& ibi debi to
21 res poſſunt conueniri. l. quæro. ff. de ſolution. Sic in ſimili quæſtione facti,de ſtatuto Ferrariæ diſponente,quod extantibus maſculis filia fœmina,non ſuccedat,allegaui Cardin. quod non ligabat filiam nuptam extra territorium Ferrariæ quo ad bona extra territorium conſtituta. Et hoc,ſi ſtatutũ loquitur generaliter modo prædicto, debet reſtringi ad bona poſita in territorio.Sed ſi ſpecialiter loqueretur,expreſſe, prohibens,ne filia ſuccederet in aliquibus bonis vbicunque ſitis, adhuc idem dicendum in caſu iſto, quia ex quo nupta eſt,deſinit eſſe de primo domicilio,& fit de domicilio viri. l. Imperatores.§.item reſcripſerunt.ff.ad munici. & ſic non ligatur illo ſtatuto, tanquam non ſubdita.ita Cardinal. in di-
22 cto capitulo final.ad fine.Ad inducendam conſuetudinem, ſufficit tempus decem annorum, de iure Ciuili gloſ.& Bald. in rubrica.C.quæ ſit longa conſuetudo.& ibi dicit Bal.quod illa conſuetudo proprie dicitur inueterata,quando eius contrarij non exiſtit memoria.Nam iſtud tempus proprie appellatur vetuſtas.l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quotidia. & æſti.Sed contra Bald. videtur tex.in l.de quibus. ff.de legi.
23 dum ibi tex.loquitur de conſuetudine inueterata.† Merum & miſtum imperium conſuetudine acquiritur, ſed requiritur tempus, cuius contrarij memoria non extat. Bald. in dicta rubrica,qui etiam dicit,quod ad inducendam conſuetudinem, non ſufficit vnicus actus, ſed requiritur pluralitas
24 actuum ſeu frequentia.†Non iudicatur exemplis, niſi ex ipſis conſuetudo ſit introducta,quo caſu iudicamus ex virtute conſuetudinis,non ex virtute exemplorum. Baldus. in dicta rubrica & vide gloſ.& Bartol.in l.nemo C.de ſententijs.
25 †Dubitatur an aliquid eſſet de conſuetudine introductum, nec ne qñ plures ſententiæ fuerunt latæ,qđ de hoc erat conſuetudo,poſito quod non apparet de conſuetudine pręcedẽti, inducitur conſuetudo per iſtas ſententias cum debito tẽporis ſpatio, ſcilicet longo. Bald.in dicta rubrica. C. quæ ſit longa conſuetudine.Non valet conſuetudo, quod res eccleſiæ vendantur ſine ſolennitate. Bald. in dicta rubrica. Adde gloſ.& Bartol.in authentica hoc ius porrectum. C.de ſacro-
26 ſanctis eccleſijs gloſ.in diuturna. ff.de legibus. † Oppida,caſtrum & villa,poſſunt habere propriam conſuetudinem nõ repugnantẽ legi vel cõſuetudini ciuitatis propriæ. Nam vbi repugnantẽ, non valeret conſuetudo ruſticana, niſi confirmetur per ſuperiorem.l.final. C.de teſtament. Bald.in l.prima.C.quæ ſit longa conſuetudo.in authentica defuncto. in fin. C. ad Tertul. Sicut præſes prouinciæ tenetur obſeruare leges ſcriptas, ita conſuetudines locorum,& in ciuilibus & criminalibus.l.prima vbi per Bald. C. quæ ſit longa conſuetudo,vnde ita punitur tranſgreſſor conſuetudinis,ſicut trã-
27 greſſor legis ſcriptæ,ſecundum Bald.Vbi non†eſt ratio conſuetudinis, ſed vſurpatio, non fit extenſio, quia in exorbitantibus contra rationem, non eſt aliqua virtus media,quæ poſſit iſtos caſus copulare.Bald.in dicta l.prima. Si conſuetudo eſt reprobata per legem ſuperioris,non valet. Bald.in l. ſecunda. C.quæ ſit longa conſuetudo. per text.in authenti-
28 ca nauigia C.de furtis.Sicut ſtatutum†non poteſt diſponere vt non appelletur ad ſuperiorem, ita nec conſuetudine hoc præſcribi poteſt.capitulo venientes.de iureiurando. Baldus. in dicta l.ſecunda. Si conſuetudo eſt Peruſij, quod filia dotata non ſuccedat, & pater habet diuerſa patrimonia, vnum Peruſij, aliud in loco, vbi viget ius commune, quantum ad locum Peruſij,conſuetudo vincit legem,ſed non in alio lo-
29 co.Bald.in dicta l.ſecunda.†poſt conſuetudinem firmatam conſenſu &tempore,fit aliquis actus in contrarium de volũtate populi,pone exemplum. Conſuetudo eſt præſcripta, ꝙ vulneranti aliquem in platea, amputetur caput poſtea quidam nobilis vulnerat aliquem in platea de voluntate populi,non imponitur iſta pœna, ſed pecuniaria. Nunquid propterea eſt ſublata conſuetudo,ita quod deinceps debeat imponi pœna pecuniaria, & non corporalis. gloſ. determinat conſuetudinem nõ eſſe ſublatam,in l.nemo. §. temporaria. ff.de regul.iur.& in dicta l.ſecunda.niſi toties,& tanto tem-

pore eſſet obſeruatum contrarium, quod prima conſuetudo eſſet abolita, quia tũc eſſet receſſum a capitis pœna. Bal. in dicta l.ſecunda De ſtylo vide Bald.in l.fin. C. quæ ſit long.
30 conſuetudo. vbi dicit, † in curia Romana dicitur, ita eſt de ſtylo curiæ,id eſt, de obſeruantia præſcripta ipſius curię, quę obſeruantia habetur ꝓ forma, & ab ea non eſt recedendũ. Et de ſtylo etiam per Bald.in lectura,in l.prima. C.de ſacroſanctis eccleſijs.& eſt bonus text.in l.final.C.de iniur Lex im
31 perialis†poteſt caſſare conſuetudinem & ſtatuta locorum, adeo quod non excuſent delinquentem a pœna,& ſic ſtatutum inualidum non excuſat a delicto. Bald.per illum tex.in authentica omnes peregrini. C. commu. de ſucceſſio. conſuetudo feudorum dicit, quod princeps non poſſit priuare duces niſi prius per pares iudicentur indigni. An Imperator poſſit ſtatuere contrarium. Bald.quod non,in dicta authentica omnes peregrini. Nam conſuetudo, quæ diſponit in ipſum principem,eſt maior ipſo principe, niſi conſuetudo tendat ad euerſionem vel quaſi imperij. Dicit etiam Bald. ibi, quod vbi princeps intendit tollere ratione conſuetudinem tanquam abuſiuam, tollit conſuetudinem præſentem & futuram. Dicit etiam Bald. ibi, quod quando prohibitio iuris communis importat neceſſitatem, non valet conſuetudo
32 contraria.†Et ſi tu vis ſcire vnum mirabile dictum ſecundũ Abb. in quo plus operatur ſtatutum, quam conſuetudo, vide text. & Abb.in capitulo ex parte. de conceſ.pręben. Vbicunque fit mentio de conſuetudine, intelligitur de præſcripta.caſus eſt ſingu.in capitulo.Cumana.de electio.Angel.in l.diuturna.ff.de legi.Bald.in l.de quibus. ff.de legi.in l.binos. C.de aduo.diuer.iudi.in capitulo primo de feu.cogni.in principio.vbi dicit,quod ante, quam ſit præſcripta, non dicitur conſuetudo. Ibi etiam vult, quod iniqua conſuetudo non poteſt præſcribi. Et iniquam appellat intolerabilem, puta contra ius diuinum.Eſt ergo iniqua conſuetudo,quod ſuſpẽ ſi teneantur in patibulis, quia eſt ꝺ ius diuinum.patet per notata per Bal.in capitulo primo.§.iniuria. de pa. iur. fir. Et in
33 dicto capitulo primo de feu.cognitio.†vult Bald.quod conſuetudo excuſet a falſitate commiſſa,ſi ſic erat conſuetudo, & ponit exemplum,in ciuitate Peruſij ſunt tres conſeruatores monetæ,& quando fiunt ſolutiones in communi, conſueuit Notarius ponere nomina omnium trium,licet unus ſit abſens,quod dicit Bal.procedere, quãdo in præiudicium abſentis nihil fit, & materia vera eſt in ſeipſa, ſi tamen perſona ipſa eſſet de ſubſtantia inſtrumenti, non careret inſtrumentum vitio falſitatis, ſecundum Bald.& adde notata per Hoſtien.Ioan. And. & Anton. de Butr. in capitulo ſecundo de fide inſtru.vbi ſi de more ſit,quod contractus ſcribatur& ſigilletur nomine prælatorum per ſuos ad hoc deputatos, quanuis de hoc ipſi nihil ſciant,tamen propter conſuetudinem hoc non dicetur eſſe falſum.Bald.in l. prima.C.de confeſ.in 10.colum.facit,quod voluit Bartol. in l.quis ſit fugitiuus.§.apud Labeonem.ff.de ędil.edictio.Bald.in tit. de pace Conſtan.in verſic. quæro,vtrum ſtatutum iniquum teneat. dicit,quod cõſuetudines confirmatæ ſub certo modo & forma,non valent,niſi ſub illo modo & forma.l.final. C. de teſtam. quas princeps tacite confirmare videtur eo ipſo,quod ſunt tolerabiles.l.tam collatores.C. de re militari.libro 12.l. domini prędiorum,C. de agrico.& cenſi.lib. 11.†Contra ma
34 las conſuetudines tanquam abortiua ſta. non conualeſcunt tpe.Authen.vt nulli iudicum. §.nulli vero.Vnde dicit imperator conſuetudines tunc tenent, cum noſtris nõ repugnãt legibus.in §.final.in Authent.de vſu.nauti.& ibi notatur. Et in eodem titulo de pa.Conſtan.in verſiculo priuilegio.dicit, quod†conſuetudo priuilegiat aliquem,ſicut principis priuilegium. Nam conſuetudo vice principis fungitur. capitulo ſuper quibuſdam. §. præterea. de verborum ſignificatione. Et ſicut per rebellionem contra Principem perduntur priuilegia,ita conſuetudines priuilegiatæ, ſecundum Bald. ibi per illum text. quod dicit memoriæ eſſe commendandum.
36 †Et quia ſupra allegata eſt gl.no.in l.nemo.§.temporaria.ff. de reg.iuris.adde Barto.in l.ſecunda.in fine. in principio. ff. ſoluto matrimonio. qui allegat gloſ. in dicto §.temporaria. & Abb.not.in capitulo pro illorum. de præbend. qui intelligit illam glo. quando aliquis de populo facit aliquid contra conſuetudinem,alijs ſciẽtibus & non contradicentibus, ex hoc non tollitur conſuetudo, ſed requiritur tantum tempus, quantum fuit requiſitum ad introducendam conſuetudinem. Sed quando populus de directo collegialiter, & ſcienter feciſſet actum contra conſuetudinem, tunc eſt ſublata conſuetudo,per illum actum. & vide Aret. conſil 23.
37 †Et valet ſententia lata contra conſuetudinem, propter dubium facti,ſecus,ſi eſſet notoria.de quo per Bal.in l.2. C.quã do prouoca.non eſt neceſ.& in l.1. C. eodem titulo per Ab. in capitulo *de re iud Et conſuetudo poteſt tollere ſolennitatem requiſitam in actu. Baldus ſingulari.in l. prima. Cod.

ad

Source : BIU Cujas

ad Vellcianum . Et quod in actu debeat adhiberi ſolennitas inducta ex conſuetudine, eſt textus.in Authentica,vt præponatur nomen Imperatoris. & ibi gloſa , quæ incipit , puta. Et notant Doctores in capitulo nulli. de rebus eccle-
38 ſiæ non alienandis, † quod conſuetudo non poteſt adimere ſolennitatem introductam in alienatione rerum eccleſiæ. de quo in capitulo ſine exceptione.duodecima queſtione ſecunda.de quo etiam per Calderin.conſilio tertio,de his,quę ſi.a prælato ſi.conſen.ca.poteſt tamen ſecundum Doctor.in dicto capitulo nulli. conſuetudo augere illam ſolennitatem. Addo etiam Bald.in capitulo primo.in principio. qualiter olim feu. pote. aliena. quod ſi conſuetudo eſt a iure reprobata , nunquam præſcribitur, quia contra authoritatem ſuperioris nunquam poteſt pręſcribi.authent.nauigia.C.de
39 furtis . † Sed an liceat venire contra pręceptum per contrariam conſuetudinem,ſicut contra ius. Et Doctor.in rubrica de conſuetudine concludunt , quod ſi tale eſt præceptum, quod non liceat contra illud ſine peccato legem ſtatuere, ſic nec conſuetudine licet contra illud uenire, alias ſecus. addo ea , quæ habentur per gloſ. ſingularem, & ibi per Do-
40 ctores in capitulo primo. de treugua & pace. † Vt uidemus , ponuntur collectæ in ciuitatibus , quidam ciues nunquam fuerunt collectati,vtrum per hoc tollatur lex, uel conſuetudo, uel ius collectandi. Et dicitur, quod non, quia per non uſum non tollitur lex, uel conſuetudo. Cyn.in l.ſecunda. C. quæ ſit longa conſuetudo. Bartolus in prooemio Digeſtorum.§.& antea.notant Doctores in capitulo Ioannes.de clericis coniugatis,quia ex non actibus non inducitur conſuetudo.Oportet igitur,quod probetur de contemptu legis, uel iuris. Verbi gratia , ſi probetur , quod ciues illi fuerunt per longum tempus grauati ad collectas ſoluendas,& ipſi per dictum tempus ſemper contradixerunt,& præcepta contempſerunt , alias non probatur talis conſuetudo. De quo per Baldum no. in l. de quibus.in verſiculo ſed nunquid ex non
41 actibus. ff.de legibus. † Ad hoc, ut obſeruantia habeat uim declarationis uerborum contrahentium , non requiritur, quod iſta obſeruantia ſit præſcripta , ſicut requiritur in conſuetudine, quæ obtinet uim legis , ſed ſufficit per aliquos actus aliquando ita fuiſſe ſeruatum. Anton. de Butrio in capitulo finali,de conſuetudine. circa medium, l.quod ſi nolit. §.quia aſſidua.ff.de ædil.edict.l.ſemper in ſtipulationibus. ff
42 de regulis iuris. Et not. † quod in materia conſuetudinis teſtes debent deponere de vſu conſuetudinis,& declarare uſus frequentiam,temporis diuturnitatem,& tales uſus fuiſſe vſitatos publice, præſentibus & ſcientibus multis , & infinitis perſonis,adeo quod comprendatur interceſſiſſe conſenſum maioris partis populi,ut not. declarat Azo in ſumma.C.quę ſit longa conſuetudo. Bald.in l.de quibus. ff. de legibus. Ponamus, quod in ciuitate ſit aliquis, qui ſit conſuetus exigere uſuras, ut quia erat priuilegiatus a principe,& ſic de facto ſeruabatur,ſi fideiuſſor ſoluit uſuras,poterit illas repetere a debitore principali,nec imputabitur fideiuſſori ſoluenti , poſtquam in loco talis exceptio non admittebatur, quod uſuræ eſſent illicitæ. ita uolunt Cardina. & Imola in capitulo peruenit . de fideiuſſo. quos refert Alexander in conſilio 57. in
43 primo uolumine. Sed uidetur,quod † conſuetudo non poſſit tollere legem poſitiuam, quia omnis lex poſitiua deriuatur & cauſatur a lege naturali, & a lege diuina ,ut in prooemio Gregoriano , capitulo firmiter. de ſumma Trinitate & fide catholica l. fin. C. de præſcriptio longi temporis. ſed le-
44 gem diuinam † & naturalem non tollit conſuetudo, ut in capitulo finali, de cõſuetudine. ergo nec poſitiuam cauſatam ab illa. capitulo acceſſorium . de regulis iuris.in ſexto . Reſpondetur,quod conſuetudo in deriuato,uel cauſato,vel acceſſorio, non poterit,quod in principali non poſſet, & ſic cõceditur,quod obijcitur.Sed ita eſt etiam,quod contra ius naturale , & diuinum ualeret conſuetudo rationabilis , id eſt, per quam non induceretur peccatum , ut concluditur per Doctores in dicto capitulo finali,ergo fortius, uel ſaltē ęque ualebit in acceſſorio cauſato, uel deriuato, ex quo rationa-
45 bilis eſt, & peccatum non nutrit. Et licet † concludatur communiter , prout dictum eſt, quod , quæ conſuetudo dicatur irrationabilis, committitur iudicis arbitrio , dicas tamen , quod quatuor modis poteſt dici conſuetudo irrationabilis. Ex perſona , quæ vult conſuetudinem inducere. capitulo, quanto.de conſuetudine. Ex perſona, contra quam.capitulo ſi conſuetudinem.capitulo qui contempta. capitulo finali,octaua diſtinctione . Ex re, ſuper qua conſuetudo fundatur. capitulo cum non liceat. capitulo ex officij . de præſcriptionibus. Ex modicitate temporis, quo obtinuit. capitulo finali,de conſuetudine.capitulo cum eccleſia. de cauſa poſ-
46 ſeſſion. Et cum † communiter teneatur, quod ad inducendam conſuetudinem etiam contra ius,de iure ciuili ſufficiunt decem anni , de iure canoniço requiruntur quadraginta.Quęritur,quando incipiet currere hoc tempus decem vel quadraginta annorum? Et reſpondet Ioannes. Andrea dicto capitulo final.de conſuetud. quod communiter tenetur,illum primum actum inſpiciendum in curſu, vt ex illo inchoata & iterata cum diuturnitate temporis inſurgat cõ-
47 ſuetudo. Et not. † quod ibi declarat Ioannes. Andrea qualiter conſuetudo poteſt præſcribi . Dicit enim, quod illud ius quod diſponit conſuetudo, puta vt ſuccedat primogenitus, vt optet antiquior canonicus, vel his ſimile , & ſpatio temporis ad id apto ſeruato per tacitum conſenſum , id ſtatuere volentem,dicitur conſuetudo, & præſcripta reſpectu ipſius iuris,quod inducitur.Et hoc dicit Ioannes Andrea. contra Petrum , qui dicebat, conſuetudinem non præſcribi, quia oportet id, quod pręſcribitur, eſſe ius diſpoſitum. non diſponens.Vnde ſi longo tempore irem per viam publicam cum ibi non ſit ius diſpoſitum, ſed ſolum quædam facultas eundi,non præſcriberem. Licet ergo fateatur Petrus,in conſuetudiue diuturnitatem temporis requiri,negat tamen ibi præſcriptionem adeſſe,quia non eſt ibi ius formatum vel diſpoſitum,quod vocat ius dominij,vel pignoris, vel his ſimi-
48 lia, & talia pręſcribuntur. Et in hoc † caſu habui ſemel ſcribere , an conſuetudo laicorum ſit ſeruanda contra laicum , in fauorem clerici vel eccleſiæ, coram iudice eccleſiaſtico? Et iſta quæſtio formatur per Doctores in capitulo quod clericis,de foro competenti. & volo ponere exemplum, quod ponit Abba.ibi.Eſt conſuetudo,quod credatur libris mercatorum , an talis conſuetudo ſit ſeruanda in foro eccleſiaſtico, contra laicum in fauorem clerici. Et dcit Abbas,ſi verba ſtatuti expreſſe referuntur ad iudicem, ſic,ſi ſtatutum dicat, quod iudex debeat credere libris mercatorum , & tunc tale ſtatutū non ligat iudicem eccleſiaſticum,cui,tanquam non ſuppoſito, non potuit legem imponere. capitulo cum inferior. de maiorit. & obedientia. capitulo eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitutro . Aut ſtatutum ſimpliciter loquitur, & tunc ſi eſt lis inter laicos,quos ſtatutum poteſt ligare,& intendebat,& tunc ſeruandum eſt in foro eccleſiaſtico. Secus, ſi eſſet lis inter laicum & clericum,quia ſicut laicus non poſſet allegare talem conſuetudinem vel ſtatutum contra clericum nec etiam clericus poteſt allegare contra laicum, quia lex debet eſſe communis , vt ſit æqua. capitulo erit autem lex quarta diſtinctio. & ſic per ipſum ſtatutum non ligabitur laicus in fauorem clerici,ex quo a contrario ipſe clericus non ligaretur . Iſta dicta. Abb.refert Aretin. in ſuo conſilio quadrageſimoquinto,Et amplius tenet ipſe, quod talis conſuetudo ſeu ſtatutum indiſtincte non ſit ſeruandum in foro eccleſiaſtico,& mouetur tali ratione,quia cum ſtatutum loquatur ſimpliciter , quod libris mercatorum debeat credi vel dari fides, aut iſta verba ſtatuti referuntur ad partem, & reſoluuntur hoc modo, quod vna pars poſſit vti contra aliã libris mercatorum ad plenam fidem,& tunc tale ſtatutum non obligat partem , contra quam producitur , ſtare illis libris,quia, vt ait Ioann.Calder.in ſua diſputatio quam refert & ſequitur Abb. in dicto capitulo quod clericis, ſtatutum , quod prohibet partem probare per teſtes,non adſtringit partem in iudicio eccleſiaſtico litigantē, quia ſuper modo procedendi, in iudicio eccleſiaſtico ſtatutum non poteſt diſponere, Aut iſtud ſtatutum reſpicit perſonam iudicis, quo cauetur, quod libris mercatorum detur fides, & tunc non adſtringit iudicem eccleſiaſticum dare fidem talibus libris. Et quod verba ſtatuti,vel diſpoſitio conſuetudinis,quod detur fides libris, neceſſario referantur ad iudicem, patet manifeſte,quia iudici debet per probationem fieri fides.l.tertia,verſiculo tu magis ſcire potes. ff. de teſtibus . Et notat pulchre Bartol.in l.admonendi.ff. de iurerando .Statutum ergo ſimpliciter & imperſonaliter loquens, ad illum refertur,ad quē pertinet fides, de qua in ſtatuto diſponitur.ita probat textus quem Bald.reputat ſing.in l.ſi ſeruus. §.qui margaritam. ff. de legatis primo.no. Bald.in authentica ſi quando.C.de conſtituta pecunia. & ita poſt multa reſidet Aretin. ibi. † Sed
49 mirū eſt, quod non allegauerit gl.ſing.in l.ex ea.ff.de poſtul. quæ voluit, quod epiſcopus inter laicos in foro ſuo litigātes ſeruare debet conſuetudinem laicorum , & ibi Bald. dicit, quod licet conſuetudo non porrigatur ad aliud territorium diuerſum,tamen porrigitur ad aliud forum in eodem territorio . Dicit tamen Bald. quod illa gloſ. debet intelligi , quantum ad deciſionem cauſæ, non quantum ad ordinatio nē iudicij,quia in illis ſeruanda eſt conſuetudo proprij fori , non alieni, vt in l. ſecunda. C. quemadmodum teſtam ent. aperiantur. ſi tamen talia ſtatuta exorbitant a Canonica æquitate, epiſcopus non tenetur illa obſeruare ita Bald. in dicta l. ex ea cauſa Nec obſtat illud , quod dicit Aretinus , & etiam Abbas, quod tale ſtatutum non poteſt ligare iudicem eccleſiaſticum , quia minor non ligat maiorem. Reſpondet enim Baldus, quod non ipſe ligat, ſed

Source : BIU Cujas

voluit Bal. in l. ſecunda. C. de conſtit. pec. vbi allegat dictum ius commune, quod factum minoris confirmat. Et idem glo quam limitat ibi, niſi ſtatutum vel conſuetudo refert ſe ſolum ad proprios iudices, quia tunc non ſeruaretur in alio foro. Hanc etiam glo. approbat Paul. de Caſt. in dicta l. ex ea & ipſam declarat, vt ſupra dictum eſt, ſecundum Baldum Hanc etiam gloſ. ap probat Bald. in l. omni nouatione. C. de ſacroſanctis eccleſijs. & ibi ponit vnam theoricam in hac
50 materia, quod ei† non prodeſt ſtatutum, cui non poteſt nocere. Ex quo ſequitur ſecundum eum, quod ſicut non obeſt clericis maxime in foro eorum, ita nec patrocinatur, quia non debet claudicare. & remittit ad nota. per Canoniſtas in dicto capitulo quod clericis. de foro compe. Hanc etiam gl. pro valde no. allegat Bald. in l. priuilegia. C. de ſacroſanct. eccle. quod ſtatutum ciuitatis debet ſeruari inter laicos in curia epiſcopali. Hanc etiam gl. allegat Bart. in l. de quibus. ff. de leg. & ibi Barto. voluit, quod etiam inter clericos debeant obſeruari conſuetudines laicorum, ſi ſint honeſtæ, & nõ ſint contra libertatem eccleſiaſticam. Sed iſta opinio communiter non tenetur. ſed Pau. de Caſt. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. facit mentionem de hac gl. & ipſam non tenet. Dicit enim, quod illa gl. loquitur per verbum Forte. Sed iſta non eſt bona ſolutio. quia etiam iuriſconſulti loquuntur per ſimilia verba, vt in l. ſi duo. ff. de arbit. in l. mutus. in princip. ff. de procur. in l. ab executione. C. quorum appel. nõ recip. antur. & ibi gl. allegat illud carmen.

Per uerbum forte, reſpondent ſæpe periti.

Reſpondet etiam ad illam gl. quod communiter determinatur contrarium, quia epiſcopus eſt ſuperior, vnde non ligatur ſtatuto. Sed ad iſtud reſponſum eſt ſupra. ſed puto, ꝙ Paul. de Caſt. fuerit deceptus, quod illa glo. loquitur in cauſa clericorum, & ita videtur intelligere. Sed iſta gl. intelligitur inrer laicos, & ipſe in d. l. ex ea melius conſiderans, illam ap-
51 probauit. Et quia† ſupra fuit dictum, quod vbicũque fit mẽtio de conſuetudine, debet intelligi de longa & præſcripta, vt eſt text. ſing. in c. Cumana de elect. hoc tamen ſingulariter limitant Anto. de But. & Abb. in d. c. Cumana. niſi hoc verbum eſſet prolatum in materia larga, puta in libello, ga tunc intelligitur de conſuetudine, etiam non præſcripta. c. querelam. de elect. Et dicunt illud procedere, quando conſuetudo etiam non præſcripta, fundat intentionem libellantis, quia in dubio debemus verba libellantis in eius fauorẽ late intelligere. Vnde ſi dico in libello, quod conſueui elige re, ſufficit probare, quod aliquando elegi, licet nõ probem, quod per tantum tempus, quod ſufficit ad conſuetudinem præſcribendam. l. ſi quis intentione am bigua. ff. de iudi. Secus autem foret, vbi ad fundandam intentionem libellantis requireretur conſuetudo præſcripta, quia tunc de illa intelligeretur. hunc etiam tex allegat. Bald. ad hoc in l. binos.
52 C. de aduoca. diuerſ. iudic. Et† videtur etiam ipſum limitare, dum format quæſtionem ſic, Olim conſueuit eſſe ſalarium centum florenorum, poſtea cœpit eſſe ducentorum, dicunt literæ Principis. Cum ſalario conſueto, Quæritur quid inſpicietur? Et videtur, quod inſpiciamus ſalarium longo tempore conſuetum, non illud quod eſt tribus vel quatuor annis
58 præſtitum quia cum de conſuetudine facimus ſimpliciter mentionem, intelligitur de longa conſuetudine. capitulo Cumana. de elect. Sed dicit Baldus quod inſpiciendi ſunt ꝓximi præcedentes anni, & ad iſtud tempus fit relatio, l. Mela. §. 1, ff de ali. leg. & ſic ex iſta deciſione colligitur limitatio ad d. capitulo. Cumana. & hunc tex. non fuit memor allegare Baldus in capitulo primo. de ſeu. cog. dum dicit quod illud, quod dicitur de conſuetudine, intelligitur de præſcripta. nã ante, quam ſit præſcripta, non dicitur conſuetudo, ſed dicitur voluntas inducendi conſuetudinem. & Baldus in dicto capitulo Cumana. per illum tex. dicit, quod non eſt perpetua
53 & vera conſuetudo, niſi ſit præſcripta. † Et quia ſupra tactũ eſt, quod per non vſum non tollitur lex. vt per Bar. in §. & antea. in prooe. Digeſtorum, & notant Doct. in capitulo Ioannes. de cle. cõiu. Addo, ꝙ ſemel allegaui hic contra vnum q̃ exiſtimabat ſe ſapientem in iure, & putabat me dixiſſe hæreſim in iure, & dixi, Vade frater, & melius ſtude, quia Iura nõ addiſcuntur vagando quotidie de loco in locum. Si tamen non vſus haberet in ſe tacitum actum contra diſpoſitionem iuris, induceretur conſuetudo. Exemplum, Lex defert hæreditatẽ communiter & æqualiter omnib. filiis, nõ diſtinguẽdo inter maſculos & fœminas, l. maximum vitium. C. de libe. præte. ſed conſuetudo defert tantum primogenito, & nũquam fœminæ. licet enim fœmina, vel ſecundogenitus, nũquam fuerit vſus illo iure communi, nihilominus inducitur conſuetudo, quia hic actum fuit contra ius commune, & ſic de ſimilibus. quod nota multum, ne erres, ſicut errabat ille
54 ſapiens. † Et quia ſupra allegatum eſt dictum ſingulare Bart. in l. 1. in fi. ff. de leg. quod vſus mulierũ nõ iuducit ꝓſuetudinem, & iſtud dictum multum extollit Roman. in ſingularibus ſuis, ſed iſta non videtur magna ſingularitas, nam regula eſt in l. de quibus, & ibi notat. Bald. ff. de legi. quod ille demum populus poteſt inducere conſuetudinem, qui poteſt ſtatuere, & qui non poteſt ſtatuere, non poteſt conſuetudinem inducere, quia vtrobique requiritur par potentia cauſę efficientis. Cum ergo mulieres non poſſint intereſſe ſtatutis condendis, dicta l. prima. ergo nec etiam poſſunt cõſuetudinem inducere. Addo tamen, quod Bartol. in repetitione l. prima. C. quæ ſit longa conſuetudo dicit, quod ſi mulieres frequenter vſæ ſunt inter ſe aliquo actu contra legem diuturno tempore, illa conſuetudo inter eas debet ſeruari, non tam ex conſenſu earum, quam ex conſenſu totius populi, ſeu maioris patris, quia ſic patiendo vniuerſaliter, ta-
55 cite conſentiret, Audiui† ſemel Paduę honoris cauſa, vnum Doctorem legentem in principio ſtudij, qui inter alia in lectione illa allegauit Imol. in l. ſecunda in principio quæ incipit, moribus. ff. de vulgari & pupillari, qui dicebat per illum text. poſſe induci quaſdam conſuetudines, quod quis decedat pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus, & quod quis poſſit decedere cum pluribus teſtamentis, poſt lectionem dixi illi Doctori, quod Bald. hoc dicebat in l. de quibus. ff. de legibus, vbi etiam dicit, quod valet conſuetudo inſtituendi hæredes in codicillis, ſi ita eſſet ſæpiſſime ob-
56 ſeruatum. Dixi etiam. † quod eodem modo valebit conſuetudo, quod pupillus poſſit obligari ſine authoritate tutoris. l. more, per illum textum. ff. de acquirenda hæreditate. valebit etiam conſuetudo, quod fœmina poſſit eſſe iudex. l.
57 cum prætor, in verſiculo moribus. ff. de iudic. Circa† ea, quæ dixi ſupra, quod per deſuetudinem non abrogatur lex, volo addere dicta Pauli de Caſtro. in dicta l. de quibus. ff. de legibus qui dixit, quod habemus tria vocabula, ſcilicet, non vſum, deſuetudinem, item contrariam conſuetudinem legis. Non vſus eſt, quando non occurrit caſus, in quo oportuit legem ſeruare, & ſi hoc per mille annos contingeret, lex propterea non eſſet abrogata. Et ponit exemplum in cautione damni infecti, quia raro aut nunquam accidit caſus, in quo expediat eam petere, vnde propter hoc non eſt correctus titulus De damno infecto. Deſuetudo dicitur, quando caſus contigiſſet, ſed non fuit petita. Exemplum etiam in ſatiſdationibus, quas debet præſtare actor, cum dat libellum. authentica generaliter. C. de epiſcopis & clericis authenti. libellum. C. de litis conteſtat. illæ a longiſſimis temporibus nunquam fuerunt petitæ, & propter hoc illæ authent. ſunt per deſuetudinem abrogatæ, per text. in dicta l. de quibus. Contraria conſuetudo eſſet, ſi fuiſſent petitæ, & tamen non præſtitæ, animo inducendi conſuetudinem, ne præſtentur. & tũc etiam multo fortius lex abrogatur. Sed aduerte, quia vt puto, Paul. de Caſtro errauit, volens facere differentiam, inter non vſum & deſuetudinem, quia neque per non vſum neque per deſuetudinem abrogatur lex, niſi eo modo, quo ſupra declaraui. Nec obſtat. l. de quibus. in fine. ff. de legibus ſuper qua ſe fundat, quia intelligitur, ut dictum eſt. Et contra ipſum adduco Bartolum. § & antea, in proœmio. Digeſtorum, dum formaliter dicit ſic. Quæro nunquid† per deſuetudinem tollatur lex. Et dico per deſuetudinem tolli, ſcilicet deuiando ſeu diuertendo a recto intellectu, ſed ex eo. quod vtatur, abſit a ſeculo, vt abrogetur, iſta ſunt verba Bartol. in dicto §. & antea. Non obſtat illud, quod dicit de ſatiſdatione, quia illa fuit ſublata per contrariam conſuetudinem, non per deſuetudinem, & ita uoluit Barto. in dicta authentica generaliter, dum dicit, quod fuit petita, & nunquam obtenta. Et contra ipſum, adduco ipſum in dicta authentica generaliter, vbi dicit allegando Goffred. & Alber. quod ſi illa cautio peteretur a reo deberet præſtari, quia non eſt abrogata per contrariam conſuetudinem, ſed nõ eſt in vſu, quia ſatiſdationes iſtæ non petuntur, ſed dicit Paul. de Caſtro Bartolum. dicere ſe vidiſſe peti & non obtineri. Quid poteſt dici clarius per Paul. de Caſtro contra ipſum Paulum, nam hic caſus contigit, & non fuit petita, tamen non eſt abrogata illa authenetica, quod eſt expreſſe contra illa, quæ dicit in dicta l. de quibus. Contra ipſum etiam adduco Ioann. Fabr. Inſtitut. de ſatiſda. §. ſed hodie, in principio, vbi dicit, quod ſi reus inſtaret. deberet præſtari illa ſatiſdatio. non enim lex tollitur per nõ vſum, niſi ꝺictum fuerit, vel niſi per ꝺrium
59 vſum. Et ex uerbis Ioan. Fab. colligo, quod† non eſt differentia inter non vſum & deſuetudinem, quia caſus contigit, & tamen appellat tunc deſuetudinem, ſi caſus contigit, & non fuit petita. Adduco etiam eundem Ioan. Fab. in §. ex non ſcripto. Inſti. de iu. nat. ubi in illa q. an conſuetudo tollat legem, quærit. Nunquam fuit auditum in regno Frãciæ, quod adulter puniretur pœna iuris, nunquid ſi hodie accuſaretur, debebit & poterit puniri pœna iuris. Doctores dicunt, quod

ſic,

Source : BIU Cujas

60 sic, secundum eum, vnde † desuetudo non tollit legem, nisi quando habet factum implicitum, ut quia adulter alia pœna punitus sit. Nec ob. secundum Ioan. Fab. tex. in l. ordo. ff. de public. iudic. in capitulo leges. quarta distinct. in l. prima. C. de Lati. liber. tollen. quia intelliguntur secũdum modificationem prædictam, videlicet, per desuetudinem, & factum contrarium. Contra ipsum adduco etiam Bald. in l. de quibus. ff. de legi. in versiculo modo quæritur, an ex non actibus, vbi dicit, quod si negatiua cõsuetudo potest elici ex acti
61 bus, potest præscribi, alias secus. Contra †ipsum etiam adduco Ioan. Andr. & modernos, in capitulo fin. de consuetud. in sexto, vbi quærit, quid si canonici in casu illius capitulo per longum tempus non fuerunt vsi illa consuetudine optandi, an dicatur talis consuetudo sublata, Et dicit Ioann. Andrea quod non, cum vti sit in eorum voluntate, vt in illo text. unde competit e is per viã facultatis, secus, si talis non vsus fuisset inductus propter contradictionem alterius partis impugnantis illam consuetudinem, quia tunc tolleretur illa prima consuetudo per contrariam desuerudinem obseruatam tanto tempore, quantum erat necesse ad inducendam consuetudinem, secundum Innocen. in capitulo accedentibus. de priuileg. & est pulchra glos. in capitulo cum de beneficio.
62 de præb. in sexto. Et nota, †quod est differentia inter consuetudinem, & desuetudinem, nam consuetudo est, quando fit contra legem, desuetudo, quando non vtimur aliqua lege in iure posita. Et adde notata per Bald. in l. rem non nouam. C. de iud. vbi dixit, quod si statutum dicat, quod non valeat sententia mercatorum, nisi omnes quatuor consules interssint in diffinitiua, si consuetudo obseruat trium sententiam sine quarto, dicit, quod ex quo ita est de consuetudine, derogatum est stat. & colligit ipse, quod si lege cauetur aliquid & consuetudine non habeatur, non vitiatur omissum. Contra Paul. de Castro etiam adduco Aretin. in consilio 133. in fine. Hæc sufficiant in hac quæstione contra Paul. de Castr. Si deductum fuit in iudicio, an esset consuetudo, vel non & iudex pronunciari consuetudinem esse & non fuit appellatum, & iudex non pronunciauit corruptus, nec per errorem, consuetudo, decætero seruabitur. Archidia. in capitulo frustra. octaua. distinctio. & est vnum speciale, quod res inter alios acta, alijs præiudicat, & nullus amplius de ciuitate habebit necesse probare consuetudinem, sed sufficit probare, quod in contradictorio iudicio obtentũ est, esse consuetudinem, & dicta per Archid. approbat Bald. in l. cum de consue
64 tudine. ff. de legi. Consuetudo, quæ respicit ordinem iudicij in probando, non requirit scripturam, cum hoc sit modici præiudicij, sed iud ex vocabit ad se aduocatos, & procuratores palatij, & explorabit de consuetudine. Pro quo est bonus text. in l. tertia. §. final. ff. de testibus, ita not. dicit Batol. in dicta l. de quibus. in versiculo secundo probatur consuetudo, & Ioan. Fab. Inst. de iure natura. §. ex non scripto, qui subdit,
65 †quod si iudex se ita informauit summarie, nec in scriptis redegit, & pronunciauit pro consuetudine, & fuit appellatũ quid tunc faciet iudex appellationis, Respondet, quod eodẽ modo se informabit, vt de stylo curiæ est dictum. Innocent. in capitulo cum dilectus, de ordine cogn. quod libellus fundatus secundum stylum curię consuetum, procedit, est text. in l. fin. C. de iniu. in l. instrumenta, & ibi per Angel. C. ad exhibend. Bartol. in l. prima. C. de iura. calumnia. in l. cum sentẽtiã. in l. iudex. C. de sententiis, in l. prima, ff. de edendo in l. cum proponas. C. de bon. authorit. iud. poss. in l. prima. §. in operis. ff. de operis noui nunciationi. in l. qui bona §. si alieno. ff. de damno infecto. in l. terminato. C. de fructi. & lit. expen. in authen. offeratur. C. de litis contestat. Bald. in l. ex ea.
66 ff. de postul. Ioan. † Fab. in dicto §. ex non scripto. quærit per quot testes probetur consuetudo? Respondet, per duos. l. vbi numerus. ff. de testibus. licet, secundum eum, curia Franciæ recipiat decem. Et subdit postea, quod quando testes inducuntur ad probandam consuetudinem temporis, cuius non extat memoria, debent sic deponere. Se vidisse obseruari suis temporibus, & a suis maioribus audiuisse sic obseruatum, nec audiuisse quenquam, qui aliter viderit obseruari, allegat l. si arbiter. ff. de probatio. & ego ibi addo notata per glo. & Doctor. in capitulo primo de præscript. in sexto. Bartol. in l. secunda. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arcen. Baldus. in l. conuenticulam. C. de episcopis & clericis. Canonistas in capitulo quid per nouale. de verborum significatione. Alexander consilio septimo in primo volumine. Si vero produ-
67 cuntur †testes super consuetudine minori tempore inducta, oportet quod deponant tot & tales actus, quod præsumatur scientia populi, & decursus, ex quo præsumatur animus, & alia, quæ necessaria sunt ad consuetudinem inducendam, & ideo videtur necesse, quod specificent casus, & personas, inter quas hæc viderunt, alias non posse ex eorum depositionibus deprehendi, qui sint sufficietes actus ad consensum populi præsumendum. Si tamen illi, qui producuntur, essent sapientes homines, & scirent quid est consuetudo, & dicerent se non recordari, inter quas personas viderint obseruari, nec in quibus casibus, satis essent eorum de
68 positiones admittendæ, secundum Ioannem Fabrum. †Qui etiam quęrit, quid si deponant consuetudinem esse? Videtur, quod non valeat testimonium. Nam videntur se potius iudices constituere, quam testes. ipsi enim debent deponere super actibus & expleto cursu temporis, & post iudex ex hoc discernet, an sit consuetudo, alias non valet testimonium. allegat no. per Inno. in si. in c. cum causam. de testibus. hoc tamen intelligit ipse, si vlterius fuerunt interrogati, per nota. in l. solam. C. de testibus de hoc tamen vide, quæ inferius dicentur. & idem, si deponant esse consuetudinem, & dicãt
69 causam sufficientem, deponenendo de frequẽtia actuum, & temporis cursu. Quærit †etiam, an per testes singulares probetur consuetudo, quia deponunt de frequentia actuum, & temporis transcursu singulariter, qa vnus vidit vnum, alius aliud? Et tenet, quod sic, quia omines inducuntur ad probandam consuetudinem. Sed Barto. in dicta l. de quibus. dicit, quod si vnus testis deponat de frequentia actuum, alius idẽ, tamen in causa scientiæ discordant, quia vnus dicit, quod vidit quosdam actus, alius dicit de alijs, & isti probant, quia de frequentia concordant, ad quod inducuntur. non enim inducuntur ad probationem alicuius actus singularis. Aut quilibet testis deponit de actu singulari tantum, & isti non probant. nullus enim actus est probatus, quia singularis, & de frequentia actuum non probant. Addo notata per Bart. in l. Labeo. ff. de suppel. leg. vbi notabiliter declarat, qualiter probetur communis vsus loquendi. & ibi allegat dictum Innoc. in dicto capitulo cum causam. & ponit exemplum sic. Testator habens multos equos, leganit alicui palaphrenos suos, dubitatur, quid contineatur appellatione palaphrenorum? Hoc debet declarari ex communi vsu loquendi. Ad
70 †declarandum autem communem vsum loquendi, debet sic formari articulus, secundum Bartol. quod a decem annis citra, & per ipsum tempus, communis vsus loquendi fuit in hac ciuitate, quod equus talis conditionis appelletur palaphrenus, quia ad hoc, vt communis vsus constituatur, requiritur vsus longi temporis. Et testis examinatus, debet dicere, contenta in articulo, esse vera. Interrogatus, quo modo scit, dicet, quia per dictum tempus in dicto loco audiuit, equum talis conditionis, ab omnibus tractantibus de hoc, palaphrenum vocari. Et ideo testis debet dicere, quod audiuit, quia ratio testis debet concludere id, quod per sensum corporeum comprehẽditur. l. qui testamento. in fin. ff. de testam. & ideo si testis interrogatus, quomodo scit, dicere t, quia sic dicitur, nec apponeret se audiuisse, nihil concluderet, quia nõ testificatur aliquid, quod suo sensu percipiat. Et Barto. in l. si chorus. §. primo. ff. de lega. 3. dicit, quod in pbando communem vsum loquendi, sufficit testem dicere se audiuisse a senibus. & ibi Barto. se remittit ad dicta per eũ in dicta l. Labeo. & dicta per Barto. approbat Baldus in l. 2.
71 C. si aduer. rem iud. †Et pro confirmatione prædictorum, addo not. per Barto. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstion. in illa quæstione, quomodo, probetur fama. quod testis debet interrogari, a quibus personis audiuit. Nam cum fama debeat habere originem ab honestis personis, non posset sciri, an habeat originem ab honestis personis, vel non, nisi personæ manifestentur. allegat not. per Innocent. in capit. qualiter & quando. de accusationib. adeo, quod si testis neminem nominaret, sed diceret se non recordari, non valeret testimonium eius. Et sic vult Bartol. quod debear interrogari, & Inno. in capitulo cum oportet. de accusat. vult quod non interrogatus debeat respondere, alias non probat, quia non stat in arbitrio testis iudicare, an illæ personæ sint graues, &
72 bonæ, vel fide dignæ. † Et id em tenent ibi Ioannes And. & Anto. de But. & per Abba. in dicto capitulo cum causam. de testi. vbi extollit multum theoricam Innocen. ibi, quam dicit ab omnibus approbari, quod in pceptibilibus aliquo sensu corporeo, procedit illa distinctio, an fuit testis interrogatus, an non, quia valet eius dictum, si non dicit causam non interrogatus, sed in perceptibilibus iudicio intellectus tantum, est necesse, quod reddat causam, alias non valet testimonium, etiam si non fuit interrogatus, quia de his deponere, non proprie spectat ad officium test. Istud etiam dictũ Innoc. approbat. Barto. in tract. de teste. quod tamen ibi Bar. intelligit procedere in his, quæ percipiuntur magno discursu, rationis, secus in his quæ percipiuntur facili discursu, ita quod veniant per sensum corporis ad intelligentiam faciliter, & valde supinus esset, qui non intelligeret. & ista dicta Bart. refert & sequitur Abb. in dicto capitulo cum causam.
73 †In oppido Astensi in territorio Paduano prætor nouus fecit edictum, quod nemo deferret arma sub certa pœna. Qui

Source : BIU Cujas

dam, qui venit nouiter ad illum locum, fuit inuentus cum armis,& ab officiali fuit captus,& ductus ad carcerem. Procurator,qui habuerat ab illo vnum florenum,coram præto te defendebat illum, quia erat forensis, & ignorabat tale edictum positum per prætorem,& quod non traxerat ibi tã tam moram, quod verisimiliter potuisset ad eius notitiam peruenisse. Ego autem,qui cum prætore ipso sedebam in lo co publico,dixi, quod ipse commiserat rem prohibitam secundum generalem consuetudinem Italię,quia generaliter est prohibitum,ne arma deferantur, & ideo non potest allegare ignorantiam ad sui excusationem. Allegaui notat.per Bartol.in dicta l.de quibus ff. de legi. in versiculo item,quæro,nunquid liget forenses,&c.& Bartol.in l.final. §. licet. ff. de publica.vbi dixit, quod cum communiter per omnes ciuitates Italiæ, sint statuta de armis non portandis, & de frumento non extrahendo, non excusantur forenses, & solent talia statuta sæpe publicari,& per Bartol. in l.cunctos populos.C.de summa trinit.& fide catholi.& Paul.de Castr.in dicto §.licet.† vbi dicit,quod non licet forensibus ignorare sta 74 tutum loci de gabellis soluendis,& hoc ideo,quia istæ gabellæ quasi vbicunque soluuntur, ideo sunt in culpa non inuestigando,& not. per Bald. in l.data opera. C. qui accusa. non possunt, vbi not. dicit, quod ignorantia non excusat a pœna, licet delinquens erranerit, quia non credebat esse tam magnam pœnam.allegat dicta l.final. §.licet. ff.de publica. Nam qui credit vel credere debuit delinquere, implicite in omnem pœnam consensisse videtur.l.prima. §. bestias. ff.de postu.& dixit Bald.hoc procedere in faciente, sed in nihil faciente excusat ignorantia.l.final.ff.de decret.ab ord. fac.con sului tamen ipsi prætori, quod in aliquo minueret pœnam, & ita fuit factum,quia Barto.in dicta l.de quibus.dicit,quod non licet allegare ignorantiam ad totalem excusationem, & pro ipso allego bonum text.in l.final. §.diui.ff.de publica. Addo etiam ad prædicta Bald. in l.venia. C.de in ius vocando vbi notabiliter loquitur,& in l. cunctos populos. in ver- 75 siculo circa maleficium. C.de summa trinitate.† Consuetudo est in ciuitate Venetiarum, quod valeat testamentum factum coram duobus testibus,ibi erat quidam cõciuis meus, qui grauiter infirmabatur in vno hospitio, fecit me vocari, & interrogauit, quia volebat facere testamentum,an deberet testari secundum consuetudinem illius ciuitatis, an secundum ius commune, secundum quod requiruntur septẽ testes in testamento,& si testaretur illo modo,an suum testamentum valeret. Et ego prima fronte dubitaui, & mouebàr tali ratione. Statuta, sunt ius proprium ipsius ciuitatis, l.omnes populi. ff. de iustitia & iure. ergo non porrigitur ad extraneos. Et tandem memoria percurrens, inueni ea, quæ faciebant ad decisionem huius casus, & dixi, si consuetudo est simpliciter & indefinita, & non restricta ad ciues,porrigitur etiam ad forenses facientes ibi testamentum, quia quæ concernunt voluntariam iurisdictionem, comprehendunt etiam extraneos.l.prima C. de emanci. libe.& ista est decisio Bartol. dicta l.de quibus. ff.de legibus. Et idem voluit ipse in l.qui a latronibus. in fin. principij. ff. de testament. vbi hoc singulariter limitat, non procedere in illo', qui vellet testari in ciuitatibus hostium populi Romani, puta apud Turcas, quia perdiderunt ea, quæ iuris ciuilis sunt.nec possunt facere testamentum secundum consuetudinem ipsorum, cum 76 testamenti factio sit iuris ciuilis.l.tertia. ff.de testament. † Et ideo Christianus,qui est apud Turcas, debet facere testamẽtum secundum ius commune, vel secundum consuetudinem ciuitatis suæ, secundum Bartol. Sed istud dictum Bartol. non videtur verum, quia apud Barbaros est ius gentium, quod est generale & æquissimum, & ideo si Christianus facit testamentum apud illos coram duobus testibus, videtur,quod valeat Et refert Bald.in l.ins ciuile. ff.de iustitia & iure ita consuluisse, ad idem allego Bald.in l. secunda. C. quemadmodum.testament.ape. vbi dicit, quod de facto fuit consultus super quodam testamento cuiusdam mercatoris de Ancona, facto in terris Soldani Babyloniæ dicit Baldus, quod testamentum valebat, factum secundum merum ius gentium, quod præsumitur ibi vigere, nisi contrarium probetur, cum tale ius etiam sit apud ipsos. Nam istud ius gentium est bonum & æquum, ergo seruandum, & ibi facit mentionem de dicto Bartol. in l.qui a latronibus, & dicit, quod Bartolus loquitur in hostibus Imperij Romani, quorum consuetudo non est consuetudo,neque eorum statuta, sunt statuta, & ideo non sequenda, authentica nauigia.C.de furit. vnde testamentum,quod fieret secundum eorum consuetudinem, non valeret. Et idem videtur sentire. Bald.in rub.ff.de rer.diuis.in 4.colum.Paul.de Cast. in d.l.2. facit mentionem de Bart.& Bal.nec videtur se firmare. Tamen potest dici, quod tenet opinionem Baldi. postquam illam vltimo loco recitat, nec impugnat, arg.eorum,quæha bentur per gl.in l.qui filium. §.Sabinus. ff.ad Trebel. & per Bald.in authen.ex testamẽto. C.de collotion.Et istas opiniones retulit etiam idem Paul.de Cast.in l.nutritoribus.C.cõmun. de succeff.puta opinionem Barto. procedere,quando ibi esset aliqua consuetudo in testando, Sed vbi solum ibi vigeret ius gentium,& testamentum esset factum secundũ merum ius gentium, valeret. & ita procedat opinio Baldi, quam videtur sequi Paul.de Cast.in quæst. 1.Addo Spec.qui se non firmat,in tit.de instru.edi. §. compendiosę.versi quid 77 de consuetudine.† Coram quodam iudice in palatio Paduę contendebatur inter duos de hoc casu, me superueniente. nam emptor equi,petebat a venditore sellam, venditor.negabat se esse obtigatum, procurator emptoris,allegabat cõ suetudinem ita esse, & offerebat se probaturum, & petebat terminum ad hoc probãdum. Ego autem dixi,quid est opus ire per mendicata suffragia,volo allegare decisionem iuris, quod sit obligatus,licet Bart.in l. de quibus. ff. de legi.in lectu.alleget ita esse de consuetudine. & adduco Bart.in l. eũ, qui.§. non solum. ff. .de fur it in l .si vt certo.§.vsqueadeo.ff. commodati. & ueniunt etiam ea ornamenta, quæ erant in equo tempore venditionis, & ante per duos dies. Text. est singula. in l.ædiles.§. vendendi.ff.de ædili. edic.& Bald.in l. 2.C.de ędil.actio.dicit,quod cum venditor ostendit equum ornatum,debet tradere ornamenta.Illud enim venit in cõtractu in dubio, quod tempore contractus ostenditur.allegat d.§.vendendi.Et Bald.in d.l.ædiles dicit,quod qui ostendit equum cum ornamentis, debet ipsum tradere cum illis,quia videtur venditus cum omnibus,quibus monstratus est.Quod limitat singulariter Paul.de Cast. in d.§.vsq, adeo, nisi talia ornamenta haberent arma ipsius venditoris, quia illa concernunt personam suam, nec esset decens,quod ad alium transferentur.Et illud,quod dicit Bartol.in dicta l. de quibus, posset procedere, etiam si equus non ostendatur 78 cum sella † Legi semel quoddam instrumentum, quod nõ habebat omnes solemnitates a iure inductas,de quibus per Speculat.in titulo de instrumen. editio. §. primo, versiculo post nomen,& in §.instrumentum. uersiculo quid si locus. per Baldum in l.contractus,in l.comparationes C.de fide instrumentorum,l.optimam, C.de contrahen. & commit. stipulatio.per Petrum de Ancharano in capitulo abbate.de re iudicat. in sexto, per Ioannem Andream in cap.inter dilectos,de fide instrumentorum,per Bartol.in l.libellorum, ff. de accus.per Bald.institutio.de public.iudi.in princip per gl. in l.generali, C.de tabul.libro decimo,in l,prima, §. editiones, ff.de eden.est tex.in l. secunda, §.diem. ff.quemadmod. testam.aper. & dum dixissem tale instrumentum non ualere,respondit mihi procurator ille, qui habebat tale instrumentum. Ita est consuetudo, quod talia Instrumenta stant absque illa iuris solennitate, tunc dixi verum esse,quod talis consuetudo valeat. & ille procurator voluit in scriptis habere aliqua ad hoc propositum,& sibi dedi.allegaui Baldum in dicta l. de quib. de legi. in versiculo item quæritur 79 exactibus minus sollennibus.† Nam nomen consulis est necesse apponi de iure, tamen quia non est de consuetudine,,valet iustrumentum. & mirum est, quod Baldus non allegauit tex.in capitu.cum dilectus.de fide instramẽtorum, vbi expresse dicitur quod consuetudo loci facit instrumentum authenticum, quod alias non esset. Item consuetudo dat alicui iurisdictionem,qui alias non haberet.capitulo dilecti.de arbitris.capitulo cum contingat,de fore competenti.l.prima.C de emancip.libe. Et consuetudo facit aliquem illegitimum, qui alias est legitimus ad promotionem. capitulo cum olim. de clericis coninga. & notat Abbas ex dicto capitulo cum dilectus, quod valet consuetudo, disponens circa solennitatem alicuius actus, etiam Principi reseruati.capitulo super quibusdam. de verbo. sign.† Nam,vt 80 habetur in dicto capitulo cum dilectus.consuetudo potest dare alicui potestatẽ tabellionatus. licet tex.ille loquatur in rege, idem tamen est in alia persona inferiori. quod per illũ text.tenet Io. An.in capitulo seculares. de foro com.in 6. in nouel. ad.idem Bartol. in.l. si seruus communis.ff.de stipu. ser. vbi per tex. in dicto capitulo cum dilectus. dixit vnum, quod est multum singulare,quod iudex potest scribere acta & eis fides adhibetur,si hoc habet consuetudo, quod est singulare pro limitatione capituli quoniam contra. de proba. Et valet consuetudo, quod credatur instrumento Notarij sine testium subscriptione.dictum est singulare Inno.& Host. quos sequitur Abb. in dicto capitu. cum dilectus.& pulchre loquitur Oldr.consilio 95. vbi dicit,quod consuetudo detrahit etiam instrumento. quod sic probat, Regulariter quod potest in vnum oppositorum, potest etiam in reliquum. l. is, qui hæres. in prin. l. is potest. ff. de aquirenda hæreditate. 81 † sed consuetudo facit instrumentum, quod non est alias de iure sufficiens ad probandum,esse sufficiens, dicto cap. cum dilectus.

Source : BIU Cujas

dilectus. Ergo etiam detrahit fidei instrumenti. in talibus enim locorum consuetudo attenditur. l. finali. C. de testamentis. & allego singularem gl. in Authent. vt præpona. nomen Impe. in verb. authore. quæ voluit, quod postquam de consuetudine apponuntur anni Incarnationis Dominicæ in instrumentis, si non apponerentur instrō non valeret. quā gl. dicit ordinariam. Bald. in dic. l. de quibus, & Abbas dicit singula in proœmio Gregoriano, quod omissio solennitatis ex sola consuetudine inductę, habet vitiare actum.

SVMMARIVM.

1 *Prælato inferiori interdicendi ciuitatem potestas concedi potest à consuetudine.*
2 *Laicorum consuetudo, quod res ecclesiæ possint vendi sine solennitate a iure requisita, an valeat.*
3 *Consuetudinem creare, est iurisdictionis.*
4 *Emphyteuticandi consuetudo si qua est in ecclesia, illa seruari debet.*
5 *Prælatus potest consensum capituli præscribere.*
6 *Consuetudo valet, quod fratres Prædicatores possint bona accipere, & vēdere pro necessitatibus suis.*
7 *Consuetudo generalis ordinis Prædicatorum, potest derogare constitutioni eorum in his, quæ non sunt de genere nec natura prohibitorum.*
8 *Consuetudo an valeat, quod fratres Prædicatores in venditionibus non possint retinere proprium, nec requirantur solennitates necessariæ in alienatione rerum ecclesiæ.*
Et consuetudinis vis.
9 *Consuetudo dat mandatum.*
10 *Monacho ius testandi an possit consuetudo, tribuere.*
Et infra, an valeat consuetudo, quod quæstio iuris, sine iudiciario ordine decidi possit.
11 *Consuetudo tribus modis accipitur.*
12 *Consuetudo contra legem, an valeat.*
13 *Stylus, quid.*
Quid item respitiat.
Et quid etiam spectet consuetudo.
14 *Consuetudo an inducatur, si intra decem annos plures proferantur sententiæ, nec appareat an executioni fuerint mandatæ.*
15 *Consuetudo an inducatur ex sententijs emologatis.*
16 *Doctori alleganti consuetudinem, an credatur, nulla alia adhibita probatione.*
17 *Consuetudo probatur, quando probatur illud ex quo illa manat.*
18 *Consuetudo quando probetur per acta extraiudicialia.*
19 *Testibus dicentibus ita esse consuetudinem, nec quid vltra adferentibus, an probata sit consuetudo.*
20 *Stipulatio, an sit probata, si aduocatus productus in testē, dicat. Promisit per stipulationem.*
21 *Consuetudine seu statutis locorum qui ligentur.*
22 *Forenses non possunt iure cogi ad munia personalia.*
23 *Consuetudine potest induci, vt fides detur libris canonicorum super concessione in emphyteusim, vel solutione pensionum.*
24 *Ad ius commune recurrendum est, vbi quid vario modo obseruatum est.*
25 *Prælatus iuri per consuetudinem acquisito, per vnum vel plures actus contrarios renunciare non videtur.*
26 *Consuetudinibus prauis extirpandis celeritas adhibenda est.*
27 *Consuetudinis irrationabilitas, etiam diu obseruata, non toleranda.*
28 *A vicario generali, quando appelletur ad ipsum episcopum.*
Et quando præterea num 29.
30 *Episcopus si delegauit causam vni canonico, qui tulit sententiam, a qua est appellatum ad vicarium, an appellatio teneat.*
31 *Episcopi delegatus si recusetur, suspicio coram episcopo pro banda est.*
32 *Laicus actum spiritualem præscribere non potest, quantocunque tempore illum exercuerit.*
33 *Romanæ ecclesiæ consuetudo vbique seruanda est, in articulis fidei, & Sacramentis ecclesiæ.*
34 *Romanæ ecclesiæ consuetudo vbicunque disponit super modo iudicandi & procedendi, si disponit super interpretando iure dubio illa debet vbique seruari.*
35 *Lex quando contrariam consuetudinem reuocat, an contra eam possit noua consuetudo induci.*
36 *Papæ reseruata, an præscriptione seu consuetudine sine eius scientia acquiri possint.*
37 *Insignia pontificalia an possint consuetudine vel præscriptione quæri per inferiorem prælatum episcopo.*
38 *Consuetudo dat licentiam vtendi rebus alienis dato precio.*
39 *Notarius debet conficere instrumentum secundum clausulas consuetas.*
40 *Consuetudo dat verbis significatum.*
41 *Consuetudo citandi in alieno territorio, valet.*
42 *Consuetudo etiam iniqua, excusat a pœna temporali.*
43 *Consuetudo pœnalis extenditur de similibus ad similia.*
44 *Consuetudo disponere potest, quod res inter alios acta, prosit alteri.*
45 *Consuetudo vocem præstat in electione Imperatoris.*
Et consuetudinis authoritas in pascuis molendinis, pontibus & aquarum commoditatibus.
46 *Consuetudo solo temporis cursu confirmatur.*
47 *Consuetudo dat modum clericis in deferendis vestibus etiam pretiosis.*
Item dat & potestatem delegandi.

Sectio. V.

1 Et potest †inferiori prælato cōsuetudo tribuere potestatem interdicendi aliquam ciuitatē. glo. est no. in c. dilectus. in ver. interdictum. de appel. Non valet tamen consuetudo diminuens solennitatem introductam in alienatione rerum ecclesiæ. glo. est no. c. cum causā de re iu. Sed quod valeat talis consuetudo. allego glo. in l. diuturna. ff. de legibus. in authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccle. in rubr. C. quę sit lon. consuet. Sed istas glo. reprobat Barto. in d. auth. hoc ius porrectum. Pau. de Cast. in d. l. de quibus. dicit, quod in his, quæ non concernunt dānum ecclesię, puta in corrigendis excessibus, vel similibus, potest præscribi, quod prælatus sine capitulo, & econuerso, possit actum genere, licet de iure requiratur consensus vtriusque. allegat c. ea noscitur. de his, quæ fi. a prela. c. 3. de cons. in 6. In his vero, quæ possunt concernere damnum ecclesiæ, vt in alienatione bonorum immobilium, non potest inducі per consuetudinem, quod vnus sine altero possit, nec etiā quod ex causa a iure non approbata possit. Et istud dubium
2 erat respectu consuetudinis clericorum. † Sed consuetudo laicorum indistincte non valet, quod res ecclesiæ possint vēdi sine solennitate a iure requisita, quia non habent potestatem disponendi de ipsis. c. ecclesia sanctę Mariæ. de constitu. secundum Pau. de Cast. in d. l. de quibus. in fi. Bal. autem in d. authen. hoc ius porrectum dicit sic, quod aut consuetudo disponit super iure personæ. puta quod posset, irrequisito capitulo, alienare, & non valet ista consuetudo. c. cum causā. de re iudicata. aut disponit super iure causæ, puta pro quacunque leui causa posset alienare, donare, & similiter non valet. Aut disponit super iure solennitatis vel formæ, & tūc refert, an omissio formæ possit esse damnosa ecclesiæ, puta omissio tractatus, & non valet. d. capitulo cum causam, in ratione sui. Aut omisio formæ non est damnosa ecclesiæ, & tunc potest, vnde multa sunt de forma, quæ non sunt approbata de consuetudine, vt notatur in capitulo dudum, de rebus eccles non alienan. in sexto. Vnde si consuetudo habet, quod sufficiat singularis consensus cum expressione nominis singulorum, ita quod ecclesiæ per hoc non accrescat, vēl decrescat a liquid, valet consuetudo, allegat Archi. in capitulo sine exceptione. 12 quæstio. 2. Abb. in dicto capitulo, cum causam, dicit ex intentione Ioannis Andreæ quod consuetudo potest adere solennitates, sed non diminuere solennitates inductas a iure, quod dicit esse notabile, & idem dicit ipse in capitulo nulli, de rebus ecclesię nō alienan. Bald. in d. capitulo cum causam, loquitur de consuetudine laicorum, quod non valet in rebus ecclesiæ, quia non habent iurisdictionem in rebus ecclesiæ. Et sicut facere statu
3 ta est iurisdictionis, ita facere siue creare consuetudinē. † Et subdit, quod non valet statutum nec consuetudo laicorum in his, quæ legantur pauperibus in genere, quæ derogant iuribus eorum. Bald. in rubri. C. quæ sit longa consuetud. dicit quod non dicitur consuetudo, sed potius corruptela, quod clerici vendant sine solennitate Paul. de Castr. in l etiam. ff. solu. matrimo. videtur approbare glo. in d. l. diuturna. quod valeat consuetudo clericorum in rebus ecclesiasticis alienandis. Et si Paul. de Cast. vult intelligere illam glos. de solennitate a iure inducta, nō bene dicit. sed in casu, quem ponit ibi, forte posset hoc induci consuetudine, videlicet de cō cedendo. in emphyteusim, etiam in extraneos hæredes. Et circa hoc nota. loquitur Bal. in authen. si quas ruinas. in prin
4 cip.. C. de sacrosan. eccles. † Dicit enim, quod si in ecclesia est certa consuetudo emphyteuticandi, illa consuetudo debet obseruari. vnde si est consuetudo concedendi in tertiā generationem masculinam, non potest transire in fœminā quia a consuetudine non est recedendum. de quo etiam p Bald. in authen. qui rem. C. de sacrosan. eccle. & subdit Bald. in d. auth. si quas ruinas. quod si simpliciter sit facta concessio, videtur facta secundum formam consuetam, & personę consuetæ tacite intelligūtur & includuntur, argumento. l. li
5 cet. C. locati. †Bal. tamen in c. 1. in prin. qui feu. dare pos. videtur uelle, quod prelatus possit præscribere consensum capituli. & videtur approbare glo. in auth. hoc ius porrectum. Sed potest saluari in his, quæ habentur in. c. 3. de consuetu. in 6. in c. ea noscitur. de his, quæ fiunt a præla. & ego allego gl. sing. in Cle. fi. de rebus eccle. non alien. quæ vult, quod talis solennitas sit impōscriptibilis. Hoc aūt limitat Bal. in auth.
6 si qua mulier, C. de sacrosan. eccle. dicens, †q̄ si cōsuetudo est, q̄ fratres Prædicatores possit accipere bona & vendere pro necessitatibus eorum, quia volunt viuere, quod poterūt

Source : BIU Cujas

vendere,non ſeruata ſolennitate,quia vendunt ex neceſſita te eorum ſtatus,nam poſſidere,repugnat,eorum ſtatui. Si au tem,dicit,Bal.non apparet de conſuetudine,ipſi nō poſſunt
7 petere bona ingredientium,nec ſuccedere per aliquam vni uerſalem ſucceſſionem.Ex quibus infert,quod generalis cō ſuetudo ordinis.Prædicatorum,poteſt derogare conſtitutio ni eorum in his,quæ non ſunt de genere nec natura prohibi torum,nec eorum tranſgreſſio inducit peccatum.Item vo luit Bald.quod conſtitutiones ipſorum, poſſint limitari per conſuetudinem,in authen.ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccleſ. circa principio.Et† quod in venditionibus,quas faciunt fra-
8 tres prædicatores,qui non poſſunt retinere proprium,nō re quirantur ſolennitates , quæ requiruntur in alienatione re rum eccleſiæ,tenuit etiam Bald.in dicto capitulo cum cauſam,de re iudic.& dicta authent.hoc ius porrectum,in ultima columna.Nota etiam, quod Bald in dicto capitulo primo,qui feu.da.poſſ. allegat quædam pulchra de conſuetudi ne,dicit enim,quod conſuetudo habet vim decreti. allegat text.& glo.in §.fi.in Auth. de vſur.nauti. Item tenaciter obſeruata,habet vim iuſtitiæ,& dat iuriſdictionem.l.uiros. C.
9 de diuer.oſſic.lib. 12.† Conſuetudo dat mandatum.l.nulli ff.quod cuiuſque vniuerſitat.nomi.Item conſuetudo dat iu riſdictionem.arbitris.allegat dictum Inno. in capitulo cum ab eccleſiarum prælatis de off.ord. Addo etiam Bal.in dicta authent.ingreſſi. in princip. C.de ſacroſanct. eccleſ.qui voluit, quod conſuetudo poteſt conferre filiofamilias ius teſtandi.Et valet conſuetudo in omnibus, quæ ſunt de iure po
10 ſitiuo,allegat not. per Inno.in capitulo.Raynutius,de teſtament.†non poteſt tamen cōſuetudo tribuere Monacho ius teſtandi,ſecundum Bal. quia repugnat regulæ,& regula nō poteſt mutarl,licet conſtitutiones poſſint mutari. Bene poteſt Papa concedere Monacho poteſtatem teſtandi,dictum eſt Baldi in l.final.C.vnde legiti. in verſi. & prædicta faciunt ad quæſtionem. vbi notabiliter dicit,quod talis licentia teſtandi extenditur ad teſtamentum antea conditum. & idē ponit Alex.in l.& militibus.C.de teſtam.milit..quando Papa dedit licentiamCardinali teſtandi de reditibus beneficio
18 rum,quod extendatur etiam ad teſtamentum antea conditum. Dum duo contenderent coram iudice me præſente , an valeret vna conſuetudo, tunc dixi, Volo allegare vobis vnum dictum Inno.in capituio cum inter de conſuet.quod cum iſta ſit quæſtio iuris,an valeat conſuetudo vel non,talis quæſtio dirimi poteſt ſine ordine iudiciario.& iſtud dictū multum not.Bal.in l.de quibus.ff.de legibus,qui dicit idem, vbicunque eſt quæſtio de viribus vel intellectu alicuius con
11 ſtitutionis,& iſtud dictum placuit multum iudici.†Et nota, quod conſuetudo accipitur tribus modis. Primo modo,pro aſſuefactione hominis,& tunc eſt factum.l. vel vniuerſorū. ff.de pignor.actio.l.ſi ſeruus plurium.§ fin.ff.de legat.primo quæ conſuetudo accidit etiam in animalibus.§.apum.Inſti. de rerum diuiſio. & ex iſto facto oritur iuris diſpoſitio, & de rerū diuiſio. & ex iſto facto oritur iuris diſpoſitio. & de hoc non loquimur in hac materia. Secundo modo accipitur cō ſuetndo pro facto plurium perſonarum, & iſtud appellatur vſus ſeu mos, & iſtud ſimiliter dicitur eſſe facti, quod debet probari. l. prima. C. quæ ſit longa conſuetudo. Tertio modo accipitur conſuetudo pro iure , quod reſultat ex uſu & moribus plurium perſonarum, & ſic nos loquimur de hac conſuetudine. Quæ etiam poteſt aliter definiri, ut definit Bartolus in repetitio. l. de quibus. ff. de legibus.quod conſuetudo eſt ius quoddam , moribus inſtitutum quod
12 pro lege ſuſcipitur, cum deficit lex. Et nota.† dum dicitur,cum deficit lex, vt oſtendat non valere conſuetudinem a lege reprobatam. Nam aut conſuetudo eſt in caſu a lege non deciſo, & tunc deficit lex, aut a lege deciſo, tunc ſiquidē lex nō reſiſtit conſuet.valet cōſuet.& tunc improprie dī, quod deficit lex,quæ per conſuetudinem abrogatur,vel generaliter, vel ſpecialiter, aut lex reſiſtit conſuetudini,& tūc lex non deficit,nec conſuetudo valet, ſecundum Bart.in re-
13 pe.l.de quibus.ff.de legi. Et no. †ſecundum Bart.in d.repetitione, quod ſtylus appellatur conſuetudo qui reſpicit ordinem loquendi, ſcribendi, vel procedendi, conſuetudo eſt,q̄ reſpicit deciſionem. Dictum eſt ſupra, quod recte dicitur cō ſuetudo præſcripta, contra Petrum. Addo Bar.in d.repet. q̄ dicit,quod quædam ſunt iure inducta & diſpoſita,quæ præſcriptione tolluntur, ꝛc in alium transferuntur, vt patet in præſcriptione alicuius dominij rei. Quædam ſunt iure non inducta, ſed præſcriptione inducūtur,vt apparet in præſcriptione ſeruitutis. Item in conſuetudine præſcribenda inducitur ius, merito poteſt dici conſuetudo præſcripta. Quærit
14 Bart. quid ſi proferantur plures ſententiæ intra decem annos,nec apparet,an ſint executioni demandatæ?Et Bart.ponit quoſdam caſus.quorum primus eſt, Si non fuerunt mandatæ,quia pars tacuit,& neglexit,nihilominus inducitur ꝙ-

ſuetudo.Secundus caſus eſt, ſi non ſunt mandatæ executioni,quia non potuit, quia aut ſententia erat nula,aut reſciſſa per appellationem,& non inducitur conſuetudo.Teritus caſus eſt,ſi fuit petita reſtitutio in integrum propter iniquitatem ſententiæ, & fuit conceſſa,& nō inducitur conſuetudo. Secus,ſi fauore perſonæ. Et concludit Bar.in dicta repet. quod ita demum ex ſententijs nulla inducatur conſuetudo,
15 ſi fuerunt executioni mandatæ,Et licet†ſit tactum ſupra de ſententijs arbitrorum, ſcias quod Bart. in dicta repet. tenet, quod ſi ex ſententijs emologatis oriatur actio, & tūc inducitur conſuetudo,ſecundum Gul.de Cu. Sed dicit Bar. etiam ſi non oriatur actio , inducitut conſuerudo,ſicut ex contra-
16 ctibus extraiud icialibus.Et not.† quod in dicta l.de quibus in repetitione tenet Bar. quod credatur Doctori excellenti, alleganti conſuetudinem,nec eſt opus alia probatione.allegat gl.in l.dos a patre profecta.C.ſol.ma. Tamen communiter tenetur contrarium, vt probat Alex. in l. poſt mortem. ff.ſol.mat.dicens, quod vox mortua,non poteſt inducere cō ſuetudinem, quæ eſt quid facti. Et concludit, quod etiam ſi eſſent plures, non crederetur eis,niſi aliter probetur illud qđ eſt facti.& allegat Bal. in l.ſi is,qui. §.1.in lectura antiqua,ff. de pignorib.in l.cōſentaneum. C.quomodo & quando iud. & reſpondet ad allegata in contrarium, quia loquuntur in dubiis iuris , non facti, licet moderni in c. eccleſiaſticarum. 11.diſtin.teneant opi.Bart.de quo etiam per Imo.in l.1.§.nūciatio.ff.de ope.no. nun. & voluit quod ſaltem requirantur
17 duo.Probatur†etiam conſuetudo , ſecundum Bart.quando probatur illud,ex quo reſultat conſuetudo.Exempli gratia, producuntur duæ ſententiæ latæ intra decem annos,in quibus tota hæreditas eſt adiudicata primogenito, licet non ſit ſcriptum in ſententia,ꝙ talis conſuetudo ſit probata cōſuetudo,nec eſt neceſſe,quod probetur maiorem partem populi hoc ſciuiſſe,quia preſumitur.Nam cū ſententia diffinitiua feratur cum magno cōflictu , præſumitur quod maior pars pop.ſciuerit,vel ſaltē maior pars ꝙſiliariorū, q̄ totū pop.repſentant,& qui conuerſantur in palatiis. Et eadem ratione di
18 cit de interlocutoriis.Quandoque†ſecundum Barto. probatur conſuetudo per acta extraiudicialia, quando tractatur quæ ſit conſuetudo contrahendi,& tunc per inſtrumenta probatur.l.quod ſi nolit.§.quia aſſidua.ff.de ædil. edic.l.ſem per in ſtipulationibus.ff.de regu iur.credit. tamen Bar.quod tūc requirātur tot actus,ex quibus.veriſimiliter colligatur tacitus conſenſus populi.Acta enim extraiudicialia non ita innoteſcunt,ſicut iudicialia. l.in donationibus . C.de don.l.
19 omnium.C.de teſta. Et quia Bart.tangit, †quod ſi teſtes dicant,quod ita erat conſuetudo,nec vltra dicant, an ſit probata conſuetudo, Et diſtinguit Bar.quod aut illi, qui ſic deponunt,ſunt homines periti,vt aduocati, vel boni procuratores,& tunc valet dictum eorum,quia peritis in arte credē dum eſt,ſecundum doctrinam eorum.l.prima.in principio. ff.de vent.inſpicien. Aut ſunt homines imperiti,& vidētur. dixiſſe de facto,quod talis eſt uſus, argument. eorum, quæ notantur in l.ſtipulatio iſta.§.hi quodque. ff.de verbor. obligationibus.Vtrum autem ex tali vſu reſultet conſuetudo , prout eſt ad propoſitum, remanet in examinatione iudicis, conſideratis his,quæ dicuntur in materia conſuetudinis,ſed contra iſtam diſtinctionem Barto.allego nota. per eundem Barto.in l.prima.C.de vſuris.in l.ſciendum. ff.de verborum
20 obligationibus.vbi† dicit, quod licet aduocatus productus in teſtem, dicat quod talis promiſit per ſtipulationem,tamē propter hoc non eſt probata ſtipulatio, ſed debet dicere.promiſit pręcedente interrogatione tali, & tunc iudex præſumet ſtipulationem, non enim pertinet ad teſtes iudicare.Et quod tales teſtes non probent conſuetudinem, niſi deponant de facto,ex quo reſultet probatio conſuetudinis , probatur ſic,Quia cum conſuetudo ſit ius , quamuis reſultet ex facto,percipitur magis iudicio iuris, quam ſenſu corporeo, non poteſt valere dictum eorum , niſi cauſam ſui dicti aſſignent,quam aſſignare debent concludenter, etiam non interrogati,alias non probant. Et hoc facit contra dictum Io. Fab.de quo ſupra, ſicut cum deponunt aliquem eſſe dominum,niſi dicant per quem modum, vt notatur in l.ſolam.C. de teſti.Et ideo ſingulariter dixit Inno.in capitulo,cum cauſam.de teſtibus.quod quando tale quid eſt probandum , qđ non eſt obiectum ſenſus & intellectus, non creditur teſti,niſi per cauſas facti,quas aſſignat,conſtet ipſum ſcire, alias teſtimonium eius excedit notiſſimos terminos officii teſtis,& efficitur altioris inquiſitionis,id eſt,tranſcendentis ad rationem intellectus,quæ ratio dicitur potius iudicium,quam teſtimonium.& iſta ſunt pulchra dicta Bal.in l.ſolam.in prin-
21 cipio.C.de teſti.Quæritur,†quos ligent conſuetudo vel ſtatuta locorum, Reſpondet Bart.in d. repet. in fi. quod ſi ſtatuta ſunt prohibitiua,reſpectu ſolennitatis, vt non poſſit quis facere teſtamentum,niſi ſint duo Notarii,& ſimilia,& tunc ſu

bie-

Source : BIU Cujas

biectos non ligat extra territorium. quia in solēnitate actus semper debet inspici locus, vbi agitur. Si autē statuta sunt prohibitiua in rem, id est, respectu rei, ut quia prohibet rem alienari, etiam extra territorium non poterit alienari, quia prohibitio legis afficit rem, quæ est in eius territorio, vt notatur in l. ea lege. C. de condictio, ob cau. Si autem prohibitio respicit personam seu actum personæ, vt quod minor 20. annis non possit facere testamentum, etiam ille minor extra territorium non poterit facere testamentum secundū Bart. adducit, quia ille. cui a iudice est bonis interdictum generaliter, illa interdictio extendit effectum suum vbique. ut in l. is, cui. ff. de testa. eadem ratione ista interdictio specia
22 lis, Tu scis, †quod forenses non possunt cogi de iure ad munera personalia, l. rescripto. in fin. ff. de mune. & hono. tamē si de consuetudine antiqua obseruatum est, quod possunt cogi. & ideo eis poterit indici onus custodiæ. Bartol. per illum tex. in l. 1. C. de auro coronario. lib. x. Et ideo caueant Scholares. qui licet ad onera personalia cogi non possint, l. prim. C. de profess. & medi. lib. 11. tamen si de consuetudine im-
23 ponuntur, poterunt cogi. Potest †consuetudo disponere, qđ credatur libro canonicorum super cōcessione in emphyteosim, & solutione pensionum. Bal. in l. exemplo. C. de proba. in rub. C. de fide instrum. in vlti. col. in c. cū causam. de pro-
24 ba. Alex. in consi. 124. in 5. uolu. Quando † aliquid est vario modo obseruatum, tunc recurrendum est ad ius commune Barto. in l. 2. in fi. prin. ff. sol. mat. vbi ponit, quando in ciuitate consiciuntur. instrumenta uario modo, tūc propter tales diuersitates, recurrendum est ad ius commune, & hoc dictū Bartol. adducit Ale. in consi. 126. in fi. in 5. uolum. quod si in aliquibus. nstrumentis reperiatur apposita aliqua clausula. in aliquibus non. tunc standum est iuri communi, secūdum quod talis clausula non intelligitur tacite in contractibus,
25 Quando ecclesiæ est aliquid vtiliter acquisitum vigore consuetudinis diu seruatæ per eam, non videtur prelatus per unum vel plures actus contrarios voluisse renuntiare illi iuri acquisito ex tali consuetudine. & quia etiam si expresse vellet prælatus renuntiare, non posset, etiam si interuenisset capitulum. dictum est notabile Inno. in c. accedentibus. de priuileg. secundum Alex. in consi. 5. in 5. uolum. In extir-
26 pandis †consuetudinibus malis, est opus celeritate. pulcher est tex. in c. sacratas. 22. distin. & ibi reprobatur consuetūdo, quod Moniales etiam sacra tæ tangant vasa sacra. vel ponāt
27 incensum in altari. Et irrationabilitas ipsius consuetudinis non toleratur, quantocunque tempore fuerit pro rationabili obseruata, etiam si non sit memoria in contrarium. tex. est iuncta gl. in c. non putamus. de consuet. in 6. Ex quo tex. colligitur, quod non valet consuetudo. quod quis possit iudicare in causa propria ut in l. 1. C. ne quis in sua cā iudicet. Et nō omittam hoc in loco aliqua circa materiam illius. c. non pu-
28 tamus. est igitur †notandū, quod non prdcedit tex. ille, vbicunque vicarius generalis episcopi conferret aliquod beneficium ex permissione episcopi, tunc a tali collatione appellaretur ad episcopum, vel si episcopus specialiter committeret aliquod negocium ipsi vicario, quia tunc appellatur ad ipsum episcopum, vt not. glo. in d. capitulo non putamus. in in verb. officiali. & ibi per Doct. & dominos de Rota decisione 371. quę incipit, item si episcopus. illam tamen glo. limitat Dominicus ibi notabiliter, nisi talis delegatio esset facta in fraudem, quæ probatur ex coniecturis, puta vt non appellet ad archiepiscopum, quia tunc non appellatur ad episcopum delegantem, secundum Spec. in tit. de appel. §. nūc
29 tractemus. vers. secūdum præmissum. Appellatur †etiam ad episcopum, si esset officialis foraneus deputatus in certa parte diœcesis, vel ad certos actus, vt no. Doct. in dicto capitulo non putamus. & per gl. in clem. si principalis. de rescript. per Bart. in l. prima. in fi. ff. quis & a quo appelletur. ubi Bar. no. dicit hoc procedere, etiam si episcopus diceret, Facimus te nostrum vicarium, tamen non diceretur vicarius, sed delega-
30 tus, & sic appellaretur ad facientem vicarium. † Sed quæritur de pulchra q. Si eps delegauit causam vni canonico, q tulit sententiam, a qua est appellatum ad vicarium, an talis appellatio teneat. Et archid. in dicto capit. non putamus. tenet quod sic, quia episcopi & vicarij est idem tribunal. Sed contra Archi. facit, quia ista duo æquiparantur, appellatio a iudice, & iudicis recusatio. c. super eo de appellat. sed si delegatus episcopi recusatur, vt suspectus, debet causa coram eo agitari, non coram vicario. c. si contra vnum de officio delegati. in 6. si hoc est in vno, ergo idem in alio. Nec obstat ratio Archidiaco. quia licet sit idem auditorium, non tamen est in causa delegata, quia in ea maior est vicario delegatus. vnde ad vicarium vt ad maiorem non potest appellari. ista fuit consideratio præceptoris mei Alexand. in d. l. prima. in fine. ff. quis & a quo appelletur. Sed mirum est, quod ipse, qui copiosus erat, non allegauerit Abbatem in capit. dilect. de appellat. vbi late examinat istum passum, & adducit argumenta pro & contra. Tandem concludit sic, quod aut episcopus est præsens, puta in diœcesi, vel loco propinquo, tunc debet appellari ad ipsum episcopum, non ad vicarium, aut est absens in loco remoto, tunc poterit appellari ad ipsum vica-
31 vicarium. †Et pro hac distinctione adducit no. per Ioan. An dream in dicto capitulo si contra vnum. vbi patet, quod si recusatur delegatus episcopi, debet probari suspicio corā episcopo, & non coram vicario suo. dicit Ioann. Andr. hoc esse verum, nisi episcopus sit in remotis. nam cum in causa illa speciali delegatus sit maior vicario, c. studuisti. de offi. legat. non est rationi consonum, vt vicarius corrigat errorem illius, sed ex causa prædicta hoc poterit. & ista est pulchra distinctio, pro qua adduco text. in l. si longius. §. si filius. ff. de iudi. in l. profectitia. §. sed si. ff. de iure dot. in l. si cum dotē. §. eo autem tempore. ff. solu. matrimo. in capit. primo. ne sede vacan. in sexto. & quod no. Bar. in l. vbi absunt. ff. de tut. & cura. datis ab his. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. in l. infantē. ff. de pub. iud. & Abb. in consilio 88. no. dicit, quod existente episcopo in remotis, latior est potestas vicarij, quia potest
32 quædam, quæ alias non posset. †Quantocunque tempore laicus exercuerit actum spiritualem, nunquam tamen potest illum præscribere, nam possessio tanti temporis habet vim tituli, quando datur capacitas in exercente, alias non, dictū est sing. Ioan. Andr. in capitulo secundo. de præbend. in 6. in nouella. quod multum commendat Abb. in multis locis, in c. quanto. de consuet. in c. nouit. de iudi. in c. Messana. in capit. sacrosancta. in capitu. quisquis. de elect. in cap. cum instantia. de censib. in cap. quod autem. de iure patron. in cap. fin. de pœniten. & remis. in cap. ad aures. de præscript. Con-
33 suetudo †Romanæ ecclesiæ est vbique seruanda in articulis fidei & Sacramentis ecclesiæ. gl. est notab. in c. primo. verbo, docuit. de summa Trinit. & fide catho. in sexto. quam notabi. allegat Abb. in cap. consultationi. de frigid. in cap. cum olim. de consuet. in cap pastoralis. de offic. ordin. in cap. consilium. de obseruat. ieiuniorum. in cap. super eo. de censibus. in cap. 2. de feriis. in cap. ad abolendam. de hær. in cap. bonæ. 1. de postu. præla. Allego etiam glos. in cap. dispendia. in uer-
34 processus, de rescriptis. in sexto. quæ notabiliter alleg. †quod ubicunque consuetudo Romanæ ecclesiæ disponit sup modo iudicandi & procedendi, & si disponit super interpretando ius dubium, tunc talis interpretatio debet ubique seruari. & ita potest intelligi tex. in cap. ex literis. de constit. Allego etiam glo. in cap. ad hæc. de senten. excom. quæ uoluit, quod si consuetudo disponit super modo conficiendi literas suæ cancellarię, talis consuetudo est etiam seruanda extra curiā. Et gl. in c. nolite. vndecima dist. dicit, quod consuetudo Romanæ ecclesiæ non est semper seruāda, nisi ipsa præcipiat vt obseruetur. de quo per gl. & Doct. in d. cap. 1. de summa Trinita. in 6. Quando †lex reuocat consuetudinem contrariam,
35 non potest noua consuetudo induci contra illam, quando disponit in materia cōsuetudine non quæsibili. Item ea, quæ sunt reseruata Principi in priuilegium, sunt impræscriptibilia. ista est glos. singularis, in capit. primo. de cleri. ægro. in 6. in verb. non obstante. Sed Abb. in cap. cum nobis. de prescri. contra illam glo. adducit tex. in cap. super quibusdam. de uerbo. signi. ubi patet, quod iura reseruata Imperatori in signū specialis priuilegij, possunt præscribi tāto tempore, de cuius
36 initio non est memoria. De reseruatis †Papæ allegat tex. in c. quod translationem. de offic. lega. nam consuetudo tanti tēporis habet vim concessionis. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æsti. Et dicit Abb. quod in hac consuetudine, seu præscriptione requiritur scientia Papæ, quia in istis incorporalibus non potest haberi quasi possessio, sine scientia illius, qui ea possidet. l. secunda. C. de seruitutibus. & aqua. allegat Bart. in l. si publicanus. §. in vectigalibus. ff. de publica. & Innocen. in capitulo conquerente. de officio. ordin. Sed in hoc communis opinio est in contrarium, quod non requiratur sciētia principis, vt in alijs locis deduxi. Pro intellectu ergo dictæ glo. debet dici, quod non loquitur in consuetudine,
37 quæ est tanto tempore præscripta. † Et Abb. in capitulo primo. ut lite penden. tractauit, an insignia pontificalia possint consuetudine, vel præscriptione quæri per inferiorem prælatum episcopo. Et concludit, quod sic, per tantum tempus, de cuius initio non est memoria. d. c. super quibusdam. nam sicut inferior prelatus potest prescribere totum ius episcopale in iurisdictione consistens, c. auditis. c. cum olim. de præscript. fortius possunt præscribi insignia. Sed Ioann. And. tenet contrarium in capitulo Abbates. de priuileg. in sexto. vbi voluit per illum tex. quod per consuetudinem quæri nō potest, quod benedicat populum solenniter, quia solum hoc priuilegio apostolico conceditur, ut ibi. & facit text. in c. illud. in capitulo peruenit. 93. distinct. in quibus locis videtur probari, quod talia consuetudine non quærantur, sed solum

pri-

Source : BIU Cujas

priuilegio. Poteſt dici, opinionem Abbatis eſſe veram in cõ-
ſuetudine, de cuius initio non eſt memoria in contrarium,
38 quia talis conſuetudo æquiparatur priuilegio. †Et not. quod
conſuetudo dat licentiam vtendi rebus alienis, dato precio,
vt lignis & lapidibus, ut eſt tex. ſingu. in l. uenditor. §. ſi con-
39 ſtat. ff. commu. prędio. Et † notarius debet conficere inſtru-
mentum, ſecundum clauſulas conſuetas. text. eſt ſingu. in l.
final. C. de fideicommiſſ. quod intellige, quando inſtrumen-
tum eſt in fieri. ſecus, quando iam eſt completum. Bald. in
40 rub. C. de reuoc. his, quæ in frau. credito. Et † conſuetudo dat
verbis ſignificatum. l. librorum. §. quod tĩ Caſſius. ff. de leg.
tertio. Et poteſt diſponere conſuetudo, quod a liquis obliget
ſe pro alio ad pœnam capitalem. gl. eſt ſingu. in capitu. cum
homo. 24. quęſt. 3. ſecundum Rom. in ſingularibus ſuis. Con
ſuetudo poteſt diſponere, quod delinquens poſſit puniri in
ciuitate confœderata. tex. eſt ſingu. in l. non dubito. ff. de ca-
41 pti. Valet † conſuetudo, quod quis poſſit citare in alieno ter-
ritorio. l. tertia. §. fi. ff. de teſti. Et quando Sacerdos cantat Euã
gelium, debet ſtare in apparatu diaconali, niſi conſuetudo
diſponat contrarium. glo. eſt ſing. in cap. eccleſiaſtica. 23. di-
ſtinct. & ibi dicunt Doct. quod manipulus, quem geſtat Sub-
diaconus in manu ſiniſtra, eſt de conſuetudine. Conſuetudo
42 † licet iniqua excuſat a pœna temporali, gloſ. eſt nota. in ca-
pitulo denique. quarta diſtinct. in capit. cum uenerabilis. de
conſuet. in capit. ſanc, de tempo. ordi. In contrarium tamen
facit text. in Authent. omnes peregrini. C. communia de ſuc
ceſſio. authen. nauigia. C. de fur. Sed dicas, quod ideo ibi non
excuſat, nec ualet cõſuetudo, quia prędcedit lex derogatoria
43 ad conſuetudinem. † Item conſuetudo pœnalis extenditur
de ſimilibus ad ſimilia. tex. eſt ſingu. in capit. primo. §. porro.
quę ſit pri. cau. benefi. amit. Et ibi dicit Bal. quod non eſt me-
lior tex. in iure, quod in pœnalibus ſtatutis & conſuetudini-
bes proceditur de ſimilibus ad ſimilia. Hęc tamen doctrina,
dicit Baldus, non habet locum, quando pœnæ imponuntur
habito reſpectu ad priuilegium alicuius perſonæ, quia tunc
nulla poteſt fieri extenſio de ſimilib. perſonis ad ſimiles, nec
de caſibus ad caſus. allegat gloſ. quam dicit ordinariã & ſin-
44 gularem, in §. item miſta. Inſtit. de actio. † Item conſuetudo
poteſt diſponere, quod res inter alios acta alteri proſit, ut
quando extraneus emptor cogitur reuendere conſorti. tex.
eſt ſing. in capit. conſtitutus. de in integ. reſtit. Bald. in rub. C.
res inter alios acta. Item couſuetudo † præſtat uocem in ele-
45 ctione imperatoris. glo. eſt ſing. in cap. ad apoſtolicæ. de re iu
iudi. in 6. ubi unus de electoribus habet vocem in eligendo,
de conſuetudine. Item ſtatur conſuetudini antiquæ in paſ-
cuis, molendinis, pontibus, & commoditatib. aquarum. Bal
dus per illum text. in cap. primo. in verbo, ſicut ab antiquo.
46 de pace Conſtantię. † Item conſuetudo eſt tantæ authorita-
tis, quod non requirit confirmationem ſuperioris, ſed con-
firmatur ſolo legitimo temporis curſu. l. an in totum. C. de
ædif. priua. Dixit Bald. in l. quicunque. C. de ſer. fug. quod il-
lud, quod eſt de conſuetudine, non eſt arbitrarium, ſed ne-
ceſſarium. & in l. prima. de fruct, & lit. expen. dixit, quod con
ſuetudine cauetur, pro expreſſo habetur. l. quod ſi nollit. §.
47 quia aſſidua. ſ. de ædil. edicto. † Et conſuetudo dat modum
clericis in deferendo veſtes etiam precioſas. glo. eſt not. in ca
pitulo ſi quis virorum. 30. diſtinctio. 21. quæſt. 4. in ſumma.
Conſuetudo dat mandatum. l. nulli. ff. quod cuiuſque vni-
uer. no. & conſuetudo dat poteſtatem delegandi. tex. eſt. ſin-
gu. in l. cum prætor. §. is, quoque. ff. de iudic.

FINIS.

TRACTA-

Source : BIU Cujas

TRACTATVS MVLTVM VTILIS PER IVRIS

Vtriusque Doctorem famosissimum

DOMINVM LANFRANCVM DE ORIANO

De interpretat. Statut. editus.

SVMMARIA.

1 *Statutorum species triplex est.*
2 *Renuncians iuri an renunciare intelligatur statuto idem quod ius disponenti.*
3 *Episcopus cum capitulo constitutionem iuri canonico contrariam condere non potest.*
4 *Statutum fauorabile quid sit, quid odiosum, & quid penale.*
5 *Statuti mens & verba considerandasunt.*
Mens statuti dicitur anima statuti.
6 *Interpretatio duobus summitur modis.*
7 *Statutum quando habet vnum solum significatum, ab illo recedendum non est.*
8 *Statutum quando habet plura significata, quod significatum accipiendum sit.*
9 *Statutum debet intelligi secundum significatum propriæ significationis.*
10 *Menti & non verbis statuti standum est, quando mens, & verba adinuicem contrariantur.*
11 *Statutum iuri communi contradicens an ius illud corrigat, & infra. nume. sequenti.*
13 *Statuta duo contraria quando in eodem volumine sunt, an primum per vltimum corrigatur.*
14 *Statuto prius facto si ius commune superueniat an illud statutum corrigat quando statutum iuri communi contradicit.*
15 *Quid si non contradicat.*
16 *Statuta quomodo interpretationem arctatiuam recipiant. & nume. sequentibus.*
17 *Verbum libera, quid importet.*
18 *Statutum quod occidens hominem quomodocunque decapitetur, an comprehendat occidentem culpa, sed non dolo & infra nu. 26.*
19 *Stat. vnum per aliud restringitur.*
20 *Stat generale per rationem in eo expressam restringitur.*
21 *Tutor quare filio suo pupillam dare iu vxorem non possit.*
Ratio legis est ipsa lex.
Proœmium statuti dicitur ratio statuti.
22 *L. prospexit, ff. qui & a quibus quomodo intelligatur.*
23 *Stat. habens rationem expressam prout iacet seruari debet.*
24 *Statutum restringitur per rationem similem illi, quæ in statuto est expressa.*
25 *Stat. generale restringitur, vt absurditas euitetur.*
27 *Statutum restringi debet, ne tertio præiudicet.*
28 *Statutum disponens idem quo ius commune secundum id, restringitur.*
29 *Statutum restringitur per vnicam rationem, quæ reddi possit.*
30 *Restrictio legis non fit, vbi reipublicæ vtile est illam. l. non restringi.*
31 *Statuto standum est, quando nescitur, quæ ratio statuentes mouerit.*
32 *Stat. Vtrum ad alium casum extendi possit, & nu. seq.*
34 *Statutum quod filia fœmina non succedat stantibus masculis, est contra naturalem rationem.*
35 *Lex specialis disponens, quod hæreditas non adita ad filios transmittatur, non extenditur ad casum, in quo filius de iure speciali succedit.*
36 *Statutum ad alium casum ex identitate vel maioritate rationis extenditur.*
Venditionis appellatione cæteri contractus intelligantur.
37 *Stat. in vno correlaliuorum ad aliud extenditur.*
38 *Statutum disponens in vno ex parificatis per legem antiquam ad aliud extenditur.*
39 *Statutum in vno, quod ad alterum consecutiue venit, ad reliquum extenditur.*
40 *Statutum in vno, quod ad instar alterius mensuratur, ad reliquum extenditur.*
41 *Statutum in uno, quod se habet cum alio adinuicem gradatim, extenditur ad aliud.*
42 *Stat. in vno, quod est alterius præambulum, ad aliud extenditur.*
43 *Statutum ad alium casum extenditur, quando dispositio nullum sortitur effectum.*
44 *Statutum ad casum subrogatum loco casus contenti in statuto extenditur.*
45 *Lex noua interpretans extenditur in omnem casum legis interpretatæ.*
Lex noua veterem interpretans ad aliam extenditur.
Lex pœnalis per identitatem communis scriptæ ad aliam legem extenditur.
46 *Lex non pœnalis per rationis identitatem extenditur, licet ratio non sit scripta.*
47 *Statutum taxatiue loquens in fauorabilibus ad casum similem ex rationis identitate extenditur.*
Quid in odiosis.
48 *Statutum a iure communi exorbitans quando extendatur.*
Pietas contra pietatem extensionis priuilegio non utitur.
49 *Statutum a iure communi exorbitans odium priuatum continens per rationis identitatem extenditur.*
50 *Secus si odium publicum contineat.*
Statutum licet stricti iuris ob publicam vtilitatem extenditur.
Statutum puniens committentem maleficium ad mandantem extenditur.
51 *Lex fauorabilis, si continet pœnam, est odiosa.*

1 DRo euidentiori intellectu interpretationis statutorum habendo præmitto quædam necessaria. †Et primo aduertendum est, quod statutorum triplex est species. Quoddam statutum est secundum ius commune, & hoc est quādo statutū continet illud idem, quod ius commune, quod tantum valet, secundum Barto. in l. prima. in principio. infra ad l. falcidiam. Idem videmus in aliis conuentionibus, & pactis in quibus deducitur ius commune, quæ valent, cum sint factæ causa dubitationis tollendæ, vt in l. qui mutuam. in prin. supra man. Erit ēt vtile secundum Bart. quod statutum contineat ius commune, quia erit prodita noua species agendi, quia
2 amodo agi poterit condictione ex statuto. †Addite, qđ erit etiam vtile, quia si renunciatum fuerit in com. vel iuri simpliciter, quia intelligitur renunciatum in com. tantum, vt no. Bal. in l. & si post tres, ff. si quis cau. & sic poterit vti statuto. Quoddam est statutum quod est præter ius commune, ꝙ intelligitur, quando per statutum disponitur aliquid, quod non est cautum de iu. communi, nec pro, nec contra, & huiusmodi est maior pars statutorum. Quoddam est statutum, quod est contra ius commune, & istud est, quando per statutum disponitur aliquid, cuius contrarium disponit ius cōe, & tale statutum valet, quoniam imperator dedit potestatē omnibus populis conficiendi sibi statuta oportuna non inspecto vtrum sint contra ius commune uel non, vt in l. omnes populi. ff. de instit. & iu. Vnde si imperator non dedisset hanc licentiam, statutum contra ius non valeret, quia inferior non potest tollere legem superioris. in c. innotuit. de ele.
3 †Hinc videmus, quod episcopus cum capitulo suo non pōt condere constitutionem contrariam iuri canonico, vt per Ang. in dispu. sua quæ incipit, Astens. miles. Et hoc quia episcopus non habet licentiam a Papa talem legem condēdi.
4 †Secundo prœmitto, quod statutorum quoddam est fauorabile, quoddam est odiosum, & quoddam pœnale. Fauorabile dicitur, quod principaliter confectum est in fauorem personarum, ve luti est statutum, quod qui cæperit bannitum, lucratur mille. est enim fauor capientis. Odiosum dicitur, qđ principaliter concernit odium alterius, ut quādo statutum rœpellit certum genus, personarum a successione. & generaliter vbicunque statutum continet pœnam dicitur odiosum tex. est in §. quia vero leonis, in auct. de non alie. & ita ibi tenet Iac. de Bel. & Bal. in l. fi. C. de in ius voc. & in l. illud. C. de sacrosan. eccle. Pœnale dicitur, vt verbum sonat, quod continet pœnam, & hæc sunt omnia statuta maleficiorum, quæ
5 tamen, vt dixi, odiosa reputant. †Tertio præmitto, ꝙ in statutis considerantur verba statuti, & ratio seu mens ipsius statuti, verba enim statuti dicuntur determinatio statuti, quæ colligitur ex tenore verborum. Ratio autem statuti. seu mēs idem sunt, vt no. Bal. in l. non dubium. C. de legi. sed propriè loquendo ratio statuti dicitur, quando ratio statuti est scripta in statu. mens autem statuti dicitur, quando ratio nō est scripta in statuto, sed tantum extrinsecus intelligatur, & tūc dicitur de constare de mente statuti, etiam si ratio statuti nō sit scripta. quoniam ratio statuti est fundata super æquitate naturali, secundum Pe. Bal. & Cy. in d. l. non dubium. Nam

mens

Source : BIU Cujas

mens ſtatuti dicitur anima ſtatuti, ſecundum Bal. in l. ſi quis ſeruo. C. de fur. & illud quod continetur ex mente legis dicitur contineri in ipſa. l. vt in l. non minus. §. verbum. infra
6 verbo. ſign. & in l. cum mulier. ſ. eo. †Quarto præmitto, puod iſte terminus, interprætatio, ſumitur duobus modis, vno modo proprie ſecundum eius propriam ſignificationē. alio modo large ſecundum eius largam ſignificationē. Interpretatio proprie, dicitur. l. declaratio, iſta eſt glo. ſin. in l. 1. ſuper verbo interpretationem. ſ. de ori. iur. Largo autem modo interpretatio ſumitur pro inteapretatione correctiua, reſtrictiua, & extenſiua, glo. eſt no. in l. 1. §. qui operas. ℣. ad tertu. & ſentit, etiam glo. in d. l. 1. de ori. iu. Et uolens tradere materiam interpretationis, ſtatutorum proſequar has quatuor ſpecies in terpretationis primo incipiam a leuiorib. videlicet tractans, de interpretatione expoſitiua ſeu declaratiua, ſecundo de interpretatione correctiua, tertio de interpretatione reſtricti ua, quarto & ultimo ſubiungam longam & prolixā materiā interpretationis extenſiuę. tradendo materiam ſingularem interpretationis, per veras & indubitatas concluſiones, quas fundabo & authoritatibus doctorum & rationibus, reſecan
7 do omnia ſuperuacua. † Crica interpretationem ſtatutorū, expoſitiuā ſeu declaratiuā facio has coneluſiones. prima cō cluſio ſit iſta, vbi ſtatutum non habet niſi unū ſignificatum, ab illo ſignificato non eſt recedendum, ſi emerſerit aliqua dubitatio circa ſenſum verborum ſtatuti adeundus eſt populus, qui ſtatutum declaret, qm̄ eius eſt interpretari, cuius eſt condere, ut l. omni innouatione. C. dt ſacroſecc. & in l. cū de nouo. C. de leg. & in c. cum veniſſent. extra de iud. Nō aūt hoc; ſtat. poterunt declarare conditores ſtatuti, quia ſunt functi officio, ſtatutis factis, nec amplius repñtant populum quem rapñtabant tpe, quo condebant ſtatuta, & cenſebuntur ſtatura per ipſum populum facta, eo quia conditores ſtatutorum electi ea faciebāt auctoritate ſibi data per populū, & r℞ actus attribuitur illi, cuius auctoritate eſt confectus, vt
10 in l. 1. §. oīa. C. de ve. iu. cn. & in c. hi qui. de pręben. lib. 6. & in l. item eorū. §. ſi decuriones. ſ. quodcuiuſq; vni. no. & hoc in
8 prima concluſione. †Secūda concluſio, ſi ſtat. habeat plures intellectus, ſeu plura ſignificata & oīa ſignificata ſint ſm ꝓpriam ſignificationem, ille ſenſus accipietur, qui magis congruit ſubiectæ ma teriæ, vt in l. ſi vno in prin. ſ. loca. & in l. ſi
9 ſeruus plurium. §. fin. ſupra. de legi. 1. & in l. inſulam. ſupra de præſcri. ver. & in l. ſi ſtipulatus. in princip. ſupra de vſur. l. plenum. §. equitii, ſupra de vſur. & ha. † Tertia concluſio, ſi ſtatutum habeat plura ſignificata, & unum ſit ſecundum propriam verborum ſignificationem, & aliud ſit ſecūdū impropriam, debet attendi ſignificatum proprie verborum ſignificationis, ut in l. conſtitutionibus. ℣. ad muni. l. 1. §. ſi is, qui nauem. de exer. l. 3. §. hęc verba. ſ. de nego. geſt. Ad hoc faciūt not. per Doct. in l. non aliter. ℣ de leg. 3. in illa qōne, qūo debeant intelligi verba teſtamenti, hęc concluſio limitatur in vno caſu, niſi capiendo proprium ſignificatum reſultaret ab ſurditas, & aſſumendo improprium ſignificatum reſultaret æquitas, tunc ſtatutum intelligitur ſm impropriam verborum ſignificationē, & maxime ſi cum iſta improprietatione concurreret cōis vſus loquendi, vt in l. librorum. §. ꝙ tñ Caſſius. ℣. de leg. 3. l. cum delanionis. §. aſinam. ℣. de fun. inſtru. cū ſi. Ratio huius limitationis eſt, qm̄ vbi attenta propria uerb. ſignific. ſtatuti reſultat abſurditas, dr̄ fieri ℈ mentem ſtatuti, & e℈. ſi attenta impropria verborum ſignif. reſultat æquitas,
10 dr̄ fieri ſm mentem ſtatuti. †Modo regula eſt, ꝙ ubicunque mens & verba ſtatuti adinuicē ℈dicunt, quia ſm verbū infertur unum, ſm mentē infertur totum ℈rium, ſtandū eſt mēti ſtatuti, & a verbis eſt recedendū, ut no. in l. nō dubium. C. de legi. & fac. l. cum virum. C. de fideicō. & tex. ſin. d. Bal. quem ſemper all. & dicit non eſſe alibi in l. ſcire oportet. in §. aliud. ver. ℈ñs. ℣. de exc. tu. hę concluſ. eliciuntur ex doctr. doc. noſtrorum, quā ponunt circa materiā interpretatiuā iuris cōis in l. non pñt. ſ. de leg. hanc doctrinam elicio ex theorica. D. Bar. de Sali. l. 2. C. de nox. licet ego magis me extenderē circa ſecundam interpretationē ſtat. quæ correctiua nominatur. Sciendum eſt ꝙ quædam eſt interpretatio correctiua actiue, .i. cū quæritur, vtrum ſtat. corrigat. quædam correctiua paſ
11 ſiue, cum quæritur, vtrum ſtat. corrigatur. † Circa primā facio infraſcriptas concluſ. Prima concluſ. ſtat. directo ℈dicēs iu. cō. puta, ꝙa ius cōe dicit, ꝙ fur fuſtibus cædatur. ſtat. dicit, ꝙ laqueo ſuſpēdatur, & verba ſtatuti pñt aliquid operari nō inducendo correctionem, tale ſtat. non intelligitur corrigere ius cōe, imo tale ſtat. eſt coadiuuandum diuiſione. i. ꝙ eſt fienda diuiſio caſuum, vt euitetur correctō, vt l. vnica. C. de
12 inof. do. & in c. cum expediat, de elec. in 6. †Secunda conclu. ubi ſta. ℈dicit iu. cōi, & uerba ſtatuti nihil operantur, nec poſſunt operari, niſi inducatur correctio iur. cōis, ſtat. tunc corrigit cōe ius. rō concluſionis eſt, qm̄ uerba dñt aliquid operari, & ſemper ſtat. ita exaudiendum eſt, ut eius verba aliquid operentur, gl. eſt ſing. in l. 1. & eſt gl. fi. ℣. ad munic. hæ concluſiones eliciūtur ex d. D. Bar. de Sali. in l. ii. C. de noxa. & ſunt ſatis clare & vulgares opiniones. Circa ſecūdam in terpretationem correctiuam paſſiue, hę dantur concluſiones. †Pri
13 ma hęc eſt, vbi in eodem volumine reperiuntur duo ſtatuta contraria primum corrigitur per vltimum, hęc fuit concluſio Cy. in l. 2. C. de teſta. tu. Quam concluſionem ēt tenuit. D. Bart. in l. omnes populi. ſupra. de iuſti. & iu. ratio concluſionis eſt duplex. prima, quoniam idem videmus in l. iuris cōis, vltimam derogare priori, vt in c. 1. de conſti. lib. 6. non ergo diuerſum, dicendum, eſt in ſtatuto, cum & ſtatutum ſit lex proprie ciuitatis, vt in d. l. oēs populi. & in. §. ius autem. inſt. de iure natura. gen. & ciui. Secunda rō, qm̄ licet omnia ſtat. poſita in eodem volum. eodē tpe confirmentur, tñ prioritas & poſterioritas attenditur, quo ad ſituationem, & ſic confirmatio vr̄ facta ſm ordinem ſituationis, vt omnia ſtatuta cōfirmata eſſe intelligantur ſm ordinem ſituationis, vt illud, quod eſt prius in ordine ſcripturæ cēſeatur primum, & ſic de ſingulis. licet eodem momento omnium confirmatio in-
14 troducatur, hęc rō probatur in d. l. 2. C. de teſta. tu. †Secunda concluſio. ius cōe ſuperueniens ſtatuto antea facto, quod ſtatutum contradicit iu. cōi, nō inducit correctionem ſtatu. hęc concluſio probatur per caſum expreſſum in ca. i. de conſti. lib. 6. & rō ſubijcitur; qm̄ ſtatutum eſt facti, & eorum quæ ſunt facti præſumuntur inſcientia principis eſſe, & conſequēter nec voluiſſe ſtatuto derogare, cum dici ſoleat, ignorātiā facti prudentiſſimos homines fallere, vt in l. 2. ſ. de iu. & facti
15 ignorant. †Tertia conclu. ius ſuperueniēs ſtatuto ante facto cōtinente id quod ius cōe primum, ſicut tollit ius cōe, ita & tollit dictum ſtat. hæc fuit conclu. Io. An. in c. 1. gl. ſua præalleg. de quo tñ dubitat. D. Bar. de Sali. ſed Bar. in l. 1. in prin. ℣. ad l. fal. tacite vr̄ ſnīæ Io. An. inhęrere, de iſta materia, qm̄ ius cōe ſuperuenit poſt ſtat. habemus pulchrū tex. in l. 3. in §. diuus. ℣. de ſepul. uiolat. cuius. §. intellectus eſt dubius. † Circa
16 tertiam interpretationem ſtatutorum, quæ arctatiua nuncupatur, ſeu reſtrictiua, Ia. de Are. & Oldr. quos Bar. in l. 1. §. nunciatio. ℣. de no. ope. nun. refert, in hoc artic. diſtinguebant, aut terminus uſis refertur ad verbum tpis præſentis, uel præteriti, & tunc reſtringitur, ut in l. inter omnes. ff. qui ſatiſda. cog. ex quo infertur ad materiam teſtium deponentium, ꝙ omnes dicebant ſic eſſe, nam ly omnes, reſtringitur ad eos, qui loquuntur de ea materia, ita diſpoſitio refertur ad futura, ſicut cōtingit in ſtatutis de legib. quorum natura eſt dare formam futuris negocijs, vt in l. leges ſacratiſſimæ. C. de legi. & tunc aut talis diſpoſitio continet noui act. conceſſionem, & tunc reſtringitur, aut continet actus iā ꝓceſſi extenſionē, & tunc nō reſtringitur, iſta ſunt verba ſua, quæ reprobatur per Bart. de Sali. in l. 2. C. de noxa. ut ibi plene per eum, dicit autem Barth. in l. omnes populi. ſupra de iuſtit. & iure, & in l. adigere. § quamuis. de iure patro. & d. Bal. in l. non dubium. C. de le. vſi sūt tali diſtinctione, aut in tali diſpoſitione generali ſi non fieret reſtrictio, quis indebite dānum pateretur, & tūc fit reſtrictio, vt in l. 2. C. de noxa. in l. adigere. §. quamuis. infra. de iure patro. in l. proſpexit. infra qui & a quibus, aut ſi non fieret reſtrictio, quis de iure non admittitur ad lucrū, & tunc fit reſtrictio, vt in l. 1. C. de ſacroſ. eccle. & in l. vt gradatim. §. & ſi lege. ℣. de mun. & hono. fallit tñ ſm Bart. rōne vtilitatis, vt in l. ſi quis in graui. §. utrum. ℣. ad ſillanianum. fallit etiam ſecunda pars diſtinctionis ſuæ in l. pen. §. 1. C. de ri. nuptia. hanc doctrinam multi moderni ſequuntur, quam improbat. D. Bart. de Sali. in d. l. 2. qm̄ iſta doctrina nō eſt perfecta, qm̄ ſm hoc multotiēs eueniret, ꝙ ſta. nō reſtringerent rarione abſurditatis euitandæ, quo caſu ſemper debet fieri, reſtrictio, vt in l. nam abſurdum. ℣. de bo. liberto. Idem dicit ipſe. l. proſpexit, non probat id, quod dicit Bar. quod ideo nō fiat reſtrictio, quia priuaretur ſeruus lucro libertatis, vt uult Barto. ſed iō ibi nō fit reſtrictio, quia ita lex ſcripta eſt, & ideo ſeruanda, licet dura ſit. Tertio hāc doctrinam Bar. reprobat D. Ludo. Rom. dicens eſſe caſum expreſſum contrarium in l. ſi quando. in prin. C. de inoffi. teſta. ubi lex erat generalis, & gñaliter promulgata, & dans liberam teſtamenti factionem ut in illo tex. habetur, & tñ dr̄ in tex. ꝙ talis cui eſt conceſſa libera teſtamenti factio, non poterit filium præterire, & ſic
17 fit reſtrictio iſtius generalitatis libere teſtamēti factionis † nā verbum, libera, importat liberam voluntatem non regulatam ab arbitrio boni viri, ſm ꝙ no. Bar. in extrauaganti ad reprimendum, ſuper verbo, videbitur, & tamē ibi tractatur de priuando filios lucro hæreditatis paternæ, quam habet tanquam lucrum ſm eū, vt in l. 2. C. de iu. & fac. igno. iſta fuit cō ſideratio ſubtil. D. Ludo. ſed ego puto, ꝙ Bar. non meruerit reprehendi ꝑ illā l. ſi quando. Immo iudicio meo ibi caſus eſt pro Bart. in prima parte ſuę diſtinctionis, dum dicit Bart. quod ubi ſi non fieret reſtrictio quis indebite damnum patere tur. Nam iſta eſt de directo in d. l. ſi quando. Nam filius ſi

poſſet

Source : BIU Cujas

ſoſſet præteriri pateretur damnum, quod perderet hæreditatem paternam, quæ ſibi debita eſſe cenſetur, vl in l. ſcripto. §. fi. ff. unde liberi. & pro hoc adduco caſum ad literam, vbi fit differentia inter ſuos, & extraneos, qui veniunt ad hereditatem, quia extranei tractant de lucro, filius tractat de dãno, ne perdat hæreditatem paternam, tex. eſt ſingu. in l. fi. prope finem. § plurimum. C. de codici. ex quo manifeſte apparet, non obſtare rationem. D. Ludo. licet ſubtilem, & ſic remanet Bar. defenſatus quo ad iſtam partem, illum autem defenſare non poſſum nec alius quiſquã defenſare poterit ab eo, quod dicitur, quod ſua diſtinctio non eſt perfecta, & iſtud eſt verum, & iõ ſuperuenit hoc loco D. Bar. de Sal. multa uerba profundens in hac materia in l. 2. C. de noxa. & quaſi in omnibus male dixit, diſtinguit ipſe, ꝙ aut in ſtatuto eſt rõ ſcripta, & expreſſa, & tunc verba ſtatuti generalia reſtringunt, dicebat ipſe, quod ibi non erat ratio expreſſa, ſed male dicit immo patet manifeſte in tex. ibi, ne quæſtione ſubducantur, &c. Aut & ſecundo ratio non eſt ſcripta in ſtatuto vel lege, & tunc aut ſtatutum eſt emanatum ſuper eo, quod non eſt diſpoſitum de iure com. nec pro, nec contra, & tunc non eſt tractandum de reſcriptione, cum nihil caueatur a iure cõ. & ſic ſtatutum erit generaliter intelligendum, & ab eius ver bis non erit recedẽdum l. i. §. ſi is, qui natu. de exercitoria. D. Bar. meretur reprehendi in hac parte ea ratione, qua ipſe reprehendit Bart. ſm. D. Ludo. & bene. Nam licet non ſit cautum a iure communi, tamen poſſet reſultare abſurdum, ſi nõ reſtringeretur, quo caſu fienda eſſet reſtrictio, ut ipſemet fatetur reprehendendo Bart. aut & tertio ſtatutum emanat ſuper eo, quod diſponitur a iure com. quia forte contra dicit iuri com. & tunc vbicunque non poteſt fieri reſtrictio ſalua ratione recti ſermo. & intellectus, nõ eſt fienda reſtrictio.

18 †Ex quo infert, ſi ſtatutum dixerit, quicunque occiderit hominem quouis modo, decapitetur, quod vigore talis ſtatuti, ita generalis per illa uerba generalia, quouis modo, ſi quis occiderit culpa ſine dolo, vel ad ſui defenſionem debebit capite puniri. Quod dictum eſt falſiſſimum, qm̃ ſtatutum debet reſtringi, vbicunque, ſi non reſtringatur, reſultat abſurditas, iſte eſt tex. ſingularis, & notandus in l. ſcire oportet. § aliud ff. de excu. tuto. ſed non eſt dubium, quod ſi ex forma dicti ſtatuti debeat decapitari occidens aliquem ad ſui defenſionem, reſultat maxima abſurditas, & ipſemet reprehendetur. Bar. uoluit, quod reſtringatur cauſa abſurditatis euitandæ, & ſi dicatur, quid ergo operabunt. iſta verba quouis mõ ita generalia, Reſpondeo, quod, operabuntur quia continebũtur omnes modi, per quos mors perpetratur, vel ſi gladio vel ſi fuſtibus, vel lapidibus, &c. Non enim eſt aſſumendus intellectus verborum ſtatuti, ꝙ ſtatuentes voluerint occidẽtem ad ſui defenſionẽ debere decapitari. cum in eo non poſſit dici eſſe delictum, quia defenſio eſt permiſſa iure naturali, ut in cle. paſtoralis, de re iudi. Et ſic vſque huc nihil bene dixit, aut põt fieri reſtrictio ſalua rõne recti ſermonis, & tũc in pœnalib. & delictis fit reſtrictio, caſus eſt in l. 2. C. de noxa. & in hoc bene dicit. aut loquitur in priuilegijs & beneficiis, & tunc non fit reſtrictio, qm̃ beneficia principum ſunt pleniſſime interpretanda, ut in l beneficium. ſup. de conſtit. prin. & in c. cum dilectus. de dona. & iſte eſt caſus in l. ſi quis in graui. §. utrum. ff. ad ſilla. aut ſumus extra iſtos caſus, quia non ſumus in materia pœnali, quæ eſt reſtringenda, nec in materia priuilegiorum, nec beneficiorum, quæ eſt extendẽda, ſed ſumus in alia materia, & rõ non eſt ſcripta in ſtatuto & tunc fit reſtrictio ſm rõnem, iſta ſunt uerba D. Bart. ex quibus nullam habetis perfectam doctrinam iſtius materiæ, & ideo conſideratis iuribus diuerſis quæ allegantur in iſta materia, & conſideratis hinc inde multorum Doct. doctr. in uariis locis diſperſis, extirpans ab unoquoq; doctorum, qđ uerum ſenſerit, dimiſſis his in quib. errauerunt, perfectam do-

19 ctrinam iſtius art. tradere decreui per pulchras concluſ. †prima concluſio ſit iſta, ubi ſtat. generale, ſiue lex gñalis reſtringitur per aliam legem, uel ſtat. reſtrictio ſtatuti plane procedit, hic eſt caſus in l. quamuis. ſup de in ius uoc. & hanc concluſ. ibi tenuit Ang. eandem tenuerunt Bar. & Bald. in l. non

20 dubium. C. de leg. †Secunda concluſio vbi in ſtatuto eſt ſcripta rõ ipſius ſtatuti, ſtat. quãtumcunq; gñale reſtringitur per rationem, quia non habet locum illud ſtatu. licet loquatur gñaliter, niſi ubi habet locum rõ, hæc concluſio probatur in l. adigere. § quis. ff. de iure pa. & in l. milites agrum, in prin. ff. de re mi. & in l. non ſolum. §. j. ſup. de ritu nup. dicit text. in l. milites agrum. ꝙ milites non poſſunt emere prædia in ea ꝓuincia, in qua militant, iſtud eſt ſtat. ſubiungitur rõ in ſtatu. ne occaſione culturæ agrorum arma deſerere cogantur, poſtea ſubijcitur generali lege ꝙ poterunt emere prędia in alia prouincia, & hoc ideo, qa non habet locũ rõ prohibitiua, ꝙ cũ illa prouincia ſit remota a loco, vbi militant, non ita de facili eſt præſumendũ, ꝙ quando debent militare, vadãt ad

21 agros ſuos, cum ſint in remotis. † Dicit tex. in l. non ſolum. in prin. ꝙ tutor non põt collocare in matrimoniũ filio puellã, cuius fuit tutor, ſubijcitur rõ, ne prædia forte, quæ dẽntur puelle ꝓ adminiſtrationem tutoris, nõ remoueant, quaſi velit dicere, ꝙ rõ prohibitionis fuit, quia forte iſte tutor erat obligatus iſti puellę, pro adminiſtratione, & ſi ꝺheretur matrimonium vt. ſup. nunq̃ redderet rõem adminiſtrationis puellę, & ſic remaneret defraudata Dicit poſtea tex. in eadem l. in. §. 1. ꝙ ſi auus fuit tutor neptis, potetit eam collocare in matrimonium alteri ſuo nepoti, & hoc ideo eſt; quia ceſſat rõ prohibitiua matrimonii, quia non præſumitur in auo fraus erga ſuã neptem rõne affectionis auitę, ita dicit ibi tex. Rõ concluſionis hęc eſt; quia ratio & mens legis nihil aliud ſunt, niſi ipſa lex, vt habuiſtis in tex. l. cũ mulier ſupra eo. in fi. & notate perpetuo, ꝙ vbicunque in princ. ſtatuti aliquod proœmium ineſt, ſemper proœmium dr̃ rõ ſtatuti, & cã finalis ſtatuti, iſte eſt tex. ſing. ſm Bal. in l. fi. ff. de hęre. inſtit. & ita ibi not. ſing. Bald. hęc eſt concluſio indubitata, quam poſuit Sal. in d. l. ſecunda. C. de noxa. & etiam eam ſequitur domin. Anto. & bene. Obſtat huic concluſioni tex. in l. proſpexit. vt colligitur in illis verbis, ne mancipia per manumiſſionem

22 quæſtioni ſubducant. † Ideo dixit. Iaco. de Are. ꝙ illa lex caret ſpũ, quod dicere non non eſt tutum, ideo dixit. D. Bal. in dic. l. non dubium ꝙ rõ illius. l. reſtringitur in gñibus ſingulorum, non autem in ſingulus generum, dicit. D. Ludo. de Ro. ꝙ non uidit rationem dr̃iæ inter vnum, & alium, & bene dicit, ideo idem d. Anto aliter rñdit ad illam. l. dicens, ꝙ in illa. l. proſpexit. ratio leg. non ceſſat in totum ſed in plus & in minus, vnde dicit ipſe, licet ſerui, qui erant extra miniſterĩ in agro & in villa, non poſſent habere plenam noticiam de his, de quibus ſunt interrogandi ſerui, qui ſtabant in familia vxoris vel mariti, tñ inducentur ad aliquam informationẽ, puto ꝙ bñ dicat, quia, & ſi ſtabãt in villa iſti ſerui, & in agro, tamen poterant ire ad domum mulieris, & redire, vt moris eſt. ſed non poſſum ſaluare D. Ludo. in eo, quod ſubiicitur in tex. idem eſſe in ſeruis emptis poſt diuortium, quia lex ibi dicit expreſſe, quod illi põt manumitti, & tñ certum eſt, qa ibi nõ põt iuduci ad aliquod de geſtis ante diuortiũ, & ſic nõ video vllatenus illam legem fore bene intellectam. Quare mihi vr̃ clarum eſſe intellectũ huius legis. videlicet, qđ ideo ibi a verbis legis gñaliter non recedamus, quia legiſlator, hoc expreſſe determinat, ꝙ uult, ꝙ ſeruetur illa lex, prout eſt ſcripta ad unguem. nam tunc qm̃ illud exprimitur in l. vt ibi fit, tunc ſtandum eſt verbis gñaliter, nec reſtrigitur per rationẽ in l. ibi eſt caſus ſingularis, & iſte eſt verus ĩtellectus iſtius.

23 l. †Ex quo reſultat tertia conclu. ꝙ vbicunq; in l. vel ſtatuto generali habemus ſcriptam rationem expreſſam quilibet tenetur ſeruare debere illud ſtatutum prout iacet ad literam, tunc ſi reſtringitur per rationem, ita probatur expreſſe in d.

24 l. proſpexit. †Quarta conclu. ubi in ſtatuto eſt expreſſa ratio, non ſolum reſtringitur per rationẽ expreſſam immo reſtringitur per ſimilem rationem expreſſe, iſta concluſio probat̃, per glo. ſin. in cle. 1. ſuper verbo omnes, ext. de ele. nam dicit tex. in illa clementina prima quod non debet eligi prælatus diuerſæ profeſſionis & habitus ad aliquod monaſterium, & ſubiicitur ratio, quia non debent aſſociari ſimul homines diuerſæ profeſſionis, quærit. d. gl. quid in monaſterijs monialium, quæ regulãtur per homines, nunquid poterit eligi præſidens, qui ſit diuerſæ profeſſionis & habitus? Reſpondet gl. ꝙ non, & tñ non reſtringitur per rõnem poſitam in tex. ſed habet locum ſimilis ratio expreſſæ, quia quemadmodum non congruit aſſociari homines ſimul diuerſæ profeſſionis, vt in d. elem. eodem modo non congruit vnum monaſteriũ monialium dr̃e regulari per prælatum diuerſæ profeſſionis, ſed congruentius ſic regi debere ꝓ pſonam eiuſdem profeſ-

25 ſionis, & habitus, & hoc eſt manifeſtum. †Quinta cõclu. vbi lex, vel ſtat. gñale non reſtringeretur, reſultaret abſurditas, tunc ſtat. gñale reſtringitur, vt euitetur abſurditas, etiam ſi non ſit ſcripta ratio in ſtat. iſtam conclu. probo & adduco caſum ſin. hoc probantem in l. ſcire oportet. in §. aliquod ff. de excu. tu. & ita debet intelilgi tex. cum gl. in l. 2. C. de ſacro ſanct. eccle. & in l. vt gradatim. §. & ſi lege ff. de mune. & honori. & ita debet intelligi tex. in l. Cæſar. ff. de publi. ita debet intelligi text. in l. fi. C. de teſtam mil. nonne eſt abſurdum, ꝙ vnus furioſus & pupillus octo annorum debeat poſſe facere teſtm̃, certe ſic, cum careat teſtatione mentis, & ita bene dicit gl. in d. l. 1. habeat vnuſquiſquis, dicit gl. ſ. habilis, & com

26 pos mentis, & ſic de ſin. †ex hoc infertur, ꝙ ſtat. quo cauetur, ꝙ homicida capite puniatur, debeat intelligi, vbi interuenit dolus, ſecus ſi homicidium fuit caſua le, vel ad ſui defenſione, quia tunc non hẽbit locum dictum ſta. & ſic fit reſtrictio, eſſet n. abſurdum, quem decapitari debere ex hoc homicidio ad ſui defenſionem facto, vel caſu fortuito, hanc cõclu.

27 ſentit. D. Bal. in l. non dubium. C. de legi. †Sexta conclu. hęc

eſt,

Source : BIU Cujas

est, vbicunque si non fieret restrictio statuti fieret preiudicium iuri tertii, tunc ēt statutum debet restringi, iste est tex. in l.si qñ.in prin.C.de inoffi.testa.& est rō; qa beneficia principum ita sunt interpretanda, vt non lędatur ius tertij, in l. 2. §. merito & §.si qs̄a principe. ff.ne qd in loco pu. statuta. .n.cum cōfirmentur a principe largo mō pñt dici beneficia.
28 fm ea quæ not.p Barto. in l oēs po.de iusti.& iure. †Septima conclu.vbicunque statuto cauetur aliquid, quod ēt disponitur a iure cōi, statutum recipit restrictionem, vt intelligatur fm formam iuris cōis, iste est nouus intellectus legis.2.C.de
29 noxa.†Octaua conclu. vbicunque cā vel rō non est expressa in statuto, sed vnica rō reddi pōt, statutum restringitur per illam rōnem, hæc est conclu. D.Bal.in l.maximum vitium. C.de libe.præte.quod sequitur hic & D.Ludo. rō conclu.est quia vbi non pōt reddi nisi vna rō statuti, illa habetur pro expressa in statuto gl.est sing.in l.qua muis.C.de fideicom.&
30 ibi no.Bal. †Nona conclu.ubi est vtile reip.legem nō restringi non fiet restrictio, iste est tex.sing.in l.si quis in graui. §. vt
31 rum.ver.hi quoque.ĵ.ad sille.†Decima & vlti.conclu. vbicūque in statuto nulla est expressa rō,& dubia est cā statuti, qa nescitur,quid mouerit statuentes ad faciēdum tale statutum, tunc standum est legi,& verbis legis,& ab illis non est recedē dum,vt in l.1.§.is q nauem. supra de exercitoria. hęc fuit conclu. D.Bal.in l.maximum.vt supra allega.& sequitur hic.D. Anto. & bene.

32 Venio ad quarram & vltim. interpretationem. s.ex tēsiuam,in qua videndum est,†vtrum statutū possit extendi ad alium casum,quia non continetur in verbis sta. iste arti. est dubitabilis ꝓpter varietatē gl. & doc. & tex. nec vsque in hodiernum video per aliquem hanc materiam perfecte examinatam,licet.D.Anto.de Bu.in c.fi.extra de consue.plenius attigerit quam alius,sed non perfecte, quem secutus postea D. Ludo. Ro. eius discipulus eius ordinem sequens, ego aūt ex coniunctione legistarum cum canonistis, ꝙ in varijs locis dispersum repi,conponā,& vt hęc materia clare & perfecte tradita relinquatur,primo adducā quæ probant extensionem statuti hñe locum,postea ponam ea,ex quibus apparet statutum non posse extendi,tertio ponam nōnullorum doctorū opi.quarto & vlt. ꝓrietatem dissoluam dando in materia quamplures conclusiones, ex quibus veritas clarior apparebit. Capio primum, ꝙ statutum extendatur ad aliū casum, probat gl.in c.oīs.in ver.apostolicę. extra de seri.vbi dñ de Apostolis in illo tex.gl.extēdit ad beatam virginem Mariam,secundo idem voluit.gl.in cle.1.de re.permu.quam Car.seq.ibi.tertio obtinet gl. in auth.vt hiq obli.se phi.hab.res minorū.in.§.1.quarto facit gl. in l.1.ff.de de calum.ibi extendit gl.tex.loquentem in datore,in acceptore, quinto hoc idem sentit gl. in auc. de trien. & semis. §. 1.in gl.quæ incipit.s.& concordat gl.in l.ꝙ vero ff.de legi.& gl.in l.si constante.in prin.fol.uatr.vbi lex loquēs de viro,q vergit ad inopiam extenditur ad socerum.sexto hoc voluit gl.in c.non debet de consan.& af.septimo hoc probant notata in auc. nouissima.C.de inof.te.vbi lex loquendo de legitima filiorum extenditur ad legitimam parentum.octauo hoc probatur in c. translato, ex̄ de consti. facit ēt glo.in c.si postquam.de elec. li. vi.in verbo promissione, & gl.in cle.fi. de ęta. & qua.in ver.admitti, & gl.in c.ordinarii.de offic.ordi.li.6.in ver.aīarum cura. nono.hoc probat gl. in cle.gñalem. de elec. x.expresse firmat glo.in c.1.de postu.pręla. & gl.fi.in c.quam sit,& in c sciant. de elec.lib.6.& Pau.de Leaz.in cle. 1.de elec. 11.est gl.in l.1. §.dolum.ff.de dolo. vbi lex loquens in vno numero, puta singulari, extenditur ad pluralem. & econtra, & facit lex.3.in. §.nego. ff.de nego.gest. 12.adducit gl.hoc tenens in cle. & si principalis.in verbo ad principalis finem,de rescrip. vbi lex loquens de vicario ep̄i extenditur ad vicarium cap.13.hoc velle vī gl.in c.sciant.de elec. lib.6. 14.ad hoc faciunt no.in auc. de filiis ante dotalia instru.natis. §.1.vbi lex interpretans trahitur ad alium casum, in quo ipsa non loquitur,sed loquitur.l.interpreta, pro quo faciunt no.p Io.An.in c.dispen.de rescrip.li.6. in nouella in ver. quotiens.15. ista probantur in l.senatus & in l. libertum.in §.senatum. ff.de ritu nup.vbi. l.prohibens filium tutoris contrahere matrimonium cum pupilla ipsius tutoris extenditur ad hęredem extraneum ipsius tutoris. 16. videtur glo. in l. vnica de his qui ante aper.tab. quæ extendit dispositionem illius legis, vt fiat transmissio ad ascendendentes,licet l. loquatur de transmissionibus ad liberos descendentes duntaxat.17. glosa voluit hoc expresse in l. quæ propter necessitatem.ĵ.de re iud.vbi. l.permittens alienare res ecclesiæ ob redēptionē captiuorum extēditur ad alienationem ob alimenta, pro quo etiam faciunt no in auc. præterea. C.vn.vir & vxor. & glo.in l.1. C.de iur. & facti igno.& glo.in l.miles. ff.de re iu.vbi dicta de militę. armatæ militiæ extenduntur, ad militem cęlestis militiæ.18.hoc probatur per optimum tex.in l.2.C.per quas perso.no.acqui. 19.reperio glo hoc affirmantem in glo. ob es, C.de prædiis minorum. & glo. in l.si moram.ver.culpam.sup.eo.vbi lex loquens per dictionem, taxatiuam in certo casu extenditur ad alium.vigesima, est glo.in l.illud.C.de sacrosecc.21.per expressum tenet gl.coniuncta textui in l. 3.§. cōtrarium.in uersi.liberationem. ĵ.de contrario iudi.tute.Cui accedant no.per gl.& doct.in auth. sacramenta puberum.C.si aduersus ven.22.hoc vī probari, in l.filium habens. sup.ad macedo. & in l.si filius.C.ad mac. 23.ad hoc faciunt no. per Bal.in auc.quas.actio.C.de sacros. eccl.qui dicit statutum extenditur ad alium casum propter identitatem rationis,vbi ratio est sumpta in statuto, qa vbi est eadem &c. non dī extensio fm eum.ut no. gl. in c.si post quam.de elec.lib.6.& in c. 1.de temp.ord.lib.6.24. & vlti.ad hoc faciunt quæ no.per doc.in l.si quis seruo.C.de fur.& quę
33 no.in l.2.de indic. vidu. toll. †In contrariam partem facit, quod non fiat extensio ad alium casum non contentum in statuto,quod no.idem Io.An.in c.cum illius, de præben.lib. 6.& quod no.doct.in c.postu.de rescrip. secundo facit quod no.idem Io.An.in regula odia,& in regula ignorantia.de re. iu.li.6.tertio adducitur gl.Arch. in c. 1.de temp.ord. quarta gl.est in regula,quæ iure communi,de regu.iur.lib.6.& facit quod hī in l.1.ĵ.de legiti.tuto.quinto hoc uoluit gl. in c.1.ne cleri.vel vouen.lib.6.in ver. declaramus .sexto pro hac snīa vī.casus expressus in l.fi.C.de interdict. matrimo.vbi.l.prohibens matrimonium inter pupillam & filium tutoris non extenditur ad curatorem,licet sit per omnia eadem ratio.septimo ad hoc allegat gl.sin.in l.2.C.de patribus qui fili.distraxerunt,vbi.l. statuit filium posse vendi propter famem,non extenditur ad alium casum propter identitatem rationis,octauo pro hoc facit tex.singula.in l.patrem.ĵ.de adul.ubi, l.permittit partem occidere adulterum repertum cum filia,non extenditur ad auū,licet sit eadem ratio,& pro hoc vī casus, expressus in l.lege.in §.hoc capite. sup. de ritu..nup.decimo hoc tenet glo.in auc.quas actio.C.de sacros.ecc.quæ nō uult fieri extensionem etiam propter majoritatem rationis. vndecimo & ult.hoc tenuit Cy.in l.quicunque. C. de ser.fug. & Iac.de Ra.in l.si quis in tant.C.unde vi.& D. Signorol.idē consuluit consilio suo quod incipit, factū sic se habet in suis, decess.&c.Bald.autem in auctent. quas actio.dicit statutum quod est contra ius commune non posse extendi etiam pp maioritatem rationis,qū ratio non est expressa in statuto.Si autem est expressa in statuto,tunc bene fit extensio,quia tūc continens odium irrationabile non extenditur ad illum ca-
34 sum ēt pp maioritatem rōnis. †exemplum pōt poni in statuto,ꝙ filia fęmina non succedat existentibus masculis,quod statutum est contra rationem naturalem, ꝙ filia non debeat ęqualiter succedere,sicut & filius, ut in l. maximum vitium.C.de libe.præteri. hæc fuit conclu.Cyn.in l.quicunq;. C.de ser.fugi. Quod ēt tenuit Iac.de Are.in l.si quis in tantā. C.vnde vi.Consuluit Do.Signo. de Hom.de Mediol. consi. siso,quod incipit factum sic habet in suis decisio. Hinc dixit Bar.in l.cunctos po.C.de sum.tri.& fide catho.ꝙ d.stat.non extendit ultra territorium statuentis, ideo si essent bona alibi sita,vbi non vigeret d.stat.tunc succederet filia æqualiter
35 cum filio†hinc ēt dixit D.Bart. de Salic. in l.1. C.ad l.Iul.de adu.ꝙ specialis dispō disponēs in fauorē filiorū,ꝙ hęreditas non ad ita transmittatur ad filios,non extenditur ad casum in quo filius succedit de iure speciali,hæc tamen conclu.ve
36 nit limiranda per ea quæ dicam in sequēti conclu.†Secūda conclu.statutum extenditur ad alium casum propter identitatem vel majoritatem rationis attenta larga signātione vocabuli,est videre in statuto excludente filiam fœminam a successione, existentibus masculis. Nam licet statutum loquatur de filia,' extendetur ad neptem natam ex filia; qm̄ maior est rō in nepte quam in filia, quia largo mō appellatione filię continet neptis, vt plene notaui in l. dotali.supra eo.hęc fuit conclu.D. Bal.in l.maximum vitium. C.de libe. prēteri.& sequitur. D. Ant.de But.in c.fi. de consue.Et ita ēt pōt limitari præcedens conclusio pp latam significationē uocabuli,vt fiat extensio, & ita intelligitur glo.in l.2. C.de patri.qui fi.su.distraxe.fm Dom.Anto.de But. qui extendit & legē.2.quæ loquitur de uenditione filii, vt ēt extendatur ad pignoris obligationem, quoniam appellatione venditionis ex larga significatione cęteri contractus continētur. Ad hoc faciunt no.per Cy. quem secutus est Nico. de Matarel. ita intelligitur glo.Pau.de Leaz.in cle.1.de elec.in uerbo eligatur, vbi statutum in electione extenditur ad aliam pro-
37 uisionem,quia non differunt in lata significatione. † Tertia conclu.Statutum in uno correlatiuorum. extenditur ad reliquum,hæc conclu.probatur in l.2. C.de indic.uidu.tol. & sic statutum in marito extendit ad vxorem, ut not. Bal. in l. libellorum.sup.de his qui no.infa.& intelligitur glo. in l.1.ĵ. de calum. vbi statutum in datore extenditur ad receptorem

pro

Source : BIU Cujas

pro hoc facit glo.in c. ſi poſtquam. de elect.lib.6.in uerſi.om
38 nino, ad prædicta ēt facit.l.fi.ff.de accept. Quarta conclu.qñ lex antiqua expreſſe dicit,quos caſus parificari,& quod unus caſus extendatur ad alium, nouum ſtatutum diſponens in uno tñ extenditur ad reliquum,dummodo illud ſtatutum emanet in diuerſa materia, in qua non eſt facta parificatio per.l.uererem.hæc eſt conclu.D.Anto.de But.in c. fi.de conſuetu.Facit, quod no.per glo.& Bart in l.quod uero.ſup.de leg. & in l.ſi quis ſeruo.C.de fur.& facit,quod no.glo.in auc. de trien.& ſemiſ.in uerbo,in omnibus,§.1.& incipit.ſ.faciūt no.per Cyn.in auc.ſed nouo iure.de adult.& quod no.Bart. in l.inter accuſatorem.ff.de publi.iudicii. & faciunt quæ habentur in c.conſtitutionem.de regula.lib.vi.in diuerſa materia,vt dixi.ſup.prædicta non procedunt,ſic intelligitur gl. ſm D.Anto.in d.c.quæ a iure,& c.ꝙ ſtatutum de præbendis lib.6.& quod no.in l. 1.de legit.tut.ſic intelligitur gl.ſm eū, in c.1.ne cle.vel monach.lib.6.in uerbo declaramus,vbi per ſonatus,curatus parificantur ſolum materia,in qua parifica
39 ta reperiuntur. †Quinta concluſio. Vbi caſus parificantur a regulis antiquis, tunc ſtatutum diſponens aliquid in uno parificatorū extenditur ad reliquū,& hac fuit ꝯcl. Bar. in l.Marcel.§.qđ aūt.ff.ad treb. & in l.ſi qs ſeruo.C.de fur.ibi ēt tenet Ang.pro hoc facit optimus tex. in c.tranſla. eẍ de conſti. & bñ facit tex.in auc.de non eligē.ſecundo nubente.§.1.in ver. ꝙ vero & §.colligentes,vbi dī, conſtitutiones extēdi ad extranea pluries aſſimilata,& in pluribus partibus iuris deciſionibus comparata,& ſic etiam intelligitur gl.in cle.1.de æta. & qualita. in verbo admittendis, & gl in c.ordinarii.de offi. ord. li.6.in verbo animarū cur.& eſt diuerſa ꝯcluſio a p̄cedēti,quia in præcedenti ꝯcl̄one lex antiqua expreſſe dicit.ſtat. in vno dēre extendi ad reliquū, cōcluſio pñs nō p̄ſupponit, qđ expreſſe p legē antiquā dēret fieri extenſio vnius caſus ad aliū,ſed ſimpliciter duo caſus parificant̄ per.l. veterē, veluti eſt illud,ꝙ dī,in qb. ceſſat falcidia, ceſſat & trebell.vt in d.l. Marcel.§.quod autem.ſi poſtea fit ſtatututum nouum aliqđ diſponens ſuper falcidia habebit locum & in trebll.hanc conclu.limitat vl̄r. D.Ant.in d.c.fi. vbi a iure duo reperiunt̄ parificata in eadem materia ſaltem in genere,ſecus ſi omnino eſſent diuerſa,ut quia in vna materia non parificarētur, ſi emanaret lex noua diſponens aliquod in uno, nō haberet locum in alio,& hoc per glo.ſingu.c.primo.ne cleri.vel monachi.lib.6. Eodem modo ſm eum ſi eſſent caſus duo parificati ſolum in aliquo caſu,& non communiter, ſeu generaliter in omnibus,prout facit gl c. licet canon. de electi.li.6.in verbo parrochialis,pro hoc faciunt no.per glo. & Guliel.de Cu. in auct.quas actiones. C.de ſacroſ.eccl. vbi ſtatutum in minoribus extenditur ad eccleſias, & hoc quando ſumus in eadem materia.in qua parificantur, ſed in materia in inte.reſti. quia tam eccleſia quam minor habet beneficium reſtitutionis,ut in cle. unica de in inte.reſti. Secus eſt in materia,in qua non parificatur,veluti in p̄ſcrip. nam tunc ſtatutum in vno ſuper materia præſcriptionis non extenditur ad aliū, in eccleſia enim alia eſſet præſcriptio,ut in l. fi. C. de ſacroſ. ecc.& ia auct.quas actiones, præal. & alia præſcriptio ſeruat̄ in minore.vt in l.ſicut.C.de præſcrip.30.vel 40.anno.coniū
40 cta.l.fi.C.in quib.cau.in integ.reſti.non eſt neceſ.†Sexta conclu.quando duo ſic ſe habent,ꝙ unum venit ad alterum cō ſecutiue,diſpoſitum in uno extenditur ad reliquum,hæc cōcluſio.probatur per notata in cap. cum in cunctis. extra de elect. ſic declarando, certa,enim ætas eſt determinata in dignitatibus inferioribus habentibus annexum ordinem, & certa ætas eſt determinata ordini nulla exiſtente dignitate, ſi ætas reſtringitur in dignitate p aliqđ nouū ſtat.reſtringetur ætas in ordine, & ſic dictum ſtatutum extendetur, hęc
41 fuit concl.D.Ant.in d.c.fi.†Septima concluſio. cum duo ſic ſe habēt,ꝙ unū mēſurant̄ ad inſtar alterius,diſpoſitū in vno extendit̄ ad reliquū, ita intellige gl.in c.non debet.de conſanguini.Cuius concluſionis pōt poni exemplum. Nam tutela legitima.defertur ad inſtar ſucceſſionis ab inteſtato,puta, quia repellit fœminam a ſucceſſione,intelligitur ēt dicta diſpoſitio,vt repellatnr a tutela, hanc concluſionem voluit Bart. in l.1.ff. de legitimis tut. in illa quæſtione, quam ponit, quod ſi per ſtatutum agnati præferuntur in ſucceſſione cognatis, præferuntur ēt in tutela , hanc concluſionem ēt po-
42 nit do. Anto.in d. c. fina.†Octaua concluſio. Qñ duo ſe hñt inuicem gradatim, ita ꝙ unū menſuratur gradatim ab alio in aliquo accidenti; vt quia determinatum eſt certum tempus ordini ſub diaconatus, certum tempus ordini diaconatus,certum tempus ordini presbyteratus, ſi fiat mutatio in vno ex gradibus tñ, facta vī & in aliis, & intelligitur gl. in cle.generalē p̄calle.& D.Ant.in d.c. fi.Pōt poni aliud exemplum nā licitum eſt ſine inſinuatione donare certam quantitatem laico,& duplum plus licitum eſt donare eccleſię ſine inſinuatione,ſi in laico augumentatur quātitas per aliquod ſtatutum nouum, vt poſſit fieri donatio ſine inſinuatione, ampliabitur & in eccleſia ſm Guil. Bar.& Cy.in l.illud.C.de
43 ſacroſ.eccl. † Nona conclu. qñ duo ſic ſe hñt adinuicem, ꝙ vt præambla ordinantur per oīa in eundē finem,vt cum poſtulario & electio,quæ ordinantur ad finem prouidendi eccleſię p̄ idētitatem rōnis,diſpoſitum in vno extendetur ad reliquum,ſm do.Anto.gl.eſt in c.1.& eſt gl.fi.de po.p̄ſcla.& gl.eſt in c.quam ſit, & in c.ſciant.de elec. lib.6.& Paul.Liaz.
44 in cle.1.de elec.†Decima conclu.Vbi diſpō nullum ſortitur effectum, niſi fiat extenſio; tunc ſtatutum extēditur ad aliū caſum,vt in.l.ſi ſtipulatus fuero per te.ff.de verbo.ob.hęc eſt conclu.Barto.in l non dubium.C de legi. & in l.oēs popu.ff.
45 de iuſti.& iure.†Vndecima conclu.Statutum extenditur ad caſum ſubrogatum loco cauſus contenti in ſtatutis, gl. eſt ſin.in cle.& ſi principalis, in verbo principalis, in fi.gl. de reſcrip.& fuit conclu.Ia.Bu.in l.placet. C.de ſac.ſan.ec.& voluit.D.Anto.in d.c.fi. † Duodecima concluſio lex interpretans extenditur & intelligitur in oēm caſum legis interpretatę,tex.eſt in auc.de filijs an. inſtru.dota.na. §. 1.& no. in c. diſpendia.de reſcript. lib.6. Decimateria concluſio, lex noua, interpretans veterem extenditur ad aliam legem ex paritate rōnis, hoc probatur in glo. penul.in c. qui contra. de elect.lib.6.Decimaquarta concluſio,lex penalis extenditur p̄ p̄ idenitatem rōnis,qñ ratio eſt ſcripta in l.gl.eſt in cle.1.de elec.vbi aūt rō non eſt ſcripta in l. tunc non extenditur p̄ p̄ identitatem rōnis,hoc tñ limita, ꝙ ēt ſi rō non eſt ſcripta in l.vel in ſtatuto.Si tñ nō pōt reddi niſi vnica rō, illa ratio nō habetur pro expreſſa, & ſic poterit extendi ſm Bal.caſus eſt
47 ſin.in l.2.ibi vnicus. ff. de li.& po.† Decimaquinta conclu. Vbi lex non eſt p̄nalis. extendit p̄ p̄ identitatem rōnis,ſiue ratio ſit ſcripta in l. ſine non, has duas conclu.ponunt Do. de S.Gemi.& Io.de Imol. in c.ſi poſtquam de elec.li.6.& ita debet intelligi doctri.Bar.quam tradidit in l. ſi conſtante.in prin.ſupra eo.qui dixit ꝙ ſtatutum,quod eſt ſm ius co. vel p̄terius cōe, deberet extendi p̄ p̄ eandem rōnem nam debet intelligi cum p̄dicta diſtinctione,vtrum lex ſit p̄nalis,vel non,& vtrum ſit expreſſa,ratio,vel non, ita & debet intelligi. gl.cum.d.diſtin.de conſan. & affi. hę duę conclu.debent intelligi eẍ caſus ſingulares,qui conprehendūtur in p̄cedentibus conclu. & eodem modo intelligatur ſequens ꝯcl.
48 †Deeima ſexta concl. Vbi ſtatutum profertur per dictionē taxatiuam tñ, extenditur p̄ p̄ identitatem rationis ad casū ſimilem in materia fauorabili, gl. eſt in l.illud. C. de ſa.ſan. ec.& ita ēt intelligitur glo.in l.ob ęs.C.de prædi.mino.& gl. l.ſi mora.ſupra eo.hæc fuit concl. Bal. in d.l.illud.fuit ēt conclu.Bar.in l. ſi conſtante.in nona q. ſupra eo. Decimaſeptima cōclu. lex loquens per dictionem taxatiuam, vel ēt ſine taxatiua in materia odioſa non extenditur p̄ p̄ identitatem
49 rationis,ita intelligitur gl.1.l.2.C.de patri.qui fi.diſtrax.†Decimaoctaua concluſio. Statutum exorbitans a iure cōi, ſeu lex derogatiua ſimpliciter loquens ſi continet caſum fauobilem extenditur propter identitatem rationis ad alium caſum, hæc concluſio probatur per text.in l ſecunda. C.per quas perſon. no. acquir. pro quo facit glo. in auc.res quę. C. cōia de leg. Probatur ēt hæc concluſio per l.ſenatus & per l. libertum.§.ſenatum.ſupra de ritu nup.ſic declarando nam regula iuris cōis ſic ſe habet tam ciuilis quam canonici, ꝙ matrimonia debēt eſſe libera, vt in l. Titia.ff. de verb. oblig. & in l.fi.C. de ſpon. & in c.gemma extra de ſpon. Emanauit poſtea lex exorbitans ab iſto iure cōi, per quam prohibetur matrimonium inter filiam tutoris & pupillum, vt in toto ti.C.de interdict.matri. & ſic hoc caſu impedit̄ libertas matrimonij,vt non poſſit contrahi matrimoniū cū quacunq; perſona.Et iſtud concernit fauorem pupilli,ne priuetur cōmodo iuris ſibi conpetentis contra ſuum quondam tutorē ex adminiſtratione in tutelę. iſta lex ita exorbitans,q̄ loquitur de filia tutoris,extenditur ad hæredem extraneum quondam tutoris,& ad neptem,ut in dictis iuribus comprobatur & hoc ideo eſt propter identitatem rationis. Pro hac etiam ꝯcluſione facit gl.in l.legis vnicæ.C.de his qui ante aper. tabu.Et ſic etiam poteſt intelligi gl.in l.ſi conſtante.ſup.eod.q̄ extendit id quod dicit.l.ſi conſtante. ff.ſolut.matri. de viros ad ſocerum, quę reperitio eſt contra ius commune diſpōnēs conſtante matrimonio, dotem non poſſe exigi, vt in l.2.in princ.ſup.eo.& concernit fauorem mulięris dotem poſſe repeti propter inopinam conſtante matrimo. ne dote priuata remaneat,hanc concluſionem ponit Lud. de Roma.in repeti.ſua quam facit in auct. de hæredibus.& fal.colum.1.quam concluſionem ipſe limitat primo, vbi extenſio redundaret in præiudicium alteri us caſus ſimiliter fauorabilis,nam tūc non fiet extenſio,gl.eſt ordinaria in c.quam à iure.de reg.iu. lib.6.& in c.conſtitutionem,de regulari. lib.6 ratio huius limitionis eſt, quia pietas contra pietatem extenſionis priuilegio non utitur, vt in §.ſed hoc præſenti,ut in auct.de ſanc.

epi.

Source : BIU Cujas

epiſ.ſecũdo limitatur per tex.in l.fi. C.de inter.matrimonio,
50 cuius limitationis rationem non bñ video. † Decima nona
conclnſio, ſtatutnm,ſiue lex ſpecialis exorbitans a iure cõi
continens in ſe odium priuatum. ſeu odium per ſonarũ pri-
uatarum extenditur ꝓp identitatem rationis,hęc concluſio
probatur in l. filium habeo. ſupra ad macedo. coniuncta l.
ſi filius. C.ad macedonianum, nam macedonianum eſt in-
ductum in odium creditorũ &ſic priuatarum perſonarum,
vt in l.1.ſupra ad macedo.& loquitur in filio,cui eſt pecunia
mutuata, extenditur ad nepotem ꝓp identitatem rationis,
vt in dictis legibus comprobatur, & ēt extenditur, vt ibi dr̃
ad oēs res,in quibus conſiſtit mutuũ. Hęc concllimitat̃,niſi
adſit odium priuatę perſonę viuentis, quia tunc non fit ex-
tenſio ꝟm. D. Ludo. tex. eſt in l.patrem.ſ.ad l iuliã de adul.
qui text.ſecundum eum eſt ſingularis,ſic deducendo. Nam
permiſſum eſt patri occidere ſiliam repertam in adulterio,
continet iſta lex odium filiæ & continet id priuatio ſtatus
perſonę viuentis, quia tractat de morte filiæ, non fit exten-
ſio de patrem ad auum,vt in.d.l.patrem. cum l.ſequente.li-
51 cet ſit eadem ratio. † Vigeſima concluſio,ſtatutum exorbi-
tans a iure cõi concernens odium publicum per indirectũ
non extenditur ad alium caſum propter identitatem ratio
nis, tex.eſt ſingu.ſecundum D.Lud.in l.lege iulia.§ hoc ca-
pite. ſupra de ritu nuptia. Vigeſimaprima & vlti. concluſio,
ſtatutum quantuncunque ſit ſtricti iuris,extenditur propter
vtilitatem reipublicę, tex.eſt ſing in l.hoc modo.in fi.ſ. de
condi. & demonſtra. in tex.ibi legem, enim rei publicę vti-
lem ſobolis procreandę cālatā adiuuandam interpretatio-
ne.& vt non ſolum fiat extenſio hoc caſu,ſi ſtatutum conti
net merum fauorem, ſed etiam ſi ſit pęnale,ſecundum Bar.
qui ita ſingulariter notauit in l.quemadmodum. C. de agri.
& cenſ.lib.11. ex quo ibi infert,ꝙ ſtatutum puniens comit-
tentem maleficium extendetur ad mandantem, quod eſt
ſingulare. Pro quo facit tex. in l.ſi quis ſupra de iuriſdi.om.
iu.Ex hoc habetur vna ſingularis limitatio ad illud,quod di
52 xit.D. Bal.in l.illud.C.de ſac.ſanc.eccl.†Quòd quantumcun
que lex ſit fauorabilis, tamen ſi eſt appoſita pœna, cenſetur
odioſa,& fuit originale. D.Iac.de Bel.in authen.de non alie-
nandis in §. quia vero.& ibi probatur, vbi lex continet fauo
rem reipublicæ, licet ibi pœna incerta ſit, cenſetur fauora-
bilis per prædicta, & bene probatur illatio Bart.quoniam in-
tereſt reipub.maleficia punire, vt in l.ita vulneratus. ff.ad le-
gem Aquil. nimirum ſi fiat talis extenſio in delictis contra
ius naturale.vel ius gentium commiſſis,cum talis interpreta
tio ſatis ex mente ipſius legis oriatur, volentis maleficia pu-
niri ſecundum D.Pau. de Caſt. qui ita ſingulariter nota. in l.
bona fides. ſupra depoſiti. Ex his omnibus relinquitur nunc
iſta quarta interpretatio extenſiua plene diſcuſſa,& determi
nata, vt ammodo nihil dubitandum apud quenquam relin-
quatur,licet D.Lud.in § iſto, non attingens ſpecialiter hanc
materiam dixerit,certam doctrinam tradi non poſſe. ſed ſal
ua eius pace ex prædicta inueſtigatione in varijs locis Doct.
collecta relinquitur certa & perfecta doctrina & cuilibet in
telligenti liquere poteſt. Eſt ergo finis huic repetitioni vti-
liſſimæ materiam quotidianam continenti, ſicut alia quæ
ſit in corpore iuris. Quam ideo dixi plenius attingendam ſe
quens iuriſconſultum in l.legaui.ſ.de liberatione legata,in
qua ſi quid boni, & vtilitatis continetur ſoli Deo omnipotẽ
ti gratificandum eſt, a quo prædicta prouenerunt, me nudũ
miniſterium prębente,in quibus autem defectus apparuerit,
illum ſubijcio cuicunque doctori & ſcholari emendādum,
gratias tamen ago altiſſimo creatori noſtro, quia gratiā de-
dit ex eius infinita bonitate hanc materiam tam diſperſam
ſimul compilari, quæ non tantum præſentibus, ſed poſteris
maximum præbebit iuuamen. Sit igitur benedictus Deus,
pater omnipotens,filius,& ſpiritus,qui regnat trinus & vnus
per infinita ſecula ſeculorum.

DEO GRATIAS.

FINIS TOMI II.

Series chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg
Hh Ii Hk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz Aaa Bbb Ccc.

Omnes ſunt Quaterniones, præter Ccc, *quod eſt Quinternus.*

VENETIIS, MDLXXXIII.

Source : BIU Cujas